FOEDERA,

CONVENTIONES, LITERÆ,

Et cujuſcunque generis

ACTA PUBLICA.

TOMI IV. PARS II.

Pro Nunciis Ducis Burgundiæ in Angliam venturis.

Ann. D. 1412. *Hen.* 4. *An.* 13. *H.* 4. *Franc.* 13. *H.* 4. *m.* 10.

REX, per Literas suas Patentes usque Festum Pentecostes proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem & Defensionem suas speciales, Venerabilem Patrem, *Martinum Episcopum d'Aras*, *Petrum Dominum de la Viesville*, *& de Nedon* Chivaler, Magistrum *Radulphum le Maire* Præpositum de Sancto Donato de Bruges, *Rolandum Ducquerque*, & Magistrum *Johannem Fortier* Secretarium, carissimi Consanguinei Regis, *Ducis Burgundiæ*, in * Regnum Regis Angliæ, cum Centum Hominibus Generosis, seu aliis in Comitiva sua, veniendo, ibidem morando, & exinde ad Propria redeundo, necnon Equos, Bona, & Hernesia sua quæcumque,

* VIII, 713.

Nolumus enim quòd iidem, Episcopus, Petrus, Radulphus, Rolandus, & Johannes, ratione Marquæ, Contromarquæ, Reprisaliæ, aut alterius Causæ cujuscumque molestentur seu impetantur quovis modo,

Proviso semper quòd prædicti, Episcopus, Petrus, Radulphus, Rolandus, & Johannes, in faciendo Nuncium suum, aliqua Regi, seu Coronæ suæ, aut Gentibus suis, aliqualiter Præjudicialia non faciant, procurent, sive tractent,

Et quòd dicti Centum Homines, cum eis sic venturi, Proditores Regis, aut Personæ Bannitæ, seu Abjudicatæ extra Regnum Regis prædictum, non existant.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, undecimo die Januarii.

Per Billam de Privato Sigillo.

Pro Arnaldo Hastinges, Prisonario Regis.

Ann. D. 1412. *An.* 13. *H.* 4. *Franc.* 13. *H.* 4. *m.* 10.

REX, per Literas suas Patentes, per unum Annum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem & Defensionem suas speciales, *Arnaldum Hastynges*, Prisonarium Regis, tàm infra Regnum Regis Angliæ, quàm alia Dominia Regis, cum Quinque Personis Generosi Statûs in Comitiva sua, vel infra, ac eorum Valettis, Equis, Bonis, & Hernesiis licitis quibuscumque, veniendo, ibidem morando, perhendinando, essendo, transeundo, & revertendo, Diebus & Noctibus, Pedestre vel Equestre, aut alio modo, insimul vel divisim, tàm per Mare, quàm per Terram, ad libitum suum,

Necnon quandam Navem quam ipsos ducere continget, ac Magistrum & Marinarios ejusdem, cum omnibus Apparatibus suis,

Ita quòd ipsi, in Corporibus sive Bonis, per Justiciarios, Officiarios, Subditos, Ministros, aut alios Ligeos Regis, ratione aliquarum Obligationum, sive Literarum Marquæ, Contromarquæ, aut Reprisaliæ, per Regem ante hæc tempora concessarum, seu pro alia Causa sive Occasione quacumque, non capiantur, arestentur, molestentur, vexentur, sive impetantur,

Proviso semper, *&c. ut in ejusmodi de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Abbatiam de Stratford*, decimo tertio die Januarii.

Per ipsum Regem & per Billam de Privato Sigillo.

Et MEMORANDUM *quòd Literæ indè emanarunt sub Magno Sigillo Aureo, in Custodia Regis existente.*

De non attemptando quicquam contra Subditos Regis Castellæ.

Ann. D. 1412. *An.* 13. *H.* 4. *Claus.* 13. *H.* 4. *m.* 22. *dors.*

REX Vicecomiti Somersetiæ, Salutem.

Cùm Nos,

Considerantes qualiter Treugæ (inter Nos & Nepotem nostrum *Regem Castellæ* nuper captæ) infra breve expirabunt,

Ad Honorem & Reverentiam Dei, ac pro Quiete & Tranquillitate Fidelium Ligeorum & Subditorum nostrorum,

Quosdam Nuncios nostros ad dictum Regnum Castellæ, pro facto Prorogationis dictarum Treugarum, destinaverimus, ac alios Nuncios illuc, pro Reformatione Attemptatorum, si quæ, per aliquos Ligeorum nostrorum, contra dictas Treugas perpetrata existant, mittemus infra breve, eo quod Concordatum est per prædictum Nepotem nostrum, pro parte sua, consimiliter faciendum prout intelleximus,

Ann. D. 1412. *H.* 4.

Ac pro eo quòd iidem Nuncii nostri, tàm per Contrarietatem Venti, quàm aliàs verisimiliter impediri possint, ita quòd non erit in Potestate sua appropinquandi partes Castellæ, ad Intendendum super facto dictarum Prorogationis & Reparationis, ante Expirationem dictarum Treugarum,

Ad evitandum & extollendum omnimoda Dubium & Ambiguitatem, quæ in hac parte casualiter oriri possint, & ad finem quòd aliquid, medio tempore, per aliquos Ligeorum nostrorum, in Impedimentum bonæ Expeditionis Negotii * supradicti, minimè fiat seu attemptetur,

* VIII, 714.

Tibi Præcipimus quòd in singulis Portubus & Locis, infra Ballivam tuam, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè, ex parte nostra, proclamari facias nè quis Ligeorum & Subditorum nostrorum (cujuscumque statûs seu conditionis fuerit) sub Forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poterit, quicquam contra Ligeos & Subditos dicti Nepotis nostri, per quod bona Expeditio dicti Negotii, in eorum Defectum, differri sive retardari possit, quousque per dictos Nuncios inde de toto Facto suo in hac parte clare certificentur, non faciat sive attemptet quoquo modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo die Januarii.

Consimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Vicecomiti Kantiæ, &c.

Pro Mercatoribus de Venecia.

REX universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos (ad internam & specialem Requisitionem, Nobilis Viri, *Michaelis Steno Ducis de Venetia*) Concessimus & Licentiam Dedimus quòd quicumque Mercatores sui de Venetia, cum Carrakis, Galeis, & aliis Navigiis suis, Mercibus & Mercandisis Carcatis, & in partibus de Venetia existentes, ab eisdem partibus in Regnum, Dominia, & Potestatem nostra mercatoriè venire, ibidem morari, perhendinare, & mercandisare, ac ad partes Flandriæ transire, necnon exindè in Regnum, Dominia, & Potestatem nostra revenire, ibidem morari & perhendinare,

Ann. D. 1412. *An.* 13. *H.* 4. *Franc.* 13. *H.* 4. *m.* 16.

Ac Merces & Mercandisas suas prædictas, per se & suos, absque impedimento seu perturbatione Officiariorum seu Ministrorum nostrorum, aut aliorum quorumcumque vendere,

Et Carrakas, Galeas, & alia Navigia sua prædicta cum Lanis, Pannis, & aliis Mercandisis, infra Regnum nostrum Angliæ providendis & emendis, recarcare, & exinde ad partes proprias redire possint licitè & impunè,

Ita semper quod Carrakæ, Galeæ, & Navigia hujusmodi de amicitia nostra existant, ac Mercatores, Capitanei, Marinarii, & Patroni eorumdem legales excerceant Mercandisas, ac Custumas, Subsidia, & alia Deveria, nobis pro Mercibus & Mercandisis suis prædictis debita, de tempore in tempus, solvant, Ligeisque nostris pro Victualibus & aliis Rebus, ab eis emptis & emendis, satisfaciant, ac nichil in præmissis faciendis per se vel suos faciant vel attemptent, per quod dampnum, præjudicium, vel periculum aliquod Nobis, aut Regno nostro, seu Ligeis nostris evenire poterit, nec aliqua Bona seu Mercandisas aliquorum Inimicorum nostrorum, sub colore suorum propriorum, colorent ullo modo;

Et ideo vobis Mandamus quod ipsos Mercatores, Capitaneos, Marinarios, & Patronos, præmissa debitè facientes, contra tenorem præsentis Concessionis & Licentiæ nostræ, non molestetis in aliquo seu gravetis.

In cujus, &c. per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo primo die Januarii.

Per ipsum Regem.

dictum Dominii non existant.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxv die Januarii.

Per Billam de Privato Sigillo.

Procuratorium per Principes Franciæ, ad Tractandum super Restitutione & Traditione reali Ducatus Aquitaniæ.

Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Ex Autogr.

JOhannes, Regis Francorum Filius, *Dux Bituriæ & Alverniæ*, Comes Pictaviæ, Stamparum, Boloniæ & Alverniæ,

Karolus, Dux Aurelianensis, & Valesii, Comes Blesensis & Bellimontis, & Dominus Conciaci,

Johannes Dux Burbonii, Comes Clarimontis & Forestarum, & Dominus Belli Joci,

Et *Johannes Comes de Alanconio & de Pertica*, Dominus Filgeriarum & Guerenæ,

Notum facimus Universis quòd Nos, & nostrûm quilibet,

De fidelitate, probitate, circumspectione, & prudentia, quam multâ rerum experientiâ didiscimus, *Falconeti Daciæ* Militis, & Magistri *Jacobi Magni* in sacra Pagina Professoris, ac *Ectoris de Pont Briant*, & *Petri de Versalliis* in sacrâ Pagina Bachalarii formati, & *Galesii de Acheyo* Militis, ac *Johannis Louvets* Domicelli, ad plenum confisi,

Ipsos, & eorum quemlibet Præsentium Tenore, Fecimus, Creavimus, & Ordinavimus, Facimus, Creamus, & Ordinamus, nostrûmque quilibet Facit, Creat, & Ordinat Procuratores nostros certos, indubitatos, & irrevocabiles, ac Nuncios & Legatos speciales,

Ad Tractandum, Concordandum, Concludendum, cum, Serenissimo Principe, Domino *Henrico*, Dei gratiâ, *Rege Angliæ*, & *Illustrissimis ejus Natis*, conjunctim, & divisim, & eorum quolibet, de & super Restitutione & Traditione reali Ducatûs Aquitaniæ, cum suis Juribus & Pertinentiis Universis, ad dictum, Serenissimum Dominum, Regem Angliæ hæreditario jure, ut asseritur, pertinentis, per Nos, eisdem fiendis,

Necnon ad Faciendum, Concordandum, & Concludendum cum eisdem & quolibet eorumdem, pro & super, Præmissis & aliis quibuscumque, Confœderationes, Pacta, Conventiones, & Tractatus, qualescumque, quæcumque, & quoscumque, melioribus & expedientioribus viis, modo, & formâ, quibus prædictis nostris Procuratoribus, Nunciis, & Legatis, aut eorum Tribus ad minus, visum fuerit expedire,

Necnon ad Jurandum in Animas nostras, & cujuslibet nostrûm, ad Sancta Dei Evangelia, corporaliter tacto Libro, super Reliquias Sanctas, & aliàs quomodolibet, prout præfato, Serenissimo Domino, Regi Angliæ meliùs placuerit, de Observandis universis & singulis Punctis & Articulis, de quibus & prout finaliter concordabunt,

Et de ipsis omnibus & singulis, pro parte nostra & nostrûm cujuslibet, reali Executioni demandandis, dolo, fraude, cavillationibus, & subterfugiis cessantibus quibuscumque,

Ad Recipiendum etiam, Vice nostrâ, a dicto, Serenissimo Domino, Rege Angliæ, & Illustrissimis ejus Natis, & eorum quolibet, ac aliis quibuscumque, consimilia Juramenta de Observatione Concordandorum per eos ex sua parte,

Dantes & Concedentes nostris præfatis Procuratoribus, Nunciis, & Legatis, aut eorum ad minus Tribus, plenam & omnimodam Potestatem, & expressum & speciale Mandatum, ad omnia & singula supradicta, ac alia quæcumque, etiam prædictis expressatis Majora, & quæ Mandatum exigerent etiam magis speciale, & generaliter, ad, omnia & singula, quæ Nosipsi, & nostrûm quilibet, facere possemus, si præsentes & personaliter interessemus, sine exceptione vel retentione quacumque, faciendum,

Promittentes Nos omnes, & singuli, bonâ fide, sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum quorumcumque, & sub honore nostri Nominis perpetui, & Successorum nostrorum, & sub labe & nota perpetuis, quam ex nunc volumus incurrere, si contra

* VIII. 716. Concordata, per eos, vel eorum aliquod, Nos, vel nostrûm * aliquem (quod Deus avertat) venire contingeret in futurum.

In quorum omnium Testimonium & Munimen Sigilla nostra, & nostrûm cujuslibet, unà cum subscriptionibus manualibus nostrorum Nominum, præsentibus Literis duximus apponenda.

Datum *Bituris*, xxiv die Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Undecimo.

Jehan, Charles, Jehan, Jehan.

Sub Sigillis prædictorum Ducum & Comitis, in cera rubra expressis, pendentibus a caudis pergamenæ.

bus & Dominis Regni Angliæ, tam Regali dignitate fulgentibus, quàm aliis,

Nosque, qui cum dictis Dominis Ducibus & Comite sumus Colligati cum eisdem in dictis Liguis, Pactis, & Confœderationibus, per præfatos Dominos Duces & Comitem, seu eorum Ambaxiatores & Nuncios Tractandis, Concordandis, & Firmandis, adjungi velimus & affectemus.

Idcirco Notum facimus, Præsentium Tenore, quòd Nos, eo quòd circa Præmissa interesse personaliter non valemus, zelantes ut præmissæ Liguæ, Confœderationes, & Pacta veniant ad effectum, & in eisdem simus conjuncti, gratis, ex nostra certa scientia, & spontanea voluntate, ac deliberatione plenaria, dilectum & fidelem Consiliarium nostrum Dominum *Johannem de Lopiaco* Militem, absentem tanquam præsentem,

De cujus Nobilitate, fidelitate, probitate, discretione, & bona diligentia meritò plenariam gerimus fiduciam,

Procuratorem, Ambaxiatorem, Nuncium, & Factorem nostrum certum, & indubitatum, & especialem Constituimus, Creamus, & Ordinamus, & ad se Transportandum personaliter ad dictas partes Angliæ, unà cum Ambaxiatoribus dictorum Dominorum Ducum Bituricensis, Aurelianensis, & Borboniensis, ac Comitis de Lansone, aut sine ipsis, destinamus,

Ad tales & consimiles Liguas, Confœderationes, & Pacta quæcumque, cum quibuslibet Principibus, Dominis, & Personis dicti Regni Angliæ, cujuscumque Status aut Conditionis existant, etiam si dignitate regali fulgeant, Faciendum, Tractandum, Concordandum, Firmandum, & in Animam nostram Jurandum, quales, quæ, & quantæ, per dictos Ambaxiatores dictorum Dominorum Ducum & Comitis, superiùs nominatorum, Tractatæ, Concordatæ, Firmatæ, Promissæ & Juratæ fuerint cum eisdem, per modum & formam Potestatis, eisdem Ambaxiatoribus, per præfatos Dominos Duces & Comitem, attributæ & concessæ, ipsasque Liguas & Confœderationes observare promittendum,

Et pari modo, nostro Nomine, ab omnibus illis, cum quibus dictæ Liguæ & Confœderationes factæ fuerint, ipsas Promissiones, Conventiones, Pacta, Liguas, & Confœderationes, cum Juramento Recipiendum, & pro Nobis Stipulandum,

Literasque, Instrumentum, seu Instrumenta, Cartas, & quascumque Escripturas, super Præmissis necessarias & opportunas, prout & quemadmodum per dictos alios Ambaxiatores dictorum Dominorum Ducum & Comitis, dabuntur, tradentur, concedentur, & obtinebuntur, Dandum, Tradendum, Concedendum, & Obtinendum,

Et demùm omnia alia universa & singula, in Præmissis & circa Præmissa necessaria, & quæ per alios dictos Ambaxiatores dictorum Dominorum Ducum & Comitis, cum quibusvis Principibus, Dominis, & Personis facta, concordata, firmata, promissa, procurata, & jurata, aut concessa, seu obtenta * fuerint, liberè Faciendum, Concordandum, Firmandum, Promittendum, Jurandum, Concedendum, Obtinendum & Procurandum, & quæ Nos faceremus, seu facere possemus personaliter constituti, nullo impediente errore seu defectu, si quis forsan in his nostris Literis Procuratorii & Potestatis quomodolibet intervenerit, * VIII. 717.

Cùm nos, super prædictis, dicto Domino Johanni de Lopiaco, Procuratori & Ambaxiatori nostro, Damus & Concedimus plenariam & liberam Potestatem,

Promittentes, Nos, Comes Armaniaci, Constituens prædictus, ac etiam sponte Jurantes per Deum verum, & in fide nostra super hoc præstita, ut Legualis Comes & Miles, nos Ratum, Gratum, & Firmum semper habere & tenere, servareque & complere, totum & quicquid per dictum Dominum Johannem Procuratorem & Ambaxiatorem nostrum in Præmissis, & circa Præmissa, Actum, Gestum, Tractatum, Concordatum, Promissum, Juratum, Concessum, Obtentumve fuerit, aut alio quovismodo Procuratum, sub Bonorum nostrorum Ypotheca, & omni Juris & Facti Renunciatione, quod Præmissis contrayret aut posset aliqualiter contraire, pariter & Cauthela.

In quorum Fidem & Testimonium Præmissorum Sigillum nostrum his præsentibus Literis impendendum jussimus apponendum.

Datum & Actum *Rutken*, die xxviij Mensis Januarii, Anno Domini Mill. CCCC. xi.

Bernat.

Per Dominum Comitem præsente Domino Bernardo de Bacuto.

De Calvarupp.

Sub Sigillo Cerâ rubeâ expresso, pendente a cauda pergamenæ.

Contra

per destinarint, malitiose & fraudulenter ulata, prout notorie nobis constat & evidenter apparet per decreta Diffidentiæ, palàm & publice per ipsos Januenses super hoc enormiter proclamata,

Sperantes eosdem Januenses, per quosdam Incolas Regionis, non nostri nec Utilitatis Publicæ, set tantum singularis Commodi memores, de Mercandisis & Proficuis Regni nostri, dictis Januensibus placabilibus, colore exquisito, ad Partes Exteras, per dictos Incolas, eisdem Januensibus favorabiles, transmittendis, confoveri, in Nostri Præjudicium ac Custumæ & Subsidiorum nostrorum derogationem & minorationem publicam, ac dictorum Januensium in dicta sua Malitia impunita confortamen, contra Utilitatem Publicam, quæ tolerare nolumus quovis modo,

Ac Nos, Indempnitati nostræ ac Utilitati Publicæ prospicere volentes, ut tenemur, vobis, de assensu Concilii nostri, Mandamus quòd in singulis locis, infra Civitatem prædictam, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè Proclamari faciatis quòd nullus Ligeus noster (cujuscumque statûs sive conditionis fuerit) nec aliquis alius, Inhabitans infra Regnum, Dominia, Potestates, sive Districtus nostra, possit, valeat, nec præsumat, quovis colore vel causâ, ad aliquas Partes Exteras Res, Merces, Monetam per Escambium, sive Bona aliqua destinare vel mittere, quæ ad Manus, Usum, sive Proficuum dictorum Januensium, Districtualium, Subditorum, subjectorum Januæ, vel Habitantium in Janua vel Districtu, seu eorum Factorum sive Attornatorum, devenire poterunt, mediatè vel immediatè, sub Pœna Forisfacturæ Rerum, Mercium, Monetæ & Bonorum supradictorum, sic destinatorum vel missorum, & sub Pœna amissionis dupli valoris eorumdem, auferenda ab hiis qui destinaverint seu miserint,

Et quòd nullus Ligeus noster, nec aliquis alius Extraneus, aliquas Mercandisas dictorum Januensium, Districtualium, Subditorum, Subjectorum, Inhabitantium in Janua vel Districtibus Ja-
* VIII. 718. nuæ, * aut eorum Factorum sive Attornatorum, vel aliquas alias Mercandisas in Navibus suis Carcatas, ad aliquam Partem dictorum Regni, Dominiorum, Potestatis sive Districtuum nostrorum, quovis colore vel causâ, ducat seu duci faciat, mediatè vel immediatè, sub Pœna Forisfacturæ earumdem Mercandisarum,

Nisi Mercandisæ hujusmodi, ad Usum dictum Mercatorum nostrorum, ex causa Repitaliæ, eis concessæ, Capi contigerint, seu ad Usum aliquorum aliorum Ligeorum nostrorum, ex aliqua sufficienti & rationabili causa, infra Regnum nostrum prædictum Capi contigerint & adduci.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, tertio die Februarii.

Consimilia Brevia diriguntur Personis subscriptis, sub eadem Data, videlicet,

Carissimo Filio Regis Henrico Principi Walliæ, *Capitaneo Villæ Regis Calesii, vel ejus Locumtenenti ibidem.*
Majori Villæ Regis Gippewici.
Majori Villæ Regis Suthamptoniæ.

Papa, ad Principem Walliæ, commendatoria.

Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Ex Autogr.

JOhannes Episcopus, Servus Servorum Dei, dilecto filio, *Henrico Principi Walliæ*, Carissimi in Christo Filii nostri, Regis Angliæ Illustris Primogenito, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Examinatâ tuæ Sinceritatis solertiâ, Nobis datur Indicium quòd hii debent & possunt Partes suas in suis oportunitatibus habere propitias, quos merita Virtutum multimodis ubique efferunt incrementis.

Cùm itaque, dilectum Filium, Magistrum *Johannem Bremor*, Secretarium nostrum, suis exigentibus Meritis & Virtutibus, paterna affectione prosequamur, & eundem cupiamus amplificare Honore & Dignitate, tanquam Hominem meritò Nobis carum, & Regiæ Celsitudinis ac Nobilitatis tuæ devotum & fidelem, te affectuosè rogamus ut eundem suscipias, in omnibus suis Negotiis & Promotionibus, commendatum:

Jocundum siquidem erit Nobis si senserimus te, in hujus viri Exaltatione, concurrere votis nostris, & eum, sicut decet, tuis Favoribus Confoveri.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum* Non. Februarii, Pontificatûs nostri Anno Tertio.

Sub Filis Cannabaceis.

Bassianus.

Nuncios suos, penes Præsentiam nostram, ad Communicandum & Tractandum Nobiscum, super certis Materiis & Negotiis, Nos & ipsum Ducem tangentibus, destinare proponat, ut accepimus,

Nos, pro Securitate ipsorum Heryas, Muny, & Jacobi volentes providere, Suscepimus ipsos Heryas, Muny, & Jacobum, penes Præsentiam nostram, in Regnum nostrum Angliæ, cum Familiaribus & Servientibus suis necessariis & oportunis in Comitiva sua, ex causa prædicta, veniendo, ibidem morando, & exinde versus partes suas proprias redeundo, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque, in salvum Conductum nostrum, ac Protectionem, salvam Gardiam, & Defensionem nostras speciales,

Et ideò vobis Mandamus, &c. Non inferentes, &c. Et si quid, &c.

Nolentes quòd prædicti Heryas, Muny, & Jacobus, aut aliquis Familiarium & Servientum suorum prædictorum, ratione alicujus Marquæ, Contromarquæ, seu Reprisaliæ, arestentur, capiantur, molestentur in aliquo, seu graventur,

Proviso semper quòd iidem Heryas, Muny, & Jacobus, Familiares & * Servientes sui prædicti, quicquam, quod in nostri, seu * VIII. 719.
Regni nostri prædicti, aut aliquorum Ligeorum nostrorum, Dampnum vel Præjudicium cedere valeat, non faciant seu attemptent, aut attemptari faciant quovis modo.

In cujus, &c. per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, sexto die Februarii.

Per ipsum Regem.

REX, eisdem, Salutem. Ibid.

Sciatis quòd,

Cùm, carissimus Consanguineus noster, *Dux Auriolensis*, Notabiles & Discretos Viros, *Mausar Deyne* Chivaler, *Ectorem de Pount Brtaunde* Escuier, & Fratrem *Petrum de Versals*, Ambassiatores, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

REX, eisdem, Salutem. Ibid.

Sciatis quòd,

Cùm, Carissimus Consanguineus noster, *Dux de Bourbon*, Notabiles & Discretos Viros, *Franciscum de Dabryggecourt* Chivaler, & *Johannem Soret* Armigerum, Ambassiatores, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

REX, eisdem, Salutem. Ibid.

Sciatis quòd,

Cùm *Comes d'Armynak* quosdam Ambassiatores & Nuncios suos penes Præsentiam nostram, *&c. ut supra usque ibi*, suscepimus, *& tunc sic*, ipsos Ambassiatores & Nuncios, cujuscumque Statûs, Gradûs, vel Conditionis fuerint, usque ad numerum Trium Personarum, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

REX, eisdem, Salutem. Ibid.

Sciatis quòd,

Cùm *Comes d'Alaunson* quosdam Ambassiatores & Nuncios suos, *&c. ut supra usque ibi*, ad numerum, *& tunc sic*, Duarum Personarum, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

REX, eisdem, Salutem. Ibid.

Sciatis quòd,

Cùm *Dominus de la Bret* Constabularius Fraunciæ, *&c. ut supra usque ibi*, ad numerum, *& tunc sic*, Duarum Personarum, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

Pro Gentibus Aquitaniæ, ne habeantur pro Alienigenis.

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Tenorem cujusdam Petitionis, Nobis, in ultimo Parliamento nostro, apud Westmonasterium tento, per Dilectos & Fideles Ligeos nostros Aquitanniæ exhibitæ, & in Rotulo ejusdem Parliamenti irrotulatæ, in hæc verba,

Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Vasc. 13. H. 4. m. 9.

Au Roi nostre Tressoverein Seigneur, & a toutz les autres Seigneurs de cest present Parlement, supplient treshumblement voz foiaulx Lieges, de vestre Pais de Guyene, qe,

Comme, par les Grant Oppressions, Demolicions d'Osteilx, & Destruction de Biens, & Desheritementz de leurs propres Heritages, & autres Devoirs & Appartenances quielxconques, plusurs d'iceulx sont

 De-

me ceulx qui ne sçauent aler aillours pour acquerir leur Vies, leur Honeur garde, si de vestre benigne Grace en Pite ne leur est sur eeo Pourveu de Remede gracieulx & covenable,

Qu'il plaise a vestre Roialle Magnificence, *de vestre Grace especiale, graunter qe toutes man.rs des Gentz, voz Lieges de vestre dis Pais de Guyenne, quelxconque & de quelque estat ou condition qe soient, qui a present sont Demourantz en vestre dite Roialme. & y ont Demourre, ou serront Demourantz par temps a venir, & leur Heirs & Successours a jamais, puissent estre declarez, reputez, recordez, & publiez, en cest Parlement, pur voz Foiaulx Lieges & Loiaulx,*

Es qu'ilx puissent Demurer, Vendre, & Achater, Posseder & Acquirir Terrés, Rendes, Possessions, Tenementz, & autres Biens quielconqes, pour eulx, & pour leurs Heirs, & Successours, dedeins vestre dit Roialme,

Et qu'ilx puissent user, joier, & exploiter generalment de toutz leur Biens Terres, Rendes, Possessions, Hosteilx, Esmolumentz, Tenementz, Devoirs, & Revennes, par eulx Acquis ou Acquerre quielxconques, si avant comme voz autres Lieges nees dedeins vestre dite Roialme d'Engleterre, comme droit & raison le requirent,

Et, en outre, Commander & Charger estroitement a toutz voz Justicers, Officers, Subgiz, & Ministres, & a chescun de eulx, & a touz voz autres Lieges quielxconques, que a voz ditz Lieges de vestre dite Pais de Guyenne, Demourantz au present en vestre dit Roiaulme, & qui y ount demoure, ou demoureront ou habiteront, & a leurs Heirs ou Successours, qui ores sont, ou par temps a venir serront, ne facent ne seuffrent estre fait, ou a ascun de eulx, Mal, Damage, Force, Grevance, Destourbier, ne Empeschement, en Corps ne en leurs Biens, cy dessus declarez & expresses, ne autres, en nulle manere, par nulle voie ou condition que ceo soit,

Et, si aucune chose estoit faite a l'encontre, que prestement & sanz delaie le facent reparer, & mettre en estate debu,

Et sur ceo facez Inhibition & Proclamation a touz voz Lieges, par toutes les bonnes Villes & autres Lieux de vestre dite Roiaulme, que d'ores en avant ne les vuillent appeller Alliantz, ne dire aucunes Villeine, Injuries, ne Reproches, sur tielle Peine comme a vestre tresexcellence discretion, par avis & deliberation de vestre tresbonurable Conseil, semblera mieulx a faire en tiel Cas,

Et que toutes ces Choses dessusdites puissent estre Entrees & Enactees en Rolle de Parlement de Record, & qui puissent estre Proclaimes par toutes les Citees, Burghs, & bonnes Villes, & par toutes les Countes d'Engleterre, pour Dieu & en oeure de sainte charite.

INSPEXIMUS etiam Tenorem Responsionis ejusdem Petitionis, in dicto Parliamento factæ, & in Rotulo ejusdem Parliamenti similiter irrotulatæ, in hæc verba,

Le Roy, de l'Advis & Assent des Seignurs Espirituelx & Temporeix en plein Parlement, ad Grauntez ceste Petition, & q'ils en aient Lettres Patentes & Briefs, de temps en temps, tantz & tielx comme serront Besoignables en le Cas.

Nos autem Tenores Petitionis & Responsionis prædictarum, ad Requisitionem dictorum Ligeorum nostrorum Aquitanniæ, duximus *Exemplificandos* per Præsentes,

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, septimo die Februarii.

• VIII. 721. ** De Licentia ducendi Monachos in Regnum Angliæ.*

Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Pat. 13. H. 4. p. 1. m. 9.

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm *Johannes Bourgmauwville* Prior de Cowyk, & Procurator Generalis Ordinis Sancti Benedicti in Becocherlwyn, tàm in Anglia, quàm in Wallia, nobis dederit intelligi, qualiter Priores Alienigenæ Ordinis sui prædicti, infra Regnum nostrum Angliæ, de Monachis, ad Divina Servitia ibidem, secundum eorum primævam Fundationem, facienda & excercenda, ad præsens destituti existunt,

Nos, ea de Causa, ob Reverentiam Dei, de Gratia nostra speciali, concessimus dicto Priori Licentiam quòd ipse *Johannem Cunebane*, Commonachum suum, cum suo Serviente in Comitiva sua, ad Capitalem Domum de Becocherlwyn in partibus Transmarinis, ad Octo Monachos ejusdem Domûs abinde in Regnum nostrum prædictum ducendum, ibidem cum præfato Priore, & in aliis Locis ejusdem Ordinis, pro Termino Vitæ eorum, in Incrementum & Sustentationem Divini Servitii commoraturos, mittere possit,

Dumtamen ipsi Dampnum vel aliquid præjudiciale Nobis, aut

ricum Principem Walliæ & Ducem Cornubiæ, &, Nobilem Domicellam, *Annam Filiam præfati Ducis*, favente Domino, Contrahendo,

Ac etiam super Alligantiis & Confœderationibus inter Nos & præfatum Primogenitum nostrum, pro Nobis, Terris, & Dominiis nostris, ex una, & præfatum Ducem, &, dilectissimum Filium suum *Comitem de Charrolois*, pro Se, Terris, & Dominiis suis, parte ex altera, firmandis,

Necnon super Cursu Mercatorum & Mercimoniorum inter Regnum nostrum Angliæ & partes Flandriæ invicem habendo, & Mercibus hinc inde licitè ducendis, prout aliàs Tractatum exitit in hac parte,

Nos, de vestra fidelitate & circumspecta prudentia plenius confidentes, ad Tractandum & Appunctuandum cum Ambassiatoribus prædictis, de & super omnibus prædictis Materiis & eas concernentibus, plenam & liberam, Tenore Præsentium, committimus Facultatem,

Promittentes, bonâ fide, & in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros, & per nostros Subditos facere teneri, perfici, & compleri, quicquid per vos Quatuor, vel Tres vestrûm, Tractatum & Appunctuatum fuerit in Præmissis vel aliquo Præmissorum.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo die Februarii.

Per ipsum Regem.

Ad Regem Castella.

Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Penes Cleric. Pell. • VIII. 722.

SErenissimo ac Magnifico Principi, *Johanni* Dei gratiâ, *Regi Castellæ & Legionis*, Nepoti nostro carissimo, *Henricus*, eâdem gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & Dominus Hiberniæ, Salutem & Votivorum Successuum incrementa.

Gravis & mœstuosa Querela, Ligii ac Servitoris nostri prædilecti, *Memomms de Varundos*, Magistri cujusdam * Navis vocatæ la Sainte Marie de Baion, nobis retulit displicenter quòd,

Cùm ipse, in Festo Omnium Sanctorum, circiter Novem Annos jam præteritos, cum dicta Navi, ac Mercatoribus & aliis, tunc existentibus in eadem, a Portu Civitatis nostræ Burdegaliæ recessisset, versus partes Portugaliæ recto tramite profecturus, appropinquassetque ad Insulas de Baionice de Mior,

Quidam, nomine *Diego Sanchitz Portocarririus* naturalis Regni vestri Castellæ, ingentem Armatorum Numerum protunc secum retinens, supra Mare (non advertens Treugarum, inter Nos & Adversarium nostrum Franciæ ac Alligatos nostros hinc inde tunc temporis existentium, firmitatem) Navem prædictam, unà cum Bonis & Mercandisis tunc existentibus in eadem (quæ ad Valorem Trium Milium & Quingentorum Florenorum æstimabiliter extendebant) Cepit piraticè manu forti,

Et cum eisdem Navi, Mercandisis, atque Bonis, ad locum quendam vocatum Portobigo in Gallicia velociter properavit, ubi ab Habitatoribus loci illius erat amicabiliter, ut accepimus, Receptatus,

Cumque Mercatores ac alii, in dicta Navi, ut præmittitur, existentes, in Terram inibi descendissent, a Gentibus dictæ Villæ de Baionice de Mior, & aliis dictæ Patriæ Galiciæ, Capti fuerant & Incarcerati, variisque Verberibus Cruciati, & demùm de Auro & Argento, necnon de Herneliis, Vestibus, ac aliis Rebus suis (Valoris Trescentorum Florenorum) inhumaniter Spoliati,

Quæ omnia & singula, *Princeps Magnifice, Nepósque Carissime*, facta & perpetrata fuerant infra dictarum tempus Treugarum, in quibus vos, ut Alligatus Adversarii nostri prænotati, eratis in specie comprehensi;

Et licet *Magnificentia vestra Regia*, per Dampnum passos hujusmodi, pro Restitutione seu Satisfactione Præmissorum, sæpiùs fuerat requisita, Justitiæ tamen complementum exindè consequi minimè potuerunt:

Quapropter, ad Instantiam ipsorum, quibus in Justitia deesse nequimus, vestram Serenitatem affectuosè requirimus & rogamus quatinus, tantorum Enormitatem Scelerum advertentes, velitis & placeat Dampnificatis hujusmodi, seu ipsorum Procuratoribus, super Præmissis, de celeri & festinato Remedio providere, ita quòd, tùm contemplatione Justitiæ, tùm nostræ considerationis intuitu, non solùm Bonorum suorum Restitutionem, sed & Dampnorum Resartionem consequi valeant, ut est justum, & prout Regnicolis vestris, si casus eis consimilis forsan evenire contingat, cupitis nos facturos.

Dat. in *Palatio nostro Westm.* decimo quarto die Februarii, Anno Regni nostri decimo tertio.

De

si vobis placeat, Mercatores Villæ de Lenn, partes de Berne in Norwegia usitantes, quòd,

Cùm iidem Mercatores, per *Mercatores Societatis de Hansa*, partes prædictas frequentantes, sæpius ante hæc tempora Perturbati, Molestati, Impetiti, Dampnificati extiterint multipliciter & Gravati, prout per Articulos sequentes pleniùs poterit apparere, videlicet,

In Primis, ubi dicti Mercatores Anglici, virtute & auctoritate Priviegiorum, Libertatum, & Franchesiarum eis, per *Regem Daciæ, Norwegiæ, & Sueciæ*, antiquitus concessorum, circa Annum Regni *Regis Ric. Secundi* defuncti Quartumdecimum, super Facto Mercandisarum suarum apud Berne Conversantes & Residentes extiterint, tunc temporis venerunt certæ Personæ, dictæ Societatis de Hansa, infra Portum de Berne, in diversis Vasis Armatis & Arraiatis, & Vi & Armis spoliaverunt, deprædaverunt, & malitiosè verberaverunt dictos Mercatores Anglicos, ac Habitationes & Mansiones suas infra Villam prædictam, ac Bona & Mercandisas sua (ad Valorem Trium Milium Marcarum) necnon
• VIII. 723. Obligationes & alias Securitates * de Mille Libris & amplius, infra Mansiones suas prædictas existentes, combusserunt, & quamplura alia Dampna, Injurias, & Mesprisiones præfatis Mercatoribus Anglicis fecerunt,

Sic quòd apud dictam Villam de Berne morari non audebant, set abinde in Salvationem Vitæ suæ transierunt, usque ad tempus quo Rex Daciæ, consideratione Querelæ dictorum Mercatorum Anglicorum, sibi in ea parte factæ, misit certos Officiarios & Ministros suos apud Berne, ad Rescuendum dictos Mercatores Anglicos, contra illos de Societate de Hansa, & ad Faciendum & Ordinandum Jus & Justitiam eisdem Mercatoribus Anglicis, ad Finem quòd juxta formam Libertatum & Franchesiarum, sibi per dictum Regem Daciæ, ut præmittitur, concessarum, absque Perturbatione, Molestiâ, seu Gravamine, sibi, per ipsos de Hansa, vel per aliquem alium, nomine suo, faciendis, bene & pacificè facere possent,

Ad Dampna ipsorum Mercatorum Anglicorum Mille Librarum & amplius.

Item, Anno Regni Domini nostris Regis nunc primo, dicti Mercatores de Societate de Hansa, apud dictam Villam de Berne, diversis Vicibus per Diem, & præcipuè per Noctem, Ostia Mansionum, ubi dicti Mercatores Anglici hospitabantur, in eadem Villa de Berne, sicut in Lectis suis jacebant, fregerunt, Injungendo eis, quòd extra Hospitia sua, ab Occasu Solis usque ad Ortum ejusdem, sub Pœnâ perditionis Vitæ suæ, nullo modo transirent,

Et super hoc illi de Hansâ Vigilias & Insidias, de Gentibus Armorum in Vasis, tàm in Portu de Berne, quàm super Terram, in eadem Villâ, fecerunt,

Ita quòd dicti Mercatores Anglici Mercandisas suas, ob metum illorum de Hansa, in salvationem Vitæ suæ, facere non audebant,

Ad Dampnum ipsorum Mercatorum Anglicorum Quingentarum Marcarum, ac in derogationem & diminutionem Custumæ Domini nostri Regis Quingentarum Marcarum & amplius.

Item, dicti Mercatores Anglici, videntes & sentientes Extorsiones, Mesprisiones, Dampna, Roberia, & Spoliationes hujusmodi, per illos de Hansa sibi facta, eidem Domino nostro Regi & Concilio suo, pro Remedio congruo inde habendo, conquesti fuerunt,

Super quo idem Dominus noster Rex, quartodecimo die Martii, Anno Regni sui Secundo, per Commissionem suam assignavit quendam *Johannem Drax*, Servientem ad Arma, ad Arestandum, & coram ipso vel Concilio suo Ducendum, *Johannem Pape, Herman Nettil, Ricardum Colbrok, Synkill Haus, Vottyn*, & *Hullest*, Personas dictæ Societatis de Hansa, apud Boston tunc Residentes, ad Respondendum super Punctibus prædictis,

Et, cum dicti Johannes Pape, & Socii sui, coram Domino nostro Rege & Concilio suo venerunt, iidem Johannes Pape & Socii sui concesserunt se obligari eidem Domino nostro Regi, tàm pro omnibus illis de Hansa, Visitantibus partes de Berne, quàm pro se ipsis, in summa Mille & Quadringentarum Marcarum, per quandam Recognitionem in Cancellariâ Domini nostri Regis, sub Conditione quòd omnimodi Mercatores Anglici, partes de Berne usitantes, extunc ibidem Mercandisas suas facerent, absque Perturbatione, Molestiâ, seu Gravamine quocumque, sibi per ipsos de Hansa faciendis, & hoc adeò liberè sicut illi de Hansa tollerantur, ac habent, & utuntur in Regno Angliæ,

Et licet iidem, Johannes Pape, & Socii sui prædicti, tunc temporis, concesserint facere Recognitionem prædictam in Formâ prædictâ, ipsi tamen illam non fecerunt, quia nulla talis Recognitio intrata in aliquâ Placeâ de Recordo inveniri potest,

Undè, prout iidem supplicantes supponunt, dictæ Gentes de Hansa, scientes dictam Recognitionem non intrari de Recordo, magis audaces ad alia Dampna & Mala in Articulis sequentibus facienda extiterunt, videlicet,

Ubi, Quatuor vel Quinque Annis ultimo elapsis, Centum Personæ Piscatores de Crowemere & Blakeneye, ac aliarum Villarum de Costerâ Comitatûs Norffolciæ, sicut ipsi in Mari Piscati fuerunt, propter metum magni numeri Inimicorum Domini nostri Regis, tunc supra Mare existentium, ad Portum de Wyndford in de dicta Societate de Hansa semper postea fuerunt & adhuc existunt magis Audaces, Gravamen, Molestiam, & Dampnum eisdem Mercatoribus Anglicis in dictis partibus de Berne facere, dicentes quòd, licet dicta Recognitio de Recordo intrata fuerit, & ipsi illam forisfecerint, in tantum quod ipsi omnes Mercatores Anglicos venientes apud Berne occidissent, Perditio cujuslibet illorum de Hansa, qui contribueret Forisfacturæ prædictæ, non attingeret ad Sex Denarios, & tamen in Anglia venire plus relinquere noluerunt.

Item, ubi, quidam *Willielmus Lok* de Lenn, & alii Mercatores de Lenn, circa Festum Purificationis beatæ Mariæ Virginis, Anno Regni Domini nostri Regis nunc Decimo, frectassent quandam Navem de Breme in Portu de Lenn, unde *Cristyn Crepere* fuit Magister, ad velandum ad dictum Portum de Berne & deindè ad Portum de Wysmer, ad inibi cum Bere Carcandam,

Et cùm dicta Navis in dicto Portu de Berne applicuisset, venerunt certi Mercatores, de dictâ Societate de Hansa, & præceperunt, injungerunt, & defenderunt dictum Cristyn quòd ipse nullo modo usque Wysmer, ad capiendum Frectum suum de Bere, sub Periculo Perditionis Vitæ suæ, non velaret,

Qui quidem Cristyn, ob metum Injunctionis hujusmodi, in salvationem Vitæ suæ, dictum Viagium suum facere non audebat, set se revertebat & dictis Mercatoribus de Lenn inde Relationem fecit,

Ad Dampnum ipsorum Centum Librarum, & in Derogationem & Diminutionem Custumæ dicti Domini nostri Regis Centum Librarum & amplius.

Item, circa Festum Assumptionis beatæ Mariæ Virginis ultimò præteritum, ubi certi Mercatores Anglici, in dictâ Villâ de Berne existentes, certas Portiones Piscis duri (valoris Centum Librarum) de certis Gentibus de Norwegia Emissent, & pro eisdem debitè Solvissent, & dictum Piscem in Batellis Posuissent, ad ipsum usque Hospitium suum in Berne ducendum, venerunt quædam Personæ, de Societate de Hansa, eodem tempore, Vi & Armis absque Causâ, dictum Piscem extra manus suas ceperunt, & dictos Mercatores Anglicos malitiosè verberaverunt & spoliaverunt, ita quòd ipsi se subtraxerunt, & ad Piscem suum prædictum petendum, ob metum Mortis, ausi non fuerunt,

Qui quidem Malefactores Piscem prædictum hucusque detinent, & nullam Restitutionem indè fecerunt, nec adhuc facere volunt,

Ad grave Dampnum ipsorum Mercatorum Anglicorum Centum Marcarum, ac Diminutionem Custumæ Domini nostri Regis Viginti Librarum & amplius.

Item, dicti Mercatores, de Societate de Hansa, dictas partes de Berne usitantes, inter ipsos, pro singulari commodo suo, malitiosè ordinaverunt quòd nullus Mercator Anglicus, Partes prædictas usitans, ab eis aliqua Mercandisas seu Victualia emet, & quòd nullus illorum de Hansa præfatis Mercatoribus Anglicis, de aliquibus Mercandisis seu Victualibus, aliquam Venditionem ullo modo faciet, sub gravi Pœna inter illos super hoc factâ,

Ad grave Dampnum, Præjudicium, & Destructionem omnium Mercatorum Anglicorum, Partes prædictas usitantium.

Quapropter placeat Nobilibus Dominationibus & discretis Discretionibus vestris considerare gravia & horribilia Extorsiones, Mesprisiones, & Dampna prædicta, præfatis Mercatoribus Anglicis, per illos de Societate de Hansa, sic facta, & consimilia fieri in futurum, de die in diem, nisi de Remedio celerius provideatur in hac parte, & ad evitandum omnimoda Dubitationes, Pericula, & Dampna, quæ in futurum præfatis Mercatoribus Anglicis, partes prædictas usitantibus, per Malitiam illorum de Hansa evenire poterunt, ordinare quod illi, de Societate de Hansa, sub Libertatibus suis Residentes & Venientes in Regno vestro Angliæ apud Boston possint, coram vobis præfato Domino nostro Rege obligari per Recognitionem, in quadam rationabili Summâ, juxta avisamentum vestrum limitandâ, tàm pro omnibus Sociis suis, dictas partes Norwegiæ Usitantibus & in eis Residentibus, quàm pro seipsis, Regnum Angliæ Usitantibus, & in eodem Residentibus, quòd omnes Mercatores Anglici, in dictis Partibus Norwegiæ Residentes, & eas usitantes, per Libertates & Franchesias suas, Mercandisam suam ibidem facere possint, absque Perturbatione,
Molestatione, seu * Gravamine aliquali, sibi per illos de Societate • VIII.
de Hansa, aut per aliquem alium, eorum nomine, faciendis, & 725.
hoc adeò liberè & eodem modo, sicut illi de Hansa tolerantur, ac habent, utuntur, per Libertates suas, in Regno Angliæ, pro Deo, & in opere Caritatis.

Inspeximus etiam Tenorem cujusdam Literæ nostræ, sub Privato Sigillo nostro, per nos nuper factæ, infra quam prædictos Articulos fecimus intercludi, &c, de Avisamento Concilii nostri, Aldermannis Societatum communium Mercatorum, tàm Villæ nostræ de Lenn, quàm de Hansa, apud North Berne in Norwegia Residentibus, missæ in hæc verba,

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & Dominus Hiberniæ, dilectis nobis, *Aldermannis* Societatum communium Mercatorum, tàm Villæ nostræ de Lenn, quàm de Hansa, apud North Berne in Norwegia Residentibus, Salutem.

Porrectos

apertam Certificationem faciatis, vel saltem sub dictis communibus, in eventum quo ipsi Proconsules, Consules, sive Judices Sigilla sua hujusmodi Certificationi apponere non dignentur,

Et hoc, prout de vobis confidimus, nullatenus omittatis.

Dat. sub Privato Sigillo nostro apud *Westm.* vicesimo sexto die Junii, Anno Regni nostri Duodecimo.

Nos autem Tenores prædictos, Tenore Præsentium, duximus *Exemplificandos.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quinto die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Physico Regis.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1412. Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, & pro eo quod,
An. 13. dilectus nobis, *David de Nigarellis de Luca*, Physicus noster,
H. 4. Homagium Ligeum nobis fecit, Concessimus & Licentiam De-
Pat. 13. dimus, pro nobis & Hæredibus nostris, quantum in nobis est,
H. 4. præfato David, quòd ipse & Hæredes sui extunc sint Indigenæ,
p. 2. ac Tractati, Teneti, & in omnibus Reputati, sicut veri & fideles
m. 28. Ligei nostri infra Regnum nostrum oriundi,

Et quòd idem David & Hæredes sui prædicti sint personæ habiles ad percipiendum & Impetrandum, Dandum, Concedendum, Alienandum, Gaudendum, & Hæreditandum, infra Regnum nostrum prædictum, Terras, Tenementa, Redditus, Advocationes, Servitia, Reversiones, & alias Possessiones quascumque, adeò liberè sicut aliquis alius Ligeorum nostrorum infra Regnum nostrum prædictum oriundorum, Habenda & Tenenda Terras, Tenementa, Redditus, Advocationes, Servitia, Reversiones, & alias Possessiones, sibi, Hæredibus, & Assignatis suis, vel alio modo quocumque, Imperpetuum,

Ac etiam quòd ipse, & Hæredes sui prædicti, omnimodas Actiones & Querelas, tàm Reales, quàm Personales, in omnibus
* VIII. 726. Curiis & Placeis nostris, ac * aliis Curiis quibuscumque, tàm infra Regnum nostrum prædictum, quàm alibi, habere & prosequi, & Actiones & Querelas prædictas Placitare & in eisdem Respondere possint, eisdem modo & formâ, adeò liberè & integrè, sicut aliquis Ligeorum nostrorum, infra Regnum nostrum prædictum oriundorum,

Proviso semper quòd prædictus David Lotto & Scotto contribuat, necnon Taxas, Tallagia, Custumas, Subsidia, & alia Deveria quæcumque solvat, modo quo alii Fideles nostri, infra Regnum nostrum prædictum oriundi, facient.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo octavo die Februarii.

Ad Principem Walliæ Literæ Papæ Credentiales.

Ann. D. JOhannes Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio, Nobi-
1412. li Viro, *Henrico Principi Walliæ*, carissimi in Christo Filii no-
An. 13. stri *Henrici Regis Angliæ Illustris* Primogenito, Salutem & Apo-
H. 4. stolicam Benedictionem.
Ex Autogr. Nonnulla Commisimus, dilecto Filio, Magistro *Ricardo Derham*, Sacræ Theologiæ Professori, Notario nostro, Nobilitati tuæ vivâ voce referenda,

Propterea velis eidem in hiis, quæ tibi, nostri parte, retulerit, hac vice duntaxat, adhibere Credentiæ plenam fidem.

Dat. *Romæ apud Sanctum Petrum* Kal. Martii, Pontificatûs nostri Anno Tertio.

Jo. Scalberg.

De Salvo Conductu pro Ambassiatoribus Principum Franciæ.

Ann. D. REX Universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Sa-
1412. lutem.
An. 13. Sciatis quòd,
H. 4. Cùm, ut accepimus, Nobilis Vir, *Dux de Barry*, *Poulconnet*
Franc. *Dacre* Militem, & Fratrem *Jacobum le Grant* Magistrum in The-
13. *H.* 4. ologia, Nuncios & Ambassiatores suos, ac, Nobilis Vir, *Dux*
m. 16. *Aurialensis*, *Etor de Pombriant*, & Magistrum *Petrum Versaille* Magistrum in Theologia, Nuncios & Ambassiatores suos, ac, Nobilis Vir, *Dux de Burbonia*, *Franciscum Daubiscourt* Militem, cum uno Clerico in Comitiva sua, Nuncium & Ambassiatorem suum, ac, Nobilis Vir, *Comes de Lanceon*, *Gallas Dacby* Militem, cum uno

Teste Rege apud *Cantuariam*, Secundo die Martii.

Per ipsum Regem.

---

* *De salvo Conductu pro Nunciis Ducis Britanniæ.*

* VII. 727.

REX universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, cum, 1412.
Ut accepimus, Carissimus Filius noster, *Dux Britanniæ Ermel* *An.* 13.
Dominum de Chastelle Giron Militem, & *Johannem Lopiahac* Mi- *H.* 4.
litem, Nuncios & Ambassiatores suos, in Regnum nostrum An- *Franc.* 13.
gliæ penes Personam nostram, de & super certis Negotiis nobis- *H.* 4.
cum tracturos, mittere & destinare proponat, *m.* 15.

Nos (pro Securitate sua in hac parte providere volentes) suscepimus ipsos Ermel & Johannem, in dictum Regnum nostrum Angliæ, cum Triginta Militibus & Armigeris, Hominibus Generosis & aliis, ac Valettis suis in Comitiva sua, *&c. ut supra.*

In cujus, &c. usque Festum Sancti Johannis Baptistæ proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, secundo die Martii.

Per ipsum Regem.

Ad Regem Portugaliæ.

SErenissimo ac magnifico Principi, *Johanni*, Dei gratiâ, *Portu-* Ann. D.
galiæ & Algarbii Regi, Fratri nostro Carissimo, Henricus, ea- 1412.
dem gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ* & Dominus Hiberniæ, Sa- *An.* 13.
lutem & ubertatem Successuum votivorum. *H.* 4.
Non est diu, *Serenissime Princeps*, *Frater Carissime*, quòd, ex *Ex Orig.*
relatibus prædilecti Ligii nostri, *Thomæ Fauconer*, Civis & Mer- *Pro. Clr.*
ceri nostræ Civitatis Londoniarum, ad nos pervenit Querimonia *Pell.*
miranda Nobis admodum & stupenda,

Cujus quidem Querelæ Materia continet, in effectu, quòd,

Cùm, vicesimo sexto die Octobris, Anno ab Incarnatione Domini, secundum cursum & computationem Ecclesiæ Anglicanæ, Millesimo Quadringentesimo nono, quædam Navis sua, vocata le Thomas de London, Ducentorum Portagii Doliorum, unde *Johannes Pastewe* Magister, *Rogerus Orger* Mercator, & *Ricardus Bek* Bursemagister, veraciter extiterunt, Ulixbonensi feliciter applicuisset in Portu, ac ibidem Oleo, Cerâ, variisque Mercandisis aliis onerata fuisset, intentione in Regnum nostrum Angliæ Revertendi,

Quidam, *Johannes Syfe Alfonsi Sysero* Corrector vesterque Locumtenens Civitatis Ulixbonensis, Magistrum ac Marinarios omnes Navis prædictæ ab eadem violenter extraxit, & eosdem Cathenis Ferreis circa Pedes & Colla colligari fecit, & diris Carceribus mancipari,

Quo facto Mercandisas & Bona, in dicta Navi adtunc existentia, mandavit & fecit Discarcari, & velociter asportari, mandans etiam firmiter & injungens Bursemagistro prænotato, & cæteris, ut præmittitur, Incarceratis, Esculenta & Poculenta Custubus suis propriis ministrarent,

Sicque a duodecimo die Februarii, Anno Domini superiùs annotato, usque Festum Paschæ tunc proximò sequens, Incarcerationis Angustias tolerarunt,

Vobis, ut refertur, asserentibus, quòd eorum aliqui, ad Subtractionem cujusdam Navis, infra vestrarum Cursus Aquarum aliàs furtivè sublatæ, præstiterunt Consilium & juvamen,

Et quamquam de hoc, *Princeps magnifice*, ac *Frater Carissime*, tàm per Inquisitiones varias, quàm per Examinationes, captas, prout decuit, in hac parte, dicti nostri Ligii comperti fuissent Insontes pariter & Immunes,

Cujus rei causâ Correctori memorato per vestras Mandavistis Literas Patentes ut Navem prædictam ab Aresto, Magistrumque ac Marinarios ejusdem a Carceribus, illicò Relaxaret,

Quod quidem vestrum Mandatum postea fuit, ut accepimus, Executioni cum difficultate non modica demandatum,

Occasione tamen Arrestationis & Detentionis diutinæ Navis, ac Magistri, & Marinariorum prædictorum, supradictus Thomas Fauconer, Possessor Navis ejusdem, Sex Millium Coronarum Auri, sibi pro Naulo Debitorum, deperdita Toleravit, ultra Dam-
pna & * Expensas, quæ tàm idem Possessor, quàm Magister & * VIII. 728.
Marinarii antedicti propterea sunt perpessi,

Vestram igitur Magnificentiam Regiam, Dampna passi, & hujusmodi, pulsati Instantiis, Requirimus admodùm & Rogamus quatinus, attendentes quòd Arestatio prædicta, indebitè, &, si dicere fas est, injustè, ut prædicitur, ex proposito facta, inter Vos & Nos, & nostros etiam Populos, vigentis mutuæ Dilectionis

non

Dorf.
Requisitio pro Thoma Faueoner *de London.*

De Passagio pro Laurensio de Pascoch.

Ann. D. REX, Custodibus Passagii in Portu Londoniæ, Dovorriæ, vel
1412. Sandewici, Salutem.
An. 13. Mandamus vobis quòd *Laurentium de Pascoch*, aliàs dictum de
H. 3. Tar, Chivaler de Hungaria, qui de Licentia nostra versus Partes
Claus. transmarinas profecturus est, in aliquo Portuum prædictorum, ubi
13. H. 4. sibi placuerit, cum Servientibus, Bonis & Hernesiis suis quibus-
m. 17. cumque, versus partes prædictas, liberè & absque impedimento aliquo, transire permittatis,

Aliquo Mandato nostro, vobis prius in contrarium directo, non obstante,

Dumtamen aliqua, Nobis seu Regno nostro Angliæ præjudicialia, secum non deferat quovis modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, ij die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Dissentionibus in Regno Franciæ, de non Intromittendo.

Ann. D. REX, Vicecomiti Kantiæ, Salutem.
1412. Quia variè informamur quòd diversæ Dissensiones & De-
An. 13. batæ inter nonnullos Status Regni Franciæ motæ existunt & sub-
H. 4. ortæ,
Claus. Quodque diversi Ligei nostri ad Partes illas, ex causa prædicta,
13. H. 4. pro Sustentatione & Fortificatione unius sive alterius Partis, nisi
m. 21 d. per Nos celerius restringantur, divertere se proponunt,

Nos,

Nolentes quòd Ligei nostri (cujuscumque Status fuerint vel Conditionis) præsertim eùm ad eorum illæsam pro Posse Conservationem summariè obligemur, tanto Discrimini & Periculo absque maturiori Deliberatione aliqualiter se exponant, quominus ipsi Nobis & nostris agendis eo prætextu deesse possint si Casus evenerit in eventu,

Tibi Præcipimus, districtiùs Injungentes, quòd in singulis locis Comitatûs tui, tàm infra Libertates, quàm extra, ubi magis expedire videris, ex parte nostra publicè Proclamari & inhiberi facias nè quis Ligeorum nostrorum (cujuscumque Status vel Conditionis fuerit) sub Ligeantia sua, & Forisfactura omnium quæ Nobis forisfacere poterit, ad partes prædictas, ex causa prædicta, quocumque Ausu suo temerario, seu alio Colore adquisito, absque Licentia & Mandato nostro speciali, nullatenus se divertat, aut divertere se præsumat ullo modo,

Quodque Custodes Portuum Maris vel alii Ligeos nostros hujusmodi ad Partes prædictas, occasione præmissâ, transire non permittant sub Pœna supradicta,

Set quòd Nobis Intendentes sint & Expectantes, cùm ad Partes illas, pro Jure & Hæreditate nostris, declinemus, secundum quod aliis a Nobis habebunt in Mandatis.

Teste Rege apud *Cantuar.* decimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

*VIII. * *Consimilia Brevia diriguntur singulis Vicecomitibus per An-*
729. *gliam,*

Et Cancellario Regis Comitatus Palatini Lancastriæ,

Ballivis Civitatis Regis Cantuariensis,

Ac Capitaneo Villæ Regis Calesii, vel ejus Locumtenenti ibidem, mutatis mutandis.

Pro Punctibus Armorum.

Ann. D. LE Roy a toutz noz Admiralx, Capiteins, Chastelleins, & a
1412. lour Lieutenantz, Custumers, Gardeins des Portes du Meer,
An. 13. Viscontz, Mairs, Baillifs, Constables, & a touz noz autres Minis-
H. 4. tres & Foialx, si bien deinz nostre Roialme d'Engleterre, come
Franc. 13. en noz Marches de Picardie & aillours, tant par Terre, come per
H. 4. Meer, as queux cestes presentes Lettres viendront, Salutz.
m. 14. Come, a ceo que Nous sumez enfourmez, *Johan Karneau* Esquier ad entention & volentee pur venir en nostre dit Roialme d'Engleterre, pur Combatre, en nostre Presence, a l'encontre, nostre bien ame Chivaler, *Richard Arundell*.

Nous, cestes Chosez consideretz, avons Graunte & Grantons nostre Seure & Sause Conduit au dit Johan, & a Cent Parsones en sa Compaignie, a Pee, ou a Chival, ovesque lour Or, Argent, Males, Hernois, Joialx, Armures, & autres Biens quecon-ques,

Si vous Mandons que le dit Johan, ovesque les Parsones & lour Biens suisditz, vous lessez venir en nostre dit Roialme d'Engleter-

Tom. IV. P. II.

En Tesmoignance de quel Chose nous avons fait faire cestes noz Lettres Patentes a durer del Primer Jour de May proschein, tanque al fyn de Trois Moys lors proschein ensuantz.

Don. soubz nostre Graund Seal *a Westm.* le xiv jour d'Averill.

De par le Roi.

Super Punctubus prænotatis.

LE Roy, &c. a touz noz Admirallx, &c. Salutz. Ann. D.
Come (a ce que Nous sumez ensourmez) *Thenneguy du* 1412.
Chastell Chivaler ad Entention & Volunte de venir, en nostre An. 13.
Presence, a l'encontre, nostre bien amee Chivaler, *Johan Corne-* H. 4.
waille, Ibid.

Nous, cestes Choses consideretz, avons grante & grantons nostre seure & sauf Conduyt au dit Thenneguy, & Cent Parsones en sa Compaignie, *&c. prout in Literis superioribus*

En Tesmoignance de quelle Chose Nous avons fait faire cestes noz Lettres Patentz, a durer del Primer Jour de May proschein, tanque al fyn de Trois Moys lors proschein ensuantz.

Don. souz nostre Grand Seal, a *nostre Palays de Westm.* le xiv Jour d'Averill.

De par le Roy.

* *Pro Jacobo de Douglas, super certis materiis Regis communicandis.* *VIII. 730.

REX Universis & Singulis Admirallis, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd suscepimus in salvum & securum Conductum 1412.
nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem no- An. 13.
stras speciales, *Jacobum de Douglas* Chivaler, Filium *Domini de* H. 4.
Dalketh, & *Jacobum de Douglas* de Roberton Chivaler, de Re- Ibid.
gno Scotiæ, insimul, vel divisim, ac Duodecim Personas Scotos m. 15.
in Comitiva sua, in Regnum nostrum Angliæ, ac alia Dominia nostra, tàm per Terram, quàm per Mare, pro certis Causis & Materiis Nobiscum communicandis, veniendo, ibidem morando, perhendinando, & exinde ad Propria redeundo,

Et iterum in Regnum & Dominia nostra prædicta, quotiens sibi placuerit, reveniendo, & deinde ad Propria transeundo, & redeundo,

Necnon Tresdecim Equos, Bona, & Hernesia sua quæcumque,

Et ideo vobis Mandamus quòd ipsos, Jacobum & Jacobum, insimul vel divisim, ac duodecim Personas prædictas in Comitiva sua, *&c. ut in ejusmodi de Conductu Literis.*

In cujus, &c. per unum Annum a Primo die Mensis Maii proximò jam futuro duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xviij die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Marinariis arestandis, pro Viagio Regis.

REX, dilecto sibi, *Johanni Drax*, Servienti suo ad Arma, Sa- Ann. D.
lutem. 1412.
Sciatis quòd assignavimus Te, An. 13.
Ad Centum Marinarios, apud Gippewicum, Baldeseye, Col- H. 4.
nase, Erewerton, & Herwych, in Comitatu Suffolciæ, Pat. 13.
Centum Marinarios, in Hundredis de Mylton, & de Hoo, in H. 4.
Clyve, & in Gravesende, in Comitatu Kantiæ, p. 2. m.
Et Triginta Marinarios in Stanvorde & Fobbynge in Comitatu 29. d.
Essexiæ, existentes,

Per Te & Deputatos tuos arestandum, & capiendum, ad Deserviendum nobis in quodam Viagio supra Mare infra breve faciendo pro Denariis nostris in hac parte rationabiliter solvendis,

Et ideò tibi Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter intendas, ac ea facias & exequaris in forma prædicta.

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis nostris, tàm infra Libertates, quam extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quòd Tibi, in Executione Præmissorum, Intendentes sint & Respondentes prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xviij die Aprilis.

Per ipsum Regem.

B De

VIII. 731. Captivo dicti Willielmi Faryndon, Johannis Schakel, & Roberti Haule, Armigerorum Defunctorum, ac Custodiæ dicti Hostagii, & quarumdam Summarum Pecuniæ pro Financia & Redemptione dicti Comitis, occasione suæ Captivitatis, cum suis Dependentiis,

Quæ Primò, in Curia nostra Militari Angliæ, inter quendam *Johannem Hoton* Cessionarium prætensum cujusdam *Matildis Haule*, Hæredis unicæ, ut prætenditur, dicti Roberti Haule, Partem Actricem, ex parte una, & præfatum Johannem Schakel, Partem Defendentem, ex altera,

Et subsequenter (præfato Johanne Schakel ab hac Luce substracto) inter eundem Johannem Hoton Cessionarium prætensum, Partem Actricem, ex parte una, & præfatum Thomam Stokes Executorem, Partem Defendentem, ex altera,

Aliquamdiu vertebatur,

Perperàm & nulliter procedens, Partique dicti Johannis Hoton plus debito favens, Sententiam pro Parte ejusdem Johannis, & contra præfatam Partem Defendentem tulisset Diffinitivam, iniquam, invalidam, & mero Jure nullam, dicto Willielmo Faryndon,

Cujus notoriè interfuit & interest, pro defensione Juris sui, prætextu Financiæ prædictæ, sibi debitæ, ad dictam Causam vocari & præmuniri,

Nullatenus vocato nec præmunito, set absente non per Contumaciam,

Per quam quidem Sententiam totum Jus dicti Prisonarii Comitis de Denya, & etiam ipsius Redemptionem sive Financiam, cum omnibus suis Dependentiis, necnon præfatum Alfonsum Hostagium & Custodiam ejusdem, ad dictam Partem Actricem pertinuisse, pertinere, & pertinere debere, Pronunciavit & Declaravit,

Dictamque Partem Defendentem de quibuscumque Summis, per eandem, pro dicta Financia, sive Redemptione dicti Comitis, in quocumque tempore, & per quamcumque Viam receptis, & specialiter de Quatuor Milibus & Septingentis Marcis ac Sexdecim Milibus Francorum, nomine & ex Causa dictæ Redemptionis sive Financiæ, per dictam Partem Defendentem, ut prætenditur, realiter receptis, necnon de dicto Alfonso & Custodia ejusdem, ac etiam de pluribus Munimentis, Cartis, Literis, Obligationibus quibuscumque, dictam Receptionem sive Financiam concernentibus, præfatamque Partem Defendentem fuisse & esse illicitam Detentricem & Occupatricem eorumdem, àc etiam eandem Partem Defendentem, ad faciendum Liberationem effectualem dictæ Parti Actrici, de quibuscumque Summis, Causa dictæ Financiæ sive Redemptionis receptis, ac ad Reddendum & Dandum Compotum dictæ Parti Actrici, Pronunciavit insuper & Declaravit,

Necnon dictæ Parti Defendenti totam Redemptionem dictæ Pecuniæ fore Interdictam Pronunciavit & Declaravit, Interdixit & Inhibuit,

Eidemque Parti Defendenti, super Molestatione & Inquietatione dictæ Partis Actricis, de & super Redemptione & Financia hujusmodi, cum omnibus pertinentiis, Silentium fore imponendum, & imposuit,

Dictamque Partem Defendentem de omnibus Summis, per ipsam receptis, & etiam de aliis Rebus & Munimentis, de quibus superius fit mentio, ad faciendum Restitutionem dictæ Parti Actrici realiter & cum effectu, & in Expensis, in dicta Causa per eandem Partem Actricem factis, Condempnandum fore, & Condempnavit,

Exceptiones & Defensiones quascumque dictæ Partis Defendentis, in dicta Causa propositas, frivolas, illegitimas, & non legitimè probatas reputavit sententialiter & diffinitivè, nulliter & injustè, in dictæ Partis Defendentis præjudicium & Gravamen,

Unde Pars Defendens prædicta, sentiens Se ex Præmissis, Sententia prætensa diffinitiva, Expensarum Condempnatione, & cæteris Gravaminibus supradictis indebitè prægravari, Nobis humiliter supplicavit ut certos Commissarios, ad Cognoscendum & Procedendum de & super nullitate Sententiæ prædictæ, hujusmodique Nullitatis Materiam, cum suis Incidentibus, Dependentibus, Emergentibus, & Connexis quibuscumque, Fine debito Terminandum, sibi dare & assignare, & ei in hac parte Justitiam facere dignaremur,

Nos (Supplicationi prædictæ annuentes) vobis Novem, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tribus, vel Duobus vestrûm (quorum aliquem vestrûm vos, præfati Henrice, Philippe, & Radulphe, unum esse volumus) de quorum Fidelitate & Industriâ fiduciam gerimus specialem, committimus Vices nostras, ad Cognoscendum & Procedendum de & super Nullitate Sententiæ prædictæ, hujusmodique Nullitatis Materiam, cum suis Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, & Connexis quibuscumque,

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo secundo die Aprilis.

De Treugis Britanniæ Proclamandis.

REX, dilecto sibi, *Johanni Seweale*, Nuncio suo, Salutem. Ann. D. 1412.

Sciatis quòd, An. 13. H. 4.

Cùm certæ Treugæ & Guerrarum Sufferentiæ, inter Nos, pro Nobis, Patriis, Subditis, & Obedientibus nostris, &c, carissimum Filium nostrum, *Johannem Ducem Britanniæ*, pro Se, Patriis, Subditis, & obedientibus suis, a primo die Januarii, proximò præterito, in Decem Annos, extunc proximò sequentes, Captæ sint & firmatæ, Pat. 13. H. 4. p. 2. m. 26. dorf.

Nos (de Fidelitate & Circumspectione tuis pleniùs confidentes) assignavimus te ad dictas Treugas & Guerrarum Sufferentias, in singulis Portubus & Locis, ubi indiguerit, ab Ore Aquæ Thamisiæ versus partes Australes & Occidentales, Proclamandum & Proclamari faciendum,

Et eas, sic proclamatas, juxta Vim, Formam, & Effectum cujusdam Cedulæ, præsentibus annexæ, observari & teneri faciendum;

Et ideò tibi Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter intendas, ac ea facias & exequaris in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Vicecômitibus, Majoribus, Constabulariis, Ballivis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis nostris, tàm infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Tibi, in Executione Præmissorum, pareant, & intendant, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo tertio die Aprilis.

REX dilecto sibi Servienti suo ad Arma, Salutem.

Scias quòd, cum, *&c. ut supra usque ibi*, Thamisiæ, *& tunc sic*, versus partes Orientales & Boreales, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Super Conductu Ambassiatorum.

REX, carissimo Consanguineo suo, *Ricardo Grey* de Codnore, Camerario nostro, Salutem. Ann. D. 1412.

Sciatis quòd Nos, An. 13.

De Industria & Circumspectione vestris, pleniùs confidentes, H. 4.

Dedimus vobis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem omnes & singulos Ligeos & Subditos nostros, Ibid.

Qui vobiscum in Comitiva vestra supra Mare, pro salvo Conductu certorum Ambassiatorum, de partibus Transmarinis penes Personam nostram, de & super Negotiis nobiscum tractaturorum, venientium, profecturi sunt,

Regendi & Gubernandi,

Ac eosdem Ligeos & Subditos nostros, si deliquerint, Castigandi & Puniendi secundum quod Casus exigit & requirit:

Damus autem universis & singulis Magistris & Marinariis Navium, ac * omnibus aliis Ligeis & Subditis nostris, Tenore Præsentium, firmiter in mandatis quòd vobis, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet. * VIII. 733.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Super Viagio Regis faciendo.

REX, carissimo Filio suo, *Henrico Principi Walliæ*, Constabulario Castri sui Dovorriæ, & Custodi Quinque Portuum suorum, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem. Ann. D. 1412. An. 13.

Cùm Barones nostri Quinque Portuum prædictorum, de Anno in Annum, debeant nobis certa Servitia per Mare, si necesse fuerit, videlicet, H. 4. Claus. 13 H. 4. m. 18.

Quinque Portus prædicti cum Membris invenient Quinquaginta & Septem Naves supra Mare, ad Summonitionem nostram, Quadraginta Dierum, & in qualibet Navi Viginti Homines

nos,

Sicut per Tenorem Cartarum de Libertatibus, dictis Baronibus Quinque Portuum per Progenitores nostr.:s concessis (quas Confirmavimus) in Rotulis Cancellariæ nostræ irrotulatarum, nobis constat,

Et quia Nos jam, certis de Causis, nos moventibus, firmum cepimus Propositum ad Mare, cum Potestate nostra, in propria Persona nostra, Deo dante, ad quoddam Viagium super Inimicos nostros faciendum, transire infra breve,

Volumus ut dicti Barones Servitium suum Navium prædictarum, in Fortificationem Armatæ Viagii prædicti, faciant in forma prædicta;

Et ideò vobis Mandamus quòd Barones singulorum Portuum prædictorum, ac Membrorum eorumdem, ex parte nostra, sine dilatione, summoneri faciatis quòd ipsi, cum Navibus & Marinariis hujusmodi, sufficienter Arraiatis, prompti sint, apud Portum Villæ nostræ Suthamptoniæ, citra Crastinum Sancti Johannis Baptistæ, proximò futurum, ad Proficiscendum supra Mare cum Armata nostra supradicta, & Servitium suum (sub Pœna & Periculo iminentibus) in forma prædicta fideliter faciant ut tenentur,

Et Nos de Summonitione illa, cùm sic facta fuerit, Nobis in Cancellaria nostra, sub Sigillo vestro, distinctè & apertè, certificetis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Maii.

Per ipsum Regem.

De Processu, super Literis de Marqua.

Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Pat. 13. H. 4. p. 1. m. 24. REX, universis & singulis Admirallis, & eorum Loca tenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris, & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Constabulariis, Ballivis, Ministris, ac aliis Fidelibus, tàm infra Libertates, quàm extra, constitutis, ad quos, &c. Salutem.

Supplicavit nobis, dilectus Ligeus noster, *Johannes Wogben* de Beverlaco ut,

Cùm Nos nuper, ad instantiam & Supplicationem ipsius Johannis, Nobis suggerentis ipsum aliquod Justitiæ Complementum habere non potuisse, in Prosecutione, per ipsum & Procuratores, suos, sæpiùs factâ in Curia *Alberti Comitis Palatini Ducis Bavariæ*, Comitis Holandiæ & Selandiæ, jam Defuncti,

Cui, carissimus Consanguineus noster, *Ricardus*, nuper *Rex Angliæ*, defunctus, multotiens per Literas suas Requisitorias scripsit, * VIII. 734. pro solutione eidem Johanni, de Summâ Octingentorum * Quinquaginta & Duorum Nobilium & Dimidium, & Viginti & Duorum Denariorum de Moneta nostra Angliæ, sibi, per *Pelegrinum Florensi*, Mercatorem & Burgensem Villæ de Leyd. in Holandia, & *Dedericum Jacobson* de Delf in Holandia, debitâ, faciendâ,

Concesserimus eidem Johanni Literas nostras de Marqua, versus prædictum Ducem & Subditos suos, quousque plenaria Satisfactio eidem Johanni de Summa prædicta facta fuisset, unà cum Custubus & Expensis, per ipsum & dictos Procuratores suos, circa Prosecutionem prædictam appositis & apponendis, prout per dictas Literas nostras de Marqua pleniùs poterit apparere,

Quas quidem Literas nostras, eo quòd nullum sortiebantur effectum, vivente præfato Duce, Executioni demandari non curavimus, quousque nos *Willielmum* nunc *Ducem Bavariæ*, Comitem Holandiæ, Successorem præfati nuper Ducis, in hoc casu, primitùs requisiverimus, qualem Justitiam præfato Johanni facere vellet in hac parte,

Jamque ita existat quòd dictus Willielmus, nunc Dux Bavariæ, ex parte nostrâ, virtute Literarum nostrarum, sibi diversis vicibus directarum, & debitè præsentatarum, per prædictum Johannem, pro Justitia sibi in Præmissis celeriter adhibenda, sæpius requisitus, eundem Johannem, per plures subtiles Responsiones, & frivolas Dilationes, inquietavit multipliciter & fatigavit, quòd ipse aliquem effectum de Prosecutione sua prædicta nondum est adeptus, nec reportare potest in præsenti, in ipsius Johannis Dampnum non modicum & Gravamen, sicut, per Instrumenta Publica, super hoc confecta, & in Cancellaria nostra exhibita, plenè liquet,

Velimus, consideratione Præmissorum, præfato Johanni Literas nostras de Marqua, versus præfatum nunc Ducem & Subditos suos, quousque eidem Johanni, de Summa prædicta, unà cum Sumptibus & Expensis, per ipsum & Procuratores suos, circa Prosecutionem appositis, & de cætero apponendis, integrè satisfactum fuerit, concedere gratiosè,

Nos (Supplicationi prædictæ annuentes) vobis & cuilibet vestrûm Mandamus quòd universas & singulas Naves, de partibus Holandiæ & Selandiæ, in aliquibus Portubus & Locis infra Regnum nostrum Angliæ jam existentes, & exnunc venturas, unà cum Magistris, Marinariis, Bonis, Mercandisis, & Rebus suis quibuscumque, quæ in Navibus illis invenire poteritis, nomine Marquæ & Reprisaliæ, de tempore in tempus, Capi & Arestari, & ea sub salva, secura; & honesta Custodia poni faciatis,

Nosque de Captione & Arestatione Navium, Magistrorum, Marinariorum, Bonorum, Mercandisarum, & Rerum prædicto-

Pro quibusdam de Scotia.

REX, per Literas suas Patentes, per unum Annum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Walterum Episcopum Brechenensem*, *Willielmum Dominum de Grame*, *Alexandrum de Ogilby* Vicecomitem de Angus, & *Johannem de Wemys*, de Scotia, conjunctim, & divisim, cum Viginti Personis (cujuscumque Statûs, Ordinis, Gradûs, sive Conditionis existant) cum Equis, Rebus, & aliis Necessariis quibuscumque, absque aliquo impedimento, salvò & securè, per Terram, vel per Mare, in Regnum Regis Angliæ veniendo, ibidem morando & exindè, ad eorum beneplacitum, sine aliqua Molestatione vel Arestatione, ratione Marquæ, Reprisaliæ, Debiti, Compoti, sive Conventionis cujuscumque, totiens quotiens sibi placuerit, ad partes suas proprias redeundo, Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Scot. 13. H. 4. m. 4.

Proviso semper quòd præfati, Episcopus, Willielmus, Alexander, Vicecomes, & Johannes, & Personæ prædictæ quicquam, quod in Regis seu Populi sui præjudicium cedere valeat, * non attemptent seu attemptari facere præsumant, * VIII. 735.

Et quòd ipsi & eorum quilibet erga Regem & Populum suum benè & honestè se gerant & habeant, & quod Personæ prædictæ Proditores Regis seu Gentes abjudicatæ aut extra dictum Regnum suum bannitæ non existant,

Et quòd ipsi præsentes Literas Regis de salvo Conductu, ante Ingressum cujuslibet Castrorum, Villarum firmatarum, seu aliorum Fortalitiorum Regis quorumcumque, Majoribus sive Custodibus eorumdem primitùs demonstrent

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quinto die Maii.

Per ipsum Regem.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *David Beningue* Abbatem de Melros, *Willielmum de Douglas* de Drumlangrig, & *Johannem de Sancto Claro*, conjunctim, & divisim, cum Viginti Personis, *&c. ut supra*, *mutatis mutandis*. Ibid.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Robertum de Erskyn*, *Patricium de Dunbarre* Fratrem Comitis de Dunbarre, & *Alexandrum de Halybourton*, de Scotia, conjunctim, & divisim, *&c. ut supra.* Ibid.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Jacobum de Douglas*, Fratrem Comitis de Douglas, Dominum *Johannem de Mountgomery*, & *Willielmum Walas*, conjunctim, & divisim, *&c. ut supra.* Ibid.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

De Obsidibus pro Mordaco Steward.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Omnium Sanctorum proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Johannem Steward* Comitem de Boghan, *Walterum Steward* de Levenax Filium *Mordaci Steward*, *Patricium de Gram* Comitem de Strademe Filium & Hæredem Domini de Hay Constabularii Scotiæ, & *Alexandrum Gram* Filium & Hæredem Domini de Gram, conjunctim, & divisim, cum Quadraginta Personis (cujuscumque Statûs seu Conditionis fuerint) in Comitiva sua, in Regnum Regis Angliæ, penes Præsentiam Regis, certis de Causis, Pedestres vel Equestres, per Terram vel per Aquam, Nocte Dieque, per Castra, Villas firmatas, & alia Dominia Regis quæcumque, veniendo, ibidem morando, & exindè ad propria redeundo, ac Equos, Res, Bona, & Hernesia sua quæcumque, Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Ibid.

Nolens idem Rex quòd ipsi, ratione aliquarum Actionum, Querelarum, seu Demandarum, ante hæc tempora habitarum, capiantur, arestentur, imprisonentur, inquietentur, molestentur in aliquo, seu graventur,

Proviso quòd prædicti, Johannes, Walterus, Patricius Filius & Hæres Domini de Hay, & Alexander, aut Personæ prædictæ, aliqua Regi seu Regno Regis Angliæ præjudicialia non faciant aut facere vel attemptare præsumant,

Et quòd Personæ prædictæ Proditores Regis seu Gentes Abjudicatæ, aut extra Regnum Regis prædictum Bannitæ non existant quovis modo,

Nolens idem Rex ulteriùs quòd præsentes Literæ Regis, quoad ipsos Johannem, Walterum, Patricium Filium & Hæredem Domini de Hay, & Alexandrum, postquam Obsides coram Rege, pro *Mordaco Steward* Magistro de Fiffe devenerint (si ipsos sic Obsides fore contigerit pro eodem) alicujus sint vigoris seu effectûs,

Super Discordiis in Partibus Norwegiæ, de Exemplificatione.

Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Pat. 13. H. 4. p. 2. m. 22.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Tenorem cujusdam Literæ nostræ, de Privato Sigillo nostro, per Nos, Proconsulibus, Consulibus, & Scabinis, cæterisque Judicibus, Magnifici Principis, *Daciæ*, *Norwegiæ*, *ac Sueciæ Regis*, Filii nostri carissimi, apud North Berne Residentibus, nuper missæ,

Quem quidem Tenorem, quadam aliâ Literâ nostrâ, de eodem Privato Sigillo nostro, interclusum, in Cancellariam nostram misimus Exemplificandum, in hæc verba,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & Dominus Hiberniæ, Magnæ Providentiæ Viris, Proconsulibus, Consulibus, & Scabinis, cæterisque Judicibus, Magnifici Principis, *Daciæ*, *Norwegiæ*, *ac Sueciæ Regis*, Filii nostri carissimi, apud North Berne Residentibus, Salutem.

Cùm exortæ diu Controversiæ & magnæ Discordiæ inter certos Mercatores Villæ nostræ de Lenn, partes de North Berne prædictæ mercantaliter usitantes, ex una, cæterosque Mercatores de Hansa, Regnum nostrum Angliæ modo consimili frequentantes, parte ex altera, occasione quarumdam Arestationum, tàm Personarum, quàm Bonorum & Mercandisarum, ac aliorum Gravaminum, hinc indè factorum, ad evitandum nostrum vestrumque Fastidium, quod generari posset ex nimia prolixitate verborum, ad præsens omittimus recitare,

Set, ut deveniamus ad Rem, comparentibus hodiè, coram Nobis & Concilio nostro, certis dictæ Villæ nostræ Mercatoribus, ex una, necnon *Alberto van Strode*, & *Swethe Van Bent*, Procuratoribus & Attornatis communis Societatis Mercatorum de Hansa, in dicto Loco de North Berne conversantium & residentium, parte ex altera,

Iidem Procuratores, pro bono Pacis hinc indè, &, ut hujusmodi Discordiæ modo quidem amicabili sopiantur, tactis per eos Sacrosanctis Evangeliis, juraverunt ac fideliter promiserunt quòd omnes & singuli Ligei nostri, Mercatores Anglici, nuper, ad Instantiam illorum de Hansa, in dicto Loco de North Berne arestati, ac ibidem de ipsorum & Mercandisarum suarum Excercitio liberoque Transitu præpediti, ab Arrestationibus & Restrictionibus hujusmodi quibuscumque, super ipsis in hac parte factis, necnon de omnimodis Securitatibus, per dictos nostros Mercatores Anglicos, coram quibuscumque Judicibus ac aliis de Concilio dicti Regis, Dat. &c. apud North Berne supradictam, quacumque ex Causa, ad Instantiam seu Procurationem vel Occasione Gentium de Hansa prædictarum inventis, postposito cujusvis Dilationis incommodo, erunt penitùs liberati, acquietati, & exonerati, ac integrè relaxati,

Promiserunt etiam iidem Procuratores, per eorum Sacramentum, se omnem diligentiam, erga ipsorum Socios quoscumque fideliter & pro viribus impensuros, quòd omnes & singuli Mercatores Regni nostri Angliæ, supradictum Locum de North Berne de cætero frequentantes, adeò suaviter & amicabiliter erunt inibi successivis pertractati temporibus, quemadmodum ipsi de Hansa per Nos Vice versâ desiderant confoveri,

Super hiis etenim Conditionibus suprascriptis, de Assensu Concilii nostri, quandam Securitatem Duarum Milium Marcarum, in quibus certi nostri Ligei Mercatores, apud Sanctum Botholphum, pro illis de Hansa, nuper Nobis extiterant obligati, in Thesauraria nostra repositam, fecimus penitùs relaxari, Gentibusque * de Hansa, qui jam a Portu de Sancto Botolpho de eorum Transitu sunt Restricti, exindè unà cum Bonis & Mercandisis suis liberam Recedendi dedimus facultatem,

* VIII. 737.

Quæ omnia & singula vobis innotescimus per Præsentes, ut circa celerem ac liberam Relaxationem Arestationum & Restrictionum prædictorum Ligeorum nostrorum, ac Bonorum & Mercandisarum suorum, secundum Formam & Effectum Sacramenti & Promissionis prædictorum, cum effectu velitis interponere partes vestras,

Dictos Ligeos nostros Mercatores, cæterosque de Ligeantia nostra, qui mercandisandi Causâ dictas Partes de North Berne adire voluerint, taliter tamque suaviter ac amicabiliter pertractando & confoveri faciendo, sicuti Vestrates, Regnum nostrum pacificè visitantes, ac visitare volentes, per nos pertractari cupitis & foveri.

Dat. sub Privato Sigillo nostro apud *Palatium nostrum Westmonasterii*, vicesimo secundo die Septembris, Anno Regni nostri Duodecimo.

Nos autem Tenorem prædictum, Tenore Præsentium, duximus *Exemplificandum*.

destruire ycelle nostre Paiis & noz Foialx Subgis illoeques, & par especial, noz Treschers Cousins & bons Amys, *les Ducs de Berry*, *d'Orliens*, & *de Bourbon*, *les Contes d'Alenson* & *d'Arminac*, & le *Sire de Lebret*,

Parquoy, si vostre dit Seignur le Duc vuille perseverer en son dit Injurieuse & Malicieuse Propos, signiffier Nous veullez, a toute bone Haste, par voz Lettres & par le Porteur de Cestes, si ceux du dit Paiis de Flandres pensent Tenir & Maintenir, pour lour Part, les Trieuves d'entre Nous & eux darrainement Prinses, saunz assister au dit Duc vostre Seignur, en son dit Malicious Purpos, contre Nous, ou nonn.

Entendantz, *Honurez Sires & Chiers Amys*, q'en Cas que ceux de la Partie de Flandres entendent & veullent les dictes Trieuves garder & observer pour lour Part, pour le Profit comun, Nous Entendons & Purposons faire pareillement, pour nostre part.

Honurez Sires & Chiers Amys, lui Saint Esprit vous vuille tous jours Garder.

Don. souz nostre Prive Seal, a nostre *Palays de Westmonster*, le xvj jour de May.

Dorso,

As Honurez & Sages Sires les Burgh-Maistres Eschevins & Advoe des Villes de Gand, *Bruges*, *Ipre*, *& de Terroir du Frank*, *noz Cheres Amys*.

De Proclamatione Treugarum Scotiæ.

REX, carissimo Filio suo, *Johanni* Custodi de la Estmarche versus Scotiam, Salutem. Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Claus. 13. H. 4. m. 15. dors.

Cùm, inter Commissarios nostros & Commissarios *Roberti*, Filii Regis Scotiæ, *Ducis Albaniæ*, *Comitis de Fyff & de Meneteth*, & Gubernatoris Scotiæ, virtute Commissionum eis in hac parte factarum, Concordatum & Appunctuatum existat quòd bonæ & fideles Treugæ, Particulares per Terram, ab aqua de Spey in Scotia, usque ad Montem Sancti Michaelis in Cornubia, & Generales per Mare, stabunt & fideliter observabuntur, * inter Nos, Regnum, Terras, Possessiones, Ligeos, & Subditos nostros, & præfatum Gubernatorem, Terras, Possessiones, Ligeos, & Subditos Scotiæ, a Festo Omnium Sanctorum ultimo præterito, usque ad Festum Paschæ quod erit Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo octavo, * VIII. 738.

Eisdem formâ, vigore, & effectu, quibus in Treugis apud Hawdenstank, inter carissimum Patrem nostrum, *Johannem*, *Filium Regis Edwardi* nuper *Regis Angliæ* Avi nostri, nuper *Ducem Aquitanniæ & Lancastriæ*, & alios Commissarios secum, & *David*, *Primogenitum Regis Scotiæ*, *Ducem de Rotessay* & Comitem de Carrik, & alios Comissarios secum, plenius continetur,

Salvò semper quòd, virtute Concordiæ & Appunctuamenti prædictorum, aliquis Prisonarius, ante Festum Sancti Michaelis, quod fuit Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo Decimo, captus, minimè frethietur,

Nos, Treugas prædictas firmiter & inviolabiliter observari volentes, vobis Mandamus quòd Treugas prædictas in singulis locis Marchiæ prædictæ, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè proclamari, ac firmiter & inviolabiliter observari, demandetis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo septimo die Maii.

Consimile Breve dirigitur, *carissimo Fratri Regis*, Radulpho Comiti Westmerlandiæ *Custodi de la Westmarche versus Scotiam*.

Concordia appunctuata inter Regem & Confœderatos Principes Franciæ.

HÆC EST FINALIS CONCORDIA, FACTA inter, Illustrissimum & Serenissimum Principem, *Henricum Quartum post Conquestum Regem Angliæ & Franciæ*, Dominum Hiberniæ, ac Ducem Aquitanniæ, ex parte una, Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Ex Autogr.

Et, Nobiles & Potentes Dominos, *Johannem Ducem Bituriæ & Alverniæ*, Comitem Pictaviæ, Stamparum, Boloniæ & Alverniæ,

Karolum Ducem Aurelianensem & Valesii, Comitem Blesensem & Bellimontis, & Dominum Conciaci,

Johannem Ducem Bourbonii, Comitem Clarimontis & Forestarum, & Dominum Belli Joci,

Et *Johannem Comitem de Alanconio & de Pertica*, Dominum Filgeriarum & Guerchiæ, ex parte altera,

De & super quibusdam Articulis & Conventionibus, Restitutionem realem Ducatûs Aquitaniæ, præfato Regi & Duci, Hæredibus

Inter quas quidem justas & rationabiles Querelas Regis Angliæ, præfati Domini, ac eorum Procuratores, eorum nomine, recognoscunt quòd hæc est una & justa Querela, quam habet pro Ducatu Aquitaniæ Rehabendo, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, & Obtinendo, cùm sibi debeatur Jure hæreditario & Successione naturali, ut ipsimet etiam recognoscunt:

Declarant insuper præfati Domini, & eorum Procuratores, eorum nomine, quòd in nullo offendunt seu lædunt eorum Fidelitatem prædicto Domino Regi Angliæ assistendo, ac prædictum Ducatum Aquitaniæ liberando eidem, sive suis Hæredibus, sive eorum Deputatis, & cum effectu.

SECUNDÒ, Appunctuatum & Concordatum est quòd præfati Domini, & eorum Procuratores, eorum nomine, offerunt Filios, Filias, Nepotes atque Neptes, Parentes & Affines, etiam omnes eorum Ditioni seu Facultati suppositos, pro contrahendis Matrimoniis, juxta Domini Regis antedicti providentiam atque discretionem.

TERTIÒ, Appunctuatum & Concordatum est quòd præfati Domini, & eorum Procuratores, eorum nomine, offerunt Villas, Castra, Thesauros, & universaliter omnia Bona sua mobilia & immobilia, in Auxilium atque Succursum dicti Domini Regis
•VIII. Angliæ, Hæredumque suorum, pro suis Querelis • tuendis, pro-
739. sequendis, atque fovendis; salvâ tamen eorum Fidelitate, quam in hoc non offendunt, prout in primo Appunctuamento declaratur.

QUARTÒ, Appunctuatum & Concordatum est quòd præfati Domini, & eorum Procuratores, eorum nomine, offerunt præfato Domino Regi Angliæ singulos eorum Amicos, & universaliter omnes eis Adhærentes (videlicet) ferè omnes Nobiles Franciæ, Clericos solempniores, Cives atque Mercatores honestiores; qui omnes (saltem pro incomparabili parte) dictis Dominis favent & favebunt, & de facto ac realiter favebunt Domino Regi Angliæ, in suis justis Querelis, & Restitutione dicti Ducatûs, pro eorum viribus & juxta posse.

QUINTÒ, Appunctuatum & Concordatum est quòd præfati Domini parati sunt Restituere, & realiter, dolo, fraude, & machinatione cessantibus quibuscumque, Restituent prædicto Domino Regi Angliæ, suisve Hæredibus, aut eorum Deputatis, omnimodam & quamlibet Partem Ducatûs Aquitaniæ, extra manus Domini nostri Regis Angliæ jam de facto existentem, cum omnibus suis Juribus & Pertinentiis debitis seu consuetis, ita integrè & in tàm plenâ libertate sicut aliquis Prædecessor seu Prædecessor suus unquam possidebat; nil excipientes quod spectat ad præfatum Ducatum seu Dominium Aquitaniæ:

Declarantque præfati Domini, ac eorum Procuratores, eorum nomine, quòd non solùm obedient præfato Domino Regi, suisque Hæredibus, sed etiam Commissariis, per eum aut suos Hæredes deputandis:

Recognoscunt insuper præfati Domini, ac eorumdem Procuratores, eorum nomine, Castra, Villas firmatas seu clausas, & alia Dominia, existentia in præfato Ducatu, quæ pro nunc obtinent, se tenere à prædicto Domino Rege Angliæ Duce Aquitaniæ, tanquam ab eorum Domino Duce Acquitaniæ, & post eum à suis Hæredibus Ducibus Acquitaniæ, per Homagium; promittendo & exhibendo Servitia & Obsequia debita, modis melioribus quibus talia promitti atque fieri consueverunt suorum Prædecessorum temporibus:

Declarantque præfati Domini, & eorum Procuratores, eorum nomine, quòd, tam ipsi, quàm eorum Subditi, in præfato Ducatu, ferè Mille & Quingenta Fortalitia obtinent, pro & de quibus faciunt & facient, ut jam dictum est:

Et dictus Dominus Rex & Dux Aquitaniæ manutenebit & observabit dictorum Dominorum, necnon Subditorum eorum, Libertates & Privilegia, per suos Illustres Progenitores, Duces Acquitaniæ, Indulta & Concessa, necnon laudabiles & rationabiles Consuetudines, per Duces Acquitaniæ, Prædecessores præfati Domini Regis, permissas temporibus retroactis:

Et insuper præfati Domini, & eorum Procuratores, eorum nomine, promittunt quòd omnes Villas, Civitates, atque omnia Castra, Fortalitia, & cætera Dominia quæcumque, cum eorum Juribus & Pertinentiis universis, ad dictum Regem & Ducem Acquitaniæ spectantia, quæ nomine communi dicuntur Regalitati pertinere, dicto Domino Regi atque Duci, Hæredibus aut Deputatis eorum, liberabunt de Facto, in quantum subsunt eorum Facultati, absque dilatione & difficultate quibuscumque;

Quorum Fortalitiorum Nomina, usque numerum Vigenarium, sequuntur hic inscripta; videlicet,

Civitas de Basas,
Chastel & Ville de Saint Macayre.
Le Chastel & Ville de la Rieule,
La Ville de Poylegrue,
La Ville de Salvetat,
La Ville du Port Saint Marie,
Le Chastel de Castelculier,
La Ville de Saint Foy,
Le Chastel & Ville de Penadagenoys,
La Ville de Saint Pascour,
La Ville de Montclare Dagenoys,
La Ville de Ville Royal,

mino Regi, suisque Hæredibus, aut eorum Deputatis, pro viribus fideliter atque diligenter conquestabunt, seu ad Conquestam juvabunt, fideliter & juxta posse, cum suis Gentibus in Numero rationabili, secundum conditionem & qualitatem Dignitatis & Statûs cujuscumque eorumdem, & Sumptibus suis propriis, usque ad finalem Conquestam Ducatûs antedicti.

Excipiuntur tamen de Terris, Dominiis, atque Fortalitiis supradictis, quædam Terræ, Dominia, atque Fortalitia, de quibus præfato Domino Regi Angliæ, • Duci Acquitaniæ, placuit or- •VIII.
dinare, disponere, & appunctuare in modum qui sequitur, 740.

IN PRIMIS, placet prædicto Domino Regi atque Duci Acquitaniæ, quòd Dominus *Dux Bituriæ*, Avunculus suus prædilectus, & fidelis Subditus & Vassallus, habeat integrè & pacificè ex Concessione & Investitura Domini Regis Angliæ, Ducis Aquitaniæ, ejus Domini, *Comitatum Pictaviæ*, vita comite dumtaxat; sic tamen & taliter quòd dictus Dominus *Dux Bituriæ* recipiat, recognoscat, & teneat præfatum Comitatum, præfato Domino Regi Angliæ, Duci Acquitaniæ, ejus Domino, & suis Hæredibus faciendo Homagium, &c, ut moris est; &, post decessum præfati *Ducis Bituriæ*, dictus Comitatus Pictaviæ ad Regem Angliæ, Ducem Acquitanniæ, & suos Hæredes integrè & pleno jure revertetur & remanebit imperpetuum;

Et, ut præsens Tractatus Validior atque Securior maneat, sic est Appunctuatum, quòd prædictus Dominus Rex Angliæ, Dux Acquitaniæ, in præsenti, Tria Fortalitia realiter habebit & in sua manu tenebit (videlicet) *Fortalitium Lisignaci, Fortalitium Pictavens. & Fortalitium Nyord*; quæ Tria Fortalitia erunt Munita & Custodita juxta discretionem Domini Regis, suorumque Hæredum, secundum temporis necessitatem seu exigentiam,

Et hoc de Exitibus, Reventionibus, & Redditibus dicti Comitatûs, in quantum dictorum Fortalitiorum Receptæ, Redditus, sive Reventiones ad hoc non sufficient:

Et dabit dictus Dominus *Dux Bituriæ* bonam Assecurationem, de aliis Castris & Fortalitiis dicti Comitatûs, per modum qui sequitur (videlicet) quòd ponet tales Capitaneos & Custodes in illis Fortalitiis, quos nec Rex Angliæ, Dux Acquitaniæ, ejus Dominus, nec Hæredes sui habebunt suspectos; qui Capitanei sive Custodes jurabunt & promittent dicto Domino Regi Angliæ, Duci Acquitaniæ, Hæredibus aut eorum Deputatis, tactis Sacrosanctis Evangeliis, quòd dicta Fortalitia, post decessum dicti *Ducis Bituriæ*, ponent, tradent, & liberabunt in manus Regis Angliæ, vel Hæredum aut Deputatorum suorum, realiter & cum effectu, & nulli alteri, cujuscumque Dignitatis, Statûs, aut Conditionis existant.

ITEM, placet præfato Domino Regi Angliæ, Duci Acquitaniæ, quòd dictus Dominus *Dux Aurelianensis*, suus fidelis Subditus & Vassallus, habeat integrè & pacificè, *ad totum Terminum Vitæ suæ Comitatum Angolismensem*, ex Concessione & Investitura præfati Regis Angliæ, Ducis Acquitaniæ; sic tamen & taliter quòd dictus Dominus *Dux Aurelianensis* recipiat, recognoscat, & teneat præfatum Comitatum à præfato Domino Rege Angliæ, Duce Acquitaniæ, ejus Domino, & suis Hæredibus, faciendo Homagium, &c, ut moris est; &, post decessum præfati *Ducis Aurelianensis*, dictus Comitatus Angolismensis ad Regem Angliæ, Ducem Acquitaniæ, & suos Hæredes integrè & pleno Jure revertetur & remanebit imperpetuum;

Et, ut præsens Tractatus Validior atque Securior maneat, sic est Appunctuatum, quod prædictus Rex Angliæ, Dux Acquitaniæ, ejus Dominus, in præsenti realiter habebit & in sua manu tenebit Castrum quoddam vocatum Castrum Novum super Charent, quod pertinet ad prælibatum Comitatum: cujus Custodia atque Munitio, secundum prædicti Regis discretionem, disponetur juxta temporis necessitatem; &, si prædicti Castri seu Fortalitii Redditus non sufficerent pro ipsius Custodia necessaria, tunc de Receptis, Reventionibus, & Redditibus prædicti Comitatûs, fiet Custodia Castri antedicti eodem modo, quo de Tribus Fortalitiis Comitatûs Pictaviæ appunctuatum existit:

Et dabit Dominus *Dux Aurelianensis* bonam Assecurationem de aliis Castris & Fortalitiis dicti Comitatûs, per modum qui sequitur (videlicet) quòd ponet tales Capitaneos & Custodes in illis Fortalitiis & Castris, quos nec Rex Angliæ, Dux Aquitaniæ, ejus Dominus, nec Hæredes sui habebunt suspectos; qui Capitanei sive Custodes jurabunt & promittent, tactis Sacrosanctis Evangeliis, dicto Domino Regi Angliæ, Duci Aquitaniæ, Hæredibus vel eorum Deputatis, quòd dicta Castra & Fortalitia, post Decessum dicti *Ducis Aurelianensis*, ponent, tradent, & liberabunt in manus dicti Domini Regis, Ducis Aquitaniæ, vel Heredum aut Deputatorum suorum, & nulli alteri, realiter & cum effectu, ut supra de Fortalitiis Comitatûs Pictaviæ fuit appunctuatum.

ITEM, placet prædicto Regi Angliæ, Duci Aquitaniæ, quòd præfatus Dominus *Dux Aurelianensis*, suus prædilectus & fidelis Subditus ac Vassallus, habeat, ex Concessione & Investitura præfati Regis Angliæ, Ducis Aquitaniæ, sibi & suis Hæredibus imperpetuum, Comitatum Petragoricensem (salvo jure cujuscumque)
sic tamen & taliter quòd • dictus Dux Aurelianensis & Hæredes sui •VIII.
recipiant, recognoscant, & teneant præfatum Comitatum a præ- 741.

quitaniæ, sumptibus suis, modo & formâ quibus superius declaratur, pro Castris, Fortalitiis, & aliis Dominiis quibuscumque, pertinentibus ad eundem Dominnm Regem, Ducem Aquitaniæ (quæ nomine Communi dicuntur Castra sive Fortalitia Regalia) integrè obtinendis per eundem Dominum Regem suosque Hæredes, etiam cujuscumque Dignitatis, Statûs, aut Conditionis existat.

Sexto, Appunctuatum est & Concordatum, inter dictum Regem Angliæ, Ducem Acquitaniæ, & dictos Dominos, in hunc modum; quòd dictus Rex Angliæ, Dux Aquitaniæ, dictos Dominos, suos Vassallos & fideles Subditos, Defendet sive Defensabit, & eis, ut eorum verus Dominus, impendet Auxilium & Succursum, &, in quantum in eo erit, de Duce Burgundiæ eis faciet Justitiæ complementum;

Et neque dictus Rex Angliæ, neque sui Hæredes facient quascumque Confœderationes, Tractatus, sive Concordias, cum *Johanne Duce Burgundiæ* moderno, neque *Natis suis*, *Fratribus*, aut *Cognatis suis Germanis* quibuscumque, sine scientia & consensu dictorum Dominorum, suorumque Hæredum:

Et, e converso & modo consimili, neque prædicti Domini, neque sui Hæredes facient quascumque Confœderationes, Tractatus, sive Concordias cum præfato *Duce Burgundiæ*, Natis, Fratribus, aut Cognatis suis Germanis quibuscumque, sine scientia & consensu dicti Regis Angliæ, Ducis Aquitaniæ, suorumque Hæredum.

Promittuntque insuper Domini antedicti, & eorum Procuratores eorum nomine Promittunt & se Obligant, & quilibet eorum sigillatim & divisim prædicto Regi Angliæ, Duci Aquitaniæ, eorum Domino, & ejus Hæredibus, Promittit & se Obligat, ut sui veri Vasalli & Fideles Subditi, quòd si, in Prosequendo dictum Ducem Burgundiæ, aliqua Persona, cujuscumque Dignitatis, Statûs, sive Conditionis existat, veniat vel rebellet contra dictum Regem, Ducem Aquitaniæ, eorum Dominum, Hæredes, aut Deputatos suos, vel eos impediat vel eis disturbum faciat, quòd tunc prædicti Domini stabunt & fideliter assistant prædicto Regi Angliæ, Duci Aquitaniæ, eòrum Domino, Hæredibus aut Deputatis suis cum tota sua Potestate, nec eum dimittent, quacumque viâ, seu aliquò quovismodo quæsito colore; ymmò cum præfato Rege Angliæ, Duce Acquitaniæ, eorum Domino, constanter & firmiter perseverabunt absque fraude & contradictione quibuscumque.

Septimo, Concordatum & Appunctuamentum est in hunc modum, quòd dictus Rex Angliæ, Dux Aquitaniæ, Succurret dictis Dominis, tanquam suis Subditis & Vassallis, in omnibus bonis & justis Querelis eorum, etiam ad Reparationem Offensarum & Dampnorum, per Ducem Burgundiæ, suos, aut sibi Adhærentes, præfatis Dominis, eorum Fautoribus, Benivolis Servitoribus & Confœderatis injustè illatorum, adhibebitque dictus Rex & Dux diligentiam suam ut etiam sint Reparati ad Honores,

Illis tamen Dampnis & Offensis, per quoscumque Anglicos, cujuscumque Dignitatis, Statûs, vel Conditionis fuerint ultimo Anno præterito perpetratis, dumtaxat exceptis,

Intendit etiam dictus Rex & Dux ambobus Regnis Concordiam ponere, secundum meliorem modum quem ei Deus ministrabit.

Octavo, Appunctuatum & Concordatum est, quòd Auxilium, per dictos Dominos pro præsenti requisitum (videlicet) Mille Homines Armorum, & Tria Millia Sagittariorum, arripient iter suum usque Blesis meliori modo quo fieri poterit, & ibi recipient
* VIII. 742. sua Vadia a dictis Dominis, scilicet, pro Termino * Trium Mensium, fiet autem Solutio singulis Mensibus in exordio cujuslibet Mensis,

Et insuper, quoad quantitatem Stipendiorum, pro dictis Tribus Mensibus, sic Concordatum est quòd, pro quolibet Mense,

Quilibet Miles percipiet a præfatis Dominis Triginta Scuta Auri,

Quilibet Armiger Quindecim,

Et quilibet Sagittarius, Septem Scuta & Dimidium.

Ad quas quidem Conventiones sive Appunctuationes, benè & fideliter, ex parte dictorum Dominorum, tenendas & realiter perficiendas, præfati Domini Sigillatim Sigilla sua Præsentibus apposuerunt.

Datum *Bituris*, decimo octavo die Mensis Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo duodecimo.

Jehan, *Charles*, *Jehan*, *Jehan*.

Sub Quatuor Sigillis rubeâ Cerâ expressis, & pendentibus a caudis pergamenæ.

Et *Johannes de Lopiac* Miles,

Procurator, Nuncius, Legatus sive Ambassiator, Nobilis & Potentis Domini, *Bernardi Comitis Armigniaci*, *Fesenti*, Ruthenorum, & Pardiaci, Salutem.

Sciatis quòd Nos, Virtute & Auctoritate Procuratoriorum, Commissionum, & Potestatis, nobis in hac parte sufficienter per Dominos antedictos Concessæ, ad Tractandum, Concordandum, & Concludendum, cùm, Serenissimo Principe, Domino *Henrico*, Dei gratiâ, *Rege Angliæ ac Duce Aquitaniæ*, de & super Restitutione & Traditione Reali Ducatûs Acquitaniæ,

Cum suis Juribus & Pertinentiis universis, ad dictum, Serenissimum Dominum, Regem Angliæ Ducem Acquitaniæ Hereditario jure pertinentibus,

Per præfatos Dominos nostros, eidem illustrissimo Regi & Duci, Hæredibus aut Deputatis suis fiendâ,

Post plures Communicationes cum præfato Serenissimo Rege & Duce habitas,

Nomine Dominorum nostrorum prædictorum, & procuratorio Nomine, Concordati sumus finaliter cum præfato Serenissimo Rege, & Duce, de & super quibusdam Articulis & Appunctuamentis, Restitutionem realem præfati Ducatûs concernentibus, ac Confœderationes Dominorum nostrorum prædictorum in modo & forma qui sequuntur,

In Primis, Appunctuatum & Concordatum est *&c. ut supra usque ibi*, septem Scuta & Dimidium, *tunc sic*,

Ad Quas Quidem Conventiones sive Appunctuationes benè & fideliter, ex parte Dominorum nostrorum prædictorum, tenendas & realiter perficiendas, Nos, Procuratores sive Commissarii antedicti, omnes & singuli, supra sancta Dei Evangelia, corporaliter per nos tacta, in Animas Dominorum nostrorum Juramentum præstitimus corporale,

In cujus rei Testimonium Sigilla nostra Præsentibus Sigillatim apposuimus.

Datum *Londoniæ* decimo octavo die Mensis Maii, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo duodecimo, Et Anno Regni præfati illustrissimi Regis Henrici Quarti post Conquestum tertio decimo.

Sub sex Sigillis cereis rubeique Coloris, pendentibus a caudis pergamenæ.

Quartum Sigillum deest.

** Promissio, ex Parte Quatuor Filiorum Regis, de Principes Confœderatos defendendo, & auxilio iis impendendo.* * VIII. 743.

Universis Christi fidelibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, *Henricus*, *Illustris Regis Angliæ & Franciæ Primogenitus*, *Princeps Walliæ*, *Dux Acquitaniæ*, *Lancastriæ*, *& Cornubiæ*, ac Comes Cestriæ, *Thomas Secundogenitus* Seneschalus Angliæ, *Johannes Tertiogenitus* Angliæ Constabularius, *Humfridus* ejusdem Illustrissimi Principis *Quartogenitus*, Salutem & fidem Præsentibus indubiam adhibere. Ann. D. 1412. An. 13. H 4. Ex Autogr.

Cùm nuper, honorabiles viri, *Jacobus Magni* in sacra Pagina Professor, *Ector de Pontbriant*, *Petrus de Varsalliis* in sacra Pagina Bacallarius formatus, *Galesius de Achoyo* Miles, ac Johannes Louveti Domicellus, Procuratores, Nuncii, Legati sive Ambassiatores, Nobilium & Potentissimorum Dominorum, *Johannis Ducis Bituriæ & Alverniæ*, Comitis Stamparum, Boloniæ, & Alverniæ, *Karoli Ducis Aurelianensis & Valesii*, Comitis Blesensis & Bellimontis, & Domini Conciaci, *Johannis Ducis Bourbonniæ*, Comitis Clarimontis & Forestarum, ac Domini Belli Joci, *Johannis Comitis de Alanconio & de Partica*, Domini Filgeriarum & Guerchiæ, & *Johannes de Lopiaco* Miles, Procurator, Nuncius, Legatus, sive Ambassiator, Nobilis & Potentis Domini, *Bernardi Comitis Armaniaci*, *Fesenci*, *Ruthenorum & Pardiaci*,

In Præsentia, Illustrissimi Principis & Domini, Domini *Henrici*, Dei gratia, *Regis Angliæ & Franciæ* Patris nostri, personaliter constituti,

Vice & nomine dictorum Dominorum suorum, optulerunt, promiserunt, & concesserunt præfato Domino nostro Regi, suisve Hæredibus, aut eorum deputatis, omnimodam & quamlibet Partem Ducatus Aquitaniæ, extra Manus Domini nostri Regis prædicti jam de facto existentem, quam pro nunc optinent, restituere & effectualiter liberare cum suis juribus & pertinentibus universis,

Eam verò Partem, quæ suæ Potestati aut Ditioni in præsenti supposita non existit, Conquestare seu ad Conquestam juvare fideliter & juxta Posse,

Nos,

Regi & Patri, & Hæredibus suis, existentes, in sua Justitia, contra quoscumque, prout ad Nos attinet, Defendemus, ac eisdem Auxilium & Succursum debita impendemus, sicut & prout fidelibus Subditis & Vassallis dicti Domini nostri Regis impendere obligamur,

Quòdque, in dictorum Dominorum Johannis, Karoli, Johannis, Johannis, & Bernardi, Ducum & Comitum, fidelium, ut præmittitur, Subditorum & Vallallorum, Præjudicium, nullas, aliquo tempore, Confœderationes sive Concordias, cum *Johanne Duce Burgundiæ, Natis, Fratribus*, aut *Cognatis suis Germanis* quibuscumque, indebite faciemus,

Quæ Omnia & Singula Universitati vestræ deducimus per Præsentes.

In quorum omnium Testimonium atque fidem Nos, Jacobus, Ector, Petrus, Galeisus, Johannes & Johannes, Nuncii, Procuratores, & Ambassiatores antedicti, huic Parti endentatæ Sigilla nostra apposuimus.

Dat. in *Civitate Londoniarum* Anno Regni dicti, metuendissimi Domini nostri, Regis decimo tertio, Mensis Maii die vicesimo.

Sub Sigillis omnium Commissariorum prædictorum de cera rubea pendentibus a caudis pergamenæ.

---

* Pro Filio Reginæ.

* VIII. 744.

Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Franc. 13. H. 4. m. 14.

Concessimus &, verbo Regio, Promittimus præfato Archiepiscopo quòd ipse, de Summa prædicta, de primis Denariis, provenientibus de Medietate Decimæ, nobis per Clerum Provinciæ suæ, in ultima Convocatione sua facta, concessæ, ad Festum Sancti Martini in Yeme proximò futurum solvendâ, per Manus Collectorum Medietatis Decimæ prædictæ, in Diœcesibus Cantuariensi & Cicestrensi Deputatorum seu Deputandorum, fideliter persolvatur (videlicet)

In prædicta Diœcese Cantuariensi de Quingentis Libris,

Et in Diœcese Cicestrensi supradicta, de Centum Sexaginta Sex Libris, Tresdecim Solidis, & Quatuor Denariis,

Virtute Talliarum, super dictos Collectores ad Receptam Scaccarii nostri, pro eodem Archiepiscopo, undecimo die Julii, ultimo præterito, de eisdem Summis separatim levatarum,

Et quòd dictæ Talliæ, sibi indè ad dictam Receptam, ut præ- Attornatis & Deputatis, quatinus dictas Summas, de Medietate prædicta, super ipsos per Tallias prædictas sic levatas, eidem Archiepiscopo aut Executoribus suis solvant, Tallias, dictas Summas continentes, penes se, loco Acquietantiæ, recipientes,

Volumus etiam & Concedimus præfato Archiepiscopo, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, per Præsentes, quòd nec prædictus Archiepiscopus, nec Successores, aut Executores sui, nec Terrarum Tenentes sui onerentur, nec eorum aliquis imposterum oneretur ad Computandum in Scaccario nostro, Hæredum vel Successorum nostrorum, nec alibi de Summa prædicta, nec de aliqua Parcella ejusdem,

* Nec quòd ipse, aut Successores seu Executores sui, seu eorum * VIII. Terrarum Tenentes, indè molestentur, impetantur, nec aliquo 761. modo per Nos, Hæredes, vel Successores nostros, de Receptione Summæ prædictæ, vel alicujus indè Parcellæ, molestentur seu graventur, nec eorum aliquis molestetur vel gravetur quoquo modo in futurum,

Volentes insuper & Concedentes, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, quòd dicti Collectores, & eorum quilibet, ac eorum Deputati & Assignati, in eorum Compotis, ad dictum Scaccarium nostrum, de Medietate prædicta faciendis, de Summis prædictis, dicto Archiepiscopo, aut Executoribus suis, Virtute Talliarum prædictarum solvendis, ut prædicitur, sine quacumque contradictione nostra, Hæredum vel Successorum nostrorum quorumcumque, exonerati existant pariter & quieti,

Et quòd Thesaurarius & Barones de Scaccario nostro, qui nunc sunt, seu qui pro tempore erunt, aliquem Exonerationem sive Allocationem ad idem Scaccarium nostrum, eisdem Collectoribus in Compotis suis de Medietate prædicta, de aliquibus aliis Summis, per ipsos Collectores indè colligendis, antequam dicta Summa Mille Marcarum, de dictis Primis Denariis, per eosdem Collectores ejusdem Medietatis levandis, præfato Archiepiscopo aut Executoribus suis plenariè persolvatur, nullatenus faciant nec fieri permittant quovis modo, contra Vim & Effectum Talliarum prædictarum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, duodecimo die Julii.

Per ipsum Regem & Concilium.

Pro Episcopo Lincolniæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Ibid.

Sciatis quòd,

Cùm, Venerabilis Pater, *Philippus Episcopus Lincolniensis, &c. ut supra usque ibi*, oportebit, *& tunc sic*, Summam Octingentarum Mercarum, *&c. ut supra usque ibi*, solvenda, *& tunc sic*, videlicet, per Manus Collectorum Medietatis Decimæ prædictæ, ad hoc Deputandorum, in Diœcese Lincolniæ, Virtute Talliarum, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste Rege apud *Westm.* decimo tertio die Julii.

Per ipsum Regem & Concilium.

Pro Majore & Communitate Civitatis Norwici.

REX Omnibus, ad quos, &c. Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Ibid.

Sciatis quòd,

Cùm, dilecti nobis, Major, Probi Homines, & Communitas Civitatis Norwici,

Consideratis grandibus Custibus, *&c. ut supra usque ibi*, oportebit, *& tunc sic*,

Summam Quadringentarum Marcarum nobis gratanter mutuaverint, *&c ut supra usque ibi*, promittimus, *& tunc sic*,

Præfatis Majori, Probis Hominibus, & Communitati, Hæredibus & Successoribus suis, quòd ipsi de Summa prædicta, de Tertia Medietate Decimæ & Quintædecimæ, nobis per Communitatem Regni nostri Angliæ, in Parliamento nostro, Anno Regni nostri undecimo tento, concessarum, ad Festum Sancti Martini, proximò futurum, solvendâ, videlicet,

Per Manus Collectorum Medietatis prædictæ, in Comitatu Norffolciæ, de Ducentis, Decem & Novem Libris, Septem Solidis, & Quatuor Denariis,

Et in Civitate Norwici de Quadraginta & Septem Libris, & Sex Solidis,

Virtute Talliarum, *&c. ut supra, mutatis mutandis usque ibi*, quovis modo, *& tunc sic*,

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Julii.

Per ipsum Regem & Concilium.

Nos,

Pro Securitate ipsorum Johannis, Johannis, & Willielmi, ac prompta Resolutione Summæ prædictæ eisdem faciendâ, providere volentes,

Concessimus &, verbo Regio, Promittimus, præfatis Johanni, Johanni, & Willielmo, Hæredibus & Executoribus suis, quòd ipsi, de Summa prædicta, de Primis Denariis, provenientibus de Medietate Decimæ, Nobis, per Clerum Cantuariensis Provinciæ, in ultima Convocatione sua facta, concessæ, ad Festum Sancti Martini in Yeme proximò futurum, solvenda (videlicet) per manus Collectorum Medietatis Decimæ prædictæ, ad hoc Deputatorum seu Deputandorum, in Diœcese Sarum, virtute Talliarum, super dictos Collectores ad Receptam Scaccarii nostri, pro eisdem Johanne, Johanne, & Willielmo de Summis prædictis, levatarum, fideliter persolvantur,

Et quòd Talliæ, sibi inde ad dictam Receptam, ut prædicitur, levatæ, nec earum aliqua, prætextu aliquarum aliarum Assignationum, *&c. prout pro Archiepiscopo Cantuariensi, mutatis mutandis usque hæc verba; viz.*

Volentes ulterius, & concedentes, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quòd, si dicti, Johannes, Johannes, & Willielmus, plenariam Solutionem dictarum Quingentarum Marcarum, in Forma prædicta non habeant, tunc iidem, Johannes, Johannes, & Willielmus, plenam Solutionem de omni eo, quod indè defuerit, in Hanaperio nostro, aut Hæredum nostrorum prædictorum, vel alio loco ubi duxerint acceptandum, habeant & percipiant indilatè,

Et quòd ipsi habeant, de tempore in tempus, tot & talia Brevia, Tallias, & alia Waranta, quot & qualia eis necessaria fuerint in hac parte vel oportuna,

Et Etiam quod Talliæ hujusmodi, quotiensčumque opus fuerit, absque difficultate aliqua, si prædicti, Johannes, Johannes, & Willielmus, ad hoc consenserint & petierint, mutentur, & debitè reformentur, & allocentur absque difficultate seu contradictione quacumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, duodecimo die Julii.

Per ipsum Regem & Concilium.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, *Johannem Roderham*, & alii Clerici Cancellariæ nostræ,

Consideratis grandibus Custibus, *&c. ut supra, mutatis mutandis usque ibi*, deputandorum, *& tunc sic*,

In Diocese Norwicensi, virtute Talliarum, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Per ipsum Regem & Concilium.

De Generali Attornato pro Duce Clarencia.

THomas Dux Clarenciæ & Comes Albæ Marliæ, qui, de Licen-
Ann. D. tia Regis, versus partes Transmarinas profecturus est, habet
1412. Literas Regis de Generali Attornatu, sub nominibus *Simonis Gaun-*
An. 13 *stede* Clerici, & *Willielmi Alyngton*, sub Alternatione, ad Lucran-
H. 4. dum, &c. in quibuscumque * Curiis Angliæ, per unum Annum
Franc. duraturas.
13. *H.* 4. Præf. &c.
m. 8. Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quarto die Julii.
* VIII.
763.

Cancellarius Angliæ recepit Attorneamentum usque Reditum Constituentis in Angliam.

Idem Dux, sub nominibus *Roberti Tirwhit*, & *Willielmi Haukford* Chivaler.

Idem Cancellarius recepit Attorneamentum ut supra.

Idem Dux, sub nominibus *Johannis Pelham* Chivaler, & *Petri Buxton* Chivaler.

Idem Cancellarius recepit Attorneamentum ut supra.

Idem Dux, sub nominibus *Johannis Wakeryng* Clerici, & *Henrici Merston* Clerici.

Idem Cancellarius recepit Attorneamentum ut supra.

Idem Dux, sub nominibus *Archiepiscopi Cantuariensis*, & *Thomæ Episcopi Dunolmensis.*

Johannes Wakeryng Clericus recepit Attorneamentum ut supra.

FACTA, inter Illustrissimum & Serenissimum Principem *Henricum Quartum* post Conquestum *Regem Angliæ & Franciæ*, Dominum Hiberniæ, ac Ducem Acquitaniæ, ex parte una, & Nobiles & Potentes Dominos, *Johannem Ducem Bituriæ, &c. prout de Dat. Decimo octavo die Mensis Maii, proximò præterita.*

Nos autem Literas prædictas, Tenore Præsentium, duximus Exemplificandas.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quinto die Julii.

Literarum, per Ambassiatores prædictorum Principum, super Conventionibus præfactis factarum Exemplificatio.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
INSPEXIMUS quasdam Literas Patentes, 1412.
Nobilium Virorum, *Jacobi Magni* in Sacra Pagina Professoris, *An.* 13.
Ectoris de Pontbriant, *Petri de Versallies* in Sacra Pagina Bachalarii *H.* 4.
formati, *Galesfi de Achezo* Militis, *Johannis Louvet* Domicelli, *Ibid. m.*
ac *Johannis Lopjac* Militis, 5.

Procuratorum, Nunciorum, Legatorum sive Ambassiatorum, Nobilium & Potentum Dominorum, *Johannis* Filii Regis Francorum *Ducis Bituriæ & Alverniæ* Comitis Pictaviæ, Stamparum, Boloniæ & Alverniæ, *Karoli Ducis Aurelianensis & Valesii* Comitis Bxsenlis & Bellimontis & Domini Conciaci, *Johannis Ducis Bourbonii* Comitis Clarimontis & Forestarum & Domini Belli joci, *Johannis Comitis de Alanconio & de Pertica* Domini Filgeriarum & Guerchiæ, & *Bernardi Comitis Armeniaci, Fesensaci, Ruthenorum, & Pardiaci*,

* De quibusdam Conventionibus, Articulis, Appunctuamentis, * VIII.
& Conclusionibus, nobiscum pro parte dictorum Dominorum suo- 764.
rum concordatis,

Factas in hæc verba,

Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, *Jacobus Magni* in Sacra Pagina Professor, *Ector de Pontbriant*, *Petrus de &c. ut supra de Dat.* 18 *Maii jam elapso.*

Nos autem, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

De Vasis & Mercandisis, contra Treugas Britanniæ captis, Restituendis.

REX, dilectis sibi, *Willielmo Pomeray*, *Johanni Clynk*, *Jo-* Ann. D.
hanni Cole, *Johanni Thorp*, *Johanni Poimorva*, & *Radulpho* 1412.
Trenewith, Salutem. *An.* 13.
Quia datum est nobis intelligi quòd diversa Vasa & Mercandisæ *H.* 4.
certorum Mercatorum de Britannia, contra formam Treugarum, *Pat.* 13.
inter Nos & illos de Britannia captarum, post Vicesimum septi- *H.* 4.
mum diem Septembris ultimò præteritum, per quosdam Ligeos *p.* 2.
nostros Comitatuum Devoniæ & Cornubiæ capta fuerunt, & eis- *m.* 10. *d.*
dem Mercatoribus adhuc detenta existunt, in ipsorum Mercatorum Dampnum non modicum & Gravamen,

Nos (Treugas prædictas inviolabiliter observari volentes) assignavimus vos, quinque, Quatuor, Tres, & Duos vestrûm (quorum unum te præfate Johannes Clynk in dicto Comitatu Cornubiæ, & alterum te præfate Johannes Cole in dicto Comitatu Devoniæ, esse volumus) ad vos super Præmissis omnibus & singulis, viis & modis quibus melius sciveritis & poteritis, debite informandum,

Et tàm ad omnia & singula hujusmodi Vasa & Mercandisas dictorum Mercatorum de Britannia, quæ per hujusmodi debitam Informationem, sive per Inquisitionem, si necesse fuerit, coràm vobis in hac parte capiendam, invenire poteritis, contra formam Treugarum prædictarum, post dictum Vicesimum septimum diem Septembris, per dictos Ligeos nostros capta fuisse, & præfatis Mercatoribus adhuc detenta existere, quocumque Loco infra Comitatus prædictos inveniri poterunt, illis ad quos pertinent,

Quàm ad Bona & Mercandisas *Willielmi Welyngton*, quæ de ipso, per illos de Britannia, similiter capta existerunt, sive Valorem eorumdem, eidem Willielmo Welyngton,

Prout justum fuerit, & secundum formam Treugarum prædictarum fuerit faciendum, liberari & restitui faciendum;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem Vicecomitibus nostris Comitatuum prædictorum, ac universis & singulis Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis, nostris, Tenore Præsentium firmiter in Mandatis quòd vobis, in Executione Præmissorum, Intendentes

An. 13. Electionem,

H. 4. Nuper factam in Ecclesia Conventuali de Wherewell, Ordinis Ibid. m. 14. Sancti Benedicti, suæ Diœcesis, de, dilecta nobis in Christo, *Alicia Parys*, Moniali ejusdem Domûs, in Abbatissam Loci illius, cui prius Regium Assensum adhibuimus & favorem,

Confirmaverit, sicut per Literas Patentes ipsius Episcopi, nobis inde directas, nobis constat,

Nos (Confirmationem illam acceptantes (eidem Electæ Temporalia Abbatiæ illius, prout moris est, Restituimus eidem;

* VIII. 765. * Et ideò tibi Præcipimus quòd eidem Electæ (cujus Fidelitatem, nobis in hac parte debitam, per, dilectum Clericum nostrum, *Johannem Chitterne* capi mandavimus) Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, Liberes in forma prædicta; salvo jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo octavo die Julii.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Somers.
Escaetori Regis in Com. Berks.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Super Treugis Flandriæ, de Conservatoribus ordinatis.

Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Pat. 13. H. 4. p. 2. m. 6.

REX, Locumtenenti Constabularii Castri nostri Dovorriæ, & Custodi Quinque Portuum nostrorum, ac Majori Villæ Sandwici, necnon Majori Villæ de Wynchelse, qui nunc sunt, vel qui pro tempore fuerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm certæ Treugæ, pro parte nostra & illorum de Flandria, a Quintodecimo die Junii, Anno Regni nostri Duodecimo, usque ad Terminum Quinque Annorum, extunc proximò sequentium, duraturæ, captæ & initæ existant,

Ac Status Flandriæ, per Literas suas, nobis nuperimè certificaverint quòd ipsi Treugas illas, pro parte illorum, fideliter observabunt & manutenebunt, eisdem in aliquo nullatenus contraveniendo,

Ac, habitis per eosdem Avisamento & matura Deliberatione, eis videbatur expediens (si nobis hoc idem videatur) quòd, ex utraque parte, fiat renovatio Proclamationis super Conservatione Treugarum prædictarum, ad Finem quòd nulli, tam ex una parte, quàm altera, aliquam Ignorantiam prætendere valeant in hac parte,

Et Nos,

Attendentes quòd Præmissa commune Bonum & Utilitatem, tàm Partium prædictarum, quàm Regni & Dominii nostrorum, manifestè concernunt,

Et volentes, eo prætextu, Treugas illas, juxta Vim & Effectum earumdem, quantum ad Mercatores, Peregrinos, & Piscatores Flandrenses, & eorum Naves, Marinarios, Servientes, Merces, Mercandisas, Res, & Bona, ac alia, Personas Flandrenses prædictas concernentia dumtaxat, & Mercatores, Peregrinos, Clericos, & Piscatores nostros, & eorum Naves, Marinarios, Servientes, Merces, Mercandisas, Res, & Bona, ac alia, Ligeos & Subditos nostros concernentia, pro parte nostra, firmiter & inviolabiliter observari,

Capitaneo Villæ nostræ Calesii, vel ejus Locumtenenti ibidem, per Breve nostrum, mandaverimus quòd, quamcitò eis constare posset dictos Status Flandriæ Treugas prædictas in Partibus illis proclamari fecisse, in Forma prædicta, easdem Treugas in dicta Villa Calesii, & Marchiis adjacentibus, ac aliis Locis, ubi magis expedire viderint, ex parte nostra, publice proclamari & teneri faceret modò & formâ supradictis,

Nos (de Fidelitate, Circumspectione, & Avisamento vestris plenius confidentes) Fecimus & Ordinavimus, ac Facimus & Ordinamus, vos Conservatores Treugarum prædictarum, pro parte nostra, in Portubus prædictis & Membris eorumdem, prout juxta formam Proclamationum prædictarum fuerit faciendum,

Dantes & Committentes vobis & cuilibet vestrûm, plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ad easdem Treugas, juxta formam Proclamationum earumdem, Tenendas & Custodiendas, ac teneri & custodiri faciendas.

Et de quibuscumque Attemptatis ac aliis, contra Proclamationes prædictas faciendis (si quæ fieri contigerit) absque dilationis diffugio, summariè & de plano Inquirendum & Cognoscendum.

Necnon ad omne illud, quod per Subditos & Ligeos nostros prædictos aut eorum aliquem, contra easdem Proclamationes (quod absit) sic faciendum vel attemptandum invenire poteritis, sine dilatione, Reparandum & Reformandum, ac Reparari & Reformari faciendum, debitoque Statu Ponendum & Reducendum,

Et dictos Subditos & Ligeos nostros, tàm captione Corporum & Bonorum, quàm aliis viis, modis, & remediis opportunis in hac parte, ad Præmissa facienda, Constringendum,

Et Partem dictorum Statuum Flandriæ,& omnium aliorum quorum

* VIII. 766. * interest, virtute Proclamationum prædictarum, ad omnia & singula Attemptata & Mesprisiones quæcumque, per dictas Persona,

di.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo quinto die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Episcopo Norwicensi, super Expensis in Viagio Regis, de Mutuo.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1412.

Sciatis quòd, An. 13.

Cùm, Venerabilis Pater, *Alexander Episcopus Norwicensis*, H. 4.

Consideratis grandibus Custibus & Expensis, quos Nos pro communi Commodo, circa Prosecutionem & Adeptionem Juris nostri (Deo dante) in partibus Aquitanniæ, ac alibi in partibus Transmarinis, infra breve facere oportebit, Pat. 13. H. 4. p. 2. m. 8.

Summam Quadringentarum Librarum nobis gratanter mutuaverit, & Thesaurario nostro Angliæ Summam illam ad opus nostrum persolverit,

Nos (pro Securitate ipsius Episcopi, ac prompta Resolutione Summæ prædictæ eidem faciendâ, providere volentes) Concessimus &, verbo Regio, Promittimus, præfato Episcopo, & Executoribus suis, quòd ipsi, de Summa prædicta, de Denariis, provenientibus de Medietate Decimæ, Nobis, per Clerum Cantuariensis Provinciæ, in ultima Convocatione sua facta, concessæ ad Festum Sancti Martini in Yeme proximò futurum, solvenda (videlicet) per manus Collectorum Medietatis Decimæ prædictæ, ad hoc Deputatorum seu Deputandorum, in Diœcese Norwicensi, virtute cujusdam Talliæ, super dictos Collectores ad Receptam Scaccarii nostri, pro eodem Episcopo, de Summa prædicta, levatæ, fideliter persolvantur,

Et quòd Talliæ, sibi indè ad dictam Receptam, ut prædicitur, levatæ, nec earum aliqua, prætextu aliquarum aliarum Assignationum, Exonerationum, vel Pardonationum, per Nos, Hæredes, seu Successores nostros, de Medietate prædicta de cætero faciendarum, nullatenus cassetur, *&c. prout supra de Dat. 12 Jul. pro Archiepiscopo Cantuariensi.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo septimo die Julii.

Per ipsum Regem & Concilium.

Pro Abbate & Conventu Sancti Edmundi de Bury, de Mutuo, ut supra.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1412.

Sciatis quòd, An. 13.

Cùm, dilecti nobis in Christo, *Abbas & Conventus Monasterii Sancti Edmundi de Bury*, H. 4.

Consideratis grandibus Custibus, *&c. ut supra usque ibi*, oportebit, *& tunc sic*, Ibid.

Summam Centum Librarum nobis gratanter mutuaverint, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

** Pro Episcopo Wygorniensi, de Mutuo, ut supra.* * VIII. 767.

REX Omnibus, ad quos, &c.

Sciatis quòd, Ann. D. 1412.

Cùm, Venerabilis in Christo Pater, *Thomas Episcopus Wygorniensis*, An. 13.

Consideratis Grandibus Custibus, *&c. ut supra usque ibi*, oportebit, *& tunc sic*, H. 4.

Summam Ducentarum Marcarum nobis gratanter mutuaverit, *&c. ut supra, mutatis mutandis usque ibi*, solvendâ, *& tunc sic*,

Per manus suas, ac Collectorum Medietatis Decimæ prædictæ in Diœcese Wygorniensi Deputatorum seu Deputandorum, fideliter persolvatur, videlicet,

Per manus ipsius Episcopi pro Spiritualibus & Temporalibus suis de Viginti & Sex Libris, Duobus Solidis, Tribus Denariis, & Uno Obolo,

Per manus Collectorum dictæ Medietatis Decimæ in Archidiaconatu Gloucestriæ de Quinquaginta & Tribus Libris, Duodecim Solidis, Duobus Denariis, & uno obolo,

Et per manus Collectorum ejusdem Medietatis in Archidiaconatu Wygorniensi de Quinquaginta & Tribus Libris, Duodecim Solidis, & Duobus Denariis,

Virtute Talliarum, super dictos Episcopum & Collectores ad Receptam Scaccarii nostri, pro eodem Episcopo, Vicesimo quinto die Julii proximò præterito, de eisdem Summis separatim levatarum, & quòd Talliæ prædictæ, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Per ipsum Regem & Concilium.

Pro

Teste ut supra.

Per ipsum Regem & Concilium.

De Proclamatione facienda, super Treugis Flandriæ.

Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Pat. 13. H. 4. p. 2. m. 6. d.

REX, dilecto sibi, *Nicholao Auncell*, uni Nunciorum nostrorum.

Sciatis quòd,

Cùm certæ Treugæ, pro parte nostra & illorum de Flandria, a Quintodecimo die Junii, Anno Regni nostri Duodecimo, usque ad Terminum Quinque Annorum, extunc proximò sequentium duraturæ, captæ & initæ existant,

Ac Status Flandriæ, per Literas suas, nobis nuperimè certificaverint quòd ipsi Treugas illas, pro parte illorum, fideliter observabunt & manutenebunt, eisdem in aliquo nullatenus contravenien-do,

Ac, habitis per eosdem Avisamento & matura Deliberatione, eis videbatur expediens (si nobis hoc idem videatur) quòd, ex utraque parte, fiat Renovatio Proclamationis super conservatione Treugarum prædictarum, ad Finem quòd nulli, tàm ex una parte, quàm altera, aliquam Ignorantiam prætendere valeant in hac parte, Nos,

Attendentes quòd Præmissa commune Bonum & Utilitatem, tàm partium prædictarum, quàm Regni & Dominii nostrorum, manifestè concernunt,

Ac, eo prætextu, volentes Treugas illas, juxta Vim & Effectum

* VIII. 768. earumdem, quantum ad Mercatores, Peregrinos, & * Piscatores Flandrenses, & eorum Naves, Marinarios, Servientes, Merces, Mercandisas, Res, & Bona, ac Alia, Personas Flandrenses prædictas concernentia dumtaxat, & Mercatores, Peregrinos, Clericos, & Piscatores nostros, & eorum Naves, Marinarios, Servientes, Merces, Mercandisas, Res & Bona, ac Alia, Ligeos & Subditos nostros concernentia, ex parte nostra, firmiter & inviolabiliter observari,

Et præsertim pro eo quòd intelleximus quod illi, de partibus Flandriæ, dictas Treugas, in singulis Locis & Placeis, quibus proclamari consuevit, nuper Republicari & Proclamari fecerunt,

Assignavimus Te ad Treugas prædictas, in singulis Portubus ac aliis Locis, ubi magis expedire videris, ab ore Aquæ Thamisiæ versus partes Boreales & Orientales, ex parte nostra, publicè proclamandum & Teneri faciendum, modo & forma supradictis;

Et ideò tibi Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter Intendas, ac ea facias & exequaris in forma prædicta;

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Constabulariis, Ballivis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis nostris, tàm infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd tibi, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxvij die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimiles Literæ diriguntur *Johanni Sewale*, uni Nunciorum nostrorum, ad hujusmodi Proclamationem faciendum, in singulis &c. ab Ore Aquæ Thamisiæ versus partes Australes & Occidentales.

Super dictis Treugis.

Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Ibid. m. 10. d.

REX, Dilecto sibi, *Nicholao Auncell*, uni Nunciorum nostrorum, Salutem.

Scias quòd,

Cùm inter cæteros Articulos, in quibusdam Treugis, inter Nos & illos de Flandria captis, specificatos, contineatur sic,

Que se par Escumiers, ou autres Gentz Labourantz sur la Guerre, aucuns Biens, de Merchantz d'Engleterre ou de Flandres, estoient priz sur Meer, & Amesnez en ascuns dez Portz ou Havres de l'une Partie ou de l'autre, que iceulx Biens ne purront estre illoeqes Venduz ne Alienez sur Terre, ou mys a Terre, & que Restitution serra faite dez Biens, ou de leur Valeur, as Marchanz de quoy on lez averont priz,

Et averont les Officers dez Lieux Mandement expresse, par Lettres Patentes, tielx qu'il appartendra, de faire faire la Restitution toutz les foitz que les cas escherra, sur le Peine de le Recouverer sur eulx, se lez ditz Biens soient ainsi Venduz ou Alienez a Terre, ou mys a Terre de lour sceu & soeffrance,

... rum prædictarum requirit;

Et ideo tibi Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter Intendas, ac ea facias & exequaris in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis nostris, infra Libertates & extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quòd tibi in Executione * Præmissorum pareant, obe- * VIII. diant, & intendant, prout decet. 769.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxix die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimiles Literæ diriguntur *Johanni Sewale*, uni Nunciorum nostrorum, ad hujusmodi Proclamationem faciendum, in singulis, &c. ab ore Aquæ Thamisiæ versus partes Occidentales & Australes.

De Scrutinio, super Captionibus, contra Treugas præfatas.

REX, Custodi Quinque Portuum nostrorum, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

Sciatis quòd Nos (de Fidelitate & circumspectione vestris plenius confidentes) Assignavimus vos ad debitum Scrutinium & Inquisitionem faciendum, de omnibus Navibus & Bonis, quæ de Flandrensibus, contra Formam Treugarum, inter Nos & illos de Flandria existentium, capta & infra dictos Portus ducta fuerunt, Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Pat. 13. H. 4. p. 2. m. 10. d.

Et per quas Naves & Personas dictæ Captiones factæ,

Et ad quos Portus Naves & Bona illa adducta fuerunt,

Et ad eadem Bona & Naves de Flandria, & Magistros dictorum Bonorum & Navium, in quorumcumque Navibus inveniri poterunt, Capiendum & Arestandum, & Liberationem eorumdem, si extent, aut veri Valoris eorumdem, illis de Flandria, ad quos pertinent, faciendum,

Ac etiam ad Magistros, Marinarios, & Naves, per quos Bona prædicta capta, & Treugæ prædictæ impeditæ fuerunt, ubicumque inveniri poterunt infra Jurisdictionem vestram, Arestandum, & eos in Prisona nostra, quousque aliud inde a nobis habueritis in mandatis, Detinendum;

Et ideo vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter Intendatis, ac ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis in præmissis faciendis Obediant & Intendant prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxix die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Abbate Sancti Augustini Cantuariæ.

REX, universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1412.

Sciatis quòd Concessimus & Licentiam Dedimus, Dilecto nobis in Christo, *Abbati Sancti Augustini Cantuariæ* quòd ipse, extra Regnum nostrum Angliæ, versus Sanctam Civitatem Jerusalem, ex causa Peregrinationis, in Complementum Voti sui, per ipsum ante hæc tempora facti, ut accepimus, se divertere possit; An. 13. H. 4. Ibid. m. 17.

Et ideo Vobis Mandamus quòd ipsum Abbatem, versus Civitatem prædictam, ex Causa prædicta, liberè & absque impedimento aliquo transire permittatis; aliquo Mandato nostro, vobis prius in contrarium directo, non obstante.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Fulham*, xiij die Augusti.

Per ipsum Regem.

De Apostatis capiendis.

REX Universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis suis, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem. Ann. D 1412. An. 13. H. 4. Ibid. m. 21. d.

Quia datum est nobis intelligi, quòd quamplures Fratres Ordinis Fratrum * Prædicatorum, rejecto Habitu Religionis suæ, & spretâ Professione suâ, per plures Comitatus Regni nostri Angliæ, vagantur & discurrunt, in Animarum suarum grave Periculum, & Ordi- * VIII. 770.

Taliter & tam debite vos habentes, in Executione Præmissorum, quòd Apostatæ hujusmodi Materiam non habeant taliter Apostatandi, vel in habitu Seculari incedendi, ac Priores Ordinis prædicti, ad Nos ex hac causa, in vestri defectum & negligentiam, ampliùs conquerendi.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xv die Septembris.

De Confirmatione Treugarum Ispanniæ.

Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Franc. 13. H. 4. m. 5.

REX omnibus, ad quos Præsentes, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes super quadam Concordiâ, Inter *Nos*, pro Nobis & toto Regno nostro Angliæ, Dominio Hiberniæ, & Ducatu Aquitaniæ, Terris, Patriis, Territoriis, & Jurisdictionibus, Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Opidis, & eorum Suburbiis, videlicet, in dictis Regno, Dominio, Ducatu, Terris, Territoriis, & Jurisdictionibus nostris constitutis, nostrisque, Ligeis, Vassallis, & Subditis, Bonis & Rebus quibuscumque, & Carissimum Nepotem nostrum *Johannem Regem Castellæ & Legionis*, pro Seipso, ac Regnis, Terris, Patriis, Dominiis, Territoriis, & Jurisdictionibus, Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Opidis & eorum suburbiis, in dictis Regnis, Patriis, Terris, Dominiis, & Territoriis suis constitutis, ac Ligeis Vassallis & Subditis suis quibuscunque, captâ,

Sub Sigillo *Gundisalvi Garsiæ de Haro*, præfati Nepotis nostri Ambaxiatoris, factas in hæc verba,

Noverint Universi & Singuli, præsentes Literas inspecturi & audituri, quod ego *Gundisalvus Garsiæ de Haro*, per Serenissimum Principem, & Dominum meum, Dominum Johannem Regem Castellæ & Legionis, *&c. ut de Dat. de vicesimo octavo die Januarii ultimo præterito.*

Nos autem Literas prædictas, ac omnia ac Singula in eisdem Literis contenta, quatenus ea sic ritè Acta fuerint, Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, & Tenore Præsentium Confirmamus, prout Literæ prædictæ rationabiliter testantur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Treugis Castellæ.

Ann. D. 1412. An. 13. H. 4. Claus. 13. H. 4. m. 14. d.

REX, Constabulario Castri sui Dovorriæ & Custodi Quinque Portuum suorum, sive ejus Locumtenenti, Salutem.

Mandamus vobis quòd, in singulis Villis & Locis, supra Mare, infra Jurisdictiones Portuum prædictorum, ubi magis expediens fuerit, publicè Proclamari demandetis,

Quòd omnes & singuli Mercatores, & alii fideles Ligei & Subditi nostri,

Qui se conqueri voluerint de aliquibus Captionibus, Deprædationibus, Arestis, sive aliis Attemptatis, eis, per Ligeos & Subditos *Regis Castellæ & Legionis*, contra Treugas factis, a tempore quo *Henricus*, nuper *Rex Castellæ*, Pater moderni Regis Castellæ regnare incipiebat, usque in hunc diem,

* VIII. 771. * In propriis Personis suis accedant, aut Procuratores & Attornatos suos sufficientes, usque Civitatem nostram Baionæ, citra festum Paschæ proximò futurum, mittant, ad demonstrandum sua Querelas & Gravamina certis Ambassiatoribus nostris, qui pro facto Reparationis dictorum Attemptatorum, ibidem, medio tempore, convenire & congregare debent cum Ambassiatoribus dicti moderni Regis Castellæ,

Ad effectum quod dicti Ligei nostri Conquerentes, de suis Querelis Rectum & Justitiæ complementum ibidem habere possint, juxta effectum Treugarum supradictarum; Et hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xiij die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Præcipimus vobis quòd, in Singulis locis Civitatis prædictæ & Suburbiorum ejusdem, ubi magis expediens fuerit, publicè Proclamari faciatis,

Quòd, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Breve, &c.

Calesii, versus partes Picardiæ profecturus est, ibidem super salva Custodia Villæ ac Partium prædictarum moraturus, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *volumus*) per unum Annum duraturas. An. 14. H. 4. Franc. 14. H 4. m. 3.

Præf. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xiij. die Novembris.

Per Billam de Privato Sigillo.

JOhannes Holand, nuper Receptor Terrarum nuper *Ducis Exoniæ*, aliàs dictus Johannes Holand Clericus, qui in obsequio Regis, in Comitiva, Carissimi Filii Regis, *Henrici Principis Walliæ*, & Capitanei Villæ Regis Calesii, super salva Custodia ejusdem Villæ moraturus, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *volumus*) per unum Annum duraturas.

Præf. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, sexto decimo die Novembris.

Per Billam de Privato Sigillo.

Consimiles Literas Regis de Protectione habent subscripti, per idem tempus duraturas, videlicet,

Humfridus Stafford Armiger.
Johannes de Stafford Armiger.
Willielmus Russel Armiger.
Johannes Mariot de Lewes.
Johannes Herward, aliàs dictus Johannes Harward de Rokeby in Com. Warr.
Willielmus Bardolf Miles.
Johannes Grave de Wrangle.

Super Aure amissa.

Ann.D. 1412. An. 14. H. 4. Pat. 14. H. 4. m. 28.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd *Galfridus Broke*, Serviens Hospitii, Venerabilis Patris, *Thomæ Archiepiscopi Cantuariensis*, Cancellarii nostri, vicesimo secundo die Decembris, proximò præterito, occasione & culpâ cujusdam *Willielmi Webbe*, Gartionis unius Domicelli ipsius Archiepiscopi, in quodam loco prope Manerium prædicti Archiepiscopi, de Cherrynge, ubi comuniter Equi, ante Adaquationem suam, Calefieri consueverant, ab Equo, super quo prædictus Galfridus sedebat, per dictum Willielmum, Complicem suum, dejectus, * Aurem suam dexteram integraliter amisit, quam alter Equus, ipso Galfrido in Terram dejecto, veloci Cursu superveniens, Pedis sui tactu a Capite casualiter extraxit, sicut coram Nobis in Cancellaria nostra sufficienter est testificatum, * VIII. 772.

Et hoc, pro declaratione Veritatis Præmissorum, ne eidem Galfrido, occasione Amputationis Auriculi sui, Scandalum seu sinistra Suspitio oriantur, aut Status suus ex hac causa aliqualiter denigretur in futurum, omnibus, quorum interest, Innotescimus per Præsentes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxviij die Decembris.

Super Attemptatis, contra Treugas Ispaniæ, de Restitutione.

Ann. D. 1413. An. 14. H. 4. Claus. 14. H. 4. m. 9.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Edmundo Episcopo Exoniensi*, Consanguineo nostro Carissimo, ac, Dilecto & fideli nostro, *Thomæ Baroni de Carrewe* Chivaler, & eorum alteri Salutem.

Licet Nos nuper,

Accipientes *Johannem Rodegys* de Sivile in Ispannia, quandam Balingeram, Carissimi Nepotis nostri, *Regis Castellæ & Legionis*, ac, Carissimæ Sororis nostræ, Matris ejusdem Nepotis nostri, unde *Petrus Gunsales* est Magister, cum Quaterviginti & quinque Doliis Vini, ad ea, usque Civitatem nostram Londoniæ, ducenda, & ibidem Venditioni exponenda, apud Lepe in Ispania Carcari fecisse,

Dictamque Balingeram, velando supra Mare versus Civitatem prædictam, per Maris intemperiem graviter agitatam, ad Portum Villæ de Dertemuth devenisse, ac eandem Balingeram, cum prædictis Vinis in Portu prædicto existentem, per *Johannem Haule*, Procuratorem & Attornatum cujusdam *Margeriæ de Coventre*, Colore cujusdam Marquæ, per Nos super Bona & Gentes Villæ de Seint Ander in Ispania concessæ, ac si eadem Balingera & Vina de eadem villa de Seint Ander essent cùm non fuerint, Captam & Detentam existere, in ipsius Johannis Rodegys Dispendium non modicum & Gravamen, ac contra formam Treugarum inter Nos & prædictum Nepotem nostrum initarum,

Per Literas nostras Patentes Vobis, inter alia, Mandaverimus quòd, si Vobis constare posset Balingeram ac Vina prædicta de præfata villa de Seint Ander existere, tunc præfatæ Margeriæ aut ejus Deputato, secundum Vim, formam, & effectum Marquæ

præ-

ta, nec Personæ, Navigia, aut alia Bona Capta ab una nec ab altera Parte, in dictis Regnis Castellæ & Legionis & Angliæ, ac Dominiis, Ducatu, Terris, Patriis, Territoriis & Jurisdictionibus utriusque nostrûm, in Mari etiam nec in Terra, pro Marchia, Reprisaliis, Cautionibus, Promissionibus, Obligationibus, Venditionibus, nec sub Colore alicujus prædictorum, neque aliâ viâ & modo alio quibuscumque,

Et, poterunt, durante tempore istarum prædictarum Treugarum, omnes Subditi, unius & alterius Partis, ire & venire, tàm per Terram, quàm per Mare, Stare & Facere eorum Culturas & Laborationes, Negotia, & Mercaturas licitas & non prohibitas, solvendo Deveria antiqua & solvi consueta.

*Et generaliter & particulariter nichil fiet, in Mari nec in Terra, per Subditos unius vel alterius Partis, quacumque de Causa, Occasione, sive Colore, quod sit in * contrarium earumdem Treugarum, Sufferentiæ, & Abstinentiæ Guerræ, quibuscumque viâ sive modo, tempore durante dictarum Treugarum,*

Nolentes præfatum Johannem Rodegys, contra formam Treugarum prædictarum, Colore dictarum Literarum nostrarum de Marqua, eidem Margeriæ, ut præmittitur, factarum, indebitè Prægravari, vobis Mandamus quòd statim, visis præsentibus, præfato Johanni Rodegys Vinorum ac aliorum Bonorum suorum, ac præfato Petro dictæ Balingeræ & Apparatûs ejusdem, ac aliorum Bonorum & Rerum suorum, unà cum Dampnis, Custibus, & Expensis ipsorum Johannis Rodegys & Petri, in hac parte rationabiliter habitis, Restitutionem plenariam fieri faciatis, prout secundum formam & effectum Treugarum prædictarum fuerit faciendum; dictis Literis nostris de Marqua, nisi alia subfuerint, non obstantibus.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo die Januarii.

Et erat Patens.

De Reprisalia.

Ann. D. 1413. An. 14. H. 4. Pat. 14. H. 4. m. 5.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Monstraverunt Nobis, dilecti Ligei nostri, *Willielmus Waldern, Drugo Barantyn, Walterus Cotton, Johannes Reynewelle, Willielmus Flete, Thomas Broun, Willielmus Brekespere, Johannes Glamvylle, Johannes Sutton*, & Socii sui, Mercatores Civitatis suæ Londoniæ, qualiter ipsi, nuper, certos Factores & Attornatos suos, cum magna quantitate Lanarum & aliarum Mercandisarum, usque ad Valorem Viginti & quatuor Milium Librarum, in diversis Navibus Carcatarum, versus partes Occidentales per Destrictus de Marrok, pro Commodo & Incremento Regni nostri ibidem faciendis, licite & impunè ducendarum, de Licentia nostra transmiserunt,

Et, ad finem quòd Naves prædictæ, sic Carcatæ, salvum & securum Passagium haberent, Literas nostras Recommendatorias Gubernatoribus, Generosis, & Communitati Januæ, duximus destinandas,

Quæ quidem Literæ, per quosdam Factorum prædictorum, sibi debitè præsentatæ fuerunt, ut accepimus,

Ipsique de Janua, Literas nostras prædictas minimè ponderantes, set Passagium prædictum in deteriorationem Reipublicæ Regni nostri prædicti malitiosè impedire machinantes, Factores prædictos primitus detinuerunt, & postea Naves prædictas Portum Januæ introire compulerunt,

Post quem quidem Introitum dictas Naves de Lanis & Mercandisis prædictis spoliârunt, & easdem Lanas & Mercandisas ad Manus suas applicârunt, & illas ad Usum & Proficuum sua propria vendiderunt,

Absque eo quod præfati Factores libertatem scribendi Magistris suis in hac parte, seu liberationem alicujus Parcellæ Lanarum & Mercandisarum prædictarum, aut alicujus Denarii, indè provenientis, pro Sustentatione sua habere potuerunt seu possunt in præsenti, in ipsorum Ligeorum nostrorum Dispendium non modicum & Gravamen,

Unde Nobis supplicârunt ut eis Literas nostras de Marqua & Reprisalia concedere dignaremur,

Nos (Supplicationi prædictæ annuentes) de Gratia nostra speciali, & de assensu Concilii nostri Concessimus & Licentiam dedimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, præfatis, Willielmo, Drugoni, Waltero, Johanni, Willielmo, Thomæ, Willielmo, Johanni, & Johanni, & Sociis suis prædictis, quòd ipsi per Se, sive Deputatos suos, tales & tantos Januenses districtuales, Subditos & Subjectos Januæ, seu Inhabitantes Januam aut Districtum Januæ, & eorum Factores & Negotiorum Gestores, quales & quot duxe- [...] sive Covinæ eorum, concessis, seu in futurum concedendis, non obstantibus:

Damus autem universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris, & aliorum Locorum Maritimorum, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis nostris, infra Libertates, & extra, tàm citra Mare, quàm ultra, firmiter in Mandatis quòd præfatis, Willielmo, Drugoni, Waltero, Johanni, Willielmo, Thomæ, Willielmo, Johanni, & Johanni, ac Sociis suis prædictis, necnon dictis Deputatis suis, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, tertio die Februarii.

Per ipsum Regem & Concilium.

Donatio, per Ducem Clarentiæ in Vasconia.

Ann. D. 1413. An. 13. H. 4. Vasc. 13. H. 4. m. 4.

THomas, Filz *de Roy d'Angleterre & de France, Duc d'Clarence*, Conte Daumarle, Grant Seneſcal d'Engleterre, Lieutenant d'Irland, & des Partes de Pardessa, pur nostre dit Tresredoubte & Tressouverain Seigneur & Pere, a touz ceulx, qui ces Presentes verront ou orront, Salut.

Savoir faisons que Nous,

De nostre certaine science & grace especiale, pour les bons & agreables Services que, nostre Treschier & bien Ame, *Johan Dupont* nostre Secretaire Nous a fait,

A luy avons donne & Ottroye, & par le Teneur de cestes donnons & Ottroyons, deux Ostieux & Maisons, aveeques toutz les Prouffitz, Drois, Devoirs, Rentes, Revenuez, & Esmolumens quelconques, a ceo appartenens, en quelle fourme & maniere que ce soit, pour en Joier, User, & Exploiter, durant le Terme de sa Vie, paisiblement & sans aucune empeschement,

Les quelles deux Maisons & Ostieux sont situes & assises en la Carreyre que va du Chastel de Lombriere de Bourdeaulx vers l'Esglise de Saint Pietre, & tiennent de longe de la Grant Porte du dit Chastel jusques a l'autre Porte, & joingnent par derriere a la grosse Tour & Mur du dit Chastel, & par devaunt a la dite Carreyre,

Quelles Maisons aultre Foys furent de *Bos de la Barde* Escuyer, par Donation fait a luy par le Roy nostre dit Seigneur & Pere, & Vendues & Transportes par le dit *Bos* a un appelle *Thomas Pigou*, Constituez & Confermes au dit Thomas par le dit nostre Seigneur & Pere, pour les tenir & possider durant le terme de sa Vie,

Par la Mort & Deces du quel Thomas les dites Maisons & Ostieux, avecques toutes leurs Appartenances, sont & appartiennent de present a nostre dit Tresredoubte & Tressoverains Seigneur & Piere,

Si Mandons & Commandons aux Seneſcal de Guyenne, Juge de Gascoigne, Prevost de Lombriere, Procureur, Fiscal, & Executour Royal de la Citee de Bourdeaulx, & a toutz aultres Officers, Ministres, Liges, & Obeissans de nostre dit Tresredoubte & Tressoverain Seigneur & Pere, que le dit John Dupont nostre Secretaire, ou son certein & sufficiaunt Procureur ou Attourne en noun de luy, mettent & induyent en vraye Saisine & paisible Possession des dites Ostieux & Maisons toutes foys que requis en serront, amovant & ostant tout aulter Detentour ou Occupeur, si aucun en y avoit,

Et le Tiengnent & Maintiegnent en vrays Saisine & paisible Possession des dites Ostieux & Maisons, & d'iceulx, avecques touz les Drois, Devoirs, & Esmoluments quelxconques, a yceulx appartenanz, come dit est, l'en facent Joir paisiblement, selon le Tenour de cez noz presentes Patentes Lettres; non ostant quelxconques Donations ou Promesses faitez ou a faire au contraire; Car ainsi le voulons & nous plest estre fait.

Donne a *Bourdeaulx*, soubz nostre Seel, le Quint jour de Fevrier, l'An de Grace Mil, Quatrecents & Douze.

---

* *De salvo Conductu pro Ambassiatoribus Ducis Albaniæ.*

Ann. D. 1413. An. 14. H. 4. Scot. 14. H. 4. m. 1.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Pentecostes proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Walterum Stewart* de Raylston de Scotia Militem, & *Johannem de Leeth* de Scotia Armigerum, Ambassiatores, Potentis Principis, *Ducis Albaniæ* Consanguinei Regis, ac Triginta &

tempora facto, seu pro aliqua Marqua vel Reprisalia, impetrata vel impetranda, aut pro alia Causa quacumque, molestentur, impetantur, arestentur, seu deteriorentur,

Proviso semper quòd eædem Personæ quicquam, quod in Regis, seu Coronæ suæ, aut Legum Regni & Dominiorum Regis prædictorum, seu Populi sui, Dampnum vel Præjudicium cedere valeat, non attemptent seu attemptari faciant quovis modo.

versus Sanctum Jacobum Galiciæ, ad Vota sua ibidem perficienda, ducere, & abindè in Angliam reducere possit licitè & impunè; 14. H 4. m. 1.

Aliquibus Ordinationibus sive Proclamationibus, in contrarium factis, non obstantibus:

Cùm tamen Peregrini illi de Amicitia nostra & Gentes Laicæ existant, & quòd Aurum vel Argentum, in Massa vel Moneta, colore præsentis Licentiæ nostræ, contra Statuta & Ordinationes dicti Regni, secum non deferant quovis modo.

FINIS TOMI VIII. EDITIONIS LONDINENSIS.

* IX. 1.

* *De Pace Regis proclamanda.*

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Claus. 1. H. 5. m. 36. dors.

REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Quia, felicis recordationis, Princeps Magnificus, Dominus & Pater noster, nuper Rex Angliæ Illustris (quod non sine grande mentis amaritudine referimus) Naturæ debitum solvens, spiritum vitalem reddidit Creatori, sic quòd dicti Regni Successio nobis notoriè devolvitur & dinoscitur pertinere,

Et volentes proindè, prout nostro præcipuè Incumbit Dignitatis officio, Pacem, Quietem, & Tranquillitatem, ineuntis Regni nostri Finibus, in quantum possumus, Pacis Auctoris adjuti suffragio, fieri & haberi,

Et, ad illum finem & effectum, ea, quæ Jurgiis & Discordiis Pacem Æmulis fomitem ministrarent, subtrahi & deleri,

Vobis districtiùs quo possumus injungimus & mandamus quòd in locis infra Civitatem prædictam ac Suburbia ejusdem, ubi magis expediens fuerit & necesse, Præmissa ex parte nostra publicè notificari & proclamari, ac universis & singulis Ligeis & Fidelibus nostris, infra Civitatem, ac Suburbia prædicta existentibus, inhiberi faciatis, nè ipsi vel eorum aliquis, sub Fide & Ligeantiâ suis, ac sub Forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poterunt, aliquas Commotiones, Pacis Perturbationes, Riotas, Insurrectiones, seu Conventicula excessiva, quovis quæsito colore, faciant aut fieri procurent, set quòd sub Pacis silentio ac quietis dulcedine, prout summo optamus desiderio fideliter permaneant & perseverent,

Omnes illos, quos post & contra Notificationem, Proclamationem, & Inhibitionem prædictas inveneritis aliqua hujusmodi Commotiones, Perturbationes, Riotas, Insurrectiones, aut Conventicula facere aut fieri procurare, Arestantes, & Prisonæ nostræ Mancipantes, in eadem moraturos quousque pro eorum Castigatione, Punitione, & Deliberatione aliter duxerimus ordinandum.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Vicesimo Primo die Martii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam.

---

* IX. 2. * *De recipiendo Regem Scotiæ & alios in Turrim Londoniæ.*

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Ibid. m. 38.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ* & *Dominus Hiberniæ*, Constabulario Turris suæ Londoniæ, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

Mandamus vobis quòd *Jacobum Regem Scotiæ*, *Mordok Comitem de Fife*, & *Willielmum Douglas* de Dalkheth, & *Willielmum Gyffard* Armigerum, ab eo qui ipsos vobis ex parte nostrâ liberabit, recipiatis, & ipsos in Turri prædicta salvò & securè, quousque aliud à nobis indè habueritis in mandatis, custodiri faciatis.

Teste meipso apud *Westmonasterium* Vicesimo Primo die Martii, Anno Regni nostri primo.

Per ipsum Regem.

De Officio Senescalli Angliæ, ad Coronationem Regis, exercendo.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Pat. 1. H. 5. p. 1. m. 36.

REX, carissimo Consanguineo suo, *Ricardo Comiti Warwicæ*, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Industria & Circumspectione vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus vos ad omnia & singula, quæ ad Officium Senescalli Angliæ, ad Coronationem nostram, pertinent, hac vice tantùm, faciendum & exercendum;

Et ideo vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in modo & formâ debitè antiquitùs usitatis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, secundo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Officio Constabularii Angliæ ad eandem Coronationem faciendo.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Ibid. m. 28.

REX, dilecto & fideli suo, *Henrico Fitz Hugh*, Salutem.

Sciatis quòd nos,

De Industriâ & Circumspectione vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus vos ad omnia & singula, quæ ad Officium Constabularii Angliæ, ad Coronationem nostram, pertinent, hac vice tantùm, faciendum & exercendum,

Et ideo vobis Mandamus quod circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in modo & formâ debitè antiquitùs usitatis

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, secundo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Vestimentis, ad dictam Coronationem, liberatis.

Le Roy la Grante.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Ex Orig. Pro. Cleric. Pell.

PLease au Roy, nostre Tresredoubte & Tressoverain Seigneur, Grantier Garrant, dessoubz vostre Privee Seal, Direct as Tresorer & Barons de vostre Escheker, pour Allouer a, vostre humble Serviteur, *Johan Dalton* Clerc, Deputee a *Thomas Carnita*, n'adegaires Gardein de vostre Grande Garderobe, pour luy allouer en l'acconte, qu'il est a rendre en vostre dit Escheker devant voz ditz Tresorer & Barons, en nom du dit Thomas, n'adgairs vostre Garderober, les choses par vostre dit n'adegaires Garderober deliverez,

Si bien a vous mesmes, en vostre Chaumbre, pur Estuff & Estor illoeques avoir a vostre oeps demesne, pour diverses Causes,

* IX. 3.

*Come *a diverses Seigneurs*, *Chivaliers*, *Clercs*, *Escuires*, *Vallettes*, *& autres Persounes pour leure Vesture encontre vostre Coronation*,

Come as autres Seigneurs & Escuiers, pour l'Ordre de Chivaler a prendre a mesme le Temps, pour leure Vesture a avoir de vostre Donn,

Sibien par vostre Commandement demesne, come del Commandment & Ordenance de vostre Conseil,

Ensemblement ovec la *Liveree de Seint George*, faits & deliverez as diverses Chivaliers & *Dames* de la Fraternitee de Seint George tenuz mesme l'An,

Sicome est contenuz en un Rolle des Parcelles & Noms des Personnes, as queux ils feurent liverez & donnez a vostre Commandement, parentre le xxi. Jour de Marcz, l'An de vostre Regne primer, & le xvi Jour de Septembre adonques prouchain ensuant, en oeure de Charitee.

Donnee a *Westm.* le xii. Jour de May l'An, &c. Tierz.

H. Chambellan d'Engleterre.

De Feodo Comiti Marescallo, ad prædictam Coronationem, reddendo.

Le Roy a Graunte toute la Bille.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Ex Orig. Pro. Cler. Pell.

PLease a nostre Seigneur le Roy Chargier *Simon Sloleye*, par voz Lettrez de Privee Seal, pur deliverer a *l'Evesque de Norwich*, Gardein de voz Juelez, la Nieff d'Argent & enorrez, esteant sur un Pee, & desouth le dit Pee vi. Petitz Lyons, & sur la dite Neef iv. Turrettes, vi. Hommes d'Armez, oue vi. Baners (c'est assavoir) iv. Baners de lez Armez d'Engleterre & de France, ii. Baners de l'Armez de Seint George, vi. Penacles, oue vi. Fanez esmailez (c'estassavoir) iii. Fanez de les Armez d'Engleterre & de France,

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Claus. 1. H. 5. m. 34. d.

REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Dùm nos internâ mente conspicimus quot & quanta Dissensionis Incommoda, mole exigente Peccaminum, ut putamus, in Regno nostro Angliæ, quod dolendum, diversorum Regum temporibus, non absque maximo Ligeorum suorum Exterminio, emerserunt,

Quòdque jam nuper Rex Pacificus, cunctorum Dominantium Rector & Dominus, Nos, licet de condigno Immeritos, ad Apicem Dignitatis Regiæ, sopitis quasi undique, Deo auctore, in Regno prædicto Discordiarum Turbinibus, Vexillis Pacis & Quietis, suæ miserationis beneplacitio, sublimavit,

Firmiter arbitramur illud, inter cætera, fore Deo placitum, & Tranquillitatis conservationi potissimè consonum, ut de Gratiis, Nobis ab earum Datore gratuitè collatis, Cunctis Regni nostri Angliæ, Walliæ, Scotiæ, & Hiberniæ, nostris Ligeis ubique locorum constitutis (cujuscumque Statûs seu Conditionis fuerint) eas habere affectantibus, nostræ Pietatis Munera propinemus, ut Boni, exindè læti effecti, erga Nos in fide & dilectione solidiùs, permaneant, & Rebelles ac Malefici, in se ipsos reversi, ad Gremium suæ Ligeantiæ avidiùs convolent, & illud arripere celerius excitentur:

De gratia igitur nostra speciali PARDONAVIMUS præfatis Ligeis nostris, ubique Locorum, ut præmittitur, constitutis, Sectam Pacis nostræ, quæ ad Nos versus ipsos pertinet; pro omnimodis Proditionibus, insurrectionibus, Rebellionibus, & Feloniis,
* IX. 4. per ipsos ante * hæc tempora qualitercumque factis sive perpetratis (Murdris & Raptu Mulierum exceptis,) unde Indictati, Rectati, vel Appellati existunt, ac etiam Utlagariis, si quæ in ipsos hiisoccasionibus fuerint promulgatæ, & Firmam Pacem nostram eis inde Concedimus;

Ita tamen quòd iidem Ligei nostri, Probatores, aut Dampnati, vel in Prisona absque Manucaptione seu Traditione in Ballium, pro Causis prædictis, seu aliqua earumdem, seu illi Officiarii vel Ministri Misteræ Monetæ Cunagii seu Escambii in Turri & Civitate nostris Londoniæ & Villa Calesii, qui ad standum recto super hiis, quæ sibi obicientur, securitatem in Cancellaria nostra non invenerunt,

Quos, propter certos defectus & impetitiones, eis in ultimo Parliamento carissimi Patris nostri defuncti impositos, unde nondum plenariè excusantur, præsenti Pardonatione nostra, eo quòd dictæ Impetitiones Comunem Utilitatem Populi nostri manifestè concernunt, gaudere nolumus,

Non existant, & quòd stent Recto in Cancellaria nostra, si qui versus eos loqui voluerint de Præmissis, vel aliquo Præmissorum,

Forisfacturis tamen Terrarum, & Tenementorum, ac Bonorum & Catallorum, nobis in hac parte incursis, siquæ fuerint, nobis semper salvis;

Et ideò vobis Præcipimus quod in locis, infra Civitatem prædictam, & Suburbia ejusdem, ubi magis expediens fuerit & necesse, gratiam & pardonationem nostras prædictas publicè proclamari faciatis;

Ligeis nostris prædictis ex parte nostra intimantes quòd indè Cartas nostras, citra Octabas Festi quod dicitur ad Vincula Sancti Petri, proximò futuri, separatim prosequantur, si sibi viderint expedire.

Teste Rege apud *Westmonasterium* nono die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam.

De Restitutione Temporalium.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Pat. 1. H. 5. p. 1. m. 28.

REX Cancellario sive Custodi Magni Sigilli nostri in Terra nostra Hiberniæ, qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit, Salutem.

Cùm Dominus Summus Pontifex Ecclesiæ Cathedrali Miden, in Terra nostra prædicta, nuper vacanti per mortem *Roberti Mounteyn* ultimi Episcopi ejusdem Loci, de Persona, dilecti nobis in Christo, *Edwardi Dauntesey* providerit, ipsumque in Episcopum loci illius præfecerit & Pastorem, sicut per Literas bullatas ipsius Domini Summi Pontificis, carissimo Patri nostro *Henrico* nuper *Regi Angliæ* defuncto indè directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem Episcopus omnibus & singulis verbis, in dictis Literis bullatis contentis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, coram nobis renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem ipsius Præfecti, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideo vobis Mandamus quòd eidem Præfecto Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Terra prædicta, per Brevia nostra, in-

REX Constabulario Turris suæ Londoniæ, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem. Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Claus. 1. H. 5. m. 37.

Mandamus vobis quòd *Jacobum de Douglas* Chivaler, *Thomam de Hamylton*, *Johannem Aulway*, *Willielmum Bryson*, *Johannem de Bowys*, *Thomam Crac*, *Alanum de Ormyston*, *Johannem Lyonn*, *Gilbertum Cavane*, *Dogallum Dromond*, *Adam de Cokburn*, *Alexandrum Shell*, *Willielmum Akynhed*, *Georgium Shell*, *Johannem Dugan*, *Jacobum Patrici*, *Willielmum Bron*, *Bernardum de Cokburn*, *Johannem Peterson*, *Johannem Home*, *Willielmum Patrykson*, *Johannem Welles*, *Johannem Skymezour*, & *Gilbertum de Dalrympill*, in Turri prædicta, sub Custodia vestra, de Mandato nostro, detentos, ab eadem Turri sine dilatione deliberari faciatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, duodecimo die Aprilis.

Per ipsum Regem & Concilium.

De Scotis, absque Feodo, de Turri prædicta deliberandis.

REX Constabulario Turris suæ Londoniæ, vel ejus Locumtenenti ibidem. Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Ibid. m. 34.

Mandamus quòd quoscumque Scotos, vobis per *Johannem Drax*, Servientem nostrum ad Arma, per Indenturam, inter *Vos* & præfatum *Johannem* confectam, de Mandato nostro, liberatos, & in Turri prædicta sub Custodia vestra adhunc detentos, ab eadem Turri, absque aliquo Feodo de eis hac vice capiendo, sine dilatione deliberari faciatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quarto die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Tractando super Liberatione Regis Scotiæ.

REX, per Literas suas Patentes, usque ad Festum Sancti Petri ad Vincula, proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Walterum Episcopum de Brechuren*, *Willielmum Dominum de Grame*, *Alexandrum de Ogilby*, Vicecomitem de Angeis, Magistrum *Robertum de Lany*, Licentiatum in Decretis, & *Johannem de Wemis* de Scotia, in Regno Regis Angliæ ad præsens existentes, versus partes Scotiæ, cum Triginta Personis in Comitiva sua, ac Equis, Rebus, & aliis Necessariis suis quibuscumque, se divertendo & redeundo. Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Scot. 1. H. 5. m. 5.

Ac in dictum Regnum Regis, ad Comunicandum & Tractandum nobiscum super *Deliberatione Regis Scotiæ*, conjunctim, & divisim, cum triginta Personis, cujuscumque statûs, ordinis, gradûs, seu conditionis existant, cum Equis, Rebus, & aliis Necessariis quibuscumque, absque aliquo impedimento, salvò & securè per Terram vel per Mare veniendo, ibidem morando,

Et exinde, ad eorum beneplacitum, sine aliqua molestatione vel arestatione Marquæ, Reprisaliæ, Debiti, Compoti, sive Conventionis cujuscumque ante hæc tempora habitæ, totiens quotiens sibi placuerit, ad partes suas proprias redeundo;

Proviso semper quòd præfati, *Episcopus*, *Willielmus*, *Alexander*, *Robertus*, & *Johannes*, & Personæ prædictæ, quicquam, quod in Regis seu Populi sui præjudicium cedere valeat, non attemptent seu attemptari facere præsumant,

Et quòd ipsi & eorum quilibet erga Regem & Populum suum benè & honestè se gerant & habeant,

Et quòd Personæ prædictæ Proditores Regis, seu Gentes abjudicatæ aut extra dictum Regnum suum bannitæ, non existant,

Et quòd ipsi præsentes Literas Regis de salvo Conductu, ante ingressum cujuslibet Castrorum, Villarum firmatarum, seu aliorum Fortalitiorum Regis quorumcumque, Majoribus sive Custodibus eorumdem primitùs demonstrent.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo sexto die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

*REX, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Willielmum de Douglas* de Drumlangrig, *Johannem de Dunkeldyne* & *Gilbertum Scot* de Scotia, in Regno Regis Angliæ ad præsens existentes, versus partes Scotiæ, cum octo Personis in Comitiva sua, equis, *&c. ut supra*, *mutatis mutandis*. * XI. 6. Ibid.

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

De

Mare, in Regnum Regis Angliæ,
Ad Communicandum & Tractandum cum Rege super *deliberatione Regis Scotiæ*,
Veniendo, ibidem morando, & exinde versus partes Franciæ transeundo, ac in idem Regnum Regis, cum certa Armatura, pro Persona sua propria, pro certis factis armorum, reveniendo, ibidem morando, & abindè, ad eorum beneplacitum, sine aliqua molestatione vel arestatione Marquæ, *&c. prout supra.*
Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxvi die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

De certis Materiis per quosdam Scotos cum Rege communicandis.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. ibid. HEnricus, Dei gratiâ, Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ, universis & singulis Capitaneis, &c. Salutem.
Sciatis quòd suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, *Jacobum de Douglas* Chivaler, Filium Domini de Dalketh, & *Jacobum Douglas* de Roberton Chivaler, de Regno Scotiæ, insimul, vel divisim, ac Duodecim Personas Scotos in comitiva sua, in Regnum nostrum Angliæ, ac alia Dominia nostra, tam per Terram, quàm per Mare, pro certis causis & materiis nobiscum communicandis, veniendo, ibidem morando, perhendinando, & exinde ad propria redeundo, & iterum in Regnum & Dominia nostra prædicta, quotiens sibi placuerit, reveniendo, & deinde ad propria transeundo & redeundo, nec non tresdecim equos, bona, & hernesia sua quæcumque,
Et ideò vobis mandamus quod ipsos, Jacobum & Jacobum, insimul, vel divisim, ac Duodecim personas prædictas, in Comitiva sua, in Regnum & Dominia nostra prædicta veniendo, *&c. prout in ejusmodi de Conductu Literis.*
In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes, usque ultimum diem Augusti proximò futurum duraturas.
Teste meipso apud *Westmonasterium*, xxii. die Aprilis, Anno Regni nostri Primo.

Per ipsum Regem.

Super Financia Willielmi de Douglas solvenda.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. ibid. m. 6. •IX. 7. REX, per Literas suas Patentes, per unum Annum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Jacobum de Douglas* de Roberton Chivaler, & *Adam de Corry* Armigerum de Scotia, insimul, vel divisim, • ac sex Personas Scotos in Comitiva sua, in Regnum Regis Angliæ, tam per Terram, quàm per Mare,
Pro Redemotione sive Finantia *Willielmi de Douglas* de Scotiâ Regi solvendâ,
Veniendo, ibidem perhendinando, & exinde ad propria redeundo, necnon octo equos, bona & hernesia sua quæcumque,
Proviso semper quòd iidem, Jacobus & Adam, aut personæ prædictæ, aliqua Regi, seu Regno suo Angliæ, præjudicialia non faciant, aut facere vel attemptare præsumant quovis modo,
Quodque præsentes Literas Regis de salvo Conductu, ante introitum suum aliquarum Civitatum seu Villarum firmatarum infra dictum Regnum Regis Angliæ, Majoribus, Ballivis, sive Custodibus earumdem demonstrent, quodque personæ prædictæ proditores Regis, aut Personæ extra Regnum Regis abjudicatæ seu bannitæ, non existant.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, tertio die Maii.

Per ipsum Regem.

Super Financia Comitis de Douglas.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. ibid. m. 7. REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Paschæ proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in protectionem, tuitionem, & defensionem suas speciales, *Willielmum Douglas* de Dalketh qui Hospes pro *Comite de Douglas* nuper extitit, *Jacobum Douglas* de Roberton Chivaler & *Adam Corry* Armigerum, versus partes Scotiæ, insimul, vel divisim, ac octo Personas Scotos in eorum Comitiva, transeundo, & abinde in Regnum Regis Angliæ, ac alia Dominia Regis, tam per Terram, quàm per Mare,
Pro solutione Redemptionis & Financiæ ipsius Comitis,
Veniendo, ibidem morando, & perhendinando, & exinde ad partes prædictas, cum personis prædictis, ac bonis, rebus, & Hernesiis suis quibuscumque, salvò & securè redeundo,
Nolens idem Rex quòd iidem, *Willielmus*, *Jacobus*, & *Adam*, insimul, vel divisim, vel Personæ prædictæ, aut eorum aliqui, ra-

Pro Gubernatione de Arras.

REX, per Literas suas Patentes, usque ad Festum Sancti Johannis Baptistæ proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in protectionem, tuitionem, & defensionem suas speciales, *Willielmum Bonnyer* Gubernatorem de Arras, & *Willielmum de Rabecque*, ac Sexdecim Personas, tam Generosos homines, quàm alios minoris status, cum Sexdecim equis in Comitiva sua, in Regnum Regis Angliæ, penes Præsentiam Regis, certis de causis veniendo, ibidem morando, & exinde ad partes suas proprias redeundo, necnon equos, aurum, argentum, jocalia, robas, & alia bona sua quæcumque. Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Franc. 1. H. 5. m. 37.
Proviso semper quòd præfati, *Willielmus* & *Willielmus*, & personæ prædictæ, quicquam, quòd in Regis seu populi sui præjudicium cedere valeat, *&c. ut in ejusmodi de Conductu Literis.*
Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo die Maii.

Per ipsum Regem.

* *De Peregrinis versus Sanctum Jacobum traducendis.* •IX. 8.

REX, universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. ibid.
Sciatis quòd Concessimus & licentiam dedimus, dilecto & fideli nostro, *Edwardo filio Edwardi Comitis Devoniæ* quòd ipse Quinquaginta Peregrinos, Ligeos & Subditos nostros, in quadam Bargea sua vocata la Margarete de Plymmouth, versus Sanctum Jacobum peregrè profecturos, per Magistrum & Marinarios suos ejusdem Bargeæ, duci facere possit.
Et ideò vobis Mandamus quòd ipsum *Edwardum* Peregrinos prædictos, in Bargea prædicta, versus partes prædictas, ex causa præmissa, duci facere permittatis; aliquo mandato nostro, vobis seu alicui vestrûm in contrarium directo, non obstante:
Dum tamen iidem Peregrini Proceres vel Magnates Regni nostri Angliæ non existant, nec aliqua nobis seu Regno nostro Angliæ præjudicialia secum non deferant quovis modo.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, x. die Maii.

De Acquietantia pro parte Financie, Willielmi de Douglas.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1413. An. 1. Scot. 1. H. 5. m. 7.
Sciatis nos recepisse, die confectionis præsentium, de Domino *Jacobo de Douglas* de Roberton Milite, Commissario deputato & Nuncio speciali nobilis viri Domini *Jacobi de Douglas* Domini de Dalketh, septingentas Marcas bonæ & legalis monetæ, in partem solutionis Mille Marcarum,
Nobis pro liberatione *Willielmi de Douglas*, Nepotis præfati *Jacobi de Douglas* Domini de Dalketh,
Pro *Archibaldo Comite de Douglas* nuper Prisonario & captivo Illustrissimi Regis Domini *Henrici nuper Regis Angliæ* Patris nostri defuncti, penes præfatum Illustrissimum Patrem nostrum in Ostagio remanentis,
Debitarum,
De quibus quidem septingentis Marcis præfatos, *Jacobum*, *Jacobum*, & *Willielmum*, acquietamus per Præsentes.
Dat. sub Magno Sigillo nostro apud *Westm.* xi. die Maii.

De Peregrinis versus Sanctum Jacobum Galicie traducendis.

REX, universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Franc. 1. H. 5. m. 38.
Sciatis quòd Concessimus & licentiam dedimus, dilecto nobis, *Waltero Willy*, Magistro cujusdam Navis vocatæ de Elen de Levant, quòd ipse quadraginta Peregrinos in prædicta recipere, & eos versus Sanctum Jacobum Galiciæ, ad vota sua ibidem perficienda, ducere, & abinde in Regnum nostrum Angliæ reducere possit liberè & impunè, aliquibus ordinationibus, in contrarium factis, non obstantibus.
Dum tamen iidem Peregrini Proceres vel Magnates Regni nostri Angliæ non existant, nec aliqua Nobis seu Regno nostro Angliæ præjudicialia secum non deferant quovis modo.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, xii. die Maii.

1413. Sancti Johannis Baptistæ proximò futurum duraturas, suscepit
An. 1. in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem,
H. 5. Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Willielmum Grandeboys*
Franc. 1. de Britannia Armigerum, infra Regnum Regis Angliæ existentem,
H. 5. cum sex Personis in Comitiva sua, versus partes suas proprias transeundo,
m. 37. ac Equos, manticas, bona, res, & hernesia sua quæcumque,

Proviso semper quod idem *Willielmus* & personæ prædictæ erga Regem, & ligeos suos, benè & honestè se habeant & gerant, & quòd ipsi quicquam, quod in Regis seu ligeorum suorum prædictorum præjudicium cedere valeat, non attemptent, seu attemptari facere præsumant.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xiii. die Maii.

Per ipsum Regem.

periuum, aliquo Statuto, in contrarium facto, non obstante,

Volumus tamen quòd iidem, *Archiepiscopus Eborum*, *Episcopus*, *Johannes*, *Robertus* & *Johannes* omnes Denarios, quos ipsos de Summa prædicta recipere & habere continget, circa Satisfactionem Debitorum prædictorum, ac alia Pietatis Opera prædicta, in Forma prædicta facienda, fideliter solvant & expendant per Supervisum supradictum,

Et quòd ad Compotum sive Ratiocinium inde reddendum, nisi coram præfato *Consanguineo* nostro vel ejus Successoribus, nullatenus teneantur, aliquo Statuto vel Ordinatione, in Contrarium factis, vel alia causa quacumque non obstante.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quinto die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro Executoribus Testamenti Henrici nuper Regis Angliæ Quarti post Conquestum.

Ann D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1413. Sciatis quod,
An. 1. Cùm, recolendæ memoriæ, Dominus *Henricus*, nuper *Rex*
H. 5. *Angliæ*, Pater noster,
Pat. 1. Cogitans Diem Exitûs sui appropinquare, ac Piè desiderans,
H. 5 dùm adhuc ageret in humanis, præcipuè pauperibus Ligeis suis,
p. 2. quibus in diversis Pecuniarum summis erat astrictus, satisfacere, &
m. 24. aliis pietatis operibus Saluti Animæ suæ salubriter providere,

Testamentum suum condiderit,

In quo de Bonis & Catallis, sibi à Deo collatis, Creditoribus suis primò satisfieri, ac certa Legata solvi, & nonnulla Pietatis Opera exerceri & impleri disposuit,

Venerabilibus Patribus *Henrico Archiepiscopo Eborum*, *Thoma Episcopo Dunolmensi*, ac *Johanne Pelham*, *Roberto Waterton*, & *Johanne Lewenthorpe* nominatis Executoribus,

Necnon nobis & Consanguineo nostro *Thoma Archiepiscopo Cantuariensi* Supervisoribus ad hoc Deputatis,

Qui quidem *Archiepiscopus Eborum*, *Episcopus*, *Johannes*, *Robertus* & *Johannes*,

Advertentes Bona & Catalla ipsius Patris nostri ad Persolutionem Debitorum suorum & aliorum in Testamento prædicto dispositorum non sufficere,

Executionem Testamenti hujusmodi admittere renuunt & recusant, & sic Dispositio Testamenti Bonorum & Catallorum hujusmodi ad dictum Consanguineum nostrum, tanquam ad Ordinarium, de Jure pertineret, ac Bona ac Catalla prædicta, pro satisfactione & solutione & aliis prædictis implendis, Venditioni publicè exponi deberent,

Nos,

Attendentes Bona & Catalla prædicta nobis & nostris Usibus fore accommoda, ac honestiùs esse Bona & Catalla illa penes nos Remanere, quàm Venditioni publicè aliqualiter, ut præmittitur, exponi,

Eadem Bona & Catalla ab Ipsis, qui tempore dicti Patris nostri Custodiam eorundem habuerunt, Recepimus, & penes nos Retinemus,

Eorùmque Valorem, per veram Æstimationem indè factam,

Qui ad Viginti quinque Milia Marcarum se extendit,

Ut Dispositio præfati Patris nostri, in quantum summa illa sufficere possit, exinde perficiatur, ejusque Anima Misericordiam Altissimi faciliùs promereatur, ac nos de Bonis & Catallis prædictis penes Deum & Homines simus penitùs excusati,

Præfatis *Archiepiscopo Eborum*, *Episcopo*, *Johanni*, *Roberto*, & *Johanni* concedimus & assignamus per præsentes,

Habendam & percipiendam summam prædictam infra quatuor Annos, proximò sequentes post Datam Præsentium, (videlicet)

*IX, 10. * Ad Festa Sancti Michaelis & Paschæ extunc proximo sequentia æquis Portionibus quatuor Milia Librarum,

Et ad Festa Sancti Michaelis & Paschæ extunc proximo sequentia æquis Portionibus quatuor Milia Librarum,

Et ad Festa Sancti Michaelis & Paschæ extunc proximo sequentia æquis Portionibus quatuor Milia Librarum,

Et ad Festa Sancti Michaelis & Paschæ proximo sequentia æquis Portionibus quatuor Milia sexcentas sexaginta & sex Libras tredecim Solidos & quatuor Denarios,

Ad indè primò Creditoribus ipsius Patris nostri pro Victualibus & Expensis Hospitii sui & Necessariis Cameræ & Garderobæ suarum, ab eis emptis, necnon pro Pecuniarum Summis, eidem Patri nostro per ipsos Creditores mutuatis, juxta sanas Discretiones suas, satisfaciendum,

Pro Executoribus antedictis.

REX Thesaurario & Camerariis suis, qui nunc sunt, vel qui Ann. D.
pro tempore erunt, Salutem. 1413.
Cùm, recolendæ memoriæ Dominus *Henricus*, nuper *Rex An-* An. 1.
gliæ, Pater noster, H. 5.
Cogitans diem Exitûs sui appropinquare, ac piè desiderans, dùm Claus.
adhuc ageret in humanis, præcipuè pauperibus ligeis suis, quibus 1. H. 5.
in diversis pecuniarum summis erat astrictus, satisfacere, & aliis m. 13.
pietatis operibus saluti animæ suæ salubriter providere,

Testamentum suum condiderit,

In quo de bonis & Catallis, sibi à Deo collatis, Creditoribus suis primò satisfieri, ac certa Legata solvi, & nonnulla pietatis opera exerceri & impleri disposuit,

Venerabilibus Patribus *Henrico Archiepiscopo Eborum*, *Thoma Episcopo Dunolmensi*, ac *Johanne Pelham*, *Roberto Waterton*, & *Johanne Leventhorp* nominatis executoribus,

Necnon Nobis & Consanguineo nostro *Thomæ Archiepiscopo Cantuariæ* Supervisoribus ad hoc deputatis,

Qui quidem *Archiepiscopus Eborum*, *Episcopus*, *Johannes*, *Robertus*, & *Johannes*,

Advertentes bona & Catalla ipsius Patris nostri ad persolutionem Debitorum suorum & aliorum in Testamento prædicto dispositorum non sufficere,

Executionem Testamenti hujusmodi admittere renuunt & recusant,

Et sic dispositio Testamenti bonorum & Catallorum hujusmodi ad dictum *Consanguineum nostrum*, tanquam Ordinarium, de Jure pertineret,

* Ac bona & Catalla prædicta, pro satisfactione & solutione *XL. 11.
& aliis prædictis implendis, Venditioni publicæ exponi deberent,

Ac Nos,

Attendentes bona & Catalla prædicta Nobis & nostris usibus fore accommoda, ac honestiùs esse bona & Catalla illa penes Nos remanere quàm Venditioni publicæ aliqualiter, ut præmittitur, exponi,

Eadem bona & Catalla ab ipsis, qui tempore dicti Patris nostri custodiam eorundem habuerunt, recepimus & penes nos retinemus,

Eorumque valorem, per veram Æstimationem indè factam,

Qui ad viginti & quinque Milia Marcarum se extendit,

Ut Dispositio præfati Patris nostri, in quantum summa illa sufficere possit, exinde perficiatur, ejus anima misericordiam Altissimi facilius promereatur, ac Nos de Bonis & Catallis prædictis penes Deum & Homines simus excusati,

Præfatis, *Archiepiscopo Eborum*, *Episcopo*, *Johanni*, *Roberto*, & *Johanni* concesserimus & assignaverimus,

Habendam & percipiendam summam prædictam infra quatuor Annos, proximo sequentes (videlicet)

Ad Festa Sancti Michaelis & Paschæ proximò futura, æquis portionibus, quatuor Milia Librarum,

Et ad Festa Sancti Michaelis & Paschæ extunc proximò sequentia, æquis portionibus, quatuor Milia Librarum,

Et ad Festa Sancti Michaelis & Paschæ extunc proximò sequentia, æquis portionibus, quatuor Milia Librarum,

Et ad Festa Sancti Michaelis & Paschæ extunc proximo sequentia, æquis portionibus, quatuor Milia sexcentas sexaginta & sex libras tres Solidos & quatuor denarios,

Ad indè primò Creditoribus ipsius Patris nostri, pro victualibus & expensis Hospitii sui, ac necessariis Cameræ & Garderobæ suarum, ab eis emptis, necnon pro pecuniarum summis, eidem Patri nostro per ipsos Creditores mutuatis, juxta sanas discretiones suas, satisfaciendum,

Ac

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quinto die Maii.

Per ipsum Regem.

Et erat Patens.

De Praerogativa Regis tempore Coronationis suae.

Ann. D. REX, dilectis sibi in Christo, *Abbatissae & Conventui de Shaftesbury*, Salutem.
1413. Cùm ad nos, ratione Praerogativae nostrae regiae, tempore Co-
An. 1. ronationis nostrae, quandam Personam idoneam, in Monialem
H. 5. Domûs vestrae praedictae recipiendam, nominare de jure pertineat,
Claus. 1. ut accepimus,
H. 5. Nos,
m. 27. Attendentes quòd, dilecta nobis, *Idonia Wodehill* bonae vitae & conversationis honestae, ac in firmo proposito & desiderio Mundum relinquendi, ac Deo in Abbatia praedicta servitura, existit,

Ipsam *Idoniam* vobis, in Monialem Domûs vestrae praedictae, per vos in eandem domum recipiendam, ex causa praedicta, duximus nominandam,

Rogantes quatinus, eandem *Idoniam* in Domum vestram praedictam recipientes, ipsam in Monialem ejusdem Domûs admittatis, prout ad nominationem nobilium Progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliae, in casu consimili, ante haec tempora, fieri consuevit,

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xvi. die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

*IX. 12. * *De communicando cum Ambassiatoribus Regis Aragonum.*

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1413. Sciatis quòd Nos,
An. 1. De fidelitate, discretione, & industria, dilecti & fidelis Militis
H. 5. nostri *Willielmi Domini Zouche*, Locumtenentis nostri Calesii, ac,
Franc. 1. dilecti Clerici nostri, Magistri *Radulfi Greneburst*, legum Docto-
H. 5. ris Prothonotarii nostri, plenius confidentes,
m. 36. Dedimus, concessimus, & commisimus eisdem, ac Damus, concedimus, & committimus per praesentes, sufficientem auctoritatem, plenamque ac liberam potestatem, & mandatum generale & speciale, pro nobis & nomine nostro, Communicandi cum Ambassiatoribus, Illustris & Magnifici Principis, Consanguinei nostri *Regis Aragoniae*,

Jam, ut dicitur, prope praefatam Villam Calesii existentibus, & ad nostram praesentiam accedere affectantibus,

Ac potestatem praefatorum Ambassiatorum & sufficientiam ejusdem inspiciendi, & nobis de eadem plenariè reportandi,

Necnon omnia & singula faciendi & expediendi quae in praemissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Promittimus etiam, bonâ fide, nos Ratum, gratum, & firmum habituros quicquid per dictos Commissarios nostros actum fuerit in praemissis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo secundo die Maii.

Per Concilium.

De Procuratore Regis in Curia Romana Constituto.

Ann. D. REX, Praedilecto Clerico nostro, *Johanni Caterjk*, in utro-
1413. que jure Licentiato, Salutem.
An. 1. Te (de cujus discretione, fidelitate, & industria plenam in Do-
H. 5. mino fiduciam obtinemus) ad prosequendum in Romana Curia,
1 ibid. pro nobis & nomine nostro, Promotionis quorumcumque Clericorum nostrorum ad Ecclesias Cathedrales, pro tempore vacaturas, & pro quibus te per Literas nostras & aliàs informare intendimus temporibus oportunis,

Necnon ad gerendum, exercendum, & expediendum alia negotia nostra quaecumque apud sedem Apostolicam, quomodolibet emergentia,

Cum Potestate Inducendi quascumque Probationes requisitas in hoc casu,

Nostrum verum, legitimum, & indubitatum Ambassiatorem, Procuratorem, Actorem, Factorem, negotiorum Gestorem, & Nuncium specialem Constituimus, praeficimus, & creamus per praesentes,

Injungentes firmiter & Mandantes quibuscumque Ligeis nostris, apud Sedem eandem pro tempore existentibus (cujuscumque status, gradûs, vel conditionis existant) quatinus tibi, in executione Praemissorum, cum tuis sanis Consiliis, auxiliis, & favoribus, effectualiter obediant & intendant, sub poena forisfacturae omnium

Regis.

REX, Venerabilibus in Christo patribus, *Edmundo*, eadem Ann. D.
gratia, *Exoniae*, & *Henrico Menevensi*, Episcopis, Salutem. 1413.
Sciatis quòd Nos, An. 1.
De Fidelitate, Circumspectione, & Industria vestris plenius H. 5.
Confidentes, Pat. 1.
* Assignavimus Vos ad procedendum, juxta retroacta, in qua- H. 5.
dam causa pendente inter *Petrum de Conties* partem Actricem ex p. 1.
parte una, & *Civitatem Baionae* ex parte altera, m. 30. d.
Nec non in quadam alia Causa pendente inter *Petrum Bernardi* *IX. 13.
partem Actricem ex parte una, & *Civitatem praedictam* partem defendentem ex altera parte,

Quae quidem Causae coram carissimo Domino & patre nostro defuncto, pendebant longo tempore, & adhuc remanent indecisae,

Ac dictas Causas plenè expediendum usque Sententiae diffinitivae prolationem,

Quas nobis per personam nostram propriam fiendas & fulminandas specialiter reservamus;

Et ideo vobis Mandamus quòd circa Praemissa diligenter Intendatis, ac ea faciatis & exequamini in forma praedicta:

Damus autem utrique partium praedictarum, ac aliis quorum interest, tenore praesentium, firmiter in mandatis quòd vobis, in praemissis faciendis & exequendis, pareant, obediant, & intendant prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo secundo die Maii.

Per ipsum Regem.

De Herbergagio tempore morae in Parliamentis.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1413.
Cùm, dilectus & fidelis noster, *Henricus le Scrop* Chivaler (de An. 1.
cujus Fidelitate, Circumspectione, & Industria multipliciter con- H. 5.
fidimus) circa Personam nostram, in Parliamentis & aliis Con- Pat. 1.
ciliis nostris, sit intendens, H. 5.
Assignavimus eidem *Henrico*, pro tempore morae suae apud West- p. 1. m. 25.
monasterium, seu apud Londonias, Villas de Hamstede & Hendon, in Comitatu Midd. habendas eidem *Henrico*, pro tempore morae suae circa Personam nostram praedictam, quamdiu nobis placuerit, pro Herbergagio Hominum & Servientium ac equorum suorum,

Ita quòd Herbergeator Hospitii nostri Villas praedictas, vel alteram earumdem, pro tempore morae ipsius Henrici apud Westmonasterium, seu apud Londonias, alteri non assignet,

Nec aliquis Provisorum Hospitii nostri praedicti, seu aliquis Minister, quicquam de Bladis, Foenis, Equis, Carectis, Cariagiis, seu aliis necessariis, infra dictas Villas, durante mora ipsius *Henrici*, ut est dictum, capiat quovis modo:

Proviso semper quòd idem Henricus, pro hujusmodi Foenis, Equis, Carectis, Cariagiis, & aliis necessariis, per se, seu Homines & Servientes suos praedictos, ibidem capiendis, fideliter solvat & satisfaciat, ut est justum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo tertio die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro Camerario Regis.

REX, Universis & Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Con- Ann. D.
stabulariis, Ministris, Provisoribus, & Emptoribus Victua- 1413.
lium, tam Hospitii nostri, quàm aliorum, ac Captoribus Cariagio- An. 1.
rum pro eisdem, necnon aliis Fidelibus & subditis suis, ad quos, H. 5.
&c. Salutem. Ibid.
Sciatis quòd, m. 30.
Cùm nos Villam de Harowe, pro Liberata, dilecti & fidelis nostri, *Henrici Domini Fitz Hugh*, Camerarii nostri, dùm ipse London. aut apud Westmon. seu Kenyngton. moram fecerit, ratione accessuum nostrorum ibidem, assignari fecerimus,

Nos,

Volentes, eo praetextu, probis Hominibus Villae praedictae gratiam in hac parte facere specialem,

Suscepimus ipsos probos Homines, & eorum quemlibet, Terras, Res, Redditus, & Bona sua quaecumque in Protectionem & Defensionem nostras speciales,

* Et ideò Vobis Mandamus quòd ipsos probos Homines, & eo- *IX. 14.
rum quemlibet, Homines, Terras, Res, Redditus, ac Bona sua quaecumque Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis,

Nos inferentes eis, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri per-

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Franc. 1. H. 5. m. 36.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Sancti Michaelis, proximo futurum, duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in protectionem, tuitionem, & defensionem suas speciales quendam *Baronem*, *Duos Milites*, & *Duos Clericos*, ac *Quadraginta Personas* in Comitiva sua, in Regnum Regis Angliæ, penes Præsentiam Regis, certis de Causis, veniendo, ibidem morando, & exinde ad partes suas proprias redeundo, necnon Equos, Aurum, Argentum, & alia bona sua quæcumque.

Proviso semper quòd prædicti, *Baro*, *Milites*, & *Clerici*, ac dictæ *Personæ*, quicquam, quod in Regis seu populi sui præjudicium cedere valeat, non attemptent, seu attemptari facere præsumant,

Et quòd ipsi & eorum quilibet erga Regem & populum suum benè & honestè se gerant & habeant,

Et quòd Personæ prædictæ proditores Regis seu Gentes abjudicatæ aut extra dictum Regnum Regis bannitæ non existant,

Et quòd ipsi præsentes Literas Regis de salvo Conductu, ante ingressum cujuslibet Castrorum, Villarum firmatarum, seu aliorum Fortaliriorum Regis quorumcumque, Majoribus sive Custodibus eorumdem primitùs demonstrent.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto die Maii.

Per ipsum Regem.

De Operariis, pro Hercea Regis Defuncti.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Pat. 1. H. 5. p. 2. m. 36. d.

REX, Majori & Vicecomit. Londoniæ Salutem.

Sciatis quòd assignavimus vos ad tot & tales Operarios, tam Misteræ de Werchaundeler, quàm Misteræ de Peyntour, quot & quales necessarii fuerint pro factura cujusdam Herceæ Carissimi Domini & Patris nostri defuncti, ac etiam ad certa Cariagia, tam per Terram, quàm per Aquam, necnon homines pro Cariagiis prædictis necessarios, ad Herceam prædictam usque Civitatem nostram Cantuariensis, ubi Dictus Pater noster (cujus animæ propitietur Deus) tumulatur, cariandum, infra dictam Civitatem nostram Londoniæ capiendum, & *Simoni Prentout* de London. Werchaundeler, & *Thomæ Gloucestre* de London. Pictori nostro, pro Denariis nostris, per eos in hac parte rationabiliter solvendis, deliberandum;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem Universis & singulis Ligeis nostris, tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, in executione Præmissorum, pareant, obediant, & intendant prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quinto die Maii.

*IX. 15 *REX, dilectis sibi, *Simoni Prentout* de London. Werchandeler, & *Thomæ Gloucestre* de London. Pictori nostro, Salutem.

Sciatis quòd assignavimus vos conjunctim & divisim ad certa Cariagia, infra Comitatum Kantiæ, tam infra Libertates, quàm extra, pro Cariagio cujusdam Herceæ carissimi Domini & Patris nostri defuncti, ac pro omnibus aliis, ad Herceam prædictam pertinentibus, necessariis usque Civitatem nostram Cantuariam, ubi dictus Pater noster tumulatur, pro Denariis nostris, per vos in hac parte rationabiliter solvendis, arestandum & capiendum;

Et ideo vobis, &c. ut supra.

Teste ut supra.

Super Gratiis expectativis, de Pardonatione.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Pat. 1. H. 5. p. 3. m. 31.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, ut accepimus, Sanctissimus in Christo Pater, Dominus *Summus Pontifex* nuper concessisset, dilecto Clerico nostro, *Thomæ Carnyka* Gratias expectativas ad Decanatum de Welles in Ecclesia Cathedrali Wellensi,

Nos, de gratia nostra speciali, pardonavimus eidem *Thomæ* Contemptus & Transgressiones, factos pro impetrationibus & acceptationibus Gratiarum prædictarum,

Et ulterius, de uberiori gratia nostra, Concessimus & licentiam Dedimus præfato *Thomæ* quòd ipse per se, Executores, Subexecutores, Procuratores, Notarios, Attornatos, & alios de Consilio suo quoscumque, prædictas Gratias & Provisiones, super Bullis & Processibus Apostolicis Gratiarum, Provisionum, & Pro-

quovis modo.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo octavo die Maii.

Per ipsum Regem.

De Regio assensu.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Th.* eàdem gratiâ, *Archiepiscopo Cantuariensi*, totius Angliæ Primati, Salutem. Ann. D. 1413.

Sciatis quòd Electioni, nuper factæ in Ecclesia Conventuali Sancti Salvatoris de Bermondeseye, Ordinis Cluniacensis, Wyntoniensi Diœcese, de Fratre *Thoma Thetford*, Commonacho ejusdem Domûs, in Abbatem loci illius, An. 1. H. 5. Pat. 1. H. 5.

Cujus quidem Electionis Confirmatio, Auctoritate Apostolicâ, ad Nos pertinere dinoscitur, p. 1. m. 1.

Regium assensum adhibuimus & favorem,

Et hoc vobis, tenore Præsentium, significamus, ut quod vestrum est in hac parte exequamini.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* octavo die Junii.

** De licentia traducendi Peregrinos.* *IX. 16.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1413.

Sciatis quòd, de gratia nostra speciali, Concessimus & licentiam dedimus, dilecto nobis, *Richardo Stonard*, Magistro sive Possessori cujusdam Navis, vocatæ Edward de Fowy, quòd ipse quinquaginta Peregrinos, in Portu de Fowy vel Falemouth, in Navi prædicta recipere, & eos versus Sanctum Jacobum Galiciæ ducere, & abinde in Regnum nostrum Angliæ reducere possit liberè & impunè; An. 1. H. 5. Franc. 1. H. 5. m. 36.

Aliquibus Ordinationibus, in contrarium factis, non obstantibus;

Dum tamen Peregrini illi de Amicitia & Obedientia nostris existant, & quòd Aurum vel Argentum, in Massa seu Moneta, colore præsentis Licentiæ nostræ, contra Statuta & Ordinationes Regni nostri, secum non deferant quovis modo.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* octavo die Junii.

De Exemplificatione, ad Requisitionem Gastonis de Fuxo.

REX Omnibus, ad quos Præsentes Literæ pervenerint, Salutem. Ann. D. 1413.

Constat nobis, per inspectionem Rotulorum Cancellariæ, carissimi Domini & Patris nostri, *Henrici nuper Regis Angliæ*, quòd idem Pater noster Literas suas Patentes fieri fecit in hæc verba, An. 1. H. 5. Vasc. 1. H. 5. m. 14.

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes, Domini *Ricardi, nuper Regis Angliæ*, Secundi post Conquestum, factas in hæc verba,

Ricardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Constat nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ Domini *E. nuper Regis Angliæ* Avi nostri, quòd idem Avus noster quasdam Literas suas Patentes de Exemplificatione nuper fieri fecit in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Constat nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ, celebris memoriæ, Domini *H.* quondam *Regis Angliæ* Proavi nostri, quòd idem Proavus noster Cartam suam fieri fecit in hæc verba,

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ, & Dominus Hiberniæ, Dux Aquitaniæ* & *Normanniæ*, & *Comes Andegaviæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis & Fidelibus suis, Salutem.

INSPEXIMUS Cartam quam, dilectus Filius, *Edwardus Primogenitus noster*, fecit, dilecto & fideli nostro *Johanni de Greilley* in hæc verba,

Ed-

Reddendo inde annuatim Nobis & Hæredibus nostris, ipse, & Hæredes sui, vel Assignati, in Festo Paschæ, unum Par Calcarium Deauratorum, vel eorumdem Pretium, secundum loci Con-
*IX. 17. suetudinem, * pro omni Servitio vel Demanda Seculari; salvo Forinseco Servitio,

Nos autem, & Hæredes nostri, prædictas Terras, cum omnibus suis Pertinentiis, ut antedictum est, dicto Domino *Johanni*, & Hæredibus, vel Assignatis suis, contra omnes Gentes Warantizabimus IMPERPETUUM per prædictum Servitium,

Et, ut hæc nostra Donatio, Concessio, seu Cartæ Confirmatio Rata & Inconcussa remaneat imperpetuum, eam Sigilli nostri munimine fecimus corroborari,

Hiis Testibus,

Dominis,	*Johanne le Breton*,
Waltero de Langley,	*Radulpho de Donjon*,
Guidone de Castello,	*Roberto Burnell*,
Roberto de Ufford,	*Willielmo de Sabm*,
Stephano de Buys,	Clericis;
Militibus:	Et aliis.

Dat. Londoniæ vicesimo quarto die Martii, Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, Sexagesimo primo.

Nos autem, prædictas Donationem & Concessionem ratas habentes & gratas, eas præfato *Johanni*, pro Nobis, & Hæredibus nostris, Concedimus & Confirmamus, sicut prædicta Carta rationabiliter Testatur,

Hiis Testibus,

Johanne Maunsell, Thesaurario Eborum,	*Petro de Nevill*,
Roberto Walerand,	*Adam de Greneill*,
Ebulone de Montibus,	Magistro *Henrico de Gandavo*,
Mathia Betil,	*Galfride de Percy*,
Imberto de Mountferant,	Et aliis.

Dat. per Manum nostram, apud Sanctum *Germanum de Pratis*, Quarto die Octobris, Anno Regni Quadragesimo sexto.

Constat etiam nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ, celebris memoriæ, Domini *E.* quondam *Regis Angliæ*, Avi nostri, quòd idem Avus noster Literas suas fieri fecit in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitaniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Dedimus & Concessimus, Dilecto & Fideli nostro, *Johanni Greilly* Castrum de Castilun, prope Sanctum Emilianum in Diœcese Burdegalensi, & Bourzon, cum omnibus suis Pertinentiis, quæ *Petrus* quondam Vicecomes de Castilun & Antecessores sui aliquando tenuerunt & habuerunt, vel habuisse debuerant de jure,

Exceptâ Villâ de Leyburn, & Parochiis de Pomeroth, Fouzere, & Varnan, & hiis quæ ad Parochias illas pertinent, cum suis Pertinentiis, sicut Parochiæ illæ se extendunt,

Dedimus etiam & Concessimus eidem *Johanni*, quantum in nobis est, illud quod *Bernardus de Bonvill* & Antecessores sui quondam habuerunt vel habuisse debuerant in Langon, cum omnibus suis Pertinentiis, tam per Aquam, quàm per Terram,

HABENDUM & TENENDUM eidem *Johanni* & Hæredibus suis, de Nobis & Hæredibus nostris IMPERPETUUM,

Reddendo indé, in singulis Amotionibus Dominorum Feodi illius, eisdem Dominis unum Austurcum sorum, pro omni Servitio,

Et promittimus warantizare eidem *Johanni*, & Hæredibus suis, pro Nobis, & Hæredibus nostris omnia Præmissa, sicut prædictum est, Imperpetuum, per Servitium prædictum.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Rethelan.* primo die Octobris, Anno Regni nostri Quinto.

Constat etiam nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ, celebris memoriæ, ipsius Avi nostri, quòd idem Avus noster Literas suas fieri fecit in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitaniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd, quantum in nobis est, Dedimus & Concessimus, Dilecto & Fideli nostro, *Alexandro de la Penere*, Domino Bragerici & Gerciati, pro Homagio suo, Homagium & Servitium,
*IX. 18. * quæ *Johannes de Greilly* faciebat nobis pro Castro de Castilun, prope Sanctum Emilianum, in Diœcese Burdegalensi, cum Pertinentiis suis, Reddendo Nobis, & Hæredibus nostris, unum Austurcum sorum quotiensćumque ipsum *Alexandrum*, & Hæredes suos, Nobis, & Hæredibus nostris, Homagium facere contigerit pro eisdem.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes,

Teste meipso apud *Rothelan* septimo die Octobris, Anno Regni nostri Quinto.

Constat etiam nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ, celebris memoriæ, ipsius Avi nostri, quod idem Avus noster, Literas suas fieri fecit in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitaniæ*, Dilecto & Fideli suo, *Johanni Greilly*, Salutem.

Cùm, quantum in nobis est, Dederimus & Concesserimus, Dilecto & Fideli nostro, *Alexandro de la Penere* Homagium & Servitium quod vos faciebatis nobis pro Castro de Castilun, prope Sanctum Emilianum in Diœcese Burdegalensi, & pertinentiis suis, quæ de nobis prius tenuistis,

Exceptâ Bastidâ quæ vocatur Leyburn, & quæ, sicut dicitur, est infra Dominium Castri prædicti, & exceptis Villis de Fouzere, Varnan, & Pemeroth; cum totis Parochiis & Pertinentiis suis,

Quæ omnia, cum suis Pertinentiis, volumus quòd, de cætero, sint de Pertinentiis Bastidæ prædictæ,

Et quæ idem *Alexander* de se, & Hæredibus suis, Nobis, & Hæredibus nostris, quietè clamavit IMPERPETUUM,

Vobis mandamus quòd, eidem *Alexandro*, tanquam Domino vestro, indè Intendentes sitis & Respondentes, & sibi Servitium, quod nobis indè prius facere consuevistis (videlicet, reddendo inde unum Austurcum sorum, in singulis Amotionibus Dominorum Feodi illius) de cætero faciatis.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Rothlan* primo die Octobris, Anno Regni nostri Quinto.

Constat etiam nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ, celebris memoriæ, ipsius Avi nostri, quod idem Avus noster Literas suas fieri fecit in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitaniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS Cartam nostram, quam, tempore Domini *H. Regis*, Patris nostri, fieri fecimus, Dilecto & Fideli nostro, *Johanni Greilley*, Sigillo nostro, quo tunc utebamur, signatam, in hæc verba,

Universis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, *Edwardus*, *Illustris Regis Angliæ Primogenitus*, Salutem & Amorem.

Sciatis Nos dedisse, Concessisse, & hac præsenti Cartâ nostrâ Confirmâsse, Dilecto & Fideli nostro, *Johanni de Greilly*, pro Homagio & Servitio, Benang cum suis Pertinentiis, & Villam nostram de Ilaz cum Pertinentiis, & Salinum nostrum de Burdegalia,

TENENDA & HABENDA eidem *Johanni*, & Hæredibus suis, de Nobis, & Hæredibus nostris, ipse *Johannes* & Hæredes sui, per Servitium unius Feodi Militis, pro omni Servitio, Exactione, & Demandâ;

Ita tamen quòd, si nobis, vel Hæredibus nostris, futuris temporibus, placuerit supradicta, vel eorum aliquam partem, capere ad opus nostrum, liceat nobis ea vel eam capere sine contradictione prædicti *Johannis*, aut Hæredum suorum, tali modo (scilicet) quòd, antequam dissesiantur inde, faciamus ei alibi in Vasconia Escambium pro eisdem,

Nos autem, & Hæredes nostri, prædictas Terras & Tenementa in Benang, Ilaz, & Salinum prædictum, cum omnibus suis Pertinentiis, eisdem *Johanni* & Hæredibus vel Assignatis suis imperpetuum warantizabimus.

* In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Pa- *IX. 19.
tentes.

Dat. apud *Notinghamiam* secundo die Januarii, Anno Regni Domini Regis, Patris nostri Quinquagesimo,

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Rothelan* primo die Octobris, Anno Regni nostri Quinto.

Constat etiam nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ, celebris memoriæ, ipsius Avi nostri, quòd idem Avus noster Literas suas fieri fecit in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, &

... *Johannes* quod, si Nos, & Hæredes nostri, Castrum prædictum, vel aliquid de prædictis Tenementis, ab ipso *Johanne*, vel suis Hæredibus, voluerimus rehabere, Nos, antequam idem *Johannes* vel sui dissesiantur, eidem tantum, quantum tùnc res, ab ipso vel suis capta, in Domibus & Redditibus valebit tunc temporis, in competenti loco, in Vasconia assignabimus eidem *Johanni* vel suis.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Dat *London.* tertio die Julii, Anno Regni Domini Regis, Patris nostri, Quinquagesimo primo.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Rothelan* primo die Octobris, Anno Regni nostri Quinto.

Constat etiam Nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ, celebris memoriæ, ipsius Avi nostri, quod idem Avus noster Literas suas fieri fecit in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitanniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS Literas nostras Patentes, quas, tempore Domini *H. Regis*, Patris nostri, fieri fecimus, Dilecto & Fideli nostro, *Johanni Greilly*, Sigillo nostro, quo tunc utebamur, signatas, in hæc verba,

Edwardus, *Illustris Regis Angliæ Primogenitus*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper Dedissemus, Dilecto & Fideli nostro, *Johanni de Greilly* Senescallo nostro Vasconiæ, Castilionem cum Pertinentiis suis,

HABENDAM & TENENDAM eidem, secundum quod in Carta nostra, inde confecta, pleniùs continetur,

Et postmodùm, apud Fouzere, in Honore Castellionis, Bastidam seu Populationem fieri mandaverimus & construi,

Nos,

Volentes eidem *Johanni* Gratiam facere pleniorem,

Omnes Exitus & Redditus dictæ Bastidæ sibi concedimus & donamus,

HABENDOS & TENENDOS eidem, pacificè & quietè, quamdiu ex Concessione nostra habere debeat Castellionem cum suis Pertinentiis supradictis,

Ita tamen quòd, cùm contigerit Castellionem, cum suis Pertinentiis, ad nos reverti, dicta Bastida & ipsius Redditus & Exitus ad nos similiter revertantur.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Dat apud *Westm.* vicesimo quinto die Maii, Anno Regni Domini Regis Patris nostri Quinquagesimo secundo.

*IX. 20. * In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Rothelan*, primo die Octobris, Anno Regni nostri Quinto.

Constat etiam nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ ipsius Avi nostri, quòd idem Avus noster Literas suas fieri fecit in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitanniæ*, Dilecto & Fideli nostro, *Lucæ de Tany*, Senescallo suo Vasconiæ.

Quia, carissima Mater nostra, *Alianora*, *Regina Angliæ*, coram nobis concessit quòd Terræ & Tenementa de Langton & Benanges, quæ ipsa jam tenet diu in manu sua, Dilecto & Fideli nostro, *Johanni de Greilly* liberentur, Tenenda eodem modo quo ipsa prius tenere consuevit,

Ita tamen quòd dicta Mater nostra Valorem Terrarum & Tenementorum prædictorum recipiat de Custuma nostra Burdegaliæ,

Vobis Mandamus quòd eidem Matri nostræ de Custuma prædicta, usque ad Valorem Terrarum & Tenementorum prædictorum, assignari faciatis, percipienda ad Vitam suam, nisi sibi alibi de Valore eorumdem interim duxerimus ordinandum.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Edesbury* vicesimo quinto die Martii, Anno Regni nostri Secundo,

tentes,

Teste meipso apud *Macclesfeld* xxvii. die Septembris, Anno Regni nostri Sexto.

Constat etiam nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ ipsius Avi nostri, quòd idem Avus noster Literas suas fieri fecit in hæc verba.

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitanniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Concedimus, pro Nobis, & Hæredibus nostris, Dilecto & Fideli nostro, *Johanni de Greilley*, Domino Benang, ut possit liberè assignare Viginti Libras Turonenses, Annui Redditûs, de Feodo nostro, quod tenet de nobis, ubicumque videbitur sibi expedire, pro quadam Capellania, & ad opus ejusdem ac etiam illorum quibus dicta Capellania imposterùm concedetur, quam idem *Johannes* intendit instituere apud Ecclesiam beatæ Mariæ de Ulseca Diœcese Vasaten.

Et volumus quòd illi, quibus dicta Capellania successu temporis Conferetur, habeant Redditum dictarum Viginti Librarum Turonensium, eidem Capellaniæ de Feodis nostris, ut dictum est, assignatum, sine Reclamatione nostri vel nostrorum,

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes,

Dat. apud *Cressy* in Pontivo duodecimo die Junii, Anno Regni nostri septimo.

Constat etiam nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ ipsius Avi nostri, quòd idem Avus noster Literas suas fieri fecit in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitanniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Volumus & Concedimus *Johanni de Greilly*, Militi, Domino de Benang, ut ipse, in Districtu Castri prædicti, ubi magis expedire viderit, possit, * certis diebus, Forum constituere *IX. 21.
seu Mercatum,

HABENDA & TENENDA ab ipso & Heredibus suis, cum omnibus Exitibus & Emolumentis, provenientibus exinde, sub Homagio & Servitio nobis debitis pro Castro prædicto & Pertinentiis ejusdem,

Ita tamen quòd per Constitutionem dicti Mercati, nobis vel alii Dampnum vel Præjudicium minime generetur,

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Dat. apud *Cressy* in Pontiv. duodecimo die Junii, Anno Regni nostri septimo.

Constat etiam nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ ipsius Avi nostri, quòd idem Avus noster Literas suas fieri fecit in hæc verba.

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitanniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Emptionem & Adquisitionem quas, Dilectus & Fidelis noster, *Johannes de Greillaco*, Senescallus noster Vasconiæ & Agen. fecit, ad opus suum & Hæredum suorum, à Magistro *Johanne Goferis* Clerico, de Domo Rochefer, cum Pertinentiis, necnon & de Terra quæ fuit quondam *Hugonis de Castro Mauron* Militis, quæ quidem Domus, cum Pertinentiis, & Terra, sunt in Diœcese Agen. quantum in nobis est, Ratificamus, Approbamus, & Confirmamus,

Eo non obstante quòd Contractus prædictus fuit initus, ipso *Johanne* existente in officio Senescalciæ Agen. prædictæ,

Ita tamen quòd, si Terram prædicti *Hugonis*, aliquo tempore, ad opus nostrum habere velimus, tunc eam ad eandem formam, ad quam idem *Johannes* Terram illam habuit, habeamus.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Eborum* decimo nono die Augusti, Anno Regni nostri octavo.

Constat etiam nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ ipsius Avi nostri, quòd idem Avus noster Literas suas fieri fecit in hæc verba.

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitanniæ*, Dilecto & Fideli suo, *Joanni de Hauer*, Senescallo suo in Ducatu Aquitanniæ, Salutem.

Quia

ctum, cum omnibus ab ipsis perceptis, Liberetis & Tradatis *Petro* prædicto, vel ejus Mandato, has Literas nostras deferenti, sine dilatione quacumque.

Dat. apud *Condath* prope Leyburn, secundo die Junii, Anno Regni nostri decimo septimo.

Constat etiam nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ ipsius Avi nostri, quòd idem Avus noster Literas suas fieri fecit in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitanniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd, ad instantiam, Venerabilis Patris, *B. Episcopi Albanensis*, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, Amici nostri, Remisimus & Pardonavimus, dilecto nobis, *Johanni de Greilaco*, quondam Senescallo nostro Vasconiæ, omnia Arreragia, cujuscumque quantitatis existant, in quibus nobis tenetur ratione Senescalciæ prædictæ,

Volentes & Concedentes, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quòd prædictus *Johannes*, Hæredes, & Executores sui, de prædictis Arreragiis IMPERPETUUM, penitùs sint quieti.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Rokesburgh* decimo quarto die Maii, Anno Regni nostri vicesimo quarto.

*IX. 22. Constat etiam nobis, per Inspectionem * Rotulorum Cancellariæ ipsius Avi nostri, quòd idem Avus noster Literas suas fieri fecit in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Aquitanniæ*, universis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Noveritis quòd,

Cùm Quæstio verteretur coram Nobis, & coram Auditoribus nostris aliquam diu agitata fuisset, inter, dilectos & fideles nostros, *Johannem de Greilly*, Militem, ex parte unâ, & *Amanenum de Mota* Domicellum, ex parte alterâ, sub eo quod prædictus *Johannes* asseruerat, & Procuratores sui asserebant & proponebant, quòd,

Cùm dictus *Amamenus* teneret, & tenere deberet, in Feodo à dicto *Johanne* omnia quæ idem *Amanenus* habet apud Lingonium, & in Districtu Lingonii Vasatensi Diœcese,

Ipse *Amamenus* advocaverat se tenere & tenere debere, in Feodo à Nobis, quasi omnia supradicta, & sic ipsa Bona, eidem *Johanni* inciderent in Commissum, secundum Consuetudinem Vasatensem, dicto *Amaneno* nobis firmiter asserente, juxta Mandatum Patris sui, & aliorum Proborum Virorum Consilium, legitimè advocasse à Nobis omnia supradicta, Paucis tamen exceptis,

Post multos Tractatus, inter dictum *Amanenum* & Procuratores præfati *Johannis*, habitos super præmissis, coram Auditoribus Deputatis à Nobis, quia partes prædictæ, omni casu sine assentiosione aliqua, concedebant quòd, super determinatione Quæstionis prædictæ, nostram sequerentur & complerent in omnibus Voluntatem,

Nos,

Attendentes Dampna & Pericula, quæ, ex Contentione prædicta, dictis Partibus & Amicis suis possent impösterum evenire, & ob hoc nolentes Controversiam hujusmodi à Præsentia nostra recedere Indecisam, Venerabili Patri *A.* Dei gratiâ, *Dunelmensi Episcopo* nostram super hoc Commisimus Voluntatem & ipsam Declarandi seu Pronunciandi dictis Partibus potestatem,

Qui, communicato Prudentum Consilio, de Voluntate & Conscientia nostra Ordinavit & Pronunciavit præfatis *Amaneno* & dicti *Johannis* Procuratoribus coram ipso præsentibus, dictus *Amanenus* pro Se, & Hæredibus, & Successoribus suis, Concedat & Quietet præfato *Johanni*, pro Se, Hæredibus & Successoribus suis, perpetuò, totam illam Partem quam idem *Amanenus* habet & habere debet in Pedagio Ferri Crudi de Lingonio, cujus partis Medietatem dictus *Amanenus* tenet de nobis in Feodo, & aliam Medietatem à dicto *Johanne*,

ITEM, concedat & quietet dicto *Johanni*, perpetuò ut supra, illos Decem & Octo Denarios Monetæ Burdegalensis, quos idem *Amanenus* percepit & percipere consuevit in Emolumentis seu Gagiis parvæ Justitiæ de Lingonio, quos Decem & Octo Denarios idem *Amanenus* recognoscebat se tenere, & tenere debere, in Feodo ab *Johanne* prædicto, & etiam omne Jus quod habet, si quod sit, in illis Decem & Octo Denariis quos *Johannes Russelli* Miles percepit, ratione *Clarimundæ* Uxoris suæ, in Emolumentis seu Gagiis parvæ Justitiæ antedictæ,

ITEM, concedat & quietet eidem *Johanni*, perpetuò ut supra, Feodum de Balhey, quod dictus *Amanenus* recognoscebat se tenere ab ipso *Johanne*,

ITEM, quòd, in Recompensationem omnium aliorum, quæ dictus *Johannes* ratione Feodi, Advocationis, Homagii, Deadvocationis, & totius Questionis ac Controversiæ supradictæ, petierat & petere poterat à dicto *Amaneno*, idem Amanenus, ab initium ejusdem *Johannis*, vel Mandati sui, Annis singulis percipiendas, quousque facta fuerit alia supradicta Assignatio, vel dicta pecunia persoluta,

Et, si fortè super hac ultima Traditione dictarum Sexaginta Librarum discordent, quòd hæc Discordia per *Reymundum de Mirallo*, Constabularium Burdegaliæ, & *Reymundum de Ferrariis* Clericum, vel ipsorum alterum, * sopiatur, *IX. 23.

Et, quamcitò alia supradicta Assignatio dictarum Sexaginta Librarum Rendalium facta, vel dicta Pecunia soluta fuerit dicto *Johanni*, in toto vel pro parte dimidia, quòd dictæ Sexaginta Libræ, per manum ipsius *Johannis* interim, ut dictum est, percipiendæ, ad dictum *Amanenum* liberè revertantur, & ibi dimittantur per ipsum *Johannem* & suos sine contradictione quacumque in toto, quamcito infra dictos Duos Annos prædicta Assignatio vel Solutio integrè facta fuerit, vel pro Medietate quamcito dicta Assignatio vel Solutio fuerit, infra prædictos Duos Annos, pro Medietate completa, & quòd exinde, dictus *Amanenus* illas Sexaginta Libras interim, ut dictum est, per præfatum *Johannem* percipiendas, possit auctoritate propriâ percipere integrè, vel pro Medietate, ut supradictum est, tanquam suas;

Si, verò dictus *Amanenus* prædictam Assignationem Sexaginta Librarum Rendalium, per dictum *Johannem* & suos perpetuò, ut prædictum est, possidendarum, non fecerit, vel dictas Mille & Ducentas Libras non solverit infra Duos Annos prædictos, quòd dictus *Johannes* prædictas Sexaginta Libras, interim, ut supradictum est, percipiendas, tam diu percipiat & teneat in toto, vel pro Medietate, ut superius est expressum, quousque completa fuerit in toto, vel pro Parte dimidia, alia Assignatio vel Solutio Pecuniæ supradictæ;

Et quòd nichilominus, post dictos Duos Annos, dictus *Amanenus* possit compelli, per captionem omnium Bonorum suorum à Senescallo nostro Vasconiæ, vel ejus Locumtenente, ad complendum Assignationem vel Solutionem prædictam, sicut per Recognita & per Curiam judicata; omni aliqua alia Causæ Cognitione, Consuetudine, seu Usu Patriæ, non obstante;

Et quòd, post Complementum dictæ Assignationis vel Solutionis, Sexaginta Libræ prædictæ, interim, per prædictum *Johannem*, percipiendæ, ad ipsum *Amanenum* liberè, ut supradictum est, revertantur, secundum formam & ordinationem prædictam; & cesset Compulsio supradicta.

ITEM, quod dictus *Amanenus* pro Se, & Successoribus suis, donet & quietet perpetuò dicto *Johanni*, pro Se, & suis Successoribus, illud Juramentum, quòd Justiciarius de Lingon. vel Locum suum tenens, eidem *Amaneno* & suis prædecessoribus facere consuevit, de Respondendo sibi fideliter de Portione, ipsum *Amanenum*, ante Confectionem Præsentium, contingente, de Fructibus & Exitibus parvæ Justitiæ de Lingon. (scilicet) de Decem & Octo Denariis, qui sunt quarta pars Gagii parvæ Justitiæ supradictæ, & etiam quicquid Jure dictus *Amanenus* habet in Decem & Octo Denariis prædictis,

Et quòd idem *Amanenus* procuret & faciat, prout poterit, bonâ fide, juramentum etiam per ipsum *Amanenum* super hoc præstando ad Sancta Evangelia dicto *Johanni*, quòd *Bernardus de Scossam* Domicellus obliget se, pro se, & Hæredibus suis, Obligatione Personali non Feodali, dicto *Johanni* pro Se, & suis Successoribus de faciendo fieri eidem *Johanni* & Successoribus suis hujusmodi Juramentum per illum Justiciarium de Lingon. qui dictum Juramentum facere consuevit,

Si verò dictus *Amanenus* hoc procurare non possit cum dicto Bernardo, super quo suo prædicto stabilito Juramento, quòd dictus *Johannes*, ex Donatione, & Quietatione prædicti *Amaneni* supradicta, ad hoc faciendum, faciet Distringi dictum *Bernardum* per Judicium, si hoc fieri possit de consuetudine illius Patriæ, vel de Jure, & sine alio incommodo vel præjudicio *Amaneni* prædicti,

Ita tamen quòd dictus *Amanenus* teneatur assistere dicto *Johanni* in Causa prædicta, vel etiam ipsam Causam incipere & ducere, si necesse fuerit, & hoc licite facere possit idem *Amanenus*, contra dictum *Bernardum*, quousque dictum *Johannem*, vel alium quem dictus *Johannes* deputabit, possit *Amanenus*, secundum Consuetudinem Vasatensem, Procuratorem facere & constituere in Causa prædicta,

Et, si dictus *Johannes*, juxta Ordinationem prædictam, non possit per Judicium, vel aliàs, de voluntate dicti *Bernardi*, optinere, quòd Jus recipiendi Juramentum prædictum ac ipsum *Amanenum* Hæredibus & Successoribus suis liberè revertatur, & tunc dictus *Amanenus* & Successores sui teneantur, Obligatione Personali perpetuâ non Feodali, dictum Juramentum recipere, meliori & utiliori modo quo fieri poterit, ad utilitatem præfati *Johannis* & suorum, ipso *Johanne* præsente, vel aliquo de suis, si ad Denunciationem dicti *Amaneni*, apud Lingon. & non alibi faciendam, voluit interesse receptioni Juramenti prædicti, ita quòd in dicto Juramento exprimantur omnes Articuli, ad quos pro Utilitate & Securitate, tam dicti *Johannis* & suorum, super dicta * Quarta Parte Gagii, eidem *Johanni* & suis fideliter reddenda, dictus *Amanenus*, in dicto Juramento sibi faciendo, poterit rationabiliter astringere dictum Justiciarium, *IX. 24.

[illegible]
prædictus, Ratam & Gratam habentes, ipsam Mandamus & Præcipimus, tanquam rem judicatam, per Partes prædictas inviolabiliter observari, ita quòd Medietatem dicti Pedagii Ferri Crudi, quam dictus *Amanenus* tenebat de Nobis in Feodo, dictus *Johannes* recognoscat Se tenere & teneat à Nobis in Feodo, cum aliis quæ apud Lingon. tenet in Feodo seu tenere debet à Nobis.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Dat. apud *Westmonasterium* decimo quinto die Junii, Anno Regni nostri Tertiodecimo.

Nos autem Literas prædictas, ad Requisitionem *Joannis Greilly* Capitalis de Bogio, Exemplificandas duximus per Præsentes.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Dat. apud *Westm.* xviii. die Junii, Anno Regni nostri Angliæ Tricesimo Secundo, Regni vero nostri Franciæ Decimo nono.

Constat etiam nobis, per Inspectionem Rotulorum Cancellariæ, præfati Avi nostri, quòd idem Avus noster quasdam alias Literas suas Patentes fieri fecit in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *&* *Franciæ*, *&* *Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper, pro bono servitio, quod, dilectus & fidelis noster, *Johannes de Greilley*, Capitalis de Bogio, nobis impenderat & extunc impenderet, *Dederimus*, *Concesserimus*, & *Remiserimus*, pro Nobis, & Hæredibus nostris, eidem *Johanni* omne Jus, quod nobis competebat seu competere possit in Benang. Villa de Ilaz, Salino nostro Burdegaliæ, Castro de Castellione, prope sanctum Emilianum in Diœcese Burdegaliæ, & Gourzon. cum pertinentiis,

Exceptâ Villâ de Leyburn, & Parochiis de Pomeroth, Fourzere, & Varnan, & hiis quæ ad Parochias illas pertineant, cum suis pertinentiis, sicut Parochiæ illæ se extendunt,

Quæ quidem Loca Benang. Ilaz, Salinum, Castrum, & Gourzon, cum suis Pertinentiis, ex certis causis, tanquam nobis Forisfacta & Confiscata, ad nos pertinent & debent, ut accepimus pertinere, prout in Literis nostris Patentibus, inde confectis, pleniùs continetur,

Nos,

Ad laudabilia Merita ipsius Capitalis, ac bonum Gestum suum erga Nos, necnon grata & utilia Obsequia nobis per ipsum Capitalem impensa & imposterum impendenda, Considerationem habentes, ac Volentes eo prætextu eidem Capitali Gratiam facere uberiorem,

Volumus & *Concedimus* pro Nobis, & Hæredibus nostris, quòd prædictus Capitalis dicta Loca Benang. Villam de Ilaz, Salinum, Castrum de Castellione, de Gourzon, cum mero & mixto Imperio, alto & basso Justitiatu, ac Parochiis, & aliis Juribus, Deveriis, & Pertinentiis suis universis, ad dicta Loca Benang. Villam de Ilaz, Salinum, Castrum de Castellione, & Gourzon spectantibus, adeò plenè & integrè, sicut *Petrus de Greilly*, nuper Vicecomes Castellionis & Benang. Avus prædicti *Johannis*, ea, dum vixit, tenuit vel possedit,

Villâ de Leyburn, & Parochiis de Pomeroth, Fourzer, & Varnant, & hiis quæ ad Parochias illas pertinent, exceptis sicut prædictum est,

* Habeat & teneat eidem Capitali, & Heredibus suis, de nobis,
*IX. 25. & Hæredibus nostris, per Servitia inde debita & consueta, IMPERPETUUM, absque eo quòd prædictus *Johannes*, vel Heredes sui, super Præmissis, vel eorum aliquo, per Nos, vel Hæredes nostros, Senescallos, Constabularios, Procuratores, Ballivos, Officiarios, seu alios Ministros nostros quoscumque, quatenus ad Nos & Jus nostrum attinet, in hac parte, occasionentur, impetantur, molestentur in aliquo, seu graventur.

Dat. apud *Westm.* xiii. die Junii, Anno Regni nostri Angliæ Tricesimo Secundo, Regni verò nostri Franciæ Decimo nono.

In cujus, &c.

Nos autem omnes & singulas Donationes, Concessiones, & Assignationes, & omnia & singula in Literis supradictis contenta, Rata habentes & Grata, ea omnia & singula, pro Nobis, & Hæredibus nostris quantum in nobis est, ad Supplicationem, dilecti & fidelis nostri, *Archibaldi de Greilley*, nunc Capitalis de Bogio, Avunculi & Hæredis *Johannis de Greilley*, nuper Capitalis de Bogio, ultimò defuncti, Tenore Præsentium, *Concedimus* & *Confirmamus* pro Se, & Hæredibus suis *Imperpetuum*.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

geantia & Obedientia Nostri, & [illegible], ac Coronæ nostræ, fideliter permaneant *Imperpetuum*.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium*, xxviii. die Martii, Anno Regni nostri Primo.

Nos autem Tenorem Irrotulamenti Literarum prædictarum, ad requisitionem, dilecti & fidelis nostri, *Gastonis de Fuxo*, Capitalis de Bogio, Filii & Hæredis præfati *Archibaldi de Greilly*, ut dicitur, duximus *Exemplificandum* per Præsentes.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* Decimo die Junii, Anno Regni nostri Primo.

Pro Nicholao Merbury quod Reportavit Nova fœlicis Viagii apud Helmedon.

OMnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes, carissimi Domini & Patris nostri, Henrici nuper Regis Angliæ, factas in hæc verba, Ann. D. 1413.

An. 1. *H.* 5. *Pat.* 1. *p.* 2. *m.* 3.

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *&* *Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, & pro bono Servitio quod, dilectus nobis *Nicholaus Merbury* Armiger, Carissimi & Fidelis Consanguinei nostri, *Comitis Northumbriæ* nobis impendit, & impendet in futurum,

Quam etiam pro eo quòd idem *Nicholaus* nobis primò reportavit Certitudinem boni ac placentis & gratiosi Viagii, nuper apud Helmeldon, juxta Wollore in Northumbria, per prædictum Consanguineum nostrum, & alios Ligeos * nostros in Comitiva sua, *IX. 26.
facti super Inimicos nostros Scotiæ ad Devictionem eorumdem,

In quo quidem Viagio Quatuor Comites, ac plures Barones & Baneretti, cum magna Multitudine Militum & Armigerorum, tam Scotorum, quàm Francigenarum, capti, & magna Multitudo interfecta & in Aqua de Twede Dimersa extiterunt, unde Deo gratias Referimus,

Concessimus eidem *Nicholao* Quadraginta Libras Sterlingorum, percipiendas Annuatim, pro Termino vitæ suæ, ad Scaccarium nostrum, ad Terminos Sancti Michaelis & Paschæ, per æquales Portiones.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* vicesimo quinto die Septembris Anno Regni nostri Tertio.

Nos autem, de Gratia nostra speciali, & pro bono Servitio, nobis per prædictum *Nicholaum* impenso & impendendo, Concessionem prædictam ac omnia alia & singula in Literis prædictis contenta, Rata Habentes & Grata, Ea pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, Acceptamus, Approbamus, & præfato *Nicholao*, Tenore Præsentium, Concedimus & Confirmamus prout Literæ prædictæ rationabiliter Testantur;

Ita tamen quòd idem *Nicholaus*, pro Termino vitæ suæ, cum aliquo alio, præterquam nobiscum, non Retineatur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* 12. die Junii.

Per ipsum Regem pro quadraginta Solidis solutis in Hanaperio.

De Judice Appellationum, in Vasconia constituto.

REX omnibus Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Vicecomitibus, Baronibus, Villarumque Majoribus, Juratis, Consulibus, cæterisque Fidelibus & subditis nostris in Dominio nostro Aquitanniæ constitutis, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1412.

An. 1. *H.* 5. *Vasc.* 1. *H.* 5. *m.* 15.

Sciatis quòd Nos,

De Industria, Fidelitate & experta Scientia, dilecti & Fidelis nostri, Domini *Bertrandi de Astra* Decretorum Doctoris quamplurimum confidentes,

Eundem *Bertrandum* Judicem Civilium Appellationum, ad curiam nostram Vasconiæ interpositarum & interponendarum, & aliarum

Pro Mercatoribus de Venetia.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Franc. 1. H. 5. m. 33. REX, per Literas suas Patentes, per unum Annum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Mercatores de Venetia* in Regnum Regis Angliæ, ac Dominia & Potestatem nostra, cum Carrakis, Galeis, ac aliis Navibus & Vasis suis, Mercibus & Mercandisis Carcatis, per Terram & per Mare, Mercatorie veniendo, ibidem morando, perhendinando, mercandisando, ac Merces & Mercandisas suas prædictas Vendendo, & Lanas, Pannos, Stannum & alias Mercandisas Emendo, & de prædictis Regno, Dominio, & Potestate cum Carrakis, Galeis, Navibus & Vasis suis prædictis, unà cum Bonis & Mercandisis in eisdem sic Carcatis seu Carcandis, quotiens sibi placuerit, salvò transeundo & redeundo, ac Carrakas, Galeas, Naves & Vasa sua prædicta, ac Capitaneos, Patronos, & Marinarios eorumdem & eorum Servientes, necnon Merces, Mercandisas, Bona & Hernesia sua quæcumque,

Ita semper quòd Carrakæ, Galeæ, Naves & Vasa hujusmodi de Amicitia Regis existant, ac Mercatores, Capitanei, Patroni & Ma-
IX. 17. rinarii eorumdem * legales excerceant Mercandisas, ac Custumas, Subsidia, & alia Deveria, Regi pro Mercibus & Mercandisis, per ipsos infra Regnum, Dominia, & Potestatem nostra prædicta vendendis, debita, de tempore in tempus, solvant,

Et quòd ipsi alia Bona, Merces, & Mercandisas sua infra Regnum, Dominia, & Potestatem Regis prædicta, per ipsos adducenda, & in eisdem Regno, Dominiis, & Potestate minime Vendita nec Vendenda, quocumque sibi placuerit, absque Custumis, Subsidiis, aut aliis Deveriis Regi inde solvendis, ducere possint,

Quòdque etiam iidem Mercatores, Capitanei, Patroni & Marinarii, ac eorum Servientes, Ligeis Regis pro Victualibus & aliis rebus, ab eis emptis & emendis satisfaciant,

Et quòd aliqua Bona seu Mercandisas aliquorum Inimicorum Regis, sub colore suorum propriorum, non colorent ullo modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo tertio die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro quibusdam de Flandria super certis Causis in Angliam venturis.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Ibid. m. 36. REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Sancti Michaelis proximò futurum duraturas, suscepit in Salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Raoul le Maire* Præpositum de Seint Donas de Brugges, & *Willielmum de Rabbeque*, ac Viginti & quatuor personas, tam Generosos homines, quàm alios minoris statûs, cum Viginti & quatuor Equis in Comitiva sua, in Regnum Regis Angliæ, penes Præsentiam Regis, certis de causis veniendo, ibidem morando, & exinde ad Partes suas proprias redeundo, necnon Equos, Aurum, Argentum, Jocalia, Robas, & alia Bona sua quæcumque,

Proviso semper quòd præfati *Raoul & Willielmus*, & Personæ prædictæ, quicquam, quod in Regis seu Populi sui præjudicium cedere valeat, non attemptent seu attemptari facere præsumant,

Et quòd ipsi & eorum quilibet erga Regem & Populum suum benè & honestè se gerant & habeant,

Et quòd personæ prædictæ Proditores Regis, seu Gentes Abjudicatæ, aut extra dictum Regnum Regis Bannitæ non existant,

Et quòd ipsi Præsentes Literas Regis de Salvo Conductu, ante Ingressum cujuslibet Castrorum, Villarum Firmatarum, aut aliorum Fortalitiorum Regis quorumcumque, Majoribus sive Custodibus eorumdem primitùs demonstrent.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quarto die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro Duce Eborum super Custodia Aquitaniæ.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Vasc. 1. H. 5. m. 22. E*Dwardus Dux Eborum*, qui, in obsequio Regis, in partibus Aquitanniæ, super salva Custodia Partium earumdem moratur, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *volumus*) per unum annum duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege *apud Civitatem suam Cantuariæ*, xviii. die Junii.

Per Billam de Privato Sigillo.

confisi,

Eosdem, *Johannem Velasci* Militem, & *Johannem Alvari* Doctorem, Facimus, Creamus, Constituimus, & solempniter Ordinamus nostros veros, certos, sufficientes, & legitimos Procuratores, Actores, Factores, & negotiorum nostrorum Gestores, ac Nuncios speciales, ambos conjunctim, & quemlibet eorum in solidum, ita quòd non sit major conditio occupantis, sed quod unus inceperit alter prosequi mediare valeat & finire,

Dantes & Concedentes sibi plenam & liberam Potestatem, & Mandatum speciale, ad Procurandum, Petendum, Exigendum, & Requirendum, pro Nobis & nomine nostro, à, Serenissimo Principe, *Henrico*, eàdem gratiâ, *Angliæ & Franciæ Rege*, & *Domino Hiberniæ*, Consanguineo & Amico nostro Carissimo, Gratificationem, Approbationem, Validationem, Confirmationem, & Juramenta Tractatuum, Fœderum, Unionum, Alligantiarum, Pactionum, & Amicitiarum,

Inter, claræ memoriæ, *Richardum*, Regnorum prædictorum *Angliæ & Franciæ tunc Regem*, pro se & Successoribus suis, atque Nos, pro Nobis nostrisque Successoribus, Initorum, Juratorum, & firmatorum, ut in publicis Documentis, exinde confectis, pleniùs continetur,

Et per, etiam, claræ memoriæ, *Henricum*, postmodùm Regnorum *Angliæ & Franciæ* prædictorum *Regem*, Genitorem & prædecessorem præfati Regis moderni, Gratificata, Approbata, Validata, Jurata, & Confirmata, ac Servata fuerunt, & aliàs juxta formam, continentiam, & tenorem Tractatuum, Fœderum, Alligantiarum, Pactionum, Unionum, & Amicitiarum prædictorum,

Et ad Petendum, Dandum, & Recipiendum de Præmissis omnibus & singulis quascumque Scripturas, tam publicas, quàm privatas, ad Præmissa necessarias & oportunas, ad robur & certitudinem prædictorum,

In quorum testimonium has nostras præsentis Procuratorii Literas, manu propria subscriptas, Sigilloque nostro plumbeo Sigillatas, per infrascriptum publicum Notarium nostrum fieri jussimus & mandavimus.

Datum & actum *in villa nostrâ Saintarem*, vicesima prima die Mensis Junii, Anno Cæsaris, Secundum Regnorum nostrorum Cursum, Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo primo, hoc est, anno à Nativitate Domini Millesimo Quadringentesimo Terciodecimo.

Præsentibus ibidem, honorabilibus viris,

Gunsalvo Laurentii Secretario,
Et Magistro *Laurentio Fogatia* Medico,
Et *Johanne Fryre* Camerario, nostris.

Testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

EL REY.

Ego Antonius Martini, *Canonicus Ulyxbonen. Publicus præfati Domini Regis Portugaliæ & Algarbii Notarius, & ejus auctoritate, qui omnibus & singulis suprascriptis, dum sic, ut præmittitur, fierent & agerentur, unà cum prædictis Testibus, præsens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi, Ideòque hoc publicum Instrumentum, manu præfati Domini Regis Subscriptum, Sigilloque suo plumbeo Sigillatum, exindè confeci, scripsi, & publicavi, ac in hanc publicam formam redegi, signoque & nomine meis solitis & consuetis signavi, rogatus & requisitus, in testimonium præmissorum.*

Sub Sigillo plumbeo dealbato pendente à filis sericis varii Coloris.

De Homagiis, Ligeorum Regis in Aquitannia, recipiendis.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1413.
Sciatis quòd Nos, An. 1.
De Industria, Fidelitate, & Circumspectione, carissimi Avunculi nostri, *Thomæ Comitis Dorsetiæ* pleniùs confidentes, eidem H. 4.
Avunculo nostro ad recipiendum & admittendum, nomine nostro, Vasc. 1.
Homagia & Juramenta Fidelitatis ab omnibus & singulis Ligeis & H. 5.
Subditis nostris Ducatûs nostri Aquitaniæ, tam Prælatis & Nobi- m. 15.
libus, quàm Communitatibus ejusdem Ducatûs, plenam, Tenore præsentium, Concedimus & Committimus Potestatem,
* Ratum, Gratum, & Firmum habituri quicquid idem Avun- *XI. 29.
culus noster, nomine nostro, fecerit in præmissis, vel aliquo præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Junii.

Per ipsum Regem.

Ducatus, ut [illegible]

Ac etiam ad Recipiendum & Admittendum Homagia & Juramenta Fidelitatis ab omnibus Ligeis & Subditis nostris ibidem, tam Praelatis & Nobilibus, quàm Communitatibus ejusdem Ducatûs,

Plenam, Tenore praesentium, Concedimus & Committimus Potestatem,

Ratum, Gratum & firmum habituri quicquid idem Avunculus noster, nomine nostro, fecerit in praemissis vel aliquo praemissorum;

Dantes, Tenore praesentium, omnibus & singulis, quorum interest, firmiter in Mandatis quod praefato Avunculo nostro, in Executione Praemissorum, Intendentes sint & Obedientes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Junii.

Per ipsum Regem.

De Comite Dorsetiæ in Aquitania moraturo.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Ibid. m. 30. *ANdreas Ekton* Miles, aliàs dictus *Andreas Ecton* Miles, aliàs dictus *Andreas Ecton* Miles, qui, in obsequio Regis, in Comitiva, carissimi Avunculi Regis, *Thomæ Beaufort Comitis Dorsetiæ*, in partibus Vasconiæ, super salva Custodia Partium earumdem, moratur, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxviii. die Junii.

Per Billam de Privato Sigillo.

Pro Willielmo Clifford super Custodia Castri Burdegaliæ.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Ibid. m. 15. *WIllielmus Cliffort* Miles, Constabularius Castri Regis Burdegaliæ, qui, in obsequium Regis, ad partes Vasconiæ profecturus est, ibidem super Excercitio & sana Gubernatione dicti Officii Constabularii moraturus, habet Literas Regis de Protectione (cum clausula *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Tertio die Julii.

Per Billam de Privato Sigillo.

•XI.30. * *Pro quibusdam de Scotia super certis materiis cum Rege tractaturis.*

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Franc. 1. H. 5. m. 25. REX, per literas suas Patentes, usque ad Festum Omnium Sanctorum, proximò futurum, duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Alexandrum de Carnys* Præpositum de Lynclondale, & Magistrum *Gilbertum Kaime* de Scotia, cum Octo Personis in Comitiva sua, in Regnum Regis Angliæ, tam per Terram, quàm per Mare, super certis Materiis cum Rege tractandis & Communicandis, veniendo, ibidem morando, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, sexto die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Levatione Novi Pedagii in Aquitania, de Appellatione audienda.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Pat. 1. H. 5. m. 9. REX, Dilectis nobis, Honorabilibus & Discretis Viris, Magistris *Bertrando de Asta* Decretorum Doctori, Judici nostræ Curiæ Appellationum Vasconiæ, & *Guilberino de Cerpot* Judici nostri alti Concilii Civitatis nostræ Burdegaliæ, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, carissimus Dominus & Pater noster, *Henricus, nuper Rex Angliæ*, per Literas suas Patentes (quarum Data est Vicesimo secundo die Augusti, Anno Regni sui Decimo) concesserit, quantum in ipso fuit, dilecto nobis, *Karolo de Beaumont*, Castellano nostro de Mauleon, ad specialem Supplicationem ipsius *Karoli*, quòd ipse, durante vitâ suâ propriâ, per se & ad opus suum, per manus suas proprias, vel per Procuratores seu Deputatos suos, levare [...]

Ac postmodum, Major, Scabini, Jurati, Consules, & Centum Pares Civitatis nostræ Baionæ, ac Communitas & Universitas ejusdem, à certis Gravaminibus, per præfatum Dominum *Karolum*, in Levatione præfati Novi Pedagii, factis & verisimiliter imposterum fiendis, ac ab Impositione, Exactione, & Concessione præfati novi Pedagii, tanquam nimis præjudicialibus & Dampnosis præfatæ Civitati Baionæ, necnon Habitantibus in eadem, ut allegant, etiam, ut asserunt, de veritate Præmissorum nec veraciter Informatos nec Consultos, ad præfatum carissimum Patrem nostrum & suam Audientiam appellârunt, sicut per Instrumentum Publicum, super hoc nobis exhibitum, clarè liquet,

Adhærentibus Appellationi hujusmodi Juratis & Communitate Villæ Sancti Severi, ac Juratis & Communitate Civitatis Aquensis, præfatis Impositione, Exactione, & Concessione, tanquam eis nimium præjudicialibus & dampnosis, ut dicunt, prout per Instrumenta Publica, nobis super hoc exhibita, plenè constat,

Quam quidem Appellationem Civitates & Villæ supradictæ intendunt, ut asserunt, prosequi cum effectu,

* Postquam plures Actus Judiciales, inter partes prædictas, coram præfato carissimo Patre nostro, ex parte præfatarum Civitatum & Villæ, nobis fuit humiliter supplicatum ut eis certos Judices sive Commissarios, super Appellationis negotio supradicto, assignare dignaremur, •IX.31.

Nos (Supplicationi prædictæ, tanquam Juri consonæ, annuentes) vobis Duobus conjunctim (de quorum Fidelitate & Industria fiduciam gerimus specialem) committimus Vices nostras, & plenam, Tenore Præsentium, Potestatem ac Mandatum speciale ad Audiendum, Cognoscendum, & Procedendum in Causa sive in Causis Appellationis hujusmodi, prout dictaverit Ordo Juris,

Ipsamque cum suis Emergentibus, Dependentibus, & Connexis quibuscumque, secundum Juris exigentiam, Discutiendum & Debito fine Terminandum, Juribus & Prærogativis nostris nobis in omnibus semper salvis,

Ac etiam ad testes quoscumque, per utramque partium prædictarum, in dicta causa Appellationis, coram vobis aut Deputatis vestris idoneis producendum, & si se dolo, fraude, odio, vel favore, seu aliàs injustè subtraxerit, veritati testimonium perhibere, Compellendum, cum pœnæ & Multæ alteriusque temporalis Cohertionis Potestate;

Et ideò vobis mandamus quòd, vocatis coram vobis Partibus prædictis, & aliis quos in hac parte videritis evocandos, auditisque in dicta Causa Appellationis earum Rationibus sive Allegationibus circa Præmissa, diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini quod justum fuerit & consonum rationi,

Inhibentes utrique Partium prædictarum quòd, pendente dictæ Appellationis Negotio, nichil novi attemptare præsumant:

Vobis insuper, firmiter injungendo, mandamus quòd, si præfatæ Appellationis Negotium unanimi consensu vestro terminare non poteritis, cum omni diligentia, & sollicitudine possibilibus legitimè inquiratis, & Nobis, absque dilatione ulteriori, fideliter certificetis, citra primum diem Mensis Maii, proximò jam futurum, de Articulis infrascriptis, ad effectum ut dictæ Appellationis Negotium per nos Finem perpetuum sortiatur,

INQUIRATIS, PRIMO, an dictum novum Pedagium tendat in præjudicium Civitatum Burdegaliæ, Baionæ, Aquis, Villæ Sancti Severi, & Patriæ nostræ adjacentis, contra Franchesias, Libertates, & Privilegia inibi laudabiliter & legitimè observata?

Et an tendat in præjudicium Mercatorum, venientium cum suis Mercimoniis, & recedentium à dictis Civitatibus, in tantum quod Mercatores, qui consueverunt venire & recedere, cessent propter novum Pedagium antedictum?

INQUIRATIS etiam quomodo, qualiter, & quibus rationibus, & ob quas Causas, hujusmodi Præjudicium generetur?

ITEM, an dictum novum Pedagium positum fuerit infra Limites Pedagii Castri nostri Regii Baionæ, & infra Jurisdictionem dictæ Civitatis?

ITEM, an dictum novum Pedagium sit positum in Jurisdictione & Territorio Castri de Guissen?

ITEM, quantum distat dicta Riparia à dicto Castro de Guissen?

INQUIRATIS etiam, an dictum novum Pedagium sit impositum contra Franchesias & Libertates dictarum Civitatum, & præmaximè Civitatis Baionæ, & in præjudicium Pedagiorum Castri Regii Baionæ, locorum Sordue, de Peyreforard, de Fastingues, Castri Civitatis Aquensis?

ITEM, an Castrum de Guissen habeat Jurisdictionem & Dominium in Riparia vocata Ladour, per locum illum, per quem Mercatores cum suis Mercimoniis vadunt per Aquam ad Civitatem Baionæ & reveniunt, & in loco ubi dictum novum Pedagium est impositum?

ITEM,

Teste Rege apud Westmonasterium, duodecimo die Julii.

*IX. 32. ## * *De Impositione, per Ducem Clarentiæ & Tres Status Vasconiæ, ordinata.*

Ann. D. LE Roy a toutz ceulx, qi cestes presentes noz Letres verront, Salut.

1413. Come n'adgaires, par l'Ordennance & Commandement de
An. 1. nostre treschere Seignur & Pier (dount Dieu ait l'Alme) nostre
H. 5. tresame Frere *Thomas Duc de Clarence Count d'Aumarle*, Lieute-
Ibid. nant pur nostre dit Seigneur & Pier es Parties par dela, soy eust
m. 8. Transportez, ovec certin Nombre de Gens d'Armes & Archers, en nostre Paiis de Guyene, pur la Tuition & Defence d'icelle,

Ou, par vertue du Povoir & Auctorite, par nostre dit Seignur & Pier a luy attribuez, il fist Convenir & Assembler devant Luy les Troyz Estatz de Bourdeux & Burdaloys, en leur demonstrant l'Entention d'icelui nostre Seigneur & Pier, & le Purpos de nostre dit Frere, de sa Venue par dela, pur Garder la Pays, Lieges, & Subgitz illoeques en lour vraye Obeissance,

La quell chose ne povoit il faire n'accompler, come il disoit, sanz aide & comfort du Paiis, attendue le Povoir de Gentz adonques y esteantz en sa Compaigne, & autres choses que furent molt a considerer,

En requerant sur ceo les Trois Estatz d'ordonner & en faire Purvoyer de bon & convenable Remedie,

Les queux Trois Estatz, apres plusours Assemblees & Communications entre eux eues en ceste Busoigne, plus covenable Remede trover ne povoient en ce Cas, attendue le Povertee de lour mesmes & du Paiis esteant desouz l'Obeissance roial, que pur mettre & ordenner un General Imposicion sur toute nostre Paiis de Guyenne, C'estassavoir,

Qui soient Dousze Deniers pur Libree, d'Entree & de Sailhye, sur toutes maneres de Marchandises, soyent de Gentz de Paiis, Engloys, Gascons, ou Estrangers; Exceptez Blees, Char fresque, & Pesshons freskes,

Et plus sur chescun Toneau de Vin, & chescun Vesseau a la vinent, soient Cacans, Pipes, ou Caps de Porcs, la quell serra vendue, & tantz foitz come se vendra, Vint Sould pur Toneau (c'estassavoir) Diz Souldz pur le Vendeur, & autres Dys Souldz pur le Achateur.

ITEM, Dys Souldz pur chescun Toneau de Vyn, come dessuis, que se porteroit hors des Citees, Villes, Chastaulx, Forteresses, ou plain Paiis, pur Vendre & Revendre a Taverne, ou autrement en la dit Pays.

ITEM, & auxi payeroit ceux, que le chargent pur porter hors de Paiis, que ne le averoit Achate, Dys Souldz pur Tonneau, & de tout autre Vesseau, a la vinent come dessuis: Et auxi mesmes serra fait des Vyns que se vendront a Taverne des heurs en avant, en les Citees, Villes, Chasteulx, Forteresses, & plein Paiis de la dit Duchie (c'estassavoir) que le Vendeur payera Dys Soldz pur Tonneau, & pour tout autre Vesseau a la vinent.

ITEM, & que la dit Imposition ait a durer soulement par un An, a commencer le Quinzisme jour du Moys d'Averyll prochein ensuant, jusques au dit Quinzisme jour l'An revolue.

ITEM, &c, per ainsi que la dit Imposition soit mys, par nostre dit Frere, en toutz les Citees, Villes, Chasteux, Forteresses, & plain Paiis du Roy nostre dit Seigneur & Piere esteantz en la dit Duchie.

ITEM, &c, que pur mettre a due & finale Execution, soient esluz, par les Gentz de les ditz Troys Estatz, en chescun Citee, Ville, Chasteau, Forteresse, Provostee, & Baillie du Paiis, Troys bons & loialx Prodeshomes (un de chescun Estat) qi aient la charge, moient Serement, de bien & loialment Liverer & cuiller la dit Imposition, & de en rendre bon & loil Accompte as Gentz des ditz Trois Estatz, ou a lour Deputez; eux paiez de lour raisonnables Gages pour lour Travalx.

ITEM, &c, si il sount aucuns, que ne aient Vins de lour Viegnes, ou autrement pur vendre, ou qi ne usent de Marchandiser, qui soient Traillez selonc la facult de lour Biens.

Sur quoy nostre dit Frere, considerant la dit voie estre bien convenable, & raisonnable, par avis de son Conseil, & des Gentz des ditz Trois Estates, & par force de le Poair & Auctorite roialx, par luy usez, avoit Ordennez, constitut, & Inducti la dit Imposition pur le Defense, Tuition, & Sauvegarde de nostre dit Paiis,

*IX. 33. durant la Terme * susdit, commettant ycelluy nostre Frere Poair, par ses Lettres, a Mestre *Bertran d'Aste* Doctour en Decrees Juge de nostre Court de Gascoigne, & Lieutenant de nostre Seneschall illoeques, *Johan Carbonell* Chivaler, & *Arnaut Bouen* Jure & Provost de nostre Citee de Burdeaux, pur Lever, Cuillier, & Resceivre la dit Imposition, & ent estre respoignantz & acontables, sicome les Lettres de nostre dit Frere, sur ceo faitz, font mention pluis planiere,

Nouz,

Et plus sur chescun Toneau de Vyn & chescun Vesseau a la vinent, soient Cacans, Pipes, ou Caps de Porcs, laquel serra vendu, & tantz foitz come se vendra, Vingt Souldz pur Toneau (C'estassavoir) Dys Souldz pur le Vendeur, & autres dys Souldz pur le Achateur.

ITEM, auxi Dys Souldz pur chescun Toneau de Vin, come se Porteroit hors des Citees, Villes, Chasteaux, Forteresses, ou plain Paiis, pur vendre & revendre a Taverne, ou autrement en le dit Paiis.

ITEM, & auxi paieroit ceux, que le chargent pur porter hors du Paiis, que ne le averoit achate, Dys Souldz pur Toneau, & de tout autre Vesseau, a la vinent come dessus; & auxi mesme serra fait de Vins que se vendront a Taverne, des Heures en avant, en les Citees, Villes, Chasteaux, Forteresses, & plein Paiis de la dit Duche (C'estassavoir) que le Vendeur paiera Diz Souldz pur Toneau, & pur tout autre Vesseau a la vinent.

ITEM, & que la dit Imposition ait a durer soulement par un An, a Comenser le Quinzisme jour du Moys d'Averill prochein ensuiant, jusques a dit Quinzisme jour l'An revolu.

ITEM, &c, par ainsi que la dit Imposition soit mys, par Nous, en toutes les Citees, Villes, Chasteaux, Forteresses & plain Paiis, de nostre obeissance, esteantz en la dit Duchie, Vuillantz que les avanditz, *Bertran*, *Johan*, & *Arnaut* aient desore en avant la Leve & Rescept des Deniers, Provenantz de la dit Imposition, & que les Deniers, par eux ent Receuz & a Resceivre, ils soient Respoignantz & Acontables a Nous, ou a celuy, ou a ceux, qui depar Nous a ceo serront deputez & assignez, quant & si sovent come ils seront depar Nous duement requis.

En Tesmoignance de quel chose a ycestes presentz Nous avons fait mettre nostre Graund Seel.

Don. a *Westm.* le xiii jour de Juillet.

Par le Roi & son Conseil.

Super dicta Impositione, de Intendendo.

LE Roi a les Mair & Provost de nostre Citee de Baion, Salutz. Ann. D.

Come n'adgairs, par l'Ordenance & Commandement de nostre 1413.
treschere Seigneur & Pier (dount Dieu ait l'Alme) une generall An. 1.
Imposition auroit este Ordenne, Constitut, & Indicte, sur tout H. 5.
nostre Paiis de Guyene, par, nostre tresame Frer, *Thomas Duc de* Vasc. 1.
Clarence, Counte d'Aumarle, Lieutenant pur nostre dit Seigneur & H. 5.
Pier par dela, par vertu du Povoir & Auctorite par nostre dit Sei- m. 7.
gneur & Pier a lui attribute, a durer par un An, a Commencer le Quinzisme jour du Moys d'Averill darrein passe, jusques au dit Quinzisme jour l'An revolue,

Et auxi certein Povoir, par les Lettres de mesme nostre Frer, estoit Commis a Mestre *Bertran d'Aste* Doctour en Decrees Juge de nostre Court de Gascoigne & Lieutenant de nostre Seneschall illoeqes, *John Carbonell* Chivaler, & *Arnaut Bouen* Jure & Provost de nostre Cite de Burdeaux, pur Lever, Cuiller, & Receivre la dit Imposition, & ent estre Respoignantz & Acontables, sicome les ditz Lettres de nostre dit Frer, sur ceo faitz, fount mention plus plainere,

Les queux Ordenaunce, Constitution, & Indiction de la dit Imposition (durant le terme suisdit) Nous, par noz Lettres Patentz, avons Approve, * Ratifie, & Conferme, & ycell Imposi- *IX. 34.
tion de novell avons Ordenne, Constitut, & Indicte en la manere & forme q'ensuent, C'estassavoir,

Que soient misez Dousze Deniers pur Libree, d'Entree & de Sailhie, sur touz Maners de Marchandises soient du Gentz du Paiis, *&c. prout supra usque hæc verba (viz.)*

Sicome en noz ditz Lettres est contenuz pluis au plein,

Vous Mandons & Chargeons estroitement, sur Peine de tout ceo que vouz purrez Forfair devers nous, que a les ditz Mestre *Bertran*, *John*, & *Arnaut*, & a chascun d'eux, & auxi a toutz autres as queux appartient, entour la Levee du dit Imposition, soiez Entendantz, Eidantz, Obeisantz, & Consulantz, si souent & a tant de foitz que busoigne serra, & vous soiez ent requis de nostre part.

Don. a *Westm.* le xiii. jour de Juillet.

Autielx Lettres sount faitz a les Officers & Parsones dessuisescriptez, soubz mesme la Date; C'estassavoir,

A les Mair & Provost de la Cite du Roy Dakes.
A le Provost de la Ville de Seint Cruiers.
A Seneschall des Landes.
A Chastellein Dakes.

Be

mâ quibus possumus, Ordinamus, Facimus, Constituimus, Creamus, & Praeficimus per Praesentes;

Dantes & Concedentes eisdem, *Episcopo*, *Comiti*, *Willielmo*, *Henrico*, *Radulpho*, & *Richardo*, Quinque, Quatuor, vel Tribus eorum, plenam & liberam Auctoritatem, Potestatem, & Facultatem,

Ad Honorem Dei, evitationemque effusionis Sanguinis Christiani, pro quiete ac bono Pacis perpetuò duraturis,

De, pro, & super Alligantia & perpetua Amicitia inter Nos, Haeredes, Successores, & Subditos nostros quoscumque, Regnaque & Dominia nostra citra & ultra Mare, ex una parte, &, Magnificum Principem, *Ducem Burgundiae & Comitem Flandriae*, Haeredes, Successores, Subditos suos, ac Dominia sua, ex altera parte, quibuscumque Diebus & Locis oportunis, cum dicto Magnifico Principe *Duce Burgundiae & Comite Flandriae*, ejusve sufficientibus Deputatis seu deputandis ab eodem in Praemissis, Conveniendi, Tractandi, Componendi, & finaliter Concordandi, cum quibuscumque Clausulis, Conditionibus, Modificationibus, & Circumstantiis, circa Praemissa necessariis, utilibus, vel oportunis,

Ulteriusque Faciendi, Excercendi, & Expediendi, quae in Praemissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si in se Mandatum exigant speciale;

Promittentes insuper, bonâ fide & verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum, perpetuis temporibus, habituros totum & quicquid per praefatos, *Episcopum*, *Comitem*, *Willielmum*, *Henricum*, *Radulphum*, & *Richardum*, Quinque, Quatuor, vel Tres eorum, Actum, Factum, Conventum, seu Concordatum fuerit in Praemissis, vel aliquo Praemissorum.

In cujus rei testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio nostro Westm.* decimo quarto die Julii.

Per ipsum Regem.

•IX. 35. ** De Attemptatis contra Treugas Flandria Reformandis.*

Ann. D. 1413. *An.* 1. *H.* 5. *Ibid.* *m.* 21.

LE Roy a touz ceux, qui cestes Lettres verront ou orront, Saluz.

Pur ceo que plusours Griefs, Dommaiges, & Attemptates ont este faitz, le temps passe, & se font encore chescun jour, encountre le Teneur des Treues que ont eu & ont cours en ascuns partes de nostre Roialme, tant en Terre, come en la Mier, par les Subgez de l'une & de l'autre Partie d'Engleterre & de Flandres,

Dount plusours Plaintes fount venuz & viennent chascun jour a Nous & a noz Officers,

A Reparement des quelles Attemptaz, Pertz, & Dommagez n'a este ascune Provision ou Restitucion fait, le temps passe, sicome de ceo avons este & sommes suffisantment informez,

Savoir faisons que Nous,

Desirans Purvoier & Remedier aux Choses desuisdites, le pluis hastivement & diligealment que faire se purra,

Confiantz a plain des Sens, loialtee, & bonnes diligences del' Reverent Pier en Dieu, *Henry Evesque de Seint Davy*, & de, noz trescheres Cousyns, *Richard Counte de Warrewyk*, & *William Sire la Zouche* nostre Lieutenant de Caleys, & de, nostre treschier & foial, *Henry Sire de Scrop*, & de, noz trescheres Clerks, Maistre *Rauf Grenehurst* Doctour es Loies nostre Prothonotaire, & Meistre *Richard Holme* Licentiate es Loies Chanon d'Everwyk,

Yceux Sys, Cynk, Quatre, & Trois d'eulx avons Commys, Ordonnez, & Establiz, &, par la Teneure de ces Presentes, Commettons, Ordonnons, & Establissons, pur Nous & en nostre Noun, de eux Transportier en la Marche de Flandres, ou bon leur semblera, & illoeques, ovec eux, que serront ordenez & deputez, pur la Cause desuisdite, par le *Duc de Burgoigne*, teignent leur Sege & Jurisdiction, Oient toutz Plaintz Clamours, & Requestes, que lour serront faitz, de toutz ceux qui auront este Dommagez, en Terre, & en Mier, par l'une Partie ou par l'autre, durantz les ditz Treuez, en lour faisantz faire plainier Restitucion de leurs dites Pertes, ainsi que de raison appartendra,

Et de toutz Attemptaz quelconques, faitz & a faire, Cognoissent, & facent faire Reparat condigne & suffisiant, en faisantz aux Parties sommerment & de plein, sans long Proces ou Figure en Jugement, bon & brief Droit, en tielle manere que null n'ait Cause d'en venir Plaintif devers Nous en nostre Courte Souveraine,

Purveu toutz voies que les Commys, par le dit *Duc de Bourgoigne*, facent pareillement de lour part,

De ceo fair lour Donnons Poair, Auctorite, & Mandement especial;

De Intimando super Treugis Franciae observandis.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1413.

Sciatis quòd Nos, *An.* 1.

De probitate, scientiâ & industriâ, Venerabilis Patris, *Henrici Menevensis Episcopi*, ac, carissimorum Consanguineorum nostrorum, *Richardi Comitis Warwicae*, & *Willielmi Domini la Zouche* Locumtenentis Villae nostrae Calesii, plurimum confidentes, *H.* 5. *Ibid.* *m.* 23.

Ipsos nostros Ambassiatores, Nuncios & Procuratores, Deputavimus & * Ordinavimus, ac Deputamus & Ordinamus per Praesentes, •IX. 36.

Dantes & Concedentes eisdem, *Episcopo*, *Comiti*, & *Willielmo*, aut Duobus eorum, plenam Potestatem ac Mandatum speciale, ad nostras Intentionem, Voluntatem, & Propositum, de observando Treugas,

Inter, bonae memoriae, *Dominum Ricqardum*, *nuper Regem Angliae* Secundum post Conquestum, Praedecessorem nostrum, & Dominum *Carolum Adversarium suum Franciae*, ac Successores suos, Regnâ, Terras, & Dominia, & Subditos eorumdem, initas, captas, & confirmatas, Anno Domini Millesimo, Tricentesimo, Nonagesimo quinto, ac Juramentis eorum corporalibus roboratas, & Sigillis eorum Sigillatas,

Dicto Domino *Carolo Adversario nostro Franciae*, Ambassiatoribus sive Nunciis, & omnibus aliis, quorum interest, Notificandum & Intimandum,

Ipsumque *Adversarium nostrum* personaliter, si apprehendi poterit, & tutus ad eum pateat Accessus, alioquin Ambassiatores suos, Nuncios & Procuratores in Personam Domini sui, & ipsum Dominum suum in Personam eorumdem, publicè & solenniter, ac omnibus modis quibus commodiùs poterunt & de Jure debebunt, ac ad omnem Juris & Facti effectum qui exinde sequi poterit, Movendum, Inducendum, Requirendum, & Summoniendum, ut Treugas praedictas & singula contenta in eisdem, secundum omnem vim, formam, & effectum earumdem, in Persona sua observet, & à Subditis, Confoederatis, & Alligatis ejusdem fideliter, inviolabiliter, & inconcussè observari faciat,

Attemptataque omnia & singula, per ipsum *Adversarium nostrum*, Subditos, Alligatos, & Confoederatos praedictos, contra vim, formam, & effectum Treugarum antedictarum, congruè, debitè, & integrè, absque fraude seu malo ingenio quocumque reformet, & in pristinum statum reponat,

Dampnificatisque & Laesis Dampna & interesse solvat, & restituat, seu satisfaciat, solvi, restitui, satisfierive faciat de eisdem realiter & cum effectu, sicut & prout virtute Juramenti, per eum corporaliter praestiti, tenetur & effectualiter obligatur,

Ac caetera omnia & singula Faciendum & Exercendum, quae in Praemissis seu circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Ratum & Gratum habentes & habituri totum & quicquid dicti Ambassiatores nostri, Procuratores, sive Nuncii nostri in forma praedicta fecerint in Praemissis, sub Ypotheca & Obligatione Bonorum nostrorum, mobilium & inmobilium, ubicumque inventa fuerint.

In cujus rei testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio nostro Westm.* decimo quarto die Julii.

Per ipsum Regem.

De Potestatibus, ad Tractandum cum Adversario de Francia.

REX omnibus, ad quos praesentes Literae pervenerint, Salutem in Domino sempiternam. Ann. D. 1413.

Noverit Universitas vestra quòd, *An.* 1.

Ad Honorem Dei, ac Sanguinis Christiani effusionem, Malaque ac Dampna irreparabilia evitanda, *H.* 5. *Franc.* 1.

Quae, stante Guerrâ inter *Nos* & *Adversarium nostrum Franciae*, verisimiliter & sine dubio poterunt evenire, prout jam veraciter evenerunt, sicut transacti tempore Cursus edocet manifestè, *H.* 5. *m.* 24.

Inclinamur & Assentimus ad Tractandum cum dicto *Adversario nostro Franciae*,

Et ob hanc Causam mittimus, de praesenti, versus partes Picardiae, Venerabilem Patrem, *Henricum Episcopum Menevensem*, &, carissimos Consanguineos nostros, *Richardum Comitem Warwicae*, & *Willielmum Dominum la Zouche* Locumtenentem Villae nostrae Calesii, ac dilectum & fidelem nostrum, *Henricum Dominum le Scrop*, necnon, dilectos Clericos nostros, Magistrum *Radulphum Grenehurst* Legum Doctorem Prothonotorium nostrum, & Magistrum

quibuscumque, cum omnibus suis Circumstantiis, incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis,

Inter *Nos*, Subditos, Colligatos, & Confœderatos nostros, Regna & Dominia nostra, citra & ultra Mare, ex una parte, & dictum *Adversarium nostrum de Francia*, Subditos, Colligatos, Confœderatos, & Dominia sua, ex parte altera, qualitercumque motis vel habitis,

Necnon de & super quarumcumque Treugarum in hac parte initarum Violationibus, ac earum Reformationibus, & contra earum formam Attemptatorum Reparationibus & Emendis, dandis, faciendis, & recipiendis quibuscunique Locis & Temporibus opportunis,

Cum dicto *Adversario nostro*, seu ejus sufficiente Deputatis vel Deputandis in hac parte, Conveniendi, Tractandi, Componendi, Paciscendi, Transigendi, ac finaliter Concordandi,

Necnon Treugas, Tolerantias, & Abstinentias, generales & speciales seu particulares, tam per Terram, Aquam, & Mare, simul, vel separatim, melioribus viis, modo, & formâ quibus fieri possit, tamdiu & tanto tempore duraturas, secundum quod dictis, *Episcopo*, *Richardo*, *Willielmo*, *Henrico*, *Radulpho*, & *Richardo*, ipsis Sex, Quinque, Quatuor, vel Tribus eorumdem, placebit in eventum, cum dicto *Adversario nostro de Francia*, seu sufficienter Deputatis seu Deputandis ab eodem, Ineundi, Ordinandi, Faciendi, Perficiendi, Capiendi, & Concedendi,

Treugas etiam antiquas quascumque Firmandi & Roborandi, ac de novo, si oporteat, proclamari faciendi, cum quibuscumque Clausulis, Conditionibus, Modificationibus, & Circumstantiis necessariis, utilibus, vel oportunis,

Ac etiam Commissarios, seu certos Deputatos, Gardianos, Judices, seu Conservatores, tot & tales, ac in locis ubi expedire videbitur, pro stabili, firma, & fideli Conservatione Treugarum, Tolerantiarum, & Abstinentiarum hujusmodi, ac pro debita Reformatione & Reparatione omnium & singulorum, quæ, contra vim, formam, & effectum ipsarum Treugarum, Tolerantiarum, & Abstinentiarum, qualitercumque attemptari contigerit in futurum, Dandi, Deputandi, Constituendi, Præficiendi, & Ordinandi,

Necnon quòd Nos, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus, ac Subditis, Colligatis, & Confœderatis nostris, Treugas, Tolerantias, Abstinentias, & Ordinationes quascumque, & qualescumque circa Præmissa, per Præsentes Commissarios seu Deputatos nostros, Sex, Quinque, Quatuor, vel Tres eorumdem, cum dicto *Adversario nostro*, vel suis in hac parte sufficienter Deputatis seu Deputandis, faciendas, ordinandas, conveniendas, concedendas, & habendas, cum suis omnibus Clausulis, modis, conditionibus, circumstantiis, & appenditiis quibuscumque, firmè, fideliter, & inviolabiliter observabimus, & quantum in nobis est observari faciemus,

Necnon de debitè Reformando & Reparando totum & si quid in contrarium per partem nostram (quòd absit) contigerit attemptari, in Animam nostram, sub Verbo Regio, ac tactis etiam Sacrosanctis Evangeliis, Jurandi, ac quodlibet aliud genus liciti Sacramenti, Nomine nostro, & pro Nobis, præstandi, necnon quascumque Cautiones solitas & honestas Exponendi,

Dictumque *Adversarium nostrum* Deputatos vel Deputandos ab eodem, consimiliter Jurare Petendi & Audiendi,

Hujusmodique Treugas, Tolerantias, Abstinentias, Ordinationes, & Conventiones quascumque, Personis & Locis quibuscumque, ubicumque, & quandocumque expedire videbitur, Insinuandi, Notificandi, Proclamandi, & Publicandi, Insinuari, Notificari, & Proclamari Faciendi & Mandandi,

Necnon omnia alia & singula Agendi, Exercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si de se Mandatum exigant speciale, & altioris naturæ fuerint quam Capitula expressata, ac quæ & qualia nosmet ipsi facere possemus si personaliter interessemus:

Promittimus etiam, bonâ fide, verbo Regio, & sub Attestatione Divini Judicii, Nos pro Nobis, Hæredibus, Successoribus, & Subditis, Colligatis, & Confœderatis nostris, quantum in nobis est, Ratum, Gratum, & Firmum, perpetuis temporibus, habituros totum & quicquid, per hujusmodi Commissarios seu Deputatos
*IX. 38. nostros, Sex, * Quinque, Quatuor, vel Tres eorumdem, unà cum dicto *Adversario nostro de Francia*, Deputatis, seu Deputandis ab eodem, Actum, Factum, Ordinatum, Concordatum, vel Conventum fuerit in Præmissis, vel in aliquo Præmissorum, & exponimus Cautionem, eaque omnia & singula, per Literas nostras, & sub Magno Sigillo nostro, Ratificabimus & Confirmabimus, quotienscumque ad hoc fuerimus requisiti.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio nostro Westm.* xiv. die Julii.

mes d'Engleterre & de France,

Et purroit estre que les ditz Messages de France ne vouldroient my assembler avec noz ditz Gentz, sanz avoir d'eux Lettres de seur & sauf Conduit,

Savoir faisons que Nous (confians a plain des Sens, loiaute, & discretion de noz ditz Conseillers) leur avons Done & Donons, par ces Presentes, plein Povoir & Auctorite de Prendre, mettre & recevoir les ditz Messages ou Ambassiatours, qe viendront pur la partie de France, & touz leur Gentz, tant d'Eglise, come Seculiers, de queconque estat, auctorite, ou condicion q'ils soient, & autres quelconqes de dit Roialme de France, qui soy voudront compleigner d'ascuns Grevances a eux faitz, encontre le Tenure des Trieues, prises entre nostre treschere Seignur & Pier (que Dieu assoil) & nostre dit Cousyn de France, en nostre seure & sauf Conduit, avecques touz leurs Chevalx, Joialx & autres Biens quelxconques, jusques a tel temps & tiel Nombre come il leur plerra,

Pur venir, assembler, estre, demourer, & converser avecques eux en tel Lieu come il serra avise & accorde entre eux, & pur eux retourner a Boulongne, ou autre Lieu en les ditz Marches ou lour plerra, seurement & sanz ce que, par aucuns noz Subgiez, de quelque estat que ils soient, leur soit fait ne done aucun Empeschement, en Corps ne en Biens, pur Marque, Reprisaille, Entrecours, ou pur autre Cause quelconques,

De doner sur ceo leurs Lettres, les queles Nous volons estre valables & avoir force & vigeur come les nostres propres, si sur ce les avons donez, & de doner par leur ditz Lettres as ditz Messages de France lour assuremens acoustumez a doner en tel Cas,

Et les Seurtes & Save Conduit, que nos ditz Messages auront done & baile par leurs ditz Lettres, as ditz Messages de France, Nous Promettons, en bonne foye, & en Parole du Roy, Tenir, & faire Tenir & Garder, saunz Enfreindre, de nostre part, en quelque maniere que ce soit.

En Tesmoignance de ceo Nous avons fait mettre a ces Lettres nostre Seal.

Donne *a Westm.* le xiv. Jour de Juyl.

Par le Roy.

De innotescendo Treugas.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D 1413.
INSPEXIMUS Literas Patentes, Carissimi *Consanguinei nostri Franciæ*, factas in hæc verba, *An.* 1. *H.* 5.

CHarles, par la grace de Dieu, *Roy de France*, a tountz ceux, qui ces Lettres veriont, Salut. *Ibid.* *m.* 33.

Come, l'An de Grace Mil, Trois Centes, Quatrevins & Seze, vivant lors, * nostre treschier & tresame filz, *Richart n'adgairs Roy d'Engleterre* (que Dieu absoille) certeins Trieus generales eussent este prises, sur certein fourme, entre *Nous* d'une part, & nostre dit *Filz* d'autre, *IX. 39.

Les queles Trieues furent solennelment Jurees & Promises a Tenir d'une part & d'autre, sicome es Lettres, sur ce faites, est plus a plain contenu,

Savoir faisons que Nous, qui en ce Fait & tountz autres, Voulons proceder de bonne foy, n'entendismes Onceques, ne entendons, venir aucunement contre ceo que en ceste Matier avons Promis & Jure, Mais Voulons Tenir & faire Tenir de nostre part, sans Enfraindre, les dites Trieues, lour temps durant, ainsi come Promis & Jure l'avons.

En Tesmoignance de ceo Nous avons fait mettre a ces Lettres nostre Seel.

Donne a *Paris* le Darrainer jour de May, l'An de Grace Mil, Quatre Cens, Et le Vintiesme de nostre Regne.

Et hoc Omnibus quorum interest Innotescimus per Præsentes. In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Decimo Quinto Die Julii.

Per ipsum Regem.

De Ordinationibus, pro Villa Calesii.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Monstraverunt Nobis, fideles Ligei nostri, Major, Aldermanni, Burgenses, & Communitas Villæ nostræ Calesii, qualiter per Multitudinem Alienigenarum, ad Morandum & Inhabitandum infra dictam Villam nostram diversimode procuratorum, Numerus dictorum Fidelium nostrorum in tantum diminutus existit, quòd dictæ Villæ nostræ ac eisdem Ligeis nostris Periculum (quod absit) versimiliter eveniet in futurum, nisi de Remedio per Nos in hac parte celeriùs provideatur, Ann. D. 1413. *An.* 1. *H.* 5. *Ibid.* *m.* 28.

runt & adquirere intendunt, in Ligeorum nostrorum prædictorum grave Præjudicium, ac Villæ prædictæ Periculum manifestum,

Quòd nullus Alienigena de cætero ad Franchesiam prædictam, seu ad Perquirendum, ut prædictum est, ullo modo recipiatur in Salvationem Villæ nostræ prædictæ in futurum, & quòd nullus Alienigena, ad Morandum infra dictam Villam nostram, quocumque colore, ad Commoditatem & Proficuum, eisdem Ligeis nostris Naturalibus ibidem pertinentia, Capiendum & Habendum, ac eis Gaudendum aliqualiter permittatur, nisi qui sunt vel erunt Jurati Anglici, Servientes, & Gartiones,

Et quòd iidem Servientes & Gartiones, vel eorum aliquis, Tabernarius vel Propinator, infra Villam prædictam, vel super Portum ejusdem, pro periculis evitandis, nullo modo existat.

Et quod nulla Billa per Capitaneum Villæ nostræ prædictæ aliter fiat in contrarium,

Ac etiam quòd omnes Alienigenæ, cujuscumque statûs seu conditionis fuerint, qui infra Villam nostram prædictam morantur vel morabuntur in futurum, ac eandem Villam, ad alibi commorandum, exire volunt vel debent, & eorum quilibet, de cætero solvant vel solvat Quintam Partem Bonorum * suorum ad usum no- * IX.40.
strum juxta Leges & Consuetudines Villæ nostræ supradictæ,

Ac etiam quòd nullus Anglicus, nec Ligeus Patriæ adjacentis, exnunc cum Francigena, seu alio Alienigena Inimico, vel alio Adversario nostro Intermaritet absque Licentia nostra, sub Poena Expulsionis de Villa prædicta, ac Forisfactura Bonorum suorum Imperpetuum,

Quodque omnes Vigiliæ, prostratæ, subtractæ, & concelatæ infra Villam prædictam, de quocumque tenemento fuerint, iterum leventur, & de cætero, pro Majori salvatione, securitate, & salva Custodia Villæ prædictæ, sicut solebant, sustententur, prout ante hæc tempora per præfatum Proavum nostrum ordinatum extitit & concessum,

Necnon quòd nullus Burgensis, nec aliqua alia Persona de cætero, aliquam Domum, infra Villam prædictam, nisi cum Tegulis vel Sclatis, de novo Cooperiat, sub Pœna Forisfaciendi Nobis Domum supradictam, & Coopertorem banniendi, juxta Leges Villæ prædictæ, prout nuper per Majorem, Aldermannos, Burgenses & Comunitatem prædictos, virtute quarumdam Literarum, sub Privato Sigillo eis, per Carissimum Dominum & Patrem nostrum, nuper Regem defunctum, inde directarum, extitit Ordinatum.

Nos Bonum ac Proficuum Villæ nostræ prædictæ intimè desiderantes, & ad finem quòd dicti fideles Ligei & Subditi nostri Anglici se multiplicare, & eandem Villam nostram, pro Tuitione & Defensione ejusdem, ad meliùs Resistendum maliciæ Inimicorum nostrorum, inhabitare valeant, Concessimus eis, de assensu Concilii nostri, omnes & singulos Articulos præmissos, modo superius declarato, quamdiu Nobis placuerit.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xv. die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Deliberatione Regis Scotiæ.

Ann. D. 1413. *An.* 1. *H.* 5. *Scot.* 1. *H.* 5. *Ibid.*

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Sancti proximo futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Johannem Seynclere*, *Willielmum Cokbourne* Chivaler, *Adam Cokbourne*, *Alexandrum Hogge*, *Johannem Hogge*, & *Jacobum Patrykson*, cum Duodecim Personis, cujuscumque Statûs, Ordinis, Gradûs, sive Conditionis existant, cum Equis, Rebus, & aliis necessariis suis quibuscumque, absque aliquo impedimento, salvo & securè, per Terram, vel per Mare, in Regnum Regis Angliæ, ad Communicandum & Tractandum, Nobiscum, super Deliberatione Regis Scotiæ, veniendo, ibidem morando, & abinde versus partes Franciæ transeundo, ac in idem Regnum Regis, cum certis Armaturis, pro Personis suis Propriis, pro certis factis Armorum, reveniendo, ibidem morando, & abinde, ad eorum beneplacitum, sine aliqua Molestatione vel Arestatione Marquæ, Reprisaliæ, *&c. ut in hujusmodi Literis de Conductu.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xvi die Julii.

Per ipsum Regem.

dis,

* Et ad omnia alia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, * IX.41.

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid per Commissarios, Deputatos, & Nuncios nostros prædictos, Actum sive Gestum fuerit in Præmissis, & quolibet Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xix. die Julii.

Per ipsum Regem.

Super Firmaculo Regi Vendito.

Ann. D. 1413. *An.* 1. *H.* 5. *Pat.* 1. *H.* 5. *p.* 3. *m.* 34.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, dilectus & fidelis noster, *Johannes Oldecastell* Miles, Dominus de Cobham, ac, dilecti Nobis, *Ricardus Colfox* Armiger, *Thomas Berbour*, *Walterus Gayton*, & *Johannes Endrewe*, quoddam Firmaculum Nobis, pro certa magna Pecuniæ Summa, unde Quadringentæ Marcæ sibi adhuc remanent non solutæ, Vendiderunt,

Nos, pro prompta Solutione dictarum Quadringentarum Marcarum providere volentes, Volumus & Concessimus eisdem, *Johanni*, *Ricardo*, *Thomæ*, *Waltero*, & *Johanni*, quòd ipsi, de dictis Quadringentis Marcis, ad Receptam Scaccarii nostri, ad Festum Sancti Michaelis, quod erit in Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Quartodecimo, sine ulteriori dilatione, fideliter persolvantur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo die Julii.

Per ipsum Regem.

Pro Archiepiscopo Eborum.

Ann. D. 1413. *An.* 1. *H.* 5. *Franc.* 1. *H.* 5. *m.* 24.

REX, dilectis Clericis suis, Magistro *Radulpho Grenhurst* Legum Doctori, & Magistro *Richardo Holme* in Legibus Licentiato, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm in quodam Placito,

Inter *Henricum Bowet*, nuper Constabularium Civitatis nostræ Burdegaliæ, jam Archiepiscopum Eborum, & *Willielmum Farendon* Chivaler, coram nobis in Cancellaria nostra pendente,

Quædam Controversia, super quibusdam Conditionibus & Contractibus, inter ipsos factis, qui, apud Civitatem prædictam, ut asseritur, per Magistrum *Johannem Morehay*, nuper Locumtenentem ipsius nuper Constabularii, adimpleri debuerunt, nuper mota & exorta fuisset,

Nos,

Pro majori Declaratione Cognitionis ejusdem Materiæ certiorari volentes,

Ac de fidelitate & circumspectione vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus Vos, conjunctim, & divisim, ad *Robertum Basset*, *Richardum Skire*, *Henricum Longe*, *Johannem Wyghtman*, *Willielmum Danyell*, *Willielmum Smyth*, & *Richardum Payn*, in partibus Exteris commorantes (qui de Præmissis claram habent Notitiam, ut dicitur) coram Vobis venire faciendum, & ad eos per eorum Sacramenta, super Veritate Præmissorum dicendâ, diligenter Examinandum, necnon ad Nos, de toto Facto vestro, in hac parte, in Cancellariam nostram, tam oretenus, quàm sub Sigillis vestris, vel alterius vestrûm, distinctè & apertè, Certificandum;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter Intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem præfatis, *Roberto*, *Richardo*, *Henrico*, *Johanni*, *Willielmo*, *Willielmo* & *Richardo*, & omnibus aliis quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, & alteri vestrûm, in Executione Præmissorum, pareant & intendant, prout decet.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

* De

Ipsum Comitem Locum nostrum tenentem in dicto Ducatu nostro Aquitanniæ Constituimus, per præsentes, quamdiu nostræ placuerit voluntati;

Et ideò vobis & cuilibet vestrûm Injungimus & Mandamus quòd eidem *Comiti*, in omnibus, tanquam Locum nostrum tenenti ibidem, pareatis, respondeatis, & fideliter intendatis.

In cujus, &c.

Dat. sub Magni Sigilli Regis Testimonio apud *Westm.* xxii die Julii.

Per ipsum Regem.

De Potestate Locumtenentis Supradicti.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Vasc. 1. H. 5. m. 6.

LE Roy a tourz ceulx, qui cestes Lettres verront ou orront, Saluz.

Sachez que,

Come Nous eions, par noz autres Lettres Patentz, Constituit, nostre trescher uncle, *Thomas Beaufort Counte de Dorset*, nostre Lieutenant, en nostre Duchie de Guyene, tant come Nous plerra, Come en noz ditz Lettres est contenuz pluis a plein,

Nous,

Confiantz a plein de les Sen & Loialte du dit *Counte*,

Luy eions Ottroie & Commys, Ottroions & Commettons, par le Tenure d'icestes Præsentes, par l'assent de nostre Conseill, plein povoir & auctorite q'ensuent, C'estassavoir,

De Prendre & Resceevoir, en Noun de Nous & de nostre Auctorite, a nostre Pees, Grace, Obeissance, & Subjection, tourz lez Citees, Villes, Burghs, Chastelx, Forteresses, & Lieux des ditz Parties & autres, & leur Enhabitantz & Demurrantz queconques, & tourz noz Enemys & Rebeux, qui a nostre Grace, Pees, Obeissance, & Subjection, venir & retourner vorront,

Et d'Aquitter, Pardoner, & Remettre, a tourz maners de Gentz, que bon luy semblera, pur l'Onour & Profit de Nous, sibien Engloys, Irroys, Galoys, Escoitz, Franceois, Gascoigns, Guyeneyes, come de queconque autre Nation, touz maners de Cas, Crims, & de Lese Mageste, Roberies, Larcins, Homicides, Pileries, Murdres, Rapts, Forces, Trespasses, Exces, & touz autres Cas Criminous, faitz ou perpetrez el dit Duche en temps passe, ou a fairs luy esteant en le dit Office,

Et q'il puisse Oustier & outrement Repeller Banissementz & Exiles, & note de Diffame, q'ount estez, ou sount a present, Pronunciez, Publiez, ou Faitz encountre eux ou aucun d'eux,

Et aussi de Prendre & Rescevoir, pur & en Noun de Nous Homages, Sermentz, & Foialtes de tourz noz Liges celles Parties, sibien Prelatz, Nobles, come des Communes,

Et a eux Sermentz, acceustumez par noz Progenitours, & leur Lieutenantz, a eux estre faitz, pur & en Noun de Nous, & en nostre Alme Jurer, faire, & prester, & les mesmes Serementz garder & observer,

Et aussi q'il puisse faire Assembles de Gentz d'Armes, & d'autres Combatantz pur le fait de Guerre, soit il pur faire Chivaches, ou mettre Seges, Garder Villes, Chasteux, & Forteresses, come pur autre Chose, solon ceo que le Cas requera,

Et que les Gentz d'Armes & autres Combatantz suisditz soient Tenuz de Luy Obeier,

Et q'il puisse Assembler Prelatz, Nobles, & Communes, quaunt mester serra & bon luy semblera, pur avoir & prendre Avis & Counseill sur la Governance & Estat du Paiis, & pur Demander, Requerer, & avoir Eide de eux, a la Tuition & Garde du Paiis, sicome a faire serra,

Et aussi q'il puisse Graunter & Mettre Tallages & Impositions

* IX. 43. sur les * Gentz & Merchandises du dit Paiis, par Avis des Seigneurs & Communes, pur la Salvation, Tuition & Defension du Paiis, & mesmes les Tallages & Impositions faire Lever, Prendre & Rescevoir pur la Cause suisdite,

Et de Revoker & Repeller celles que Luy semblera estre countre nostre Honour & Profit, si nulles y soient,

Et aussi qu'il puisse, en Noun de Nous, Faire, Forger, & Batre Monoye d'Or & d'Argent, & Monoye noir de nostre Coigne, tourz les foitz que bon luy semblera, & de les faire avoir tielle Cours & Value come a luy semblera mieutz a Honour & Profit de Nous & de Paiis,

Et de Punir les Refusantz & Trespassours sicome le Cas requiert,

Et aussi de Remuer & Oustier tourz maners Officers & Ministres, de quell Estat ou Condition q'ils soient (exceptez lez Conestable & Mair de Burdeux, & ceux qui ount Estat en ascuns Offices par Patent soubz nostre Graund Seal) & de Mettre & Pouser autres suffisauntz en lour Lieux, tant de foitz que bon luy semblera,

Et aussi qu'il puisse Mettre Conseillers, pur la Governance du Paiis, tant & tielx come luy semblera mieulz, & a eux Ordener covenable Regard pur la dit Cause, & les Remuer & Chaunger quaunt bon luy semblera.

noz Revenuez, el dit Duche faitz as queconques Parsones, en queconque manere, saunz Cause autentik, qui ne sont pas Confermez par Nous,

Et q'il puisse Grauntier & Soeffrer que les Vins de haut Paiis du dit Duchee puissent venir & estre cariez a nostre Citee de Burdeux, paiant, par advis de nostre Conseill illœsques, certein Imposition en Aide & Supportation de la Guerre, & Salvation de Paiis, salvez les Privileges de Paiis, si nulles y soient au contraire,

Et qu'il puisse faire Collations, & Presenter ables Persones as Dignitees, Offices, & autres Benefices de Seint Esglise queconques Vacantz, ou que Vakeront en apres, sibien en Esglises Cathedralx & Collegiales, come autres queconques, si avant come a Nous appartiendra, & fair le devons pur le bon Governement des Benefices avaunt ditz,

Et aussi d'Abatre, par Avis de nostre Conseill illœsques, tous maners Forteresses que ne purront estre covenablement Tenuz, & en especiall les Forteresses a conquerre sur noz Rebeux illuesques, forspris les Forteresses de nostre Patrimonie,

Et d'Execreer ensement, en queiconque Lieu que nostre dit Lieutenant serra, en les ditz Parties, Justice de haut & bas & auxint mere & mixt Impire, Justifiantz toutz Rebelx & Proditours, sibien en tourz Causes Criminalx & Lesion de roial Mageste, come autrement, & auxint Proditions, Murdres, Rapts des Femmes, Defoulours de Seinte Esglise, Debrusours des Trieues ou Sauf Condutes, & autres Malefaisours queconques, de queconque estat ou Condition q'ils soient, selon ceo que le Cas ou le Trespas requert,

Promettantz Nous avoir & tenir ferme & Agreable quantque nostre dit Lieutenant en ferra par vertue & auctorite de Poair desuisditz:

Mandantz aussi & Commandantz a tourz les Prelats, Nobles, & Communialtees de Citees, Villes, Chasteux, Forteresses, & Lieux, & tourz noz Ministres, Officers, & autres noz Subgitz, de queiconque Estat, Condition, ou Degree q'ils soient, en les Parties avauntditz, sur la Forfaiture de quanque q'ils purront forfair devers Nous, qu'ils & chascune de eux Obeissent & Entendent diligentement au dit nostre Lieutenaunt, sicome a chascune de eux appartiendra, ou q'ils serront requitz par nostre dit Lieutenant & sez Commys & Deputees, en faisantz les Choses avauntditz & Chascune d'icelles.

Don. a nostre *Palois de Westm.* souz nostre Grand Seal le xxii. jour de Juillet.

Par le Roy

---

* *De Rege Scotiæ Constabulario Castri de Wyndsore liberando.* * IX. 44.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Claus. 1. H. 5. m. 22.

REX, Custodi Turris nostræ Londoniæ, vel ejus Locum tenenti ibidem, Salutem.

Mandamus vobis quòd *Regem Scotiæ*, & Magistrum *de Fitz* de Scotia, in Turri prædicta, sub Custodia vestra, de Mandato nostro detentos, Constabulario Castri nostri de Wyndesore, vel ejus Locumtenenti ibidem, sine dilatione Liberetis, in Castro prædicto salvò & securè, quousque pro eorum Deliberatione aliter duxerimus ordinandum, Custodiendis.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Tertio die Augusti.

Per ipsum Regem.

Pro Hortonk van Clux.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Pat. 1. H. 5. p. 3. m. 15.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes, carissimi Domini & Patris nostri, Domini *H. nuper Regis Angliæ*, factas in hæc verba,

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper, tempore quo, dilectus & fidelis Miles noster, *Hortonk Van Clux* erat Armiger, Concesserimus ei Quadraginta Libras, percipiendas, singulis annis, pro termino vitæ suæ, ad Scaccarium nostrum, prout in Literis nostris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

Nos, de gratiâ nostrâ speciali, & pro eo quòd idem *Hortonk*, quando ultimò eramus in Scotia, Ordinem suscepit Militarem, ad Ordinationem nostram, Concessimus, in auxilium Statûs sui manutenendi, Quadraginta Marcas de incremento, ultra dictas Quadraginta Libras, percipiendas, singulis Annis, pro termino Vitæ suæ, ad Scaccarium nostrum, ad Terminos Paschæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

nuit, ac pro eo quòd ipse dictas Literas nostras in Cancellaria nostra Restituit cancellandas, Concessimus ei Quinquaginta Libras, percipiendas Annuatim, de Firma Prioratûs de Pembroke alienigenæ in Wallia, in manibus nostris existentis, occasione Guerræ, inter nos & illos de Francia motæ, ad terminos Paschæ & sancti Michaelis, per æquales Portiones, per manus Receptorum Firmariorum, seu eorum Occupatorum Prioratûs prædicti, pro tempore existentium,

Habendas quam diu, durante vita prædicti *Hortonk*, Prioratus prædictus in manibus nostris extiterit ex causa supradicta, aliquâ Ordinatione in contrarium factâ, seu eo quòd hujusmodi Firmæ pro Expensis Hospitii nostri assignatæ existunt, aut eo, quòd præfatus *Hortonk* habet ex concessione nostra Quadraginta Marcas pro termino Vitæ suæ, in Scaccario prædicto, non obstante.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium*, xiii. die Novembris.

*IX. 45. * Nos autem, de Gratia nostra speciali, & pro bono Servitio Nobis, per præfatum *Hortonk* impenso & impendendo, Concessiones prædictas, ac omnia & singula in Literis prædictis contenta, Rata habentes & Grata, ea, pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, *Acceptamus*, *Approbamus*, & eidem *Hortonk*, Tenore Præsentium, *Concedimus* & *Confirmamus*, prout Literæ prædictæ rationabiliter testantur,

Item semper quòd idem *Hortonk*, pro Termino Vitæ suæ, cum aliquo alio, præterquam nobiscum, non Retineatur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Quarto die Augusti.

Per ipsum Regem & pro Decem Libris solutis in Hanaperio.

Commissio Duci Albaniæ, ad Tractandum.

Ann. D. 1413. *An. 1. H. 5. Ex Autogr.*

ROBERTUS, *Regis Scotiæ Filius*, *Dux Albanniæ*, *Comes de Fife & de Menteth*, ac Regni Scotiæ Gubernator, Omnibus, ad quorum Notitiam præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, circumspectione, & prudentia, dilectorum & fidelium nostrorum, *Patricii de Dunbar* de Bele Consanguinei nostri, *Willielmi de Hay* de Lochorwart, & *Willielmi de Borthwik*, Militum, plenius confidentes,

Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus, Facimusque, Constituimus, & per Præsentes Ordinamus, ex certa Scientia & Deliberatione Concilii, Ipsos, & eorum quemlibet, conjunctim, & divisim, nostros Deputatos, Commissarios & Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes eisdem, & eorum cuilibet, conjunctim, & divisim, nostram plenam Potestatem & speciale Mandatum, ad Conveniendum cum quibuscunque Commissariis seu Deputatis *Henrici Regis Angliæ*, Adversarii nostri, in Marchiis Regnorum Scotiæ & Angliæ, vel ibi prope, certis Diebus & Locis inter Ipsos concordandis,

Necnon ad Tractandum & Concordandum, cum eisdem Commissariis Adversarii nostri antedicti, de & super Treugis generalibus per Mare, particularibus per Terram, inter Nos & Regnum Scotiæ, & dictum Adversarium nostrum & Regnum Angliæ, ac Ligeos & Subditos utriusque Regni, capiendis & firmandis, talibus & tanto Tempore, prout dictis Commissariis nostris & dicti Adversarii nostri visum fuerit expedire, duraturis,

Ac omnia alia & singula Tractandi, Faciendi, & Concordandi, quæ circa præmissa seu eorum expeditionem debitam necessaria fuerint seu oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale,

Ratum & Gratum habentes & habituri quicquid dicti Commissarii nostri, seu eorum aliqui, vel aliquis, conjunctim, seu divisim, duxerint, seu duxerit in Præmissis Faciendum, seu aliquo Præmissorum.

Datum, sub Testimonio Magni Sigilli nostri, *apud Castrum nostrum de Doun. in Menteth*, Septimo die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Tertio Decimo, Et Gubernationis nostræ Octavo.

Sigillo Magno ceræ albæ, a cauda pergamenæ pendenti.

Literis.

Teste Rege apud *Wyndesore*, decimo octavo die Augusti.

Per ipsum Regem.

De Proclamatione contra Lollardos.

REX Majori & Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Ann. D. 1413. *An. 1. H. 5. Claus. 1. H. 5. m. 22. d.*

Quia datum est nobis intelligi quòd nonnulli Presbiteri, non ad hoc Privilegiati a jure, aut à loci Diœcesano Licentiati, seu permissi ab Ecclesia, qui de NOVA SECTA LOLLARDORUM esse dicuntur, in locis publicis, infra Civitatem prædictam, ac in Suburbiis & Vicinis locis ejusdem, ad Excitationem & Procurationem nonnullorum, qui in Fide Catholica & Determinatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, malè sapiunt, propriâ temeritate, contra Jura & Ordinationes Ecclesiæ prædicârunt (quin potius prophanârunt) Verbum Dei, seu saltem, sub Prædicationis colore, ad seminandum Discordiam in Populo nostro, ac Semen pestiferum *Lollarariæ* & *Malæ Doctrinæ*, more Prædicatorum, se inibi erexerunt,

Nonnullique de Populo dictæ Civitatis nostræ & locorum Vicinorum, sub colore Audiendi Prædicationes hujusmodi, ad Loca ipsa convenerunt, & se congregârunt in Multitudine gravi, propter quod Murmura & Seditiones in dicto Populo nostro Surrexerunt in parte, & verisimiliter surgent, ad Turbationem & Læsionem non modicam Pacis nostræ, nisi Congregationibus & Conventiculis hujusmodi destruendis Remedium citiùs apponatur,

Nos,

Pro tuenda præsertim Fide Catholica, ac Juribus, & Ordinationibus Ecclesiæ, Paceque nostra Conservandis, cupientes providere,

Vobis Mandamus quod in singulis locis, infra Civitatem nostram prædictam, & Suburbia ejusdem, ubi meliùs expedire videritis, publicè Proclamari faciatis,

Nè aliqui Capellani, cujuscumque Gradûs, Statûs, aut Conditionis existant, hujusmodi Opiniones, *Hæresim* sive *Errorem*, contra Determinationem Sanctæ Matris Ecclesiæ, ut præfertur, repugnantes, de cætero Teneant, Foveant, Dogmatizent, Prædicent, aut Defendant,

Nec aliqui alii Ligei seu Subditi nostri eisdem, in hac parte, Adhæreant, Assistant, Consilium vel Auxilium sibi Præbeant, sub Pœna Imprisonamenti Corporum suorum, & Forisfactura omnium Bonorum & Catallorum suorum ad voluntatem nostram,

Vobis insuper Præcipimus firmiter Injungentes quod, si aliquos hujusmodi Capellanos, contra formam prædictam Prædicantes aut Dogmatizantes, publicè vel occultè, aut aliquos alios Ligeos seu Subditos nostros Conventiculas seu Congregationes facientes, aut eosdem Capellanos Receptantes, aut de Præmissis verisimiliter seu vehementer Suspectos, aut Capellanis hujusmodi vel aliis in hac parte aliqualiter Confluentes, Faventes, vel Auxiliantes, infra Ballivam vestram de cætero invenire poteritis, tunc eos sine dilatione Arestetis, & Prisonæ Committatis, in eadem moraturos quousque Mandatis loci Diœcesani, in cujus Diœcesi Prædicaverint, Obedierint, & Vobis inde per eundem Diœcesanum fuerit certificatum,

Et quòd etiam, in Locis prædictis, ex parte nostra, publicè proclamari faciatis ne aliquis Capellanus hujusmodi, contra Constitutiones Provinciales Promulgatas, sine Licentia Diœcesani petita & litteratoriè optenta, præsumat imposterùm Prædicare,

Et quod nullus Ligeorum nostrorum eosdem Capellanos, sic Prædicantes, de cætero audiat, nec hujusmodi Prædicationibus, quovis quæsito colore, intersit seu interesse præsumat, sub Pœna & forisfactura prædictis,

Et quòd Omnes & singuli Ligei & Subditi nostri, Civitatis & Suburbiorum prædictorum, Vobis & cuilibet vestrûm, in Executione Præmissorum, sub Pœna Imprisonamenti, obediant, pareant, & intendant.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxi. die Augusti.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam, ac Cancellario Comitatus Palatini Lancastriæ, sub eadem Data.

De

[illegible],

Nos,

Indempnitati nostræ, ac Civitatis & Inhabitantium ejusdem, in hac parte, prospicere volentes, ut tenemur,

Assignavimus vos, ad vos, aut Tres, seu Duos vestrûm, versus Fortalicium prædictum personaliter divertendum, & ad Fortalitium illud, si per Discretiones vestras, aut Trium, vel Duorum vestrûm illud, absque Licentia Regia, & in Dampnum Ligeorum nostrorum Civitatis prædictæ, ac ejusdem Civitatis Destructionis periculum, Constructum & Ædificatum existere invenire poteritis, sine dilatione Prosternendum seu prosterni faciendum;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Servientibus, ac aliis Officiariis & Ministris nostris, Ducatûs nostri Aquitanniæ, necnon aliis Ligeis & Subditis nostris, in eodem Ducatu, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, Tribus, & Duobus vestrûm, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo tertio die Augusti.

Per ipsum Regem.

De Proclamatione, pro Securitate Navigii.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Claus. 1. H. 5. m. 17. dors.

REX, Admirallo suo Angliæ, vel ejus Locumtenenti, Salutem.

Quia diversi Inimici nostri supra Mare, cum diversis Navibus, & non modica Armata Potentia, ad Mala quæ poterunt Ligeis nostris, & saltem pro præsenti Vendagio transituris, existunt, & plures infra breve existere satagunt & proponunt, ut accepimus,

Et volentes proinde, pro Salvatione & majori Securitate, tam dictorum Ligeorum nostrorum, quàm Navigii nostri, contra Malitiam Inimicorum prædictorum, in quantum possimus, providere,

Vobis Mandamus, districtiùs quo possimus Injungentes, quòd, in singulis Portubus Maris Regni nostri Angliæ, & aliis Locis ubi magis expediens fuerit & necesse, ex parte nostra, publicè proclamari & inhiberi faciatis,

Ne quis Ligeorum nostrorum, cujuscumque Statûs vel Conditionis fuerit, versus partes Aquitaniæ, pro præsenti Vendagio, cum aliquibus Vasis vel Navibus, dispersim vel separatim, set tantummodo cum aliis Navibus, in sufficienti Numero & Potentiâ adunatis & constitutis, sub Forisfactura Navium, Vinorum, Mercandisarum, & Bonorum suorum, se transferat, seu exinde, nisi in forma prædicta, redeat seu redire præsumat ullo modo ex causa supradicta.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Augusti.

Per ipsum Regem.

---

*IX. 48. * *Pro Comite de Douglas de partibus Franciæ in Angliam venturo.*

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Scot. 1. H. 5. m. 4.

REX, per Literas suas Patentes, usque Quintum decimum diem Novembris proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Archibaldum Comitem de Douglas*, cum Quadraginta Personis in Comitiva sua, Equestribus vel Pedestribus, per Terram usque Villam Regis Calesii veniendo, & exindè infra Quinque Portus Regis applicando, ac deindè penes Præsentiam Regis, ubicumque fuerit in Regno suo Angliæ, cum Equis, Hernesiis, Balnis, Manticis, Bouges, Robis, Auro, Argento, Vasis, Jocalibus, ac aliis Bonis suis quibuscumque, veniendo, & exinde versus partes Flandriæ seu Regnum Franciæ, per dictam Villam Regis Calesii, redeundo,

Nolens idem Rex quòd idem Comes seu Personæ prædictæ, ratione alicujus Marquæ, Contromarquæ, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Augusti.

Per ipsum Regem.

Pro Comite de Boghan, super Deliberatione Magistri de Fife.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Ibid. m. 3.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Natalis Domini proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Johannem Steward Comitem de Boghan* in ejusdem Ducis, in Regnum Regis Angliæ cum ...

Servientibus suis, ac Octo Equis suis veniendo, per idem tempus duraturas.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

Pro quibusdam de Scotia, certis de Causis, in Angliam venturis.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Ibid. m. 4.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Purificationis Beatæ Mariæ proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Walterum Episcopum Brechinensem*, *Willielmum Dominum de Graham*, & *Robertum de Lany* Præpositum Ecclesiæ Sancti Andreæ, conjunctim, & divisim, cum Quadraginta Personis in Comitiva sua, in Regnum Regis Angliæ, ad Præsentiam Regis, certis de Causis, Pedestribus vel Equestribus, veniendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, ac Equos, Res, Bona, & Hernesia sua, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Septembris.

Per ipsum Regem.

---

* *Pro Jacobo de Hamilton, & aliis de Scotia.* *IX. 49.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Scot. 1. H. 5. m. 3.

REX, per Literas suas Patentes, à Festo Sancti Michaelis proximò futuro, usque Festum Sancti Michaelis extunc proximò sequens duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Jacobum de Hamilton*, & *David de Hamilton* Fratrem ejus, & *David de Glasforth* de Scotia, in Regnum Regis Angliæ, cum Octo Famulis & Octo Equis suis, usque Castrum de Cathorp in Comitatu Lincolniæ, salvò & securè, conjunctim vel divisim, Tribus Vicibus, veniendo, ibidem morando, & abinde versus partes proprias tantis vicibus redeundo, necnon Res, Bona, & Hernesia sua quæcumque, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, sexto die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Equis pro Cariagio Gunnorum Regis capiendis.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Pat. 1. H. 5. p. 3. m. 19.

REX, Dilectis sibi, *Johanni Sprong* Armigero, & *Johanni Louth* Clerico, Salutem.

Sciatis quòd Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad tot Equos, Boves, Plaustra, & Carectas, quot pro Cariagio certorum Gunnorum nostrorum, ac aliarum Rerum pro eisdem Gunnis necessariarum, à Villa Bristolliæ usque Civitatem nostram Londoniæ, indiguerint, tam infra Libertates, quàm extra (Feodo Ecclesiæ dumtaxat excepto) pro Denariis nostris, in hac parte rationabiliter solvendis, Capiendum & Providendum;

Et ideò vobis Mandamus quod circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis nostris, tam infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quod vobis, & alteri vestrûm, in Præmissis faciendis & exequendis, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Septembris.

De Urbe Romana, per Regem Neapolitanum occupata.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Ex autogr.

JOhannes *Episcopus*, *Servus Servorum Dei*, carissimo in Christo Filio, *Henrico Regi Angliæ Illustri*, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Utinam, carissime Fili, voces Populi, per tuum Regnum diffusæ, de Gravissimo Casu Romanæ Urbis, per illum Æmulum & Rebellem nostrum, ausu Sacrilego & Proditorio occupatæ, quemadmodum tua Serenitas optat, falsò potiùs Rumore, quam vero, per tuum Regnum diffusæ fuissent! sed certè, quod non sine dolore referimus, nimium vera sunt: ut per alias nostras Litteras, quas posteà destinavimus, credimus eidem Serenitati tuæ ad plenum innotuisse.

Profectò enim, carissime fili, vehementer dolendum est, & ab intimis visceribus ingemiscendum, de tantâ Improbitate & Fallacia Malignorum.

Quis enim putaret tantam perversitatem & impudentiam in aliquo, nedum Rege, sed quocumque Homine, reperiri potuisse, ut

Nulla est enim Res, in qua cum tanta laude apud Deum & Homines Pietas bonorum Principum elucescere possit;

Super quibus mittimus citò vel Legatum, vel Oratores nostros, qui Serenitatem tuam seriosiùs informabunt.

Dat. aqud *Sanctum Antonium extra Muros Florentinos*, 2. Non. Septembris, Pontificatûs nostri Anno Quarto.

De Restitutione Temporalium.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Pat. 1. H. 5. p. 3. m. 16.

REX, Escaetori suo in Comitatibus Norffolciæ & Suffolciæ, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, *Papa modernus*, nuper, vacante Ecclesiâ Norwicensi, Ordinis Sancti Benedicti, per Mortem, bonæ memoriæ, *Alexandri nuper Episcopi* Loci prædicti, Venerabilem Virum, *Ricardum Electum Norwicensem*, nuper Decanum Ecclesiæ Wellensis, in Sacerdotio constitutum, eidem Ecclesiæ Norwici providerit, ipsumque in Episcopum Loci illius præfecerit & Pastorem,

Sicut per Literas Bullatas ipsius Domini Summi Pontificis, nobis indè directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Episcopus* omnibus & singulis verbis, in dictis Literis contentis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, coram Nobis palàm & expresse Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem ipsius *Episcopi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò tibi Præcipimus quòd eidem *Episcopo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, liberes in forma prædicta; salvo jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, undecimo die Septembris.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, sub eâdem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Essex.
Escaetori Regis in Com. Midd.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Tractando pro Financiis Domini de Heyle & aliorum Prisonariorum.

Ann. D. 1413. An. 1. H 5. Franc. 1. H 5. m. 22.

REX, dilecto sibi, *Johanni Radeclyf* Armigero, Salutem. Scias quòd,

Cùm, ut accepimus, *Dominus de Heyle*, ac quamplures alii, Inimici & Rebelles nostri, in Comitivâ suâ, Prisonarii, per *Johannem Blount* Chivaler, ac alios Ligeos & Subditos nostros, in partibus transmarinis, jam tardè de Guerra capti fuissent,

Nos (de fidelite & circumspectione tuis pleniùs confidentes) Assignavimus Te, ad te versus partes prædictas, cum omni festinatione qua poteris, personaliter divertendum, & cum eisdem Ligeis & Subditis nostris, qui Prisonarios prædictos sic ceperunt, & eos sub Custodia sua adhuc habeant, pro Redemptione & Financia eorumdem Prisonariorum, nomine nostro Tractandum, & cum eis rationabiliter Concordandum,

Ac ad eosdem Prisonarios,

Satisfacto priùs per Te eisdem Ligeis & Subditis nostris, sive saltem cum eis rationabiliter Concordato, de hujusmodi Redemptione & Financia suis,

• IX. 51. * Nobis in regnum nostrum Angliæ, sine dilatione salvò & securè Ducendum seu duci faciendum,

Promittentes Nos Ratum & Gratum habituros quicquid, nomine nostro, feceris in Præmissis;

Et ideò tibi Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter intendas, & ea facias & exequaris in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Officiariis & Ministris nostris, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd tibi in executione Præmissorum, Consulentes sint & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Wyndesore* decimo octavo die Septembris.

Per ipsum Regem.

magnitudine, Memorandum, nostro in Regno, præcipuè in Parisiensi Urbe, quæ Regni nostri Caput & Principalis Sedes est, nuper exortum, efficax nempe plurimum acerrimis Seditionum & Factionum Ignobilis & Mecanici Vulgi Turbinibus, ubicunque viguerint toto Orbe, pacandis.

Sed cùm minime simus ignari velut fama, tam Pravi Fictique tenax, quàm Nuncia veri, vagetur, atque Hominum Sermones Scriptaque, prout quisque suis affectuum Morbis ægrotat, præter veritatem, ubique ferantur, ac diversi in eisdem Gestis, præsertim in Dissensionum Conspirationumque Materiâ, diversa loquantur, dubitamus nè Tûrbinis & Pacationis hujusmodi res aliter quàm contigerit, quæve sunt honestè & laudabiliter facta pro Factis inhonestè & vituperabiliter, ac e converso multifariam & multis in Regionibus, referantur siquidem & credantur;

Quâ de re Nos & nostra, Regnique nostri præsens Gubernatio perlaudabilis & honesta, non modo Dedecore & Ignominiâ denigrari, sed etiam multis aliis Cladibus & Incommodis posset multipliciter perturbari, necnon externæ Respublicæ in insanos credulitatis & affectationum Errores, & Consequentias, Motus, Facinora, & Calamitates incurrere gravissimos & ingentes:

Igitur & pro tantis commodis percipiendis, & incommodis fugiendis, operæ Pretium esse plurimumque expedire pro Republicâ, non modo nostrâ Regnique nostri, sed cæterorum Regum, Principum, Patriarumque, censemus hujusmodi Tempestatem & Seditionem publicè & per omnes Christianorum Oras juxta meram pandere veritatem.

OMNIBUS ITAQUE VERISSIME ET CERTITUDINALITER INNÔTESCAT quod, dùm Nos, & Nobiscum, carissimi & dilectissimi nostri, *Regina Consors*, *Ludovicus Dux Aquitaniæ* Primogenitus, & *Dux Bituricensis* Patruus, ac aliquot alii nostræ Regiæ Prosapiæ, Comitati quidem cæteris Consiliariis, Nobilibus, & Servitoribus nostris, uti consueveramus, in nostra Principali Urbe Parisius Moram personaliter traheremus, non sine tamen hæsitatione & periculo Furorum & Tumultuum insani Vulgi, per multa nobis non ignota Argumenta & Signa præambula futurorum,

Utpote per ejus diversis lòcis Conspirationes, Concilia, Conventicula, & Congregationes occultas, per portarum Urbis custodias Vigiles, tam diurnas, quàm nocturnas, Excubiasque clandestinas & apertas, quibus tunc properè commodeque per Nos non poterat obviari,

* Ecce! die vigesimâ octavâ Aprilis, proximè retroacti, numerosa valde Insanientis & Mechanici Vulgi Multitudo, omnes tanquam ad patrandum Bellum Armati, in unamque Factionem insimul conjurati, contra Majestatis nostræ decus & dignitatem violentissimè & tanquam hostiliter insurrexit, Ambitionis, cupiditatis, & invidiæ rabie, ad Gubernandum Nos, nostramque Regiam, & Regnum, perniciosissimâ libidine furibundi, • IX. 52.

Nam semper in Civitate quibus Opes nullæ sunt Bonis invident, Malos extollunt, Vetera odere, Nova exoptant, Odio suarum Rerum omnia mutari & misceri student, Turbæ & Seditiones sine cura aluntur.

Hujus autem Tumultûs & Factionis Principales & Ductores in fine præsentium Literarum, propter multum eorum numerum, distulimus nominandos,

Confestim illi, sic hostiliter & in Armis accincti, Nobis insciis, juxta nostrum Hospitium, Ecclesiæ Sancti Pauli Parisius contiguum, terrifico cum Strepitu transeundo, ad prælibati Primogeniti nostri Domum continuis gressibus perrexere, illam per vim ingredi molientes irremediabiliter & volentes,

Fractis igitur Januis, præter ipsius Primogeniti nostri voluntatem, districtissimumque Mandatum, ac illius Servitorum & Gentium Aulicarum, suam Curiam violenter ingressi, Cubicularem ejus Thalami adimere, tunc ibi violenter & de facto, Consobrinum nostrum perdilectum, *Ducem Barensem*, ac simul Cancellarium tunc ipsius Primogeniti nostri, pluresque alios Nobiles nostros, ipsiusque Cambellanos, Consiliarios carissimos & fideles, in Oculis ipsius Primogeniti nostri captos, & quo voluere non ductos quidem sed tractos, diversis in Carceribus privatis ad eorum libitum incluserunt, inclusosque custodierunt, & custodiri fecerunt quamdiu potuere.

Cujus tunc animi, quantæ perturbationis, Primogenitum nostrum fuisse credatur? nempe tantâ inde fuit displicentiâ, tantâque vexatione perculsus, quòd gravissimæ ægritudinis periculo laboravit,

Postridiè vero, in eorum perfido & iniquo Proposito & Impetu pertinaciter perseverantes, ad Nos in prædicto nostro Hospitio Sancti Pauli venerunt; ubi, à nobis Audientiam extorquentes, propo-

guinis propinquitate conjunctæ, in ejus præsentiâ, ipsâque prorsus invitâ, Captivas velut alios & in Carceres abduxere; inde quidem tantus Pavor, tantaque perturbatio ipsam nostram Conthoralem invasit, quòd fuit Mortis vel acerrimæ Infirmitatis in evidenti discrimine constituta.

Cæterum inhumanissimam Crudelitatem illorum in Captivos ipsos attendite; nam adversus ipsos de facto, & ad eorum libidinem, contra omne Jus Fasque, per acerbissimos sub Eculeo Cruciatus, nimis impiè & sævissimè processerunt; plerosque verò Nobilis Sanguinis insignisque Status in Carceribus inhumanissimè peremerunt; publicando deinde mendacissimè illos fuisse à semetipsis Occisos: Quorum Cadavera dehinc ad publicum Patibulum, sub nequissimo & fictissimo colore justitiæ, fecerunt adduci, ibique suspendi: Nonnullos insuper submersere vivos & exanimârunt fluvialibus undis: alios eorum privatis Carceribus vario Mortis genere mactârunt, mactarique fecerunt:

Præterea Dominas & Domicellas antedictas inhumanè admodùm & crudeliter pertractârunt, Muliebri fragilitate parùm attentâ, quamquam pluries sed frustra, tam nostrâ parte, quàm aliàs, moniti instantissime Requisitique fuissent ut pati vellent Captivis prædictis viam patere Justitiæ, quòdque celeberrima Curia, & Justitia nostra Parliamenta nuncupata, hujusmodi Captivorum, prout juris est, cognitionem haberet.

Sed quàm amara Vitiosis & malè viventibus sunt præcepta Justitiæ! Ipsi nunquam hujusmodi Monitis & Requisitionibus obtemperare nec consentire voluerunt, quinymo, eorum Scelera multi-
*IX. 53. plicantes, quasdam sub nostro nomine * Patentes Literas pro eorum libito fecere conscribi, atque violenter nostro Magno Sigillo in Cancellariâ Regiâ Sigillari, Cogentes Nos & præfatum Primogenitum nostrum illas utriusque nostrûm manuali Signo signare, atque eorum omnia Facinora hæc nefaria comprobare.

Præterea quia ipse, qui tunc erat Cancellarius, ipsis nimis difficilis videbatur, illum quidem (nomine *Reginaldum de Corbexa Militem*) virum nempe perstrenuum & fidelem nobis per Annos plurimos & continuò Servitorem, minis & compulsionibus letalibus suo Cancellariæ Officio dejecerunt, ac ejus loco quendam alium, eorum gratum & facilem Factioni (nomine *Eustachium Delastro*) fecere creari, quo (scilicet) Cancellarium juxta eorum cupiditatem haberent morigerum quibusvis eorum Litteris sigillandis,

Sed substantiam continentiæ Literarum prædictarum, quas, uti prædiximus, violenter confici, sigillari, & signari fecerunt, Audite; Nam Literis ipsis affirmabatur, contra omnimodam veritatem, prædicta omnia eorum detestabilissima Facinora voluntate & ordinatione nostrâ præfatique Primogeniti nostri facta fuisse, ac pro nostro Regnique nostri ingenti commodo atque Profectu.

Hujusmodi confictas, falsas, & extortas Literas, ad plures diversasque Patrias, Civitates, & Villas, tam Regni nostri, quàm alias, ubicunque illis expedire visum fuit, transmiserunt siquidem & sparserunt, ad eorum tot & tanta Scelera, per tales Literas, pro benè factis laudabiliter coloranda.

Cæterum, non hæc Crimina, tùm Enormia, sed alia quoque, valdè detestabilia, perpetrârunt, tendentes quidem, per omne nefas, eradicandis & abolendis Regni hujus Nobilitate & Clero, ac honestis Civibus & Mercatoribus depredendis; ad finem, scilicet, Prædominandi & Gubernandi totum Regnum nostrum juxta eorum Libidinem sceleratam, ac alios Populares Regni secum & ad eorum iniquissimam Intentionem & diabolicum Propositum attrahendi

Actum erat ferè de Salute & Gloria hujus Regni, atque omnia Divina Humanaque in Ruinam præcipitem cecidissent, tam numerosa & multa erat illorum Factio, tam prava nefariaque voluntas, tantus Conspiratorum Favor, tantusque Concursus, nisi maturè Divini gratia Spiritûs aspirâsset.

Hic enim excitavit Animos & Spiritus nostrorum Agnatorum, Amicorum, & Subditorum, necnon Filiæ nostræ Universitatis Studii, ac notabilium Burgensium & Civium nostræ Urbis Parisiæ, ad Scutum & Arma, contra perniciosissimam & vilissimam Factionem hujusmodi, capescenda.

Quid autem illi laude dignum, quid strenuum, quid efficax agitârint, quæritis tanto Factionis & Conjurationis furori pacando?

Sanè propinqui nostri, Principes & Amici Stirpis nostræ Regalis, tum extra Parisius, tantorum Tumultuum hæsitatione, degentes, simul cum cæteris Baronibus, Magnatibus, & Athletis Regni, foris in Confœderatione unanimi & potentissima convenêre:

Intus autem (id est Parisius) eodem tempore Universitas jam dicta Studii, unaque Cives & Burgenses Parisei, præstantes & Egregii, præviis Colloquiis secretis, & ceteris Remediis opportunis, in immensam & solidis spectabilem Armis sese universè Phalangem, PACEM, PACEM, unâ voce clamantes, quam quidem, antea contractam solenniter & juratam, prememorata Factio tartarea & mechanica fugiebat modis omnibus & turbabat,

Sic igitur conglobati prælibatum *Primogenitum nostrum Aquitaniæ, Patruumque Bituriæ, Duces*, in Urbe ipsa, tanquam nosmet-

[...] *Ducem Barri* Consanguineum, & *Ducem in Bavaria* Fratrem nostrum] è Vinculis & Carceribus emiserunt.

Posthæc, occupatis nostro nomine Castris & Arcibus Urbis, per Principales * Urbis Vicos progressi sunt in Magnificâ & Armatâ Potentiâ, nullum aliqualiter offendendo.

Cæterum hâc inopinâ & subitâ tot honestorum & egregiorum Civium & Burgensium Congregatione Sceleratorum ipsa Factio perterrita, ac sese suo maligno Proposito & iniquissimâ intentione percipientes fundìtùs decidisse, necnon conscientia tantorum Scelerum suorum in eorum viris periclitationi maximæ subjicere censentes, tanquam nostræ Gratiæ & Misericordiæ desperantes, ex Urbe perceleriter, quibuscunque potuere viis & remediis, aufugerunt ad alienas Patrias & longinquas: haud omnes tamen fugæ Remedio evadere potuerunt; nam nonnulli capti fuerunt, & corporeæ Mortis meritâ Pœnâ mulctati; In cætero autem, tam Fugitivos, quàm Captivos, proceditur & procedetur prout Justitiæ & Juris ordo requirit.

Cæterum, post aliquot dies, antedicti omnes nostræ Principes Prosapiæ nostram ad Præsentiam accessere, scilicet, Carissimi & Dilectissimi nostri, *Rex Siciliæ*, Consanguineus *Dux Aurelianensis* Gener & Nepos, *Dux Borbonii*, *Comes Alenconii*, Consanguinei, *Comes Virtutum* Nepos, *Dominus de Lebreto* Connestabularius, *Comites de Augo*, *de Drocis monte*, *de Tancarvilla*, Consanguinei nostri, Principes quidem Magnifici admodum & Præclari, qui dudùm, causâ nefandarum Tempestatum & Tumultuum prædictorum, nostro Regali conspectu nostrâque desideratissimâ visione & comitivâ amarissimè caruerant; inter Nos igitur & illos mutuarum visionum maximo desiderio ingens festivitas & gaudium intercessit.

Postea verò hæc nostra Civitas Parisea reliquumque Regnum nostrum in Tranquillitate & Pace optimâ quieverunt, atque, Deo dante, velut autumamus, firmiter & confidimus requiescent; nam præfatorum nostrorum Regalium Propinquorum, necnon Universitatis Juridicialis Curiæ Parliamenti Civium & Burgensium Pariseorum, fidissimo Consilio, & efficacissimâ ope, prævio tamen Divinæ gratiæ Suffragio, deinceps Regnum nostrum in integerrimâ Justitiâ, Pace, Concordiâ, Tranquillitate & Magnificentiâ, prout nostram decuerit Regiam Majestatem, decernimus & confidimus gubernare.

Denique, ut Conclusionem nostri Propositi faciamus, quemadmodum alios aliis Literis Reges, Principes, Antistites, Dominos, Comites, Barones, Civitates, Patrias, Amicos, Benivolos, & Confœderatos nostros, sic vos quoque, SERENISSIME PRINCEPS ET CONSANGUINEE NOSTER CARISSIME, præsentibus amicissimo cordis affectu precamur, quatinus quibuscunque Literis, Relationibus, Sermonibus, & Rumoribus, factis & faciendis in contrarium quovismodo prædictorum, nec fidem nec aures credulas velitis aliqualiter adhibere,

Quodque omnem præsentium Literarum Tenorem & Seriem teneatis, absque ulla prorsus hæsitatione, verissimam & credatis; quippe cùm solennissimè & consultissimè in nostro magno Concilio, ex Deliberatione, Auctoritate, & Consensu præfatorum nostrorum Principum Regalium, plurimorumque Prælatorum, Magnatum, Baronum, Theologorum, Militum, Legum Doctorum, Sapientum, tam nostri Concilii, quàm Universitatis Studii supradicti, necnon Civium & Burgensium Pariseorum, accuratissimè & perfectissimè sub merâ veritate conscriptæ sint siquidem & contextæ.

Quoniam verò hujusmodi factiosorum & nefariorum Hominum, suorumque Complicium, Fautorum, & Adhærentium diversi, diversas in Patrias, tam Nostras, quàm Alienigenas, diffugerunt, ubicumque visi, cogniti, & reperti fuerint, Capi & Incarcerari facere, & Puniri velitis, tanquam Homicidas & Proditores ac Rebelles nostræ Regiæ Majestatis, eorumque Regis & summi Domini Naturalis, ac sontes Criminis Læsæ Majestatis, vel illos nobis in Urbem nostram Parisiensem sub tutâ & fidâ mittere custodiâ puniendos, per talem tamque apertam publicamque Justitiam, qualem exigunt tanti casus; quo, scilicet, cæteri inde Exemplum eliciant salutare, tam detestabilibus & infandis Sceleribus, & Facinoribus, nullatenus perpetrandis.

Super hoc tandem taliter peragentes quòd contenti nostrum, uti precamur & requirimus, consequamur intentum, quodque Nos pro tanta Gratificatione vobis ad Gratiarum maxima Rependia teneamur.

Præterea easdem Præsentes Litteras solenniter in sono Tubæ, publicâ & altâ voce, omnibus Locis & Compitis consuetis, per omnes vestras Civitates, Oppida, Villas, & Castra proclamari & publicari solenniter quæsumus faciatis; necnon ipsarum Copiam, sub autentiquo Sigillo testimonioque plenè & verè transcriptam, Foribus Ecclesiarum Patenter * affigi, ut latiùs illarum continentia *IX. 55.
sit omnibus manifesta, neve quisquam sub falsâ Ignorantiæ umbrâ se valeat excusare.

Nomina autem crudelissimorum Principalium hujusmodi Factionis continuò subsequuntur;

Elion

Guillielmus Barrau & *Margarita* ejus Uxor,
Andreas le Reussel,
Johannes Guerni,
Garnotus de Saint Ton,
Johannes Pimoriny,
Jacobus Lamban,
Guillielmus Gente,
Johannes Parent,
Jacobus de Saint Laurens;
Jacobus de Roven,
Martinus de amulle,
Martinus de Solommuert,
Magistri, *Toussains Baiart*,
Johannes Rapius,
Huguetus de Verdun,
Laurentius Calot,
Thomas Legonant,
Johannes Dubois Auren.
Symonnetus Robillart,
Stephanus Lombart,
David du Consell,
Johann. Lorillart dictus *Merley*,
Petrus Tillart,
Johannes Maille,
Anthonius Forest,
Legerius Polus,
Johannes Errant,
Et quidem alter vocatus *Errant* Scolaris ejus Frater,
Guillielmus Baillet,
Johannes Escobert,
Rousselotus le Bateiller,
Yvonnetus Lailler,
Symonnetus Lenglois,
Et *Franciscus Lorfeure.*

In quorum omnium fidem & testimonium Præmissorum Præsentibus Litteris nostrum fecimus appendi Sigillum.

Datum *Parisius*, die decimâ octavâ Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, decimo tertio, Regni verò nostri Trigesimo quarto.

Per Regem in suo Concilio.

In quo,
Rex Siciliæ:
Domini,
Bituricen.
Aurelianen.
Bourbonii,
Et *Barcensis*,
Duces:
Alenconii,
Virtutum,
Augi,
Richemontis,
Comites:
Dominus Constabularius,
Domes Tancarvos Magnus Magister Domûs:
Senonen.
Bituricen.
Archiepiscopi:
Andreguaven.
Noviomen.
Et *Melden.*
Episcopi;

Aquitaniæ & Alenconii Cancellarii;

Necnon quamplures alii Magnates, Barones, Conciliarii, Cambellani, & multi alii erant.

Gontier.

•IX. 56. ## * *Trenga cum Ambaxiatoribus Franciæ concordata.*

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 20.

NOS *Henricus*, Permissione divinâ, Menevensis Episcopus, *Willielmus Dominus la Zouche* Locumtenens Calesii, & *Richardus Holme* in utroque Jure Licentiatus,

Ambassiatores, Nuncii, & Commissarii Domini nostri Regis, & per ipsum specialiter deputati ad Conveniendum, in Marchiis sive Partibus Picardiæ, cum Ambassiatoribus, Nunciis, Commissariis, & Deputatis quibuscumque, Potestatem sufficientem habentibus, pro parte Franciæ, de & super Nonnullis arduis Caussis, Negotiis, & Materiis, Bonum, Honorem, & Commodum utriusque Regnorum (Angliæ, videlicet, & Franciæ) concernentibus,

Universis, præsentes Literas inspecturis pariter & audituris, Salutem.

Notum facimus quòd,

Cùm nuper (intrante, scilicet, Mense Augusti ultimo lapso) ad partes has Accesserimus, Pluriesque postmodùm & vicibus iteratis, unà cum, reverendo in Christo Patre, Domino *Johanne*, Dei gratiâ, *Episcopo Tornacensi*, Egregio & potenti viro, *Johanne Domino de Croyaco* Milite, Magno Buticulario Franciæ, Magistro *Radulpho Majoris* Præposito Ecclesiæ Sancti Donaciani Brugensi, & Magistro *Johanne Huonis* Archidiacono Avalonensi, Ambaxiatoribus pro parte Franciæ, qui à tempore prænotato & pro eisdem Causis venerant Boloniam, cum sufficienti Potestate ad Præmissa, personaliter Convenerimus in Ecclesia sive Capella de Lieolyngham, tamquam loco aliàs in similibus consueto, ibidemque fuerit, inter Prænotatos Ambassiatores Partis Franciæ & Nos, de & super multis & variis Materiis, tam quorumdam Attemptatorum Reparatoribus, quam aliis multiplicibus, quæ ad Pacem & Tranquillitatem dictorum Regnorum disponi & conferre posse credebantur, prolocutum diutiùs & collatum,

Tandem tamen,

Quia Præmissa longiorem & maturiorem Deliberationem, Dilationem, & Tractatum exigere videbantur, ex eo quòd super his erant Confœderati Partis utriusque primitùs consulendi,

rio nostro de Francia,

Et ob hanc Causam mittimus, de præsenti, versus partes Picardiæ, Venerabilem Patrem, *Henricum Episcopum Menevensem*, &, carissimos Consanguineos nostros, *Richardum Comitem Warwicæ*, & *Willielmum Dominum la Zouche* Locumtenentem Villæ nostræ Calesii, ac, dilectum & fidelem nostrum, *Henricum Dominum le Scrop*, necnon, dilectos Clericos nostros, Magistrum *Johannem Grenehurst* Legum Doctorem Prothonotarium nostrum, & Magistrum *Richardum Holme* in Legibus Licentiatum Canonicum Eborum,

De quorum fidelitate, discretione, & industria plenius confidentes,

Ipsis Sex, Quinque, Quatuor, vel Tribus eorumdem, Dedimus, Concessimus, & Commisimus, ac Damus, Concedimus, & Committimus, per Præsentes, sufficientem Auctoritatem, plenamque ac liberam Potestatem, & Mandatum generale & speciale, pro Nobis & Nomine nostro, necnon pro Subditis, Colligatis, & Confœderatis, Regnis, Terris, & Dominiis nostris, citra & ultra Mare, quibuscumque Locis & * Temporibus oportunis, •IX. 57.
cum dicto *Adversario de Francia*, &c. *prout supra de Dat.* 14. *Jul.*

Dedimus, cepimus, acceptavimus, & concordavimus, Tenoreque Præsentium, Damus, capimus, acceptamus, & concordamus, Nomine præfati Domini nostri Regis, & pro ipso, unà cum supra nominatis, *Johanne Episcopo Tornacensi*, *Johanne Domino de Croyaco*, Magistro *Radulpho Præposito*, & Magistro *Johanne Huonis* Archidiacono, Ambaxiatoribus dictæ Partis Franciæ, qui similiter, & eisdem de Causis, virtuteque Potestatis, eis attributæ per Literas, quarum Series sequitur etiam in hæc verba,

CHarles, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, a touz ceulx qui ces Lettres verront, Salut.

Savoir faisons que Nous,

Confians a plein de Sens, loaultes, prudences, discretions, & diligence de, nos Amiz & Foialx, *Walleram Conte de Saint Pol & de Liney* nostre Cousin & Conestable de France, *John Evesque de Tornay*, *David Seigneur de Ramvoures* nostre Cambellain & Maistre de Arbalestrirs de France, *Johan Sire de Crouy* nostre Chambellain & grant Bouteiller de France, Maistre *Raoul le Maire* Prevost de Saint Donast de Bruges, touz noz Conseillers, & Maistre *Johan Hue* nostre Secretaire,

Les quelles avons n'agairs Ordennez d'eulx transportier es Marches de Picardie, pour assembler avec certains Messagiers ou Ambassateurs de la partie d'Angleterre, pour Parler d'aucunes Besoignes touchans le bien des Deux Reaumes, de France & d'Angleterre,

Desirans de tout le Cuour, sur tourz Choses Terriennes,

Pour l'Onneur & Reverence de Dieu, faire nostre Devoir envers Luy, & rendre a chescun ce qui lui appertient, & pour escheuir l'effusion de Sang Humain, & les grans & irreparables Maulx & Domaiges qui sont venuz es temps passez, & peuent encoures advenir pour occasion de la Guerre d'entre *Nous* & la dit *Parte d'Engleterre*,

Venir a bonne Paix,

Iceulx nos Ambaxateurs dessus nomez ensemble, les Cinque, Quatre, ou Trois d'eulx, avons per grand & meure Deliberation de piusours de nostre saug & Lignaige, & autres Sages & Prudomes de nostre grant Conseil, Commis, Ordonnez, & Deputez, &, par la Teneur de ces Presentes, de nostre certaine Science, Commettons, Ordonnons, & Deputons noz Procureurs & certains Messaigers especiaulx, & leur avons Donne & Donnons plein Pouoir, Auctorite, & Mandement especial, de vacquer & entendier a Traictier, pour & en Noun de Nous, Alies, & Confederez, nos Reaumes, Paiis, Terres, Seignories, & Subgiets quelconques, ou lour Gent, Procureurs, ou Messaigers, ayans a ce suffiiant Pouoir, de & sur bonne, ferme, & perpetuelle Paix, enter *Nous*, nos Amis, Aliez, Subgietz, Paiis, & Seignories, d'une part, & les dits *d'Engleterre*, leur Amys, Aliez, Subgietz, Paiis, & Seignuries, d'autre part,

Et de pour ceo Convenir & Assembler, ou Prendre, Accorder, & Accepter Journees, Lieux, & Places, tant & telles que bon leur semblera pour Convenir & Assembler, pur Nous & en nostre Nom, pour Noz diz Aliez & Confederez, les Reaumes, Seigneuries, & Subgiz de Nous & d'eulx, avec les diz Messaigers d'Engleterre, ou quelconques autres personnes, de quelque Estat, ou Condition, ou Preeminence qu'ils soyent, ayans Pouoir de la dite *Partie d'Engleterre*, come dit est, en quelque Lieu & Place que bon leur semblera,

Et de aler & eulx transporter pour ce, se mester est, ou dit Paiis d'En-

briefves, par Mer & par Terre, par Reparations deues & covenables de toutz Attemptatz faiz & perpetrez au contraire des diz Treues passees ou par autre voye quelconque,

Et semblablement de Ouvrir & Declarier, par Nous & en nostre Nome, * & pour noz diz Aliez, les Reaumes, Seignories,
*IX. 58. & Subgiz de Nous & d'eulx per nos diz Messagers & Ambaxatours, a ceulx de la dite *Partie d'Angleterre* tout ceo que bon leur semblera, de & sur toutz les Questions, Debaz, Querelles, Violations de Treues passees, Guerres, & Descors, leurs circumstances, dependences, & adjacentz, incidences & connexes, ensemble toutz les voyes, moyenes, & maneres qu'ils adviseront estre meilleurs pur venir briefment a la dite Paix final, soit par les moyens dessusditz, ou par quelconques autres licites, honnorables, & raisonnables, pour & au Bien, Honneur, Paix & Tranquillity des Reaumes, Seignuries, & Subgiz de Nous, & de noz diz Aliez.

Et sur toutes les Choses susdiz & cheicun d'icelles, leurs circumstances, & dependences, appointier, acordier, decider & determiner, Commander, Ordonner & faire Inhibitions & Deffences plainement & entierment come Nous meismes ferions,

Et tout ceo, qu'ilz auront Appointie, Decide, Determine, Ordonne & Accorde, Jurer & Prometter en l'Ame de Nous a Nous Tenir, Garder, & Accomplir firmement & inviolablement, & en bailler leurs Lettres subz leurs Seales en fourme due & couvenable, les quelles Nous Confermerons par les noitres, se mestir est, & requis en Sommes,

Et generalment de Faire, en toutes les Choses dessusdiz, & chescune d'icelles, leurs circonstances, dependences, incidences, & connexes, autant que Nous ferions & faire pourrions se presens y estoions, ja soit ce que la Chose requist Mandement plux especial,

Et Promettons, en bonne foy, & en parole de Roy, avoir Agreable, & Tenir firme estable a touz jours, tout ce que par nos diz Commissaires & Deputez, Messagers & Procureurs, les Cinque, Quatre, ou Trois d'eulx, come dessus, serra Fait, Traictie, Ordonne, Appointe, Commande, Deffendu, & Accorde sur les Choses dessusdites, & cheicun d'icelles, leurs circonstances & dependences, saunz venir ne faire venir par Nous, ne par auter, au contraire, en quelque manere que ce soit.

En Tesmoignance de ceo Nous avons fait mettre nostre Seel a ces Lettres.

Donne *a Paris* le xxii. jour d'Aoust, l'An de Grace Mille, ivC. & Treze, & de nostre Regne le xxxiii.

Unà Nobiscum Dederunt, ceperunt, acceptaverunt, & concordaverunt, dantque, capiunt, acceptant, & concordant, nomine dictæ Partis Franciæ, & pro ipsis, bonas, veras, fideles, securas, atque firmas Treugas, Sufferentiam aut Abstinentiam à Guerra, in & per totam Patriam & Marchias Picardiæ, à fluvio Sumanæ usque ad Mare Protensas, in his expressè comprehendendo Villam de Gravelinges, & totam Patriam de Westflandria usque ad Villam Novi Portus inclusive.

Quæ quidem Treugæ seu Abstinentia Guerræ durabunt, tenebuntur, & illæsæ fideliter servabuntur, hinc & inde, à prima die Mensis Octobris instantis, usque ad primam diem Mensis Junii, proximò post sequentem solis ortum.

Quibus quoque Treugis, Sufferentia & Abstinentia Guerræ durantibus, cessent & cessabunt, in dicta Patria Westflandriæ & Marchia Picardiæ supra declaratis, omnes Captiones Personarum & Fortalitiorum, Bonorum & Locorum quorumcumque, Demolitiones & Incendia Domorum & Murorum, Omnia Latrocinia, Deprædationes, Disrobationes, & quæcumque alia Facta Guerræ,

Nec erunt aliqua Castra, Villæ, seu Fortalitia Obsessa, Insultata, Debellata, Scalata, seu Furata, nec Personæ aut Bona quæcumque Capta ab una parte vel alia, in Terris, Marchiis, Patriis & Locis supradictis, sit sub colore Marchiæ, Reprisaliorum, Cautionum, Protestionum, Debitorum, Obligationum, Venditionum, vel alio quocumque jure, durante tempore supradicto.

Et poterunt, tempore istius præsentis Treugæ, Omnes, Subditi unius partis vel alterius, ire & venire, ac facere ipsorum Laboragia, Negotia, & Merchaturas, & alias Res quascumque licitas & non prohibitas, tute & secure, absque hoc quòd sint Dampnificati seu Offensi in corpore vel in Bonis quocumque modo; Solvendo tamen Deveria & alia Consueta dumtaxat.

. Proviso etiam quòd nullus, de una parte vel de alia, intrabit, durante tempore supradicto, Castrum, Villam Firmatam, aut aliud Fortalitium partis adversæ, nisi fuerit de Licentia vel Consensu Dominorum seu Capitaneorum dictorum Castrorum, Villarum firmatarum, aut aliorum Fortalitiorum, vel aliorum ad hoc Potestatem habentium.

Et generaliter ac particulariter non fiet per dictos Subditos, unius Partis * vel alterius, in dicta Patria Picardiæ & in Marchia supra-
*IX. 59. declaratis, occasione, colore, sive causa quibuscumque, res aliqua in contrarium istius præsentis Treugæ, per viam & modum quoscumque, durante tempore supradicto.

Et si aliqua Persona seu Personæ, vel aliqua Bona, Villa firmata per unam dictarum Partium supra nec contra aliam; set potius totum Reparabitur & Ponetur ad pristinum Statum & debitum, & Delinquentes ac Malefactores Punientur & Corrigentur juxta Casuum exigentiam & enormitatem.

Nec poterit aliquis, de una aut alia Parte, intrare per Patriam, in qua sunt Treugæ, Patrias in Treugis non comprehensas, pro faciendo Guerram aut Dampnum quocumque modo.

ITEM, Promissum est & Concordatum per expressum, inter Nos & supradictos Commissarios & Deputatos Partis Franciæ, quòd, per istas præsentes Treugas vel abstinentiam Guerræ, una pars vel alia (scilicet, Angliæ & Franciæ) non erit nec potest esse exclusa, quin possit Succurrere, Juvare, & Confortare Confœderatos & Alligatos suos, citra & ultra Mare, secundum quod tenentur.

Et, ut præsentes Treugæ meliùs custodiantur, secundum formam & tenorem supradictos, sine infractione, quocumque modo, Nos, virtute dictæ Potestatis supra transcriptæ, Ordinavimus, Constituimus, & Committimus, Ordinamus, Constituimus, &, Tenore Præsentium, Committimus Gardianos, Conservatores & Judices dictarum Treugarum, durante suo tempore, & in Patria supradicta, Capitaneum Villæ Calesii, & Locumtenentem ejusdem, seu in unius absentiâ alterum eorumdem,

Qui tenebuntur jurare & jurabunt, & alter eorum jurabit, in manibus Conservatorum Partis Franciæ, qui pro ista Treuga sunt vel erunt ordinati & commissi, vel alterius eorumdem, & similiter Conservatorum Angliæ, vel alterius eorumdem, quòd Teneri facient & Custodiri legaliter & veraciter dictas Treugas, quantum in ipsis erit, Reparabuntque seu facient reparari Omne & totum illud quod fiet in contrarium, ut supradictum est, quamcitius ad eorum notitiam, sive per denunciationem Partis læsæ, vel aliàs, devenerit;

Et, si forent debiles, de adjuvando se mutuò, legaliter, & de omni Posse suo, sine fraude & malo ingenio, si super hoc fuerint requisiti.

Quocirca Damus serie Præsentium in Mandatis, ex parte dicti Domini nostri Regis & nostra virtute Potestatis suprascriptæ, prænominatis Conservatoribus dictarum Treugarum, ac omnibus aliis Justiciariis, Officiariis, Capitaneis, Civitatum, Villarum firmatarum, Castrorum, & aliorum Fortalitiorum, Gentium Armorum, Balistariorum, ac aliis Subditis dicti Domini nostri Regis, seu eorum Locatenentibus, & cuilibet eorumdem prout ad eum spectabit, sub Pœna indignationis quam aliàs incurrere possent, quatenus præsentes Treugas, Sufferentiam & Abstinentiam Guerræ particulares, facient Proclamari & Præconizari solempniter in omnibus Locis, in similibus assuetis, ipsasque Teneant & Teneri faciant unusquisque pro Posse suo firmiter & fideliter, eas nullatenus infringentes, nec per quamcumque personam quovis modo Patientes infringi, durante tempore supradicto,

Quinymo facientes Reparari realiter & de facto, & ad pristinum statum & debitum reparari, totum & omne id quod factum foret in contrarium, vel quomodolibet attemptatum, quamcocius ad notitiam dictorum Conservatorum, aut aliorum Officiariorum, seu alicujus eorumdem ad quem spectabit, devenerit, sive per querimoniam Partis læsæ, vel aliàs,

Qui sic, virtute dictæ Potestatis nostræ, Concordavimus &
Promisimus, pro Parte dicti Domini nostri * Regis & nostra, su- *IX. 60.
pradictis Partis Franciæ Commissariis & Deputatis.

Datum & Actum *apud Leulingham* Die Lunæ, xxv. Mensis Septembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Terciodecimo.

De Treugis Scotiæ Proclamandis.

REX, Vicecomiti Eborum, Salutem. Ann. D. 1413.
Cùm bonæ & legales Treugæ, Particulares per Terram, ab *An. 1.*
Aqua de Spey in Scotia usque ad Montem Sancti Michaelis in *H. 5.*
Cornubia, & Generales Treugæ per Mare, inter *Nos*, Regnum, *Claus.*
Terras, Possessiones nostra, & omnes Ligeos & Subditos nostros, *1. H. 5.*
ex unà parte, & *Robertum Filium Regis Scotiæ Ducem Albaniæ* *m. 19. d.*
Comitem de Fyffe & de Menteth & Gubernatorem Scotiæ, Regnum Scotiæ, & omnes Terras, Possessiones, Ligeos & Subditos ejusdem, ex alterâ parte, à Quintodecimo Die Augusti, proximo præterito, usque Primum Diem Junii proximò futurum, in omni forma, vigore, & effectu, prout in Treugis, ultimò captis apud Birgchamhalqwhe, inter Commissarios & Deputatos, Carissimi Domini & Patris nostri, *Henrici nuper Regis Angliæ* & Commissarios & Deputatos prædicti Gubernatoris continetur, captæ sunt & firmatæ,

Tibi Præcepimus quòd dictas Novas Treugas, in Locis infra Ballivam tuam, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè Proclamari, & eas firmiter & inviolabiliter teneri & observari facias, juxta Tenorem earumdem; Et hoc nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xxvi. die Septembris.

Franc. 1. [illegible]
H. 5. Constabularium Franciæ Consanguineum nostrum, & Magistrum
m. 21. *Gouterum Col* Secretarium ipsius Adversarii nostri, Nuncios & Ambassiatores suos, sufficientem Auctoritatem, ut asserit, habentes, penes Personam nostram, ob certas Causas & Materias, Reverentiam Dei & evitationem effusionis Sanguinis Christiani notoriè concernentes, mittere proponat & destinare,

Nos, attentis Causis prædictis,

Volentes pro Securitate & Quiete prædictorum Nunciorum & Ambassiatorum penes Personam nostram, infra Regnum, Potestatem, & Dominia nostra, cum Ducentis Personis, Equestribus & Pedestribus, Armatis vel non Armatis, in eorum Comitiva (ipsis *Archiepiscopo*, *Carolo*, *&* *Goutero* in eodem numero computatis) veniendo, providere,

Suscepimus ipsos Nuncios & Ambassiatores, unà cum Personis prædictis, ac eorum Equis, Hernesiis, Bonis, & Catallis quibuscumque, infra Regnum, Potestatem, & Dominia nostra prædicta, penes Personam nostram, ex causis prædictis, ut præmittitur, veniendo, ibidem morando, & exinde ad Partes suas proprias redeundo, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales,

Proviso semper quòd præfati Nuncii & Ambassiatores, ac Personæ prædictæ, quicquam, quod in Nostri seu Populi nostri præjudicium cedere valeat, non attemptent, *&c. ut in Similibus de Conductu Literis.*

In cujus, &c. usque Primum Diem Februarii proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, viii. die Octobris.

Per ipsum Regem.

•IX.61. ## * *Archiepiscopus Cantuariensis contra Dominum Oldcastle.*

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Ex Regist. Chichel. p. 2. Infra Biblioth. Lambeth.

THomas, Permissione Divinâ, *Cantuariensis Archiepiscopus*, totius Angliæ Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus, Venerabili Fratri nostro, Domino *Richardo*, Dei gratiâ, *Londinensi Episcopo*, Salutem & Fraternam in Domino Charitatem.

Nuper coram Nobis, in Convocatione Prælatorum & Cleri nostræ Cantuariensis Provinciæ in Ecclesiâ nostrâ Sancti Pauli ultimò Celebratâ, cum iisdem Prælatis & Clero, super Unione & Reformatione Ecclesiæ Anglicanæ tractantibus, inter cætera, per Nos & eosdem Prælatos & Clerum Conclusum extitit, quasi pro Impossibili, Scissuram Tunicæ Domini inconsutilis Reformare, nisi prius certi Magnates Regni, Autores, Fautores, Protectores, Defensores, & Receptores horum Hæreticorum qui Dicuntur LOLLARDI, essent rigidè Reprehensi, ac, si opus fuerit, per Censuras Ecclesiæ, unà cum Invocatione Brachii Secularis, à suis Deviis revocati,

Et, factâ subsequenter, in eâdem Convocatione, inter Procuratores Cleri & Alios, qui, de singulis Diœcesibus ejusdem Nostræ Provinciæ, ibidem in magno numero interfuerunt, Inquisitione diligenti, repertum fuit inter eosdem, ac Nobis detectum & delatum, quòd Dominus *Johannes Oldcastellus* Miles fuerat & est principalis Receptator, Fautor, Protector & Defensor eorumdem,

Ac quòd, præsertim in Diœcesibus Londinensi, Roffensi, & Herfordensi, ipsos Lollardos, ab Ordinariis sive Diœcesanis Locorum minimè Licentiatos, contra Constitutionem Provincialem inde factam, ad Prædicandum transmisit, ac eorum Prædicationibus nephariis interfuit, & Contradictores, si quos repererat, Minis, & Terroribus, ac Gladii Secularis Potentiâ compescuit,

Asserens & affirmans, inter cætera, quòd Nos, & Confratres nostri, Suffraganei nostræ Provinciæ, non habuimus nec habemus Potestatem aliquam hujusmodi Constitutionem faciendi,

Aliterque sensit & sentit, ac dogmatizat & docet de Sacramentis Altaris & Pœnitentiæ, Peregrinationibus, & Adorationibus Imaginum, & Clavibus, quàm Romana & Universalis Ecclesia docet & affirmat,

Quare, ex parte eorumdem Prælatorum & Cleri, tunc fuimus requisiti ut, de & supra Præmissis, contra eundem *Dominum Oldcastellum* procedere dignaremur,

Nos tamen, ob Reverentiam Domini nostri Regis (cujus ad tunc idem *Dominus Johannes* Familiaris extiterat) ac ob honorem nihilominus Ordinis Militaris, unà cum omnibus Confratribus & Suffraganeis nostris dictæ nostræ Provinciæ, tunc præsentibus, & magnâ parte Cleri ejusdem nostræ Provinciæ, ad Præsentiam dicti Domini nostri Regis, tunc in Manerio suo de Kenyngton existentis, personaliter accedentes, contraque eundem *Dominum Johannem* Querelam deponentes, Defectus ejusdem *Domini Johannis* partim Recitavimus,

[...]

Copiam, ut sic Citatione posset apprehendi,

Qui tamen *Dominus Johannes* dicto *Johanni Bottelerio*, ex parte Domini nostri Regis sibi Præmissa exponenti, publicè respondit, quòd nullo modo citari voluit, nec Citationem ipsius aliqualiter tolerare,

Nosque præterea, de Præmissis nobis factâ fide, ulteriùs legitimè procedentes, factâ Nobis primitùs fideli Relatione quòd idem *Dominus Johannes* personali Citatione apprehendi non potuit,

• Decrevimus eundem Citandum per Edictum, in Valvis Ecclesiæ • IX.61.
Cathedralis Roffensis, sibi vicinæ, & nisi modicum ultra tria Miliaria Anglicana à dicto Castro de Couulyng distantis, publicè affigendum, prout eum sic citari fecimus, & hujusmodi Edictum nostrum in Valvis dictæ Ecclesiæ publicè & patenter affigi, ad comparendum coram Nobis secundo Die Septembris, jam præteriti, de & super præmissis, atque Nichilominus certis aliis, Hæreticam pravitatem concernentibus, personaliter responsurum,

Quo Die adveniente, Nobis, in Capella majori, infra Castrum de Ledys, nostræ Diœcesis, quod tunc inhabitabamus, & ubi tunc residebamus cum Curia nostra, pro Tribunali sedentibus, factâ fide quæ requiritur, in præmissis, ac auditâ per Nos & receptâ relatione, juxta assertionem, & prout communiter prædicatur in partibus ubi dictus *Dominus Johannes* se incastellat & fortificat in Castro suo prædicto, ac Opiniones suas defendit, Claves Ecclesiæ ac Potestatem Archiepiscopalem multipliciter contemnendo,

Nos eundem *Dominum Johannem*, sicut præmittitur Citatum, publicè & altâ Voce præconizari fecimus, ac sic præconizatum, diutiis expectatum, & nullo modo comparentem, reputavimus, prout erat, meritò Contumacem & in Pœnam Contumaciæ suæ hujusmodi ipsum In Scriptis Excommunicavimus tunc ibidem,

Et quia ex serie Præmissorum, & aliis perspicuis Indiciis, & factorum Evidentiis concepimus quòd idem *Dominus Johannes*, in Defensionem hujusmodi Erroris sui, contra Claves Ecclesiæ se fortificat & incastellat, ut præmittitur (quorum prætextu vehemens suspitio Hæresis atque Schismatis insurgit contra eundem) Decrevimus ipsum *Dominum Johannem* iteratò personaliter, si apprehendi poterit, alioquin per Edictum, ut priùs, Citandum, ut compareat, coram Nobis, Die Sabbati, proximo post Festum Sancti Matthæi Apostoli & Evangelistæ, proximè futurum, Causam rationabilem, si quam habeat, quare contra Eundem ad graviora procedi non debeat tanquam publicum Hæreticum, Schismaticum, ac Hostem universalis Ecclesiæ, quare etiam pro tali Pronunciari non debeat, ac auxilium Brachii Secularis contra eundem solemniter invocari? personaliter propositurum, ulteriusque Responsurum, Facturum, & Recepturum, circa omnia & singula Præmissa, quod Justitia suadebit,

Quo Termino (videlicet, Die Sabbati, proximo post Festum Sancti Matthæi, prædicto 23. Die ejusdem Septembris adveniente) coram Nobis, in Domo Capitulari Ecclesiæ Sancti Pauli Londoniensis, pro Tribunali sedentibus, assidentibusque Nobis Universalibus Confratribus nostris, Dominis, *Ricardo Londinensi*, & *Henrico Wyntoniensi*, Dei gratiâ, *Episcopis*, comparuit personaliter *Dominus Robertus de Morley* Miles, Custos Turris Londinensis, secumque præfatum *Dominum Johannem Oldcastellum* Militem adduxit, & coram Nobis collocavit,

Nam parùm ante per Regios Ministros comprehensus est, & in Turrim clausus,

Cui quidem *Domino Johanni Oldcastello*, sic personaliter præsenti, nos totam seriem Facti, prout in Actis Diei præcedentis continetur, Bonis & modestis terminis, ac modo multùm suavi recitavimus; videlicet,

Quomodo idem *Dominus Johannes*, de & super Articulis, superius recitatis, in Convocatione Prælatorum & Cleri dictæ nostræ Provinciæ, ut præmittitur, Detectus & Delatus extiterat,

Quomodoque Citatus, & propter suam Contumaciam Excommunicatus,

Et, postquam ad hoc deventum fuerat, Nos obtulimus paratos ad Absolvendum eundem;

Ipse tamen *Dominus Johannes*, ad hujusmodi oblationem non advertens, dixit quòd libenter recitaret Nobis & dictis Confratribus meis Fidem suam quam tenet & affirmat:

Sicque, Licentiâ petitâ & obtentâ, extraxit de Sinu suo quandam Schedulam Indentatam, & Contenta in eadem publicè ibidem perlegit, eandemque Schedulam Nobis realiter tradidit, & Articulorum, super quibus extitit Examinatus; quæ est talis,

Ego Johannes Oldcastellus Miles, Dominus de Cobham, *cupio omnibus innotescere Christianis, testemque adhiberi Deum, nunquam me aliter induxisse Animum, nec inducturum, ducente Domino, quàm ut firmâ indubitatâque fide omnia illius Sacramenta amplectar, quæcunque ab ipso ad usum suæ Ecclesiæ sunt tradita:*

Præ

... *Laicæ, alioqui nullam futuram Salutis spem :*

Tertio, de Imaginibus hunc in modum sentio, ut non meræ Fidei esse illas existimem, sed, post Christi in Orbem invectam fidem, permittente Ecclesiâ, in usum irrepsisse, ut Laicis ac Ignaris subserviant pro Calendario, quarum admonitu tum Christi tum Sanctorum aliorum Martyria ac pia exempla faciliùs in memoriæ Oculos traducantur; Cæterum, siquis hac Repræsentatione secùs abutatur, ut his ipsis Sanctorum Simulacris Cultum eum præstet qui debetur iis quos repræsentant, imò huic potiùs cui Divi ipsi universum Honorem debeant, hanc in eis Collocantes fiduciam quæ in Deum unicè sit transferenda, sive ita erga mutas has Imagines affecti ut his aliqua parte sint affixi, aut huic quam illi addictiores, meâ Sententiâ nihil abscedunt ab Idolatriâ, criminaliter peccantes in Deum omnis Honoris autorem;

Postremò, sic mihi persuadeo, nullum in Terris Inquilinum esse, quem sive ad vitam sive ad supplicium peregrinetur, Quisquis ita vitam instituerit ut in Præcepta Dei, quæ aut nescit aut doceri non vult, impingat, huic frustra Salutem expectari, etiamsi Orbis omnes Angulos expatietur; Contraque, qui illius observat Præcepta justa, haud posse interire, quamvis nusquam ille in tota vita perambules Peregrinationis ergo, neque Romam, neque Cantuariam, neque Compostellam, sive quocunque perambulare solet Vulgus Hominum.

Quâ Schedulâ, cum istis Articulis contentis in eâdem, ut præfertur, per *dictum Dominum Johannem* perlectâ, nos cum Confratribus nostris prædictis, aliisque pluribus Doctoribus & Peritis, super his Communicavimus, ac demum, de consilio & assensu eorumdem, præfato *Domino Johanni Oldcastello* diximus tunc ibidem,

Ecce! *Domine Johannes*, in hâc Schedulâ plura bona continentur & satis Catholica, sed Vos habetis Terminum istum ad Respondendum super aliis, Errores & Hæreses sapientibus, quibus per Contenta in hac Schedula non est plene Responsum, & propterea Vos oportet ad eadem, & fidem vestram, atque Assertiones, in eâdem Schedulâ expressas, circa eadem pleniùs declarare, (videlicet)

An Teneatis, Credatis, & Affirmetis quòd in Sacramento Altaris, post Consecrationem ritè factam, remaneat Panis materialis vel non?

ITEM, an Teneatis, Credatis, & Affirmetis quòd, in Sacramento pœnitentiæ, necessarium fuerit quòd, habens Copiam Sacerdotis, confiteatur de Peccatis suis Presbytero, per Ecclesiam Ordinato?

Quibus sic datis, inter multa & varia, per dictum *Johannem Oldcastellum* dicta, respondit expresse,

Se nolle Prædicta aliter declarare, nec aliter quàm in dicta Schedula continetur, aliqualiter ad eadem respondere.

Unde Nos, ipsi *Domino Johanni* compatientes, benigno & affabili modo diximus tunc ibidem, Caveatis *Domine Johannes*, quia si ad hæc, vobis Objecta, clare non responderitis in Termino Legitimo, vobis jam dato per Judicem, poterimus vos Pronunciare & Declarare Hæreticum.

Ipse tamen *Dominus Johannes* se tenuit ut priùs, & noluit aliter Respondere.

Consequenter tamen Nos cum dictis Confratribus nostris & aliis de Consilio nostro consuluimus, & de communicato Consilio eorumdem Declaravimus eidem *Domino Johanni Oldcastello*, quid Sancta Romana Ecclesia, in hac Materia sequens Dicta Beatorum *Augustini*, *Hieronimi*, & *Ambrosii*, ac aliorum Sanctorum, Determinavit, quas Determinationes oportet quoscunque Catholicos observare.

Ad quæ idem *Dominus Johannes* respondit,

Quod benè voluit credere & observare quicquid Sancta Ecclesia Determinavit, ac quicquid Deus voluit se credere & observare; sed quòd Dominus noster Papa, Cardinales, Archiepiscopi, *&* Episcopi, *cæterique* Prælati *Ecclesiæ haberent Potestatem talia Determinandi, noluit ad tunc aliqualiter affirmare.*

Unde Nos, adhuc sibi compatientes, sub spe melioris Delibe-
*IX. 64. rationis, * promisimus eidem *Domino Johanni* quòd certas Determinationes, in Materia antedicta, ac super quibus idem *Dominus Johannes* debuit clariùs Respondere, sibi ederemus in Scriptis, terminis Latinis, pro leviori intellectu ejusdem, in Anglicum translatis:

Super quibus jubebemus eundem ac cordialiter rogavimus, ut in Die Lunæ, proximò tunc sequente, plene & clare suum daret Responsum.

Quas quidem Determinationes eodem die transferri fecimus, ac eidem, die Dominicâ proximâ sequenti, realiter liberari; quarum Determinationum Tenor sequitur & est talis,

Fides ac Determinatio Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ de Sacrosancto Sacramento Altaris est hæc, quòd, post Consecrationem in Missa à Sacerdote factam, Materialis Panis commutetur in materiale Cor-

Episcopi, Curati, Cæterique Gradus Ecclesiastici; quibus Christianus Populus debet Obedientiam, juxta Traditiones Romanæ Ecclesiæ;

Hæc est Determinatio Sanctæ Ecclesiæ;

Ut sentis hunc Articulum?

Ad hæc, Sacrosancta Ecclesia Determinavit quod sit necessarium cuivis Christiano Peregrinari ad Sancta Loca, ibique maximè adorare Sanctas Reliquias Apostolorum, Martyrum, ac Confessorum, omniumque Sanctorum, quoscunque approbavit Romana Ecclesia;

Ut hunc sentis Articulum?

Quo Die Lunæ (videlicet) 25. Die dicti Mensis Septembris; Coram Nobis ac Confratribus nostris prædictis adjunctoque, Venerabili Fratre nostro, *Benedicto*, Dei gratiâ, *Bangorensi Episcopo* jussu & mandato nostro,

Consiliarii & Ministri nostri (videlicet) Magister *Henricus Ware* Curiæ nostræ Cantuariensis Officialis, *Philippus Morgan* utriusque Juris Doctor, *Howellus Kyffyn* Decretorum, *Johannes Kemp*, & *Willielmus Karleton* Legum Doctores, ac *Johannes Witnam*, *Thomas Palmer*, *Robertus Wombervel*, *Johannes Withead*, *Robertus Chamberlayne*, *Ricardus Dodyngtone*, & *Thomas Wald n*, Sacræ Paginæ Professores, necnon *Jacobus Cole*, & *Johannes Steuyns*, Notarii nostri, in hâc parte assumpti,

Jurati erant omnes & singuli ad Sancta Dei Evangelia, tacto Libro, quòd de & super Materia prædicta, ac in tota Causa hujusmodi suum fidele Consilium & Ministerium præberent, atque toto Mundo,

Consequenterque comparuit dictus Dominus *Robertus de Morlay* Miles, Custos Turris Londoniæ, ac *Dominum Johannem Oldcastellum* secum adduxit, & coram Nobis statuit;

Cui Nos affabiliter & suaviter recitavimus Acta Prioris Diei, ac, ut priùs, recitavimus quomodo Excommunicatus fuerat & est idem *Dominus Johannes*, ac rogavimus & requisivimus eundem quatenus peteret & admitteret in forma debita Ecclesiæ Absolutionem,

Cui idem *Dominus Johannes* expressè Respondit tunc ibidem,

Quòd nullam Absolutionem in hac parte peteret a Nobis, sed à solo Deo.

Consequenter Nos suavi & modesto modo rogavimus & requisivimus eundem *Dominum Johannem* quatenus, de & super Articulis sibi oppositis, suum clarum daret Responsum,

Et primò circa Sacramentum Eucharistiæ?

Ad quem Articulum, inter cætera, dixit & respondit,

Quòd sicut Christus, hic in Terra degens, habuit in se Divinitatem & Humanitatem, Divinitatem tamen velatam & invisibilem sub Humanitate, quæ in eo aperta & visibilis fuerat; sic in Sacramento Altaris & verum Corpus & verus Panis. Panis (videlicet) *quem videmus & Corpus Christi, sub eodem velatum, quod non videmus;*

*Ac Fidem circa Sacramentum hujusmodi, in Schedulâ prædictâ, sibi per Nos * transmissa, per Sanctam Romanam Ecclesiam & Doctores Sanctos Determinatam, expressè negavit, Determinationem* *IX. 65.
Ecclesiæ, fore aut esse; sed, si est Determinatio Ecclesiæ, dixit quod est facta contra Sacram Scripturam, & postquam Ecclesia fuit Dotata, & Venenum effusum in Ecclesia, & non ante.

Quo etiam ad Sacramentum Pœnitentiæ & Confessionis, dixit & asseruit expressè tunc ibidem,

Quòd, si quis, in aliquo gravi Peccato constitutus, a quo ipse surgere nescivit, expediret & bonum esset sibi adire aliquem Sanctum & Discretum Sacerdotem pro Consilio ab eo habendo; sed quòd Confiteretur Peccatum suum proprio seu alteri Presbitero, etiamsi haberet Copiam ejusdem, non est necessarium ad Salutem, quia solâ Contritione Peccatum hujusmodi deleri posset, & ipse Peccator purgari.

Circa Adorationem Sanctæ Crucis dixit & asseruit tunc ibidem,

Quòd solum Corpus Christi, quod pendebat in Cruce, debuit adorari, quia illud Corpus solum fuit & est Crux adoranda.

Et, interrogatus, quem Honorem faceret imagini ipsius Crucis? respondit verbis expressis,

Quòd illum solum Honorem faceret sibi, quòd benè mundaret eam & poneret in bona Custodia.

Quoad Potestatem Clavium, Dominum nostrum Papam, Archiepiscopos, Episcopos, & alios Prælatos, dixit,

Quòd Papa est verus Antichristus, hoc est Caput ejusdem, Archiepiscopi, Episcopi, necnon alii Prælati Membra, & Fratres Cauda illius, quibus Papæ, Archiepiscopis, & Prælatis non est obediendum, nisi quatenus fuerint imitatores Christi & Petri in Vita, Moribus, &

mus, tandem, cum cordis amaritudine, processimus ad Sententiæ diffinitivæ Prolationem in hunc modum,

IN DEI NOMINE, AMEN,

Nos Thomas, permissione Divinâ, Sanctæ Cantuariensis Ecclesiæ Archiepiscopus & Minister Humilis, totius Angliæ Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus,

In quadam Causa sive Negotio Hæreticæ Pravitatis, de & super diversis Articulis, super quibus *Dominus Joannes Oldcastellus Miles, Dominus de Cobham*, coram Nobis, in ultima Convocatione Cleri nostræ Cantuariensis Provinciæ, in Ecclesia Sancti Pauli Londini celebrata, post Inquisitionem diligentem ibidem inde factam, Detectus & Delatus extiterat, & per nostram Cantuariensem Provinciam notoriè & publicè Diffamatus, ad Denunciationem & Requisitionem totius Cleri prædicti in eadem Convocatione, inde nobis factam, favore possibili, Deo teste, quo potuimus, legitimè procedentes contra eundem, ac Christi Vestigiis inhærendo, *qui non vult Mortem Peccatoris, sed magis ut convertatur & vivat*, nitebamur eundem corrigere, ac viis & modis, quibus potuimus atque scivimus, reducere ad Ecclesiæ Unitatem, declarantes eidem quod in hac parte Sancta Romana & Universalis Ecclesia Docet, Tenet, Determinavit, & Prædicat,

Et quamvis eundem, in Fide Catholica devium, invenerimus adeò duræ cervicis, quòd Errorem suum noluit confiteri, aut se purgare de eodem, nec etiam detestari eidem, paterno nichilominus compatientes affectu, ac ipsius Salutem cordialiter affectantes, præfiximus eidem certum Terminum competentem ad Deliberandum, &, si voluisset, Pœnitendum & Reformandum seipsum,

Ac demùm, eo quòd eundem consideravimus incorrigibilem, servatis primitùs quæ in hac parte de Jure requiruntur, cum dolore & Amaritudine cordis, ad Diffinitivæ Sententiæ Prolationem procedimus in hunc modum,

•IX.66. *CHRISTI NOMINE INVOCATO, *ipsumque solum habentes præ oculis, quia, per Acta inactitata, producta, exhibita, Signa, Evidentias, & Indicia, diversa insuper probationum genera, reperimus eundem* Dominum Johannem *Militem fore & esse Hæreticum, Hæreticisque credentem, in Fide & Observantia Sacrosanctæ Romanæ & Universalis Ecclesiæ, & præsertim circa Sacramenta Eucharistiæ & Pœnitentiæ, quod, tanquam Iniquitatis & Tenebrarum Filius, in tantum obduravit Cor suum, ut non intelligat vocem sui Pastoris, nec velit Monitionibus allici, nec reduci Blanditiis, investigatis primitus, rimatis, & diligenter pensatis Meritis Causæ antedictæ, ipsiusque* Domini Johannis *demeritis Culpis per ipsius Damnabilem Pertinaciam aggravatis,*

Nolentes quòd is, qui Nequam est, fiat nequior, & alios inficiat sua Labe, de Consilio & Assensu, magnæ Discretionis & Sapientiæ Virorum, Venerabilium Fratrum nostrorum, Dominorum, Ricardi Londoniensis, Henrici Wintoniensis, & Benedicti Bangorensis, *Episcoporum, & aliorum nonnullorum, in Sacra Theologia, Decretis, & Jure Civili, Doctorum, aliarumque Religiosarum & Peritarum Personarum, Nobis assistentium, præfatum* Dominum Johannem Oldcastellum Militem Dominum de Cobham, *de & super hujusmodi detestabili Reatu Convictum, & ad Ecclesiæ Unitatem pœnitentialiter redire nolentem*, HÆRETICUM, *ac in his quæ tenet, docet, determinavit, & prædicat Sacrosancta Romana & Universalis Ecclesia, & præsertim in Articulis suprascriptis errantem* Judicavimus, Declaravimus, & Condemnavimus, *sententialiter & diffinitive in his Scriptis, relinquentes eundem exnunc, tanquam* HÆRETICUM, *Judicio Seculari,*

Ipsumque nihilominus HÆRETICUM, *omnesque alios & singulos, qui eundem de cætero, in sui favorem Erroris receptaverit vel receptaverint, defensaverit seu defensaverint, sibi Consilium, Auxilium, seu Favorem in hac parte præbuit vel præbuerint, tanquam Fautores, receptatores, & Defensatores Hæreticorum*, Excommunicavimus, *& Excommunicatos* Denunciamus *etiam in his Scriptis.*

Et, ut ista Præmissa omnibus, in Christo Credentibus, innotescant, vestræ Fraternitati Committimus & Commendamus quatenus, præfatum *Dominum Johannem Oldcastellum*, sicut præmittitur, per Nos fuisse & esse Damnatum, HÆRETICUM, SCHISMATICUM, & in Articulis suprascriptis Errantem, omnesque alios & singulos, qui eundem *Dominum Johannem*, de cætero, in sui Favorem Erroris, receptaverit, defensaverit, receptaverint vel defensaverint, aut sibi Auxilium, Consilium, vel Favorem in hac parte præbuerit vel præbuerint, tanquam Receptatores, Fautores, & Defensatores HÆRETICORUM, per dictam nostram Sententiam diffinitivam, Excommunicatos in Ecclesia vestra, per vestras Civitates & Diœceses, per singulos Subditos vestros & Curatos earumdem, in Ecclesiis suis, cum major in eisdem affuerit Populi Multitudo, altâ & intelligibili Voce & in Linguâ maternâ, prout supra seriosiùs continetur in hoc Processu, Declarent, Publicent, & Exponent, ut sic Opiniones erroniæ Populi, qui aliter conce-

De Confirmatione pro Mercatoribus Holandiæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1413.

INSPEXIMUS Literas Patentes, Domini *Henrici, nuper Regis Angliæ*, Patris nostri, factas in hæc verba, *An.* 1.

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem. *H.* 5. *Pat.* 1.

Sciatis quòd, *H* 5.

Cum, ut accepimus, ob defectum boni & sani Regiminis & Gubernationis, diversa Dampna, Dissentiones, Gravamina, & Angustiæ, inter Mercatores Regni nostri Angliæ ac aliorum Dominiorum nostrorum, in partibus Holandiæ, Zelandiæ, Brabantiæ, & Flandriæ, ac in quibuscumque aliis Partibus Transmarinis, de Amicitia nostra existentibus, commorantes & conversantes, sæpius ante hæc tempora mota fuissent & perpetrata, ac majora exinde (quod absit) futuris temporibus verisimiliter evenire formidantur, nisi pro meliori Gubernatione inter eosdem Mercatores mutuò habenda Manus nostras adjutrices celeriùs apponamus, *p.* 3. *m.* 5. *IX.67.

Nos, Dampnis & Periculis in hac parte iminentibus præcavere, & eosdem Mercatores & alios de dictis Regno & Dominiis nostris, ad partes prædictas venturos, justè & fideliter regi & pertractari intimè desiderantes, volumus &, Tenore Præsentium, concedimus eisdem Mercatoribus, quòd ipsi, quotiens & quando eis placuerit, in quodam Loco competenti & honesto, ubi sibi placuerit, se Congregare & Unire, & certas Personas sufficientes & idoneas in Gubernatores suos, in eisdem Partibus, inter se, ad eorum libitum, eligere & optinere valeant liberè & impunè,

Dantes ulterius & Concedentes hujusmodi Gubernatoribus, per prædictos Mercatores sic eligendis, quantum in nobis est, Potestatem & Auctoritatem speciales, omnes & singulos Mercatores, Ligeos nostros, in eisdem Partibus commorantes, & ad easdem Partes de cætero venientes & declinantes, per Se vel sufficientes Loca sua tenentes, Regendi & Gubernandi,

Ac eis, & eorum cuilibet, in suis Causis & querelis quibuscumque, inter eos, in Partibus prædictis, motis vel movendis, plenam & celerem Justitiam faciendi,

Et quascumque Quæstiones, Contentiones, Discordias, & Debatas, inter ipsos Mercatores Ligeos nostros & Mercatores Partium prædictarum motas vel movendas, Reformandi, Reformationemque Petendi, Redigendi, Sedandi, & Pacificandi,

Et quæcumque Transgressiones, Dampna, Mesprisiones, Excessus, Violentias & Injurias, Mercatoribus Partium prædictarum, per prædictos Mercatores, Ligeos nostros, facta seu facienda, Redigendi, Reparandi, Restaurandi, & Emendandi,

Consimilesque Restitutiones, Reparationes, Restaurationes, & Emendationes, de ipsis Mercatoribus Partium prædictarum, seu Deputatis suis, Requirendi, Petendi, & Recipiendi,

Ac, de communi assensu Mercatorum Ligeorum nostrorum prædictorum, Statuta, Ordinationes, & Consuetudines, prout pro meliori Gubernatione statûs eorumdem Mercatorum Ligeorum nostrorum, in hac parte, videbitur expedire, Faciendi & Stabiliendi,

Et omnes & singulos Mercatores Ligeos nostros, præfatis Gubernatoribus, sic eligendis, vel eorum Locatenentibus, seu eorum alicui, aut alicui Statutorum, Ordinationum, & Consuetudinum prædictorum, Contrarios, Rebelles, vel Inobedientes, juxta quantitatem Delicti sui, in hac parte, rationabiliter puniendi,

Volentes insuper omnia justa & rationabilia Statuta, Ordinationes, & Consuetudines, per dictos Gubernatores, sic eligendos in forma prædicta, faciendas & stabiliendas, necnon omnes justas & rationabiles Ordinationes prædictorum Mercatorum Ligeorum nostrorum, de communi assensu eorumdem Mercatorum, pro hujusmodi Gubernatione sua, in Partibus prædictis, juxta Privilegia & Auctoritates sibi, per Dominos vel Gubernatores Partium prædictarum communiter vel divisim Concessa, Facta & Stabilita, seu per prædictos Gubernatores nunc, ut præmittitur, eligendos, juxta Privilegia, eisdem Mercatoribus Ligeis nostris, per prædictos Dominos vel Gubernatores imposterum, communiter vel divisim, Concedenda, & Stabilienda, Rata, Firma, & Accepta habere, & pro Ratis, Firmis, & Acceptis ibidem firmiter & inviolabiliter observari,

Damus autem universis & singulis Mercatoribus Ligeis nostris prædictis, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd eisdem Gubernatoribus, sic eligendis, & eorum Locatenentibus, in Præmissis omnibus & singulis, ac aliis rationabilibus, Gubernationem & Regimen sua in hac parte qualitercumque concernentibus, Intendentes sint, Consulentes, Obedientes, & Auxiliantes, prout decet.

Data in *Palatio nostro apud Westm.* sub Magni Sigilli nostri Testimonio, quinto die Februarii, Anno Domini * Millesimo, Quadringentesimo sexto, & Regni nostri octavo. *IX.68.

Nos

Treugarum cum Ambassiatoribus Franciæ Concordatarum Confirmatio.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Franc. 1. H. 5. m. 10. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd INSPEXIMUS quoddam Appunctuamentum, inter Ambassiatores nostros ex una parte, & Nuncios *Adversarii nostri Franciæ*, ex altera, factum in hæc verba,

Nos *Henricus*, Divinâ Permissione, *Menevensis Episcopus*, *Willelmus Dominus la Zouche* Locum tenens Calesii, & *Ricardus Holme* in utroque Jure Licentiatus,

Ambassiatores & Nuncii, *&c. ut de Dat. 25. Septemb. & tunc sic*,

Nos autem Appunctuamentum prædictum, ex certa Scientia nostra Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus, Promittentes Nos, bonâ fide, & Verbo Regio, illud Tenere & Custodire, ac pro Posse nostro, absque fractione, per Fideles & Subditos nostros quoscumque, quovis modo, & secundum Tenorem & Formam ejusdem integrè Teneri & Custodiri facere.

Dat. *in Palatio nostro apud Westm.* vicesimo primo die Octobris.

Per ipsum Regem.

Mandatum Regis de non admittendo ad Beneficia infra Aquitaniam.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Vasc. 1. H. 5. m. 7. REX, Venerabili in Christo Patri, *Archiepiscopo Burdegalensi*, Salutem.

Quia ex parte, Dilectorum & Fidelium Ligeorum nostrorum, *Petri de Castet* Archidiaconi de Sarnes, & *Sannadon Daretz* Clerici, in Civitate nostra Baionæ oriundorum, nobis est intimatum, qualiter, Sanctissimus in Christo Pater, *Papa Modernus* certas Gratias Provisionis sibi fecerat; videlicet,

Eidem *Petro* ad Decanatum de Sancto Severino, extra Muros Civitatis nostræ Burdegaliæ,

Et præfato *Sannadon* ad unum Canonicatum in Ecclesia Cathedrali Burdegalensi,

Ac dicti *Petrus* & *Sannadon* Thesaurario prædicti *Sanctissimi Patris* Ducentos Scutos Auri pro Primis Fructibus beneficiorum prædictorum persolverunt,

Præfatusque *Sanctissimus Pater*, infra Quatuordecim Dies post hujusmodi Provisionem, præfatis Ligeis nostris sic factam, & Bullas Apostolicas sibi super hoc liberatas, fecit provisionem de eisdem Beneficiis cuidam *Guirando de Brie*, Rebelli nostro, in Civitate de Caorrz oriundo, nuper uni Officiariorum Adversarii nostri Franciæ, & ad sibi portandum Fidelitatem jurato,

Sub cujus quidem Provisionis Colore prædictus *Guirandus*, per Auxilium & Manutenentiam Fautorum & Adhærentium suorum, Inimicorum nostrorum, nititur ad se Intrudendum in Beneficia prædicta, in nostri Contemptum manifestum, & Partium nostrarum Aquitaniæ verisimilem Destructionem, omniumque aliorum in casu consimili Exemplum perniciosum, quod nolumus, sicuti nec debemus, aliqualiter tolerari,

Nos,

Hujusmodi Inconvenientiis obviare, & de Remedio oportuno in hac parte providere volentes,

Vobis, de assensu Concilii nostri, Mandamus ne præfatum *Guirandum* ad * Beneficia prædicta, seu aliquod eorumdem, virtute dictæ Provisionis, sibi inde sic factæ, nec aliquâ viâ quacumque, admittatis nec recipiatis, nec ipsum *Guirandum* admitti seu recipi permittatis quovis modo. *IX. 69.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, septimo die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Mandato supradicto proclamando.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. ibid. REX *Senescallo* nostro Aquitanniæ, qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit, Salutem.

Quia ex parte, dilectorum, *&c. ut supra usque ibi*, Mandamus, *& tunc sic*, quòd in singulis Locis Partium prædictarum publicè, ex parte nostra, proclamari faciatis nè aliquis Prælatus, Vir Ecclesiasticus, sive aliqua alia Persona ibidem, sub Ligeantia nostra existens, aliquam Personam quamcumque, nobis Rebellem seu Inimicum, ad aliquod Beneficium Ecclesiasticum, infra Ducatum nostrum prædictum, virtute alicujus Provisionis, Collationis, sive Præsentationis, factarum seu faciendarum, admitti, acceptari, seu recipi permittat quovis modo.

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

rum, cùm ab hac Luce migraverimus, jugiter Orare proponat, Licentiâ & Voluntate nostris primitùs obtentis,

Nos, eâ de Causâ, de Gratiâ nostrâ speciali, Concessimus & Licentiam Dedimus pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, eidem *Thomæ* quòd ipse Ordinem benedicti, & successivè alios Ordines usque ad Presbiteratum, & postmodum Ordinem Sacerdotalem licitè habere & suscipere possit, eo, quòd Ipse Nativus spectans ad dictum Manerium nostrum, ut prædictum, existit, non obstante.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, septimo die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Commissio Caroli Franciæ ad Tractandum cum Ambassiatoribus Regis.

CHarles, par la grace de Dieu, *Roy de France*, a tous ceulx, qui ces presents Lettres verront, Salut. Ann. D. 1413. An. 1. H. 5.

Savoir faisons que,

Pour Honneur & Reverence de nostre Seigneur, & pour eschuer l'effusion du Sang Humain, & les autres Maulx & Dommages innùmerables & irreparables, qui pour le fait & occasion des Guerres, qui le temps passé ont este en ce Royaume, entre noz Predecesseurs Roys de France & Nous, de une part, & nostre *Adversaire d'Engleterre* & ses Predecesseurs Roys d'Angleterre, d'autre part, & qui vraisemblablement sont en disposicion d'avenir de Jour en Jour, se Provision & Remedy convenable n'y estoit miz,

Desirans de nostre Cuer venir a bonne Amour, Paix, & Concorde avec nostre *dit Adversaire d'Angleterre*, par quoy le Peuple, que Dieu Nous a baille & commiz a Gouverner, puisse en nostre temps & Soubz Nous Viure en Paix & Tranquillite,

Confians a plein des Sens, Circonspections, loyautes, & diligences de, noz * Amez & Feaulx, *Guillaume Arcevesque de Bourges*, *Charles Seigneur de Lebret* Connestable de France nostre treschier Cousin, & Maistre *Gautier Col*, noz Conseillers, & Secretaire, *IX. 70.

Iceulx Trois ensemble, ou les Deux d'eulx en l'absence de l'autre, avons Ordene, & Commiz, & Depute, Ordenons, Commettons, & Deputons, par la Teneur de ces Presentes, pour & ou lieu de Nous, pour assembler avecques nostre *Adversaire d'Angleterre*, ou ses Gens, Commiz, & Deputez depar Lui, ayans souffisant Povoir de nostre *dit Adversaire*, en quelconques Villes, Chasteaux, Lieux, & Places du Païs & Royaume d'Angleterre ou d'autre, tel que a nostre *dit Adversaire* & a noz desusdiz Commiz semblera bon, pour vaquer & entendre diligenment aux Grans Biens dessusdiz, & pour Pervenir, moyennant la grace de Dieu nostre Createur, a bonne Paix, Tranquillite, Amour, & Alliance entre *Nous* & nostre *dit Adversaire*,

Et pour ce que, eue consideration a la grandeur des Materes & Besoignes, vraisemblablement convenra avoir plusieurs Journees, Assemblees, & Delais,

Et afin que les Choses dessusdites se puissent traictier & continuer seurement & en plus amiable affection,

Avons Donne, & Donnons, par la Teneur de ces Presentes, a noz susdiz Commiz & Deputez, & aux Deuz d'eulx, plein Povoir, Auctorite, & Mandement especial, de Traictier, Prendre, & Acorder, avec nostre *dit Adversaire d'Angleterre*, ou ses Commiz, ayans Povoir souffisant depar Lui, toutes manieres de Treues generales ou particulieres, en Mer, & en Terre, & en telz Païs & Limitations, en Mer, & en Terre, & a si long ou brief temps, comme bon leur semblera, pour Nous, noz Royaume, Païs, Subgiez, & Seignouries, Amiz, Alliez, & Bienvueillans, deca & dela la Mer, d'une part, & les Royaume, Païs, Subgiez, & Seignouries, Amiz, Alliez, & Bienvueillans, deca & dela la Mer, de nostre *dit Adversaire d'Angleterre*, d'autre part, par toutes honnourables voies & manieres que fere se pourra,

Et de icelles Treues, par eulx prinses & acordes, faire Crier & Publier depar Nous solennelment par tout ou il appartendra,

Et aussi de Ordener, Instituer, & Commetter, pour Nous & en nostre Nom, par leurs Lettres, certains Gardiens, Conservateurs, & Juges d'icelles Treues par eulx ainsi prinses, en Mer, & en Terre, generales ou particulieres, comme dit est, telz & en tel nombre, comme bon leur semblera pour la Seurte & Permanence d'icelles Treues, & pour deuement Reformer, Corrigier, Reparer, & Amender tout ce qui, contre la Teneur d'icelles Treues, par eulx ainsi prinses, auroit este, ou feroit fait ou attempte, en Mer, ou en Terre, en aucune maniere,

Et avec ce leur avons donne, & Donnons, par la Teneur de ces Presentes, plein Pouoir, Auctorite, & Mandement especial, de donner bons, seures, & loyaulx Saufconduiz, par Mer, & par Terre, par leur Lettres, en forme deue, seelles de leurs Seaulx, a toutes Personnes que nostre *dit Adversaire* vouldroit commettre & ordonner venir par deca la Mer, de quelque estat qu'ilz soient, en quelconques Villes & Païs de nostre dit Royaume, pour oca-

Subgiez que a noz dessus diz Commiz & Deputez, & a leurs Lettres & Mandemens obeissent & entendent diligenment.

En Tesmoing de ce Nous avons fait mettre nostre Seel a ces presentes Lettres.

•IX. 71. Donne a *Paris* le xi Jour de Novembre, •l'An de Grace Mill, Quattrecents, & Treze, & de nostre Regne le xxxiv.

Ainsi Signee,

Par le Roi en son Grant Conseil;	Et *de Baviere:*
Ou *le Roy de Sicile:*	Les Contes,
Messeres les Ducs,	*De Eu,*
De Berry,	Et *de Vendosme:* vous *l'Arcevesque de Sens;*
D'Orleans,	Et autres Estoient.
De Bar,	

P. Ferron.

Super arduis Materiis, Regna Angliæ & Scotiæ tangentibus.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Scot. 1. H. 5. m. 3.

REX, per Literas suas, usque Festum Paschæ proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Robertum de Maxwell* Militem, & Magistrum *Robertum de Lany* Præpositum Sancti Andreæ, in Regnum Regis Angliæ, conjunctim, & divisim, cum Viginti & quatuor Personis secum in Comitiva sua, penes Præsentiam Regis, pro certis arduis Materiis, Statum & Utilitatem dicti Regni Regis ac Regni Scotiæ tangentibus, veniendo, ibidem morando, & exindè versus partes suas proprias se divertendo & redeundo, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo tertio die Novembris.

Per ipsum Regem.

Pro Archiepiscopo Eborum super Possessionibus in Aquitania, de non Intromittendo.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Vasc. 1. H. 5. m. 3.

REX, Locum tenenti, & Senescallo nostro Aquitaniæ, ac Constabulario Castri nostri Burdegaliæ, Salutem.

Supplicavit nobis, Venerabilis Pater, *Henricus Bowet*, *Archiepiscopus Eborum*, ut,

Cùm ipse diversa Hæreditates, Terras, Tenementa, Redditus, Servitia, Vinias, Custumas, Annuitates, Officia, Reventiones, Proficua, & alias Possessiones, infra Ducatum prædictum, per ipsum, tam de, carissimo Domino & Patre nostro, *Henrico nuper Rege Angliæ* Defuncto, quàm aliis Personis empta, habeat & teneat sibi & Hæredibus suis imperpetuùm,

Ac idem *Archiepiscopus* metuat sibi super Possessione sua Terrarum, Tenementorum, Reddituum, Servitiorum, Custumarum, Annuitatum, Officiorum, Reventionum, Proficuorum, & aliarum Possessionum prædictorum, occasione cujusdam Commissionis nostræ, vobis nuper directæ,

Videlicet, ad certificandum nos super Tenoribus quorumcumque Donorum & Concessionum, tam per Dominum *E.* nuper *Regem Angliæ* Proavum nostrum, ac Dominum *E.* nuper *Regem Angliæ*, quàm per præfatum *Patrem nostrum*, diversis Personis de Terris, Tenementis, Custumis, Officiis, ac aliis Reventionibus, & Proficuis, Ducatûs prædicti, factis; & ad omnia Dominia, Terras, Tenementa, Custumas, Officia, ac alia Reventiones & Proficua quæcumque Ducatûs prædicti, sic data & concessa, in Manus nostras Seisiendum,

Molestari & gravari,

Velimus pro Indempnitate sua in hac parte providere,

Nos,

Nolentes ipsum *Archiepiscopum*, virtute Commissionis nostræ prædictæ, aliqualiter indebitè prægravari,

Vobis Mandamus quod præfatum *Archiepiscopum* omnia Hæreditates, Terras, Tenementa, Redditus, Servitia, Vinias, Custumas, Annuitates, Officia, Reventiones, Proficua, ac alias Possessiones suas infra Ducatum prædictum, de quibus ipse in Possessione ante hæc tempora debitè extitit, habere ac eis pacificè gaudere permittatis, juxta Tenorem Donorum & Concessionum sibi

•XI. 72. in hac * parte confectorum (dictâ Commissione nostrâ, seu aliquâ aliâ Ordinatione, in hâc parte factâ, non obstante) vos inde colore Commissionis nostræ prædictæ non intromittendo.

nos per Annum se extendunt,

Ac etiam pro quibusdam minutis Necessariis Centum & Sexdecim Solidos per Annum, quæ quidem Summæ in omnibus ad Sexaginta & novem Libras, Decem Solidos, & Sex Denarios per Annum se extendunt,

Percipiendas singulis Annis ad Scaccarium nostrum, ad Terminos Paschæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones, quousque aliter indè duxerimus ordinandum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo quarto die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Conductu pro Vino Ducis Burgundiæ.

REX, per Literas suas Patentes, usque ultimum Diem Februarii proximò futurum duraturas, ad Supplicationem, carissimi Consanguinei sui, *Johannis Ducis Burgundiæ & Comitis Flandriæ*, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensiones suas speciales, Tria Vasa, cum Trescentis & quinquaginta Kenwes Vini seu paucioribus Carcata, ab Aqua de Seine usque Bordez, in quocumque Loco vel Portu sibi placuerit infra Comitatum Flandriæ, per Mare unâ vice tantum ducenda, salvò & securè transeundo, necnon Magistros & Marinarios Vasorum prædictorum quoscumque.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Franc. 1. H. 5. m 16.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo quinto die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Confirmatione pro Mercatoribus.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes, Domini *Henrici*, *nuper Regis Angliæ*, Patris nostri, factas in hæc verba,

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Ibid. m. 18.

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitanniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes, Domini *Richardi*, nuper *Regis Angliæ* Secundi post Conquestum, factas in hæc verba,

Ricardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ*, Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS Cartam, celebris memoriæ, Domini *E.* Filii *Regis Henrici* quondam *Regis Angliæ* Progenitoris nostri, in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitanniæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justitiariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris • & omnibus Ballivis & Fidelibus suis, Salutem. •IX. 73.

Circa bonum Statum omnium Mercatorum subscriptorum Regnorum, Terrarum, & Provinciarum, videlicet, Alemanniæ, Franciæ, Ispaniæ, Portugaliæ, Navarræ, Lumbardiæ, Tusciæ, Provinciæ, Cathaloniæ, Ducatûs nostri Aquitanniæ, Tholosaniæ, Caturcinii, Flandriæ, Brabantiæ, & omnium aliarum Terrarum & Locorum Extraneorum, quocumque nomine censeantur, Venientium in Regnum nostrum Angliæ, & ibidem Conversantium, Nos præcipua Cura solicitat qualiter, sub nostro Dominio, Tranquillitatis & plenæ Securitatis immunitas eisdem Mercatoribus futuris temporibus præparetur: ut itaque Vota ipsorum reddantur ad nostra & Regni nostri Servitia promptiora, ipsorum Petitionibus favorabiliter annuentes, & pro Statu eorumdem pleniùs assecurando, in forma quæ sequitur, Ordinantes, Subscripta dictis Mercatoribus, pro Nobis & Hæredibus nostris, Imperpetuùm duximus concedenda,

INPRIMIS (videlicet) quòd omnes Mercatores dictorum Regnorum & Terrarum salvò & securè, sub Tuitione & Protectione nostrâ, in dictum Regnum nostrum Angliæ, & ubique infra Potestatem nostram alibi, veniant cum Mercandisis suis quibuscumque, de Muragio, Pontagio, & Panagio liberi & quieti,

Quodque infra idem Regnum & Potestatem nostram, in Civitatibus, Burgis, & Villis Mercatoriis, possint mercari dumtaxat in Grosso, tam cum Indigenis seu Incolis ejusdem Regni & Potestatis nostræ prædictæ, quàm cum Alienigenis extraneis vel privatis; ita tamen quòd Merces, quæ vulgariter Merceriæ vocantur, ac species minutatim vendi possint, prout antea fieri consuevit,

Et

[illegible]

ITEM, quòd quilibet Contractus, per ipsos Mercatores cum quibuscunique Personis, undecumque fuerint, super quocumque genere Mercandisæ initus, firmus sit & stabilis; ita quòd neuter Mercatorum ab illo Contractu possit discedere vel resilire, postquam Denarius Dei inter Principales Personas contrahentes datus fuerit & receptus; &, si forsan super Contractu hujusmodi Contentio oriatur, fiat inde Probatio aut Inquisitio, secundum Usus & Consuetudines Feriarum & Villarum, ubi dictum Contractum fieri contigerit & iniri.

ITEM, Promittimus præfatis Mercatoribus, pro Nobis & Hæredibus nostris, imperpetuùm, Concedentes quòd nullam Prisam, vel Arestationem, seu Dilationem, occasione Prisæ, de cætero, de Mercimoniis, Mercandisis, seu aliis Bonis suis, per nos, vel alium, seu alios, pro aliqua Necessitate vel Casu, contra Voluntatem ipsorum Mercatorum, aliquatenus faciemus, aut fieri patiemur, nisi statim soluto Pretio, pro quo ipsi Mercatores aliis hujusmodi Mercimonia vendere possint, vel eis aliàs Satisfacto ita quòd reputent se contentos: & quòd super Mercimonia, Mercandisas, seu Bona ipsorum, per Nos, vel Ministros nostros, nulla Appretiatio aut Æstimatio imponetur.

ITEM, volumus quòd omnes Ballivi & Ministri Feriarum, Civitatum, Burgorum, & Villarum Mercatoriarum, Mercatoribus antedictis, Conquerentibus coram eis, celerem Justitiam faciant, de die in diem, sine dilatione, secundum Legem Mercatoriam, de universis & singulis quæ per eandem Legem poterunt terminari; &, si forte inveniatur Defectus in aliquo Ballivorum vel Ministrorum prædictorum, unde iidem Mercatores vel eorum aliquis dilationis incommoda sustinuerint vel sustinuerit, licet mercator versus Partem in principali recuperaverit Dampna sua, nichilominus Ballivus vel Minister alius versus Nos, prout Delictum exigit, puniatur, & Punitionem istam concedimus in favorem Mercatorum prædictorum pro eorum Justitia maturanda.

ITEM, quòd in omnibus generibus Placitorum (salvo Casu
*IX. 74. Criminis, pro quo infligenda sit Pœna mortis) ubi * Mercator Implacitatus fuerit, vel alium implacitaverit, cujuscumque conditionis idem Implacitatus extiterit, Extraneus vel Privatus, in Nundinis, Civitatibus, sive Burgis, ubi fuerit sufficiens copia Mercatorum prædictarum Terrarum, & Inquisitio fieri debeat, sit Medietas Inquisitionis de eisdem Mercatoribus, & Medietas altera de aliis probis & legalibus Hominibus Loci illius ubi Placitum illud esse contigerit; &, si de Mercatoribus dictarum Terrarum Numerus non inveniatur sufficiens, ponantur in Inquisitione illi qui idonei invenientur ibidem, & residui sint de aliis bonis Hominibus & idoneis de locis in quibus Placitum illud erit.

ITEM, Volumus, Ordinamus, & Statuimus quòd in quâlibet Villâ Mercatoria & Feria Regni nostri prædicti, & alibi infra Potestatem nostram, Pondus nostrum in certo loco ponatur, &, ante Ponderationem, Statera in præsentia Emptoris & Venditoris vacua videatur; & quòd brachia sint æqualia, & extunc Ponderator ponderet in æquali; &, cùm Stateram posuerit in æquali, statim amoveat manus suas, ita quòd remaneat in æquali; quodque, per totum Regnum & Potestatem nostram, unum sit pondus & una Mensura, & Signo Standardi nostri signentur; Et quòd quilibet possit habere Stateram unius Quarteroni & infra, ubi contra Dominium Loci, aut Libertatem per Nos seu Antecessores nostros concessam, illud non fuerit, sive contra Villarum aut Feriarum Consuetudinem hactenus observatam.

ITEM, Volumus & Concedimus quòd aliquis certus Homo fidelis & discretus, Londoniæ Residens, assignetur Justiciarius Mercatoribus memoratis, coram quo valeant specialiter Placitare, & Debita sua Recuperare celeriter, si Vicecomites & Majores eis non facerent, de die in diem, celeris Justiciæ complementum; & inde fiat Commissio, extra Cartam Præsentem, concessa Mercatoribus antedictis (scilicet) de hiis quæ sunt inter Mercatores secundum Legem Mercatoriam deducenda.

ITEM, Ordinamus & Statuimus, & Ordinationem illam Statutumque, pro Nobis & Hæredibus nostris, imperpetuum volumus firmiter observari, quòd pro quâcumque Libertate, quam Nos, vel Hæredes nostri, de cætero Concedemus, præfati Mercatores suprascriptas Libertates vel earum aliquam non amittant.

Pro supradictis autem Libertatibus & liberis Consuetudinibus optinendis, & Prisis nostris remittendis eisdem, sæpedicti Mercatores universi & singuli, pro Se & omnibus aliis de Partibus suis, Nobis concorditer & unanimiter Concesserunt quòd de quolibet Dolio Vini, quod adducent vel adduci facient intra Regnum vel Potestatem nostram, & unde Marinariis Frectum solvere tenebuntur, solvent Nobis & Hæredibus nostris, nomine Custumæ, Duos Solidos, ultra antiquas Custumas debitas, & in Denariis solvi consuetas, Nobis aut aliis infra Quadraginta Dies postquam extra Naves ad Terram posita fuerint dicta Vina,

ITEM, pro quolibet Sacco Lanæ, quem dicti Mercatores aut alii nomine ipsorum Ement, & de Regno nostro Educent, aut Emi & Educi facient, solvent Quadraginta Denarios de Incremento, ultra Custumam antiquam Dimidiæ Marcæ quæ priùs fuerat persoluta,

... ceant Mercandisas, ut de Averio ponderis, & de aliis rebus Subtilibus, sicut de *Pannis Tharsen.* de Serico, de Cindatis, de Seta, & aliis diversis Mercibus, & de Equis etiam ac aliis Animalibus, Blado & aliis Rebus & Mercandisis multimodis, quæ ad certam Custumam facile poni non poterunt,

Iidem Mercatores concesserunt dare Nobis, & Hæredibus nostris, de qualibet Libra Argenti æstimationis seu valoris Rerum & Mercandisarum hujusmodi, quocumque nomine censeantur, Tres Denarios de Libra in introitu Rerum & Mercandisarum ipsarum in Regnum & Potestatem nostram prædicta, infra Viginti Dies postquam hujusmodi Res & Mercandisæ in Regnum & Potestadem nostram adductæ, & etiam ibidem * exoneratæ seu venditæ *IX. 75.
fuerint; & similiter Tres Denarios de qualibet Libra Argenti in Eductione quarumcumque Rerum & Mercandisarum hujusmodi, Emptarum in Regno & Potestate nostra prædictis, ultra Custumas antiquas nobis aut aliis ante datas:

Et super Valore & Æstimatione Rerum & Mercandisarum hujusmodi, de quibus Tres Denarii de quâlibet Librâ Argenti, sicut prædicitur, sunt solvendi, credatur eis per Literas, quas de Dominis aut Sociis suis ostendere poterunt; &, si Literas non habeant, stetur in hàc parte ipsorum Mercatorum, si præsentes fuerint, vel Valettorum suorum, in eorumdem Mercatorum absentia, Juramentis,

Liceat insuper Sociis de Societate Mercatorum prædictorum, infra Regnum & Potestatem nostram prædicta, Lanas Vendere aliis Sociis suis, & similiter Emere ab eisdem absque Custuma solvenda; Ita tamen quòd dictæ Lanæ ad tales manus non deveniant quòd de Custuma Nobis debita defraudemur.

Et prætereà est sciendum quòd, postquam sæpedicti Mercatores, semel in uno Loco, infra Regnum & Potestatem nostram, Custumam, Nobis concessam superiùs pro Mercandisis suis, in forma solverint supradicta, & suum habeant inde Warantum, erunt liberi & quieti, in omnibus aliis Locis, infra Regnum & Potestatem nostra prædicta, de Solutione Custumæ hujusmodi pro eisdem Mercandisis seu Mercimoniis per idem Warantum, sive hujusmodi Mercandisæ infra Regnum & Potestatem nostram remaneant, sive Exterius deferantur;

Exceptis Vinis quæ de Regno & Potestate nostra prædictis, sine voluntate & licentia nostra, sicut prædictum est, nullatenus educantur.

Volumus autem ac pro Nobis & Hæredibus nostris Concedimus, quòd nulla Exactio, Prisa, vel Præstatio, aut aliquod aliud Onus, super Personas Mercatorum prædictorum, Mercandisas seu Bona eorumdem, aliquatenus imponatur, contra formam expressam superiùs & concessam,

Hiis Testibus,

Venerabilibus Patribus,
Roberto Cantuariens. Archiepiscopo, totius Angliæ Primate,
Waltero Coventriæ & Lichfeldiæ Episcopo,
Henrico de Lacy Comite Lincolniæ,
Humfredo de Bohom Comite Herefordiæ & Essexiæ, ac Constabulario Angliæ,
Adomaro de Valentia,
Galfrido de Geynville,
Hugone le Despenser,
Waltero de Bello Campo Senescallo Hospitii nostri,
Roberto de Bures;
Et aliis.

Dat. per Manum nostram apud *Wyndesore*, Primo die Februarii, Anno Regni nostri Tricesimo Primo.

INSPEXIMUS etiam Cartam, Domini E. *nuper Regis Angliæ* Avi nostri, factam in hæc verba,

EDwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitanniæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis & fidelibus suis, Salutem.

INSPEXIMUS Cartam, quam, Dominus E. *nuper Rex Angliæ*, Pater noster, fecit Mercatoribus Regni Alemanniæ, illis, scilicet, qui habent Domum in Civitate Londoniæ quæ Gildehalla Teuthonicorum vulgariter nuncupatur, in hæc verba,

EDwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dominus Hiberniæ*, & *Dux Aquitanniæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis & Fidelibus suis, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, celebris memoriæ, *Dominus H.* quondam *Rex Angliæ*, Avus noster, per Literas suas Patentes, Concessisset Mercatoribus Regni Alemanniæ, (illis, scilicet, qui habent Domum in Civitate Londoniæ, quæ Gildehalla Teuthonicorum vulgariter nuncupatur) quòd eos universos & singulos manuteneret & servaret, per totum Regnum suum, in omnibus eisdem Libertatibus & liberis

Con-

dinibus, quibus ipsi Mercatores, Nostris & prædicti Patris nostri, ac aliorum Progenitorum nostrorum temporibus, usi sunt & gavisi, manuteneantur imperpetuum & serventur, & quòd ipsos Mercatores, extra hujusmodi Libertates & liberas Consuetudines, non trahemus, nec, quantum in nobis est, trahi aliqualiter permittemus, prout in Literis nostris Patentibus, eisdem Mercatoribus inde confectis, pleniùs continetur,

Nos, volentes præfatis Mercatoribus Gratiam facere ampliorem, per Finem quem fecerunt Nobiscum, Concessimus eis, pro Nobis & Hæredibus nostris, & hâc Cartâ nostrâ Confirmavimus quòd ipsi, & eorum Successores, prædictam Domum habituri, imperpetuum infra Regnum & Potestatem nostram has habeant Libertates (videlicet)

Quòd Ipsi, aut eorum bona seu Mercimonia, infra idem Regnum & Potestatem, pro aliquo Debito, de quo Fidejussores aut Principales Debitores non exstiterint, nec pro aliqua Transgressione, facta seu facienda per alios, quàm per ipsos, non Arestentur nec Graventur,

Et quòd Nos vel Hæredes nostri, super ipsos aut eorum Bona vel Mercimonia, Custumam Novam indebitam non ponemus; Salvis Nobis & Hæredibus nostris antiquis Prisis nostris,

Quodque ipsi, per totum Regnum nostrum, de Bonis & Mercimoniis suis, de Pontagio, Pavagio, & Muragio imperpetuum sint quieti; ita tamen quòd aliquem, qui de Gilda ipsorum Aulæ prædictæ non existat, nec ejus Bona seu Mercimonia, de Gilda sua esse advocent ullo modo,

Quare volumus & firmiter Præcipimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, quòd ipsi Mercatores, & eorum Successores, infra Regnum & Potestatem nostram, Libertates prædictas habeant imperpetuum; Ita tamen quòd aliquem, qui de Gilda ipsorum non existat, nec ejus Bona seu Mercimonia, de Gilda sua advocent, sicut prædictum est.

Hiis Testibus,

Venerabilibus Patribus,
W. Cantuariensi Archiepiscopo, totius Angliæ Primate,
J. Eliensi Episcopo Thesaurario nostro,
Bartholomeo de Badelesmere,
Hugone d'Audelee Juniore,
Willielmo de Monte Acuto Senescallo Hospitii nostri,
Radulpho de Gorges,
Johanne de Weston Juniore,
Et aliis.

Dat. per manum nostram apud *Wyndesore* Septimo die Decembris, Anno Regni nostri Undecimo.

Nos autem, Concessiones prædictas Ratas habentes & Gratas, eas, pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, Concedimus & Confirmamus, prout Carta prædicta rationabiliter testatur.

Hiis Testibus,

Venerabilibus Patribus,
W. Archiepiscopo Cantuariensi totius Angliæ Primate,
J. Eliensi Episc. Cancellario nostro,
A. Herefordiensi Episcopo Thesaurario nostro,
H. Lincolniensi,
W. Norwicensi,
Et *J. Wyntoniensi*,
Episcopis;
Thoma Comite Norffolciæ & Marescallo Angliæ,
Edmundo Comite Kantiæ,
Henrico Comite Lancastriæ,
Thoma Wake,
Johanne de Bello Campo de Sommerset,
Johanne de Ross Senescallo Hospitii nostri,
Et aliis.

Dat. per manum nostram apud *West.* Quartodecimo die Marcii, Anno Regni nostri Primo.

*IX. 77. * Nos autem, Concessiones, Promissionem, Ordinationem, Statutum & Confirmationem prædicta, Rata habentes & Grata, ea, pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, &, Tenore Præsentium, eisdem Mercatoribus Alemanniæ Concedimus & Confirmamus, prout Cartæ prædictæ rationabiliter testantur, & prout ipsi Libertatibus, Immunitatibus, & Quietantiis prædictis, semper hactenus, [à tempore ... O]ctobris, Anno Regni nostri Primo.

Nos autem, Concessiones, Promissionem, Ordinationem, Statutum & Confirmationes prædicta, Rata habentes & Grata, ea, pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, Acceptamus, Approbamus, ratificamus, &, Tenore Præsentium, eisdem Mercatoribus Alemanniæ Concedimus & Confirmamus, prout Literæ prædictæ rationabiliter testantur, & prout ipsi Libertatibus, Immunitatibus, & Quietantiis prædictis, semper hactenus, à tempore Concessionis & Confectionis Cartarum prædictarum, rationabiliter uti & gaudere consueverunt.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxv. die Novembris.

Pro Quadraginta Marcis solut. in Hanaperio.

De Licentia Eundi ad Terram Sanctam.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, Concessimus & Li- 1413.
centiam Dedimus, dilecto & fideli nostro, *Willielmo de Botreaux* An. 1.
quòd ipse versus Terram Sanctam, ac alias partes Exteras, cum H. 5.
Hominibus & Servientibus suis, ac eorum Equis & Herneisiis in Franc.
Comitiva sua, se divertere, & ibidem morari, & extra Regnum 1. H. 5.
nostrum Angliæ per Biennium se absentare possit licitè & impu- m. 15.
nè,

Aliquibus Ordinationibus sive Proclamationibus, in contrarium factis, non obstantibus,

Nolentes quod idem *Willielmus*, ratione Absentiæ suæ prædictæ, per Nos, vel Hæredes nostros, aut Ministros nostros quoscumque, futuris temporibus, impetatur, inquietetur, molestetur in aliquo, seu gravetur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xxx die Novembris.

Per ipsum Regem.

De non divertendo versus Curiam Romanam.

REX *Johanni Bremore* Clerico, Salutem. Ann. D.
Quia datum est Nobis intelligi quòd Tu versus Curiam Ro- 1413.
manam, ad quamplura Nobis & Ligeis nostris præjudicialia & An. 1.
damnosa ibidem attemptandum, divertere proponis, H. 5.
Nos, Claus.
* Indempnitati Nostræ & dictorum Ligeorum nostrorum, in 1. H. 5.
hac parte, prospicere volentes, ut tenemur, m. 8.
Tibi Præcipimus, firmiter Injungentes, quòd versus Curiam * IX. 78.
prædictam, sine Licentia nostra speciali, Te non divertas, nec quicquam ibidem prosequaris, aut prosequi vel attemptari præsumas, quod in Nostri Contemptum vel Præjudicium, aut Ligeorum nostrorum Dampnum cedere valeat, nec aliquem vel aliquos, illic mittas, ex hâc causâ, quovis modo,

Et hoc sub Pœna Centum Librarum nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xi. die Decembris.

Pro Abbate Westmonasterii, in quo Rex Regalitatis Insignia suscepit.

REX Omnibus, ad quos, &c. Ann. D.
Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, 1413.
Et, pro salute Animæ nostræ, & ob Reverentiam Dei & Beati An. 1.
Petri, in cujus honore Abbatia Westmonasteriensis dinoscitur de- H. 5.
dicari, ac etiam gloriosi *Confessoris Regis Edwardi*, & diversorum Pat. 1.
inclitorum Progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ H. 5.
in Abbatia prædicta quiescentium, p. 4. m.
Necnon pro eo quod in eadem Abbatia, prout placuit Altissi- 5.
mo, *Insignia Regalitatis nostræ* nuper suscepimus,

Volentes pro Constructione & Reparatione Navis Abbatiæ illius (quæ à diu Ruinam passa fuit & infecta remanet) cum Bonis, nobis à Deo collatis & conferendis, quàm citiùs commode poterimus, providere,

Concessimus, dilectis nobis in Christo, Abbati & Conventui Abbatiæ prædictæ, in auxilium Perfectionis & Constructionis Navis prædictæ, Mille Marcas, percipiendas annuatim quamdiù nobis placuerit (videlicet)

Quingentas Marcas de Exitibus Hanaperii Cancellariæ nostræ, per

Navis prædictæ, per Supervisum, carissimi Consanguinei nostri, *Edwardi Ducis Eborum*, &c. Venerabilis in Christo Patris *Henrici Episcopi Wyntoniensis* Cancellarii nostri, Avunculi nostri carissimi, fideliter Expendendum,

Ita quòd iidem, Ricardus & Ricardus, rationabilem Compotum de Summis, per ipsos virtute Literarum nostrarum Præsentium recipiendis, & circa Perfectionem & Constructionem Navis prædictæ, ut præmittitur, expendendis, eisdem Duci & Cancellario, quotiens & quando ad hoc fuerint debite requisiti, reddant & reddere teneantur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Decimo Quarto die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Tractando super Treugis Britanniæ.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Franc. 1. H. 5. m. 16.

LE Roy, &c. e tous ceux, qui ces Lettres vertont & orront, Salut.

Comme le Prince, de Treshaute memoire, *Henry*, n'agaires *Roy d'Angleterre*, nostre Pier,

Entre le quel pour *Luy*, & ses Paiis, & Subgies, & *Johan Duc de Bretaigne & Count de Montfort* pour Luy, & ses Paiis, & Subgies, estoient Fermez & Accordez Treuës & Souffrances de Guerre, jusques e certain temps quel encores n'est pas passé,

* IX. 79. * Soit puis n'adgairs ale de vie e trespassement,

Et pour ce, par aucuns pourroit estre revoque en doubte, se les ditz Treues sont Finies, ou Durent encores,

Savoir faisons que Nous,

Pour eclairer & oster la dite Doubte, & obvier aux Maulx & Inconveniens qui par ycelle pourroient ensuier,

Consians e plain des Sens, loyaute, & diligence de, noz bien amez & feaulx, *Johan d'Abrychecourt* Chivaler, & Maistre *Johan Ovyngham* Doctour es Loyes,

Yceulx, & chascun d'eulx pour le tout,

Ainsi que la Condicion de l'Occupant ne soit pas la meilleur, mais que ce, que par l'un d'eulx sera en Commancie, puisse par l'autre estre conduit & mene a fin,

Avons Fait, Ordonne, & Establi, Faisons, Ordonnons, & Establissons noz Procurers tous generaulx, & Messagiers especiaulx, evec plain Povair de Ratifier, pour & en Nom de Nous, Louer, Approuver, & Confermer les dites Treues & Souffrances de Guerre,

Et ycelles mesmes, & pareilles, & semblables, ou autres telles, & par ceulx Poins, Condicions, & Covenances, & jusques a tel temps come bon semblera e yceulx noz Procureurs, ou a l'un d'euls, Faire & Appoincthier, Fermer & Accorder pour Nous & noz Paiis, & Subgiez, ovec le *dit Duc*, pour Luy, ses Paiis, & Subgiez,

Et de Jurer, pour ce & e cause de ce, & faire, en l'Ame de Nous, toutes manieres de Seremens ad ce appartenants,

Et de bailler sur ce au *dit Duc* Lettres bonnes & valables & tielles, come les dites Treues, & les Covenances, qui sur ce serront faictez, requerront,

Et de Accepter, prandre, & Recevoir de *dit Duc*, ou de ses Procurours, ses Seremens & Lettres,

Et generaument de faire, es Choses dessusdites, & chescune d'icelles, toutes & chescune les Choses que Nous mesmes ferions & faire pourroions, si presens y estions en nostre propre parsonne; Ja soit ce que la Cas require Mandement plus especial,

Et promettons, sur l'Obligation & Ypotheque de tous & chascun noz Biens, & par la Foy & Serement de nostre Corps, avoir, & que Nous aurons Agreable, Ferme, & Estable tout ceo que par nos ditz Procureurs, & chascun d'eulx, serra Fait, Promis, & Accorde es Choses dessusdites, & en chascun d'icelles.

Et en tesmoignance de ceo Nous avons fait mettre nostre Seel e ces Presentes:

Donne a nostre *Palays de Westm.* le xiv. jour de Decembre.

Par le Roi.

De Tractando cum Rege, pro Rege Scotiæ.

Ann. D. 1413. An. 1. H. 5. Scot. 1. H. 5. m. 2.

REX, per Literas suas Patentes, usque Primum diem Februarii, proximò futurum, duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem & Defensionem suas speciales, *Willielmum Douglas* Chivaler Dominum de Dumlangryg in Scotia,

Qui nuper in Regnum Regis Angliæ, ad Præsentiam suam, ad Tractandum secum pro *Rege Scotiæ*, cum Novem Servientibus in Comitiva sua, & Decem Equis suis, prætextu Literarum Regis de Salvo Conductu, sibi factarum, venit, & in eodem Regno adhuc existit,

In Regno prædicto morando, perhendinando, & abinde, quo-

Tractandum secum pro *Rege Scotiæ*, cum Duobus Servientibus in Comitiva sua, & Quatuor Equis suis, prætextu Literarum * Regis de Salvo Conductu, sibi factarum, venerunt, & in eodem Regno adhuc existunt,

In eodem Regno morando, perhendinando, & abinde, quotiens sibi placuerit, transeundo, & in dictum Regnum Regis Angliæ ex causa præmissa reveniendo, ac exinde ad propria redeundo, ac Servientes & Equos, necnon Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque,

Proviso semper quòd præfati, *Alexander & Johannes*, ac Servientes prædicti, quicquam, &c. *prout in ejusmodi de Conductu Literis.*

Teste ut supra.

De Tractando, cum Rege Castellæ.

Ann. D. 1414. An. 1. H. 5. Franc. 1. H. 5. m. 9.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cùm nuper, Illustrissimus Princeps, *Johannes*, eâdem gratiâ, *Rex Castellæ & Legionis*, Consanguineus noster Carissimus, certum Ambassiatorem suum sive Nuncium (videlicet) Venerabilem Virum *Johannem Roderici* Archidiaconum de Gordonio, Secretarium suum, ad Regnum nostrum Angliæ transmiserit, ad Conveniendum & Tractandum, unà Nobiscum, seu alio, vel aliis, per nos Deputandis, de & super hiis quæ Bonum, Pacem, & tranquillitatem utriusque Regni concernere possunt,

Nos,

Qui Subditorum nostrorum quietem, nostris præsertim temporibus, summis desideriis appetimus, & qui in pulchritudine Pacis delectamur,

Ad Honorem Dei, ejusque Sacrosanctæ Ecclesiæ Unitatem, ac ad evitandum Humani sanguinis Effusionem, aliaque Dampna irreparabilia, quæ indies diræ Guerrarum voragines deduxerunt, & deducent verisimiliter in futurum, nisi de Remedio in ea parte provideatur oportuno,

Nostros in his & ad ea prebuimus Consensum & Assensum,

Unde Nos,

De Prudentia, circumspectione, fidelitate, & industriâ, dilecti nostri, Magistri *Johannis Hovyngham*, Legum Doctoris, Archidiaconi Dunelmensis, Prothonotarii nostri, plenariè confidentes,

Ipsum Fecimus & Constituimus Ambassiatorem sive Nuncium nostrum, ad Conveniendum & Tractandum cum dicto, Illustrissimo Principe, *Johanne Rege Castellæ & Legionis*, aut præfato *Johanne Roderici*, seu alio, seu aliis, per ipsum Deputandis, super Treugis fiendis inter *Nos* & *ipsum Regem*, Consanguineum nostrum Carissimum, nostrosque Subditos & suos, tam per Terram, quàm per Mare, ad tantum & per tantum tempus, prout inter ipsos fuerit concordatum,

Necnon ad Concordandum super certis Die & Loco, ad quos solempnes Ambassiatores nostri conveniant, in Confinibus Regnorum nostrorum, cum Potestate sufficienti ad Procedendum, cum Ambassiatoribus dicti Illustrissimi Principis Regis Castellæ & Legionis Consanguinei nostri Carissimi, super Reparatione Attemptatorum, contra Treugas & aliter Factorum, secundum quod fuit Concordatum & Appunctuatum in captione & dilatione Treugarum, per, inclitæ memoriæ, *Henricum Quartum*, nuper *Regem Angliæ* & Franciæ, Progenitorem nostrum, dicti *Johannis Regis* Avunculum, aliàs factarum & concessarum.

Dat. in *Palatio nostro Westm.* tertio die Mensis Januarii, Anno Regni nostri Primo.

Per ipsum Regem.

Litera de Treugis Britanniæ.

Ann. D. 1414. An. 1. H. 5. Ex Autogr.

NOS *Henricus de Inch*, Miles & *Petrus de Hospitali*, Consiliarii, Illustrissimi Principis & Domini, *Johannis Ducis Britanniæ Comitis Montisfortis & Richemundiæ*, Procuratores & Nuncii specialiter deputati ex parte suâ, prout Literis ejusdem latius continetur;

Quarum Tenor sequitur & est Talis,

JEhan, Duc de Bretaigne Conte de Montfort & de Richemont, A toux ceulx, qui ces Lettres vertont & orront, Salut.

Comme le Prince, de treshaut memoire, *Henri Roy d'Angleterre*,

* IX. 83. * Entre lequel, pour lui, & ses Paiis, & Subgiz, & Nous & les noz estoient fermees & acordees Treues & Souffrances de Guerre, Jusques a certein temps, quel ancores n'est pas passe,

Soit puis n'agueres ale de vie a trespassement,

Et pour ce, par aucuns, pourroit estre Revoque en doubte, se les dittes Treues sont finies, ou durent ancores,

Savour faisons que Nous,

Pour eclairer & hoster la ditte Doubte, & obvier aux Maulx & Inconvenienz qui par icelle purroient ensuir,

Con-

est, pour Lui, ses Pais, & Subgiz, s'il lui plaist,

Et de Jurer, pour ce & a cause de ce, & faire en l'Amme de nous toutes maniers de Sermens ad ce appartenantz,

Et de bailler sur ce au dit Mon *Seigneur le Roy* Lettres bonnes & valables, & telles comme les dittes Treues & les Convenances, qui sur ce seront faittes, Requerront,

Et de Accepter, Prandre, & Recevoir de mon dit *Seigneur le Roy*, ou de ses Procureurs, ses Sermens & Lettres,

Et generalment de faire, es choses dessus dites, & chascune d'icelles, toutes & chascune les choses que Nous mesmes ferions & faire pourrions, si presenz, y estiens en nostre propre personne; Ja soit ce que le cas Requiere Mandement plus especial,

Et prometions, sur l'Obligation & Ypotheque de touz & chascune noz Biens, & par la Foy & Serment de nostre Corps, avoir, & que Nous aurons, Agreable, Ferme, & Establc tout ce, que par noz ditz Procureurs & chascun d'elx sera fait, promis, & acorde es Choses dessus dittes, & chascune d'icelles.

En Tesmoignance de ce Nous avons fait mettre nostre Seel a ces Presentes.

Donne *A Antenix* le x. Jour d'Aoust, l'An Mil Quater cenz & troize.

Sic Signat. Par le Duc de commandement.

MAULEON.

OMNIBUS, præsentes Literas visuris & audituris, *Notum Facimus*, Tenore Præsentium, quòd, post nonnullos & varios Tractatus, Communicationes & Prolocutiones, habitas invicem, inter, Egregios, & Venerabiles Viros, Dominum *Johannem Dabrichecourt* Militem, & Magistrum *Johannem Honyngham* Legum Doctorem, Procuratores & Nuncios speciales pro parte, Serenissimi Principis, *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ*, &c. & Nos præfatos *Henricum* & *Petrum*, Repertum fuit quòd,

Non obstantibus Treugis de Data vicesimi septimi diei Octobris, Anno Domini Millesimo Quadragentesimo undecimo aliàs initis & firmatis, inter, inclitæ memoriæ, Principem *Henricum Quartum* nuper *Regem Angliæ*, & prædictum Dominum *Ducem Britanniæ*,

Varia & nonnulla Attemptata processerunt in præjudicium earumdem Treugarum, & per Subditos utriusque Partium,

Nos dicti, *Henricus* & *Petrus*, pro Parte prædicti *Domini Ducis* Procuratores & Nuncii, ut præfertur, Deputati, Auctoritate & Mandato prædictis, Mutuo consensu & deliberato consilio,

Pro firmiori in futurum Treugarum stabilimento & tutamine providere volentes, nec non Robhariis, Deprædationibus, Combustionibus, Vastationibus, Violentiis, Occisioni Hominum, effusioni Sanguinis, & aliis Dampnis & Periculis, quæ indies evenire formidantur, Remedium imponere pro futuro,

* IX. 82. * Post Protestationem, hinc inde inter Nos factam & admissam, de non præjudicando nec derogando prædictis Treugis, quin quòd, durantibus Treugis præsentibus, eis non obstantibus, plena & debita fiet hinc & inde Justitia Reformatioque, & Reparatio de & super omnibus & singulis Attemptatis, Ablatis, Captis, Occupatis & Spoliatis, contra vim, formam, & effectum Treugarum earumdem,

Quarum Treugarum Tenor de Verbo ad Verbum sequitur in hunc modum.

JEhan *Duc de Bretaign*, *Conte de Montfort & de Richemont*, A toux ceulx, qui ces presentes Lettres verront ou orront, Salut.

Comme, pour occasion des Guerres, qui par long temps ont durez entre les Paiis & Subgiz de, nostre tresredoubte Seigneur & Pere, *le Roy d'Angleterre* & les *Noz*, moult de Maulx soient ensurz & ensuivent de Jour en Jour, Comme Pilleries, Robberies, Arcions, Forces, Violences, Mort de Genz, & autres Inconvenienz innumerables, & pourroint ensuir grigneurs & plus perilleux se pourveu ne y estoit,

Savoir faisons que,

Pour Honeur de Dieu & pour Remedier aux Maulx & obvier aux Perilz dessusdiz, & pour eschuier l'effusion du sang Humain,

Nous, pour Nous, noz Paiis & Subgiz,

En Ratiffiant & Confermant les autres Trieues, quelles n'aguerres avons Prinse & Ferme Avecques nostre dit *Seigneur* & *Pere*, Jusques a Deux Anz commencanz le vi. Jour de Juillet derrein, & senz Novation, Derogation, ne Prejudice d'icelles Trieues,

Avons Prins & Ferme bonnes, seures, & loiales Trieues, & soustrances de Guerre, Avecques nostre dit *Seigneur* & *Pere*, pour Lui, & ses Paiis, & Subgiz: Pour le temps de Dix Anz prouchains venanz, a commencer le premier Jour de Janvier prouchain venant,

Ainsi que le dit temps durant, les diz Subgiz de nostre dit *Seigneur* & *Pere*, avecques leurs Vesseaulx, Mariniers, Merchan-

Auxquelx, generalment, & a chascun d'elx, Nous Mandons & Commandons, en commettant, se mestier est, cestes dites Trieues faire assavoir & publier, par Banie & autrement, deuement en noz diz Portz & Havres, bonnes Villes, & Lieux acoustumes, & yceiles faire Tenir & Garder fermement senz enfraindre,

Et, se aucun Chose treuvent avoir este ou estre faitte ou attemptee au contraire par aucun de noz Subgiz obeissans, durant le dit Temps, le faire promptement & vigueureusement, par prinse de Corps & de Biens, & par toutes autres voies possibles & raisonables, Reparer, les Parties Desdomager, a Nous & a elles Amender, & les Malfeittours & Violeurs des dittes Trieues Punir selon le Cas, & tellement que ce soit a touz autres Exemple,

Et de ce faire avons Donne & Donnons A noz ditz *Mareschal*, *Amiral*, *le Sire du Ineh*, & *Tritan*, generalment, comme dit est, & aussi a chascun d'elx, plain Povoir & Auctorite de par Nous & Mandement especial,

Mandons & Commandons a touz noz Subgiz, en ce faisant, leur obeir & diligeaument entendre,

Et, ad ce que cestes Choses soient Fermes & Estables, Nous avons fait mettre nostre Grant Seel a ces Presentes.

En Tesmoignance desquelles choses Nous avons fait faire cestes nos Lettres Patentes.

Donne *en nostre Ville de Vennes* le xxvii. Jour d'Octobre l'An Mil Quatre cenz & onze.

Sic Signat. Par le Duc de Son Commandement.

MAULEON.

*CONCLUDENDUM CENSUIMUS, & Auctoritate qua supra Concludimus in præsenti, cum præfatis egregiis Viris, *Johanne Dabruchecourt* Milite, & Magistro *Johanne Honyngham*, Procuratoribus & Nunciis *Regis supradicti*, pro præfato *Domino Duce*, Terris, Dominiis, Patriis, Territoriis, Juridictionibus, Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Opidis, & eorum Suburbiis, Patriis, Terris, Dominiis, & Territoriis, Ditioni suæ subjectis & Subditis, ac ipsius *Domini Ducis* Ligiis, Vassallis, & Subditis quibuscumque, * IX. 83.

Et Procuratores ac Nuncii *Regis prædicti*, Auctoritate & Nomine quibus supra, pariter & modo simili, pro dicto *Domino Rege*, Regno suo Angliæ, Terris, Patriis, Dominiis, & Territoriis, Juridictionibus, Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Opidis, & eorum Suburbiis, Patriis, Terris, Dominiis, & Territoriis, Ditioni suæ subjectis, ac ipsius *Domini Regis* Ligiis, Vassallis, & Subditis, citra & ultra mare, quibuscumque, nobiscum concordarunt, de & super Articulis subscriptis, in modum & formam qui sequuntur,

IMPRIMIS, Nos, *Henricus & Petrus*, Procuratores & Nuncii prædicti, pro parte *Domini Ducis*, Concordavimus, Promisimus, Inivimus, Concessimus, & Firmavimus, & Tenore præsentium, Concordamus, Promittimus, Inimus, Concedimus, & Firmamus Treugas generales, firmas, bonas & legales, tam per Terram quàm per Mare cum prædictis, *Domino Johanne*, Milite, & Magistro *Johanne*, Procuratoribus & Nunciis antedictis, pro præfato *Domino Duce*, Terris, Dominiis, Patriis, Territoriis, Jurisdictionibus, Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, & omnibus Territoriis, Ditioni suæ subjectis, ac ipsius *Domini Ducis* Vassallis, Ligeis & Subditis quibuscumque, ut præfertur, pro Termino Decem Annorum, a die Datæ Præsentium continuè numerandorum,

In quibus etiam Treugis Consentimus & Concludimus, Nomine & Auctoritate dicti *Domini Ducis*, ac sub ipsius *Domini Ducis*, periculo, includi volumus & permittimus, Insulam de Beat & Villam de Saint Malou, & Inhabitantes easdem,

Quibus Treugis, Sufferentiis, & Abstinentiis Guerrarum durantibus, per totum & omne tempus earumdem, cessent & cessabunt in Regno Angliæ, ac omnibus aliis Dominiis, Territoriis, Juridictionibus, Locis, & Possessionibus prædictis, omnes Prisæ Personarum, Fortalitiorum, Bonorum & Locorum quorumcumque, Demolitiones Mansionum & Murorum, Combustiones, Deprædationes, & Robariæ, ac omnibus aliis Factis Guerrarum,

Nec fient Obsessiones, nec Insultus, Escallationes aliquorum Castrorum, Fortalitiorum, seu Villarum, nec Personæ vel Bona quæcunque capi, detineri, vel incarcerari ex parte *Domini Ducis*, sive Inhabitantium loca prædicta, sub colore Marchæ, Contramarchæ, seu Repressaliarum occasione Cautionum, Promissionum, Recognitionum, Debitorum, Obligationum, Venditionum, aut alio colore quocunque in præjudicium Treugarum præsentium, durante tempore Treugarum supradicto,

Et possunt & poterunt, per idem tempus præsentium Treugarum,

... aliqua Persona, Res, Bona, Villæ muratæ, Fortalitia, seu Civitates prædictæ Capiantur, vel contra formam præsentium Treugarum seu Abstinentiæ Guerrarum in aliquo (quod absit) fuerit attemptatum quocunque modo, durante tempore supradicto, fiat Reformatio, Restitutio, & Reparatio absque aliquo defectu, omnibus dolo & fraude in ea parte cessantibus,

Et insuper Consensimus & Concordavimus, ac, Auctoritate quâ supra, Consentimus & Concordamus quòd, propter aliqua Facta, Attemptata, seu Deprædata, si quæ infra tempus Treugarum præsentium, contra tenorem earundem, intervenerint, (quod absit) non eo prætextu, vel ex hoc, Treugæ præsentes pro Fra-
*IX. 84. ctis vel Infectis in aliqua sui parte habebuntur, nec ex illo * capite una pars contra aliam Guerram faciet aut inchoabit; sed debito modo plena fiet Reparatio; & Malefactores nichilominus, secundum exigentiam Casûs vel Delicti, per ipsos, ad quos pertinet, debitè punientur.

ITEM, quod, nulla Navis Armata, Ducatûs Britanniæ, seu partis *Domini Ducis*, vel locorum in dictis Treugis comprehensorum, Portum aliquem exeat, donec eidem *Domino Duci*, per Excercitorem, Dominum, Factorem, seu Magistrum Navis hujusmodi, in Manibus Ballivorum, Judicum, seu Ministrorum aliorum Villarum & Portuum hujusmodi, plena & sufficiens Cautio & Securitas fiant quòd nichil contra Tenorem & Effectum Præsentium Treugarum attemptabunt nec facient, aut permittent, quantum in eis est, aliqualiter attemptari, nec Prisam aliquam, justam vel injustam, in Portum alium, præterquam Ditionis & Territorii proprii, vel partium in præsentibus Treugis inclusarum, duci facient, nisi vi Ventorum, aut Persecutione Inimicorum, turbine vel impulsu Maris sint compulsi;

Et, in eventu quo aliqua de facto, hinc vel inde, attemptata fuerint, tunc per prædictos Excercitores, Dominos, Factores, seu Magistros, plena fiat Restitutio parti læsæ, cum Dampnis & Interesse:

Et, si Navis aliqua armata Villas seu Portus hujusmodi exierit, Securitate prædictâ non habitâ neque factâ; & per Gentes ipsius Navis, vel in ipsa existentes, in aliquo contra præsentium Treugarum Tenorem fuerit attemptatum; tunc Navis illa dicto *Domino Duci* sit ipso facto Confiscata: Majores quoque & Ballivi, Gubernatores & Ministri alii, de quorum partibus Naves hujusmodi exierint, sicut & prout Pars attemptans, ad Restitutionem Parti læsæ realiter teneantur.

ITEM, si durantibus Treugis præsentibus, aliquæ Naves, cum aliquibus Prisis, ad & in aliquam Villam seu Portum dicti *Domini Ducis* aut locorum prædictorum applicuerint, statim per præsentium Treugarum Conservatores, aut eorum Depputatos, Majores, Ballivos, Gubernatores, seu alios Ministros publicos, arrestentur & sequestrentur Prisæ prædictæ, ac de & super eisdem inter aliquos Ministrorum hujusmodi & Partem attemptantem fiat Inventarium Indentatum pro Securitate Partis, cui finaliter Res & Bona hujusmodi per Sententiam Judicum seu Conservatorum pertinebunt; & per Conservatores diligens & debita fiat Inquisitio (omni dolo & fraude cessantibus) de & super Prisis hujusmodi (videlicet, an justè vel injustè captæ fuerint:) & debita Justitia fiat in hac parte.

ITEM, quòd nulla fiat Venditio, Distractio, Donatio, seu Alienatio Prisarum hujusmodi, donec Inquisitio prædicta executa fuerit, & debita Justitia facta de eisdem: &, in eventum quo dicti Majores, Ballivi, Gubernatores, seu Ministri supradicti, in præmissis aut circa ea Negligentes fuerint aut Remissi, ipsi ad Restitutionem consimilem, ut præfertur, tenebuntur Parti læsæ effectualiter & arctentur.

ITEM, quòd, durantibus Treugis supradictis, dictus *Dominus Dux* non receptabit Proditores, Fugitivos, Bannitos, Piratas, vel Exules dicti *Domini Regis*, nec eis Victualia colore vel titulo aliquo ministrabit: &, si dictus *Dominus Rex*, vel Conservatores Regni sui denunciaverint dicto *Domino Duci*, vel ejus Conservatoribus de Nominibus aliquorum hujusmodi Proditorum, Fugitivorum, Piratarum, aut Bannitorum, statim per dictum *Dominum Ducem*, vel Conservatores suæ Partis, arrestabuntur, & salvò custodientur donec idem *Dominus Rex* de eisdem disposuerit, pro sui libito; suis tamen Sumptibus & Expensis.

ITEM, quod dictus *Dominus Dux* non receptabit Inimicos dicti *Domini Regis* Armatos modo Guerrino, nec tales qui modo Guerrino velint contra ipsum *Dominum Regem* Guerram movere: Nec eis Hospitia, Victualia, aut alia Subsidia exhibebit: Nec sinet aut permittet dictus *Dominus Dux*, durantibus Treugis præsentibus, aliquos de suis Subditis, Dominia sua, Jurisdictiones, aut Territoria exire per se, vel cum aliis dicti *Domini Regis* Inimicis, qui contra dictum Regem, vel sibi Subjectos, per Terram, vel per Mare, Guerram movebunt, neque ipsos receptabit aut juvabit *idem Dux* nec aliqualiter sustentabit; nec ab aliis, suis Subditis, aut Inhabitantibus Loca prædicta, præstari, juvari, receptari, aut sustentari permittet quovis modo.

ITEM, quòd nullæ Prisæ, super Anglicos captæ, per quoscumque dicti *Domini Regis* Inimicos, receptabuntur à Britanibus, nec in Portibus, Villis, Territoriis, aut Juridictionibus dicti *Do-*

... Res, vel Bona hujusmodi in & ad Portus vel Partes Britanniæ, seu Locorum in dictis Treugis comprehensorum, non impedientur per dictum *Dominum Ducem*, vel ejus Subditos, sive Inhabitantes Loca prædicta, quin possit liberè & sine impedimento quocunque Naves, Personas, Res & Bona hujusmodi secum ducere, & de & super eisdem disponere ad suæ libitum voluntatis, nisi sub Districtibus aut Portibus dicti *Domini Ducis* capiantur,

Nec dictus *Dominus Dux*, neque ipsius *Domini Ducis* Subditi, aut alii in dictis Treugis comprehensi, in quacumque arte vel ingenio, Naves, Personas, Res, vel Bona Inimicorum dicti *Domini Regis Angliæ* palliabunt tanquam sua;

Et, si contingat aliquem Subditorum dicti *Domini Ducis* Naves, Personas, Res, vel Bona hujusmodi, colore aliquo vel ingenio, tanquam sua palliare, & hoc contra eos effectualiter Probatum fuerit, ipsi Palliantes, & eorum Naves, & Bona eorum quæcumque à Beneficio Treugarum Præsentium in perpetuum penitùs sint exclusi.

ITEM, pro majori Securitate, Firmitate, ac Conservamine præsentium Treugarum, Nos prædicti, *Henricus & Petrus*, Ordinamus & Depputamus, Facimus & Constituimus, pro & in Nomine dicti *Domini Ducis*, *Johannem Dominum de Penhoet* Ammiralem Britanniæ, *Johannem Vicecomitem Dm..m*, *Henricum du Parc*, & *Johannem de Lannon* Milites, Conservatores Præsentium Treugarum, pro parte Ducatûs Britaniæ, conjunctim, & divisim, cum Potestate Substituendi alios:

Qui quidem Conservatores, Commissarii, seu Depputati, ac ipsorum quilibet, Juramentum, tactis Sacrosanctis Evangeliis, præstabunt corporale, quod vim, formam, & effectum Præsentium Treugarum, quantum ad eos attinet, observabunt & facient fideliter observari:

Et, si (quod absit) contra præsentium Tenorem Treugarum in aliquo fuerit Attemptatum per Subditos prædicti *Domini Ducis*, absque moræ dispendio, in quantum & quàm citò poterunt, Restitutionem de omnibus Dampnis & Interesse faciant Parti læsæ, si per illam congruè requisiti fuerint, vel cùm ad eorum notitiam devenerit, vel per Denuntiationes Partis, vel alia Relatu justo, & Delinquentes nichilominus secundum exigentiam Casûs indifferenter punient.

Et quòd insuper, in Certifficationibus faciendis, & Receptione Testium & aliis Probationibus fiendis, Sententiis ferendis, & Executioni demandandis, aliisque Processibus, omnibus dolo & fraude cessantibus, summariè & de plano, ac sine strepitu & Figura Judicii, & prout eis melius videbitur expedire, procedant.

In quorum omnium & singulorum Testimonium atque Fidem Nos, *Henricus & Petrus*, Procuratores supradicti, præsentes Literas Sigillorum nostrorum appositione munivimus.

Dat. in *Palatio Westm.* Tertio die Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Tertio decimo.

Articuli super Attemptatis, contra Treugas Britaniæ, Reformandis.

HÆC INDENTURA, SIVE CEDULA, FACTA Londoniæ die quarto, videlicet, Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, decimo tertio, Ann. D. 1414. *An. 1. H. 5. Ex Autogr.*

Inter, Honorabiles Viros, Dominum *Johannem d'Abrychecourt* Militem, & Magistrum *Johannem Honyngham* Legum Doctorem, pro parte Angliæ, ex una parte, &, Nobiles Viros, Dominos *Henricum de Inch* Militem, & *Petrum de Hospitali*, pro parte Britaniæ, ex parte altera, Procuratores & Nuncios specialiter deputatos,

Quorum quidem Procuratoriorum Tenores sequuntur, & sunt tales.

* HEnry, par la grace de Dieu, *Roy d'Engleterre & de France*, *Seignur d'Irland*, Savoir faisons que Nous, * IX. 86.

Confians a plain des Sens, Sunaute, Loyaute, & bonne Diligence de, noz bien ames & feaulx, *Johan d'Abrichecourt* nostre Chivaler, & Mestre *Johan Honyngham* Doctour es Loyes,

Yceulx, & chascun d'eulx, par soy, & pour le tout, avons Fait, Institue, Ordonne, & Establi, &, par cez Presentes, Faisons, Instituons, Establissons, & Ordonnons noz Procureurs, & certains Messages especiaulx,

O Povair de Demander & requerir a aver la Delivrance & Rendue dez Vesseaux & Navir, Biens & Deniers, & des Gens s'aucuns sont detenuz, de nostre Paiis, ou Pais de Bretaigne,

De Prandre, Recever, & Accepter les diz Gens, Biens, & Vesseaulx, & la Deliverance d'iceulx,

Et dez Choses Receues Quitter & Donner Quittance,

De Appointer sur le Fait d'icelle Delivrance, Composer, Pacifier, Transiger, & Accorder,

De Quiter, Remettre, & Pardonner, par en Nom de Nous, & de noz Subgiz, & de Procurer, Negocier, & Fere, de & sur les Choses dessus dittes, leurs circumstances & dependancez, toutes les Choses, & chascune, que Nous, en nostre propre Personne,

[illegible]
Institue, Ordenne, & Establi, &c, par ces Presentes, Faisons, Instituons, & Establissons, & Ordennons noz Procureurs, & certains Messages especiaulx,

O Povair de Demander & Requerir a aver la Deliverance & Rendue dez Vesseaux & Navir, Biens & Deniers, & dez Gens, s'aucuns sont detenuz, de nostre Paiis d'Engleterre,

De Prendre, Recever, & Accepter lez dits Gens, Biens, & Vesseaux, & la Deliverance d'iceulx,

Et dez Choses Receues Quiter & Donner Quittance,

De Appointer sur le fait d'icelle Delivrance, Composer, pacifier, Transiger, & Acorder,

De Quitter, Remettre & Pardoner, pour & en Nom de Nous, & de noz Subgiz, & de Procurer, Negocier & Fere, de & sur lez Choses dessus dittes, leurs circumstancez, & dependancez, toutez les Choses & chascune, que Nous, en nostre propre Personne, ferions & fere pourions, si presens & en Personne y estions; ja soyt ce que le Cas requeist Mandement plus especial,

Et Promettons, sur l'Obligation, & Ypoteque de nos Biens a aver, & que Nous aurons, Agreable, Ferme, & Estable tout, quanque es chosez dessusdittes, leurs circumstances & dependancez, serra Fait & Procure, pour & ou Noun de Nous, & de noz diz Subgiz, & de chascun d'eulx par lez ditz noz Procureurs, & chascun d'eulx; en les relevant, &, par cez Presentes, les Relevons de toutes Charges, & Obligations de Caution & Satisdation.

Donne a *Antenix*, soubz nostre Seel, le Disesme Jour d'Aust, l'An Mill, Quatrecents, & Troize.

Pro Reparatione et Reformatione Attemptatorum, tam per Terram, quam per Mare, per Subditos unius Partis super & contra Subditos alterius, contra vim, formam, & effectum Treugarum,

Inter, inclitæ memoriæ, Principem *Henricum Quartum* nuper *Regem Angliæ*, de Dat. vicesimo primo die Mensis Decembris, Anno Regni sui Tertio decimo, & Illustrissimum Principem, *Johannem Ducem Britanniæ*, *Comitem Montisfortis*,

Et aliarum Treugarum,

*IX. 87. *Nuper inter, Serenissimum in Christo Principem & Dominum nostrum, *Henricum*, Dei gratiâ, *Regem Angliæ & Franciæ, & Dominum Hiberniæ* modernum, & præfatum *Dominum Ducem*, de Dat. Tertio die Januarii, Anno ipsius Domini nostri Regis moderni primo,

Aliàs initarum & firmatarum, & adhuc pendentium,

Specialiter Deputatos,

Testatur quòd, ad Satisfaciendum Querelis, & Demandis ipsorum, qui contra vim, formam, & effectum Treugarum prædictarum se læsos & dampnificatos, tam in personis, quam in Bonis, prætendebant, ac plenariam & debitam justitiam eis exibendum & faciendum in præmissis, post auditas Querelas conqueri volentium, & in scriptis redactas, nonnullosque Tractatus, Consultationes, & Consilia, deliberatione communi & maturâ, inter eos habitâ, Concordandos & Concludendos invicem censuerunt, ac concordârunt & concluserunt finaliter, sub modo & forma quæ sequuntur,

In primis,

Quia nonnulli Articuli, sive Querelæ, seu Demandæ, hac vice, & retroactis temporibus, ministrati fuerunt, hinc & inde, de & super Attemptatis hujusmodi, super quibus dicti Procuratores plenariam Informationem, absque Vocatione & Examinatione Partium, quas res tangebat, debitisque Inquisitionibus, in Portubus & Locis ubi dicta Attemptata processerant & facta dicebantur, habere non poterant,

Concordatum est inter Procuratores prædictos utriusque Partis & Appunctatum, quòd omnes & singuli Articuli, Querelæ, & Demandæ de præsenti, dictis Procuratoribus, ab una, vel ab alia Parte, ministrati,

Ipsi, videlicet, qui per Querelantes, Læsos, vel Dampnificatos, ex parte Britaniæ ministrabuntur, præfatis, *Johanni*, & *Johanni*, Procuratoribus, pro parte Angliæ,

Et ipsi, videlicet, Articuli, Querelæ, seu Demandæ, qui per Querelantes, Læsos, vel Dampnificatos, ex parte Angliæ, offerentur, dictis Procuratoribus, *Henrico* & *Petro*, pro parte Britanniæ, ut præmittitur, constitutis, liberentur,

Penes eosdem Procuratores dimittendi & remansuri donec de & super eisdem Articulis, Querelis, seu Demandis, plenè & debitè, sub modo & formâ subscriptis, fiant Inquisitiones per Conservatores utriusque Partis, seu Procuratores, aut Commissarios, ad hoc specialiter deputandos: Et quòd Inquisitiones hujusmodi hinc, ad primum diem Maii, post Datam Præsentium, proximò futurum, cum Continuatione & Prorogatione dierum sequentium, si opor-

[illegible]
possit, seu de eis congruè satisfieri cum effectu.

Item, quòd, dicto Die, sive Diebus, Conservatores prædicti, sive Commissarii utriusque Partis, ad hoc specialiter Deputandi, de & super singulis querelis & Demandis supradictis informati, in Insula de Gerneze, vel alibi, ubi expedierit, conveniant de & super eisdem Querelis & Demandis, & aliis, materiam Attemptatorum prædictorum concernentibus, quæ ad tempus illud fieri & ministrari contingat, plenam Justitiam faciant dictis Conquerentibus, Dampnificatis, & Læsis:

Et quòd in Præmissis sine strepitu & figurâ Judicii indilatè procedatur, &, prout meliùs & expedientiùs, Querelantibus, Dampnificatis, & Læsis hujusmodi remediari poterit, & effectualiter satisfieri.

Item, quòd omnes & singuli, Dampnificati & Læsi, contra formam Treugarum prædictarum, qui pridem, ante Appunctuationem præsentem, querelas suas seu Demandas, coram Judicibus, Conservatoribus, aut aliis Officiariis, unius Partis vel alterius, hactenus sunt Prosecuti, ac, non sine gravibus eorum Laboribus, Sumptibus, & Expensis, Sententias, Decreta, seu Mandata * diversa, de & pro Restitutione Bonorum suorum, & Reformatione Attemptatorum hujusmodi, ab eis impetrârunt & obtinuerunt liberè & absque impedimento quocunque suos Processus hujusmodi continuare, & ulteriùs, usque ad finalem & realem Executionem & Restitutionem Bonorum, Dampnorum, Expensarum & interesse suorum prosequi, ubi & quantum eis videbitur magis expedire; præsenti Appunctuamento in aliquo non obstante. *IX. 88.

Item, & quòd interim, usque ad primum diem Maii supradictum, fiant, hinc & inde, Proclamationes generales, in omnibus Locis & Portubus utriusque Partis, ubi expedire videbitur, quòd omnes & singuli, qui, prætextu aliquorum Attemptatorum, contra vim, formam, & effectum Treugarum prædictarum, si in aliquo Gravatos, Læsos, seu Dampnificatos se persenserint, ipse eodem tempore, coram dictis Conservatoribus seu Commissariis personaliter, vel per Procuratores sufficienter, compareant, cum suis Evidentiis & Probationibus, quas sibi profuturas conspexerint, ad effectum debitæ Justitiæ, Reformationis plenariæ, & Reparationis realis peremptoriè consequendum.

In quorum omnium Testimonium Procuratores prædicti, pro parte Britaniæ, hanc Indenturam, sive Cedulam, Sigillorum suorum appositione roborârunt.

Dat. Anno, Die, & Mense, & Loco supradictis.

Sigillis cerâ rubrâ expressis, & pendentibus à caudis Pergamenæ.

De Tractando cum Ambassiatoribus Franciæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem in Domino sempiternam. Ann. D. 1414.

Cùm nuper *Adversarius noster Franciæ* Ambassiatores, Nuncios, & Commissarios suos, *An. 1. H. 5.*

Videlicet, Reverendum in Christro Patrem, Dominum *Willielmum*, Permissione Divinâ, *Bitturicensem Archiepiscopum*, *Karolum Dominum de la Bryt* Consanguineum suum & Constabularium, & Magistrum *Gouterum Col* Secretarium, Consiliarios suos, *Franc. 1. H. 5. m. 11.*

Ad Regnum nostrum Angliæ transmiserit, ad Tractandum, Comunicandum, & Concludendum, unà nobiscum, seu Commissariis nostris, ea, quæ Bonum, Pacem, & Tranquillitatem utriusque Regni concernere possunt, sicut & prout in Literis Commissionis *Adversarii nostri* prædicti eis inde factis plenius continetur,

Ipsique Ambassiatores, vivæ vocis oraculo, in Præsentia nostra, seriosiùs exposuerunt,

Universitati vestræ notum facimus quòd Nos,

Ob reverentiam Dei, qui ad Pacem firmandam Bellum spontaneus iniit, ad evitandam Sanguinis Christiani effusionem, aliaque Dampna irreparabilia, quæ diræ Guerrarum voragines deduxerunt, & deducent verisimiliter in futurum, si Remedium in ea parte congruum nullatenus apponatur, & ad finem quòd Nos, tempore nostro, nostris subditis Pacem præparemus,

Ad Tractandum, Comunicandum, & Procedendum, de & super Materiis antedictis, unà cum eisdem Ambassiatoribus, Nunciis, & Commissariis dicti *Adversarii*, nostros præbuimus consensum & assensum,

Unde Nos,

De prudentiâ, circumspectione, fidelitate & industriâ, dilectorum nostrorum, Venerabilis in Christo Patris, Domini *Thomæ Dunelmensis Episcopi*, *Ricardi Comitis Warwicæ* carissimi Consanguinei nostri, & Magistri *Henrici Ware* in utroque Jure Licentiati Cano-

& quotiens eis videbitur expedire;

*IX.89. *Et specialiter ad Capiendum, Ineundum, & Concordandum, unà cum dictis Ambassiatoribus, Commissariis, sive Nunciis, bonas, firmas, & stabiles Treugas, generales vel particulares, per Mare, & per Terram, ac tanto tempore duraturas secundum quod inter eos concordari poterit, pro Nobis, Regnis, Terris, Patriis, Dominiis, Subditis, Amicis, Alligatis, & Confoederatis nostris, citra & ultra Mare, necnon Regnis, Terris, Patriis, Dominiis, Subditis, Amicis, Alligatis, & Confoederatis dicti *Adversarii nostri*, omnibus honestis modo, via, & forma quibus inter se concordari poterunt,

Et ipsas Treugas, inter ipsos capiendas & concordandas, per omnia Regna, Terras, & Dominia nostra Proclamari & Publicari faciendum ubicumque opus erit,

Ac etiam ut eo firmiùs atque inviolabiliùs Treugae praedictae conserventur, tam per Terram, quàm per Mare, ad Faciendum, Ordinandum, & Deputandum tot & tales Conservatores & Judices dictarum Treugarum generales vel speciales, & in tanto Numero, prout & sicut eis meliùs videbitur expedire, ad Corrigendum & Reformandum totum & quicquid contra dictas Treugas attemptatum fuerit,

Et Promittimus, in bonâ fide, & in verbo Regio, de Tenendo & Teneri faciendo Firmum, Ratum, & Stabile totum & quicquid per dictos Commissarios nostros, aut Duos eorum, in Praemissis, seu aliquo eorum, factum fuerit,

Et quòd Nos concedimus & faciemus, seu fieri faciemus, Literas Confirmatorias sub nostro Magno Sigillo, de & super omnibus & singulis Articulis & Punctis, de quibus inter eos fuerit concordatum, & de exequendo eadem cum debitâ diligentiâ, secundum Tenorem & formam eorumdem, in quantum in Nobis est, & ad Nos pertinet,

Et hoc promittimus etiam sub Cautione & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, mobilium & immobilium, praesentium & futurorum, ita quòd nunquam per Nos, vel alium, nomine nostro, dicemus, faciemus, aut proponemus, in Judicio, vel extra, quicquam in contrarium,

Mandantes omnibus Justiciariis & Subditis nostris quatinus dictis nostris Commissariis & Deputatis, ac eorum Literis & Mandatis, obedient & intendant diligenter.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes, Magni Sigilli nostri appensione, fecimus communiri.

Dat. apud *Palatium nostrum Westm.* x. die Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Tertiodecimo, & Regni nostri primo.

Sic Signatum,

Per ipsum Regem.

Honyngham.

De Proclamatione facienda contra Johannem Oldcastell.

Ann. D. 1414. *An.* 1. *H.* 5. *Claus.* 1. *H.* 5. *m.* 10. *d.*

REX Vicecomiti Kantiae, Salutem.

Cùm nos pleniùs informemur, & notoriè & manifestè dinoscatur, quòd quamplures Subditi nostri, Regni nostri Angliae, *Lollardi* vulgariter nuncupati, per procurationem, excitationem, confortationem, Abettamentum, & Manutenentiam *Johannis Oldcastell* Chivaler,

Qui jam tardè in Haeresin Dampnatus, & pro Haeretico manifesto Pronunciatus & Declaratus extitit, juxta Canonicas Sanctiones, editas in hac parte,

Diversas Opiniones, Fidei Catholicae manifestè contrarias, praedicaverunt, & praedicari fecerunt,

Ac Mortem nostram, pro eo quòd Nos contra eos, & Opiniones suas hujusmodi, partem Nos fecimus, ut verus Princeps Christianus, & prout Vinculo Juramenti astringimur, contra Ligeantiae suae debitum, falsò & proditoriè imaginaverunt,

Ac quamplura alia, tam in Fidei Catholicae, quàm Status Dominorum & Magnatum dicti Regni nostri, tàm Spiritualium, quàm Temporalium, Destructionem, imaginaverunt,

Ac diversas Congregationes, & alia Conventicula illicita, pro nephando Proposito suo in hac parte perimplendo, fecisse proposuerunt, & pro Posse suo indies facere non desistunt, in Personae nostrae propriae, ac Status Dominorum & Magnatum praedictorum, verisimilem Destructionem,

Nos,

Attendentes qualiter quidam hujusmodi *Lollardorum* & aliorum, qui Mortem nostram, ac alia Mala & Facinora praedicta, ut praemittitur, imaginaverunt * & proposuerunt, occasione praemissâ

*IX.90. Capti, ac pro nephando Facto & Proposito suis, in hac parte, Morti adjudicati existunt,

Volentesque proindè, meliori & quietiori modo, quo poterimus, pro effusione Sanguinis Christiani evitandâ, & praesertim Ligeorum nostrorum, quos, propter teneram & specialem affectionem, quam ad eos gerimus & habemus, ab Sanguinis effusione

[illegible] Nobis [illegible] facient, & omnimodis Taxis, Tallagiis, Decimis, Quintisdecimis, aut aliis Quotis quibuscumque, Nobis vel Haeredibus nostris de caetero concedendis, erga Nos & dictos Haeredes nostros quieti erunt, & penitùs exonerati imperpetuum,

Quodque Nos Litteras nostras Patentes, sub Magno Sigillo nostro, eis inde fieri faciemus,

Ac quòd ipsi, in agendis suis, & in Prosecutione suâ quâcumque, licitâ & honestâ, erga Nos de caetero faciendâ, graciosiùs Nos invenient & habebunt.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, undecimo die Januarii.

Per ipsum Regem.

De salvis Conductibus pro Ambassiatoribus Franciae.

REX, per Literas suas Patentes, usque ultimum Diem Februarii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Venerabilem in Christo Patrem, *Archiepiscopum Bituricensem*, nuper penes Personam Regis, per *Adversarium Regis Franciae*, ob certas Causas & Materias, Reverentiam Dei & Evitationem effusionis Sanguinis Christiani notoriè concernentes, destinatum, jam infra Regnum Regis Angliae existentem, versus Regnum Franciae, cum Quinquaginta Personis, Equestribus vel pedestribus, in Comitiva sua, Armatis vel non Armatis, se divertendo, & redeundo cum eorum Equis, Hernesiis, Bonis, & Catallis quibuscumque, — Ann. D. 1414. *An.* 1. *H.* 5. *Franc.* 1. *H.* 5. *m.* 12.

Proviso semper quòd idem Archiepiscopus & Personae praedictae erga Regem & Populum Regis bene & honeste se gerant & habeant,

Quodque ipsi & eorum quilibet quicquam, quod in Regis seu Populi Regis Praejudicium cedere valeat, non attemptent, seu attemptari facere praesumant quovis modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo tertio die Januarii.

Per ipsum Regem.

REX, per Literas suas Patentes, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Karolum Dominum de Lebret*, Constabularium Franciae, Consanguineum Regis, cum Centum & Quadraginta Personis, *&c. ut supra, mutatis mutandis.* *Ibid.*

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistae proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Magistrum *Gouterum Colli*, Secretarium *Adversarii Regis Franciae*, cum Duodecim Personis, *&c. ut supra*, *mutatis mutandis.* *Ibid.*

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

De Equis arestandis pro Ambassiatoribus praetactis. *IX.91.

REX, dilecto Armigero suo, *Thomae Weissenden*, Salutem. Ann. D. 1414. *An.* 1. *H.* 5. *Pat.* 1. *H.* 5. *p.* 5. *m.* 29. *d.*

Scias quòd assignavimus te ad tot Equos, quot ad deserviendum Ambassiatoribus *Adversarii nostri Franciae*, infra Regnum nostrum Angliae jam existentibus, ac Servientibus & Familiaribus suis, à Civitate nostrâ Londoniae, usque Portum Dovorriae vel Suthamptoniae, quem iidem Ambassiatores pro Transitu & Passagio suis versus partes Franciae eligere voluerint, necessarii fuerint tam infra Libertates, quàm extra (Feodo Ecclesiae ac Affris Carucarum exceptis) pro Denariis nostris, promptè & rationabiliter solvendis, Arestandum, Capiendum, & Providendum;

Et ideò tibi Praecipimus quòd circa Praemissa diligenter intendas, & ea facias & exequaris in forma praedicta:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Praepositis, Ministris, & aliis Fidelibus & Subditis nostris, infra Libertates, & extra, Tenore Praesentium, firmiter in mandatis quòd Tibi, in Executione Praemissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo tertio die Januarii.

Per ipsum Regem.

Passagio suis hujusmodi, Possidendum,

Forma Treugarum Franciæ, quibus Lis, de Lingua qua concipi deberent orta, intenditur & componitur.

Ann. D. 1414. An. 1. H. 5. Ex Autogr. NOS,

Guillielmus, Miseratione Divinâ, *Archiepiscopus* * *Bituricensis*, *Karolus Dominus de Lebreto Connestabularius Franciæ*, & *Gouterus Colli*, Conciliarii & Secretarius Serenissimi Principis *Karoli*, Dei gratiâ, *Francorum Regis*,

Ambaxiatores, Nuncii, & Commissarii, ab ipso Domino no-
*IX. 92. stro Rege specialiter deputati, ad Tractandum, Communicandum, & finaliter Concludendum,

Cum, Reverendo in Christo Patre, *Thomâ*, Permissione Divinâ, *Dunelmensi Episcopo*, *Richardo Comite Warwici*, & Magistro *Henrico Ware* Licentiato in utroque Jure & Canonico Ecclesiæ Landavensis,

De & super hiis, quæ Bonum Publicum, & specialiter Pacem & Concordiam utriusque Regni, Subditorum, & Incolarum ambarum Partium concernere possunt,

Commissariis ex parte Adversarii Angliæ specialiter Deputatis,

Quarum quidem Commissionum Tenores sequuntur in hæc verba,

CHarles, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, a tous ceulx qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Savoir faisons que, *&c. ad verbum, prout supra, de Dat. 11. Nov. usque hæc verba (viz.)*

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem in Domino sempiternam.

Cùm nuper *Adversarius noster Franciæ, &c. ad verbum prout supra, de Dat. 10. Jan. usque hæc verba (viz.)*

OMnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem & fidem præsentibus adhibere.

Ad Universitatis vestræ notitiam deduci volumus quòd Nos, de Mandato Domini nostri Regis, cum prædictis Ambaxiatoribus & Nunciis dicti *Adversarii Angliæ*, nonnullos Tractatus habuimus, Consultationes, & Communicationes diversas, & de super Materiis, Nobis & eis, ut prædicitur, commissis,

Et tandem,

Ad Honorem Dei ejusque Ecclesiæ Sacrosanctæ, & ad Evitandum Sanguinis humani effusionem, Mala etiam & Dampna irreparabilia, quæ occasione Guerrarum evenerunt, & indies eveniunt,
*IX. 93. & verisimiliter inter Regna * prædicta evenient, si Remedium congruum non apponatur.

Ac ut eo liberiùs, maturiùs, & securiùs ad Pacem, inter Duo Regna a Christi Fidelibus diu desideratam, perveniri possit,

Videbatur Nobis & eis expediens fore, utile, atque necessarium quòd Treugæ generales, seu Abstinentiæ Guerrarum, inter partes antedictas, pro Regnis Franciæ & Angliæ, eorum Terris, Dominiis, Subditis, Alligatis, & Confœderatis, citra & ultra Mare, ubicunque constitutis, caperentur, jurentur, & finaliter concludentur,

Quibus durantibus Amor mutuus, & Amicitia, atque Conversatio grata inter partes antedictas, & eorum Subditos haberi, introduci, nutriri, & firmari possent, ac Mercantiæ Communes, per Terram, & per Mare, liberiùs & securiùs vehi poterint & exerceri.

HINC est quòd Nos,

Guillielmus Archiepiscopus, *Karolus Dominus de Lebreto* Connestabularius Franciæ, & *Gouterus*,

Ambaxiatores, Nuncii, & Commissarii Franciæ supradicti,

Post dicta Communicationes, Consultationes, matura & deliberata Consilia, in Vim Potestatis nobis attributæ, Inivimus, Fecimus, Promisimus, & Concordavimus, pro dicto Domino nostro Rege, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, & Alligatis suis; videlicet,

Rege Romanorum,
Rege Castellæ, & *Legionis*,
Rege Bohemiæ,
Rege Scotiæ,
Rege Navarriæ,
Rege Aragoniæ,

Duce

Earundem Treugarum Forma Gallico Sermone conscripta.

NOUS,

Guillaume, *par la Permission Divine*, Arcevesque de Bourges, Charles Seigneur de le Bret Connestable de France, & Goutier Col, *Conseillers & Secretaire du Roy nostre Seigneur*,

Ses Ambaxadeurs & Commissaires, especiaulx Commis & Deputez depar lui, a Traictier, Communiquer, & finablement Conclurre,

Avec Reverend Pere en Dieu, Thomas, *par la Permission Divine*, Evesque de Duresme, Richard Conte de Warvich, & *Maistre* Henri Ware *Licencie en l'une & en l'autre Droit*, & *Chanoine de l'Eglise de Landaven*,

De & sur les Choses, qui puent Regarder le Bien Publique, & par especial la Paix & Concorde de l'une & de l'autre Royaume, de France & d'Angleterre, & des Subgiez & Habitans d'iceulx,

Commis & Deputez especialment depar l'Adversaire d'Angleterre,

Des quelles Commissions les Teneurs s'ensuient,

CHarles, *par la Grace de Dieu*, Roy de France, *a tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.*

Savoir faisons que, &c. ad verbum, prout supra, de Dat. xi. Nov. usque hæc verba (viz.)

HEnricus, *Dei gratiâ*, Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ, *Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem in Domino sempiternam.*

Cùm nuper Adversarius noster Franciæ, &c. ad verbum, prout supra, de Dat. 10. Jan. usque hæc verba (viz.)

A *Tous ceulx, qui ces Presentes Lettres verront, Salut & plaine Foy adjouster a ces Presentes.*

Savoir vous faisons que, par le Commandement de nostre Tresredoubte Seigneur le Roy de France, nous, avec les dessusdiz Ambaxateurs & Messaiges de l'Adversaire d'Angleterre, *avons eus plusieurs Traictiez, Consultations, & diverses Communications, de & sur les Matieres, a Nous & a Eulx Commises, come dit est,*

Et en Conclusion,

Pour Honneur & Reverence de Dieu & de nostre Mere Sainte Eglise, & pour Eschuer l'effusion du Sang Humain, & les Maulx & Dommaiges irreparables, qui pour Occasion des Guerres sont advenues, & adviennent chascun Jour, & sont en Voie d'avenir es diz Royaumes, se Convenient Remede n'y est mis,

Et aussy a Fin que plus liberalment, plus meurement, & plus seurement on puisse venir a la Paix, desiree par tous bons Christiens, entre les diz deux Royaumes,

Nous a semble & a eulx aussy Tresexpedient, Prouffitable Chose, & necessaire que Treues Generales, ou Abstinence de Guerre, entre les Parties dessus dictes, pour les diz Royaumes de France & d'Angleterre, & leurs Terres, Seignories, & Subgiez, & aussy pour leurs Alliez & Confederez, deca & de la la Mer, en quelconque Lieu qu'ilz soient Prises, Encovenances, & finablement Fermees & Conclues,

Durans les quelles Treues, Amour mutuelle, & vraie Amitie, & gratieuse Conversation puissent estre introduittes, Nourries, & Fermees entre les Parties dessus dictes, & leurs Subgets; & Marchandises Communes, par Mer & par Terre, puissent estre seurement Portees & Exercees.

POUR CE *est il que* NOUS,

Guilleaum, *par la Permission Divine*, *Arcevesque de Bourges*, Charles *Seigneur de le Bret Connestable de France*, & Goutier Col, *Conseilliers*,

Ambaxadeurs, Messaiges, & Commissaires dessus Nommez,

Apres les dictes Communications, Consultations & les Consaulx meurs & deliberez, sur les Matieres dessus dictes, par Vertu du Povoir a Nous attribue dessus Transcripts, Avons Encovenancie, Fait, Promis & Accorde, pour le Roy nostre dit Seigneur, ses Royaume, Terres, Seigneuries, Subgiez, & Alliez; C'est-assavoir,

Le Roy des Rommains,
Le Roy de Castelle & de Leon,
Le Roy de Bohayme,
Le Roy d'Escoce,
Le Roy de Navarre,
Le Roy d'Arragon,

Le

ro, Dominiis, Subditis & Alligatis suis; videlicet,

Rege Romanorum,
Rege Castellæ & Legionis,
Rege Daciæ, Sueciæ, & Norwegiæ,
Rege Portugaliæ,
Ludovico Duce Bavariæ, Comite Hanoniæ, Hollandiæ, & Zellandiæ,
Duce & Communitate Januensium,
Donaldo Domino Insularum,
Et Johanne Stanle pro Dominio de Man,

Et eorum Regnis, Terris, Dominiis & Subditis, per Terram & per Mare, ac citra & ultra Mare,

Inierunt, Fecerunt, Promiserunt, & Concordarunt bonas, Firmas Indubias, & Inviolabiles Treugas generales, tam per Terram, quàm per Mare, pro uno Anno, Incipiente ab Ortu Solis diei Purificationis beatissimæ gloriosæ Virginis, proximò futuræ, usque ad Occasum Solis diei ejusdem Anno revoluto, qui erit anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quartodecimo.

Quæ quidem Treugæ, sic per Nos captæ, mittentur, infra Tres Menses proximos post Datam Præsentium, ad Alligatos unius & alterius partis,

Qui, infra eosdem Tres Menses, Acceptabunt, Jurabunt, & Confirmabunt, Acceptari, Jurari, & confirmari facient per omnes Dominos, Officiarios, & Subjectos Patriarum suarum, de quibus ipsi Alligati per Partem adversam requisiti fuerint, de tenendo, custodiendo, & faciendo teneri & custodiri has præsentes Treugas, sic de unanimi & mutuo Consensu, ut prædicitur, captas, secundum eorum Formam & Tenorem, absque fraude & malo ingenio,

Et, si ipsi Alligati hoc facere Recusant, tunc Ille, vel Illi, qui non voluerit, vel non voluerint, erit, & erunt exclusi de omnibus Beneficiis præsentium Treugarum,

Et, quantum ad illos, unius Partis & alterius, qui has præsentes Treugas acceptare, Jurare, & Affirmare voluerint, Ipsæ Treugæ suum teneant & habeant * Robur & Effectum absque fraude & malo Ingenio.

*IX. 95. ITEM, quòd, durantibus eisdem Treugis, cessare faciet Dominus noster *Rex Franciæ* per Se, & Subditos suos, & etiam cessare facient dicti Alligati sui, qui præsentes Treugas acceptare voluerint, per Se, & Subditos suos, omnes Prisas Personarum, Bonorum, Villarum firmatarum, Fortalitiorum, & aliorum Locorum, omnes Pilerias, Roberias, Incendia, Demolitiones Domorum & Murorum, Prostrationes Arborum portantium Fructus, & aliarum quarumcumque, & omnia alia Facta Guerræ, per omnia Regna, Terras, & Dominia *dicti Adversarii*, & Subditorum suorum, ac etiam Alligatorum suorum, in præsentibus Treugis nominatorum, qui præsentes Treugas acceptaverint, tam in Mare, quàm in Terra, Cessantibus omnibus fraudibus & malo Ingenio.

Et poterunt, durantibus præsentibus Treugis, omnes Vasalli & Subditi *dicti Adversarii*, & Alligatorum suorum prædictorum, qui has præsentes Treugas Ratificaverint, Juraverint, & Promiserint, Ire, Venire, & Mercandisare per omnia Regna, Terras, & Dominia dicti *Domini nostri Regis*, citra & ultra Mare, de Mercandizis licitis, & non Prohibitis; cujusmodi sunt Armaturæ, Artelariæ, & alia Machinæ & Præparamenta Guerrarum, & Res Invasibiles:

Et etiam poterunt facere omnia alia Opera & Negotia securè in Regnis, Terris, Patriis, & Dominiis dicti Domini nostri Regis, & Alligatorum suorum superiùs nominatorum, qui dictas Treugas Acceptare & Jurare voluerint, sicut supradictum est (Inermes tamen, exceptis de Gladio & Cultello) absque Impedimento, Arrestatione, vel Molestatione per viam Marquæ, Reprisaliæ, vel Intercursus; solvendo semper Deveria talia, sicut Alligati & Confoederati dicti Domini nostri Regis pro tempore solvere tenebuntur, in Locis & Patriis ubi Ipsi fuerint:

Proviso tamen quòd non poterint ipsi intrare Castra, Civitates, Villas firmatas, aut alia Fortalitia absque Licentiâ Dominorum, Capitaneorum, seu Custodum eorumdem, aut aliorum habentium ad hoc Potestatem; &, si eveniat quòd aliquis ibi intraverit per Licentiam alicujus, qui de dando Licentiam hujusmodi Potestatem non habuerit, Ipse, qui taliter intraverit, plenariè liberabitur, & inde Recedere poterit liberè, absque eo quod aliquis ab ipso quicquam, eâ occasione, exigere * poterit; & Ipse, qui eidem hu-

*IX. 96. jusmodi Licentiam dederit, & ad hoc Potestatem non habuerit, ipsum Indampnem conservare tenebitur, &, cum hoc, secundum exigentiam Casûs, debitè punietur; &, si non habuerit unde Dampna prædicta resarcire poterit, graviùs propter hoc in Corpore punietur:

Et etiam poterunt Gentes Fortalitiorum, *dicti Adversarii*, & Al-

& Accordees, Fermees, & Estables Treues Generales, tant par Mer, comme par Terre, pour le dit Adversaire d'Angleterre, ses Terres, Seigneuries, & Subgez, & pour ses Alliez; c'est assavoir,

Le Roy des Rommains,
Le Roy de Castelle & de Leon,
Le Roy de Dace, Suesse, & Norvegue,
Le Roy de Portugal,
Loys Duc de Baviere,
Conte Palatin du Rin,
Le Duc de Bretaigne,
Le Duc Guillem de Baviere, Conte de Hainau, Hollande, & Zellande,
Le Duc & Communate de Jennes,
Donaldo Seigneur des Isles,
Et Jehan Stanley pour la Seignorie de Man,

Leurs Royaumes, Terres, & Seignories, & Subgez, deca & dela la Mer,

Pour ung An commencant au soleil levant le Jour de la Purification nostre Dame prouchain venant, & finissant le Jour de la dicte Purification l'An Revolu soleil Couchant, qui sera l'An Mil. iv C. & xiv.

Les quelles Treues, ainsy par Nous Prises, serront envoiees, dedens Trois Mois, prouchains apres la Date de ces Presentes, aux Alliez de l'une & de l'autre Partie,

Les queulx Alliez, dedens les diz Trois Mois, Accepteront, Jureront, & Confermeront, & feront Accepter, Jurer, & Confermer par tous les Seigneurs, Officiers, & Subgez de leurs Paiis, des quieulx Iceulx Alliez seront Requis par la Partie Adverse, de tenir & garder, & faire tenir & garder, ces presentes Treues, ainsi par Nous Prises d'un Commun Assentement, selon leur Forme & Teneur, sans fraude & mal Engin,

Et, se yceulx Alliez Reffusent a ce faire, Cellui, ou Ceulx, qui ce faire ne vouldroit, ou ne vouldront, sera, & seront Exclus de tous Benefices de ces presentes Treues,

Et, quant a Ceulx, de l'une & de l'autre Partie, qui ces presentes Treues vouldront Accepter, Jurer & Confermer, Icelles Treues auront & tenront leur Force &, Effect sans Fraude & mal Engin.

ITEM, que durans ces presentes Treues, nostre dit Seigneur le Roy de France fera cesser par Lui, & par ses Subgiez, & aussy feront cesser ses diz Alliez, qui ces presentes Treues vouldront accepter, par Eulx, & par leurs Subgiez, toutes Prinses de Personnes, de Biens, Villes fermees, de Forteresses, & d'autres Lieux, toutes Pilleries, Roberies, Arceures, Demolitions de Maisons, & de Murs, Abatemens d'Arbres portans Fruit, & autres quelxconques, & tout autre Fait de Guerre, par tous les Royaumes, Terres, & Seignuries du dit Adversaire & de ses Subgiez, & aussy de ses Alliez, Nommez en ces presentes Treues, qui Icelles aront acceptees, tant en Mer, comme en Terre, Cessans en toutes choses Fraude & mal Engin.

Et pourront, durans ces presentes Treues, touz les Vassaulx & Subgez du dit Adversaire & de ses Alliez dessusdits, qui ces presentes Treues auront Ratiffiees, Jurees, & Promises, Aler, venir, & Marchander par toum les Royaumes, Terres, & Seigneuries du Roy nostre dit Seigneur, deca & dela la Mer, de Marchandises licites, & non Deffendues; comme sont Armeures, Artilleries, & autres Machines & Abillemens de Guerre, & Choses Invasibles:

Et aussy pourront fere seurement toutes autres Oeuvres & Besongnes es Royaumes, Terres, Paiis, & Seignories de nostre dit Seigneur le Roy, & de ses Alliez dessus Nommez, qui les dictes Treues vouldront accepter & jurer, comme dessus est dit (desarmez toutesvoies, Excepte d'Espee, & de Cottel) sans aucun Empeschement, Arrest, ou Molestation par voie de Marque, Reprisaille, ou Entrecours; en paiant toujours les Devoirs, telz comme les Confederez & Alliez du Roy nostre dit Seigneur seront tenuz de paier, es Lieux & Paiis ou ilz sont.

Pourveu toutes voies que Ilz ne pourront entrer en Chastel de Garde, Villes Fermees, ou autres Forteresses, sans Licence des Seigneurs, Capitaines, ou Gardes d'iceulx, ou d'autres ayans Povoir a ce; Et s'il advenoit que aucun y entrast par Licence d'aucun, qui n'eust pas puissance d'en donner Licence, Celui, qui ainsy y seroit entre, seroit mis a plaine Delivrance, & s'en pourroit aler franchement sans ce que aucun, pour Occasion de ce, Lui pust aucune Chose demander; Et celui, qui lui auroit donne lad. Licence, & n'avoit pas le Povoir de lui donner, seroit tenu de le Desdommager, & avec ce seroit Puny Deuement selon l'Exigence du Cas: Et, s'il n'avoit de quoy Paier & Rendre les Dommages dessusdiz, il seroit pour ce puny en Corps plus Griefment.

Et, avec ce, pourront les Gens des Forteresses du dit Adversaire

ceperit, Succurrere & adjuvare Ipsum, super quem dictum Fortalitium Captum fuerit, quàm citiùs & quàm diligenter hoc facere poterit, ad Expensas Partis offendentis:

Vel, si magis placuerit ipsi, super quem dictum Fortalitium Captum fuerit, Ipse requirere poterit & summare Conservatores alterius Partis, quòd ipsi faciant Reddi & Restitui dictum suum Fortalitium, & Puniant Malefactores qui hoc ceperint; Quam quidem Provisionem Ipsi Conservatores mutuò perficere tenebuntur & complere secundum suum Posse:

Et, si contingat quòd Ipse, vel Ipsi, qui Ceperint & Occupaverint dictum Fortalitium, obedire noluerint ad id quod dictum est, Conservatores, unius & alterius Partis tenebuntur adjuvare, una Pars aliam, & Reducere Malefactores ad Obedientiam, & ipsos
*IX. 97. Punire * secundum exigentiam Casûs; Et, quùm dictum Castrum seu Fortalitium Recuperatum fuerit, per modum, ut prædicitur, Ipsum Restituetur & Reddetur ipsi, super quem Ipsum Captum fuerit,

Item, Quòd, durantibus hiis præsentibus Treugis, nullum Fortalitium erit Ædificatum, nec factum de Novo, per unam vel aliam Partem, nec per suos Subditos, vel Alligatos supradictos, qui præsentes Treugas acceptaverint, infra Septem Leucas prope aliquod Castrum, Villam firmatam, vel aliud Fortalitium Partis Adversæ, absque hoc quod Licentiam habuerit ab aliâ Parte; &, si eveniat quòd aliquis contrarium faciat, ipsum Attemptatum statim & integraliter Reparabitur:

Et est intelligendum de septem Leucis prope Fortalitia, in partibus in quibus computatur per Leucas; & in partibus, in quibus computatur per Milliaria, ad Viginti Milliaria prope; Quæ quidem Viginti Milliaria æquipollent dictis septem Leucis.

Item, non patietur dictus *Dominus noster Rex*, nec aliquis Confœderatorum suorum, qui prædictas Treugas acceptaverint, in quantum ad ipsos, vel aliquem ipsorum, aut Subditos suos pertinuerit, aliqua Personas aut Bona, per Mare, vel per Terram, occasione Guerræ, vel aliter, durantibus præsentibus Treugis, Capi, Arrestari, Impetiri, vel Molestari, aut aliquas Possessiones Usurpari in Partibus & Terris dicti *Adversarii Angliæ*, nec Alligatorum suorum prædictorum, qui Treugas prædictas acceptaverint, aut Subditorum suorum, contra Tenorem præsentium Treugarum,

Et si aliqua Personæ, Bona, Terræ, vel Loca capiantur, occupentur, seu usurpentur, durantibus Treugis præsentibus, & contra eas, dictus *Dominus noster Rex*, & Alligati sui quilibet, in quantum ipsum concernat, in Terris & Dominiis suis, Personas, Bona, & Loca hujusmodi capta, tam per Mare, quàm per Terram, Reddent & Restitui facient, absque dilatione, contradictione, vel difficultate aliquâ, quàm citiùs per partem adversam inde fuerint requisiti.

Item, Promissum est & Concordatum quòd, si aliqui, unius Partium prædictarum, vel Alligatorum suorum, deliquerint in Territorio alterius partis, vel Alligatorum suorum, & non fuerint Capti per Gentes Territorii ubi ipsi Delictum commiserint, & se re-
*IX. 98. traxerint sub Dominio ipsius cujus Partem * tenuerint, Conservatores ipsarum Partium, super hoc Requisiti, tenebuntur Liberare Personas, si quæ Captæ fuerint, & Reparare Attemptata & Dampna, de Bonis Malefactorum, ad quantum se extendere poterint; &, ubi Bona dictorum Malefactorum Reperiri non poterint, de Puniendo Personas, secundum exigentiam Casûs:

Et, si Malefactores obedire noluerint, & opus fuerit, Conservatores alterius Partis, si ad hoc Requisiti fuerint, Adjuvare tenentur, Expensis Domini sui, Conservatores ipsius Partis, cujus fuerint Malefactores, ad ipsos Mittendum ad Obedientiam, & Puniendum secundum eorum Demerita.

Item, per nullum Malefactum, Attemptatum, vel Interprisam, per Mare, vel per Terram, si aliqua eveniat in aliqua parte Regnorum, Terrarum, Dominiorum, & Partium dicti *Domini nostri Regis*, Subditorum suorum, vel Alligatorum, vel *Adversarii sui*, Subditorum, seu Alligatorum, qui has præsentes Treugas acceptare voluerint, ut præmittitur, (quod Deus avertat) contra superiùs Expressata, vel aliquod eorum, præsentes Treugæ non debent, aut poterunt esse tentæ, seu reputatæ, in eâ parte, nec alibi, pro Fractis, sed erunt in suo Vigore & Robore permanentes; nec Guerræ pro eo fieri debent ab unâ Parte, vel ex aliâ, nec Prisæ Personarum, Obsidiones villarum firmatarum, Castrorum, aut Fortalitiorum, nec Homicidia, nec Murdra commissa, nec Personæ ad Redemptiones positæ, nec Merchandisæ impeditæ, aut aliud Gravamen quodcunque factum; sed erunt Reparata & Reposita ad primum & debitum Statum Maleficia, Attemptata, & Interprisæ, facta per ipsos de parte *Domini nostri Regis*, & Confœderatorum suorum, tam per Mare, quàm per Terram, in quantum singulos eorum concernit, per Conservatores & Commissarios, quos dictus

dicte Forteresse aura prinse, de Secourir & aider cellui sur qui elle aura este prinse, le plus tost & le plus diligemment que faire se pourra aux Despens de la Partie qui aura offendu:

Ou, s'il plaist mieux a cellui, sur qui la dicte forteresse aura este prise, Il pourra Requerir & sommer les Conservateurs de l'autre Partie, qu'ilz Lui facent Rendre & Restituer sa dicte Forteresse, & qu'ilz punissent les Malfaicteurs qui l'ont prise; la quelle Provision Iceulx Conservateurs seront tenuz de parfaire & acomplir selon le... Povoir:

Et s'il advenoit que Cellui ou Ceulx, qui la dicte Forteresse ont prise & occupee, ne voulsissent obeir a ce que dit est, les Conservateurs, de l'une & de l'autre Partie, seront tenuz de aidier, l'une Partie l'autre, & Reduire les Malfaicteurs a Obeissance, & iceulx punir selon l'Exigence du Cas; Et quant le dit Chastel ou Forteresse sera Recouvre, par la Maniere, que dit est, ycellui Chastel sera Rendu & Restitue a cellui, sur qui il aura este pris.

Item, durans ces presentes Treues, nulle Forteresse ne sera faicte ne edifiee de Nouvel, par l'une Partie ou par l'autre, ne par les alliez dessus Nommez, qui ces Presentes Treues auront Acceptees, plus pres de Sept Lieues d'aucun Chastel, Ville Fermee, ou Forteresse, de la Partie Adverse, sans avoir eu Premierement Licence de l'autre Partie; Et, s'il avenoit que aucun feist le Contraire, ce attemptat seroit tantost Repare entierement:

Et est a entendre a Sept Lieues pres de Forteresse, es Paiis et queulx on compte par Lieues; & es Pays, ou l'en Compte par Milles, a Vint Mille pres; Les queulx Vint Mille Equipolent a Sept Lieues.

Item, le Roy nostre Seigneur ne souffrera point, ne aussy ne souffreront aucuns de ses Alliez, qui ces presentes Treues auront Acceptees, en tant comme a eulx, ou a aucun d'eulx, ou de leurs subgez peut appartenir, que aucunes Personnes, ou Biens, par Mer, ou par Terre, puissent estre pris, arrestez, ou empeschiez, pour Occasion de la Guerre, ou autrement, durans ces presentes Treues, ne Possessions quelxconques estre Usurpees es Terres & Paiis du dit Adversaire d'Angleterre, ne de ses Alliez dessus diz, qui ces presentes Treues auront Acceptees, ne de leurs Subgez, contre la Teneur d'icelles,

Et, s'aucune Personne, Biens, Terres, ou Lieux estoient prises ou occupees, durans ces presentes Treues, & contre la Teneur d'icelles, nostre dit Sire le Roy, & ses Alliez, en tant qu'il Regarde un Chascun d'eulx, ou leurs Terres & Seignories, les Personnes, Biens, & Lieux, ainsi pris, tant en Terre, come Mer, feront Rendre & Restituer, sans Delay, Contradiction, ou Difficulte quelconques, le plus tost que faire se pourra, si tost qu'ilz en auront este Requis par la Partie Adverse.

Item, est promis & Accorde que, se aucun de L'une ou de L'autre Partie, ou de leurs Alliez, commettent aucun Delit ou Territoire de L'autre, ou des Alliez d'icelle Partie, & Ilz n'aient este pris par les Gens du Territoire ou Ilz se Retraiceoint soubz la Seignorie de cellui de qui Ilz tiennent la Partie, Les Conservateurs de l'une & de l'autre Partie, sur ce Requis, seront tenuz de delivrer les Personnes, s'aucunes en estoient prises, & Reparer les Attemptaz & les Dommaiges des Biens des Malfaicteurs, en tant come Ilz se pourront extendre; &, ou Cas que les diz Biens ne pourroient estre trouvez, Ilz seront tenez de Punir les Personnes, selonc l'Exigence du Cas:

Et, se les Malfaicteurs ne vouloient obeir, & il estoit besoing, les Conservateurs de l'autre Partie, s'ilz en sont Requis, seront tenuz de aider, aux Despens de leur Seigneur, les Conservateurs de l'autre Partie, de qui les Malfaicteurs seront, a les contraindre a Ramener a Obeissance yceulx Malfaicteurs, & a les punir selon l'Exigence du Cas.

Item, que par nul Meffait, Attemptat, ou Entreprise, fait par Mer, ou par Terre, s'aucuns en advenoient, en aucuns Parties des Royaumes, Terres, Seignories, & Paiis du Roy nostre dit Seigneur, de ses subgez, ou de ses Alliez, ou de son Adversaire, ou de ses subgiez, ou de ses Alliez, qui ces presentes Treues auront Acceptees, comme dit est (que Dieu ne vueille) contre les Choses dessus dictes, ou aucunes d'icelles, ces presentes Treues ne puent, ne ne pourront, estre tenues ou Reputees, en ceste Partie, ne en autre, pour Rompues, mais demourront en leur Force & Vigour, ne pour ce Guerre ne se devra faire par l'une ou par l'autre Partie, ne prise des Personnes, ne Villes Fermees, Chastaux, ou autres Forteresses estre Assiegees, ne Homicide ne Murdre estre Commis, ne Personnes mises a Raencon, ne Marchandise Empeschiee, ou quelque autre Grief estre fait; Mais seront reparees & Remises au premier & deu Estat tous Malefices, Attemptaz, ou Entreprises, faictes par ceulx de la Partie au Roy nostre dit Seigneur, & de ses Alliez, taut par Terre, Comme par Mer, en taut qu'il puet Regarder ung Chascun d'eulx, par les Conservateurs & Commissaires, telx comme le Roy nostre dit Seigneur

Intentionis vel Voluntatis nostræ quin illi, de Ducatu Aquitaniæ, & de Regno Franciæ, qui pro facto Guerrarum Recesserunt & Abierunt à Castellaniis, & voluerint, de eorum propria voluntate, durantibus eisdem Treugis, Redire ad Loca à quibus Recesserunt pro Facto Guerrarum, ut dictum est, teneantur solvere Locis, à quibus Recesserunt, & in quibus Revertentur, talia Deveria & Obventiones, qualia solverunt ante eorum Recessum, occasione Terrarum quas excoluerint aut voluerint excolere:

Et in Casu quo aliqui illorum, qui pro facto Guerrarum Recesserunt, (ut dictum est) Reverti noluerint, Tunc illi, qui voluerint excolere prædictas Terras, teneantur illa solvere, absque eo quod per aliquem eis fiat Impedimentum vel Disturbium occasione præsentis Treugæ:

Et non est Intentionis nostræ Commissariorum supranominatorum, pro unâ parte, vel pro aliâ, quod, per præsentes Treugas, per Nos captas, aliquod præjudicium fiat, vel generari possit aliquibus Treugis, inter Partes & Regna prædicta aliàs captis, generalibus, Particularibus, Personalibus, vel Realibus, quovismodo.

Et quia inter Nos, Commissarios unius Partis & alterius, aliqualis Differentia fuerat sive Contentio,

Volentibus Commissariis, pro parte Angliæ, præsentes Treugas sub Linguâ communi (Latinâ videlicet) concipi & conscribi,

Nobis autem, Ambaxiatoribus sive Commissariis partis Franciæ, volentibus ipsas Treugas in Linguam Gallicam Redigi & Conscribi, more Majorum nostrorum,

Tandem, Communicato Consilio, mutuoque Consensu, ne (quod absit) occasione Differentiæ Linguarum tantum Bonum impediri possit, Inter Nos, Commissarios antedictos, Concordatum extitit & Conclusum,

• XI. 100. * Quòd ad satisfaciendum Voluntati utriusque Partis, & absque unius vel alterius Partium prædictarum, in futurum, Præjudicio, præsentes Treugæ in utraque Lingua conciperentur & scriberentur, &, servatâ ipsarum in omnibus Substantiâ, in Mundum redigerentur, nostrorumque Commissariorum Sigillis signarentur, sicut & prout in præsenti Conceptæ, Scriptæ, Redactæ, & Consignatæ existunt.

Et sunt, & erunt, Conservatores dictarum Treugarum,

Primò, per totum Mare, & in Circuitu, & Ambitu Regni Franciæ, *Admiraldus* & *Visamiraldus*, qui sunt, & pro tempore ipsarum Treugarum fuerint, & quilibet eorum:

In partibus Flandriæ, *Dominus de Guistelle* & *Magnus Ballivus Flandriæ*, vel ejus *Locumtenens*, & eorum quilibet:

In partibus Picardiæ *Capitaneus Generalis ipsius Patriæ* qui est vel erit, & ejus *Locumtenens*, & eorum quilibet:

In totâ Normaniâ, *Comes Haricuriæ*, & *Vicecomes Meleduni* Conservatores generales, & eorum quilibet,

Et, in dictis partibus Normaniæ, ultra flumen Secanæ, *Dominus de Gravile*, & *Dominus de Hambuye*, & eorum quilibet, particulares Conservatores:

In Patriâ Caceti, *Dominus d'Estouteville*, & *Dominus de Boissay*, & eorum quilibet, Conservatores particulares:

In Ducatu Britaniæ, *Dominus de Rieux* Marescallus Franciæ, & *Dominus Stephanus Gyon*, & eorum quilibet:

In partibus Andegaven. Cenoman. & Turon. *Dominus Johannes de Craon*, *Dominus de Montbason*, & *Dominus de Bueil*, & eorum quilibet:

In partibus Pictaven. *Vicecomes de Thouars*, & *Senescallus ibidem*, qui est, vel erit, & eorum quilibet:

In partibus Bituricen. *Dominus Petrus de Grassay*, & *Senescallus ibidem* qui est, vel erit, & eorum quilibet:

In partibus Petragoricen. Xancton. & Angolmen. *Dominus de Pons* generalis Conservator, & *Senescalli* in dictis partibus, quilibet in suâ Senescalciâ, qui sunt, vel erunt pro tempore, vel eorum *Locatenentes* erunt Conservatores particulares:

In partibus Lemovicen. *Senescallus* qui est, vel erit pro tempore, vel ejus *Locumtenens*:

• IX. 101. * In partibus Alverniæ, *Dominus Beraldus Daulphini de Sancto Ulpizio*, & *Ponsbot Dominus de Lengat*, Conservatores ibidem:

In partibus Borboniæ, *Dominus de Beavoir*, & *Ballivus Borbonii* qui est, vel erit, & eorum quilibet:

In partibus Agenen. Vasconiæ, Burdegalen. Baion. & in toto Ducatu Aquitaniæ, & Linguâ Occitanâ, *Comes Armeniaci*, generalis Conservator, & *Senescalli* dictarum Senescalciarum erunt Conservatores particulares, quilibet in suâ Senescalcia,

Et quilibet dictorum Conservatorum supranominatorum habebunt plenum Posse, in Partibus in quibus quilibet eorum est ordinatus, soli & in solidum, ad Reparandum & Emendandum omnia Dampna, Attemptata, & Excessus, facta vel perpetrata contra Tenorem dictarum Treugarum, & ad Puniendum omnes Malefactores secundum Casuum exigentiam.

In quorum omnium Testimonium præsentes Literas nostrorum Sigillorum munimine fecimus Roborari.

N'est nostre Entention ou Volente que ceulx, du Duchie de Guienne, & de Royaume de France, qui pour le fait des Guerres s'en sont alez ou departiz des Chastellenies, ou Ilz demouroient, & vouldront, de leur bonne Volente, Retourner, Durans ces Treues, aux Lieux, dont Ilz sont partiz pour le fait de la Guerre, comme dit est, soient tenuz de paier aus diz Lieux, dont Ilz sont partiz, & es queulx Ilz retourneront, telz Devoirs & Reddevances, qu'ilz Paioient avant leur partement, a Cause des Terres qu'ilz Labouroient ou vouldroient labourer,

Et, ou Cas que aucun d'iceulx, qui pour le fait des Guerres s'en sont alez, comme dit est, ne vouldront Retourner, adont ceulx, qui vouldront labourer les dictes Terres, soient tenuz de paier les diz Devoirs & Reddevances, sans ce que par aucun leur sois fait Empeschement ou Destourbier pour Occasion de ces presentes Treues:

Et aussi n'est pas l'Entention de Nous, Commissaires dessusnomez, pour l'une, & pour l'autre Partie, que, par ces Presentes Treues, par Nous prises, aucun Prejudices sois fais, ou puist estre Engendre a aucunes Treues, autres foiz prises entre les Parties & Royaumes dessusdiz, soient Generales, ou Particulieres, Personelles, ou Reelles, en aucune maniere.

Et pour ce que aucune Difference ou Dissention a este entre Nous, Commissaires de l'une & de l'autre Partie, sur la Confection de ces presentes Treues,

Es les Commissaires, de la Partie d'Angleterre, vouloient quelles feussent faictes & Escriptes, en Langaige Commun (C'estassavoir en Latin)

Et Nous, Commissaires de la Partie de France, voulions qu'elles feussent faictes & Escriptes en Langaige Francoys, come Acoustume a este par noz plus Grans,

En Conclusion, a Fin que, pour Occasion de la Difference des Langaiges, si grant Bien ne peust estre empeschie, Nous, eux sur ce Ensemble Commun Conseil & Consentement, Avons este d'Accord & Conclud,

Pour satisfaire a la Volente de l'une & de l'autre Partie, & sens ce qu'il peust tourner, ou temps advenir, a aucun Prejudice de l'une ou de l'autre des Parties dessusdites, que ces presentes Treues soient faictes & Escriptes en l'une & en l'autre Langaige (C'estassavoir) en Latin & Francoys, & Redigees au Net en celle Maniere, Tousjours gardee en toutes Choses la Substance d'icelles, & seelles de noz Seaulx, comme il appert par la Teneur de ces presentes.

Et sont, & seront, Conservateurs de ces dictes Treues,

Premierement, en & par toute la Mer & en toutes les Costieres du Royaume de France l'Admiral & Visadmiral *qui sont & qui pour le temps serront & Chascun deulx:*

Ou Paiis de Flandres le Sire de Guistelle & le Souverain Bailli en Flandres, *ou son* Lieuten. *& Chascun d'eulx:*

Ou Paiis de Picardie le Cappitaine General *du dit Paiis qui est ou sera ou son* Lieuten. *& Chascun d'eulx:*

En toute Normandie le Conte de Harecourt & le Viconte de Melun *Generaulx Conservateurs & Chascun d'eulx;*

Et ou dit Paiis de Normandie oultre Saine le Sire de Graville & le Sire de Hambuye *Chascune d'eulx Particuliers Conservateurs:*

Ou Paiis de Caux le Sire d'Estouteville & le Sire de Boissay *particuliers Conservateurs & Chascun d'eulx:*

En la Duchie de Bretaigne le Sire de Rieux *Mareschal de France &* Messire Estien Guyon *& Chascun d'eulx:*

Ou Pais d'Anjou du Maine & de Touraine Messire Jehan de Craon Seigneur de Montbason & le Seigneur de Bueilh *& Chascun d'eulx:*

Ou Paiis de Poitou le Viconte de Thouars & Seneschal de Poitou, *qui est ou sera, & Chascun d'eulx:*

En Berry Messire Pierre de Grassay, Seneschal de Berry *qui est, ou sera, & Chascun d'eulx:*

En Perregours, Xantonge, & Angolmoys le Sire de Pons *General Conservateur, & les* Seneschaulx *desdiz Paiis, ou Leurs* Lieuxtenants *qui sont ou qui pour le Temps seront, particuliers Conservateurs Seneschal en sa Seneschaucie:*

Ou Paiis de Limosin le Seneschal *du dit Paiis qui est, ou qui pour le Temps sera:*

Et ou Paiis d'Auvergne Messire Berault Daulphin Seigneur de Saint Upize, & Ponchot Seigneur de Langat, *Conservateurs illec:*

En Bourbonnois le Sire de Beauvoir & le Bailli de Bourbonn *qui est & sera, & chascun d'eulx:*

En Agenois, Gascoigne, Bourdelois, Bayonnis, & en toute la Duchie de Guienne, & en toute la Languedoc, le Conte d'Armignac *General Conservateur, & les* Seneschaux *des Seneschaucies des diz Pais Particuliers Conservateurs chascun en sa Seneschaucie;*

Et Chascun des Conservateurs dessus nommez ont, & auront Povoir Chascun ou Paiis ou il est Ordonne, seulz & pour le tout, pour fere Reparer & Amender toutz Trespas & Dommaiges qui serront faiz ou donnez encountre la Teneur de ces dictes Treues, & de Punir toux Malfaicteurs selon ce que les Cas le requerront.

En Tesmoign. de ce Nous avons fait mettre noz Seaux a ces Presentes Lettres.

Rege Navarræ, *Domino de Man,*
Rege Aragoniæ, *Domino Insularum de Scotiâ,*

Et eorum Regnis, Terris, Dominiis, & Subditis, per Mare & per Terram, citra & ultra Mare,

Et Ambassiatores & Nuncios nostros, pro Nobis, Terris, Dominiis, Subditis, & Alligatis nostris, videlicet,

Rege Romanorum,
Rege Castellæ & Legionis,
Rege Daciæ, Sueciæ, & Norwegiæ,
Rege Portugaliæ,
Ludovico Duce Bavariæ, Comite Palatino Reni,
Duce Britanniæ,
Duce Guillielmo Bavariæ, Comite Hanoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ,
Duce & Communitate Januensium,
Donaldo Domino Insularum,
Et Johanne Stanle pro Dominio de Man,

Et eorum Regnis, Terris, Dominiis, & Subditis, per Terram & per Mare, citra & ultra Mare,

Bonæ, firmæ, indubiæ, & inviolabiles Treugæ generales, tam per Terram quàm per Mare, pro uno Anno, incipiente ab Ortu Solis diei Purificationis beatissimæ gloriosæ Virginis proximò futuræ, usque ad Occasum Solis diei ejusdem Purificationis Anno revoluto, * qui erit Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo,
• IX. 102. Quatrodecimo, sub certâ formâ, in eisdem Treugis contentâ, initæ, factæ, promissæ sint, & concordatæ,

Et quia Treugas prædictas ad Notitiam omnium & singulorum, quorum interest, deduci volumus, vobis Præcipimus quòd statim, visis Præsentibus, Treugas illas, in singulis Locis Civitatis prædictæ & Suburbiorum ejusdem, ubi magis expediens fuerit & necesse, publice proclamari, ac eas firmiter & inviolabiliter observari faciatis juxta Formam earumdem; & hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo octavo die Januarii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus subscriptis, sub eâdem Data; videlicet,

Vicecom. Norff. & Suff.
Vicecom. Kanc.
Vicecom. Eborum.
Vicecom. Suffex.
Vicecom. Suthampt.
Vicecom. Bristoll.
Vicecom. Cornub.
Vicecom. Lincoln.
Vicecom. Villæ Novi Castri super Tynam.
Vicecom. Somers & Dors
Cancellar. Com. sui Palatini Lancast.
Johanni de Nevill Custodi Westmarchiæ Regis versus Scotiam & ejus Locumtenenti ibidem.

De Ambassiatoribus missis in Regnum Franciæ ad Tractandum de Pace.

Ann. D. 1414. An. 1. H. 5. Franc. 1. H. 5. m. 10.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cùm nuper *Adversarius noster Franciæ* certos Nuncios, Commissarios, & Ambassiatores suos solempnes in Regnum nostrum Angliæ, & ad Præsentiam nostram, transmiserit, ad Tractandum, Comunicandum, & Interloquendum, unà Nobiscum seu Commissariis nostris, super his quæ ad Pacem, inter *Ipsum* & *Nos* incundam & firmandam, tendere possent,

Nosque,

Ad evitandum Sanguinis Christiani effusionem, aliaque Mala, Enormia & Importabilia, quæ, inter Ipsum & Nos, ac Angliæ & Franciæ Regna, occasione Guerrarum evenerunt & verisimiliter evenient in futurum,

Ad Audiendum ipsos Ambassiatores, sive Nuncios, & simul cum eis Tractandum, Comunicandum, & Interloquendum de & super omnibus & singulis, quæ ad ipsam Pacem & Bonum Publicum utrorumque Regnorum tendere seu quomodolibet respicere possent, nostrum adhibuimus Consensum & Assensum,

Et ad hoc faciendum certos nostros Commissarios deputavimus, qui cum eisdem Ambassiatoribus, Nunciis, sive Commissariis, nonnulla Tractatus, Comunicationes, habuerint & Consilia,

Et tandem, per ipsos Ambassiatores Partis adversæ ac Commissarios nostros, secundum præmissam Inclinationem nostram, & pro Nobis, & ut jurata potuimus & tenemur, prosequi intendimus cum effectu,

De fidelitate, circumspectione, & industria, dilectorum & fidelium nostrorum, *Henrici Domini le Scrop* Consanguinei nostri carissimi, *Hugonis Mortymer* Armigeri, & *Henrici Ware* in utroque Jure Licentiati, Consiliariorum nostrorum, confidentes,

Ipsos nostros Ambassiatores, Commissarios, atque Nuncios Ordinavimus, Deputavimus, &, Tenore Præsentium, Ordinamus & Deputamus,

Dantes & Concedentes eisdem Tribus, aut Duobus eorum, plenam Auctoritatem, Potestatem, & Mandatum generale & speciale in & ad Regnum Franciæ se Transportandi, & ad Præsentiam dicti *Adversarii nostri Franciæ* se præsentandi, ac coram ipso, seu Commissariis suis, seu Deputatis, nostras Intentionem & Voluntatem, quoad ea * quæ Bonum Pacis, & Rem publicam utro- • IX.
rumque Regnorum respicere possint, Exponendi & Declarandi, 103.

Tractatumque, jam inceptum, Continuandi, sive alium quemcumque Incipiendi,

Ac, super ipsis viis, ad Pacem jam apertis sive ostensis, aut aliis, quæ ab una parte vel ab altera aperiri sive ostendi poterunt, quibuscumque, una cum præfato *Adversario nostro*, seu Deputatis suis, Comunicandi, Tractandi, & Interloquendi,

Et ad omnia & singula, quæ Comunicata sive Tractata fuerint, nobis Reportandi,

Ac etiam, si eis expedire videbitur, ad certos Ambassiatores alios, per Nos transmittendos, ac de Tempore & Loco Conventionis eorumdem, Concordandi & Appunctuandi,

Necnon ad Juramentum ipsius *Adversarii nostri*, super certis Treugis, nuper inter Ambassiatores suos prædictos & Commissarios nostros habitis & concordatis, fideliter observandis, nomine nostro Recipiendum,

Ac ad quoscumque salvos Conductus quibuscumque Personis, cujuscumque Statûs, Gradûs, seu Conditionis fuerint, ac in quanto numero eis placuerit, in & per omnia Regna, Terras, & Dominia nostra, & sub tali forma quæ eis videbitur expedire, Concedendum & Faciendum, quos quidem salvos Conductus talem vigorem obtinere volumus, qualem si Nos ipsi ipsos Concessissemus,

Necnon ad Faciendum omnia & singula, quæ in Præmissis, eorum connexis, incidentibus, & emergentibus quibuscumque, necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale, & quæ Nos ipsi facere possemus si personaliter interessemus,

Et Promittimus, in bonâ fide, ac in verbo Regio, Ratum, Gratum, Firmum, & Stabile habituros totum & quicquid dicti Ambassiatores, Nuncii, sive Commissarii nostri, in dictis Negotiis, fecerint in Præmissis, aut aliquo Præmissorum, sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo octavo die Januarii.

Per ipsum Regem.

Promissio, ex parte Regis, de non contrahendo, citra certum Diem, cum aliqua alia Muliere, nisi cum Katerina Franciæ, Matrimonio.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1414. An. 1. H. 5. Ibid. m. 9.

Cum,

Inter, Venerabilem in Christo Patrem, *Thomam Dunelmensem Episcopum*, *Richardum Comitem Warwici* Consanguineum nostrum, & Magistrum *Henricum Ware* in utroque Jure Licentiatum, nostros, in ea parte, Commissarios, &, Reverendum in Christo Patrem, Dominum *Willielmum Bituricensem Archiepiscopum*, *Karolum Dominum de la Bryt* Constabularium, & *Gouterum Col* Secretarium, *Consanguinei nostri Franciæ*, &, pro parte sua, Ambassiatores, Commissarios, & Nuncios solempnes, in Regnum nostrum Angliæ, & ad Præsentiam nostram transmissos,

Nonnulla,

Per quæ Amor & Amicitia, inter *Nos* & *Consanguineum nostrum* prædictum, introduci & nutriri, & tandem, Deo duce, ad optatam a Christi Fidelibus inter Duo Regna Pacem firmam perveniri posset,

Locuta, aperta, & comunicata fuissent, tam ab una parte, quàm ab alia,

Et, inter cætera, per Partem dictorum Ambassiatorum *Consanguinei nostri* prædicti, aperta fuisset via Renovationis Parentelæ & Affinitatis inter *Nos* & dictum *Consanguineum nostrum*, introducendæ per Sponsalia sive Matrimonium, inter Nos &, Nobilem Dominam

Et ex hac Causa, una cum aliis ad Bonum Pacis tendentibus, nostros Nuncios ad dictum *Consanguineum nostrum* dirigere intendimus infra breve,

Et, ut eo libentius, diligentiùs, & securiùs, absque suspitione aliqua, hæc Materia interim comunicari & realiter pertractari possit, Promittimus, bonâ fide, verboque Regio firmamus, quòd cum nulla alia Muliere (cujuscumque Statûs, Gradûs, aut Conditionis existat) Sponsalia sive Matrimonium, Verbo vel Scripto, quomodolibet Contrahemus, aut super his aliqualiter Concludemus, usque ad Primum Diem Mensis Maii proximò futurum,

Sub hac tamen Conditione, quòd dictus *Consanguineus noster*, & *Domina Katerina* præfata, consimilem, pro parte sua, Nobis Promissionem & Fidem faciant, sicut & prout inter dictos Commissarios nostros & præfati *Consanguinei nostri* pleniùs fuerat Concordatum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Die, super præfato Matrimonio non concludendo, prorogando.

Ann. D. 1414. An. 1. H. 5. Ibid. m. 10.

REX, dilectis & fidelibus suis *Henrico Domino le Scrop* Consanguineo nostro, *Hugoni Mortymer* Armigero, *Henrico Ware* in utroque Jure Licentiato, Salutem.

Nuper Nos, ex certis Causis, Nos in ea parte moventibus, certam Promissionem fecimus de abstinendo ab omni Contractu Matrimoniali sive Sponsaliorum hinc, usque ad Primum Diem Mensis Maii proximò futurum, sicut & prout in Literis aliis vobis traditis, & ad quas Nos referimus, pleniùs continetur,

Verumque ex casu evenire posset quòd, citra Diem illum, certæ Materiæ, inter *Nos & Consanguineum nostrum Franciæ* per Deputatos hinc & indè prælocutæ, ad effectum perduci non poterint,

Nos (de vestris fidelitate & industria pleniùs confidentes) vobis Tribus, seu Duobus vestrûm committimus, &, Tenore Præsentium, Damus Potestatem, ad Prorogandum Diem prædictum, in & usque talem Diem qui vobis videbitur expedire,

Ac etiam ad Promittendum, pro Nobis & Nomine nostro, quòd, usque ad Diem, per vos limitandum, nullum cum quacumque Muliere alia, à *Domina Katerina Filia ipsius Consanguinei nostri Franciæ*, Contrahemus, aut super eo quomodolibet Concludemus,

Promittentes Nos, bonâ fide, & in verbo Regio, quod ipsam Promissionem, per vos nomine nostro faciendam, quantum ad Nos attinet, fideliter observabimus & inconcusse.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Navigiis pro Ambassiatoribus arestandis.

Ann. D. 1414. An. 1. H. 5. Pat. 1. H. 5. p. 5. m. 24. d.

REX, dilecto & Fideli suo, *Roberto Saperton*, Servienti suo ad Arma, Salutem.

Scias quòd assignavimus Te ad tot Navigia, & Marinarios sufficientes pro eisdem, quot pro Transitu & Passagio, tam Ambassiatorum *Adversarii nostri Franciæ*, infra Regnum nostrum Angliæ jam existentium, quàm Ambassiatorum nostrorum, ac eorum Servientum, Familiarium, Bonorum, Rerum, & Hernesiorum, versus partes Franciæ, necessarii fuerint, in Portubus Suthamptoniæ, Polæ, Melcombe, & Weymouth, pro Denariis nostris, promptè & rationabiliter solvendis, Arestandum, Capiendum, & Providendum, & in Obsequium nostrum, ad deserviendum eisdem Ambassiatoribus, super Transitu & Passagio suis hujusmodi, Ponendum;

Et ideò tibi Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter intendas, & ea facias & exequaris in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus,
*IX. 105. Ballivis, Constabulariis, * Præpositis, Ministris, & aliis Fidelibus & Subditis nostris, tam infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Tibi, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo nono die Januarii.

Per ipsum Regem.

Mandatum generale & speciale ad Conveniendum & Tractandum cum, Serenissimo Principe, *Domino Henrico*, eadem gratiâ, *Rege Angliæ*, Consanguineo suo, seu alio vel aliis, per ipsum, Serenissimum Dominum *Regem Angliæ* deputando seu deputandis, super Treugis fiendis, & nonnullis aliis Negotiis pertractandis & concordandis,

Pro adimplendo, dicti Serenissimi Principis, Domini mei *Regis Castellæ & Legionis*, Mandato, prout decet in hac parte,

Ad Præsentiam dicti, Serenissimi Principis, Domini *Henrici*, nuper *Regis Angliæ*, me transtuli, ad Conveniendum & Tractandum cum eodem, seu alio vel aliis, per ipsum Serenissimum *Regem Angliæ* Deputando sive Deputandis, super Treugis fiendis & firmandis, & aliis Negotiis quæ Bonum & Tranquillitatem amborum Partium & Subditorum eorundem concernere possunt;

Super quibus dictus, Serenissimus Princeps, Dominus *Rex Angliæ* suum constituit Ambassiatorem sive Nuncium, per suas Commissionis Literas, Venerabilem Virum, Dominum *Johannem Honyngham*, Legum eximium Professorem, Archidiaconum Dunelmensem, Prothonotarium, ad Conveniendum mecum & Tractandum super Treugis ineundis, & aliis in Literis meæ & suæ Potestatis contentis;

Quarum quidem Commissionum Tenores sequuntur in hæc verba,

JOhannes, Dei gratiâ, *Rex Castellæ & Legionis*, universis & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Noveritis quòd Nos,

De fidelitate & circumspectione, dilecti nostri, *Johannis Roderici*, Archidiaconi de Gordonio, Secretarii nostri, plenius confidentes,

Ipsum fecimus & constituimus Ambassiatorem sive Nuncium nostrum, ad Conveniendum & Tractandum cum, Serenissimo Principe, *Henrico Rege Angliæ*, Consanguineo nostro carissimo, aut alio seu aliis per ipsum Deputandis, super Treugis fiendis inter *Nos & dictum Regem* Consanguineum nostrum carissimum, nostrosque Subditos & suos, tam per Terram, quàm per Mare, ad tantum, & per tantum tempus, prout inter ipsos fuit concordatum,

Necnon ad Concordandum super certis Die & Loco, ad quos solempnes Ambassiatores nostri conveniant, in Confinibus Regnorum nostrorum, cum Potestate sufficienti ad Procedendum cum Ambassiatoribus dicti, Serenissimi Principis, *Regis Angliæ*, Consanguinei nostri carissimi, super Reparatione Attemptatorum contra Treugas & aliter Factorum, secundum quod fuit Concordatum & Appunctuatum in captione & datione Treugarum, per, inclitæ memoriæ, Progenitorem suum, *Regem Angliæ*, Avunculum nostrum, aliàs factarum & concessarum.

In cujus rei Testimonium præsentes nostras Patentes Literas, nostro Sigillo Secreto in pendenti munitas, ac Nomine, Serenissimæ Dominæ, *Catherinæ Castellæ & Legionis Reginæ Matris*, & Dominæ nostræ, gerentis ad præsens nostri & Regnorum nostrorum Curam, Tutelam, Regimen, Administrationem, & Gubernationem, roboratas, & ipsius auctoritate duximus concedendas.

Dat. *Tauri* die octavâ Mensis Augusti, Anno à Nativitate Domini Millesimo Quadringentesimo tertio decimo.

YO LA REYNA.

*HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem. *IX. 106.

Cùm, Illustrissimus Princeps, *Johannes*, eadem gratiâ, *Rex Castellæ & Legionis*, Consanguineus noster carissimus, certum Ambassiatorem suum sive Nuncium (videlicet) Venerabilem Virum, *Johannem Roderici*, Archidiaconum de Gordonio, Secretarium suum, ad Regnum nostrum Angliæ transmisit, ad Conveniendum & Tractandum, unà nobiscum, seu alio vel aliis per Nos Deputandis, de & super his quæ Bonum, Pacem, & Tranquillitatem utriusque Regni concernere possunt,

Nos,

Qui Subditorum nostrorum quietem, nostris præsertim temporibus, summis desideriis appetimus, & qui pulcritudine Pacis delectamur,

Ad Honorem Dei, ejusque Sacrosanctæ Ecclesiæ Unitatem, ac ad evitandum Humani Sanguinis effusionem, aliaque Dampna irreparabilia, quæ indies diræ Guerrarum voragines deduxerunt, & deducent verisimiliter in futurum, nisi de Remedio in ea parte provideatur oportuno,

Nostros in his & ad ea præbuimus Consensum & Assensum,

Unde Nos,

De prudentia, circumspectione, fidelitate, & industria, dilecti nostri, Magistri *Johannis Honyngham*, Legum Doctoris, Archidiaconi Dunolmensis Prothonotarii nostri, plenariè confidentes,

Ipsum Fecimus & Constituimus Ambassiatorem sive Nuncium nostrum, ad Conveniendum & Tractandum cum dicto, Illustrissimo

Ipsarum Literarum vigore, ac juxta & secundum Formam & Tenorem earumdem, ego *Johannes Roderici*, Ambassiator & Nuncius supradictus, cum, præfato Venerabili Viro, Domino *Johanne*, Legum Doctore, dicti Illustrissimi Principis, Domini *Henricis Regis Angliæ* Ambassiatore & Nuncio, nonnullos Tractatus, Consultationes, & Communicationes habui, feci, & interposui, varios & diversos, de & super Materis & Negotiis michi & tibi commissis, ut præfertur,

Et tandem,

Multis Considerationibus rationabilibus ex utraque Parte circumspectis, Deliberatione super hiis præhabita diligenti,

Ad Honorem Dei, ejusque Ecclesiæ Sacrosanctæ Unitatem,

Ac ad evitandum Sanguinis Humani effusionem,

Necnon pro bono Communi & Utilitate Rei publicæ Regnorum & Dominiorum utriusque Serenissimorum Regum, ac Subditorum & Vassallorum eorundem, & ut verus & bonus Amor mutuus, & Amicitia, atque grata Conversatio nutriri, augmentari, firmari, & continuari possint, inter ipsos Serenissimos Reges, ipsorumque Subditos & Vassallos,

Necnon ut Mercandisæ suum possint tenere Cursum securum ex utrâque Partium, tam per Terram, quàm per Mare, tempore Guerrarum durante,

De communi avisamento, mutuo assensu pariter & consensu, mei *Johannis Roderici*, Ambassiatoris sive Nuncii dicti, Serenissimi Principis, Domini mei, *Regis Castellæ & Legionis*, necnon, dicti Venerabilis Viri, Domini *Johannis*, Legum Doctoris, Ambassiatoris sive Nuncii, dicti Serenissimi Principis, Domini *Regis Angliæ*,

Ego *Johannes Roderici*, Ambassiator sive Nuncius præfatus, feci, accordavi, & inii, ac, Præsentium Tenore, facio, accordo, & ineo, Vice & Nomine, dicti Serenissimi Principis, Domini mei, * *Johannis Regis Castellæ & Legionis*, & pro ipso, ac omnibus & singulis Regnis Castellæ & Legionis, Terris, Patriis, Territoriis, Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Opidis, & eorum Suburbiis, in Jurisdictionibus aut Districtibus, dicti Serenissimi Principis, Domini mei, *Johannis Regis Castellæ & Legionis* constitutis, suisque Vassallis & Subditis, Bonisque & Rebus suis quibuscunque, unà cum, Venerabili Viro, Domino *Johanne*, Legum Doctore, Ambassiatore & Nuncio præfato,

* IX, 107.

Qui etiam mecum, Vice & Nomine, dicti Serenissimi Principis, Domini *Henrici Regis Angliæ*, pro ipso, ac Regno Angliæ, Ducatu Acquitanniæ, Terris, Patriis, Territoriis, Dominiis, Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Opidis, & eorum Suburbiis, in Jurisdictionibus aut Districtibus, dicti Serenissimi Principis, *Domini Regis Angliæ* constitutis, suisque Vassallis & Subditis, Bonisque & Rebus suis quibuscunque, fecit, accordavit, & iniit,

Bonas, firmas & inviolabiles Treugas generales, Sufrentiam & Guerræ Abstinentiam, tam per Terram, quàm per Mare, pro uno Anno, incipiente ab Ortu Solis, Diei Purificationis beatæ Mariæ Virginis proximò futuri, usque ad Occasum Solis Diei Purificationis dictæ beatæ Mariæ Virginis Anno revoluto, qui erit de Anno & Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Quartodecimo, duraturas,

ITEM, quòd, durantibus dictis Treugis, Sufrentiâ & Abstinentiâ Guerræ, cessent & cessabunt, per dictum Serenissimum Principem, Dominum *Regem Castellæ & Legionis*, suosque Subditos & Vassallos, omnes & singulæ Prisæ, Captiones, Personarum, Navigiorum, Mercandisarum, ac omnium aliorum Bonorum quorumcunque, dicti Serenissimi Principis, Domini *Regis Angliæ*, seu Subditorum & Vassallorum suorum, necnon Civitatum, Castrorum, Fortalitiorum, Villarum, & aliorum Locorum quorumcunque, dicti Serenissimi Principis, Domini *Regis Angliæ*, Subditorum & Vassallorum suorum, Demolitiones Domorum, Murorum, & Camporum Combustiones,

Nec erunt aliqua Castra, Villæ, nec aliqua Fortalitia, seu Locus alius quicunque, dicti Serenissimi Principis, Domini *Regis Angliæ*, Subditorum aut Vassallorum suorum, Obsessa, Assallita, Debellata, nec publicè seu clandestinè Escalata, aut furtivè Capta,

Necnon omnes aliæ Pillariæ, Roberiæ, sive Deprædationes, & omnia alia Facta Guerræ, tam in Terra, quàm in Mari, & tam in Portu, quàm extra Portum, cessantibus omnibus fraude & malo ingenio.

ITEM, quòd, tempore dictarum Treugarum durante, non capiantur per, dictum Serenissimum Principem, Dominum meum, *Regem Castellæ & Legionis*, aut Subditos & Vassallos suos, aliqua Navigia, Personæ, Mercandisæ, aut alia Bona quæcunque, dicti Serenissimi Principis, Domini *Regis Angliæ*, aut Subditorum & Vassallorum suorum, in Terra, nec in Mari, nec in Portu, nec extra Portum, pro Marcha, Contramarcha, Reprisa- *Regem Castellæ & Legionis*, nec per Subditos & Vassallos suos, seu ipsorum alterum, contra, prædictum Serenissimum Principem, Dominum *Regem Angliæ*, aut contra aliquem Subditum seu Subditos suos, seu ipsorum Bona quæcunque, quâcunque causâ seu occasione, quod sit in contrarium præsentium Treugarum, Sufferentiæ & Abstinentiæ Guerræ, tempore ipsarum durante,

Et si (quod absit) tempore ipsarum Treugarum durante, aliqua Personæ, Navigia, Mercandisæ, aut aliqua alia Bona, sive Loca quæcunque fuerint Capta sive Captæ, seu aliquid aliud Attemptatum, per Subditos & Vassallos, dicti Serenissimi Principis, Domini mei, Regis Castellæ & Legionis, contra dictum, * Serenissimum Principem, Dominum *Regem Angliæ*, suósque Subditos & Vassallos, seu ipsorum aliquem, contra prædictas Treugas, quòd idem Serenissimus Princeps, Dominus meus, *Rex Castellæ & Legionis*, per Se, aut Deputatos seu Deputandos, Officiarios suos, illa faciat plene Restitui & Repparari, unà cum Dampnis, Sumptibus, & Expensis, ac Malefactores, per ipsum aut dictos Officiarios suos, Puniantur & Corrigantur secundum exigentiam Casûs, cessantibus in omnibus prædictis, & ipsorum quolibet, totâ duplicitate, fraude, & malo ingenio.

* IX. 108.

ITEM, quòd, propter aliqua Forisfacta, Captiones, Roberias, sive Deprædationes, aut quascunque alias Attemptationes, per Mare, vel per Terram, per dictos Subditos & Vassallos, dicti Serenissimi Principis, Domini mei, *Regis Castellæ & Legionis*, perpetrata, si quæ intervenerint (quod absit) contra prædictas Treugas, Sufrentiam sive Guerræ Abstinentiam, Treugæ hujusmodi non habeantur nec reputentur, in totum, nec in aliqua sui parte, pro fractis, ruptis, sive violatis, nec propter hoc fiet Guerra ab una Parte contra aliam; set, ipsis Treugis & Sufrentia Guerræ in suo robore duraturis, tempore ipsarum durante, omnia & singula Forisfacta, Captiones, Roberiæ, Deprædationes, seu quæcunque aliæ Attemptationes, per dictos Subditos & Vassallos, dicti Serenissimi Principis, Domini mei, *Regis Castellæ & Legionis*, perpetratæ, per, ipsum Serenissimum Principem, Dominum meum, *Regem Castellæ & Legionis*, seu Officiarios suos, existentes in Loco, in quo hujusmodi Forisfacta, Captiones, Roberiæ, Deprædationes, seu quæcunque aliæ Attemptationes factæ seu perpetratæ fuerint, vel ad quem applicuerint, repparentur & deducantur ad pristinum Statum, & Malefactores, per ipsum Serenissimum Principem, Dominum meum, *Regem*, aut Officiarios suos, debitè, secundum exigentiam Casûs, corrigantur & puniantur.

ITEM, si contingat (quod absit) quòd aliquis seu aliqui Subditi aut Vassalli, dicti Serenissimi Principis, Domini mei, *Regis Castellæ & Legionis*, tempore dictarum Treugarum durante, ceperint seu deprædaverint aliqua Bona, Serenissimi Principis, Domini *Regis Angliæ*, seu Subditorum & Vassallorum ipsius, quòd Capientes sive Deprædantes talia Bona Capiantur & Detineantur per Officiarios Regios, dicti Serenissimi Principis, Domini mei, *Regis Castellæ & Legionis*, existentes in loco in quo dicta Bona fuerint, seu ad quem applicuerint, ut fiat Justitia de Capientibus sive Deprædantibus, & de Bonis suis, secundum exigentiam Casûs;

Et Bona, sic capta sive deprædata, ut præmittitur, Capiantur per dictos Officiarios regios, & ponantur de manifesto in bona & secura Custodia, in Manibus aliquorum proborum Virorum dicti Loci ubicunque dicta Bona fuerint, vel ad quem applicuerint, sit pars dampnificata, absens, sive præsens; &, si de Captione & Præda veridicè constet, eidem Parti dampnificatæ realiter & de facto restituantur & liberentur, sive ejus Procuratori ad hoc legitimè constituto, unà cum Dampnis, Sumptibus, & Expensis, solvendis de Bonis Capientium:

Et, ut prædictæ Treugæ meliùs & utiliùs ex utraque parte teneantur, custodiantur, sive conserventur, ad tollendum multa Inconvenientia & Mala, quæ ex Navigiis Armatis per Subditos & Vassallos unius vel alterius Partis oriebantur & interveniebant, ac imposterum oriri & intervenire poterunt, ego *Johannes Roderici*, Ambassiator sive Nuncius prædictus, concordavi cum, venerabili viro, Domino *Johanne* Doctore, Ambassiatore sive Nuncio prædicto, quòd, si aliquis vel aliqui Subditi vel Vassalli, dicti Serenissimi Principis, Domini mei, *Regis Castellæ & Legionis*, voluerint Armare aliquod Navigium seu aliqua Navigia, quocunque nomine nuncupentur, in aliqua Civitate, Villa, Castro, aut in ipsorum Portu, seu alio Loco quocunque, in dictis Regnis Castellæ & Legionis, & ipsorum Dominiis, Terris, Patriis, sive Territoriis constitutis, quòd Officiales Regii, ibidem existentes, vel ipsorum Locatenentes, nullo modo permittant hujusmodi Navigium seu Navigia Armari,

Aut, si Armatum vel Armata fuerint, extra Portum exire seu navigare, nisi Armator seu Armatores hujusmodi Navigii seu Navigiorum primo & ante omnia dederint, realiter & de facto, bonas, firmas, securas, legittimas, & sufficientes Fidejussorias Cautiones, in manibus dictorum Officiariorum, vel ipsorum Locumtenentium, de non Deprædando, capiendo, aut faciendo Malum

sive

... in quo dictum Navigium seu Navigia Armatum sive Armata fuerint, ducere teneantur,

Et, si dictæ fidejussoriæ Cautiones sufficientes, per ipsos Officiarios Regios, seu ipsorum Locumtenentes, captæ fuerint, ac dicti Armatores hujusmodi Navigii seu Navigiorum aliqua Mala perpetraverint, ut supradictum est, Armatores & Fidejussores ipsorum prædicta Mala & Dampna, per ipsos perpetrata, ut præfertur, unà cum Dampnis, Expensis, & Interesse, solvere & resarciri teneantur Parti læsæ,

Et, si dicti Officiales Regii, seu ipsorum Locumtenentes, prædictas sufficientes Fidejussorias Cautiones recipere non curaverint, ut præfertur, & dictus Armator sive Armatores hujusmodi Navigii seu Navigiorum deprædaverint, seu ceperint aut aliquod Malum sive Dampnum fecerint, seu per Gentes ipsius Navigii, vel in ipsis Navigiis existentes, in aliquo, contra præsentium Tenorem Treugarum, fuerit Attemptatum, in dictis Regno Angliæ, Ducatu Acquitaniæ, Patriis, Terris, Territoriis, & Dominiis, dicti, Serenissimi Principis, Domini *Regis Angliæ*, in & contra Subditos & Vassallos suos, seu ipsorum Bona quæcunque, Officiales Regii prædicti hujusmodi Deprædationes, Captiones, Mala, & Dampna, per dictos Armatores perpetrata, sicut & Pars Attemptans, Parti Dampnificatæ realiter solvere & restituere teneantur,

Super quibus dictus, Serenissimus Princeps, Dominus meus, *Rex Castellæ & Legionis*, faciet vel fieri faciet, per suos Officiarios & Ministros, Justitiæ complementum, necnon Executionem in Bonis dictorum Armatorum, Officiariorum suorum, seu Fidejussorum, secundum quod Casus exhigent.

ITEM, ego *Johannes Roderici*, Ambassiator sive Nuncius prædictus, nomine quo supra, Concordavi cum, dicto Venerabili Viro, Domino *Johanne* Doctore, Ambassiatore & Nuncio, vice & nomine dicti, Serenissimi Principis, Domini *Regis Angliæ*, consideratâ Utilitate Rei publicæ utriusque Regnorum & Partium, & ut Personæ Dampnificatæ, unius & alterius Partis, citiùs & facilius possint de Dampnis, sibi factis seu illatis, tam per Terram, quàm per Mare, consequi Justitiæ complementum, quòd dictus, Serenissimus Princeps, Dominus meus, *Rex Castellæ & Legionis*, Domino concedente, suos mittet solempnes Ambassiatores ad Fontem Rabidum circa primam diem Mensis Julii proximò futuram; vel ad ipsam primam diem dicti Mensis Julii,

Qui quidem Ambassiatores concordabunt de modo se videndi, & insimul conveniendi & standi cum Ambassiatoribus dicti, Serenissimi Principis, Domini *Regis Angliæ*,

Et quòd dicti Ambassiatores, sic, ut præmittitur, mittendi, habeant sufficientem Potestatem Audiendi, Cognoscendi, Decidendi & fine debito Terminandi omnes & singulas Lites sive Causas, motas sive movendas per quascunque Personas utriusque Partium, de & super omnibus & singulis Roberiis, Prædis, Marchis, Contramarchis, seu aliis Captionibus quibuscunque, factis sive perpetratis, per Terram, vel per Mare, per quascunque Personas, Subditos & Vassallos utriusque Regnorum & Dominiorum, præter & contra Formam Treugarum, aliàs inter dictos Dominos & eorum Regna initarum, citra tempus quo regnare incepit, celebris recordationis & memoriæ, Dominus *Henricus Rex Castellæ & Legionis*, Pater dicti, Serenissimi Principis, Domini mei, *Johannis Regis Castellæ & Legionis* moderni, usque ad diem Purificationis beatæ Mariæ Virginis proximò futuram, in qua præsentes Treugæ incipere debent, ac Sententiam seu Sententias proferendi,

Et quicquid per dictos Ambassiatores fuerit Judicatum, Determinatum, & Sententiatum, debitæ Executioni demandabit, aut demandari faciet, dictus, Serenissimus Princeps, Dominus meus, *Rex Castellæ & Legionis* in Regnis, Dominiis, Patriis, & Territoriis suis, bonâ fide, & sine aliquâ deceptione,

Fuit tamen, super hoc, inter me, dictum *Johannem Roderici*, ac dictum, Venerabilem Virum, Dominum *Johannem* Doctorem, Ambassiatorem sive Nuncium dicti, Serenissimi Principis, Do-
* IX. 110. mini *Regis Angliæ*, Concordatum, quòd, * casu quo dictus, Serenissimus Princeps, Dominus meus, Rex Castellæ & Legionis non posset dictos suos solempnes Ambassiatores, citra diem vel ad diem supradictum, ad Locum prætactum, super Negotiis prædictis, transmittere, ut præfertur, quòd, hoc non obstante, Treugæ hujusmodi, datæ & concessæ, permaneant, tempore ipsarum durante, in sui roboris firmitate.

ITEM, ad Majorem Cautelam roborisque Firmatem, ego *Johannes Roderici*, Ambassiator sive Nuncius præfatus, concordavi cum, dicto Venerabili Viro, Domino *Johanne* Doctore, Ambassiatore sive Nuncio, dicti Serenissimi Principis, Domini Regis Angliæ, quòd dictus, Serenissimus Princeps, Dominus meus, Rex Castellæ & Legionis, cum Ambassiatoribus suis, per ipsum in Fontem Rabidum mittendis, citra diem vel ad diem supra prædictam, mittat suas Patentes Literas, suo Magno Sigillo sigillatas, Confirmatorias & Approbatorias hujusmodi Præsentium Treugarum, ac omnium aliorum & singulorum in Litteris dictarum Treugarum contentorum,

Promittendo, bonâ fide, & in verbo Regio, per easdem Litteras, quòd prædictas Treugas, ac omnia alia & singula in Litteris Treugarum contenta, per se tenebit & observabit, ac per Subdi-

In quorum omnium & singulorum factorum testimonium ego *Johannes Roderici*, Ambassiator sive Nuncius præfatus, præsentes Patentes Litteras, manu propria scriptas, Sigillo meo inpendenti communivi.

Data & Acta in Civitate *Londoniarum*, Die Vicesimâ octavâ Mensis Januarii, Anno à Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Quartodecimo.

Treugarum Franciæ ex parte Regis Confirmatio.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
INSPEXIMUS Tenorem quarumdam Treugarum, inter 1414.
Ambassiatores nostros, ex una parte, & Ambassiatores, Nuncios, An. 1.
& Commissarios *Adversarii nostri Franciæ*, ex altera parte, fa- H. 5.
ctarum in hæc verba, Franc. 1. H 5. m. 8.

Nos *Thomas*, Permissione Divinâ, *Dunelmensis Episcopus*, *Richardus Comes Warrewici*, & Magister *Henricus Ware*, Licentiatus in utroque Jure, Canonicus Ecclesiæ Landavensis, Illustrissimi in Christo Principis & Domini nostri, Domini *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ*, *& Franciæ*, & *Domini Hiberniæ*, Consiliarii,

Ad Tractandum, Communicandum, Concordandum, & finaliter Concludendum,

Cum, Reverendo in Christo Patre & Domino, Domino *Willielmo*, Dei gratiâ, *Archiepiscopo Bituricensi*, *Karolo Domino de la Bret*, Constabulario *Adversarii Franciæ*, & Magistro *Gontero Col*, Consiliariis, Ambassiatoribus, Nunciis, & Commissariis dicti *Adversarii Franciæ*, & ad Præsentiam dicti *Domini nostri Regis* de præsenti transmissis,

De & super his, quæ Bonum Publicum, & specialiter Pacem & Concordiam utriusque Regni, Subditorum, & Incolarum ambarum Partium concernere possint, Commissarii specialiter deputati;

Quarum quidem Commissionum Tenores sequuntur in hæc verba,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem in Domino sempiternam.

Cùm nuper Adversarius noster Franciæ, *&c. prout supra in Treugis, de Dat. 24. Jan usque hæc verba* (ziz.)

Nos autem, Tenorem prædictum Ratum habentes & Gratum,
ipsum, Tenore * Præsentium, ex certa scientia nostra, Lauda- * IX. 111.
mus, Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus,

Promittentes Nos, bonâ fide, & verbo Regio, illud Tenere & Custodire, ac, pro Posse nostro, absque Fractione, per Fideles & Subditos nostros quoscumque, quovis modo, secundum Tenorem & Formam ejusdem, integrè Teneri & Custodiri facere.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxix. die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Proclamatione Treugarum prætactarum in Aquitania facienda.

REX, Carissimo Avunculo suo, *Thomæ Comiti Dorsetiæ*, Lo- Ann. D.
cumtenenti nostro in Ducatu nostro Aquitanniæ, Salutem. 1414.
Cum, per Ambassiatores, Nuncios, & Commissarios *Adver-* An. 1.
sarii nostri Franciæ, pro Se, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, H. 5.
& Alligatis ipsius Adversarii, ac per Ambassiatores & Nuncios no- Vasc. 1.
stros, pro Nobis, Terris, Dominiis, Subditis, & Alligatis no- H. 5.
stris, per Terram, & per Mare, ac citra & ultra Mare, certæ m. 1.
Treugæ generales, pro uno Anno, incipiente ab Ortu Solis Diei Purificationis, beatissimæ & gloriosæ Virginis proximò futuræ, usque ad Occasum Solis Diei ejusdem Purificationis Anno revoluto, qui erit Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quartodecimo, sub certâ formâ, in eisdem Treugis contentâ, initæ, factæ, promissæ sunt & concordatæ, sicut per Literas Patentes ipsorum Ambassiatorum Franciæ, penes nos residentes (quarum Tenorem vobis mittimus præsentibus annexum) pleniùs poterit apparere,

Et quia Treugas prædictas ad Notitiam omnium & singulorum, quorum interest, in partibus prædictis, deduci Volumus,

Vobis Mandamus quòd, viso tenore prædicto, Treugas illas, in singulis Locis Ducatûs prædicti, ubi magis expediens fuerit & necesse, Publicè Proclamari & Notificari, ac eas firmiter & inviolabiliter Observari & Teneri faciatis, prout juxta formam earumdem fuerit faciendum

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxix. die Januarii.

Per ipsum Regem.

tiis, in eisdem Treugis contenta, initæ, factæ, promissæ sint, & concordatæ, sicut per Irrotulamentum Literarum nostrarum Patentium, de Confirmatione inde factarum (cujus quidem Irrotulamenti Tenorem vobis mittimus Præsentibus annexum) pleniùs poterit apparere,

Et quia Treugas prædictas ad Notitiam omnium & singulorum, quorum interest, in Villa prædicta, ac Marcheis Picardiæ eidem Villæ adjacentibus, deduci volumus,

Vobis Mandamus quòd, viso Tenore prædicto, Treugas illas, in singulis locis Villæ & Marchiarum prædictarum, ubi magis expediens fuerit & necesse, Publicè Proclamari & Notificari, ac

* IX. 112. eas firmiter & inviolabiliter Observari & * Teneri faciatis, prout juxta formam earumdem fuerit faciendum.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Tricesimo Primo die Januarii.

Per ipsum Regem.

Pro Nunciis Ducis Burgundiæ.

Ann. D. 1414. An. 1. H. 5. Ibid. m. 11.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Paschæ proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Magistrum *Radulphum Majorem* Præpositum de Seint Donas de Bruges & Cancellarium Flandriæ, *Thierry Dominum de Disquenimine*, *Petrum Dominum de la Viesville*, *Guillielmum de Halewyn* Dominum Dutkierke, & *Johannem Dominum de Robais*, Quinque, Quatuor & Tres eorum, Nuncios & Commissarios *Johannis Ducis Burgundiæ*, insimul & divisim, cum Centum Personis Equitibus, vel infra, in Comitiva sua, penes Personam Regis, ob certas Causas & Materias, infra Regnum Regis Angliæ, per Terram, & per Mare, veniendo, ibidem morando, & exinde ad partes suas proprias redeundo, necnon Familiares, Equos, Manticas, Jocalia, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque,

Proviso semper quòd præfati Nuncii, *&c. ut in Similibus de Conductu Literis,*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxix. die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Proclamatione Treugarum Britanniæ.

Ann. D. 1414. An. 1. H. 5. Claus. 1. H. 5. m. 1. d.

REX, Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Cùm, per Procuratores, Nuncios, & Deputatos nostros, pro Nobis, Terris, Dominiis, Patriis, Territoriis, Jurisdictionibus, Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, & omnibus Territoriis Ditioni nostræ Subjectis, ac Vassallis, Ligeis, & Subditis nostris quibuscumque, pro parte nostra, & per Procuratores & Nuncios *Joannis Ducis Britanniæ Comitis Montisfortis*, pro Se, Ducatu suo Britanniæ, Terris, Patriis, Dominiis, & Territoriis, Jurisdictionibus, Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Opidis & eorum Suburbiis, Patriis, Terris, Dominiis, & Territoriis Ditioni suæ Subjectis, ac Ligeis, Vassallis, & Subditis suis quibuscumque, pro parte sua, bonæ, firmæ, & legales Treugæ generales, tam per Terram, quàm per Mare, pro Termino Decem Annorum, à Tertio die Januarii ultimo præterito continuè numerandorum, duraturæ, sub certâ Formâ, in eisdem Treugis contentâ, initæ sint, captæ, & firmatæ,

Et quia Treugas illas ad Notitiam omnium & singulorum, quorum interest, deduci volumus,

Vobis Præcipimus quòd statim, visis Præsentibus, Treugas illas, in singulis Locis Civitatis prædictæ & Suburbiorum ejusdem, ubi magis expediens fuerit & necesse, Publicè Proclamari, ac eas firmiter & inviolabiliter observari faciatis, juxta Formam earumdem; & hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Quarto die Februarii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis, sub eâdem Datâ; videlicet,

Vicecom. Norff. & Suff.	*Vicecom. Lincoln.*
Vicecom. Kanc.	*Vicecom. Villæ Novi Castri super Tynam.*
Vicecom. Eborum.	*Vicecom. Somers. & Dors.*
Vicecom. Sussex.	*Cancellar. suo in Com. Palatini Lancastr.*
Vicecom. Suthampt.	*Majori & Ballivis Villæ de Weymouth.*
Vicecom. Devon.	
Vicecom. Bristoll.	
Vicecom. Cornub.	

Nuper mota & exorta fuisset,

Nos,

Pro Majori declaratione cognitionis ejusdem materiæ certiorari volentes,

Ac de Fidelitate & Circumspectione vestris plenius confidentes,

Assignavimus Vos, conjunctim, & divisim, ad *Simonem Sprotley*, *Nandinum de Campes*, *Johannem Holme*, *Johannem Ichington*, & *Robertum Martyn*, in partibus Aquitaniæ & aliis Partibus Exteris, & alios Testes quoscumque, infra nostram Ligeantiam ubicumque morantes, parte dicti *Willielmi* primitùs ad hoc præmunitâ, qui de Præmissis claram habent notitiam, coram vobis venire faciendum, & ad eos, per eorum Sacramenta, super veritate Præmissorum dicendâ, diligenter examinandum, ipsorum Dicta & Depositiones, quatenus concordaverint, concordandum, &, quatenus discrepant, specialiter assignandum, necnon ad Nos, de toto Facto vestro in hac parte, in Cancellariam nostram, sub Sigillis vestris, vel alterius vestrûm, distinctè & apertè certificandum;

Et ideo Vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter Intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem præfatis, *Simoni*, *Nandino*, *Johanni Holme*, *Johanni Ichyngton*, & *Roberto*, & omnibus aliis quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Vobis, & alteri vestrûm, in executione Præmissorum, pareant & intendant prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, viii. die Februarii.

Pro Nunciis de Scotia, super certis arduis Materiis, penes præsentiam Regis venturis.

REX, per Litteras suas Patentes, usque Quintum decimum diem Martii proximò futuram duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Robertum de Maxwell* Militem, & Magistrum *Robertum de Lany* Præpositum Sancti Andreæ, in Regnum Regis Angliæ, conjunctim & divisim, cum Viginti & quatuor Personis secum in Comitiva sua, penes Præsentiam Regis, Ann. D. 1414. An. 1. H. 5. Scot. 1. H. 5. m. 1.

Pro certis arduis Materiis, Statum & Utilitatem dicti Regni Regis ac Regni Scotiæ tangentibus,

Veniendo, ibidem morando, & exinde versus partes suas proprias se divertendo, & redeundo, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque,

Proviso semper quòd iidem Robertus, *&c. ut in Similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Undecimo die Februarii.

Per ipsum Regem.

** De apparendo coram Conservatoribus Provisionum Flandriæ.* * IX. 114.

Ann. D. 1414. An. 1. H. 5. Claus. 1. H. 5. m. 3. dors.

REX, Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Cùm inter Ambassiatores nostros, ex una parte, & Commissarios Partium Flandriæ, ex altera,

Pro Reparatione & Reformatione Attemptatorum, contra formam Provisionum & Securitatum, inter Regnum nostrum Angliæ & Flandriam initarum, & adhuc pendentium, Deputatos,

Appunctuatum sit & Concordatum quòd Conservatores Provisionum & Securitatum prædictarum, vel alii Nuncii seu Commissarii ad hoc specialiter deputandi, & de singulis Querelis informati, Quinto decimo die Maii proximò futuro, in Marchiis Picardiæ vel alibi, si, & ubi expedierit, Conveniant,

Et super Querelis etiam & aliis, Materiam Attemptatorum concernentibus, quæ ad tempus illud fieri & ministrari contigerit, plenam Justitiam faciant, sicut & prout virtute Securitatum & Provisionum hujusmodi obligantur,

Vobis Præcipimus quòd in singulis locis Civitatis prædictæ ac Suburbiorum ejusdem, ubi magis expediens fuerit & necesse, Publicè ex parte nostra Proclamari faciatis,

Quòd omnes & singuli, qui de aliquibus Attemptatis, contra formam Securitatum & Provisionum Prædictarum, se Læsos aut Dampnificatos senserint seu gravatos, coram dictis Conservatoribus, seu Commissariis, & Nunciis, sic deputandis, personaliter, vel per Procuratores sufficientes, compareant, & intersint apud Calesium, ad diem prædictum, cum suis Evidentiis & Probationibus quæ sibi expedientes fuerint; ad effectum debitæ Justitiæ,

Re-

Vicecom. Sutht.	*Vicecom. Somerf. & Dorf.*
Vicecom. Devon.	*Cancellar. suo in Com. Palatino*
Vicecom. Bristoll.	*Lancastr.*

Vicecom. Lincoln.	*Vicecom. Somerf. & Dorf.*

De Comparendo coram Conservatoribus Treugarum Britanniæ.

Ann. D. 1414. An. 1. H. 5. ibid. REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.
Præcipimus vobis, firmiter Injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, in singulis locis Civitatis prædictæ & Suburbiorum ejusdem, ubi magis expediens fuerit & necesse, Publice ex parte nostra Proclamari faciatis,
Quòd omnes & singuli,
Qui, prætextu aliquorum Attemptatorum,
Contra vim, formam, & effectum, tam Treugarum,
Inter Carissimum Dominum & *Patrem nostrum* defunctum, & *Johannem Ducem Britanniæ*, vicesimo primo die Decembris, Anno Regni dicti Patris nostri Tertio decimo, captarum,
Quàm aliarum Treugarum inter *Nos* & *præfatum Ducem*, Tertio die Januarii ultimo præterito, per Ambassiatores nostros, & per Procuratores, Nuncios, & Deputatos præfati Ducis, initarum & firmatarum,
Se Læsos aut Dampnificatos senserint seu Gravatos,
Coram Conservatoribus earumdem, aut Commissariis utriusque Partis ad hoc specialiter deputandis, personaliter, vel per Procuratores sufficientes, in Insula de Gernesey, primo die Maii proxime futuro compareant, & intersint cum suis Evidentiis & Probationibus sufficientibus, * inde celeris Justitiæ complementum prosecuturi, si sibi viderint expedire; * IX. 115.
Et hoc nullatenus omittatis.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, duodecimo Die Februarii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Vicecom. Norff. & Suff.	*Vicecom. Cornub.*
Vicecom. Kanc.	*Vicecom. Lincoln.*
Vicecom. Eborum.	*Vicecom. Villæ Novi Castri super Tynam.*
Vicecom. Sussex.	
Vicecom. Suthampt.	*Vicecom. Somerf. & Dorf.*
Vicecom. Devon.	*Cancellar. suo in Com. Palatini*
Vicecom. Bristoll.	*Lancastr.*

De Navigiis non armandis, ad inferendum damnum Parti Regis Castellæ & Legionis.

Ann. D. 1414. An. 1. H. 5. Claus. 1. H. 5. m. 3. d. REX, Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.
Cùm, per Magistrum *Johannem Hovyngham*, Ambassiatorem nostrum, pro parte nostra, & *Johannem Rodericum* Archidiaconum de Gordonio, Ambassiatorem sive Nuncium *Johannis Regis Castellæ & Legionis*, pro parte ipsius Regis, Treugæ generales, tam per Terram, quàm per Mare, pro uno Anno, incipiente ab Ortu Solis diei Purificationis beatæ Mariæ Virginis ultimò præterito, usque ad Occasum Solis diei Purificationis dictæ beatæ Mariæ Virginis Anno revoluto, qui erit in Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Quartodecimo, duraturæ, sub certa forma, in eisdem contenta, initæ sint & firmatæ,
Ac, per eosdem Ambassiatores, Appunctuatum sit & Concordatum,

Quòd nullus Subditus vel Vassallus, unius Partis vel alterius, interim aliquod Navigium, sive aliqua Navigia, in faciendo aut attemptando fieri Dampnum sive Malum Parti adversæ, Armari faciet,
Nec Officiarii Regii ibidem aliqua Navigia Armata extra aliquem Portum exire seu navigare aliquo modo permittant, nisi Armatores hujusmodi Navigiorum primò & antea dederint realiter & de facto securas & fidejussorias Cautiones, in manibus dictorum Officiariorum, vel ipsorum Locatenentium, de non deprædando aut faciendo Dampnum Parti adversæ, aut suis Subditis & Vassallis, per Terram, vel per Mare, tempore hujusmodi Treugarum durante,

Et quia Præmissa ad Notitiam omnium & singulorum, quorum interest, deduci volumus,
Vobis Præcipimus quòd statim, visis Præsentibus, ea omnia & singula, in singulis locis Civitatis prædictæ & Suburbiorum ejusdem, ubi expediens fuerit & necesse, ex parte nostrâ, publicè proclamari, & ea firmiter & inviolabiliter observari faciatis juxta Formam eorumdem;

* *Commissio ad Inquirendum de Spoliationibus supra Mare, contra Treugas Flandriæ & Britanniæ.* * IX. 116.

Ann. D. 1414. An. 1. H. 5. Pat. 1. H. 5. p. 5. m. 21. d. REX, Dilectis sibi, *Johanni Burton*, & *Johanni Chamberleyn*, ac, Dilecto Servienti suo ad Arma, *Roberto Sellour*, Salutem.
Sciatis quòd Nos,
De Fidelitate & Circumspectione vestris pleniùs confidentes,
Assignavimus vos, & Duos vestrûm, ad Inquirendum, per Sacramentum Proborum & Legalium Hominum, per quos rei veritas meliùs sciri poterit, per quascumque Costeras Maris Regni nostri Angliæ, tam infra Libertates, quàm extra, de omnimodis Roberiis, Deprædationibus, & Spoliationibus, per quoscumque Ligeos & Subditos nostros, supra Mare,
Contra Formam, tam Treugarum, inter carissimum Dominum & Patrem nostrum, Dominum *H. nuper Regem Angliæ* defunctum, & *illos de Flandria*, quàm Treugarum inter ipsum Patrem nostrum, & carissimum Fratrem nostrum, *Johannem Ducem Britanniæ*, ac Treugarum inter *Nos* & *præfatum Ducem* separatim nuper initarum,
Qualitercumque factis sive perpetratis,
Ac de Roberiis, Deprædationibus, & Spoliationibus illis, necnon de aliis Articulis & Circumstantiis, eas qualitercumque concernentibus, pleniùs Veritatem,
Et ad omnes illos, quos per hujusmodi Inquisitiones in hac parte culpabiles inveneritis, ubicumque inveniri poterunt, tam infra Libertates, quàm extra, Arestandum, Capiendum, & Prisonæ nostræ, quousque aliter pro ipsorum Deliberatione duxerimus demandandum, salvo & securè custodiendos, Committendum,
Ac ad omnia & singula Vasa, Vina, Salem, & alia Mercandisas, Bona, & Res quæcumque, quæ per hujusmodi Inquisitiones, coram vobis in forma prædicta capiendas, per Ligeos nostros prædictos sic capta, spoliata, & deprædata existere reperiri poterunt, ad quorumcumque Manus sive Possessionem devenerint, tam infra Libertates, quàm extra, si extent, & si non extent, tunc ad alia Bona & Catalla, ad Valorem eorumdem Vasorum, Vinorum, Salis, & aliorum Mercandisarum, Bonorum, & Rerum, sic Captorum, Spoliatorum, & Deprædatorum, de ipsis, per quos eadem Vasa, Vina, Sal, Mercandisæ, Bona, & Res sic Capta, Spoliata, & Deprædata fuerunt, aut de ipsis, ad quorum Manus sive possessionem, ut præmittitur, devenerunt, ubicumque inveniri poterunt, tam infra Libertates, quàm extra, similiter Arestandum, & sub salva & secura Custodia, quousque aliter indè à nobis habueritis in mandatis, ponendum,
Ad finem & effectum quòd Conservatores Treugarum prædictarum, tam pro *Parte nostra*, quàm ipsorum *de Flandria*, ac *prædicti Ducis*, ad Reformationem & Reparationem quorumcumque Attemptatorum, contra Treugas prædictas hinc inde factorum, specialiter assignati seu assignandi, ad dies & Loca, quos ad hoc vacare poterunt, Querelantibus coram ipsis, ac Dampnificatis & Læsis in hac parte, plenariè Justitiæ complementum facere & exhibere valeant,
Prout juxta formam & effectum cujusdam Appunctuamenti, inter Procuratores & Nuncios nostros, & Procuratores & Nuncios *ipsorum de Flandria*, quàm cujusdam alterius Appunctuamenti, inter Procuratores & Nuncios nostros & Procuratores & Nuncios *prædicti Ducis*, in hac parte jam tardè factorum, rationabiliter fuerit faciendum;
Et ideò vobis, & Duobus vestrûm, Mandamus quod circa Præmissa diligenter intendatis, &, ad certos Dies & Loca, quos ad hoc provideritis, diligentes, super Roberiis, Deprædationibus, & Spoliationibus prædictis, faciatis Inquisitiones,
Et eas distinctè & apertè factas Nobis in Cancellariam nostram, sub Sigillis vestris & Sigillis eorum per quos factæ fuerint, sine dilatione mittatis, & hoc Breve,
Aliaque Præmissa omnia & singula faciatis & exequamini in forma prædicta:
Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, ac aliis Officiariis & Ministris, necnon aliis Fidelibus & Subditis * nostris, tam infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet. * IX. 117.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, duodecimo die Februarii.

Per ipsum Regem.

De

Progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ (quas confirmavimus) concessis,

Adeò plenè & integrè sicut prædictus nuper *Archiepiscopus* ea habuit, dum vivebat, prætextu Cartarum & Confirmationis prædictarum, absque impedimento Vicecomitum, Ballivorum, seu aliorum Ministrorum nostrorum quorumcumque,

Proviso semper quòd prædicti, *Johannes* & *Ricardus*, de Exitibus, proficuis, & Reventionibus, de Temporalibus prædictis provenientibus, nobis Computabiles existant, ut est justum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum nostrum de Kenilleworth* xxvii. die Februarii.

Per ipsum Regem.

Contra Confœderantes ad Fraternitatem faciendam.

Ann. D. 1414. *An.* 1. *H.* 5. *Claus.* 1 *H* 5. *m.* 5. *d.*

REX, Majori & Ballivis Civitatis nostræ de Conventre, Salutem.

Ex nonnullorum fidedignorum relatione nobis est monstratum quòd certus numerus Juvenum, Hominum Servientum, Sissorum, & aliorum Artificum & Laboratorum, per Jornancias laborantium (vocatorum Journeymen) de Civitate nostra prædicta, se adinvicem congregarunt & confœderarunt, ac Conventicula & Congregationes suas infra Prioratum Civitatis nostræ prædictæ ac Domos Fratrum ibidem faciunt, ac quandam Fraternitatem facere & ipsam Fraternitatem Sanctæ Annæ nominare,

Illamque Fraternitatem de certis Collectis, inter ipsos faciendis, ad intentionem quòd quilibet ipsorum alterum adjuvaret, & alterius Querelam manuteneret, ac ad quendum magnum Numerum Hominum, pro Juvenilibus Voluntatibus suis, toto tempore perimplendis & perficiendis, promptè & festinanter habendis, manutenere,

Ac Magistros, Clericos, & alios Officiarios & Ministros, infra Civitatem prædictam, in hac parte eligere & nominare proponunt,

Quæ, si fieri permitterentur, non solum in nostri Contemptum & Præjudicium, verum etiam in Fraternitatis Sanctæ Trinitatis & Corporis Christi, infra Civitatem prædictam, Deteriorationem & Destructionem verisimilem, ac totius Communitatis ejusdem Civitatis Perturbationem & Commotionem, cederent manifestè,

Nos,

Advertentes dictam Fraternitatem Sanctæ Trinitatis & Corporis Christi, ab antiquo Fundatam existere, & ea occasione hujusmodi Mala, maximè cum Nos ejusdem Fraternitatis Frater sumus, præcavere volentes,

Vobis Mandamus, districtiùs quo possumus injungentes, quòd, in locis infra Civitatem nostram prædictam, ubi magis expediens videritis, publicè proclamari faciatis,

• IX. 118. * Nè aliqui hujusmodi Congregationes sive Conventicula, infra Prioratum aut Domos Fratrum prædictorum, seu alibi, indebitè contra Leges & Consuetudines Regni nostri Angliæ, faciant, nec aliquos ibidem Magistros, Clericos, aut Officiarios quoscumque nominare, eligere, vel ordinare præsumant, sub Periculo quod incumbit,

Et omnes illos, quos, post hujusmodi Proclamationem sic factam, quicquam in contrarium ejusdem Proclamationis facere seu attemptare invenire poteritis, sine dilatione arestetis, ac eos sub salva & secura Custodia poni faciatis, quousque aliud à Nobis pro eorum Deliberatione habueritis in Mandatis,

Nos de Nominibus Principalium ipsorum, qui Conventicula & Congregationes hujusmodi, ac alia Mala Præmissa, post & contra Proclamationem prædictam, fecerint, in Cancellariam nostram, sub Sigillo vestro, vos, præfate Major, distinctè & apertè, certificantes,

Ut Nos, pro ipsorum Punitione, juxta eorum Demerita, in hac parte, ac de Remedio congruo, pro Dampnis & Periculis, quæ ex præmissis Malis verisimiliter evenire poterunt, evitandis, ordinare valeamus, prout de avisamento Concilii nostri rationabiliter fuerit faciendum.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, octavo die Martii.

Per ipsum Regem.

Pro quibusdam Negotiis, ex parte Ducis Milan.

Ann. D. 1414. *An.* 1. *H.* 5. *Franc.* 1. *H* 5. *m.* 4.

REX, per Literas suas Patentes, per unum Annum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Thomam de la Croix* Armigerum, in Regnum Regis Angliæ, penes Perso-

CHarles, par la grace de Dieu, *Roy de France*, a tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Ann. D. 1414. *An.* 1. *H.* 5. *Ex Bibl. Cot. Caligul.* D. 5.

Savoir faisons nous avoir veues les Lettres de, noz Amez & Feauls, *Guillaume Archevesque de Bourges*, *Charles Seigneur de le Bret* nostre Treschier Cousin Connestable de France, & Maistre *Goutier Col*, noz Conseillers, & Secretaire, Ambaxateurs par Nous Commis & Envoiez devers nostre *Adversaire d'Angleterre*,

Contenans la Forme qui ensuit,

Nous, *Guillaume*, par la Permission Divine, *Arcevesque de Bourges*, *Charles Seigneur de le Bret* Connestable de France, & *Goutier Col* Secretaire, & Conseillers du Roy nostre Seigneur,

Ambaxateurs & Messaiges especialx, Commis & Deputez depar Luy, à Traicter, Communiquier, & finablement Conclurre,

Avec, Reverend Pere en Dieu, *Thomas*, par la Permission Divine, *Evesque de Duresme*, *Richard Conte de Warvic*, & Maistre *Henry Ware* Licencie en l'un & l'autre Droit, & Chanoine de l'Eglise de Landaven.

De & sur le Choses qui puent regarder le Bien Publique, & par especial la Paix & Concorde de l'une & l'autre Royaume de France & d'Angleterre, *&c, prout supra de Dat.* 24. *Januarii & tunc sic*,

Les quelles Trieues dessus dictes Nous, ayans Fermes & Agreables, ycelles, de nostre certaine Science, Acceptons, Approuvons, Louons, &c, par la Teneur de ces Presentes, Confermons,

* Et Promettons, en bon Foy & en Parole de Roy, ycelles Trieues Tenir & Garder, & pour nostre Povoir faire Tenir & Garder, sans aucune Violacion, par noz Subgiez & Feaulx, selon leur Force, Forme, & Effect. • IX. 119.

En Tesmoing de ce Nous avons fait mettre nostre Seel a ces presentes Lettres

Donne a *Paris* le x. Jour de Mars, l'An de Grace Mill, Quatrecens, & Treize, & de nostre Regne le xxxiv.

Par le Roi en son Grant Conseil.

Collation faite.

FERRON.

Ad Papam Litera Regis.

Ann. D. 1414. *An.* 2. *H.* 5. *Pat.* 2. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 41.

SAnctissimo in Christo Patri & Domino, Domino *Johanni*, Divinâ Providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ *Summo Pontifici*, *Henricus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ*, devota Pedum oscula beatorum.

Vacante nuper Cantuariensi Ecclesiâ, per mortem, bonæ memoriæ, *Thomæ ultimi Archiepiscopi* Loci illius, Prior & Conventus ejusdem Loci, convenientes in unum, Venerabilem in Christo Patrem, Magistrum *Henricum Chicheley*, *Menevensem Episcopum*, direxerunt unanimiter vota sua, & ipsum in suum Archiepiscopum concorditer postulârunt, Nobisque cum instantia supplicârunt ut hujusmodi Postulationi suæ Assensum Regium præbere curemus,

Nos,

Ipsius Episcopi considerantes Merita Probitatis,

Ac sperantes dictam Cantuariensem Ecclesiam, si ipsius Regimini præsideat, in Temporalibus & Spiritualibus, per ipsius Circumspectionem & Industriam salutares, posse suscipere incrementa,

Postulationi prædictæ hujusmodi Regium Assensum adhibemus & Favorem,

Et hoc vestræ Sanctitati significamus per Præsentes, ut quod ad vos pertinet in hac parte ulteriùs exequi dignemini cum favore.

In cujus, &c.

Dat. in *Palatio nostro Westm.* vicesimo tertio die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Lollardis, de Pardonatione.

Ann. D. 1414. *An.* 2. *H.* 5. *Claus.* 2. *H.* 5. *m.* 24.

REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Cùm diversi Subditi & Ligei nostri, quod dolendum, ad instigationem & instinctum callidissimi Hostis & versuti & suorum Sequacium, diversas Opiniones, Fidei Catholicæ ac sanæ Doctrinæ manifestè contrarias & obnoxias, nuperrimè tenentes, Docentes, & Prædicantes, in Mortem nostram ac diversorum Domi-

[illegible], quod noscuntur, nihilominus ue-
di poterunt & vexari,

Et volentes proinde,

Ob illius reverentiam, qui nobis de pluribus Inimicorum prædictorum repentè Tutelam concessit & Victoriam, ac in suo sacro tempore & idoneo cunctis, sibi Delinquentibus, ne eos cum suis perdat Iniquitatibus & Delictis, Indulgentiam præstare velit & Pacem,

Pro tranquillitate, securitate, & quiete dictorum Ligeorum & Subditorum nostrorum,

Nullius Supplicantis impulsu, set ex nostræ Regiæ Clementiæ mero motu, * pro eo quòd eis & errantibus potiùs misereri eligimus & parcere quàm Pios pro Impiis, & Innocentes pro Nocentibus perdere & punire, * IX. 120.

Remedium apponere pro viribus salutare,

De Gratiâ nostrâ speciali PARDONAVIMUS & REMISIMUS universis & singulis Ligeis & Subditis nostris cujuscumque Status fuerint, vel Conditionis,

Exceptis *Johanne Oldcastell* Chivaler, *Thomâ Talbot* Chivaler, *Ricardo Colfox*, *Willielmo Parchamyner*, *Roberto Skene* Clerico, *Thomâ Drayton* Rectore Ecclesiæ de Drayton Beauchamp in Comitatu Lincolniæ, *Johanne Hoper*, *Thomâ Sernes*, *Thomâ Cheyne* Juniore Filio *Rogeri Cheyne*, nunc infra Turrim nostram Londoniæ existentibus, *Thomâ Eston* Mercero Londoniæ, & *Elys*: ac illis qui ad loca Privilegiata, ex causis præmissis, fugerunt: Necnon illis, qui jam in Prisona, ex causis præmissis, existunt: ac etiam illis qui, pro eisdem causis arestati, & in Prisonis nostris detenti fuerunt, & ab eisdem Prisonis per Manucaptionem sive Balliam deliberati existunt; necnon illis qui in Prisonis ex causis præmissis detenti fuerunt ab eisdem evaserunt,

SECTAM PACIS nostræ, quæ ad Nos pertinet, pro omnimodis Proditionibus per ipsos, seu eorum aliquem, erga Nos, & Ligeantiam suam, seu aliàs qualitercumque in hac parte, ante hæc tempora, factis & perpetratis, & firmam Pacem nostram eis inde concedimus:

Ita tamen quòd Cartas nostras, inde factas, citra Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, proximè futurum, separatim prosequantur;

Et ideò vobis Præcipimus quòd circa Præmissa in locis, infra Civitatem prædictam, & Suburbia eisdem, ubi magis expedire videritis, ex parte nostrâ, notificari faciatis & publicè proclamari.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo die Martii.

Consimilia Brevia diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam, ac Cancellario in Comitatu Palatino Lancastriæ.

Pro Ambassiatoribus Januæ.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 16.

REX, per Literas suas Patentes, per Quatuor Menses proximò futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Venerabilem Patrem, *Benedictum Bucanigra* Episcopum Villæ Vihintimiliarium, & *Adam Otramarinis*, Ambassiatores *Ducis & Communitatis de Janua*, in Regnum Regis Angliæ, penes Personam Regis, cum Quinquaginta Personis in Comitiva sua, in Nuncium ipsorum Ducis & Communitatis veniendo, ibidem morando, & exindè ad propria redeundo, necnon Equos, Bona, & Hernesia sua quæcumque;

Dum tamen, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Tertio die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Pro Nuncio Ducis Burgundiæ.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, proximò futurum duraturas, suscepit, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Rolandum de Hutkerke* Chivaler in Regnum Regis Angliæ, penes Personam Regis, cum Decem & Novem Famulis in Comitiva sua, in Nuncium *Ducis Burgundiæ* veniendo, *&c. ut supra.*

Teste Rege apud *Teukesbury*, secundo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

John Nevil Fitz & Heir Rauf Count de [illegible], Turrim 2. H. 5.

Et *Lucie Feme a Esmond n'adgaires Count de Kent*,

Que,

Come *John Duk de Melan & la Communaltie de Citee de Melan* n'adgaires par lour Escriptz Obligations Severalx, pur Matrimoigne entre *Esmond, n'adgaires Count de Kent*, & *Lucie Fille a Sire Barnabo*, n'adgaires *Duk de Melan*, a Contraher & a faire, eux obligerent de doner & payer au dit n'adgaires *Count*, ou a ses Heires, ou a son Procuratours lxx. Mille Florens as certeins jour ore passez, & souz certein fourme en les ditz Escriptz contenuz, come ycelles pluis au plein purra apparoir,

Et, combien que Marrimoigne entre les ditz n'adgaires *Count* & *Lucie* estoit celebrez, come notoirement est conuz, Nientmeins du dit Somme ascune paiement n'est unquore fait, a gu[illegible] de l'Alme du dit n'adgaires *Count*, desicome il murrust en graunde Dette, nient de Son en Substance, oultre la dite Somme, après sa moriant, lessez pur as diverses ses Creanceours satisfier ou contenter,

Qe please as vos Tressages discretions tendrement considerer le haulte disloialtee des *ditz Duk & Communalte* en cest partie,

Et,

Au fyn que la dite somme puis le pluis tost estre paiez, taunt en descharge del Alme du dit n'adgaires *Count* qui murrust intestat, come en relevement des Poveres Creanceours, les queles sont Lieges a Roy nostre Seignour Soveraigne, & les queles sanz Paiement a eux de la dite Somme a faire serront defaitz as toutz jours, qe Dieu ne voille,

De Pryer a nostre dit *Seigneur le Roy*,

Desicome nully ad volu sur luy prendre l'Administration des Biens & Chateux, que furent a dit n'adgaires *Count*, pur le petit value d'icelles, & desicome auxi la dite Somme ne purra estre Recoverez par la Comune ley d'Engleterre,

Que luy please, de sa habundant Grace, par auctorite d'icest present Parlement, Graunter a *l'Erchevesque de Cantebriz* qui est, ou qui pur le temps serra, ou a le Gardein de les Espiritueltees de mesme l'Erchevesch ie de Cantebriz, quant le See de mesme l'Erchevesch ie ceo voidera, ses Lettres de Merk & de Reprisaill,

Grauntant, & Licence especiale donant, pur Luy, & pur ses Heires, as ditz Erchevesque ou Gardein, par mesmes les ditz Lettres, q'ils, par lour Deputees, sibien tant & tielx du dite Citee & de les Destroits d'icelles, & autres Subgiz du *dit Duk* queconges Districtuels, come ceux qe furent du dite Citee, le jour de Confecion des ditz Escriptz, auxi Districtuels, & lour ont transportez Depar la a Venys, illoeqes faisantz lour Demoer, lour Fesours & les Actours de lour Negoces, queles & combien ils prendre purront, sibien par decea la Meer, come par dela la Meer, par Terre & par Meer, ensemblement ove lour Niefs, Affrant, Biens, Dettes, Obligations, & autres Seurtees queonques, a eux faitz, & lour Marchandises queconges prendrez,

Et les, as oeps des ditz Priantz, tanque plein & entier Paiement a eux, sibien du dite Somme de lxx. Mille Florens, come de Cynk Mille Liveres pur lour Coustages, Damages, Mises & Expenses, en cest partie, soit fait, avoir, garder, & tenir,

Et les ditz Lettres de Merk & de Reprisail, si sovent come lour semblera meultz, en Execution mettre ou faire mettre puissent loisiblement, & sanz peyne, & sanz destourbance de nostre dit *Seigneur le Roy*, ou de ses Heires, ou de ses Admiralx, ou de ses Heires, ou des Lieutenantz des ditz Admiralx, ou d'autres Officers ou Ministres nostre dit *Seigneur le Roy*, ou de ses ditz Heires queconques,

Considerantz que sibien nostre dit *Seigneur le Roy*, come son treshonuree Pier (qui Dieu pardoigne) ont, par * lour Lettres, * IX. 122.
par devant ces heurs, Escriptz as *ditz Duk & Comunalte* pur le Paiement des ditz lxx. Mille Florens, solon l'effect des Seurtees a faire, pur queles Seurtees n'ont ils rien fait,

Et Considerant auxi que, si ascun Lige ou Subgit nostre dit *Seigneur le Roy* serroit Obligez a *dit Duk*, ou a ascuny des Soens, ils lour vorroient ent purveoir bon & hastive Remedie, saunz ceo q'ils vorroient tielment estre mokez, come ils Nous mokent en cest partie.

Dorso.

Le Roi, sur le inspection de les Obligations & Seurtees faitz celle Partie, vorra faire ceo q'il poet bien & resonablement faire pur le Recoverer de la Somme due.

De Confirmatione Treugarum Castellæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 28.

INSPEXIMUS Literas Patentes,

Super quâdam Concordiâ,

Inter *Nos*, pro Nobis ac Regno nostro Angliæ, Ducatu Aquitaniæ, Terris, Patriis, Territoriis, Dominiis, Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Opidis, & eorum Suburbiis, in Jurisdictionibus

K

Promittentes Nos, bonâ fide & Verbo Regio, ea Tenere & Custodire, &c, pro posse nostro, absque fractione, per Fideles & Subditos nostros quoscumque, quovis modo, secundum Tenorem & Formam earumdem, integrè Teneri & Custodiri facere.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo octavo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Confirmatione Treugarum Britanniæ.

Ann. D. 1414. *An.* 2. *H.* 5. *Ibid.* *m.* 30.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes, super quâdam Concordiâ, *inter Nos*, pro nobis & Regno nostro Angliæ, Terris, Patriis, Dominiis & Territoriis, Jurisdictionibus, Civitatibus, Villis, Fortalitiis, Oppidis, ac eorum Suburbiis, Patriis, Terris, Dominiis, & Territoriis Ditioni suæ Subjectis, ac Ligeis, Vassallis, & Subditis nostris citra & ultra Mare quibuscumque; & *Johannem Ducem Britanniæ* & Comitem Montisfortis, pro seipso, Terris, Dominiis, Patriis, Territoriis, Jurisdictionibus, Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Oppidis, & eorum Suburbiis, Patriis, Terris, Dominiis, & Territoriis Ditioni suæ Subjectis, & Subditis, ac *ipsius Ducis* Ligeis, Vassallis & Subditis quibuscumque, capta sub Sigillis *Henrici de Inch* Militis, & *Petri de Hospitali*, Procuratorum & Nunciorum *ipsius Ducis*, factas in hæc verba.

Nos *Henricus de Inch* Miles, & *Petrus de Hospitali*, Consiliarii illustrissimi Principis Domini Johannis Ducis Britanniæ, Comitis Montisfortis & Richmundiæ, Procuratores & Nuncii specialiter Deputati, *&c. prout supra de Dat.* 3. *Jan. A.* 1. *tunc sic*,

Nos autem, Litteras prædictas, ac omnia & singula in eisdem Literis contenta, Rata habentes & Grata, ea, Tenore præsentium, ex certa Scientia * nostra, laudamus, acceptamus, approbamus, ratificamus, & confirmamus:

* IX. 123.

Promittentes Nos, bonâ fide & verbo regio, ea Tenere, & Custodire, &c, pro posse nostro, absque fractione, per Fideles & Subditos nostros quoscumque, quovismodo, secundum Tenorem & formam eorumdem, integrè Teneri & Custodiri facere.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xviii. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Confirmatione Appunctuamenti super Attemptatis Britanniæ.

Ann. D. 1414. *An.* 2. *H.* 5. *Ibid.* *m.* 26.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS quandam INDENTURAM, sive CEDULAM,

Inter honorabiles viros, *Dominum Johannem d'Abrichecourt* Militem, & Magistrum *Johannem Houyghaw* Legum Doctorem, pro parte Angliæ, ex una parte, &, Nobiles Viros, Dominos, *Henricum de Inch* Militem, & *Petrum de Hospitali*, pro parte Britanniæ, ex parte alterâ, Procuratores & Nuncios specialiter Deputatos sub Sigillo prædictorum *Henrici & Petri*,

FACTAM in hæc Verba,

HÆC INDENTURA sive CEDULA,

FACTA Londoniæ, die Quarto (videlicet) Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo Quadragintesimo Tertio, inter Honorabiles Viros, Dominum *Johannem d'Abrychecourt*, &c.

Nos autem, Concordiam & Appunctuamentum prædicta Rata habentes & Grata, ea, pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, Acceptamus, Approbamus, & Ratificamus, ac, Tenore Præsentium, Confirmamus, prout INDENTURA, sive CEDULA prædicta rationabiliter testatur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xviii. die Aprilis.

Ann. D. 1414. *An.* 2. *H.* 5. *Claus.* 2. *H.* 5. *m.* 22.

Super Præsentationibus ad Beneficia.

REX Justiciariis suis, ad Placita coram Nobis tenenda assignatis, Salutem.

Cùm in Statuto,

In Parliamento Domini *Richardi*, *nuper Regis Angliæ* Secundi

Quòd, si aliquis hujusmodi Incumbens de Beneficio suo, absque Processu, modo supradicto, amoveatur, idem Incumbens, taliter absque Processu Amotus, possit esse ad largum, & Remedium prosequi per prædictum Statutum, dicto Anno Tertiodecimo editum, & Prosecutionem suam, quandocumque sibi placuerit, infra Annum vel postea, ad voluntatem suam, in illo Casu incipere, & hoc tam pro tempore præterito, quàm pro tempore futuro, dicto Termino, per prædictum Statutum, dicto Anno Tertiodecimo editum, limitato, non obstante,

Ac,

Ad Prosecutionem *Thomæ Feriby* Clerici, aliàs dicti *Thomæ Feriby* Presbiteri, nobis Supplicantis ut,

* Cùm nuper, Vacante Præbenda, sive Ecclesiâ Præbendali de Westhurrok, Londoniensis Diœcesis, in Libera Capella regia de Hastyng, Cicestrensis Diœcesis, per Mortem *Johannis Harmesthorp* tunc ultimi Possessoris ejusdem, & ad Donationem *Willielmi Bourgchier* Chivaler, ut in jure *Annæ Uxoris suæ*, Filiæ & Hæredis *Alianoræ* nuper *Ducissæ Gloucestriæ*, spectante idem *Thomas* ad eandem Præbendam sive Ecclesiam Præbendalem, ad Præsentationem ipsius *Willielmi*, concurrentibus his quæ in hac parte requirebantur, canonicè Admissus, & in eadem Institutus & Inductus fuisset, ac Possessionem suam indè diu continuasset pacificè & quiete, * IX. 124.

Quousque inde, absque Juris Processu, per *Petrum de Alcobasse*, colore cujusdam Collationis prædicti Patris nostri, præfato *Petro* per nomen, dilecti Phisici sui, *Petri de Alcobasse*, de dicta Præbenda sive Ecclesia Præbendali, per nomen Præbendæ de West Thurrock, in libera Capella sua de Hastynges, ad minus veram Suggestionem ipsius *Petri*, eidem Patri nostro suggerentis dictam Præbendam sive Ecclesiam Præbendalem vacasse cùm non vacaverit, & ad Donationem ipsius Patris nostri spectasse cùm non spectaverit, per Literas Patentes dicti Patris nostri factas Amotus extitit & Expulsus minus juste, in ipsius *Thomæ* Dampnum non modicum & Gravamen, ac contra formam dicti Statuti dicto Anno Tertio decimo editi,

Vellemus dictas Literas ipsius Patris nostri eidem *Petro*, de Collatione dictæ Præbendæ sive Ecclesiæ Præbendalis sic factas, & quicquid inde subsecutum fuerit, revocari & adnullari, & ipsum *Thomam* ad Possessionem suam ejusdem Præbendæ sive Ecclesiæ Præbendalis, unà cum Exitibus & Proficuis, inde, a tempore Amotionis prædictæ, per prædictum Petrum, perceptis, restitui jubere;

Per Breve nostrum præceperimus Vicecomiti nostro Essexiæ, quòd scire faceret præfato *Petro* quòd esset coram Nobis, in Cancellaria nostra, ad certum diem jam præteritum, ubicumque tunc foret, ad ostendendum si quid, pro Nobis aut pro seipso, haberet vel dicere sciret quare dictæ Literæ ipsius Patris nostri, eidem *Petro* de Collatione dictæ Præbendæ sive Ecclesiæ Præbendalis sic factæ, & quicquid inde subsecutum foret, revocari & adnullari, & idem *Thomas* ad Possessionem suam ejusdem Præbendæ sive Ecclesiæ Præbendalis, unà cum Exitibus & Proficuis, inde, à tempore Amotionis prædictæ, per prædictum *Petrum*, perceptis, restitui non deberent, & ad faciendum ulterius & recipiendum quod Curia nostra consideraret,

Ac Retornato Brevi prædicto coram Nobis in Cancellaria nostra prædicta ad diem prædictum, eodemque Brevi coram Nobis misso discutiendum,

Necnon prædicto *Thoma* in propria persona sua, & prædicto Petro per *Johannem Corve* Attornatum suum, ad diem illum, coram Nobis comparentibus, auditisque hincinde eorum rationibus & Allegationibus,

Idem *Petrus* inter alia, asseruerit præfatum Patrem nostrum, per Literas suas Patentes (quarum Data est apud Westmonasterium septimo die Februarii Anno Regni sui Tertiodecimo) Dedisse & Concessisse eidem *Petro* Præbendam prædictam nuper Vacantem, & ad Donationem ejusdem Patris nostri spectantem, Habendam cum suis Juribus & Pertinentiis quibuscumque, unde non intendebat quòd, Nobis inconsultis, ulteriùs in Loquela prædicta procedi deberet, petendo de Nobis auxilium, quod ei extitit Concessum,

Quo prætextu vos in Loquela prædicta hucusque procedere distulistis, & adhuc differtis, in ipsius *Thomæ* Dampnum non modicum & Gravamen,

Unde Nobis supplicavit ut sibi de Remedio congruo in hac parte providere velimus,

Nos,

Supplicationi prædictæ annuentes, volentesque in hac parte fieri quod est justum,

Vobis Mandamus quòd, si in Loquela prædicta coram Vobis taliter sit Processum & Allegatum, tunc in Loquela illa, cum ea celeri-

Ar. 2. H. 5. Scot. 2. H. 5. m. 18.

... Conductum suum, necnon salvam Gardiam suam speciales, *Robertum Maxwell* de Scotia Militem, & Magistrum *Robertum de Lanyn* Præpositum Ecclesiæ Sancti Andreæ in Scotia, in Regnum Regis Angliæ, per Dominia & Potestatem Regis, tam per Terram, quàm per Mare, cum Hominibus & Servientibus suis, tam Equitibus, quàm Peditibus, tam per Villas Firmatas, quàm alibi, usque ad Numerum Triginta Personarum in Comitiva sua, penes Personam Regis, certis de causis, veniendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, ac Equos, Res, Hernesia, & Bona sua quæcumque,

Proviso semper quòd iidem, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Leycestr.* octavo die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro Mordaco de Fyfe.

Ann. D. 1414. Ar. 2. H. 5. Ibid.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Johannem Porter* de Scotia Armigerum, in Regnum Regis Angliæ, per Dominia & Potestatem Regis, tam per Terram, quàm per Mare, cum Hominibus & Servientibus suis, tam Equitibus, quàm Peditibus, tam per Villas Firmatas, quàm alibi, usque ad numerum Quinque Personarum in Comitiva sua, penes *Mordacum de Fyfe* Militem, infra dictum Regnum Regis existentem pro certis Negotiis suis ibidem expediendis, veniendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, ac Equos, Res, Hernesia & Bona sua quæcunque,

Proviso semper quòd idem *Johannes*, ac Personæ prædictæ, *&c. ut supra.*

Teste Rege ut supra.

Per ipsum Regem.

De Reprisalia.

Ann. D. 1414. Ar. 2. H. 5. Pat. 2. H. 5. p. 1. m. 34.

REX, universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Custodibus Portuum Maris & aliorum Locorum Maritimorum, necnon Vicecomitibus, Majoribus, Constabulariis, Ballivis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis suis, tam in Transmarinis, quàm in Cismarinis partibus, infra Libertates, & extra, tam per Terram, quàm per Mare, constitutis, ad quos, &c. Salutem.

Supplicavit Nobis, dilectus Ligeus noster, *Johannes de Wagken de Beverlaco* ut,

Cùm, Carissimus Dominus & Pater noster, Dominus *Henricus nuper Rex Angliæ* Defunctus, nuper, ad instantiam & supplicationem ipsius *Johannis*, eidem Patri nostro suggerentis ipsum aliquod Justitiæ Complementum habere non potuisse in Prosecutione, per ipsum & Procuratores suos sæpius facta, in Curia *Alberti Comitis Palatini Ducis Bavariæ*, *Comitis Hollandiæ & Sellandiæ*, jam Defuncti,

Cui tam dictus Pater noster, quàm *Ricardus*, nuper *Rex Angliæ* Secundus post Conquestum Defunctus, multotiens, per Literas suas requisitorias, scripserunt pro Solutione eidem *Johanni* de Summâ Octingentorum Quinquaginta & Duorum Nobilium & Dimidii, & Viginti & Duorum Denariorum de Moneta nostra Angliæ, sibi, per *Pelegrinum Florenson* Mercatorem & Burgensem Villæ de Leyden. in Hollandia, debitâ, faciendâ,

Concesserit eidem *Johanni* Literas suas de Marqua versus præfatum *Ducem* & Subditos suos, quousque plenaria Satisfactio eidem *Johanni* de Summa prædicta facta fuisset, unà cum Custibus & Expensis, per ipsum & dictos Procuratores * suos, circa Prosecutionem prædictam, appositis & apponendis, prout per dictas Literas ipsius Patris nostri de Marqua pleniùs poterit apparere, * IX. 126.

Quas quidem Literas præfatus Pater noster, eo quod nullum sortiebantur effectum, vivente præfato *Duce*, Executioi demandare non curavit, quousque idem Pater noster *Willielmum*, nunc *Ducem Bavariæ*, Comitem Hollandiæ, Successorem præfati nuper Ducis, in hoc Casu primitùs requisivisset qualem Justitiam præfato *Johanni* facere vellet in hac parre,

Ac prædictus *Willielmus* nunc *Dux Bavariæ*, nuper, ex parte dicti Patris nostri, ac postmodùm ex parte nostra, virtute Literarum ipsius Patris nostri & nostrarum, sibi diversis vicibus directarum & debitè præsentatarum, pro Justitia prædicto *Johanni* in Præmissis celeriter adhibenda sæpius requisitus, eundem *Johannem* per plures subtiles Responsiones & frivolas Dilationes adeò inquietaverit, & multipliciter fatigaverit, quod ipse aliquem effectum Prosecutionis suæ prædictæ nondum est adeptus nec assecutus, ut accepimus, in ipsius *Johannis* Dampnum non modicum & Gravamen, sicut per Instrumenta Publica, super hoc confecta & in Cancellaria nostra residentia, plenè liquet,

Velimus, Consideratione Præmissorum, præfato *Johanni* Literas nostras de Marqua, versus præfatum *nunc Ducem*, & Subdi-

... parte rationabiliter sustinuit, nomine Marquæ & Reprisaliæ, de tempore in tempus, capi & arestari, & ea præfato *Johanni*, seu ejus in hac parte Attornatis, sine dilatione liberari faciatis;

Nos de Captione & Arestatione Navium, Mercatorum, Magistrorum, Marinariorum, Bonorum, Mercandisarum & Rerum prædictorum, ac liberatione eorundem, necnon de toto Facto vestro in hac parte, in Cancellariam nostram Angliæ, de tempore in tempus, sub Sigillis vestris, distinctè & apertè, certificantes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Leycestr.* Decimo Quarto die Maii.

Per ipsum Regem.

De Custode, de la Westmarche Scotiæ, constituto.

Ann. D. 1414. Sc. 2. H. 5. Scot. 2. H. 5. m. 18.

REX, Dilecto Consanguineo suo, *Johanni de Nevill*, Filio Seniori, Carissimi Avunculi nostri, *Radulphi Comitis Westmerlandiæ*, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Discretione, & provida Circumspectione vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus & Constituimus vos Custodem & Commissarium nostrum generalem Marchiarum Regni nostri Angliæ, versus partes Scotiæ, in partibus de la Westmarche, & in Dominio nostro Scotiæ,

Dantes & Concedentes vobis, Tenore præsentium, Potestatem & Mandatum speciale faciendi & exercendi omnia & singula, quæ ad Officium hujusmodi Custodis & Commissarii nostri pertinent ibidem, & prout antea, tam auctoritate Domini *R.* nuper *Regis Angliæ* Secundi post Conquestum, quàm, Carissimi Domini & Patris nostri, *H.* nuper *Regis Angliæ* Defuncti, in hac parte rationabiliter fieri & exerceri consuevit,

Ac ad omnia & singula, per quoscumque Subditos & Ligeos, tam ipsius nuper *Regis R.* quàm prædicti Patris nostri, tam Officiarios, quàm alios, contra Formam Treugarum, inter ipsum nuper Regem *R.* & *Adversarium suum Franciæ*, necnon *Adversarium suum Scotiæ*, tanquam dicti Adversarii sui Franciæ Alligatum, Decimo Octavo Die Junii Anno Domini Millesimo CCC. LXXIX. apud *Lenlyngham* initarum, Subditis & Ligeis ipsius *Adversarii sui * Scotiæ*, in Partibus & Dominio prædictis, ab inceptione earumdem Treugarum, attemptata & perpetrata, seu imposterùm attemptanda seu perpetranda, juxta formam Treugarum prædictarum, Corrigendi, Emendandi, & Reformandi, & Delinquentes in hac parte, juxta eorum Demerita, tam per incarcerationes Corporum suorum, quàm per Districtiones Terrarum & Tenementorum, ac Bonorum & Catallorum suorum, ubicumque inventa fuerint, tam infra Libertates, quàm extra, Castigandi & Puniendi, * IX. 127.

Necnon ad Cognoscendum in omnibus Querelis, Placitis & Debatis, tam in Prisonariis, Spoliis prædictis, & Rapinis, quàm aliis quibuscumque Factis Guerrarum, ibidem motis vel movendis,

Ac etiam ad tenendum Sessiones vestras in quibuscumque Locis dictarum Marchiarum, tam infra Libertates, quàm extra, & ad inquirendum de quibuscumque Personis, contra formam dictarum Treugarum aut Ordinationum, per Commissarios ipsius nuper *Regis R.* & Commissarios dicti *Adversarii sui Scotiæ* apud Cloghina baustan factarum, quovis modo delinquentibus, & de hujusmodi Personis & eorum Delictis vos pleniùs informandum, eosque juxta hujusmodi Delictorum quantitatem, tam infra dictum Regnum nostrum, quàm in Marchiis prædictis, Castigandum, & tam in bonis, quàm in Personis suis præmuniendum, prout meliùs, pro conservatione dictarum Treugarum & Ordinationum, ac salvatione dictarum Marchiarum, vobis videbitur expedire,

Necnon ad quascumque Pœnas Pecuniarias, & alias Obligationes, quas, pro Violatione hujusmodi Treugarum & Ordinationum, Personæ quæcumque, ut præmittitur, Delinquentes incurrerunt, Levandum, & per Deputatos & Ministros vestros levari faciendum,

Ac quascumque Personas, vobis in Executione Præsentium Inobedientes, seu parere aut obedire recusantes, viis & modis quibus expedientiùs vobis videbitur, Castigandum & Puniendum, vel aliàs, si in eorum Inobedientia perstiterint, ad Nos & Consilium nostrum, ut Congruum adhibeamus Remedium, sine dilatione Certificandum;

Præfatis Libertatibus in omnibus aliis, quàm in hiis quæ dictas Treugas, Ordinationem, & Conservationem Marchiarum concernunt, semper salvis,

Assignavimus etiam Vos ad Inquirendum, & vos debitè informandum, de omnibus & singulis Personis, qui Covinas cum Inimicis nostris, ad Regni nostri prajudicium, qualitercumque & quo-

Sexdecim & Sexaginta Annorum existentes, infra Libertates, & extra per Vos & Deputatos vestros, Arraiandum,

Et ad omnes Homines ad Arma, Armatos, Hobelarios, & Sagittarios (videlicet, quemlibet eorum juxta statûs sui exigentiam & Facultates suas) Armis competentibus muniri, & in Millenis, Centenis, & Vintenis poni, & eos, sic Armatos, Arraiatos, & Munitos, in Arraiatione hujusmodi teneri faciendum, Ita quòd omnes hujusmodi Homines ad Arma, Armati, Hobelarii, & Sagittarii prompti sint & parati ad Proficiscendum, in Defensionem Marchiarum & Regni nostri prædictorum, quotiens ex Hostium Incursibus Periculum aliquod immineat, & super hoc per vos, seu Deputatos vestros, ex parte nostrâ, & nomine nostro, fuerint præmuniti,

Et ad omnes hujusmodi Homines ad Arma, Armatos, Hobelarios, & Sagittarios ad se, in Forma prædictâ, Arraiandum, & in Defensionem Marchiarum prædictarum, ac Regni nostri, & Fidelium nostrorum, quotiens & quando indiguerit, & prout pro Salvatione & Defensione Marchiarum, Regni, & Ligeorum nostrorum ejusdem, melius expedire videbitur, congregari & uniri, & in Defensione eorumdem Marchiarum, Regni & Ligeorum nostrorum, proficisci, duci, & morari, per Incarcerationem Corporum suorum, ac * Captionem Terrarum & Tenementorum

* IX. 128. suorum in manum nostram, & aliis viis & modis quibus meliùs, pro Salvatione & Defensione Marchiarum, Regni, & Fidelium nostrorum prædictorum, in hac parte, expedire videritis, distringi & compelli faciendum,

Assignavimus insuper vos, & vobis Committimus Vices nostras, ac Mandatum & Potestatem generale, ad omnes & singulas Personas, quæ ad Fidem & Ligeantiam nostras se convertere, venire, & morari voluerint, tam illas (videlicet) quæ ab eisdem Fide & Ligeantia recesserunt, quàm alias Personas quascumque ad easdem Fidem & Ligeantiam venire & morari volentes, ad Fidem & Ligeantiam nostras, viis & modis quibuscumque licitis & honestis, & prout vobis videbitur ad Honorem nostrum fore expediens, Recipiendum,

Et eisdem Personis & earum cuilibet Cartas de Pardonatione Vitæ & Membrorum, in quocumque Casu, nomine nostro, Concedendum, & Nos eis & earum cuilibet hujusmodi Cartas, ad significationem vestram, sub Magno Sigillo nostro fieri faciemus,

Necnon ad Treugas pro Nobis, Terris, Dominiis, Subditis, Ligeis, Amicis, & Fidelibus nostris ibidem, cum Adversariis nostris, in dictis Partibus, pro Se, Hominibus, Terris, & Dominiis suis, per Unum vel Duos Menses duraturas, particulariter & generaliter, Capiendum, &, nomine nostro, Custodiendum, & custodiri faciendum,

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid, nomine nostro, in forma supradictâ, feceritis in Præmissis;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea effectualiter faciatis & expleatis in forma prædicta:

Damus etiam vobis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem ad aliquas idoneas & sufficientes Personas, ad omnia Præmissa & singula, in absentia vestra à partibus prædictis, Faciendum, Excercendum, & Exequendum Loco vestri, sub Sigillo vestro Constituendum, Substituendum, & Deputandum:

Damus insuper universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Capitaneis, Castellanis, Custodibus Castrorum & Fortalitiorum, Majoribus, Vicecomitibus, Ballivis, Ministris, Ligeis, Subditis, & Fidelibus nostris, tam infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, in Præmissis, nomine nostro, faciendis & exequendis, pareant & intendant, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Leycestr.* decimo quinto die Maii.

Per ipsum Regem.

De Præficiendo Comitem in Ducem.

Ann. D. 1414. An. 2. H 5. Pat. 2. H. 5. p. 2. m. 32.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Regale Solium & Dignitatis Regiæ Fastigium Sapientium & Sublimium consistat multitudine Personarum, & eo magis Regni Regimen roboratur, quo plures sibi substituunt Nobiles, Status & Eminentiæ Celsiores,

Nos igitur,

Ad Præmissa, in præsenti Parliamento nostro, apud Leycestriam convocato, nostræ considerationis intuitum dirigentes,

Et volentes proinde Sceptrum Regium, tam adjectione novorum Honorum, quàm restauratione Veterum, securiùs stabilire, & Numerum augere Nobilium, præsertim de Stirpe Regia probras, & pro prædicto Statu Ducis Quadraginta Libras, percipiendas singulis Annis, pro termino Vitæ suæ, de Exitibus, Proficuis, Firmis, Emolumentis, & Commoditatibus Comitatûs Bedfordiæ, ad Festa Sancti Michaelis & Paschæ, per æquales Portiones, per manus Vicecomitis Comitatûs illius pro tempore existentis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Leycestr.* decimo sexto die Maii.

Per ipsum Regem.

De Pardonatione pro Lollardis.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, Omnibus Ballivis & Fidelibus suis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem. Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Pat. 2. H. 5. p. 2. m. 1.

Sciatis quòd,

Cùm diversi Subditi & Ligei nostri (quod dolendum) ad instigationem & instinctum callidissimi Hostis & versuti & suorum Sequentium, diversas Opiniones, Fidei Catholicæ ac sanæ Doctrinæ manifestè contrarias & obnoxias, nuperimè Tenentes, Docentes, & Prædicantes, in Mortem nostram, ac diversorum Dominorum, tam Spiritualium, quàm Temporalium, Regni nostri,

Pro eo quòd eis non assensum & favorem, set obicem posuimus & repulsam, prout Catholicum decuit Principem, & fuimus in susceptione Coronæ nostræ, sicut cæteri incliti Progenitores nostri, ad hoc astricti vinculo juramenti,

Nequiter imaginaverint & conspiraverint, prout diversi illorum, ex hac causâ jam morti addicti & adjudicati, notoriè sunt confessi,

Nos,

Attendentes qualiter nonnulli, forsitan satis Fideles nostri, de Præmissis, ex odio & malitiâ, vel informatione sinistrâ & minùs verâ, in futurum de facili Impeti & Accusari, multipliciter, tam in Corporibus, quàm Bonis, quod nollemus, verisimiliter lædi poterunt & vexari,

Et volentes proinde,

Ob illius reverentiam, qui nobis de pluribus Inimicorum prædictorum repentè Tutelam concessit & Victoriam, ac cunctis, sibi Delinquentibus, nè eos cum suis perdat Iniquitatibus & Delictis, Indulgentiam præstare velit & Pacem,

Pro tranquillitate, securitate, & quiete *Philippi Turnour* de Daventre providere,

PARDONAVIMUS & REMISIMUS eidem *Philippo* SECTAM PACIS nostræ, quæ ad Nos pertinet, pro omnimodis Proditionibus, per ipsum, erga Nos, & Ligeantiam suam, seu aliis qualitercumque in hac parte, ante Vicesimum octavum diem Martii proximò præteritum, factis & perpetratis, unde Indictatus, Rectatus, vel Appellatus existit, ac etiam Utlagariis, si quæ in ipsum hiis occasionibus fuerint promulgatæ, & firmam Pacem nostram ei inde CONCEDIMUS,

Dumtamen idem *Philippus* ad Loca Privilegiata ex causis præmissis non fugerit, nec in Prisona ex causis prædictis existat, seu pro eisdem causis Arestatus & in Prisona nostra detentus non fuit, nec ab eadem Prisona per Manucaptionem sive in Balliam deliberatus existat, aut in Prisona ex causis prædictis detentus non fuit, nec ab eadem evasit.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Leycestr.* vicesimo die Maii, Anno Regni nostri Secundo.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas Regis de Pardonatione habent subscripti, sub Data subscripta; videlicet,

Johannes Wytheryn Persona Ecclesiæ de Wydyngton, aliàs dictus *Johannes Wytherin* Clericus.

Johannes Asser de Dautre de Daventre.

Thomas Smyth Serviens Busteler de Spoustret de Coventre, aliàs dictus *Thomas Goldsmyth* de Coventre, aliàs dictus *Thomas Busteler* nuper Serviens *Johannes Busteler.*

Ricardus Whyt de Eborum Plommer.

Willielmus Semper, aliàs dictus *Willielmus Semper* Travelyngman.

Johannes Agret Persona Ecclesiæ de Isuampstede Latymer.

Johannes Jeffrey de Bladon.

Johannes Syby de Parva Missendene, aliàs dictus *Thomas Sebely* de Wycombehethe Fletcher.

Johannes Fraunk de Comitatu Eborum Capellanus.

* *Johannes Chylde* de London. Goldsmyth, aliàs dictus *Johannes Child* Civis & Aurifaber London. * IX. 130.

R 3

Prior de Mildenhale in Com. Suff.

Johannes Collefon de Goudeby, aliàs dictus *Johannes Collefon* de Coston, aliàs dictus *Johannes Colfon* de Gowtdeby Clericus.

Henricus Valentyn, aliàs dictus *Henricus Norman*.

Johannes Glover Spyfferftok de Coventre.

Johannes Parlibien Capellanus, aliàs dictus *Johannes Parlibien* de Mountforrell in Com. Leyc. Capellanus.

Willielmus Atterwelle Filius *Johannis Atterwelle* de Stanbrugge in Com. Bed.

Johannes Wykyn de Toucefter Honymonger.

Simon Carter de Kiborth Harecurt in Com. Leic.

Johannes de Sco. Mauro & *Margaret* Uxor ejus.

Super Pecuniis versus Papam mittendis.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. m. 13.

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, Concessimus, dilecto Servienti nostro, *Lodowico Johan* quòd ipse, per se & Deputatos suos, à Data Præsentium, usque Finem Trium Annorum, proximò sequentium, de tempore in tempus, recipere possit de quibuscumque Personis, quæ versus Curiam Romanam, Civitatem Venetiæ, vel ad Loca ubi Sanctissimus *Pater Papa* pro tempore extiterit, aut alias partes Transmarinas transire, vel quæ ad dictas Civitates & Partes Nuncios, Procuratores, vel Attornatos suos, pro eorum Negotiis inibi faciendis, destinare voluerint, tales & tantas Summas Monetæ, prout eidem Personis præfato *Lodowico* aut Deputatis suis prædictis conferre sive mittere melius placuerit,

Et quòd idem *Lodowicus*, & Deputati sui prædicti, Litteras Escambii hujusmodi Personis, prout melius sibi videbitur, pro Solutione Summarum, quas eædem Personæ sibi conferent aut mittent, debitè faciendâ, de tempore in tempus liberè facere possint,

Reddendo Nobis, ad Finem cujuslibet Anni dictorum Annorum, Ducentas Marcas ad Scaccarium nostrum;

Proviso semper quòd idem *Lodowicus*, aut Deputati sui prædicti, aut aliquis alius eorum, nomine & colore præsentis Concessionis nostræ, Aurum vel Argentum, in Massa vel Moneta, ad partes prædictas non transmittant;

Et ulterius Concessimus eidem *Lodowico* quod Cancellarius Angliæ, vel Custos Magni Sigilli nostri, qui infra Terminum prædictum erit, non concedet aliquod Breve de Escambio alicui alteri Personæ, nisi dumtaxat præfato *Lodowico*, & Deputatis suis, durante Termino prædicto:

Concessimus etiam ei quòd nulla alia Persona, cujuscumque Nationis seu Conditionis existat, nisi tantum Mercatores (& hoc mercatoriè & pro Mercandisis & nulla alia Causa) faciat Escambia vel Literas Escambii, durante Termino prædicto, infra Regnum nostrum prædictum, aut extra, sub Pœnis inferius declaratis, nec aliquam Monetam, usque Brugges, aut aliam Civitatem aut Villam, ultra partes Transmarinas, pro hujusmodi Escambiis, versus Curiam, Civitates, & Villas, aut alia Loca prædicta, faciendis, eodem Termino durante, mittet seu mitti faciat sub Pœna Amissionis talis Summæ, de qua Literas hujusmodi Escambii fecerit (de cujus Summæ una Medietate Nobis, & de altera Medietate præfato *Lodowico* erit responsum) & sub Pœna Imprisonamenti, & faciendi nobis Finem & Redemptionem ex causis prædictis;

Et quòd idem *Lodowicus*, vigore præsentis Concessionis nostræ, arestare possit, vel per Officiarios nostros facere Arestari, omnes illos qui hanc Concessionem in aliquo contravenerint;

* IX. 131. * Et quòd idem *Lodowicus* habeat Brevia de Proclamationibus faciendis, & omnia alia Brevia in hac parte competentia & necessaria; prout Casus exigerit, extra Cancellariam nostram, & alias Curias nostras, quotiens opus fuerit & sibi videbitur expedire, absque aliquo Feodo Sigilli pro eis solvendo.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Leycestr.* vicesimo sexto die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro Archiepiscopo Cantuariensi.

A nostre Tresredoute & Soverain Seigneur le Roy.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ex Orig. Pet. Cleris. Pell.

PLease a vostre gracieus Roiale Mageste Graunter a, vostre humble Chapellein, *Henri Ercevesque de Canterbirs* toutz lez Issues & Profitz de lez Temporaltees de l'Erceveschee de Canterbirs, n'adgairs en vos Mains esteant, & a vous Appartenantz, pour le Temps de la darraine Voidance d'icelles, par la Mort *Thomas* n'adgairs *Ercevesque* illeoques, solonc lez Tenure, Forme, & Effect de la Cedule a ceste Supplication annextee.

Par Commandement du Roy Lettre est feust faicte selonc la Copie a iceste annexee.

rem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini Summi Pontificis, nobis inde directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem Electus omnibus & singulis verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis Bullatis contentis, coram Nobis Renunciavit, volentes cum eo agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem ipsius Electi, & Temporalia dicti Archiepiscopatûs, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò tibi Præcipimus quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, liberes in forma prædicta.

Teste Rege apud *Leycestr.* tricesimo die Maii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Norff. & Suff.

Escaetori Regis in Com. Essex & Hertf.

Escaetori Regis in Com. Kantiæ & Midd.

Escaetori Regis in Com. Surr. & Sussex.

Escaetori Regis in Com. Eborum.

Willielmo Crowemer, Majori Civitatis Regis Londoniæ, & Escaetori suo in eadem Civitate.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Tractando cum Adversario Franciæ.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem, Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 21. * IX. 132.

Cùm nuper *Adversarius noster Franciæ* certos Nuncios, Commissarios, & Ambassiatores suos solennes, in Regnum nostrum Angliæ, & ad Præsentiam nostram transmiserit,

* Ad Tractandum, Communicandum, & Interloquendum, unà nobiscum seu Commissariis nostris, super hiis quæ ad Pacem inter *Ipsum* & *Nos* ineundam tendere possent,

Nosque,

Ad Honorem Dei & Ecclesiæ suæ, ac ad evitandam Sanguinis Christiani effusionem, aliaque Mala & Enormia importabilia, quæ inter Ipsum & Nos ac Angliæ & Franciæ Regna, occasione Guerrarum, verisimiliter poterit evenire,

Animi nostri motum ad Pacis Media debitè inclinantes,

De & super eisdem, cum dictis Ambassiatoribus, per certos nostros Commissarios, fecimus communicari, apertis quoque, inter eosdem Commissarios Partis adversæ atque nostros, Duabus Viis ad Pacis Unionem tendentibus (videlicet)

Via Matrimonii & Affinitatis, per ipsos de Francia,

Viaque Ministrationis Justitiæ & Restitutionis Jurium & Hæreditatum nostrorum, per dictum *Adversarium nostrum Franciæ* detentorum, per Commissarios nostros,

Pro quarum Viarum uberiori executione certos nostros Nuncios & Ambassiatores ad præsentiam præfati *nostri Adversarii Franciæ*, ad Interloquendum, Tractandum, Communicandum, & Referendum, transmisimus,

Et quia, ex eorum Responsis, verbo & in scriptis nobis ministratis, accepimus quòd præfatus *noster Adversarius* alios nostros Nuncios & Ambassiatores, ad sui Præsentiam, cum bona, sufficienti & plena Potestate Advisandi, Loquendi, Tractandi, & Concludendi, de & super prædictis Duabus Materiis, transmittendos, libenter videbit & audiet, facietque procedi planè & effectualiter cum eisdem, tam super Via Matrimonii, inter *Nos* & Nobilem Dominam, Dominam *Katerinam Filiam dicti Adversarii nostri*, contrahendi, quàm super Juribus, Hæreditatibus, & Rebus quibuscumque, ad quæ dicti nostri Nuncii Nos prætendent habere Jus, & rationabili Restitutione eorumdem, cum suis incidentibus, emergentibus, & connexis,

Nos,

Qui omnes Vias Pacis inquirere, & ipsas, quantum cum Deo & Justitia possumus & tenemur, prosequi intendimus cum effectu,

De Circumspectione, Fidelitate, & Industria, Dilectorum & Fidelium nostrorum Venerabilis Patris, *Thomæ Dunelmensis Episcopi* Consiliarii nostri, ac, Venerabilis etiam Patris, *Ricardi Episcopi Norwicensis*, *Ricardi Comitis Sarisburensis*, *Ricardi Domini de Grey*, Consanguineorum nostrorum, *Johannis Pelham* Militis, *Roberti Waterton* Armigeri, & *Henrici Ware* in utroque Jure Licentiati, Consiliariorum nostrorum, plenariè confidentes,

Ipsos nostros Ambassiatores, Commissarios, & Nuncios speciales Fecimus, Ordinavimus, & Deputavimus, ac, Tenore Præsentium, Facimus, Ordinamus, & Deputamus,

Dantes eisdem Septem, Sex, Quinque, aut Quatuor ex eisdem, pro Nobis, & Nomine nostro, plenam Auctoritatem, Potestatem, ac Mandatum generale atque speciale, ad & in Regnum Franciæ se transportandi, & ad Præsentiam dicti *Adversarii nostri Franciæ* se præsentandi,

prædicti, per verba de futuro sive de præsenti, cum suis quibuscumque Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis, cum præfato *Adversario nostro*, seu Deputatis suis Interloquendi, Communicandi, Tractandi, Concordandi, Concludendi,

Ac eadem omnia & singula pro parte nostra, ad perpetuam rei memoriam, & Pacis perpetuæ Confirmationem plenariam, finaliter Terminandi,

Necnon ad faciendum omnia & singula quæ in Præmissis, seu
• IX. 133. eorum Connexis, incidentibus, emergentibus, sive * dependentibus quibuscumque, necessaria fuerint sive quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale, & quæ Nos facere possemus si præsentialiter interessemus,

Et Promittimus, bonâ fide, ac, in Verbo Regio, Nos Ratum & Gratum, Firmum & Stabile, perpetuis Temporibus, habituros totum & quicquid dicti nostri Ambassiatores, & Nuncii, sive Commissarii, omnes simul, sive Sex, Quinque, aut Quatuor eorumdem, in præfatis Materiis aut Negotiis, seu singulis eorumdem, fecerint, sub Ypotheca omnium Bonorum nostrorum Mobilium & Immobilium.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio Regis Westm.* tricesimo primo die Maii.

Per ipsum Regem.

De Licentia traducendi Peregrinos.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 25.

REX, universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Custumariis, Scrutatoribus, Custodibus Portuum Maris & aliorum Locorum Maritimorum, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, ac aliis Officiariis & Ministris nostris, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Concessimus & Licentiam Dedimus, dilecto nobis, *Ricardo Hill* de Weymouth, quod ipse Quadraginta Peregrinos, Ligeos nostros, in quadam Navi sua, vocata le Leonard de Weymouth, in Portu Villæ prædictæ, Eskippare, & eos abinde, versus Sanctum Jacobum peregrè profecturos, ducere possit;

Et ideo vobis Mandamus quod ipsum *Ricardum* prædictos Quadraginta Peregrinos, Ligeos nostros, in Navi prædicta Eskippare, & ipsum Peregrinos illos, versus Sanctum Jacobum, peregre profecturos, solutis prius Custumis, Subsidiis, & aliis Deveriis, nobis inde debitis, traducere permittatis; aliquo Mandato nostro, vobis seu alicui vestrûm prius in contrarium directo, non obstante;

Dummodo aliqua, Nobis seu Regno nostro Angliæ prejudicialia, secum non deferant quovis modo.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Harburgh* tricesimo primo die Maii.

Pro Ambassiatoribus Papæ.

Ann D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Sancti Michaelis proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem & Defensionem suas speciales, Venerabilem Patrem, *Bartholomæum, Episcopum Pensauriensem*, *Marinum Municolum* Curiæ *Summi Pontificis* Marescallum Civem Neapolitanensem, Magistrum *Augustinum de Laute* Legum Doctorem Advocatum Consistorialem Civem Pisannensem, Ambassiatores ipsius Domini *Summi Pontificis*, in Regnum Regis Angliæ, penes Præsentiam Regis, pro certis Negotiis ejusdem Domini *Summi Pontificis* prosequendis, cum Quadraginta Personis in Comitiva sua, ac Quadraginta Equis suis, veniendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, necnon Res, Bona, & Hernesia sua quæcumque;

Dumtamen, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Junii.

Per ipsum Regem.

Confirmatio Treugarum per Regem Castellæ.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ex Autogr.

JOhannes, Dei gratiâ, *Rex Castellæ & Legionis*, universis & singulis, præsentes Literas inspecturis & audituris, Salutem in Domino sempiternam.

Noveritis Nos Literas *Johannis Roderici*, Archidiaconi de Gordonio, Dilecti Secretarii nostri, Ambassiatoris sive Nuncii, pro Nobis, ex nostrâ parte, destinati, vidisse & recepisse;

nostra Bulla Plumbea impendenti munitas, ac nomine, Serenissimæ Dominæ, *Reginæ Castellæ & Legionis*, Matris, & Dominæ nostræ, necnon, Illustrissimi Principis, *Fernandi Regis Arragoniæ*, Avunculi nostri carissimi, gerentium ad præsens nostri ac Regnorum & Dominiorum nostrorum Tutelam, Regimen, Gubernationem, & Administrationem, roboratas, & ipsorum Auctoritate duximus concedendas.

Dat. *Salamanticæ* die primâ Mensis Junii, Anno à Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Quarto decimo.

Yo la Reyna.

Rex Frudus.

De Mandato Dominorum Regis & Reginæ Tutorum, &c.

JOHANNIS RODERICI.

Commissio Regis Castellæ ad Prorogandum Treugas.

JOhannes, Dei Gratiâ, *Rex Castellæ & Legionis*, universis & singulis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem in Domino — Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ex Autogr.

Noveritis quòd Nos,

Confidentes ad plenum de fidelitate, circumspectione, & Industria, Dilectorum & Fidelium nostrorum, Nobilis *Fernandi Petri de Arala* Militis *Gundessalvi Moroae*, *Johannis Velasci de Cuellar*, Legum Doctorum, nostræque Audientiæ Auditorum,

Ipsos Tres, aut Duos ipsorum, Fecimus, Constituimus, seu etiam Deputavimus, ac, Tenore Præsentium, Facimus, Constituimus, seu etiam Deputamus nostros solempnes Ambassiatores & Nuncios speciales,

Ad conveniendum cum Ambassiatoribus, Serenissimi Principis, *Henrici Regis Angliæ*, Consanguinei nostri carissimi,

Ad Tractandum cum eisdem, & Iniendum, Faciendum, Concedendum, & Capiendum, nomine nostro, &, pro Nobis, ac Regnis, Patriis, Terris, Territoriis, Dominiis, Subditis, & Vassallis nostris, Bonisque & Rebus, nostris & suis quibuscumque, bonas, firmas, & legales Treugas, Sufrentiam, sive Guerræ Abstinentiam,

Seu Treugas, dudum inter *Nos* & dictum Serenissimum Principem, *Regem Angliæ*, Consanguineum nostrum carissimum, factas & juratas, de præsenti durantes, prorogandum,

In & per tantum tempus duraturas prout dictis Tribus Ambassiatoribus nostris, vel ipsorum Duobus, placebit & videbitur expedire,

Cum quibuscumque Conditionibus, Modificationibus, Declarationibus, Additionibus, vel Remotionibus necessariis, utilibus, seu etiam opportunis,

Necnon ad Dandum, Nominandum, & Constituendum, in Regnis & Dominiis nostris, certos Judices, sive Conservatores, tot & tales, ac in illis locis, in quibus dictis Tribus Ambassiatoribus nostris, vel ipsorum Duobus, videbitur expedire, pro stabili, firma, & fideli Conservatione dictarum Treugarum, ac pro debitâ Reformatione & Reparatione omnium & singulorum quæ, contra prædictas Treugas seu ipsarum effectum, qualitercumque attemptari contigerit in futurum,

Ac hujusmodi Treugas, Tolerantias, sive Guerrarum Abstinentias, Ordinationes, & Conventiones quascumque, per dictos nostros Tres Ambassiatores, vel ipsorum Duos, fiendas, concedendas * & capiendas, Personis & Locis quibuscumque, ubicumque, • IX. 135.
& quandocumque expediri videbitur, Insinuandum, Notificandum, Præconizandum, Insinuari, Notificari, ac Præconizari faciendum & mandandum,

Et omnia alia & singula Faciendum, Gerendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis vel circa ea necessaria fuerint seu aliàs quomodolibet opportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale, & altioris naturæ fuerint quam Capitula expressata,

Ac ulterius Promittimus, bonâ fide & in Verbo Regio, quòd dictas Treugas (si eas concedi, & capi, aut prorogari contingat) super omnibus & singulis Capitulis, in Litteris earumdem expressatis, fideliter & inviolabiliter Observabimus, ac per Subditos & Vassallos nostros, quantum in nobis est, Observari faciemus,

Ac per nostras Patentes Litteras, nostro Sigillo Sigillatas, quotiens opus erit, omnia & Singula Approbabimus, Laudabimus, & Confirmabimus quando fuerimus requisiti.

In cujus rei Testimonium præsentes nostras Patentes Litteras, Bullâ nostrâ Plumbeâ inpendenti munitas, ac nomine, Serenissimæ Dominæ, *Reginæ Castellæ & Legionis*, Matris ac Dominæ no-

De Temporalibus Episcopatus Menevensis restituendis.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Pat. 2. H. 5. p. 1. m. 19.

REX, Escaetori suo in Comitatu Herefordiæ ac Marchiæ Walliæ eidem Comitatui adjacentis, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper *Episcopum Menevensem*, à Vinculo, quo eidem Ecclesiæ tenebatur, absolverit, & ipsum in Archiepiscopum Cantuariensem transtulerit,

Ac eidem Ecclesiæ Menevensi de Venerabili Viro, *Johanne* nuper *Archidiacono Surrei*, *Electo Menevensi*, in Presbiteratûs Ordine constituto, auctoritate Apostolicâ providerit, ipsumque in Episcopum Loci illius præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini Summi Pontificis, nobis indè directas, nobis constat,

Nos,

Considerantes qualiter idem *Johannes*, ex Ordinatione & Mandato nostris, in Servitio nostro, in Curia Romana, per magnum tempus stetit, & ibidem graves Custus & Expensas occasione prædictâ multipliciter effudit, ipseque adhuc, in eadem Curia, in dicto Servitio, per certum tempus jam futurum attendet,

De Gratiâ nostrâ speciali, tam Renunciationem omnium & singulorum verborum, in dictis Literis contentorum, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialium, quàm Fidelitatem *ipsius Electi*, nobis in hac parte debitam, usque Reditum suum in Angliam Respectuavimus, & Temporalia Episcopatûs prædicti Restituimus eidem;

Et ideò tibi Præcipimus quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, liberes in forma prædicta; salvo jure cujuslibet,

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Secundo die Junii.

Per ipsum Regem.

Consimile Breve dirigitur, sub eadem Data,

Willielmo Crowmer, Majori Civitatis Londoniæ, & Escaetori suo in eadem Civitate.

Et Mandatum est Militibus, &c.

* IX. 136.

** De Tractando, super Matrimonio, cum Ambassiatoribus Ducis Burgundiæ.*

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 22.

REX, omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cùm nuper, Nobilis & Magnificus Princeps, Consanguineus noster carissimus, *Johannes*, *Dux Burgundiæ & Comes Flandriæ*, certos suos solemnes Ambassiatores, Commissarios, sive Nuncios,

Videlicet, Magistrum *Radulphum Majoris* Præpositum Sancti Donaciani de Brugges, Dominos, *Petrum Dominum de Veteri Villa*, *Johannem Dominum de Robais*, *Rolandum Duckerke Dominum de Hestrude*,

Ad Regnum nostrum Angliæ transmiserit, ad Conveniendum & Tractandum, unà nobiscum, seu alio vel aliis per Nos deputandis de & super nonnullis Materiis, mutuum Amorem & Alligantias, firmas & perpetuas, inter Nos & ipsum Consanguineum nostrum ineundas & firmandas, concernentibus,

Ad quas, insuper, Materias faciliùs concludendas, exponentes Nobis Ambassiatores prædicti quanta in, Inclitissima Domina, *Katerina*, *ipsius Consanguinei nostri Filia*, vigeat Generis Nobilitas, resplendeat Corporis elegantia, & rutilet Morum honestas, eandem Dominam *Katerinam* nobis matrimonialiter copulandam optulerunt,

Nos,

In discretæ Considerationis examine revolventes quòd Amoris indissolubilis fructus uberes, nedum ex Alligantiarum & Confœderationum perpetuitate, verum ex Sponsaliorum & Matrimoniorum proximitate, soleant, ut plurimùm, provenire,

Hinc est quòd,

De Fidelitate, Legalitate, Prudentia, & Circumspectione, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Henrici Domini de le Scrop* Consanguinei nostri *Hugonis Mortimer*, *Thomæ Chaucer*, Domicellorum Magistrorum, *Philippi Morgan* utriusque Juris, ac *Johannis Honyngham* Legum, Doctorum, Consiliariorum nostrorum, & eorum cujuslibet, plenariè confidentes,

Ipsos *Henricum*, *Hugonem*, *Thomam*, *Philippum* & *Johannem*, & quemlibet eorum divisim & in solidum, ita quòd non sit melior conditio occupantis, nostros Ordinamus, Facimus, & Constituimus Procuratores & Nuncios speciales,

& Acceptandum,

Necnon ad Tractandum, Conveniendum, & Concordandum, cum Parentibus, Amicis, & Procuratoribus dictæ *Dominæ Katerinæ*, de Dote, Dotalitio, Donatione propter Nuptias, ac Arris in hac parte Constituendis, & eorum singulorum Qualitate & Quantitate, ac etiam de Terminis, Locis, & Modis Solutionum & Satisfactionum de eisdem,

Et ea, quæ sic Tractata, Conventa, & Concordata fuerint, in Verbo nostro Regio, omnimodique Securitate honesta Firmandum,

Sufficientemque Securitatem, nomine nostro, Petendum, Stipulandum, & Recipiendum,

Jurandumque in Animam nostram quòd Contractum hujusmodi Ratum habebimus atque Gratum, nec faciemus aut procurabimus aliquid, per quod Contractus hujusmodi seu ejus Debita Consummatio, in Casu quo per dictos Procuratores aut eorum aliquem sic, ut præmittitur, contrahi contigerit, quomodolibet poterit impediri,

Ac etiam ad Petendum Securitatem debitam & sufficientem ab ipsâ *Domina Katerina*, & Parentibus, Amicis, & Procuratoribus dictæ *Dominæ Katerinæ*, quòd ipsa à Contractu hujusmodi nullatenus * variabit, set ipsum Gratum, Ratum, & Firmum perpetuò habebit & tenebit, * IX. 137.

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis vel eorum aliquo necessaria fuerint vel oportuna, etiam si Mandatum, in aliquo Præmissorum, de sui natura, magis de se exegerint speciale:

Et Promittimus, bonâ fide & in verbo regio, nos Ratum, Firmum, & Stabile, perpetuis temporibus, habituros, totum & quicquid per dictos Procuratores nostros, aut eorum aliquem, Actum, Gestum, Contractum, aut Procuratum fuerit in Præmissis, & circa ea & quolibet & Præmissorum, sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, Præsentium & futurorum.

In quorum omnium testimonium atque fidem, has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Castro* Regis *Leicestriæ*, Quarto die Junii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Quartodecimo, & Regni Regis Secundo.

Per ipsum Regem.

De Tractando, cum eisdem, super Confœderationibus.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Cùm, *&c. ut supra usque ibi*, nonnullis, *& tunc sic*, Materiis, Amorem mutuum, Amicitias, Confœderationes, & Alligantias firmas, reales, & perpetuas inter *Nos* & dictum *Consanguineum nostrum* tractandas, ineundas, & firmandas, concernentibus, 1414. An. 2. H. 5. ibid.

Hinc est quod Nos, *&c. ut supra usque ibi*, plenariè confidentes, *& tunc sic*,

Ad Tractandum, Conveniendum, & Concludendum, cum præfato, Nobili & Potenti Principe, Consanguineo nostro Carissimo, *Johanne Duce Burgundiæ & Comite Flandriæ*, sive ad hoc per eum Deputatis, Mandatum in ea parte sufficiens habentibus de & super quibuscumque Ligis, Confœderationibus & Amicitiis,

Inter *Nos* & Successores nostros Reges Angliæ, Subditos & Vassallos, Regna, Terras, & Dominia nostra quæcumque, ex unà, & dictum *Consanguineum nostrum Carissimum*, Successores suos, Subditosque & Vassallos suos & Dominia sua quæcumque, ex alterâ parte, contrahendis & ineundis perpetuò vel ad tempus,

Etiam de Modo, & Forma & Quantitate Auxilii, Subventionis, seu Subsidii hincinde ministrandum,

Necnon de & super Communicationibus inter Subditos, unius & alterius Partis, in Mercimoniis & aliis licitis & securè & amicabiliter faciendis,

Necnon super omnibus & singulis Articulis, quantumcumque specialibus, qui Ligas, Confœderationes, seu Amicitias, inter *Nos* & dictum *Consanguineum nostrum* carissimum Contrahendas & firmandas, concernere poterunt quovis modo, cum eorum Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis,

Ac omnia & singula, quæ sic Tractata, Concordata, & Conventa fuerint, cum omni Securitate debita & honesta, nomine nostro Firmandum,

Ac omnes & omnimodas Securitates, Obligationes, & Cautiones, reales & personales, pro Nobis & Nomine nostro, Petendum, Stipulandum, & Recipiendum,

Jurandumque in Animam nostram quòd Tractata, Conventa, & Concordata hujusmodi Rata habebimus & Grata, nec aliquid Procurabimus vel faciemus, per quod Tractata & Concordata hujusmodi effectu debito frustrari poterunt seu quomodolibet impediri,

Ac Juramentum consimile ab eodem *Consanguineo nostro Carissimo*,

tuor, Tres, vel Duos eorum, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis & singulis Præmissorum.

In quorum omnium testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes, sigilli nostri Magni appensione communitas.

Dat. in *Castro nostro Leycestriæ*, Quarto die Junii.

Per ipsum Regem.

De Homagio a dicto Duce recipiendo.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 19.

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Ad Universitatis vestræ Notitiam deducimus per præsentes quòd Nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Prudentia, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Henrici Domini de le Scrop*, Consanguinei nostri, *Hugonis Mortymer*, *Thomæ Chaucer*, Domicellorum Magistrorum, *Philippi Morgan* utriusque Juris, ac *Johannis Honynham*, Legum Doctorum, Consiliariorum nostrorum, & eorum cujuslibet, plenam & firmam fiduciam optinentes,

Ipsos, *Henricum*, *Hugonem*, *Thomam*, *Philippum*, & *Johannem*, Creamus, Ordinamus, & Facimus, per Præsentes, nostros veros & legitimos Procuratores, Negotiorum Gestores, Commissarios, & Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes eisdem Procuratoribus, Commissariis, & Nunciis nostris plenariam, sufficientem, & liberam Potestatem, pro Nobis & nomine nostro, omnem Fidem, & Fidelitatem, Homagiumque Ligeum à, carissimo Consanguineo nostro, *Johanne Duce Burgundiæ*, pro Se, Hæredibus, & Successoribus suis, & Recognitionem eorumdem, Juramentumque Fidelitatis & Homagii hujusmodi, per eum Nobis & Hæredibus nostris præstandorum, Petendi, Recipiendi, Optinendi & Acceptandi, cum omnibus suis Capitulis, Clausulis, & Articulis, ad hoc consuetis seu quomodolibet oportunis,

Ipsumque *Consanguineum nostrum* in Vassallum nostrum Ligeum & fidelem Recipiendi, Approbandi, Laudandi, Admittendi, & Acceptandi,

Ad omniaque & singula Præmissa, seu ea quomodolibet concernentia, faciendum & expediendum, ac eadem Firmandum, & Roborandum Stipulationibus & Cautionibus quibuscumque licitis & honestis,

Necnon omnia alia & singula Faciendum, Exercendum, & Explicandum quæ in Præmissis & circa ea, vel eorum aliquod, necessaria fuerint vel oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale,

Promittentes, bonâ fide & in verbo regio, Nos omnia & singula Grata & Rata habituros, quæ dicti Procuratores, Commissarii & Nuncii nostri, nomine nostro, fecerint in Præmissis, & sicut Nos ipsa omnia & singula in Persona propria fecissemus, si personaliter interfuissemus, sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum.

In quorum omnium testimonium atque Fidem has Literas nostras fieri fecimus Patentes, Sigilli nostri Magni appensione communitas.

Dat. in *Castro nostro Leycestriæ*, Quarto die Junii.

Per ipsum Regem.

De Procuratore in Curia Romana constituto.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. m. 29.

REX, Dilecto Clerico nostro, Magistro *Thomæ Polton*, Salutem.

Te (de cujus Discretione, Fidelitate, & Industria plenam in Domino fiduciam optinemus) ad Prosequendum, in Romana Curia, pro Nobis & Nomine nostro, Promotiones quorumcumque Clericorum nostrorum ad Ecclesias Cathedrales pro tempore vacaturas, & pro quibus Te, per Literas nostras, & aliàs, informare intendimus temporibus oportunis,

* IX. 139. Necnon ad Gerendum, Excercendum, & Expediendum alia Negotia nostra quæcumque, apud Sedem Apostolicam * quomodolibet emergentia, cum Potestate inducendi quascumque Probationes requisitas in hoc Casu,

Nostrum verum, legitimum, & indubitatum Ambassiatorem, Procuratorem, Actorem, Factorem, Negotiorum Gestorem, & Nuncium specialem Constituimus, Præficimus, & Creamus per Præsentes,

Injungentes firmiter & Mandantes quibuscumque Ligeis nostris, apud Sedem eandem pro tempore existentibus (cujuscumque Status, Gradûs, sive Conditionis existant) quatinus Tibi, in executione Præmissorum, cum suis sanis Consiliis, Auxiliis, & Favoribus, effectualiter obediant & intendant prout decet.

istant, & quòd Aurum vel Argentum, in Massa seu Moneta, colore præsentis Licentiæ nostræ, contra Statuta & Ordinationes Regni nostri, secum non deferant quovis modo.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Octavo die Junii.

Pro Secretario Adversarii de Francia.

REX Universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid.

Sciatis quòd Nos suscepimus, & per Præsentes suscipimus, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Magistrum *Gouterum Colli* Consiliarium & Secretarium *Adversarii nostri Franciæ*, ob certas Causas & Materias, reverentiam Dei & evitationem effusionis Sanguinis humani notoriè concernentes, destinatum, jam infra Regnum nostrum Angliæ existentem, & versus Regnum Franciæ, cum Quatuordecim Personis, Equestribus vel Pedestribus, in Comitiva sua, Armatis vel non Armatis, se divertendo, morando, quiescendo, transeundo, & redeundo, tam per Terram, quàm per Mare, liberè, tutè, & securè, per omnes Civitates, Villas, Castra & alia Loca nostra quæcumque, tam Regni nostri Angliæ, quàm alibi Ditioni nostræ subjecta ubicumque sint, cum eorum Equis, Hernesiis, Bonis, Auro, Argento, Jocalibus, Libris, Literis, & Catallis suis quibuscumque,

Et ideo vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, Tenore Præsentium, Præcipimus & Mandamus, districtiùs Injungentes, quatinus eundem Magistrum *Gouterum*, Præsentes Literas nostras, vel VIDIMUS earumdem sub Sigillo autentico, vobis exhibentem, *&c. prout in ejusmodi de Conductu Literis.*

In quorum omnium testimonium ipsas nostras Præsentes Literas fieri fecimus Patentes, & Sigilli nostri munimine roborari.

Dat. in *Palatio Regis Westmonasterii* Undecimo die Junii.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas Regis de salvo Conductu habet Johannes Launart *Domicellus, per idem tempus duraturas, sub eadem Data.*

Per ipsum Regem.

---

* *De supervidendo Executores Testamenti nuper Regis.* * IX. 140.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1414.

Sciatis quòd, An. 2.

Cùm, recolendæ memoriæ, Dominus *Henricus*, *nuper Rex Angliæ*, Pater noster, cogitans diem exitûs sui appropinquare, ac piè desiderans, dum adhuc ageret in Humanis, præcipuè Pauperibus Ligeis suis, quibus in diversis Pecuniarum Summis erat astrictus, satisfacere, & aliis Pietatis Operibus saluti Animæ suæ salubriter providere, Testamentum suum condiderit, H. 5. Pat. 2. H. 5. p. 1. m. 20.

In quo, de Bonis & Catallis suis, sibi à Deo collatis, Creditoribus suis primo satisfieri, *&c. prout supra de Data 15. die Maii, tunc fit*,

Nos jam pro eo quòd circa Supervisum prædictum intendere non possumus,

Ac de Fidelitate, & circumspectione, Venerabilium in Christo Patrum, *Henrici Archiepiscopi Cantuariensis*, ac *Henrici Episcopi Wyntoniensis* Avunculi nostri, pleniùs confidentes,

Assignavimus & Deputavimus præfatos, *Archiepiscopum Cantuariensem* & *Episcopum Wyntoniensem* Deputatos nostros, ad omnes & singulas Solutiones, per ipsos *Archiepiscopum Eborum*, *Episcopum Dunolmensem*, Johannem, Robertum, & Johannem, in hac parte faciendas, nomine nostro supervidendum, & ad inde Literas Testimoniales, præfatis *Archiepiscopo Eborum*, *Episcopo Dunolmensi*, *Johanni*, *Roberto*, & *Johanni*, in hac parte necessarias & oportunas, sub Sigillis suis faciendum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo sexto die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro-

futuro,

Quia ex casu evenire posset quòd, citra Festum illud, certæ Materiæ, inter *Nos* & *Consanguineum nostrum Franciæ*, per Deputatos hinc inde praelocutæ ad effectum produci non poterunt,

Nos,

De Vestris Fidelitate & Industria plenius confidentes,

Vobis Committimus &, Tenore Præsentium, Damus Potestatem ad Prorogandum Terminum prædictum, si vobis videatur expediens, usque ad Primum diem Mensis Augusti proximò futurum,

Ac etiam ad Promittendum, pro nobis, & Nomine nostro, quòd, usque ad dictum Primum diem Augusti, nullum cum quacumque Muliere, aliâ à Domina *Katerina Filia dicti Consanguinei nostri Franciæ*, Matrimonium contrahemus, aut super eo quomodolibet Concludemus,

Promittentes, bonâ fide & in verbo regio, quòd ipsam Promissionem, per vos nomine nostro faciendam, quantum ad Nos attinet, fideliter observabimus & inconcussè,

Sub hac tamen Conditione quòd dictus *Consanguineus noster* & *Domina Katerina Filia sua* consimilem, pro parte sua, nobis Promissionem faciant & fidem.

In cujus, &c.

Dat. *in Palatio Regis Westmonasterii* decimo octavo die Junii.

Per ipsum Regem.

• IX. 141. * *Ad eundem Terminum ulterius prorogandum alia Potestates.*

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 20.

REX, Dilectis & Fidelibus suis, Venerabili in Christo Patri, *Thomæ Dunelmensi Episcopo* Consiliario nostro, ac Venerabili etiam in Christo Patri, *Ricardo Episcopo Norwicensi*, *Thomæ Comiti Sarum*, *Ricardo Domino de Grey*, Consanguineis nostris, *Johanni Pelham*, Militi, *Roberto Waterton*, Armigero, & *Henrico Ware* in utroque Jure Licenciato, Consiliariis nostris, Salutem.

Cùm Nos, certis de causis rationabilibus, Nos ad hoc moventibus, per nostras certi Tenoris Literas, Promiserimus, de abstinendo ab omni Contractu Matrimoniali sive Sponsaliorum, cum quacumque alia Muliere (cujuscumque Statûs, Gradûs, aut Conditionis existat) à Nobili Domina, *Domina Katerina Filia Consanguinei nostri Franciæ*, usque Primum diem Maii proximò præteritum,

Ac deinde, ex Causis consimilibus, Consimilem Promissionem fecimus usque ad Festum Sancti Johannis Baptistæ proximò jam futurum,

Demumque,

Advenientes quòd Varii Tractatus, inter *Nos* & dictum *Consanguineum nostrum* indeterminati pendentes, infra Terminum proximò supradictum, ad Finem optatum perduci non poterunt,

Ex Causis consimilibus eundem Terminum, Sancti Johannis, usque ad Primum diem Mensis Augusti proximò jam venturum, cum consimili Promissione, per certum nostrum Commissarium prorogari, sicut & prout in aliis Literis nostris, ac Literis dicti nostri Commissarii, ad quas nos referimus, plenius continetur,

Nos igitur,

De vestris Fidelitate, Circumspectione, & Industria plenius confidentes,

Vobis Septem, Sex, Quinque, aut Quatuor ex vobis Committimus, &, Tenore Præsentium, Damus Potestatem ad Prorogandum Primum diem Mensis Augusti prædictum in & usque talem diem, qui vobis videbitur expedire,

Ac etiam ad Promittendum, pro Nobis, & Nomine nostro, quòd, usque ad diem, per vos limitandum, nullum cum quacumque Muliere, alia à dicta *Domina Katerina Filia ipsius Consanguinei nostri Franciæ*, contrahemus, aut super eo quomodolibet Concludemus,

Promittimus insuper, bonâ fide & in verbo regio, quòd ipsas Prorogationem & Promissionem, per vos nomine nostro faciendas, quantum ad nos attinet, fideliter observabimus & inconcussè.

In cujus, &c.

Dat. in *Palatio Regis Westm.* vicesimo secundo die Junii.

Per ipsum Regem.

De Ambassiata ad Partes Hollandiæ.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. m. 13.

DIlectus Clericus Regis, Magister *Philippus Morgan*, qui, ad partes Holandiæ, de Mandato Regis, in quadam Ambassiata, Regem & Regnum suum tangente, profecturus est, habet Literas Regis de Protectione (cum clausula *volumus*) usque Festum natalis Domini proximò futurum duraturas.

Præs. &c.

Per Billam de Privato Sigillo.

---

* *De Licentia concedendi salvos Conductus.* • IX. 142.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. m. 25.

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumspectione provida, Dilecti & Fidelis nostri, *Henrici le Scrop* Chivaler, ac, dilecti Armigeri nostri, *Hugonis Mortymer* plenius confidentes,

Concessimus & plenam, Tenore Præsentium, Dedimus Potestatem eisdem, *Henrico* & *Hugoni*, quòd ipsi, & eorum alter, concedere possint, vel possit, Literas de salvo & securo Conductu tali Personæ, vel talibus Personis, prout per eorum Discretionem, pro Negotiis, pro quibus destinati erunt ad partes Transmarinas, viderint expedire.

In cujus, &c. usque ad Festum Sancti Michaelis proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo die Junii.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Duce Burgundiæ.

Ann D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. m. 21.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm certæ Treugæ, *inter*, carissimum Dominum & Patrem nostrum, *Henricum nuper Regem Angliæ* Defunctum, pro parte sua, & *Johannem Ducem Burgundiæ*, pro parte sua, & illorum de Partibus Flandriæ,

A Quintodecimo die Junii, Anno Regni ejusdem Patris nostri Duodecimo, usque ad Terminum Quinque Annorum extunc proximò sequentium, duraturæ,

Captæ & initæ existant,

Nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industria, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Henrici Domini le Scrop*, Consanguinei nostri, *Hugonis Mortymer*, *Thomæ Chaucer*, Domicellorum, Magistrorum *Philippi Morgan* utriusque Juris, ac *Johannis Hovyngham* Legum Doctorum, Consiliariorum nostrorum, & eorum cujuslibet, plenius confidentes,

Ipsis Dedimus, Concessimus, & Commisimus, ac Damus, Concedimus, & Committimus, per Præsentes, sufficientem Auctoritatem, plenamque ac liberam Potestatem, & Mandatum generale ac speciale, pro Nobis & Nomine nostro, dictas Treugas, ad Terminum, quemcumque longiorem ultra Terminum superius limitatum & præfixum, pro securitate Mercandisarum, inter Nos & Regnum nostrum Angliæ & Partes Flandriæ, Continuandum & Prorogandum,

Ac etiam de & super dictarum Treugarum Violationibus, ac earum Reformationibus, & contra earum formam seu alias injustè Attemptatorum Reparationibus & emendis dandis, faciendis, & recipiendis,

Quibuscumque Locis & Temporibus oportunis, cum *dicto Duce*, seu ejus sufficienter Deputatis vel Deputandis in hac parte, Conveniendi, Tractandi, Componendi, Paciscendi, & Transigendi, & finaliter Concordandi,

Necnon, si necesse fuerit, novas Treugas, Tolerantias & Abstinentias, generales, speciales, seu particulares, tam per Terram, Aquam, & Mare, insimul, vel separatim, melioribus viis, modo, & forma quibus fieri possit, tamdiu & tanto tempore duraturas inter *Nos* & Regnum nostrum prædictum, *præfatum Ducem* & *Partes Flandriæ*, secundum quod præfatis Commissariis nostris, Quinque, Quatuor, Tribus vel Duobus eorum, placebit in eventum, cum *dicto Duce*, sive ipsius in hac parte Deputatis seu Deputandis ab eodem, Ineundi, Ordinandi, Faciendi, Perficiendi, Capiendi, & Concedendi, cum quibuscumque Clausulis, Conditionibus, Modificationibus, Additionibus, Declarationibus, & Circumstantiis necessariis, utilibus, vel oportunis,

Promittimus etiam, bonâ fide & verbo regio, Nos, pro Nobis, Hæredibus, Successoribus, & Subditis nostris, quantum in Nobis est, Ratum, Gratum, & Firmum, perpetuis temporibus, habituros totum & quicquid per hujusmodi Commissarios seu Deputatos nostros Quinque, Quatuor, Tres, vel Duos eorum, cum *dicto Duce*, seu ipsius Deputatis seu Deputandis ab eodem, Actum, Factum, Ordinatum, Concordatum, * vel Conventum fuerit in Præmissis, vel in aliquo Præmissorum; & Exponimus Cautionem, • IX. 143.

Eaque omnia & singula, per Literas nostras, & sub Magno Sigillo nostro, Ratificabimus & Confirmabimus quotienscumque ad hoc fuerimus requisiti.

In cujus rei testimonium has Literas nostras Patentes fieri, &

L Magni

le Tierce jour de Janier, l'An de nostre Regne Primier,
Savoir faisons que Nous,

Confians a pleine des Sens, sauance, Loalte, & bone Diligence des ditz, *John Colvyle* Chivaler, & Mestre *Richard Hals*, yceulx & chascun d'eulx, par soy, & par le tout, avons Fait, Institue, Ordeigne, & Establi, &, par cez Presentz, Faisons, Instituons, Ordeignons, & Establisons noz Procureurs & certaignes Messages especiaix, oue Poair de Demander & Requirer a aver la Delivrance & Rendre des Vesseaulx & Navires, Biens, & Dengees, & des Gentz, s'aucuns sount detenuz, de nostre Pais, au Pais de Bretaigne, ou ailours,

De Prendre, Receure, & Accepter les ditz Gentz, Biens, & Vesseaux, & la Deliuerance d'iceulx,

Et des Choses Receues Quitter & Donner Quittance,

De Appointer, sur le Fait d'icelle Deliuerance, Composer, Pacifier, Transiger, & Accorder, de Quiter, Remettre, & Pardonner, pur & en Noun de Nous & de noz Subgitz, & de Procurer, Negotier, & Faire, de & sur les Choses desuisditz, leur Circumstances & Dependences, toutz les Choses & chascune que Nous, en nostre propre Persone, ferrions, & faire purrions, si presens & en Parsone y estions, ja soit ce que le Cas requeist Mandement plus especial,

Et Promettons, en bone Foye, & sur l'Obligation & Ypotheque de noz Biens, a aver, & que Nous aurons Agreable, Ferme, & Estable tout quanque es choses dessuisditz, leurs Circumstances & Dependences, serra fait & procure, & en Noun de Nous, & de noz ditz Subgitz, & de chascun d'eulx, par les dites noz Procureurs, & chascun d'eulx,

En les relevant, &, par ces Presentz, les Relevons de toutes Charges & Obligations de Caution & Satisfaction.

En Tesmoignance de quele Chose nous avons fait faire cestes noz Lettres Patentes

Don. a *Westm.* soubz nostre Graund Seal le xxvi. jour de Juyn.

Par le Roy

Ibid. LE Roy a toutz ceux, qui cestes presentes Lettres verront ou orront, Salutz.

Come Nous, *&c. ut supra usque ibi*, Count de Mountfort, *& tunc sic*, pur Demander, Requirer, & Avoir, par Nous & noz Subgitz, Reparation & Restitution d'Attemptaz, faitz par ces Subgitz, sibien encountre les Treues, prises au temps du, treshault memoire, *Henry nostre Seigneur & Pere*, come encountre cestes presentz Treues, ore darreinement, entre Nous & nostre dit *Frere de Bretaign*, prisez & affirmez,

Savoir faisons, *&c. ut supra.*

Don. ut supra.

Par le Roi.

• IX. 144. Ann. D. 1414. *An. 2. H. 5. Ibid. m. 19.*

• *Pro Reformatione praetacta.*

LE Roy, &c. a toutz ceux, qi cestes Lettres verront ou orront, Salutz.

Pour ceo que plusours Griefs, Damages, & Attemptatz ont ore tarde este faitz a noz Lieges & Subgiez d'Engleterre, par les Subgietz de, Haut & Puissant Prince, nostre treschere & treslame Frere, *John Duc de Bretaigne Count de Montfort*, encontre le Tenure dez Treues, darreinement, parentre *Nous & nostre dit Frere*, prisez & accordez,

Avons ordeigne d'Envoier, presentement, al' presence du *nostre dit Frere de Britaine*, noz chierz & foialx, *John Colvyle* nostre Chivaler, & Mestre *Richard Hals* Licencie es Loys, oue poair suffisaunt pur Demander, Requirer, & Avoir Reparation des Griefs, Damagez, & Attemptatz, faitz a noz Lieges suisditz,

Lesquelles Griefs, Damages, & Attemptatz duement Reformez & Reparez par l'Ordinance du *nostre dit Frere*, ou par son Conseill, come il est tenuz par Droit de ceo faire, par vertue de les Treues suisditz,

Nous Volons parailement & semblablement fere faire pur nostre Partie, en cas que ascuns Attemptatz, encontre le Tenure des Treues, par aucuns de noz Lieges, as Subgietz du dit nostre Frere ont este faitz,

Savoir faisons que Nous,

Confians a pleine des Senz, Saviance, Loialte, & bon diligence des ditz, *John Colvyle* Chivaler, & Mestre *Richard Hals*,

Yceux, & chascun d'eulx, par soy, & par le tout, avons Fait, Ordeigne, Institue, & Establi, & par cez Presentz Faisons, Ordeignons, Instituons, & Establissons noz Commissairs, Procureurs & certaigne Messages especialx, oue plein Poair & Auctorite de Traicter ovesque nostre *dit Frere*, ou ovesque sez Commissairs, eiantz Poair suffisant, sur les Attemptatz faitz de l'un coste & de [illegible], & a chascun d'eulx, si-come a Luy appartient, que as dessuisdites, *John Colvyle*, & *Richard*, noz Commis, en faisantz les choses dessuisdites, & chacun d'icelles, ils soient Attendantz & Obeissantz, lour prestantz & baillantz Confort, Conseill, Socours, Presens, Favour, & Eide.

En Tesmoigne de quel chose Nous avons fait faire cestes nos Lettres Patentz.

Don. *a Westm.* soubz nostre Graund Seal le xxvi jour de Juyn.

Par le Roy.

De Marinariis Arestandis pro Ambassiatoribus.

REX, Dilecto sibi, *Roberto Spellowe*, Servienti nostro ad Arma, Salutem. Ann. D.

Scias quod Assignavimus Te ad tot Navigia & Marinarios suffi- 1414.
cientes pro eisdem, quot pro Transitu & Passagio, Dilectorum & *An. 2.*
Fidelium nostrorum, *Johannis Colvyle* Chivaler, & Magistri *Ri- H. 5.*
cardi Hals in utroque Jure Licentiati, Ambassiatorum nostrorum, *Pat. 2.*
• ac eorum Servientium, Familiarium, Bonorum, Rerum & Her- *H. 5.*
nesiarum, versus Partes Britanniae necessaria fuerint, in Portubus *p. 1. m.*
Suthamptoniae Hamull. Weymouth. & Pole, pro Denariis no- *22. d.*
stris, promptè & rationabiliter solvendis, Arestandum, Capien- • IX.
dum, & Providendum, & in Obsequium nostrum, ad deservien- *145.*
dum eisdem Ambassiatoribus, super Transitu & Passagio sui hujusmodi, Ponendum;

Et ideò Tibi Praecipimus quòd circa Praemissa diligenter Intendas, & ea facias & exequaris in forma praedicta:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Praepositis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis nostris, tam infra Libertates, quàm extra, Tenore Praesentium, firmiter in Mandatis quod Tibi, in Executione Praemissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxvi. die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro Archiepiscopo Eborum.

REX, Dilectis sibi, Magistro *Johanni Howyngham*, & Magi- Ann. D.
stro *Thomae Feld*, Legum Doctoribus, Salutem. 1414.
Sciatis quòd, *An. 2.*
Cum in quodam Placito, *H. 5.*
Inter *Henricum Archiepiscopumi Eborum*, & *Johannem Bowet* *Pat. 2.*
Armigerum, & *Willielmum Farington* Chivaler, coram Nobis, *H. 5.*
in Cancellaria nostra pendente, *p. 1. m.*
Ac in quodam alio Placito, *9. d.*

Inter praefatos, *Archiepiscopum*, & *Johannem*, & *Walterum Markam*, in Cancellaria praedicta similiter pendente,

Quaedam Controversiae, super quibusdam Conditionibus & Contractibus, inter ipsos factis, qui apud Civitatem nostram Burdegaliae, ut asseritur, adimpleri debuerunt, nuper motae & exortae fuissent,

Nos,

Pro Majori declaratione Cognitionis ejusdem Materiae certiorari Volentes, ac de Fidelitate & Circumspectione vestris plenius confidentes,

Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad, carissimum Consanguineum nostrum, *Edwardum Ducem Eborum*, Magistrum *Johannem Bordili* Legum Doctorum, *Johannem Knyght* Armigerum, *Johannem Carnell* Armigerum, & *Johannem Mantill* Notarium, & alios Testes quoscumque, infra nostram Ligeantiam ubicumque morantes (Parte dicti *Willielmi* primitùs ad hoc praemunita) qui de Praemissis claram habent Notitiam, coram vobis venire faciendum,

Et ad eos, per eorum Sacramenta, super veritate Praemissorum dicendâ, diligenter Examinandum,

Ipsosque, Dicta, & Depositiones, quatenus concordaverint, concordandum, &, quatenus discrepant, specialiter assignandum,

Necnon ad Nos de toto Facto vestro, in hac parte, in Cancellariam nostram, sub Sigillis vestris, vel alterius vestrûm, distinctè & apertè Certificandum;

Et ideo Vobis Mandamus quòd circa Praemissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma praedicta:

Damus autem praefatis, *Duci*, *Johanni Bordili*, *Johanni Knyght*, *Johanni Carnell*, & *Johanni Mantill*, & omnibus aliis quorum interest, Tenore Praesentium, firmiter in Mandatis quòd Vobis, & alteri

m. 24. 5. 18. * IX. 146.

Scotia, in Regnum Regis Angliæ, per Dominium & Potestatem sua, tam per Terram, quàm per Mare, cum * Hominibus & Servientibus suis, tam Equitibus, quàm Peditibus, tam per Villas Firmatas, quàm alibi, usque ad Numerum Triginta Personarum in Comitiva sua, penes Personam Regis, certis de causis, veniendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, ac Equos, Res, Hernesia, & Bona sua quæcumque,

Proviso semper quòd iidem, Robertus, *&c. ut in Similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxviii. die Junii.

Per ipsum Regem.

De Tractando, cum Ambassiatoribus Regis Castellæ, super Litibus motis vel movendis.

Ann. D. 1414. *An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 24.*

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industria, dilectorum, & fidelium nostrorum, *Joannis Blount* Militis, Magistrorum, *Thomæ Felde* Decani Herefordensis, & *Johannis Borden* Archidiaconi Medulsensis, in Ecclesia Burdegalensi, Legum Doctorum, plenius confidentes,

Ipsos Tres, vel Duos eorum, Fecimus, Ordinavimus, & Constituimus, ac Facimus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes, nostros Ambassiatores & Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes eisdem Auctoritatem, Potestatem, ac Mandatum speciale, ad Conveniendum, Standum, Communicandum, Tractandum, Appunctuandum, & Concordandum cum Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, seu Nunciis, Serenissimi Principis, *Regis Castellæ & Legionis*, Consanguinei nostri carissimi, sufficientem ex parte sua Potestatem habentibus, super Materiis infrascriptis,

Et specialiter ad Audiendum, Cognoscendum, Decidendum, & fine debito Terminandum, summariè & de plano, sine strepitu & figura Judicii, unà cum Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, seu Nunciis *Consanguinei nostri prædicti*, omnes & singulas Lites seu Causas, motas vel movendas, per quascumque Personas, tam Regnorum & Dominiorum nostrorum, quàm Regnorum & Dominiorum *nostri Consanguinei* supradicti, de & super omnibus & singulis Roberiis, Prædis, Marchis, Contramarchis, seu aliis Captionibus quibuscumque, factis sive perpetratis per quascumque Personas, Subditos & Vassallos utriusque Regnorum & Dominiorum prædictorum, præter & contra formam Treugarum, inter Regna Angliæ & Castellæ & Legionis aliàs initarum, citra tempus quo regnare incepit, celebris recordationis, *Henricus nuper Rex Castellæ & Legionis*, Pater, Consanguinei nostri prædicti, *Regis Castellæ & Legionis Moderni*, usque ad diem Purificationis beatæ Mariæ ultimò præteritum inclusivè; In qua quidem die Treugæ prædictæ, inter *Nos & Consanguineum nostrum* prædictum jampridem initæ & firmatæ, suum initium habuerunt,

Ac etiam de & super quibuscumque, forsitan hactenus Attemptatis hincinde, contra Treugas hujusmodi jam præsentes,

Necnon Sententiam sive Sententias, in Litibus sive Causis hujusmodi, concorditer proferendum,

Ulteriusque Faciendum, Exercendum, & Expediendum quæ in præmissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum de se magis exigant speciale,

Promittentes, in verbo regio, nos Ratum, Gratum, & Firmum, pro perpetuo, habituros quicquid per Ambassiatores & Nuncios nostros prædictos, vel Duos eorum, unà cum Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, seu Nunciis antedictis, Actum, Gestum, Conventum, Concordatum, Promissum, Firmatum, vel Appunctuatum fuerit in Præmissis, & quolibet Præmissorum, & illud, effectualiter & bonà fide, sine aliqua deceptione, quantum ad Nos attinet, facimus Executioni debitæ Demandari.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. *in Palatio Regis Westmonasterii*, secundo die Julii.

Per ipsum Regem.

* IX. 147.

* *De Tractando, cum eisdem, super Prorogatione Treugarum.*

Ann. D. 1414. *An. 2. H. 5. ibid.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, *&c. ut supra usque ibi*, ad Conveniendum, *& tunc sic*, Communicandum, Tractandum, & Appunctuandum cum Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, seu Nunciis, Serenissimi Principis, *Regis Castellæ & Legionis*, Consanguinei nostri carissimi, de & super Prorogatione Treugarum, inter Nos Regna-

De Licentia Traducendi Peregrinos.

Ann. D. 1414. *An. 2. H. 5. Ibid. m. 23.*

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Concessimus & Licentiam Dedimus, Dilecto nobis, *Johanni Russell* de Fowy, Magistro sive Possessori cujusdam Navis vocatæ la James de Fowy, quòd ipse Quinquaginta Peregrinos in Navi prædicta recipere, & eos versus Sanctum Jacobum Galiciæ, ad vota sua ibidem perficienda, & abinde in Regnum nostrum Angliæ reducere, possit liberè & impunè, aliquibus Ordinationibus, in contrarium factis, non obstantibus,

Dummmen Peregrini illi de Amicitia & Obedientia nostris existant, & quòd Aurum vel Argentum, in Massa seu Moneta, colore præsentis Licentiæ nostræ, contra Statuta & Ordinationes Regni nostri, secum non deferant quovis modo.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, tertio die Julii.

Pro Fratribus Minorum de Llamaysi.

Ann. D. 1414. *An. 2. H. 5. Par. 2. H. 5. p. 2. m. 29.*

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Monstraverunt Nobis, Dilecti nobis in Christo, *Fratres Ordinis Fratrum Minorum* qualiter Domus Fratrum Minorum de Llamaysi, infra Insulam nostram d'Anglesey, in Northwallia (in qua quidem Domo Divinum Servitium, ab antiquo honestè factum fuit & usitatum) per Rebellionem Wallensium & *occasione* Guerrarum, ibidem jam tarde factarum & continuatarum, totaliter desolata, & Obsequium Divinum in eadem diminutum & subtractum, existunt,

Nos,

Considerantes quòd Domus prædicta de Fundatione Progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ, & nostro Patronatu existit, & similiter quòd in eadem Domo Corpus tam Filiæ *Regis Johannis* Progenitoris nostri, quàm Filii *Regis Daciæ*, necnon Corpora *Domini de Clyffort*, & aliorum Dominorum, Militum, & Armigerorum, qui in Guerris Walliæ, temporibus Illustrium Progenitorum nostrorum, occisi fuerant, Sepulta existunt,

Ac volentes proinde Servitium Divinum in præfata Domo manuteneri & ibidem de cætero continuari,

Concessimus, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, quòd in eadem Domo sint imperpetuum Octo Fratres ibidem Divina Servitia celebraturi, & Deum, pro salubri Statu nostro, ac carissimorum Fratrum nostrorum, & aliorum de Sanguine & Progenie nostris, & pro Animabus nostris cùm ab hac Luce migraverimus, & similiter pro Animabus * Patris & Matris * IX. 148.

nostrorum & Progenitorum nostrorum, & eorum qui in Domo prædicta, ut prædictum est, sunt sepulti, & omnium Fidelium Defunctorum, exoraturi in perpetuum,

Quorum quidem Octo Fratrum volumus quòd Duo sint de Natione Wallensi, ratione Victûs sui & aliorum, ad Sustentationem suam necessariorum, adquirendorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, tertio die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Navigiis arestandis, pro Transitu Ambassiatorum.

Ann. D. 1414. *An. 2. H. 5. Claus. 2. H. 5. m. 18.*

REX, Constabulario Castri sui Dovorriæ, & Custodi Quinque Portuum suorum, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

Quia Ordinavimus & Assignavimus certos Ambassiatores nostros, versus Partes Transmarinas, pro certis Negotiis nostris inibi peragendis, in Portu Villæ nostræ de Wynchelse, in proximo transituros,

Vobis Mandamus quòd Navigia, vocata Passagers, & alia Vasa, pro Transitu prædictorum Ambassiatorum, ac Quingentorum Equorum in Comitiva sua, in Portibus Quinque Portuum prædictorum existentia, tam infra Libertates, quàm extra, arestari, & *Roberto Passemer*, Servienti nostro ad Arma, seu aliis Personis sufficientibus, deliberari faciatis, ad ea, versus dictum Portum de Wynchelse, ex causa prædicta, cum omni celeritate possibili, Conducendum & venire faciendum,

Et hoc, sicut Expeditionem Negotiorum prædictorum diligitis, nullatenus omittatis; ita quòd, in vestri Defectum, eadem Negotia (quod absit) aliqualiter non retardentur.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Quarto die Julii.

Per ipsum Regem & Concilium.

Consimile Breve dirigitur Locumtenenti Villæ Regis Calesii in Portu Villæ Calesii, sub eadem Data.

Sciatis quod Nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industria, dilecti & fidelis nostri, Magistri *Johannis de Berdili*, Legum Doctoris, pleniùs confidentes,

De Avisamento Concilii nostri, Constituimus eum Cancellarium nostrum Ducatûs nostri Aquitanniæ, Habendum & Exercendum dictum Officium quamdiu nobis placuerit, unà cum Feodis, per nostrorum Prædecessorum Cancellarios, ibidem percipi consuetis:

Damus enim in Mandatis omnibus Subditis nostris quòd dicto Cancellario nostro, in omnibus Officium Cancellarii concernentibus, pareant & intendant, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Quinto die Julii.

Per ipsum Regem.

• IX. 149. ** Super Factis Armorum perficiendis.*

Ann. D. 1414. REX, universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem.

An. 2. Sciatis quòd,

H. 5. Cùm *Stephanus Dagmar*, de Regno Portugaliæ Armiger, ad

Franc. 2. certa Armorum Facta, cum *Francisco de Graubus* Francigena Mi-

H. 5. lite, assumpserit perficiendum,

m. 17. Ac partes prædictæ, ad hujusmodi Arma, coram Senescallo nostro Acquitanniæ, de licentia nostra, perimplendum, concordatæ existant,

Nos (Securitati ipsius *Francisci* prospicere volentes in hac parte) suscepimus ipsum *Franciscum*, in dictum Ducatum nostrum Aquitanniæ, ex causa prædicta, cum Sexaginta Personis in Comitiva sua, Armatis vel non Armatis, veniendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, ac Personas prædictas, necnon Equos, Hernesia, & Bona sua quæcumque, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales;

Et ideo vobis Mandamus quòd ipsum *Franciscum*, in Ducatum nostrum prædictum, cum Personis prædictis in Comitiva sua, ex causa prædicta, veniendo, ibidem morando, & exinde ad propria, ut prædictum est, redeundo, necnon Personas prædictas, ac Equos, Hernesia, & Bona sua prædicta Manuteneatis, Protegatis & Defendatis,

Non inferentes eis, vel inferri permittentes, Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen,

Et, si quid eis Forisfactum sive Injuriatum fuerit, id eis sine dilatione debitè corrigi & reformari faciatis,

Proviso semper quòd prædictus *Franciscus*, aut Personæ prædictæ, quicquam, quod in Nostri seu Populi nostri præjudicium cedere valeat, non attemptent, seu attemptari facere præsumant quovismodo,

Et quòd ipsi & eorum quilibet erga Nos & Populum nostrum benè & honestè se gerant & habeant,

Quodque Personæ prædictæ Proditores nostri aut Gentes extra Regnum nostrum Angliæ aut dictum Ducatum nostrum Bannitæ seu Adjudicatæ non existant,

Et quòd idem *Franciscus* præsentes Litteras nostras de Salvo Conductu, ante introitum suum cujuslibet Castrorum, Villarum firmatarum, seu aliorum Fortalitiorum quorumcumque, Capitaneis, Majoribus, Ballivis, sive Custodibus eorumdem primitùs demonstret.

In cujus, &c. per Quatuor Menses proximò futuros duraturas.

Teste Rege apud Blithe quinto Julii.

Super Articulo in Tractatu Bretigniaci, de Exemplificatione.

Ann. D. 1414. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

An. 2. Sciatis quòd, INSPEXIMUS Litteras Patentes *Karoli*,

H. 5. *Primogeniti nuper Regis Franciæ*, Ducis Normanniæ, & Dolsini

Ibid. m. 24. de Vienna, factas in hæc verba,

CHarles, ainsne Filz du Roy de France, Duc de Normandie, & Dauphin de Vienne, savoir faisons a tous, que Nous avons veu & diligentment Avisie lez Lettres de nostre treschier Seigneur & Pere, contenans la Forme que s'ensuit,

JEhan, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, a toutz ceux, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Savoir faisons que, ou Traictie de Paix & d'Acort, fait le viii.

Trois Milions feront payez.

Le quel Article Nous Roy de France dessusdit confessons estre vray.

Et come Nous aions Paie, a Calais, aut dit nostre Frere *le Roy d'Angleterre* Quatre Cens Mille Escuz en deduction & rebat des Trois Milions dessusdiz,

Nous, avec ce, Promettons, en bonne foy, saunz mal engin, paier a nostre dit Frere le dit demourant, selon la Teneur du dit Article, a Londres,

Except les Deux Cens Mille de Rest, du primer Payment, des Six Cens Mille, qui feront paiez a Calais ou a Bruges, selonc la Teneur de noz autres Lettres, donnez a nostre *dit Frere d'Angleterre*,

Et pur ce li Obligons Nous, noz Heires, & noz Biens, & les Biens de noz Heirs, presens & a venir, cessant tout contredit & opposition,

Et Jurons sus Sains Euvangiles, touchees de nostre main, les Choses dessusdites Enteriner, Acomplir, & Garder, & non venir encontre par quelque manere,

Renuncians a toutes Exception de deception, de circonvention, a touz Privilleges empetrez in & empetrer, & au Droit disant general Renunciation non valoir, & a toutes autres de Fait & de Droit qui pourroient estre dites au contraire.

Et,

Come Nous avons donne a nostre dit *Frere d'Angleterre* noz autres Lettres Obligatoires, contenens en effet tout ceo que ci dessus est dit, faisans mention des diz Trois Millions d'Escuz en la manere dessusdite,

Et, a present, Nous soions hors du Pouoir de nostre dit Frere, & en nostre franche volunte, & facons sans Contrainte cest Obligation present, & auxi soit fait mention des Trois Millions dessusdites es Traictez de la Paix & es Confirmations d'iceulx,

Nostre entent n'est pas que quelque Obligacion, autre que ceste, ou mencion quelconques fait de la dit Somme es diz Traictiez & Confirmations, Nous ne ne doie tenir obligez en icelle Some, ne estre valable; Mais est nostre Entention, sicome estre doit, que nostre *dit Frere d'Engleterre* soit content de cest present Obligation, quant a ceo que dessus est dit, la quelle Nous voulons valoir & tenir quant a ceo que dessus est dit.

En Tesmoignance de la quelle Chose nous avons fait mettre nostre Seel a ces presentes Lettres.

Donnez a *Boulogne*, le xxvi. jour d'Octobre, l'An de Grace Mille, Troiscentz, Sexante.

Et Nous, vouillans, de tout nostre Pouair, Enteriner & Acomplir tout ceo que nostre dit Seigneur & Pier a Promis & Convenance, Promettons, loyalment & en bone foy, & avons Jure & Jurons, sur le Corps Jhesu Christ sacre, Tenir, Garder, & Acomplir, pour tant come il nous touche & pourra toucher, toutes & chaicun les choses contenues es Lettres cy dessuz transcriptez, & par la forme & manere que comprys y est, saunz venir ne faire venir, pour le temps a venir, en aucune manere, a l'encontre.

Don. a *Boulogne* le xxvi. jour d'Octobre, l'An de Grace Mille, Troiscens, Sexante.

Nos autem Tenorem Litterarum prædictarum, Tenore Præsentium, duximus Exemplificandum,

Et hoc omnibus, quorum interest, Innotescimus per Præsentes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, quinto die Julii.

Per ipsum Regem.

De Tractando super Matrimonio Franciæ.

REX, Reverendo in Christo Patri, *Thomæ Episcopo Dunelmensi*, &c, dilectis Consanguineis nostris, *Ricardo Episcopo Norwicensi*, *& Thomæ Comiti Saresburiensi*, Salutem. Ann. D. 1414.

Cùm noviter, inter *Consanguineum nostrum Franciæ*, per Com- *An.* 2.

missarios & Ambassiatores suos, & *Nos*, per Ambassiatores & *H.* 5.

Commissarios nostros, habiti fuerint varii & diversi Tractatus, ad *Ibid. m.* 23.

inducendam & firmandam Pacem finalem * & perpetuam inter • IX.

Consanguineum nostrum prædictum & *Nos*, ac Subditos, & Li- 151.

geos utriusque Regni Angliæ & Franciæ,

Ad quam inducendam & nutriendam videbatur, Nunciis *Consanguinei nostri* prædicti, viam propinquiorem & commodiorem fore Renovationem Affinitatis & Parentelæ, inter præfatum *Consanguineum nostrum* & *Nos*, fiendam per Contractum Matrimonii, inter Personam nostram & inclitam Puellam, *Dominam Katerinam*, ipsius Consanguinei nostri Filiam, celebrandi,

Nos,

ventus,

Promittimus insuper, bonâ fide & in verbo regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid per vos, aut Duos, vel unum vestrûm, Gestum, Promissum, Contractum, & Conclusum fuerit in Præmissis, & quolibet Præmissorum;

Nec præsens nostrum Mandatum quovis modo revocabimus, quousque per vos, vel unum vestrûm, certiorati fuerimus hujusmodi Matrimonium, seu Sponsalia, aliquibus ex causis, optatum non posse sortiri effectum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, quinto die Julii.

Per ipsum Regem.

Pro Comitiva Episcopi Norwicensis Ambassiatoris versus partes Franciæ.

Ann. D. 1414. Ar. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 23.

JOhannes *Coleshull* Armiger, qui, in Obsequium Regis, in Comitiva, Reverendi in Christo Patris, Consanguinei Regis carissimi, *Ricardi Norwicensis Episcopi*, unius Ambassiatorum Regis, versus partes Franciæ missi in quadam Ambassiata, Regem & Regnum suum concernente, ad partes prædictas profecturus est, ibidem moraturus, per Dimidium Anni duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Quinto die Julii.

Per Billam de Privato Sigillo.

De Licentia concedendi salvos Conductus.

Ann. D. 1414. Ar. 2. H. 5. Ibid. m. 19.

REX, Venerabili in Christo, Patri, *Thomæ Episcopo Dunolmensi*, &, Dilectis Consanguineis nostris, *Ricardo Episcopo Norwicensi*, *Thomæ Comiti Saresburiensi*, ac, *Ricardo Domino de Grey*, necnon & *Johanni Pelham* Militi, *Roberto Waterton* Armigero, & *Henrico Ware* in utroque Jure Licentiato, Salutem.

Ad Concedendum & Faciendum, pro nobis & nomine nostro, quoscumque salvos Conductus, quibuscumque Personis (cujuscumque Gradûs, Statûs aut Conditionis existant) ac in quanto Numero vobis videbitur, in & per omnia Regna, Terras, Districtus, & Dominia nostra, per Terram & per Mare, ac sub talibus modo & forma quæ eisdem videbitur expedire,

Vobis,

De quorum Fidelitate, Circumspectione, & Industria fiduciam gerimus specialem,

Seu Sex, Quinque, aut Quatuor ex Vobis, Potestatem plenariam Concedimus per Præsentes,

Quos quidem salvos Conductus, per vos concedendos, talem Vigorem optinere volumus, qualem haberent si Nos ipsi Concederemus eosdem,

Ac insuper Promittimus, in bonâ fide & verbo Regio, Nos
* IX. 152. Ratum, Gratum, * Firmum, & Stabile habituros quicquid vos Septem, seu Sex, Quinque, aut Quatuor ex vobis in Præmissis duxeritis faciendum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Quinto die Julii.

Per ipsum Regem.

Pro Thoma Dunolmensi Episcopo in Ambassiata versus partes Franciæ.

Ann. D. 1414. Ar. 2. H. 5. Ibid. m. 23.

VEnerabilis in Christo Pater, *Thomas Dunolmensis Episcopus*, qui ad Partes Franciæ, de Mandato Regis, in quadam Ambassiata, Regem & Regnum suum tangente, profecturus est, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *Volumus*) per Dimidium Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vii. die Julii.

Per Billam de Privato Sigillo.

Ann. D. 1414. Ar. 2. H. 5. Claus. 2. H. 5. m. 18.

De Cistis, Ambassiatorum versus partes Hispaniæ, absque aperitione traducendis.

REX, Universis & singulis Custodibus Portuum Maris & aliorum locorum maritimorum, necnon Scrutatoribus nostris in eisdem Portubus, Salutem.

Mandamus Vobis, quòd Magistrum *Thomam Felde*, & Magi-

De Appellatione audienda.

REX, Dilecto & Fideli suo, *Johanni Seint Johan* Chivaler Majori Civitatis suæ Burdegaliæ, vel ejus Locumtenenti ibidem, ac, Honorabilibus & discretis Viris, Magistris, *Johanni de Bordin* Judici alti Concilii nostri, & *Thomæ Felde* Decano Herefordensi, Legum Doctoribus, necnon, Magistris, *Bertrando de Asta* Decretorum Doctori Judici nostræ Curiæ Appellationum Vasconiæ, & *Guilhermo de Cerpes* Judici nostri alti Concilii nostri Civitatis nostræ Burdigalæ, Salutem. Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Vasc. 2. H. 5. m. 11.

Sciatis quòd,

Cùm, carissimus Dominus & Pater noster, *Henricus nuper Rex Angliæ*, per Literas suas Patentes (quarum Data est Vicesimo Secundo die Augusti, Anno Regni sui Decimo) Concesserit, quantum in ipso fuit, dilecto nobis, *Karolo de Beaumont*, Castellano nostro de Mauleon, ad specialem supplicationem ipsius *Karoli*, quòd ipse, durante vitâ suâ propria, per se, & ad opus suum, per Manus suas proprias, vel per Procuratores seu Deputatos suos, levare, percipere, & recipere possit, de Mercandisis & Rebus subscriptis, quæ per Nace Piscenar. & Ripariam vocatam Ladon, prope Castrum de Guissen existentes, dictis Terræ & Dominio præfati Castri de Guissen pertinentes, transibunt, certum Pedagium, videlicet,

Pro quolibet Samuagio Panni, vel alterius rei Mercatoriæ, Quinque Arditz Guiaynes,

Pro qualibet Pipa Vini Duo Arditz & Dimidium,

* Pro Dolio de Pastell Septem Arditz, * IX. 153.

Pro qualibet Carecta Frumenti Duo Arditz & Dimidium,

Pro quolibet Capite magnæ Bestiæ Dimidium Arditz,

Pro quolibet Quintallo Ferri Duo Arditz & Dimidium,

Et de qualibet Tracta Corii Quinque Arditz,

Quorum quidem Arditz quodlibet valet unum obolum Sterlingorum, ut dixit,

Proviso semper quòd sua prædicta Concessio in alicujus præjudicium, qui Franchesias vel Pedagia habent in partibus prædictis, non cedat ullo modo,

Prout in Literis suis Patentibus, inde confectis, pleniùs continetur,

Ac postmodum Major, Scabini, Jurati, Consules, & Centum Pares Civitatis nostræ Baionæ, ac Communitas & Universitas ejusdem, à certis Gravaminibus, per præfatum Dominum *Karolum*, in levatione præfati Novi Pedagii factis, & verisimiliter impostetum fiendis, ac ab Impositione, Exactione, & Concessione præfati Novi Pedagii, tanquam nimis præjudicialibus & Dampnosis Præfatæ Civitati Baionæ, necnon Habitantibus in eadem, ut allegant, etiam, ut asserunt, à veritate Præmissorum, nec veraciter informatos nec consultos, ad præfatum Carissimum *Patrem nostrum* & suam Audientiam appellârunt, sicut per Instrumentum Publicum, super hoc nobis exhibitum, clarè liquet,

Adhærentibus Appellationi hujusmodi Juratis & Communitate Villæ Sancti Severi, ac Juratis & Communitate Civitatis Aquensis, præfatis Impositione, Exactione, & Concessione tanquam eis nimium Præjudicialibus & Dampnosis, ut dicunt, prout per Instrumenta Publica, nobis super hoc exhibita, plenè constat,

Quam quidem Appellationem Civitates & Villæ supradictæ intendunt, ut asserunt, prosequi cum Effectu,

Postquam plures Actus Judiciales, inter partes prædictas, coram præfato carissimo *Patre nostro*, ex parte præfatarum Civitatum & Villarum, nobis fuit humiliter supplicatum ut eis certos Judices sive Commissarios, super Appellationis Negotio supradicto, assignare dignaremur,

Nos,

Supplicationi prædictæ, tanquam Juri Consonæ, annuentes,

Vobis Quinque, Quatuor, Tribus, vel Duobus vestrûm (de quorum Fidelitate & Industria fiduciam gerimus specialem) Committimus Vices nostras, & plenam, Tenore Præsentium, Potestatem, ac Mandatum speciale, ad Audiendum, Cognoscendum, & Procedendum in Causa sive in causis Appellationis hujusmodi, prout dictabit ordo Juris,

Ipsamque, cum suis Emergentibus, Dependentibus, & Connexis quibuscumque, secundum Juris exigentiam, Discutiendum, & debito fine Terminandum,

Juribus & Prærogativis nostris Nobis in omnibus semper salvis,

Ac etiam ad Testes quoscumque, per utramque partium prædictarum, in dicta Causa Appellationis, coram Vobis Quinque, Quatuor, Tribus vel Duobus vestrûm, aut Deputatis vestris idoneis, Producendum,

Et, si dolo, fraude, odio, vel favore, seu aliàs injustè, subtraxerint, veritati testimonium perhibere Compellendum, cum Pœnæ, & Mulctæ, alteriusque temporalis Cohertionis Potestate;

Et ideo Vobis Quinque, Quatuor, Tribus, vel Duobus vestrûm Mandamus quòd,

Vocatis coram vobis Quinque, Quatuor, Tribus vel Duobus ve-

Præjudicium Civitatum Burdegaliæ, Baionæ, & Aquensis, Villæ Sancti Severii, & Patriæ nostræ adjacentis, contra Franchesias,
• IX. 154. • Libertates, & Privilegia, inibi laudabiliter & legitimè observata?

Et an tendat in Præjudicium Mercatorum, venientium cum suis Mercimoniis, & recedentium à dictis Civitatibus, in tantum quòd Mercatores, qui consueverunt venire, recedere cessent, propter Novum Pedagium antedictum?

Inquiratis etiam, quomodo, qualiter, & quibus rationibus, & ob quas Causas, hujusmodi Præjudicium generetur?

ITEM, an dictum Novum Pedagium positum fuerit infra Limitates Pedagii Castri nostri Regii Baionæ, & infra Jurisdictionem dictæ Civitatis?

ITEM, an antedictum Novum Pedagium sit positum in Jurisdictione & Territorio Castri de Guissen?

ITEM, quantum distat dicta Riparia à dicto Castro de Guissen?

Inquiratis etiam, an dictum Novum Pedagium sit impositum contra Libertates & Franchesias dictarum Civitatum, & præmaximè Civitatis Baionæ, & in præjudicium Pedagiorum Castri Regli Baionæ, Locorum Sordue, de Peyresoard, de Fastingues, Castri Civitatis Aquensis?

ITEM, an Castrum de Guissen habeat Jurisdictionem & Dominium in Riparia vocata Ladour, per Locum illum per quem Mercatores, cum suis Mercimoniis, vadunt per Aquam ad Civitatem Baionæ & reveniunt, & in Loco ubi Novum dictum Pedagium est impositum?

ITEM, an dictus Dominus *Karolus* sit abusus Impositione & Receptione dicti Novi Pedagii, excedendo Concessionem per dictum Patrem nostrum sibi factam?

Damus autem Senescallo Ducatûs nostri Aquitanniæ, ac Consilio nostro Ducatûs ejusdem, ac universis & singulis Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Majoribus, Constabulariis, ac aliis Officiariis & Ministris, Ligeis, Subditis & Fidelibus nostris quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Vobis Quinque, Quatuor, Tribus, vel Duobus Vestrûm, in Præmissis faciendis & exequendis, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, & Vestris Mandatis Obedientes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, x. die Julii.

Pro Comite Sarum in Ambassiata profecturo.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 23.

THomas Comes Sarum, qui ad partes Franciæ, de mandato Regis, in quadam Ambassiata, Regem & Regnum suum tangente, profecturus est, habet Literas Regis de generali Attornato, sub nominibus *Willielmi Wenard* & *Ricardi Hertcombe*, sub alternatione, ad lucrandum, &c. in quibuscumque Curiis Angliæ, per Dimidium Anni duraturas,

Præf. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo die Julii.

Cancellarius recepit Attornamentum usque reditum Constituentis in Angliam.

Idem Comes sub nominibus *Johannis Wakeryng* Clerici & *Willielmi Poulet.*

Teste ut supra.

Idem Cancellarius recepit Attornamentum ut supra.

Pro Comite Dorset, de Herbergagio.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Pat. 2. H. 5. p. 2. m. 32.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Carissimus Avunculus noster, *Thomas Comes Dorsetiæ*,

De cujus Fidelitate, Circumspectione, & industria multipliciter Confidimus,

Circa personam nostram, de Mandato nostro, sit intendens,

Assignavimus eidem Comiti, pro tempore Moræ suæ apud Westmonasterium, Villam de Stratford Langthorn, cum Parochia de Hamme, in Comitatu Essexiæ,

Habenda eidem Comiti, pro termino Vitæ suæ, pro Herbergagio Hominum & Servientum ac Equorum suorum, Ita quòd Herbergeator Hospitii • noster Villam & Parochiam prædictas, vel
• IX. 155. alteram earumdem, pro tempore Moræ ipsius Comitis apud West-

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Vasc. 2. H. 5. m. 4.

Sciatis quòd Nos,

Considerantes probitatem ac strenuitatem excellentem, dilecti & fidelis nostri, *Johannis de Donazit* Chivaler, necnon multimoda fructuosa Labores & Obsequia Nobis & Prædecessoribus nostris per ipsum, & præsertim nuperimè in Partibus Aquitanniæ, in Comitiva, carissimi Avunculi nostri, *Thomæ Comitis Dorsetiæ*, exhibita & ostensa,

Et Volentes proinde præfatum Militem nostrum, prout sua condigna exigunt Merita, Favoribus, Honore, & Gratiis aliqualiter præmiare,

Ipsum *Johannem in Baronem de Donazit* Ereximus, Creavimus, & Præficimus per Præsentes,

HABENDA & TENENDA *Nomen, Stilum & Honorem Baronis de Donazit*, unà cum Jurisdictione Baroniæ hujusmodi, infra Hæreditatem suam, in partibus prædictis, sibi & Hæredibus suis Imperpetuum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xvii. die Julii.

Per ipsum Regem.

Pro Magistro Generali Heremitarum Sancti Augustini.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 21.

REX, per Literas suas Patentes, per unum Annum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Fratrem *Petrum de Vena*, de Provincia de Toloise, Priorem Generalem Ordinis Fratrum Heremitarum Sancti Augustini in Regnum Regis Angliæ, cum Duodecim Personis in Comitiva sua, ac Equis, Rebus & Hernesiis suis quibuscumque, veniendo, & omnes Domos Ordinis prædicti, ibidem morando, & perheadinando, & exinde ad partes suas proprias, absque molestatione, inquietatione, sive impedimento quocumque, redeundo,

Proviso semper quòd idem Prior, aut Personæ prædictæ, quicquam, quod in Regis præjudicium seu Contemptum cedere valeat, non attemptent seu attemptari faciant quovis modo,

Nec quòd Personæ prædictæ Proditores Regis, aut Personæ extra Regnum Regis Angliæ Bannitæ seu Abjudicatæ, existant.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxii. die Julii.

Per Billam de Privato Sigillo.

De Tractando cum Sigismundo Imperatore.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. m. 22.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Quia, illustrissimus Princeps, *Sigismundus*, *Romanorum & Ungariæ Rex*, ex totis desideriis cordis sui, affectat inire Nobiscum Fœdera Amicitiarum & Ligarum, prout per *Hertangum Clux* Militem, pro parte • præfati Romanorum & Ungariæ Regis,
• IX. 156. sumus informati,

Nos igitur (Pium Propositum dicti Regis in Domino commendantes) ad Communicandum, Tractandum, & finaliter Concludendum cum eo, seu Deputatis, aut Deputandis ab eodem, pro Nobis & Nomine nostro, super Omnibus & Singulis Causis & Materiis, Nobis, per præfatum Hertangum, ex parte dicti Regis, Expositis & declaratis, dilectos & fideles nostros, *Walterum Hungerford* Militem, *Symonem Sydenham* Legum Doctorem Canonicum Ecclesiæ Cathedralis Sarum, & *Johannem Waterton* Scutiferum, Constituimus nostros, in hac Parte, Procuratores, Ambassiatores, & Nuncios speciales,

Dantes eisdem, *Waltero*, *Simoni*, & *Johanni*, Tribus, & Duobus eorum, plenariam Potestatem, per Præsentes, Præmissa Omnia & Singula, ac alia ea concernentia, cum eorum connexis & Dependentiis quibuscumque, pro Nobis & nomine nostro, faciendi, exercendi, & expediendi:

Promittentes, insuper, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid per eosdem, *Walterum*, *Simonem*, & *Johannem*, Tres, & Duos eorum, Actum, Gestum, Promissum, Contractum, & Concordatum fuerit in Præmissis, & quolibet Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo tertio die Julii.

Per ipsum Regem.

De

[illegible], prout convenit,

Nolumus tamen, nec Intentionis nostræ exitit, nec adhuc existit, quòd aliqua Victualia sive Mercandisæ, per præfatum Ducem aut Subditos suos prædictos, ad Forum Villæ nostræ Caleis adducto seu adducenda, colore Literarum nostrarum prædictarum, capiantur seu arestentur ullo modo;

Et ideò Vobis Mandamus, firmiter Injungentes, ne præfatum *Johannem* seu Procuratores suos prædictos, Literas prædictas, quoad Captionem sive Arestationem hujusmodi Victualium & Mercandisarum, ad Forum prædictum, ut præmittitur, adductorum seu adducendorum, exequi permittatis quovis modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo quarto die Julii.

Per ipsum Regem.

De Regio Assensu.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Pat. 2. H. 5. p. 2. m. 32.

REX, Venerabili in Christo Patri, *R.* eâdem gratiâ, *Episcopo Londoniæ*, Salutem.

Sciatis quòd Electioni, nuper factæ, in Ecclesia conventuali sive Prioratu Sancti Bartholomæi in Smythfeld Londoniæ, de Fratre *Willielmo Coventre*, Concanonico ejusdem Domûs, in Priorem Loci illius, regium Assensum adhibuimus pariter & Favorem,

Et hoc vobis, Tenore Præsentium, significamus, ut quod vestrum est in hac parte exequamini.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxviii. die Julii.

* IX. 157.

** Pro Nuncio Papæ.*

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 18.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Natalis Domini proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Venerabilem Patrem, Fratrem *Jacobum Episcopum de Landen* Nuncium Domini *Summi Pontificis*, in Regno Regis Angliæ jam existentem, versus partes Scotiæ, certis de causis, unitatem Sanctæ Ecclesiæ concernentibus, cum Octo Personis in Comitiva sua, & novem Equis suis, transeundo, & exinde in dictum Regnum Regis redeundo, & abinde versus partes suas Proprias transeundo, ac personas & Equos prædictos, necnon Bona, Res & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper, *&c. ut in Similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo sexto die Augusti.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas Regis de Salvo Conductu habet Magister *Johannes de Austria* Magister in Artibus, & Doctor in Theologia, Decanus Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Thomæ de Lupera Parisius in Regno Regis Angliæ jam existens, versus partes prædictas, certis de causis, unitatem Sanctæ Ecclesiæ concernentibus, cum Tribus Famulis in Comitiva sua, & Quatuor Equis suis, usque Festum prædictum duraturas.

Teste ut supra.

Pro Ambassiatoribus Januæ.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. m. 19.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum natalis Domini proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Venerabilem in Christo Patrem, *Benedictum Buchanigra* Episcopum de Wintumlen, & *Janotum Lamelin*, Ambassiatores *Ducis & Communitatis Januæ*, ad præsentiam Regis, per Dominia & Jurisdictiones Regis, tam ultra Mare, quàm citra, cum Triginta Hominibus & Servientibus Equestribus, & alia Bona & Res sua sibi necessaria, veniendo, ibidem morando, perhendinando & redeundo, ubi & quandocumque sibi placuerit, absque Perturbatione vel Impetitione aliqua, Marqua, Reprisalia, aut alia re quacumque, per Regem in contrarium concessa vel concedenda, non obstante;

Proviso semper quòd prædicti, *Episcopus & Janotus*, aut Homines seu Servientes sui prædicti, quicquam, quod, *&c. ut in Similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xx. die Augusti.

Per Breve de Privato Sigillo.

[illegible] *Henricum Archiepiscopum Cantuariensem* unanimiter compromiserunt,

Eidemque Archiepiscopo Eligendi, sibi & Domui suæ prædictæ, personam ydoneam in Abbatissam & Pastricem liberam Potestatem concesserunt istâ Vice,

Ac idem *Archiepiscopus*, auctoritate Potestatis prædictæ sibi sic traditæ, Religiosam Mulierem, *Benedictam Prede*, Monialem Abbatiæ prædictæ, in Abbatissam & Pastricem ejusdem Abbatiæ * elegerit, sicut per Literas Patentes ipsarum Priorissæ & Conventûs, nobis inde directas, nobis constat, * IX. 158.

Nos, Electionem illam, per prædictum Archiepiscopum sic factam, acceptantes, eidem Electioni Regium Assensum adhibuimus & favorem; & hoc vobis significamus, ut quod vestrum est in hac parte exequamini.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxx. die Augusti.

Per ipsum Regem.

Pro Camerario Ducis Burgundiæ.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 19.

REX, per Literas suas Patentes, per Duos Menses proximò futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Copin de la Virfville* Camerarium, carissimi Consanguinei Regis, *Johannis Ducis Burgundiæ*, in Regnum Regis Angliæ, in Nuncium ipsius Ducis, penes præsentiam Regis, cum Decem Personis in Comitiva sua vel infra, veniendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, ac Personas prædictas, necnon Equos, Res, & Hernesia sua quæcumque, *&c. ut in Similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium Abbatiæ de Pollesworth.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Pat. 2. H. 5. p. 1. m. 29.

REX Escaetori suo in Comitatibus Warwiciæ & Leycestriæ, Salutem.

Cùm dilectus nobis in Christo, *Walterus Bullock*, Custos Spiritualitatis Episcopatûs Coventrensis & Lichfeldensis, Electionem, nuper factam, in Ecclesia Conventuali de Pollesworth, Coventrensis & Lichfeldensis Diœcesis, de, dilecta nobis in Christo, *Benedicta Prede*, Moniali ejusdem Domûs, in Abbatissam Loci illius (cui prius Regium assensum adhibuimus & favorem) confirmaverit, sicut per Literas Patentes ipsius Custodis, nobis inde directas, nobis constat,

Nos, Confirmationem illam acceptantes, eidem Electæ, cujus Fidelitatem, nobis in hac parte debitam, per, dilectum nobis in Christo, *Abbatem de Mira Valle* capi mandavimus, Temporalia Abbatiæ illius, unà cum Exitibus inde, à tempore Mortis *Katerinæ Wyrley*, *nuper Abbatissæ* Loci prædicti, de Gratia nostra speciali, perceptis, Restituimus;

Et ideo tibi Præcipimus quòd eidem *Electæ* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, unà cum Exitibus prædictis, liberes in forma prædicta; salvo jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo tertio die Septembris.

Per ipsum Regem.

Consimile Breve dirigitur Escaetori Regis in Comitatu Gloucestriæ et Marchiæ Walliæ eidem Comitatui adjacentis, sub eadem Data.

Et Mandatum est Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Abbatia de Pollesworth quòd, eidem *Electæ*, tanquam Abbatissæ & Dominæ suæ, in omnibus quæ ad Abbatiam prædictam pertinent, Intendentes sint & Respondentes, sicut prædictum est.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Super Debatis Cantebrigiæ sopiendis.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Claus. 2. H. 5. m. 14.

REX, dilecto sibi Magistro, *Stephano le Scrop*, Cancellario Universitatis nostræ Cantebrigiæ, Salutem.

Cùm, ut accepimus, diversæ Dissensiones, Discordiæ, & Debatæ, inter quosdam Magistros, Regentes, & Graduatos Scolares Juris Civilis & Canonici Universitatis prædictæ, occasione cujusdam Statuti, in * eadem Universitate jam noviter, ut dicitur, editi, motæ & subortæ existant,

Nos,

* IX. 159.

Dissen-

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo septimo die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Licentia ad Scolas Parisius exercendas.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 18.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostra speciali, Concessimus, dilecto Clerico nostro, Magistro *Ricardo Suetesham*, in Theologia Bacalario, quòd ipse versus partes Franciæ se divertere, & apud Civitatem Parisius, per Duos Annos proximò futuros, pro Scolis ibidem excercendis, cum Tribus Famulis Ligeis nostris in Comitiva sua, morari possit, absque Impedimento Nostri vel Hæredum nostrorum,

Dumtamen quicquam, quod in nostri Contemptum vel Præjudicium aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu attemptari præsumant quovis modo.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo octavo die Septembris.

Per ipsum Regem.

Pro Operationibus Ingeniorum.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Pat. 2. H. 5. p. 2. m. 22.

REX, Dilectis sibi, *Nicholao Merbury*, Magistro Operationum, Ingeniorum, & Gunnarum nostrorum, ac aliarum Ordinationum nostrarum pro Guerra, & *Johanni Louthe*, Clerico earumdem Operationum, Salutem.

Sciatis quod assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad tot Lathomos, Carpentarios, Sarratores, Fabros, & Laboratores, quot, pro Operationibus Ingeniorum, Gunnarum, & Ordinationum prædictorum, necessarii fuerint, cum sufficienti Maeremio, Ferro, & omnibus aliis Rebus, Operationibus prædictis similiter necessariis, ac etiam cum Cariagio pro eisdem, cùm rationabiliter indiguerit, quamdiu in Officiis prædictis steteritis, per vos, & sufficientes Deputatos vestros, capiendum & providendum;

Et ideò vobis Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter Intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis nostris, tam infra Libertates, quam extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quod vobis & alteri vestrûm, ac Deputatis vestris hujusmodi, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo secundo die Septembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

• IX. 160

* *De non Transmittendo Gunpoudre versus partes exteras.*

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Claus. 2. H. 5. m. 16.

REX Collectoribus Custumarum & Subsidiorum suorum in Portu Civitatis suæ Londoniæ, ac Custodibus Passagii in eodem Portu, Salutem.

Quibusdam certis de Causis, Nos & Concilium nostrum ad præsens moventibus, vobis Præcipimus, firmiter injungentes, nè aliquem Mercatorem, seu aliquem alium, cujuscumque statûs, gradûs, seu conditionis fuerit, aliquod Gunpoudre versus Partes exteras, in Portu prædicto, absque speciali Mandato nostro, transmitti permittatis,

Et hoc, sub gravi Forisfactura nostra, nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Septembris.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur Collectoribus Custumarum & Subsidiorum in Portubus subscriptis, ac Custodibus Passagiorum in eisdem Portubus, sub eadem Data; videlicet,

Collectoribus Regis in Portu Villæ de Kyngeston super Hull.
Collectoribus Regis in Portu Villæ de Sancto Botulpho.
Collectoribus Regis in Portu Villæ Sandewici.
Collectoribus Regis in Portu Villæ Novi Castri super Tynam.
Collectoribus Regis in Portu Villæ de Lenne.
Collectoribus Regis in Portu Villæ Magnæ Jernemuth.
Collectoribus Regis in Portu Villæ Suthampt.
Collectoribus Regis in Portu Villæ Cicestr
Collectoribus Regis in Portu Villæ de Melcombe.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Ambassiatoribus Januæ, ad Tractandum in Angliam missis.

REX Universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. m. 26.

Sciatis quòd,

De Gratia nostra speciali, & pro eo quod *Dux Civitatis Januensium* certos Ambassiatores suos in Regnum nostrum Angliæ, ad Tractandum nobiscum, pro Satisfactione certorum Bonorum & Mercandisarum quorumdam Mercatorum Civitatis nostræ Londoniæ, nuper per Januenses injustè, ut dicitur, captorum, faciendâ, transmiserit,

Suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, *Obertum Tonsum* Mercatorem de Janua, in Regno nostro Angliæ jam existentem, diversas Mercandisas suas, ad Valentiam in Anglia Trium Milium Librarum dumtaxat, vel infra, de Partibus exteris, in dictum Regnum nostrum Angliæ, in quibusdam Vasis, adducendo seu adduci faciendo, ibidem morando, mercandisando, & exindè ad propria redeundo, aliasque * Mercandisas, usque ad Valorem prædictum, infra dictum Regnum nostrum Angliæ emendo, • IX. 161.
& eas usque Partes proprias, seu alias Partes exteras, Traducendo, necnon Vasa & Mercandisas prædicta, ac Magistros & Marinarios Vasorum prædictorum, absque Arestatione, Impetitione, vel Occasione aliquâ, sibi, ratione alicujus Marquæ seu Reprisaliæ, aliquibus Ligeis nostris concessæ, vel concedendæ, faciendis;

Et ideo vobis Mandamus quòd ipsum *Obertum* diversas Mercandisas suas, ad Valentiam in Anglia dictorum Trium Milium Librarum dumtaxat vel infra, de Partibus exteris, in dictum Regnum nostrum Angliæ, in quibusdam Vasis, adducendo seu adduci faciendo, ibidem morando, mercandisando, & exinde ad propria redeundo, aliasque Mercandisas, usque ad Valorem prædictum, infra dictum Regnum nostrum, emendo, & eas usque Partes proprias, seu alias Partes exteras, traducendo, necnon Vasa & Mercandisas prædicta, ac Magistros & Marinarios Vasorum prædictorum, absque Arestatione, Impetitione, vel Occasione aliquâ sibi, ratione alicujus Marquæ seu Reprisaliæ, aliquibus Ligeis nostris concessæ vel concedendæ, ut præmittitur, faciendis, manuteneatis, protegatis, & defendatis, non inferentes eis vel inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen,

Et, si quid eis Forisfactum sive Injuriatum fuerit, id eis sine dilatione faciatis corrigi & debitè reformari,

Proviso semper quòd idem *Obertus*, ac Magistri & Marinarii prædicti, Custumas, Subsidia, & alia Deveria, Nobis pro Mercandisis prædictis debita, nobis solvant,

Et quod ipsi quicquam, quod in Nostri seu Populi nostri præjudicium cedere valeat, non attemptent, nec attemptari faciant ullo modo.

Volumus enim quòd idem *Obertus* cum, dilecto Ligeo nostro *Willielmo Uvet* Cive & Pannario Civitatis nostræ Londoniæ, & non alibi in Civitate prædicta, præsentibus Literis nostris durantibus, hospitetur.

In cujus, &c. usque Festum Paschæ proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo die Septembris.

Per ipsum Regem.

Pro Johanne Episcopo Menevensi.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Pat. 2. H. 5. p. 2. m. 22.

Sciatis quod, de Gratiâ nostrâ speciali, & ad Supplicationem, Venerabilis Patris, *Johannis Episcopi Menevensis*, Concessimus eidem Episcopo, in Relevamen Statûs sui, Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Coventriæ & Lichfeldensis, in manu nostra, per mortem *Johannis nuper Episcopi ejusdem Loci*, existentium,

Habenda eidem *Episcopo Menevensi* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, una cum Exitibus & Proficuis, inde à tempore mortis prædicti nuper Episcopi perceptis & provenientibus, quamdiu Temporalia illa in manu nostra, ex causâ prædictâ, contigerint remanere, absque aliquo Nobis vel Hæredibus nostris inde reddendo seu solvendo in futurum.

In cujus, &c.

Teste

valer, & aliis Sex Personis de Regno nostro Angliæ, per ipsum nominandis, faciendis, cum Equis, Armaturis, & aliis Hernesiis

* IX. 162. suis, * ex causâ supradictâ sibi necessarius, unà cum certis aliis Personis usque ad Numerum Quaterviginti Equitum in Comitiva sua, veniendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, ac Personas, Equos, Armaturas, & Hernesia sua quæcumque,

Dummamen Personæ prædictæ Proditores Regis, aut extra dictum Regnum Regis Bannitæ seu Abjudicatæ non existant, nec quicquam, quod in Regis Contemptum vel Præjudicium, aut Populi sui Dampnum, aliqualiter cedere valeat, attemptent seu attemptare facere præsumant quovis modo,

Vult tamen idem Rex quòd, si prædictus Willielmus, vel dictæ Sex Personæ de Scotia, per ipsum nominandæ, aut eorum aliquis, aliquod Dampnum præfato *Johanni*, seu alicui dictarum Sex Personarum, per ipsum *Johannem* sic nominandarum, in faciendo Arma sua prædicta, faciant, tunc, eo non obstante, præsentes Literæ de salvo Conductu in suo robore permaneant & virtute.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quinto die Octobris.

Per ipsum Regem.

De Requestibus super Concilio Constantiæ celebrando.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 14.

REX, universis & singulis Regibus, &c. ad quos, &c. Salutem.

Cùm, dilectus nobis in Christo, *Thomas Spofford*, *Abbas Monasterii beatæ Mariæ Eborum*, ad *Concilium Generale*, *in Civitate Constantiæ* jam proximo celebrandum, pro Unione Ecclesiæ, annuente Domino, Reformandâ, ac alias partes Mundi longinquas, ex Ordinatione & Licentia nostris, se transferre habeat in præsenti,

Universitatem vestram, multipliciter honorabilem, & quemlibet vestrûm per se attentiùs & efficaciùs quo possumus, Tenore Præsentium, Requirimus & Rogamus, quatinus *eundem Abbatem*, cùm ipse per Regna, Dominia, & Potestates vestra, seu alicujus vestrûm, transire contigerit, nostræ Magestatis intuitu, & harum Precum nostrarum speciali interventu, propensiùs recommendatum habentes, *eundem Abbatem* cum Familiaribus, Equis, Bonis, Hernesiis, & Rebus suis quibuscumque recipiatis, & inibi morari, seu per eadem Regna, Dominia, & Potestates, cùm sibi placuerit, libere & absque impedimento seu perturbatione quacumque redire permittatis, sine solutione Dacii, Pedagii, Gabelli, aut aliqua Aperitione Manticarum, Literarum, seu Hernesiorum,

Necnon salvum & securum Conductum ac Scortam tibi, si necesse fuerit, suis Sumptibus, habere faciatis,

Non inferentes eis, nec quomodolibet inferri permittentes, in Corporibus seu Bonis eorumdem, Dampnum, Impedimentum, Violentiam, Injuriam, Molestiam, seu Gravamen, quin potius, si egeant, eis, in eorum agendis, ministrare dignemini Consilium, Auxilium, & Favorem, ac Scortam salvumque & securum Conductum, per Passus, Loca, & Dominia vestra, & cujuslibet vestrûm, rationabilibus Sumptibus & Expensis,

Et, si quid eis, in Personis vel Rebus, Injuriatum fuerit (quod nollemus) id indilatè reformari curetis nostris Precibus & Amore,

Nos siquidem Subditis vestris & cujuslibet vestrûm, cum ad Regna seu ad Dominia nostra aliquos ex ipsis declinare contigerit, Favorem consimilem & majorem, si indiguerint, grato animo impendere promittimus, & de facto veraciter impendemus.

In cujus, &c.

Dat. *in Palatio Regis Westmonasterii*, decimo quinto die Octobris.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas Regis Patentes habent subscripti, sub eâdem Datâ; videlicet,

Ricardus Gower Abbas Monasterii beatæ Mariæ Jerovall.
Johannes Rippon Abbas Monasterii beatæ Mariæ de Fontibus.
Willielmus Pigot Abbas Monasterii Sancti Germani de Selby.

---

* IX. 163.

** Pro Episcopo Menevensi.*

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. m. 18.

VEnerabilis in Christo Pater, *Johannes Episcopus Menevensis*, qui, in Obsequium Regis, pro diversis Negotiis, Regem & Statum Regni sui Angliæ tangentibus, ad Partes Transmarinas profecturus est, habet Literas Regis de Generali Attornatu, sub nominibus *Johannis Bagot* Chivaler, & *Walteri Bullock* Clerici, sub alternatione, ad lucrandum, &c. in quibuscumque Curiis Angliæ, per unum Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo sexto die Octobris.

An. 2. H. 5. Pat. 2. H. 5. p. 2. m. 21.

riis & Ministris nostris quibuscumque, tam infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Considerantes qualiter omnimodæ Deodandæ, tam per Terram, quàm per Mare, infra Regnum nostrum Angliæ emergentes, Eleemosinario Hospitii nostri, pro tempore existenti, pertinent, & ab antiquo pertinuerunt, & pertinere deberent, ad eas, circa Sustentationem Eleemosinæ nostræ, expendendas & applicandas,

Quodque, pro defectu Levationis & Collectionis earumdem Deodandarum, quamplures earumdem, per diversas Gentes, ad usus suos proprios, levatæ & subtractæ existunt in nostri præjudicium non modicum, & Eleemosinæ nostræ prædictæ diminutionem,

Assignavimus, dilectum Clericum nostrum, *Stephanum Payn*, Eleemosinarium nostrum, ad Inquirendum per se, & Deputatos suos, de omnimodis Deodandis, ad Nos, tam de Tempore nostro, & Progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ, debitis & pertinentibus, & à nobis hucusque concelatis, quàm de omnimodis hujusmodi Deodandis, ad Nos de cætero pertinentibus,

Necnon ad easdem Deodandas, per se & Deputatos suos prædictos, quamdiu Eleemosinarius noster extiterit, ubicumque inventæ fuerint, tam infra Libertates, quàm extra, de tempore in tempus, levandum & colligendum,

Et easdem Deodandas, circa Sustentationem Eleemosinæ nostræ prædictæ, debitè Expendendum & Applicandum, prout ante hæc tempora fieri consuevit;

Et ideò vobis Mandamus quòd ipsum *Stephanum* per Se, & Deputatos suos prædictos, Præmissa facere permittatis in forma supradictâ, & eis, in Executione Præmissorum, Intendentes sitis, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo sexto die Octobris.

Per ipsum Regem.

De Solutione certarum Summarum a Duce Britaniæ exigenda.

CESTE INDENTURE,

FAITE, le xvii. jour d'Octobre, l'An Mille, Quatrecens & Quatorze, par entre *Johan de Colevyle*, Chivaler, & *Richart Hals* Licencie en Loys, Procureurs & Ambassadeurs de, Treshault & Trespuissant Prince, *le Roy d'Angleterre*, d'une Part, & Messire *Henry du Parc* Chivaler, & Maistre *Johan de Bruc*, Conseillers & Procureurs, en cest Partie, de Treshault & Puissant Prince, *le Duc de Bretaigne*, d'autre, — Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 4.

* IX. 164. * TESMOIGNE, que les diz Procureurs, d'une & d'autre Part, en Nom & comme Procureurs des diz Roy & Duc respectivement, ont Parlamente, Accorde, & Contente les Appointmens qui c'ensuivent,

Et PREMIER, que les Prisoners, prins par les Subgiez du dit *Duc*, depuis le Tierce jour de Januer darrein passez; C'estassavoir,

Thomas Molyngton de Londres, *Johan William* de Fowe, *Johan Smith* de Calays, *William Laurens* de Calays, *William Russel* de Benettowe,

Et aussi les Niefs, Vesseaux, & Bateaux d'Angleterre, prins par les diz Subgiez *du Duc*, selon lour Confession, depuis le dite Tierce jour de Januer darrein passe; C'estassavoir,

Un Nief de *Richard Gardiniere*, & *Phelip Vaugre*, & *Guillem Coque*, nomee l'Ysabel de Bryggewater,

Un Baluner apele la Margarite,

Decomme un Nef ou Barche de *Richart Crese* apelee la Marie d'Excestre en Devon,

La grant Barche de *Johan Brakkele* apelee la Trinitie de Aysche,

Un Croyer apelee la Trinitie de Bristo,

Un Nief, que on disoit estre a *Johan Rotoumalle* Chivaler & autres Parconners, apelee la Katerine de la Wyllost,

Et une Barche apelee la Marie de le Tour,

Avecques les Aparoilx d'icelx Vesseaux, quy y estoyent au temps qu'ils furent prins, seront Renduz & Delivres realment & de fait, & les diz Prinsouniers, sans les mettre a Finance, aus diz *Johan Colevyle* & *Richard Hals*, ou a l'un d'elx, ou a leurs Commis & Deputees, ou a l'un d'elx, ou nom du *dit Roy*, & de celx ausqueulz les diz Choses appartiennent,

Et, a la Rendue les diz Prinsouniers & Vesseaulx & autres Choses dessuidites, serra Baillie valable Quitenances *au Duc* & a ses Subgiez, qui mestier en auront d'icelx, qui auront Povoir des diz *Colevyle* & *Hals* ou dit nom de le faire,

Et, si aucuns des Vitailles ou autres Biens, confessez par les Subgiez du *dit Duc*, avoir este prins, qui estoient es diz Vesseaux

au

ITEM, fut cogneu, par le dit Messire *Jehan de Launyon*, avoir este prins, en la Nef ou Barche apele la Marie d'Exceitre, xxviii, xii^nes de Drap, estoit apreciez semblablement a lx *s.* chescune xii^ne. une petit Moustre d'Argent de iii. apreciee a ii. Francs & Demy, monter lxxxvi Francs & demy,

Et, en oultre, fut cogneu avoir este trouve, en la dite Barche, ii. Pieces de Drap large, du Pays d'Angleterre, iii. Huches de Mariners, iv. Litz de Bourre, qui serront Renduz par Especes.

ITEM, fut cogneu, par le dit *Kxguilian*, avoir est prins ou Crayer, apelle l'Christofre de Bristo, xviii. Portaiges de sel Mesure de Mourreleix, aprecie a xxxv. Solz Chescun Portage, mounter xxxi. Francs & Demy,

Et, en oulte, fut cogneu aver estre trouve ou dite Vessell iii. Huches a Mariners, qui serront Rendeuz en Espece, & une Rondelle de Farine qui serra Rendue, ou xxxvii. Solz vi *d.*

ITEM, fut cogneu, par le dit *Kxguilian*, avoir este prins, en la dite Barche, apele la Trinite de Ayiche, xxxii Tonneaux de Vin de Gascoigne, aprecee chescun Tonel a x. Escus, mounter cccxx. Escus,

Et, en oultre, que fut trouve, en la dite Barche, iii. Huches a Mariners vuidez, iii. Litz de Bourre, qui serront Renduz en Espece, & iii. Rondelles de Farine, qui serront Renduz, ou v. Escuz.

• IX. 165. • ITEM, fut cogneu, par le dit *Kxguilian*, aver este prins, ou dit Crayer, apelee la Trinitie de Britto, xvii. xii^nes de Drap, estoit valant a iii. Francs chescune xii. monter li. Francs,

Et, en oultre, fut congneu, par le dit *Kxguilian*, qu'il avoit trouve, ou dit Crayer, en Or & en Estrelins xl. Nobles,

Et aussi cognut avoir trouve, ou dit Crayer, iii. Huches de Mariners & iii. Litz de Bourre, qui serront Renduz en Especes.

ITEM, fut cogneu, par le dit *Kxguilian*, avoir este prins, ou Baliver, apele la Marie de Hautonne, xliv. Pippes & ii. Ton de Vin d'Aniuz, chescun Tonneau aprecie a viii. Escuz, monter cxcii. Escuz,

Et, en oultre, fut cogneu avoir trouve, en dit Vesseau, ii. Huches a Mariniers, iii. Paillaces, qui serront Renduz en Espece.

ITEM, fut cogneu, par le dit *Kxguilian*, avoir este prins, en la dit Nef, apelee la Katherine de Lewystoste, xlv. Tonneaux & Pype de Vin de Gascoigne, chescun Tonneau aprecie a x. Escuz, mounter iv c. lv. Escus,

Et, en oultre, fut cogneu avoir trouve, ou dit Vessel, ii. Haubregeons de Fer, qui serront Renduz ou xii. Escuz,

XVIII. xiines de Seetes, qui seriont Rendues ou iv. Francs un solz Tournoys,

IX. Arcz, qui serront Renduz ou ix. solz. Turnoys.

VII. Huches qui serront rendues en Espece.

II. Cannons qui serront renduz ou xvi Escuz.

XII. Haches qui seront renduez ou iii. Escuz.

XII. Lances, qui serront Rendues ou iii. Escus,

II. Bacines, qui serront Rendues ou viii. Escuz,

Cinq Capelines, qui serront Rendues ou iv. Escuz,

II. Rondelles de Farine, qui serront Rendues, ou iii. Escuz & Tiers.

ITEM, fut cogneu, par le dit *Kxguilian*, avoir este prins, en la Barche, apelee la Marie de la Tour, xlii. Portages de Sel a la Mesure de Montreleix, aprecie chescune a xxxv. Solz, mount lxxiii. Francs x *s.*

Et, en oultre, fut trouve, en la dite Barche, iii. Pieces de Toile d'Olonne, qui serront Rendues ou xii. Escus,

Un quantite de Farine & de Paiion pour Vitaille, qui serra Rendue ou ix. Francs,

Et aussi avoit, en la dite Nief, Cinque Huches a Mariniers, & vi. Paillacies de Bourre, qui serront Rendues en Espece.

ITEM, fut cogneu, par le dit Messire *Jehan de Launyon*, avoir este & prins, en un Nief apellee la Marie de Bristo xxv. Portages de Sel a la Mesure de Launyon, aprecie chescune Portaige a xiii. Solz, montent lii. Francs & Demy.

ITEM, fut cognu par le dit Messire *Jehan*, avoir este prins, en un Vessell apele la Marie de Gueriande, xxx. Portaiges de Sel a la Mesure de Launyon, dont il disoit la Moite estre demouree aux Mariniers, pour lour Fret, par le consentement du Marchant, pur ce qu'il est de Bretaigne; & neantmeins, pour le bien des dites Apointmeins, il poiera les diz xxx. Portages apreciez a xlii *s*; chescun, mount a lxiii. Francs,

Et que, en oultre, avoit ou dit Vessel un Paquet, ou avoit toile & gros Drap de Jonoclin, le que le dit Messire *Jehan* Rendra ou xxiv. Escuz.

ITEM, le dit Messire *Jehan* cognut aver este prins, en un Vessell appele la Marie de Ba, xxxii. Portaiges de Sel Mesure de Launyon, dont, il disoit, que la Moite estoit aux Maistre & Mariniers, apreciez au dit pris de xlii *s.* mount la Moite xxxii. Francs xii. *s.*

Et, en oultre, serra Paye la Some de ccc. Escuz, a valoir a-quit & descharge *au Duc*, & a ses ditz Subgiez, quant a celle Somme, sur ce que serra trouve aver este prins de Biens en la dite Barche • nommee Marie de la Tour, oultre la Confession d'icelx • IX.
qui avoyent prins la dite Nief, come dit est, 166.

Et, se il ne y avoit en celle Nef aucuns Bienz, au temps de la prinse d'icelle, oultre lad' Confession, ne valeissent lad' Some de Trois Cens Escuz, celle Some de ccc. Escuz, ou ce que en resteroit oultre l'estimation les dites Biens, prins en la dite Barche, oultre la Confession dessuisdite, serront Rebatz, & vauldront acquiter *au Duc* & a ses diz Subgiez, jusques a celle Some de ccc. Escuz, sur ce que serra trouve avoir este prins en la Barche, apartener au dit *Jehan Rotounalle* Chivaler, apelee la Katherine de la Wystoft, oultre leur Confession dessuisdite, se aucune Chose en estoit trouve,

Quelles Sommes se mountent ensemble Francs, & non apreciez a Escuz, en oultre les Choses qui leur doivent estre Rendues par Especes, ou la Valeur d'icelles, & sanz les Huches & autres Choses, non apreciez cy d'avant, ii m. c xiv. Escus, xvii *s.* ix *d.* Tournoys; &, en oultre, tant en Nobles que Esterlins xl. Nobles.

ITEM, monte la Some des Choses, qui leur dovient estre renduz par Especes, ou la valeur d'icelles, a l'ellection desdiz Rendeurs, oultre les Especes, qui ne sont apreciez, comme dessuis est contenue, cxii. Escus, xi *s.* iii. *d.* Tournoys,

Et, de present, *le Duc* Mandera contraindre celx, qui ont Confesse aver fait les dites Prinses, faire la dite Restitution, selon l'estimation dessusdite, par prins de Corps & de Biens, & par toutes voies possibles & raisonnables, & en faire faire la Rendue & Poiement, dedens la Chandeleur prouchaine venir, a ceulx, qui depar *dit Roy* serront envoiez depar deca, pour en faire la Recepte, & qui en auront Povoir suffisant, ainsi qu'ils en bailleront Quittenances suffisiants,

Et, dedens le dit temps, vendront icelx, envoiez le *dit Duc*, ou son Chanceller, en Bretaigne, pour demander la dite Rendue & Poyement

Et est bien Dit & Acorde, par la Teneur de cest dit Apointment, qu'il est Reserve au *dit Colvyle* & *Hals*, es diz Noms, & es autres a que il appartient, de present aver Recours & Demander au *dit Duc* lour estre fait Restitution des Biens & Choses prinses es diz Vesseaux, ou autrement, par les Subgiez *du Duc*, se aucunes sont en oultre la Confession d'icelx Preneurs, depuis le dit Tierce jour de Januer derrain, & que la Repreciement des dites Biens prins confessez vauldra & tendra ainsi que dessus est dit, & au parsue le dit Apreciement, oultre les Choses confesseez, ne portera prejudice es ditz *Colvyle* & *Hals*, es diz Noms, ne aussi a autres a qui il en apertendra,

Et, pour la Seurtee de ceste Apointment, les diz Procureurs & Commis, d'une partie & d'autre, ont mis a ceste Endenture leurs Seings manulx, avecques les Seaux au dit *Johan de Colevylle* Chivaler pour Luy & le *dit Hals*, es ditz Noms, a la request d'iceluy *Hals*, & du dit Maistre *Jehan de Bruc*, pour Luy & le dit Messire *Henry du Parc*, es nomes que dessus, a la requeste d'icelluy Messire *Henry*, le Jour & An desusdit.

Super Prorogatione Temporis de Matrimonio non nisi cum Katerina Franciæ contrahendo.

REX Omnibus Christi Fidelibus, præsentes Literas inspecturis, Salutem. Ann. D 1414

Cùm inter *Consanguineum nostrum Franciæ* & *Nos*, per Commissarios, & Ambassiatores, & Deputatos nostros, habiti fuerint varii & diversi Tractatus ad Concludendum & Firmandum Pacem finalem & perpetuam, inter *Consanguineum nostrum prædictum* & *Nos*, ac Subditos & Ligeos utriusque Regnorum, Angliæ & Franciæ, An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 17.

Ad quam inducendam videbatur Ambassiatoribus & Deputatis nostris, viam Justitiæ (videlicet Restitutionis Jurium & Hæreditatum, in partibus ultramarinis ad Nos pertinentium) fore accommodam,

Ambassiatoribus verò & Commissariis præfati Consanguinei nostri videbatur, Via propinquior & commodior, Tractatus Parentelæ,

Inter *Nos* & *præfatum Consanguineum nostrum* (per Matrimonium, inter *Nos* &, inclitam Puellam, *Katerinam Filiam ejusdem nostri Consanguinei*, celebrandum) renovandæ,

Et propterea, tam ex parte dicti Consanguinei nostri, quàm nostrâ, hactenus factæ fuerunt diversæ Prorogationes, Temporum dila-

[illegible], præfato Magistro *Johanni*, Tenore præsentium, plenam committimus Potestatem;

Promittentes in bonâ fide & verbo Regio, quòd Promissionem & Juramentum hujusmodi, per ipsum *Johannem*, nomine nostro, fienda, quantum ad Nos attinet, fideliter implebimus & observabimus inconcusse.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni nostri Sigilli appensione fecimus communiri.

Data in *Palatio nostro Westm.* xviii. die Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Quarto decimo, & Regni nostri Secundo.

Per ipsum Regem.

De Interessendo & Tractando in Generali Concilio, Constantiæ celebrando.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 1. H. 5. m. 15. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Quia, tam per Literas, Sanctissimi in Cristo Patris, Domini *Johannis Papæ Vicesimi Tertii*, quàm per ejus Oratores solempnes Nobis in hac parte transmissos, satis constat, quòd pro Reformatione, Divinâ favente, Ecclesiæ Militantis, Clementiâ, Concilium convocatum est *Generale*, celebrandum in *Civitate Constantiensi*, & incipiendum die primo Mensis Novembris proximò jam futuro, cum Continuatione & Prorogatione dierum subsequentium, si expediat, etiam & Locorum, in quo, si causæ variæ rationabiles non obstarent, ex totis præcordiis personaliter interesse-mus,

Set quia taliter præpediti quòd ibidem, juxta votum nostræ mentis, personaliter interesse nequimus, Venerabiles Patres, *Nicholaum Bathon. & Wellen. Robertum Sarum*, *Johannem Meneven.* Dei gratiâ, Episcopos, ac, carissimum Consanguineum nostrum, *Ricardum Comitem Warrwicæ*, &, Religiosum Virum, *Willielmum Abbatem Westmonasteriensem*, ac, dilectum & fidelem nostrum, *Henricum Dominum Fitz Hugh* Camerarium nostrum, necnon, religiosum Virum, *Johannem Priorem Wygorniæ*, ac, Dilectos & Fideles nostros, *Walterum Hungerford* & *Radulphum Rocheford*, Milites, & dilectum Clericum nostrum, Magistrum *Johannem Honyngham* Legum Professorem Prothonotarium nostrum, nostros Ambassiatores, Oratores, veros & indubitatos Procuratores, Actores, Factores, & Nuncios speciales, Constituimus, Facimus, & Creamus per Præsentes, ad Interessendum, pro Nobis & Nomine nostro, in prædicto Concilio Generali,

Necnon ad Tractandum, Communicandum, & Concludendum, de & super Reformatione Universalis Ecclesiæ, tam in Capite, quàm in Membris,

Ad Consentiendum etiam, Agendum, vel Dissentiendum non fiendis, juxta Deliberationem dicti Concilii, & prout eis pro Utilitate Ecclesiæ videbitur faciendum,

Promittentes, bonâ fide, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid, per dictos Ambassiatores, Oratores, Procuratores nostros, aut majorem Partem eorumdem, Actum, Factum, seu Gestum fuerit in Præmissis, & in singulis Præmissorum,

Et hoc idem, cùm de eo certiorati fuerimus, quantum ad Nos & Christianum Principem attinet, Executioni debitæ curabimus demandare.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio nostro Westm.* vicesimo die Octobris.

---

* IX. 168. ** De Tractando super Ligis cum Imperatore.*

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 14. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Notum vobis facimus quòd Nos,

De Fidelitate probata, Industria, & Circumspectione providis, Venerabilium in Christo Patrum, *Nicholai Bathon. & Wellen. Roberti Sarum*, & *Johannis Meneven.* Episcoporum, ac, carissimi Consanguinei nostri, *Ricardi Comitis Warrwicæ*, *Henrici Domini Fitz Hugh* Camerarii nostri, *Walteri Hungerford*, *Radulphi Rocheford*, Militum, &, dilecti Clerici nostri, Magistri *Johannis Honyngham* Legum Doctoris Prothonotarii nostri, plenariè confidentes,

Ad Tractandum, Conveniendum, Concordandum, & Concludendum,

Invictissimo & Superillustrissimo in Christo Principe, *Sigismundo*, Dei gratiâ, *Romanorum*, & *Ungariæ*, *Dalmaciæ*, *Croaciæ*, *Rege*, seu ad hoc per eum Deputatis, Mandatum in ea parte sufficiens habentibus,

Super quibuscumque Ligis, Confoederationibus, & Amicitiis tam realibus, quàm personalibus,

Inter *Nos*, & Successores nostros, Reges Angliæ, Subditos & Vassallos nostros; Regna, Terras, & Dominia nostra quæcumque, eorum Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus & Annexis,

Ac omnia & singula, quæ sic tractata, concordata, & conventa fuerint, cum omni Securitate, debita & honesta in hoc Casu, Nomine nostro, Firmandum,

Ac omnes & omnimodas Securitates, reales & personales, pro Nobis & Nomine nostro, Petendum, & Stipulandum, & Recipiendum, Jurandumque, in Animam nostram, quòd Tractata & Concordata hujusmodi Rata habebimus & Grata, nec aliquid procurabimus vel faciemus, per quod tractata & concordata hujusmodi effectu debito frustrari poterunt, seu quomodolibet impediri,

Ac Juramentum consimile ab eodem, invictissimo ac superillustrissimo in Christo Principe, *Romanorum*, *& Ungariæ*, *Dalmaciæ*, *Croaciæ Rege*, seu ejus ad hoc Deputatis, Petendum, Exigendum, & Recipiendum,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmetipsi facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia forent quæ Mandatum exigerent quantumcumque speciale,

Dictos Venerabiles in Christo Patres, *Nicholaum Bathon. & Wellen. Robertum Sarum*, & *Johannem Meneven.* Episcopos, necnon dictum Consanguineum nostrum *Ricardum Comitem*, & præfatos, *Henricum Dominum Fitz Hugh* Camerarium nostrum, *Walterum* & *Radulphum*, Milites, & dictum Clericum nostrum, Magistrum *Johannem* Legum Doctorem Prothonotarium nostrum, Septem, Sex, Quinque, & Quatuor eorum (quorum Quatuor Duos de præfatis *Comite*, *Henrico*, *Waltero* & *Radulpho* esse Volumus) nostros legitimos & indubitatos Procuratores, Negotiorum Gestores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales, Facimus, Creamus, Ordinamus & Constituimus per præsentes.

Promittentes, bonâ fide & verbo regio, ac sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum, nos Ratum & Gratum habituros quicquid per dictos Procuratores nostros, Septem, Sex, * Quinque & Quatuor eorum (quorum Quatuor Duos de præfatis *Comite*, *Henrico*, *Waltero*, & *Radulpho* esse Volumus) Actum, Gestum, seu Procuratorum fuerit in Præmissis & singulis Præmissorum, * IX. 169.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio nostro Westm.* vicesimo die Octobris.

Per ipsum Regem.

De Abbate Eborum, Ambassiatoribus, ad Interessendum in Concilio Constanciensi, associato.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1714. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 11.

Sciatis quòd,

Cùm nuper Constituerimus, Fecerimus, & Creaverimus, Venerabiles Patres, *Nicholaum Bathon. & Wellen. Robertum Sarum*, *Johannem Meneven.* Dei gratiâ, Episcopos, ac, carissimum Consanguineum nostrum, *Ricardum Comitem Warriwici*, &, Religiosum Virum, *Willielmum Abbatem Westmonasterii*, ac, dilectum & fidelem nostrum, *Henricum Dominum Fitz Hugh* Camerarium nostrum, necnon, religiosum Virum, *Priorem Wygorniæ*, ac, Dilectos & Fideles nostros, *Walterum Hungerford* & *Radulphum Rocheford*, Milites, & dilectum Clericum nostrum, Magistrum *Johannem Honyngham* Legum Professorem Prothonotarium nostrum, nostros Ambassiatores, Oratores, veros & indubitatos Procuratores, Actores, Factores, & Nuncios speciales, ad Interessendum, pro Nobis & Nomine nostro, in *Concilio Generali* celebrando in *Civitate Constanciensi*, & incipiendo die Primo mensis Novembris proximò jam futuro, cum Continuatione & Prorogatione Dierum subsequentium,

Necnon ad Tractandum, Communicandum, & Concludendum, de & super Reformatione Universalis Ecclesiæ, tam in Capite, quàm in Membris,

Ad Consentiendum etiam, Agendum, vel Dissentiendum non fiendis, juxta Deliberationem dicti Concilii, & prout eis pro Utilitate Ecclesiæ videbitur faciendum,

Prout in Literis nostris Patentibus, inde confectis, pleniùs continetur,

Nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industria, Dilecti nobis in Christo, religiosi viri, *Thomæ Spofford Abbatis beatæ Mariæ Eborum*, pleniùs confidentes,

Associavimus *ipsum Abbatem* præfatis *Episcopis*, *Comiti*, *Abbati Westmonasterii*, *Camerario nostro*, *Priori*, *Waltero*, *Radulpho*, & *Johanni*, ad Tractandum, Communicandum, & Concludendum, de & super Præmissis, & quolibet Præmissorum, unà cum eisdem *Episcopis*, *Comite*, *Abbate Westmonasterii*, *Camerario nostro*, *Priore*, *Waltero*, *Radulpho*, & *Johanne*; juxta Tenorem & effectum Literarum nostrarum prædictarum,

Dat. ut supra.

* IX. 170. ## * *De Requestu pro Episcopo Bathoniensi & Wellensi ad Concilium Generale profecturo.*

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. m. 16. REX Universis & singulis Regibus, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Nobilibus, Baronibus, Dominis, Vicecomitibus, Capitaneis, Castellanis, Constabulariis, Gubernatoribus Vicorum & Fortalitiorum, & omnibus aliis Amicis & Benivolis nostris, ac Populis, cujuscumque status, gradûs, dignitatis, praeeminentiae, seu conditionis fuerint, ad quos Praesentes Literae pervenerint, Salutem in omnium Salvatore.

Cùm, Venerabilis Pater *Nicholaus Bathon. & Wellen.* Episcopus ad *Concilium Generale, in Civitate Constantiae* jam proximò celebrandum, pro Unione Ecclesiae, Annuente Domino, Reformanda, ac alias partes Mundi Longinquas, ex Ordinatione & Licentia nostris, se transferre habeat in praesenti,

Universitatem vestram, multipliciter honorabilem, & quemlibet Vestrûm per se, attentiùs & efficaciùs quo possumus, Tenore Praesentium, Requirimus & Rogamus, quatinus eundem Episcopum, cùm ipse per Regna, Dominia, & Potestates vestra, seu alicujus Vestrûm transire contigerit, *&c. ut in Similibus Literis de Requestu.*

In cujus, &c. per unum Annum duraturas.

Dat. sub Magni Sigilli nostri testimonio *in Palatio nostro Westm.* xxviii. die Octobris.

Pro Camerario Ducis Auriliacensis.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. m. 11. REX, universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, *Bridert de Dreulle*, Chivaler, Camerarium *Ducis Auriliacensis & Domini d'Engoulesme*, in Regnum nostrum Angliae, cum Viginti & Quinque Personis, cujuscumque status fuerint, cum eorum Equis, Manticis, Valeciis, Bonis, ac aliis Rebus & Hernesiis suis quibuscumque, veniendo, ibidem morando, & exinde versus partes suas proprias redeundo,

Et ideo Vobis Mandamus, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

In cujus, &c. usque ad Festum Sancti Michaelis proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Primo die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Pardonatione.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Pat. 2. H. 5. p. 2. m. 34. REX, Omnibus Ballivis & Fidelibus suis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd cùm, ut accepimus, *Johannes Wykham*, per nomen *Johannis Wykham* de Swalclyf in Comitatu Oxoniae Armigeri, nuper, coram *Willielmo Roos* de Hamelak, & Sociis suis Justiciariis nostris, ad diversas Proditiones & Felonias, infra Civitatem Londoniae & Comitatum Middlesexiae, perpetratas, Audiendum & Terminandum assignatis, Indictatus fuisset, de eo quod Ipse, & alii, *Lollardi* vulgariter nuncupati,

Qui, contra legem catholicam, diversas Opiniones haereticas & alios Errores manifestos, Legi Catholicae repugnantes, à diu est, temerariè tenuerunt,

Opiniones & Errores praedictos manutenere aut in facto minimè perimplere valentes, quamdiu regia Potestas, & tam Status nostri Regalis, quàm Status & Officium Praelaticae Dignitatis, infra Regnum Angliae, in prosperitate & tranquillitate perseverarent,

Falsò & proditoriè machinando, tam Statum Regni, quàm Statum & Officium Praelatorum, necnon Ordinis Religiosorum, infra dictum Regnum Angliae, penitus adnullare,

Ac Nos, Fratres nostros, Praelatos, & alios Magnates ejusdem Regni interficere, necnon Viros Religiosos, relictis Cultibus &
* IX. 171. divinis & religiosis Observantiis, ad occupationes mundanas * Provocare, & tam Ecclesias Cathedrales, quàm alias Ecclesias, & Domos Religiosas, de Reliquiis & aliis Bonis Ecclesiasticis totaliter Spoliare, ac funditus ad Terram Prosternere,

Et *Johannem Oldcastell*, de Couling in Comitatu Kantiae, Chivaler, Regentem ejusdem Regni Constituere,

Et quamplura Regimina, secundum eorum voluntatem, infra Regnum praedictum, quasi Gens sine capite, in finalem Destrunecnon quamplura alia Mala & intollerabilia, facere & perimplere falsò & proditoriè proposuerunt & imaginaverunt,

Et ibidem versus Campum praedictum modo Guerrino Arraiati, proditoriè, modo Insurrectionis, contra Ligeantias suas, Equitaverunt, ad Nos debellandum, nisi per Nos Manu forti gratiosè impediti fuissent,

Postmodumque praedictus *Johannes Wykham*, de Proditionibus & Feloniis praedictis coram praefatis Justiciariis allocutus, dixerit quòd ipse in nullo fuit inde culpabilis, & inde de bono & malo posuerit se super Patriam,

Ac per Inquisitionem, coram praefatis Justiciariis in hac parte, captam, compertum fuisset quòd praedictus *Johannes Wykham* culpabilis fuit de Proditionibus & Feloniis supradictis,

Per quod Consideratum fuit quòd praedictus *Johannes Wykham* usque Turrim nostram Londoniae duceretur, & abinde, per medium Civitatis Londoniae, usque Parochiam Sancti Egidii, juxta Campum praedictum, ad novas Furcas, ibidem factas & levatas traheretur, & ibidem suspenderetur,

Nos, de Gratia nostra speciali, *Pardonavimus* praefato *Johanni Wykham*, tam Sectam Pacis nostrae quae ad Nos versus ipsum pertinet, pro Omnimodis Proditionibus & Feloniis, per ipsum ante haec tempora factis, quàm executionem Judicii praedicti erga ipsum sic redditi,

Et firmam Pacem nostram ei inde concedimus,

Ac ipsum ad Leges & Consuetudines Regni nostri Angliae Restituimus per praesentes,

Ac, de uberiori Gratia nostra, concessimus praedicto *Johanni Wykham* omnia Bona & Catalla quae fuerunt ejusdem *Johannis Wykham* infra dictum Comitatum Middlesexiae, & in manibus Escaetoris nostri ibidem existunt, & ad Nos pertinere debent Occasionibus supradictis, Habenda usque ad valorem Decem Marcarum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vi. die Novembris.

Per ipsum Regem.

Pro Mercatoribus de Venicia.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1414.

Sciatis quòd, An. 2.

Ob bonum amorem & affectionem, quos erga Strenuum & Potentem Virum, Amicum nostrum carissimum, *Ducem Veniciae*, & H. 5.
Mercatores Venicienses, gerimus & habemus, Franc. 2.

Concessimus eisdem Mercatoribus quòd, H. 5.

Si in futurum contingat aliqua Subsidia, Custumas, sive alia Deveria quaecumque, m. 16.

Nobis vel Haeredibus nostris, pro Bonis & Mercandisis, per Mercatores praedictos, Factores, seu Servientes suos, * in * Regnum nostrum Angliae ducendis, vel extra Regnum praedictum ad Partes exteras per ipsos ducendis & portandis, pertinentia, * IX. 172.

Per Mercatores praedictos, Factores, seu Servientes suos, sive per Magistros, Marinarios Navium seu Galearum, in quibus hujusmodi Bona & Mercandisae Eskippata erunt, Furata, Collata, sive Subtracta existere,

Tunc Delinquentes Puniti existant, prout secundum Leges, Statuta, & Consuetudines dicti Regni nostri Angliae in hujusmodi casu pertinebit,

Et, si aliqua Persona dictorum Transgressorum sit Servitor alicujus, sit ipse & Magister suus pro tempore illo simili modo Puniti,

Ad finem quòd fideles Innocentes, per Defectum alteriùs Puniti non existant, seu Dampnum habeant:

Et ulterius, de uberiori Gratiâ nostrâ, Concessimus praefatis Mercatoribus quòd,

Si imposterum aliqua Bona seu Mercandisas sua,

Pro quibus ipsi Subsidia, Custmas, & alia Deveria, Nobis inde debita, solverunt,

Propter excessivam Onerationem Navium, Caracarum, & Galearum suarum, infra Regnum nostrum praedictum remanere vel residere contigerit,

Tunc ipsi posteà Bona & Mercandisas illa, in Navibus, Caracis, & Galeis suis praedictis, extra Regnum, Dominium, & Jurisdictiones nostra, absque aliquo Nobis, de Subsidio, Custuma, seu aliis Deveriis, iteratò solvendis, caracare & traducere possint;

Proviso semper quòd, colore praesentis Concessionis nostrae, quicquam de Subsidiis, Custumis, seu aliis Deveriis, Nobis in hac parte pertinentibus, nullatenus subtrahatur; set Nobis inde fideliter respondeatur, ut est justum.

In cujus, &c. per Triennium duraturas.

Teste

ftram, ac falvum & fecurum Conductum noftrum, necnon falvam Gardiam noftram fpeciales, *Johannem de la Leigne* Chivaler, Dominum de la Leigne, in Epifcopatu de Seyntonge, infra Ducatum Aquitanniæ, Prifonarium, dilecti Armigeri noftri, *Johannis Radclif*, ac *Petrum le Counte*, & *Nicholaum Ruell*, Servientes ipfius *Johannis de la Leigne*, in Regnum noftrum Angliæ, infimul vel divifim, per Mare, cum quadam Bargea five Navi, ac Centum Doliis Vini de la Rochell, in eadem, pro Financia & Redemptione ipfius *Johannis de la Leigne*, penes præfatum *Radclyf* deferendis, veniendo, ibidem morando, & exindè ad Propria redeundo, necnon Magiftrum & Marinarios prædictæ Bargeæ five Navis, & eorum Res, Hernefia, & Bona fua quæcumque,

Et ideò Vobis Mandamus quòd eifdem, *Johanni de la Leigne*, *Petro*, & *Nicholao*, in Regnum noftrum prædictum, infimul vel divifim, per Mare, cum Bargea five Navi hujufmodi, ac prædictis Centum Doliis Vini in eadem, penes præfatum *Johannem Radclyf*, ex caufa prædicta, veniendo, ibidem morando, & exindè ad Propria, ut prædictum eft, redeundo, aut Magiftro & Marinariis prædictis, vel eorum alicui, in Perfonis, Rebus, Hernefiis, aut Bonis quibufcumque, non inferatis nec quantum in vobis eft, ab aliis inferri permittatis Injuriam, Moleftiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod feu Gravamen,

Et, fi quid eis Forisfactum five Injuriatum fuerit, id eis fine dilatione faciatis emendari;

Provifo femper quòd iidem, *Johannes de la Leigne*, *Petrus*, & *Nicholaus*, aut prædicti Magifter & Marinarii, præfenti falvo Conductu noftro durante, quicquam, quod in Noftri feu Coronæ noftræ præjudicium, feu Populi noftri Dampnum, non faciant feu attemptent ullo modo,

*IX. 173. * Quodque Nobis de Cuftumis, Subfidiis, & aliis Deveriis, Nobis, de prædictis Centum Doliis Vini, cum in prædictum Regnum noftrum fic adducti fuerint, debitis, prout juftum fuerit, fideliter perfolvatur.

In cujus, &c. per unum Annum duraturas.

Tefte Rege apud *Weftmonafterium* feptimo die Novembris.

Per ipfum Regem.

Pro Comite Palatino Regni de Confirmatione.

Ann. D. 1714. An. 2. H. 5. Ex Copia. Penes Camer.

SIGISMUNDUS, Dei gratiâ, *Romanorum Rex* femper Auguftus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Quanquam Sublimitas Regiæ Dignitatis, in qua Conditor Orbis Nos fuæ Pietatis clementiâ feliciter collocaverit, jugiter mentem noftram follicitet ut, Curâ Pervigili, & Laborum ftudiis accuratis noftrorum & Imperii facri Fidelium amputemus Incommoda, Eifque defideratæ Pacis amœnitatem falubriter Procuremus; Ferventiori tamen affectu, Cor noftrum accenditur penes ea, quæ Sacri Decus Imperii & Illuftres ipfius Principes Electores, quadam fingularitate, concernunt: Eos præcipuè, quos Generis Nobilitas, multipliciaque virtutum infignia, & præclara Fidei devotio laudabiliùs recommendant.

Sanè alias per Literas omnium Principum Electorum,

Et nominatim, Sereniffimi Principis & Domini, Domini *Karoli Quarti Romanorum Imperatoris & Boemiæ Regis*, velut Regis Boemiæ, Venerabilium, *Gerlaci Maguntinenfis* per Alemaniam, *Bemundi Treverenfis* per Galliam & Regnum Arelatenfe, & *Wilhelmi Colonienfis* per Italiam, facri Imperii Archicancellarii, *Archiepifcoporum*, *Rudolfi Ducis Saxoniæ* Sacri Imperii Archimarfcalli, & *Ludowici*, *dicti Romer*, quondam *Imperatoris Ludowici*, Filii, *Marchionis Brandenburgenfis*, Sacri Imperii Archicamerarii,

Ac etiam à Principibus, Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Proceribus, ac multis aliis noftris & Imperii Sacri Fidelibus,

Informationem certiffimam, & luce Teftimonia clariora, noftra fufcepit Regia Celfitudo, Qualiter, felicis memoriæ, Illuftris *Rupertus præfenior*, quondam *Comes Palatinus Reni*, Sacri Romani Imperii Archidapifer, & Bavariæ Dux, Patruus Illuftris *Ludowici moderni Comitis Palatini Reni*, Sacri Romani Imperii Archidapiferi, Principis Electoris, necnon Bavariæ Ducis, Avunculi noftri Cariffimi, &, poft prædictum *Rupertum* præfeniorem, *Rupertus* tunc *Senior*, Avus jam dicti Avunculi noftri *Ludowici*, &, poft eundem *Rupertum* Seniorem, *Rupertus Pater* jam dicti Avunculi noftri *Ludowici*, fic Succeffivè, tanquam Archidapiferi ejufdem Imperii, & veri Principes Electores, ab omnibus aliis eorum Coelectoribus femper habiti & reputati fuerunt,

Ac etiam, voluntate, confenfu, & votis, aliorum fuorum Coelectorum Principum, unanimiter accedentibus, claræ memoriæ, Sereniffimos quondam Romanorum Reges, Prædeceffores noftros, temporibus fuis, ritè & rationabiliter, juxta debitam Sacri Romani Imperii Obfervantiam, in Romanorum Reges elegerunt, ad Imperatoriam Celfitudinem promovendos,

Ac fubfequenter idem *modernus Ludowicus*, cum aliis Coelectoribus fuis modernis, retroactis temporibus, Nos in *Romanorum Regem* elegit,

etiam Principum plurimorum, Ecclefiafticorum & Secularium, Baronum, Nobilium, & Procerum noftrorum, ac Imperii Sacri Fidelium, maturo communicato Confilio, Cupientes, auctore Domino, futuris obviare Periculis, & * materiam omnium fuccidere * IX.
dubitationum, de certâ noftrâ fcientiâ, & de plenitudine Regiæ 174.
Poteftatis, in hiis fcriptis *Pronunciamus*, *Decernimus*, *Statuimus*, *Declaramus*, & etiam hoc Regio, perpetuè valituro, *Sancimus* Edicto quòd Jus, Vox, Dignitas, & Poteftas Eligendi *Romanorum Regem*, *in Imperatorem promovendum*, Eidem *Ludowico Comiti Palatino Reni*, tanquam Imperii Sacri Archidapifero, ac Principi Electori, Hæredibus & Succefforibus fuis legitimis (Laicis dumtaxat) ab eo defcendentibus, quotiens cafus hujufmodi Electionis emerferit, imperpetuum debeat competere, ficut & ritè fibi, tanquam *Comiti Palatino Reni* ac Sacri Romani Imperii Archidapifero, competit manifeftè,

Ac ipfe, velud *Comes Palatinus Reni*, ejufdem Romani Imperii Archidapifer, verus & legitimus Princeps Elector, &, poft obitum ejus, Hæredes & Succeffores fui legitimi, modo & formâ fubmiffis, Comitatum & Principatum Palatinum ac Archidapiferiam dicti Imperii Sacri,

De quibus ipfum, die fupradictâ, in Aquif-grani folemniter *Infeodavimus & Inveftivimus*, ac, Tenore Præfentium, *Infeodamus & Inveftimus*,

Cum omnibus & fingulis eorum Terris, Dominiis, Proprietatibus, Vaffallagiis, Libertatibus, Honoribus, & Pertinenciis, in quibufcumque rebus confiftant, & quibufcunque fpecialibus poffint Vocabulis defignari,

Necnon Jus, Vocem, Dignitatem, & Poteftatem Eligendi *Romanorum Regem*, *in Imperatorem promovendum* fine impedimento quolibet, debeant obtinere.

Et, ne inter Hæredes & Succeffores ipfius, eo Defuncto, fuper Jure hujufmodi, futuris temporibus, Dubitationum, Quæftionum, feu Litium quævis materia oriatur, *Decernimus*, *Statuimus*, & præfenti Regio *Sancimus* Edicto, *imperpetuum* valituro,

Prout hoc idem, per præfatum Dominum *Karolum Quartum*, *Romanorum Imperatorem*, Genitorem noftrum Cariffimum,

Omnium & fingulorum Principum Electorum, ac multorum Sacri Romani Imperii Principum, Comitum, Nobilium, & Fidelium Confilio & unanimi Confenfu accedente,

Lege & Edicto Imperiali, in Aurea Bulla, publicè Sanxitum effe dinofcitur,

Quòd, Poft Obitum dicti *Ludowici Comitis Palatini Reni & Bavariæ Ducis*, Primogenitus ejus Filius, &, poft Primogeniti obitum, ejufdem Primogeniti Senior Filius ex ordine Geniture, & fic deinceps, à Seniore Filio, defcendente ex ordine Genituræ, femper Senior:

Si verò Primogenitus præfati *Ludowici* deceffèrit, Mafculini fexûs (Laycis dumtaxat) legittimis Hæredibus non relictis, extunc Secundogenitus Filius *Ludowici* Ducis prædicti:

Et, poft obitum ejufdem Secundogeniti, Filius Senior Laycus:

Et, fi Secundogenitus fine Hæredibus legittimis Mafculini fexûs (Laycis dumtaxat) deceffèrit, Tertiogenitus dicti *Ludowici* & Senior ejus Filius Laycus poft mortem ipfius:

Et deinceps, per talem modum, directâ lineâ Genituræ, defcendentes ab eo, Layci dumtaxat;

Jus, Vocem, Dignitatem, & Poteftatem Eligendi *Romanorum Regem*, *promovendum in Imperatorem*, & *Officium Archidapiferiæ*, cum omnibus & fingulis Dominiis, Honoribus, Juribus, Privilegiis, Dignatibus, & Pertinentiis, in perpetuis temporibus obtinebunt, per Succeffionem Hæreditariam & Paternalem, ut præmittitur, ex ordine Genituræ.

Si verò præfatum *Ludowicum*, *modernum Comitem Palatinum Reni & Bavariæ Ducem*, fine legittimis Mafculini fexûs Hæredibus Laycis, directâ Lineâ Genituræ, ab eo defcendentibus, mori contigerit, ex tunc Principatus & Comitatus Palatinus Reni, necnon Archidapiferia Sacri Imperii, & Jus, Vox, Dignitas, & Poteftas Eligendi *Romanorum Regem*, *in Imperatorem promovendum*, ad Seniorem Fratrem præfati *Ludowici*, per veram Paternalem Lineam defcendentem, & ad legittimos ejus Hæredes Mafculini fexûs (Laycos dumtaxat) devolvantur:

Ita (videlicet) quòd, poft Obitum ejufdem Fratris Senioris Primogenitus ejus Filius, &, poft Primogeniti Obitum, ejufdem Primogeniti Senior Filius, ex ordine Genituræ, & fic deinceps, ex Seniore Filio defcendendo, ordine Genituræ, femper Senior:

Si verò Primogenitus Senioris Fratris, ut præfertur, deceffèrit, Mafculini fexûs (Laycis dumtaxat) Hæredibus non relictis, ex tunc Secundogenitus prædicti Fratris Senioris; &, poft Obitum ejus, Secundogeniti Filius Senior Laycus:

Et, fi Secundogenitus, fine Hæredibus legittimis, Mafculini fexûs Laycis, * deceffèrit, Tertiogenitus dicti Fratris Senioris; & * IX.
Senior ejus Filius Laycus, poft Mortem ipfius: 175.

Et deinceps, per talem modum, directâ Lineâ Genituræ, defcendentes ab eo, Layci dumtaxat, Jus, Vocem, Dignitatem, & Poteftatem Eligendi *Romanorum Regem promovendum in Imperatorem*, & *officium Archidapiferiæ*, cum omnibus & fingulis Dominiis, Honoribus, Juribus, Privilegiis, Dignitatibus, & Pertinen-

Jus, Vocem, Dignitatem, & Potestatem *prædictæ Electionis*, ac omnia & singula ab eis Dependentia, idem Tutor, sine difficultate & renitentiâ quâlibet, tenebitur & debebit protinus assignare:

Ætatem autem debitam in hoc casu Eligendi (videlicet; *Romanorum Regem, in Imperatorem promovendum*, decem & octo Annorum censeri volumus & haberi;

In Principatibus autem, Ducatibus, & Dominiis aliis temporalibus gubernandis, Ætatem observandam Decernimus, prout a divis Romanorum Imperatoribus & Regibus nostris Prædecassoribus est Sanccitum.

Porro, ne super Jure, Voce, Dignitate ac Potestate *Electionis* hujusmodi, necnon *Principatibus*, & *Officio Archidapiferiæ*, & aliis prædictis, ullo unquam tempore, contingat scandala suscitari, vel attemptari valeant Novitates, de Regia plenitudine Potestatis, & de certa nostra scientia, omnia & singula Præmissa, prout in suis Clausulis, Membris, Articulis, atque Punctis superiùs designantur, Auctorizamus,

Necnon omnia & singula Privilegia, Donationes, ac Concessiones quaslibet, per divos Romanos Imperatores & Reges Prædecessores nostros & Nos, dicti *Ludowici* Progenitoribus, Comitibus Palatini Reni, & sibi quomodolibet factas, datas, & concessas, Auctorizamus, Approbamus, Ratificamus, &, Tenore Præsentium, de certa nostra scientia, Confirmamus;

Supplentes, de præfatæ Regiæ plenitudine potestatis, omnem Defectum, si quis, in præmissis, aut eorum aliquo, ex verborum Defectu, Sententiarum obscuritate, Solemnitatis omissione, seu alio quovis modo, nunc & in antea, reperiretur admissus.

Nulli ergo penitùs Hominum liceat hanc nostræ Pronuntiationis, Decreti, Statuti, Declarationis, Sanctionis, Infeudationis & Investituræ, Auctorizationis, Approbationis, Ratificationis, Confirmationis, & defectum Suppletionis, paginam infringere, aut ausu temerario quomodolibet contraire, sub Pœna Mille Marcarum Auri purissimi, quas ab eo qui contra fecerit, totiens quotiens contra factum fuerit, irremissibiliter exigi volumus; Et earum Medietatem Regalis nostræ Cameræ Fisco, Residuam verò partem Injuriarum passorum usibus applicari.

Testes hujus rei sunt,

Venerabiles,
Wernherus Treverensis, sacri Imperii per Galliam & Regnum Arelatense,
Theodoricus Coloniensis, sacri Imperii per Italiam,
Archidicancellarii, Archiepiscopi: Illustres,
Rudolfus Dux Saxoniæ & Lunemburgensis Sacri Imperii Archimarscallus,
Reynaldus Dux Juliacensis & Gelriæ,
Fredericus Burggravius Nurembergensis:
Georgius Patavensis,
Johannes Herbipolensis,
Et *Rabanus Spirensis*,
Episcopi:
Adolphus de Clivis,
Emicho de Lyningen,
Fridricus de Veldenz,
Johannes de Kazenlubogen,
Johannes de Wertheim,
• IX. 176. * Et *Thomas de Rynek*,
Comites;
Et alii quamplures nostri & Imperii Sacri Principes, Nobiles, & Fideles,

Præsentium sub nostræ Majestatis Sigilli Testimonio Litterarum.

Datum *Aquisgrani*, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Quartodecimo, ipsâ Die Coronationis nostræ, quæ fuit octavâ Novembris, Regnorum nostrorum Anno Hungariæ, &c. Vicesimo octavo, Romanorum verò Electionis Quinto.

Pro dicto Palatino, Sororio Regis.

Ann. D. 1414. *An. 2. H. 5. Ibid.*

NOS *Sigismundus*, Dei gratiâ, *Romanorum Rex* semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, RECOGNOSCIMUS & NOTUM FACIMUS universis Præsentes inspecturis.

Quamvis nostra Regalis Dignitas, ex innatâ bonitate, Pacem, Gratiam, & Tranquillitatem inclinata sit omnibus Sacri Imperii Fidelibus & Subditis procurare; attamen singularibus Favoribus præferre intendimus, & illis Gratiam nostram clementiùs impartiri, qui, notabilibus Servitiis ac constanti Fide, se Nobis & Sacro

rationi consonam Petitionem, ac notabilia & fidelia Servitia, & Honores, quos Nobis in Sacro Imperio sæpiùs indefessè præbuit, & continuò integrâ Fidelitate impendit, & ea propter, singulari Consilio nostrorum Electorum Principum, Comitum, Dominorum, Nobilium, & Fidelium, animo deliberato, & certa scientia, de Romanæ Regiæ Potestatis plenitudine, Approbamus, Roboramus, Innovamus, & Confirmamus Sibi & Hæredibus suis Comitibus Palatinis Reni, omnia ipsorum Jura, Dignitates, Libertates, Privilegia, Gratias, Consuetudines, & Introducta, quæ ad ipsum, & suum Principatum Electoralem, & Dominia pertinent: Cyrografos, Scripta, & Litteras, quibus Progenitores sui & ipse à Romanis Imperatoribus & Regibus, nostris Prædecessoribus, Nobis & Sacro Imperio, gratificati & privilegiati sunt, & quos collectim & singulariter allatos habent, super omnibus ipsorum Electoralibus, Principatibus, Juribus, Libertatibus, Privilegiis, Gratiis, Consuetudinibus, Possessionibus, Proprietatibus, Fortalitiis, Civitatibus, Terris, Hominibus, Claustris, & Claustrorum Advocatiis, Vasallis, Vasallagiis, Feudis, Infeudationibus, Districtibus, Silvis, Lignis, Buscis, Vepribus, Campis, Pascuis, Aquis, Aqueductibus, Piscariis, Venanciis, Forestis, Judiciis, Salvis Conductibus, Monetis, Montifodinis, Usibus, Censibus, Redditibus: Et super Impignorationibus & Officiis, quæ ipse ab Imperio habet; & super omnibus aliis Rebus, quibus tunc nominari possint specialibus nominibus; & Approbamus & Confirmamus, illis etiam, in virtute præsentis Litteræ, omnia Theolonea, & omnes grossos antiquos Turonenses, quos Pater suus & Progenitores felices, & ipse, usque ad Datam Litteræ præsentis possederunt, & in sua Potestate habuerunt,

Et Approbamus & Confirmamus illis ea omnia quæ superscripta sunt, & omnes Cyrografos, Scripta, & Litteras, quas ipsi super illis habent, in omnibus eorum Punctis, Intentionibus, & Articulis, de verbo ad verbum, sunt conceptæ, & scriptæ sunt, simili modo ac si in præsenti Litterâ integræ comprehensæ essent, vel si de Jure aut Consuetudine in hiis comprehensæ esse deberent, & intendimus ac volumus apud ista gratiosè mittere & permanere,

* Et, quamcito Nos ad Dignitatem Coronationis Cæsareæ per- • IX.
veniemus, tunc debemus & volumus Nos ipsam etiam, tamquam 177.
Romanorum Imperator, præsentem Litteram, de verbo ad verbum, sub nostro Imperiali Sigillo dare & renovare.

Et eapropter mandamus universis & singulis Principibus, Ecclesiasticis, & Secularibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Clientulis, ac aliàs omnibus aliis nostris & Imperii Subditis & Fidelibus, quòd ipsi prænominatum *Ludowicum*, & Hæredes suos Comites Palatinos Reni, in talibus ipsorum Gratiis, Libertatibus, Juribus, Litteris, & Privilegiis, ac aliis suprascriptis non impedient aliquomodo, sed ipsos circa ea fideliter manere permittant sua, prout ipsi diligunt nostram & Imperii gravem Indignationem evitare.

Harum Testimonio Litterarum cum nostræ Majestatis Sigillo sigillatarum.

Dat *Aquisgrani*, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo quarto, primâ die nostræ Imperialis Regiæ Coronationis, quæ fuit Die Octavâ Mensis Novembris; Regnorum nostrorum Hungariæ, &c. in Anno xxviii. & Electionis Imperii in Anno Quinto.

De Profecturis ad Concilium Constantiense, Protectiones, de Attornatis.

Ann. D. 1414. *An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 15.*

DIlectus & Fidelis Regis, *Henricus Fitz Hugh*, Camerarius Regis, qui, in Obsequium Regis, versus *Concilium Generale, apud Constantiam* in proximo celebrandum, profecturus est, ibidem in eodem Obsequio moraturus, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *volumus*) per Dimidium Anni duraturas.

Præf. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, octavo die Novembris.

Per Billam de Privato Sigillo.

De Generali Attornatu.

Ann. D. 1414. *An. 2. H. 5. Ibid.*

DIlectus Regis in Christo, *Ricardus Abbas Jerevallis*, qui de Licentia Regis versus Partes Transmarinas profecturus est, habet Literas Regis de Generali Attornatu, sub nominibus *Thomæ Langton* & *Johannis Morton* sub alternatione, ad lucrandum, &c.

Johannes Brax Armiger.
Abbas de Fontibus.

De Requestu.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. REX, universis & singulis Regibus, Principibus, &c. ad quos, &c. Salutem.

Cùm, dilectus nobis in Christo, *Johannes Prior* Monasterii beatæ Mariæ Wygorniensis, Lator Præsentium, pro certis Negotiis exequendis, ad diversas & longinquas Mundi partes habeat se transferre,

Universitatem vestram affectuosè rogamus quatinus, eundem Priorem, contemplatione nostrâ, habentes propentius Recommissum, cùm eum per Regna, Territoria, Loca, Dominia, Districtus, & Jurisdictiones vestra, vel alicujus vestrûm, per Terram vel per Aquam transire contigerit, eundem Priorem, cum Equestribus vel Pedestribus, & eorum * Rebus, Hernesiis, Walletiis,
* IX. 178. & Literis, liberè & absque impedimento seu perturbatione quacumque, benivolè transire, & redire, seu inibi morari permittatis, sine solutione Dacii, Pedagii, Gabellæ, aut aliquâ apertione Literarum suarum, vel aliâ exactione seu molestatione quacumque, necnon salvum & securum Conductum sibi, si necesse fuerit, suis Sumptibus fieri procuretis,

Et si quid eis, *&c. ut in similibus de Requestu Literis.*

In cujus, &c. per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quarto die Novembris.

Per ipsum Regem.

Pro Capitaneo Calesii ad Generale Concilium profecturo.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. REX, universis & singulis Capitaneis, Castellanis, Custodibus Castrorum, Villarum, & aliorum Fortalitiorum, ac eorum Locatenentibus, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis nostris, tam infra Libertates, quam extra, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, carissimus Consanguineus noster, *Ricardus Comes Warwicæ*, Capitaneus Villæ nostræ Calesii, ac Gubernator Marchearum Picardiæ eidem Villæ adjacentium, necnon Locum nostrum tenens in dicta Villa nostra Calesii ac Marchearum Calesii, & in partibus Picardiæ, Flandriæ, & Artoys, in obsequio nostro, ad *Concilium Generale, apud Constantiam* in proximo celebrandum, de Mandato nostro, profecturus sit,

Et Nos proinde *ipsum Comitem*, tam de dicto Officio Capitanei dictæ Villæ nostræ Calesii, & Gubernatoris Marchearum eidem Villæ adjacentium, quàm de dicto Officio Locum nostrum tenentis in eadem Villa Calesii, ac Marchearum Picardiæ, Flandriæ, & Artoys, ab Egressu suo, ab eadem Villa Calesii, versus Concilium prædictum, usque Reditum suum, ab eodem Concilio, usque dictam Villam Calesii, voluerimus exonerari, & de facto, per Literas nostras Patentes, inde confectas, exoneravimus, prout in Literis prædictis plenius continetur,

Nos,

De fidelitate & circumspectione, dilecti & fidelis nostri, *Willielmi Lysle* Chivaler Junioris confidentes,

Constituimus ipsum *Willielmum* Locum nostrum tenentem, ad omnia & singula, quæ tam ad Officium Capitanei dictæ Villæ nostræ Calesii, & Gubernatoris Marchearum Picardiæ eidem Villæ adjacentium, quàm ad Officium Locum nostrum tenentis in eadem Villa nostra Calesii ac Marchearum Calesii & Partium Picardiæ, Flandriæ, & Artoys, merè pertinent, in absentia prædicti *Comitis* (videlicet ab Egressu suo, ab eadem Villa nostra Calesii, versus Concilium prædictum, usque reditum suum, ab eodem Concilio, usque dictam Villam nostram Calesii, Facienda & Exercenda,

Dantes eidem *Willielmo* plenam, Tenore Præsentium, Potestatem ad omnes & singulos Ligeos nostros, ibidem venientes, & in Villa, Marchiis, & Partibus prædictis morantes, transeuntes, & exinde redeuntes,

Carissimis Fratribus nostris, *Thoma Clarentiæ, Johanne Bedfordiæ*, & *Humfrido Gloucestriæ*, ac, carissimo Consanguineo nostro, *Edwardo Eborum*, Ducibus exceptis,

Supervidendum & Gubernandum, prout sibi meliùs videbitur fore faciendum,

Et ad quoscumque Defectus in Villa, Marchiis, & Partibus prædictis, Emendandum & Corrigendum, & Delinquentes in hac parte, juxta eorum Demerita, secundum Legem & Consuetudinem Partium illarum, Castigandum & Puniendum,

Et ideo vobis Mandamus quòd eidem *Willielmo*, tanquam Locum nostrum tenenti in Villa, Marchiis, & Partibus prædictis, Intendentes sitis, Respondentes, & Obedientes, prout decet.

Ad Universos, &c. quod cùm carissimus Consanguineus noster *Ricardus Comes Warwicæ*, Capitaneus Villæ nostræ Calesii, ac Gubernator Marchiarum ejusdem, necnon Locum nostrum tenens in dicta Villa nostra Calesii ac Marchiarum Calesii, & in 20.
Partibus Picardiæ, Flandriæ, & Artoys in obsequio nostro *ad Concilium Generale, apud Constantiam* proximò celebrandum, de Mandato nostro profecturus sit,

Nos proinde ipsum Comitem, tam de dicto Officio Capitanei dictæ Villæ nostræ Calesii & Gubernatoris Marchiarum prædictarum, quàm de dicto Officio Locum nostrum tenentis in dicta Villa nostra Calesii ac Marchiis Calesii, & dictis Partibus Picardiæ, Flandriæ, & Artoys, ab Egressu suo, à dicta Villa nostra Calesii, versus Concilium prædictum, usque Reditum suum, ab eodem Concilio, usque dictam Villam nostram Calesii volumus exonerari, & de facto exoneramus per Præsentes,

Volentes quòd, dilectus & fidelis noster *Willielmus Lysle* Chivaler Junior,

De cujus fidelitate & circumspectione plenam fiduciam optinemus,

Tam Custodiam dictæ Villæ nostræ Calesii, ac Gubernationem dictarum Marchiarum Calesii, quàm Officium Locum nostrum tenentis, in dicta Villa nostra Calesii, ac Marchiis Calesii, & in Partibus Picardiæ, Flandriæ, & Artoys supradictis habeat, ab hujusmodi Egressu Comitis, à prædicta Villa nostra Calesii versus Concilium prædictum, usque dictam Villam nostram Calesii, juxta formam Literarum nostrarum Patentium, eidem *Willielmo* in hac parte confectarum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo sexto die Novembris.

Pro Camerario Ducis Burgundiæ.

REX, per Literas suas Patentes, per unum Mensem proximò Ann. D.
futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum 1414.
suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, An. 2.
Copin de la Viesville Camerarium, carissimi Consanguinei H. 5.
Regis, *Johannis Ducis Burgundiæ*, in Regnum Regis Angliæ, in Ibid.
Nuncium ipsius Ducis, penes præsentiam Regis, cum Decem Personis in Comitiva sua vel infra, veniendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, ac Personas prædictas, necnon Equos, Res, & Hernesia sua quæcumque,

Dumtamen quicquam, quod in Regis Contemptum vel Præjudicium aliqualiter cedere valeat, non attemptent seu attemptari præsumant quovis modo,

Quodque Personæ prædictæ Bannitæ, aut extra Regnum Regis prædictum Abjudicatæ, non existant.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo sexto die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Passagio pro Ituris ad Concilium.

REX, Custodibus Passagii in Portubus Londoniæ, Dovorriæ, Ann. D.
vel Sandewici, Salutem. 1414.
Mandamus vobis quòd *Willielmum Abbatem Westmonasterii*, & An. 2.
Johannem Priorem Ecclesiæ Cathedralis beatæ Mariæ Wygorniæ, H. 5.
qui, in obsequio nostro, de licentia nostra, versus Civitatem *Con-* Claus. 2.
stantiæ, in partibus Alemanniæ, profecturi sunt, in aliquo Por- H. 5.
tuum prædictorum, versus Civitatem prædictam, cum Commo- m. 3.
nachis ac Servientibus suis, usque ad Numerum Sexaginta Personarum, vel infra, ac Equis & Hernesiis, liberè & absque impedimento aliquo transire permittatis,

* Aliquo Mandato nostro, vobis prius in contrarium directo, * IX.
non obstante, 180.

Dumtamen aliqua, nobis seu Regno nostro Angliæ præjudicialia, secum non deferant quovis modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo septimo die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Præsentatione.

PEtrus *Annewer* Clericus habet Literas Regis de Præsentatio- Ann. D.
ne ad Ecclesiam Parochialem Sancti Martini de Veile, in Insu- 1414.
la de Jernesey, vacantem & ad Regis Donationem, ratione Guer- An. 2.
ræ, inter ipsum Regem & illos de Francia motæ, spectantem, H. 5.
Et diriguntur Literæ illæ *Episcopo Constantiensi*, seu ejus Vica- Franc.
rio Generali in prædicta Insula de Jernesey. 2. H. 5.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo quarto die No- m. 11.
vembris.

Et

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ex Autogr. NOverint universi, præsentes pariterque futuri, quòd Nos, *Fernandus Petri de Ayala* Miles, *Gonsalvus Mauri* Legum Doctor,

Ambaxiatores & Nuncii per, Serenissimum Principem & Dominum, Dominum *Johannem Regem Castellæ & Legionis*, ad Prorogandum Treugas, ultimò inter, Serenissimos Principes & Dominos, Dominos *Reges Castellæ & Angliæ*, jam initas, specialiter deputati,

Recognoscimus, &, Tenore Præsentium, Confitemur nos realiter Recepisse & habuisse ab honorabilibus, providis, & discretis Viris, Dominis, *Johane Blount* Milite, *Thomâ Feld* Decano Herefordensi, & *Johane Archidiacono Medulsensi* in Ecclesia Burdegalensi, Legum Doctoribus,

Ambaxiatoribus & Nunciis prædicti Domini *Regis Angliæ*, ad Prorogandum etiam dictas Treugas specialiter deputatis,

Unam Originalem Litteram, in Pargamento conscriptam, & Magno Sigillo ipsius Domini *Regis Angliæ*, in Cerâ albâ impendente, munitam, Potestatem ipsorum Dominorum Ambaxiatorum, super Prorogatione dictarum Treugarum, specificè continentem;

Recognovimus etiam & fatemur Nos recepisse, & realiter habuisse, à dictis Ambaxiatoribus *Regis Angliæ* alias Litteras, prædicto Sigillo *Regis Angliæ*, in Cerâ albâ inpendente, munitas, & Confirmatorias Treugarum,

Inter, Serenissimos Principes & Dominos, Dominos Reges prædictos, per *Johannem Roderici* Archidiaconum de Gordonio, pro parte dicti Domini *Regis Castellæ*, & Magistrum *Johannem Honyngham* Legum Doctorem, Archidiaconum Dunelmensem, ipsius Domini Regis Prothonotarium, pro parte ejusdem *Regis Angliæ*, jam pridem captarum & initarum,

Prout in dictis Litteris latiùs continetur.

In cujus rei Testimonium præsentes Litteras, ad Præmissorum robur & firmitatem, Sigillis nostris propriis armorum inpendentibus sigillavimus.

Data & Acta apud *Baionam*, xxvii. die Mensis Novembris, & Anno de Nativitate Domini Milesimo, Quadringentesimo, Quartodecimo.

---

* IX. 181.

* *Pro Ambassiatoribus Januæ.*

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Scot. 2. H. 5. m. 13. REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Purificationis beatæ Mariæ proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Venerabilem in Christo Patrem, *Benedictum Buchanigra* Episcopum de Wintimilen. & *Janotum Lomelin*, Ambassiatores *Ducis & Communitatis Januæ*, ad præsentiam Regis, per Dominia & Jurisdictiones sua, tam ultra quàm citra Mare, cum Triginta Hominibus & Servientibus Equestribus, & alia Bona & res sua sibi necessaria, veniendo, ibidem morando, perhendinando, & redeundo, ubi & quandocumque sibi placuerit, absque Perturbatione vel Impetitione,

Aliquâ Marquâ, Reprisaliâ, aut aliâ Re quacunque, per Nos in contrarium concessâ vel concedendâ, non obstante;

Proviso semper quòd prædicti, *Episcopus* & *Janotus*, aut Homines seu Servientes sui prædicti, quicquam, quod, *&c. ut in Similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Exemplificatione super Fœdere, cum Rege Castellæ, perpetuo.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS QUODDAM SCRIPTUM, *Alfonsi* quondam *Regis Castellæ, Toleti, Legionis, Galliciæ, Sibiliæ, Cordubæ, Murciæ, & Jabenni*, factum in hæc verba,

NOVERINT UNIVERSI, præsentes Literas inspecturi, quòd Nos, *Alfonsus*, Dei gratiâ, *Rex Castellæ, Toleti, Legionis, Galliciæ, & Jabenni*, pro Nobis, & Hæredibus, & Successoribus nostris inimus Fœdus perpetuæ Amicitiæ cum, carissimo Consanguineo nostro, Domino *Henrico*, Dei gratiâ, *Illustri Rege Angliæ, Domino Hiberniæ, Duce Normanniæ & Aquitanniæ, & Comite Andegaviæ*, & Hæredibus & Successoribus suis, isto modo,

Quòd Nos, & Hæredes & Successores nostri, ab hac hora in antea, simus Amici & Imprisii prædicti *Regis Angliæ*, & Hæredes vel alii, cujus Jus ad Nos pertineat, factam à *Regina Berengaria*, Filia *Alfonsi Regis* & *Reginæ Aleonoræ*,

Et omnes Cartas, quas habemus super hoc à prædictis, vel aliquo eorum, promittimus, bonâ fide, dicto *Regi Angliæ* Restituere vel Delere,

Et volumus quòd, si inventæ fuerint, ex hac hora in antea sint Vacuæ & Cassæ,

Et hoc facimus propter multas bonas rationes, & multa alia, quæ Illustris *Rex Angliæ* prædictus, Consanguineus noster, Nobis concessit per Se, & Procuratores suos & solempnes Nuncios, *Petrum*, Dei gratiâ, *Herefordensem Episcopum* & *Johannem Mansell Beverlacensem Præpositum*, prout continetur in Scriptis eorum, Sigillis eorumdem sigillatis,

* Nos autem, tactis Sacrosanctis Evangeliis, pro Nobis, & Hæredibus & Successoribus nostris, præstamus corporaliter Juramentum, universa & singula, superiùs adnotata, benè, & integrè, & fideliter imperpetuùm observare, * IX. 182.

Quòd, si forte aliquo tempore contravenerimus (quod non est intentionis nostræ nec erit) Maledictionem Dei & Pœnam Perjurii incurramus.

In cujus rei Testimonium præsentem Cartam, Sigillo nostro Aureo præmunitam, sæpefato *Regi Angliæ*, & Hæredibus & Successoribus suis, duximus concedendam.

Facta apud *Toletum*, Rege exprimente, Decimo Kalendarum Maii, Æra Millesima, Ducentesima, Nonagesima Secunda.

Nos autem Scriptum prædictum duximus EXEMPLIFICANDUM per Præsentes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Decembris.

De Confirmatione super Tractatu de Matrimonio cum Katerina Franciæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. m. 12.

INSPEXIMUS LITERAS PATENTES, *Johannis Prophete* Decani Ecclesiæ Eborum, ac Custodis Privati Sigilli nostri, factas in hæc verba,

UNIVERSIS CHRISTI FIDELIBUS, ad quos præsentes Literæ pervenerint, *Johannes Prophete*, Decanus Ecclesiæ Eborum, ac Custos Privati Sigilli, metuendissimi Domini nostri *Henrici*, Dei gratia, *Regis Angliæ & Franciæ*, Salutem.

Literas Commissionis ejusdem Domini nostri Regis jampridem in hæc verba recepi,

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus Christi Fidelibus, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cùm, inter *Consanguineum nostrum Franciæ*, per Commissarios & Ambassiatores suos, & *Nos*, per Ambassiatores & Deputatos nostros, habiti fuerint varii & diversi Tractatus, ad Concludendum & Firmandum Pacem, finalem & perpetuam, inter *Consanguineum nostrum* prædictum & *Nos*, ac Subditos & Ligeos utriusque Regnorum Angliæ & Franciæ,

Ad quam introducendam, videbatur Ambassiatoribus & Deputatis nostris viam Justitiæ (videlicet) Restitutionis Jurium & Hæreditatum, in partibus ultramarinis ad Nos pertinentium, fore accomodam,

Ambassiatoribus verò & Commissariis præfati Consanguinei nostri, videbatur, via propinquior & commodior, Tractatus Parentelæ, inter *Nos* & præfatum *Consanguineum nostrum*, per Matrimonium inter *Nos* &, inclitam Puellam, *Katerinam*, Filiam ejusdem nostri Consanguinei, celebrandum, Renovandæ,

Et propterea, tam ex parte dicti Consanguinei nostri, quàm nostrâ, hactenus factæ fuerint diversæ Promissiones, Temporum Dilationes ac Prorogationes,

Continentes quòd nec *Nos*, nec ipsa *Domina Katerina*, ad aliud Matrimonium, ullo modo, Consentiremus, nec Contraheremus, nisi solum inter Nos Duos, intra certa tempora jam elapsa, si commodè fieri potuisset, contrahendum,

Nos verò,

Certis ex causis, nobis in hac parte expositis, sperantes in Domino quòd adhuc ad Pacem finalem, per vias supradictas, poterit deveniri,

De Fidelitate sincerâ, & circumspecta Prudentia, dilecti Consiliarii nostri, Magistri *Johannis Prophete*, Decani Ecclesiæ Eborum, & Sigilli nostri Privati Custodis, plurimùm confidentes,

Ad

Bonis Secundo.

Quarum quidem Literarum Auctoritate & Vigore ego *Johannes Prophete*, Commissarius prædictus, Præsentium Tenore, Promitto, & Juro, ad Sancta Dei Evangelia, per me corporaliter tacta, Nomine dicti Domini nostri Regis, quòd præfatus *Dominus noster Rex*, cum nullâ muliere, aliâ à *Domina Katerina* prædicta, citra Festum Purificationis beatæ Mariæ proximò futurum, Matrimonium contrahet, aut super eo quomodolibet concludet.

In cujus rei Testimonium Sigillum meum Decanatûs mei Eborum præsentibus apposui.

Dat. *Londoniæ* decimo nono die Octobris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Quartodecimo, & Regni prædicti Domini nostri Regis Secundo.

Nos autem Literas prædictas Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus, prout eædem Literæ rationabiliter testantur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, quarto die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Prorogando Treugas Franciæ.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Franc. 2. H. 5. m. 10.

REX, Venerabilibus Patribus, *Thomæ Episcopo Dunelmensi*, Consiliario, *Ricardo Episcopo Norwicensi*, Consanguineo, *Thomæ Comitis Dorsetiæ*, Avunculo & Admirallo, ac *Ricardo Domino de Grey*, etiam Consanguineo, nostris, Salutem.

Cùm nuper, per Commissarios, *Adversarii nostri Franciæ*, & Deputatos nostros, certæ fuerint, tam per Terram & Aquas, quàm per Mare, generales Treugæ firmatæ, usque ad Festum Purificationis beatæ Mariæ proximò venturum tantummodo duraturæ,

Et aliqua Negotia, inter præfatum *Adversarium nostrum* & *Nos* pertractanda, interim occurrunt, quæ citra Festum prædictum non poterunt, ut creditur, verisimiliter terminari,

Idcircò, ad Prorogandum Treugas prædictas, in Tenore & Forma, quibus jam captæ & firmatæ sunt, cum omnibus suis Clausulis, usque ad Tempus longius, prout vobis Quatuor, vel Tribus vestrûm, visum fuerit oportunum,

Ac præfatas Treugas, & eorum Prorogationem, si vobis expedire videbitur, proclamari faciendum,

Ac Confirmationem Prorogationis hujusmodi, per Nos fiendam, Nomine nostro, promittendi,

Cæteraque singula, in Præmissis vel circa ea oportuna vel necessaria, Excercendi, Faciendi & Expediendi,

Vobis Quatuor, vel Tribus vestrûm, Tenore Præsentium, speciale Mandatum, ac plenam & liberam Concedimus Facultatem,

Promittimus insuper, bonâ fide & in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid vos Quatuor, vel Tres vestrûm, feceritis in Præmissis,

Et, si Treugas prædictas per vos, ut præmittitur, prorogari contingat, Treugas ipsas, sic prorogatas, per Literas nostras confirmabimus, servabimus, & servari faciemus, perinde ac si per Nos fuissent in Persona propria prorogatæ.

In cujus, &c.

Dat. in *Palatio nostro Westm.* Quinto die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Matrimonio cum Katerina Franciæ.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid.

REX, Venerabilibus Patribus, *Thomæ Episcopo Dunelmensi*, Consiliario, *Ricardo Episcopo Norwicensi*, Consanguineo, *Thomæ Comiti Dorsetiæ*, Avunculo & Admirallo, ac *Ricardo Domino de Grey*, etiam Consanguineo, nostris, Salutem.

Cùm, inter *Consanguineum nostrum Franciæ*, per Commissarios & Ambassiatores suos, & *Nos*, per Ambassiatores & Deputatos nostros, habiti fuerint varii & diversi Tractatus, ad Concludendum * & Firmandum Pacem, finalem & perpetuam, inter Consanguineum nostrum prædictum & Nos, ac Subditos & Ligeos utriusque Regnorum Angliæ & Franciæ, * IX. 184.

Ad quam inducendam videbitur Ambassiatoribus & Deputatis nostris viam Justitiæ (videlicet) Restitutionis Jurium & Hæreditatum, in partibus ultramarinis ad Nos pertinentium, fore Accomodam,

Ambassiatoribus verò & Commissariis præfati Consanguinei nostri videbatur, via propinquior & commodior, Tractatus Parentelæ, inter *Nos* & præfatum *nostrum Consanguineum*, per Matrimo-

confidentes,

Ad Prorogandum supradictam Promissionem & Dilationem ultimam pro parte nostra, & Promittendum ac Jurandum pro Nobis & nomine nostro, & Litteras vestras super hoc in competenti forma faciendum, quòd, usque ad diem, per vos Quatuor, Tres, aut Duos ex vobis, ad hoc limitandum, nullum, cum quacunque Muliere, aliâ à *dicta Katerina*, Matrimonium contrahemus, aut super hoc quomodolibet concludemus,

Literasque vestras super Prorogatione, Promissione, & Juramento hujusmodi per Nos confirmari Promittendum,

Vobis Quatuor, Tribus, aut Duobus vestrûm, Tenore Præsentium, plenam Committimus Facultatem,

Promittentes, in bonâ fide & in verbo regio, quòd Prorogationem, Promissionem, & Juramentum hujusmodi, per vos Quatuor, Tres, aut Duos ex vobis, nomine Nostro, ut præmittitur, fienda, per Literas nostras Confirmabimus, &c, quantum ad nos attinet, finaliter implebimus & observabimus inconcussè.

In cujus, &c.

Dat. in *Palatio nostro Westmonasterii*, quinto die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Tractando, super Matrimonio prætacto.

REX, Venerabilibus Patribus, *Thomæ Episcopo Dunelmensi*, Consiliario, *Ricardo Episcopo Norwicensi*, Consanguineo, *Thomæ Comiti Dorsetiæ*, Avunculo & Admirallo, *Ricardo Domino de Grey*, etiam Consanguineo, nostris, Salutem. Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. m. 12.

Cùm noviter, inter *Consanguineum nostrum Franciæ*, per Commissarios & Ambassiatores suos, & *Nos*, per Ambassiatores & Commissarios nostros, habiti fuerint varii & diversi Tractatus, ad inducendum & firmandum Pacem, finalem & perpetuam, inter *Consanguineum nostrum prædictum* & *Nos*, ac Subditos & Ligeos utriusque Regni Angliæ & Franciæ,

Ad quam inducendam & nutriendam, videbatur Nunciis Consanguinei nostri prædicti viam Commodiorem & Propinquiorem fore Renovationem Affinitatis & Parentelæ, inter præfatum Consanguineum nostrum & Nos, fiendam per Contractum Matrimonii, inter Personam nostram &, inclitam Puellam, *Dominam Katerinam*, *ipsius Consanguinei nostri Filiam*, celebrandum,

Nos,

Pacis auctori in quantum possumus complacere desiderantes, & verisimiliter confidentes quòd, per hujusmodi Matrimonium, si, Deo propitio, celebrare contingat, Regna Angliæ & Franciæ prædicta ad Pacis & Concordiæ unitatem citiùs reducentur,

Ad Communicandum, Tractandum, Concordandum, & Concludendum, cum præfato *nostro Consanguineo*, vel Deputatis ab eo, super Sponsalibus & Matrimonio, inter *Nos* & *præfatam Katarinam* contrahendis,

Et,

* Postquam inter *Consanguineum nostrum* prædictum, vel Deputatos suos, & Vos in hac Materia, cum suis Incidentiis & Connexis, concordatum fuerit & Conclusum, * IX. 185.

Ad contrahendum, Nomine nostro, Sponsalia de futuro, per verba & modos ad hoc apta, ac Matrimonium, per verba legittima, de præsenti, purè vel sub Conditione, cum præfata *Domina Katerina*, & de Dote eidem *Katerinæ* per Nos assignandâ, necnon Traductione ejusdem *Katerinæ* ad nostram præsentiam, Tractandum & Concludendum,

Et ad Observandum hæc & alia, per Vos concludenda, firmiter Nos Obligandum,

Omniaque alia & singula, in Præmissis vel circa ea necessaria vel oportuna, Faciendum, Exequendum, Expediendum, & Exercendum,

Vobis conjunctim & cuilibet vestrûm divisim,

De vestris circumspecta prudentia & fidelitate sincera pleniùs confidentes,

Speciale Mandatum & Potestatem plenariam Concedimus per Præsentes,

Promittimus insuper, bonâ fide & in verbo regio, nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros, & per nostras Literas Patentes confirmaturos quicquid, per vos vel aliquem vestrûm, Gestum, Promissum, Contractum, & Conclusum fuerit in Præmissis & quolibet præmissorum, nec præsens nostrum Mandatum quovis modo revocabimus quousque per vos vel unum vestrûm certiorati fuerimus hujusmodi Matrimonium seu sponsalia, aliquibus ex Causis, per vos vel unum vestrûm explicandis, optatum non posse sortiri effectum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. *in Palatio Regis Westmonasterii*, Quinto Die Decembris.

Per ipsum Regem.

REX,

H. 5. stro, quoscumque salvos Conductus quibuscumque Personis (cu-
m. 10. juscumque status, gradûs, aut conditionis existant) ac in quanto Numero vobis videbitur, in & per omnia Regna, Terras, Districtus, & Dominia nostra, per Terram & per Mare, ac sub talibus modo & forma, quæ vobis videbitur expedire,

Vobis (de quorum Fidelitate, Circumspectione, & Industria fiduciam gerimus specialem) seu Tribus, aut Duobus ex vobis, Potestatem plenariam Concedimus per Præsentes,

Quos quidem salvos Conductus, per vos, ut præmittitur, concedendos, fideliter observari faciemus, talemque vigorem optinere Volumus qualem haberent si nos ipsi Concederemus eosdem,

Ac insuper Promittimus, in bonâ fide & in verbo regio, nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid Vos, Quatuor, Tres, aut Duo ex Vobis in Præmissis duxeritis faciendum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Quinto die Decembris.

Per ipsum Regem.

---

* IX. 186. ** De Tractando, super Matrimonio Memorato.*

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. REX, Venerabilibus Patribus, *Thomæ Episcopo Dunolmensi*, Consiliario, *Ricardo Episcopo Norwicensi*, Consanguineo, *Thomæ Comiti Dorsetiæ*, Avunculo & Admirallo, *Ricardo Domino de Grey*, etiam Consanguineo, nostris, ac, Magistris *Philippo Morgan* utriusque Juris Doctori, & *Ricardo de Holm* Licentiato in Legibus, Salutem.

Cùm nuper, inter Nuncios & Ambassiatores solemnes, quos *Adversarius noster Franciæ* ad nostram Præsentiam destinavit, & certos Commissarios nostros, super Viis inductivis ad Pacem finalem, inter Regna Angliæ & Franciæ perpetuò firmandam, fuisset aliquantulum Communicatum,

Dictis Ambassiatoribus asserentibus viam Propinquiorem, ad hujusmodi Pacem inducendam, fore Renovationem Parentelæ, inter præfatum *Adversarium* & *Nos*, per Fœdus Matrimonii, inter *Nos*, &, inclitam Puellam, *Dominam Katerinam*, ipsius Adversarii Filiam, annuente Domino, Contrahendi,

Commissariis verò nostris affirmantibus Viam Commodiorem ad hujusmodi Pacem fore Exhibitionem Justitiæ, per quam Jura & Hæreditates Nobis, in Partibus ultramarinis debita, Redderentur,

Nos (Pacem hujusmodi sincero cordis affectu desiderantes) certos nostros Ambassiatores ad Præsentiam *Adversarii nostri* prædicti jam tardè transmisimus, de nostris Voluntate & Proposito circa Materias prædictas pleniùs informatos,

Et licet Ambassiatores nostri supradicti, cum Commissariis & Deputatis præfati *Adversarii nostri*, super Viis & Mediis Pacis prædictæ, diversos & exquisitos habuissent ibidem tractatus, & super Materia Parentelæ supradictæ, licet succinctè fuisset aliqualis Communicatio habita inter eos, nichilominus, hujusmodi Negotiis non conclusis, præfati nostri Ambassiatores ad nostram Præsentiam sunt reversi,

Postmodùm verò *præfatus Adversarius* ad Nos destinavit Literas suas Credentiales, per Magistrum *Johannem Andrew* Consiliarium suum primò, & deinde per *Dorset Haraldum* secundas suas Literas,

Per quas intelleximus præfatum *Adversarium nostrum*, ad continuandum ulterius Tractatus prædictos, pro bona tranquillitate & quiete utriusque Regnorum prædictorum, fore efficaciter inclinatum,

Nos verò,

Pacis Auctori complacere, & ad Pacem & Tranquillitatem Regnorum prædictorum vacare & intendere efficaciter desiderantes, ac verisimiliter confidentes quòd adhuc, per vias Justitiæ & Parentelæ, hujusmodi Regna prædicta ad Pacis & Concordiæ Unitatem citiùs reducentur,

De Vestris Circumspectione, Fidelitate, & Industria plenariè confidentes,

Vos nostros Ambassiatores, Commissarios, & Nuncios speciales, Tenore Præsentium, Facimus, Ordinamus, & etiam Deputamus,

Dantes vobis, Quinque, Quatuor, aut Tribus vestrûm, pro Nobis & Nomine nostro, plenam Auctoritatem, Potestatem, & Mandatum generale atque speciale, ad Præsentiam dicti *Adversarii nostri Franciæ*, vos transferendi,

Ac coram ipso, & Commissariis, sive Deputatis suis, nostras Intentionem & Voluntatem, quoad ea quæ Bonum Pacis & Utilitatem Reipublicæ utrorumque Regnorum prædictorum respicere possunt, Exponendi & Declarandi,

Cæteraque omnia & singula Faciendi & Expediendi, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale, & quæ nos facere possemus si essemus ibidem in propria Persona præsentes,

Promittimus insuper, bonâ fide ac in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuis Temporibus, habituros, & per Literas nostras Patentes confirmaturos, totum & quicquid Vos, Quinque, Quatuor, aut Tres vestrûm, feceritis in Præmissis & quolibet Præmissorum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio nostro Westm.* Quinto die Decembris.

Per ipsum Regem.

REX, Venerabili Patri *Ricardo Episcopo Norwicensi*, Consanguineo, & *Thomæ Comiti Dorsetiæ*, Avunculo & Admirallo, nostris, Salutem.

Cùm, *&c. ut supra usque ibi*, Deputamus, *& tunc sic*,

Dantes Vobis, pro Nobis, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Dat. ut supra.

Per ipsum Regem.

De Potestatibus ad Tractandum super Confœderationibus cum Francia.

REX, Venerabilibus Patribus, *Thomæ Episcopo Dunolmensi*, Consiliario, *Ricardo Episcopo Norwicensi*, Consanguineis, *Thomæ Comiti Dorsetiæ*, Avunculo & Admirallo, *Ricardo Domino de Grey*, etiam Consanguineo, nostris, ac, Magistris, *Philippo Morgan* utriusque Juris Doctori, & *Ricardo de Holme* Licentiato in Legibus, Salutem. Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ibid. m. 22.

Licet, inter *Adversarium nostrum Franciæ*, per Nuncios & Ambassiatores suos, & *Nos*, per Commissarios & Ambassiatores nostros, pro inducenda & firmanda Pace, finali & perpetuâ, inter *Adversarium nostrum* prædictum & *Nos*, ac Ligeos & Subditos utriusque Regni, Angliæ (scilicet) & Franciæ, habiti fuerunt varii Tractatus, & Communicationes diversæ,

Tamen hucusque non est per eos in memorato Negotio aliquid effectualiter terminatum,

Noviter ergo præfatus *noster Adversarius* Literas suas credentiales, per Magistrum *Johannem Andrew* Consiliarium suum Primò, & deinde per *Dorset Haraldum* Secundas suas Literas transmisit,

Per quas intelleximus præfatum *Adversarium*, ad Continuandum ulterius Tractatus prædictos, pro Tranquillitate & Quiete utriusque Regnorum prædictorum, fore efficaciter inclinatum,

Nos verò,

Pacis Auctori complacere, & ad Pacem & Tranquillitatem Regnorum prædictorum vacare & intendere affectantes, ac verisimiliter confidentes quòd adhuc Regna prædicta ad Pacis & Concordiæ unitatem poterunt, divinâ Pietate mediante, reduci,

De vestris Circumspectione fidei & prudenti Industria plenariè confidentes,

Vos nostros Ambassiatores, Commissarios, & Nuncios speciales Ordinamus, Deputamus, & Facimus per præsentes,

Dantes Vobis, Quinque, Quatuor, aut Tribus Vestrûm, pro Nobis & Nomine nostro, plenam Auctoritatem, Potestatem, & Mandatum generale atque speciale, ad præsentiam dicti Adversarii nostri Franciæ, vos Transferendi,

Ac coram Ipso & Commissariis, sive Deputatis suis, nostras Intentionem & Voluntatem, quoad ea quæ Bonum Pacis, & Utilitatem Rei Publicæ utrorumque Regnorum prædictorum respicere possunt, Exponendi & Declarandi,

Tractatumque jam Inceptum Continuandi, sive alium quemcumque Incipiendi,

Ac super viis, ad Pacem jam apertis & aliis, quæ, ab una parte vel ab alia, aperiri sive de novo reperiri poterunt, ac super Pace, finali & perpetua, inter *Adversarium prædictum* & *Nos*, ac * Re- * IX.
gna prædicta, firmandâ, Tractandi, Communicandi, Concordan- 188.
di, & Concludendi,

Necnon Jura, Hæreditates, Possessiones, Pecuniarum Summas, & alia Bona quæcumque, nobis debita & ad nos pertinentia, Petendi & Recipiendi, eorumque Possessionem Nanciscendi & Continuandi, Apochas de Soluto oportunas Faciendi,

Ligas ac Confœderationes speciales & perpetuas, cum præfato *Adversario nostro*, pro Se, & Successoribus suis, Ineundi, Firmandi, & Concludendi,

Et ad eas perpetuò observandas Nos & Successores nostros efficaciter Obligandi,

Cæteraque omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi,

1414. tem.
An. 2. Supplicabit Nobis, dilectus Ligeus, *Johannes de Waghen* de Beverlaco ut,
H. 5. Pat. 2. Cùm, cariſſimus Dominus & Pater noſter, Dominus *Henricus* nuper *Rex Angliæ* Defunctus, *&c. ut ſupra de Dat.* 14 *Maii, uſque hæc verba (viz.)*
H. 5. p. 3. m. 15. Nos (Supplicationi prædictæ Annuentes) Vobis, & cuilibet Veſtrûm, mandamus quòd, univerſas & ſingulas Naves de partibus Hollandiæ, in aliquibus Portubus aut aliis Locis infra Regnum noſtrum Angliæ exiſtentes, & exnunc venturas, unà cum Mercatoribus in eiſdem exiſtentibus, ac Magiſtris & Marinariis earumdem, necnon Bonis, Mercandiſis, & Rebus ipſorum Mercatorum, Magiſtrorum, & Marinariorum quibuſcumque, quæ in Navibus illis aut extra invenire poteritis, uſque ad Summam prædictam, una cum Dampnis, Miſis, & Expenſis ipſius *Johannis*, quæ in hac parte rationabiliter ſuſtinuit, nomine Marquæ & Repriſaliæ, de tempore in tempus, capi & areſtari, & ea ſub ſalva, ſecura, & honeſta Cuſtodia poni faciatis,

Noſque de Captione & Areſtatione Navium, Mercatorum, Magiſtrorum, Marinariorum, Bonorum, Mercandiſarum, & Rerum prædictorum, ac de toto Facto veſtro in hac parte, in Cancellariam noſtram, de tempore in tempus, diſtinctè & apertè, ſub Sigillis veſtris certificetis, ut indè, ad Proſecutionem præfati *Johannis*, cum ſaniori deliberatione facere valeamus quod juſtum fuerit in Præmiſſis, & fore viderimus conſonum rationi.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Quinto Die Decembris.

Per ipſum Regem.

Super diverſis Expenſis allocandis pro Rege Scotiæ, Ambaſſiatoribus Franciæ & Ducis Burgundiæ, ac aliis.

Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Triti Cler. Pell. PLeaſe a Roy, noſtre Treſſoverein Seigneur, Commander le Gardein de voſtre Prive Seal, pour faire Lettres de Garrant, directez as Treſorer & Barons de voſtre Eſchequer, eux Enchargeantz d'allouer a, voſtre Servitour, *Roger Leche*, Treſorer de voſtre Honourable Houſtiell, en ſes Accomptez, queux eſt a rendre devant eux, certeins Sommes d'argent, par luy Paiez, par voſtre Commandement, come apiert aprés,

PRIMEREMENT, un Garrant, Directez as ditz Treſorer & Barons, eux Enchargeantz pour allouer a dit Roger, en ſes Accomptez, CC. Li. a vous deliverez par la Diſtribution as xii. M. * Povers Gentz a Teukisbury, le bon Vendredy darein paſſe, par voſtre Comaundement ſuſdit. * IX. 189.

ITEM, un autre Garrant, direct as meſmes les Treſorer & Barons, eux Enchargeantz d'allower au dit Roger en ſes dictes Accomptez xii *l.* xiii. *s.* iv. *d.* par luy paiez, par voſtre Commandement, a John Chilley & autres ſes Compaignons, *Luctantz* en voſtre Preſence a Hertforde le Jour de Seint Pier, Quod dicitur ad Vincula, darein paſſe.

ITEM, un autre Garrant, direct as meſmes le Treſorer & Barons, eux Enchargeantz d'allouer a dit Roger, en ſes Accomptez avaunt dictes, ccc *l.* par luy Paiez a William Hudleſton, pur lez Deſpenſes du Roy d'Eſcoce, Count de Fyff, & autres eſteantz a voz Coſtages, par iii C. Jours, par Accord fait par entre voſtre Seneſcal & Treſorer de voſtre Honourable Hoſtiell & le dit William Hudleſton, pur le Jour xx *s.*

ITEM, un autre Garrant, direct a meſme le Treſorer & Barons, eux Enchargeantz d'allouer a dit Roger, en ſes dictes Accomptez, xx *l.* xvi *s.* viii *d.* par luy Paiez pur les Deſpenſes des Ambaſſatours de Duk de Burgoyne, eſteantz a voz Coſtages, par entre le viii. Jour de Novembre & Primer Jour de Decembre.

ITEM, un autre Garrant, direct as meſmes le Treſorer & Barons, eux Enchargeantz d'allouer a dit Roger, en ſes dictes Accomptes, xxiv *l.* xiv *s.* iii *d.* par luy Paiez par les Deſpenſes des certeins Ambaſſatours de Roy de France, eſteantz a voz Couſtages a Leyceſtre & allours, par entre le xvii. Jour de May, & le ſecounde Jour de Juyn.

ITEM, un autre Garrant, direct a ditz Treſorer & Barons, eux Enchargeantz d'allouer a dit Roger, en ſes ditz Accomptes, lxxii *s.* ob. par luy Paiez pur les Deſpenſes du Chivaler de Duk de Burgoyne, eſteantz a voz Couſtages a Leyceſtre, par iv. Jours en Moys de Juyn darrein paſſe:

ITEM, un autre Garrant, direct as meſmes le Treſorer & Barons, eux Enchargeant d'allouer a dit Roger, en ſes dictes Accomptes, lvi *l.* xxii *d.* par luy Paiez pur les Deſpenſes des diverſes Seigneurs & autres Officers, eſteantz a vos Coſtages a Langeley, & d'illoques tanque a Weſtm. par iv Jours, en le Moys de Decembre, pur la Tranſlation del Corps de Roy Richard n'adgairs Roy d'Engleterre.

Clerc de Monſieur d'Everwyk:

ii. Verges iii. Quarters de Drap de Colour, & iv. Verges de Ray, par luy Liverez a Johan Burgh.

v. Verges de Drap de Coulour, par luy Liverez a Sire Symon de Sholey.

ii. Verges iii. Quarters, de Drap de Colour,

iv. Verges de Ray, par luy Liverez a William Fitzhugh,

ii. Verges iii. Quarters de Drap de Colour, & iv. Verges de Ray, par luy liverez a Nich. Saxton.

ii. Verges iii. Quarters de Drap de Colour, iv. Verges de Ray par luy liverez a Johan Aſhfores apres le Feſt de Nowell.

Par Commandement du Roy, a la Relation de l'Eveſque de Winceſtre, Chanceller d'Engleterre, Lettre ſoit fait le vii. Jour de Decembre, l'An, &c. Second.

Super Vadiis & Expenſis Ambaſſiatorum.

Le Roy a Grante toute la Bille.

PLESE a, noſtre Tres Soverain Seigneur, le Roy Graunter Garaunt, deſoubz voſtre Prive Seal, directe as Treſorer, Barons, & Chamberleyns de voſtre humble Liege, * *Richard Eveſque de Norwiz*, ou un autre Perſone Covenable en ſon Noun, par Serement de l'une ou de l'autre, Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Ex Orig. Pirees Cler. Pell. * IX. 190.

D'un Viage que meſme l'Eveſque fiſt alant ja tarde, de voſtre Commandement, en voſtre Ambaſſiate vers les Parties de France, & des Deniers par luy Receuz pur celle Cauſe,

Faiſantz a lui due Allouance de Ancienx Gages Journelles, come autres de ſon Eſtat ount eu devaunt ces Heures en ſemblable Cas, del' Jour, qu'il departiſt de voſtre Citee de Loundres vers les ditz Parties de Fraunce, tanque a ſon Retourne illoeques, oveſque ſa Meiſnie, Chivaulx, & lour Harnois; c'eſtaſſavoir,

Del x. Jour de Juylet tanque al' tierce Jour d'Octobre adonques proſchein enſuaunt, quel Jour ſa dicte Meiſnie, oveſque lour Chivalx & Harnois, & vos Joalx par luy Achatez a Parys, retournerount de illoeques al dicte Citee de Loundres, par iv XX. vi. Jours (le primer & darrein Jours Accomptez) Nientconſtre eſteant que le dit *Eveſque* & le *Counte de Saleſbury* furount Commandez par voz Lettres de Venir, & venoient par devant voz autres Ambaſſiatours,

Enſemblement oveſque ſes Coſtages & Deſpenſes, pur ſes Paſſage & Repaſſage parmy la Mer; c'eſtaſſavoir, oveſque xxvii. *l.* vii *s.* x *d.* pur ſon Paſſage de Wyncheſe al Port de Depe en Normandie,

Et xxx *l.* pur Repaſſage de *Lui meſme*, & del *dis Counte*, venantz par devant de Harflu al Port de Porteſmouth, en Deu Niefs, Saunz Chivaulx, come deſuz,

Et xxxvi *l.* vi *s.* viii *d.* pur Repaſſage de ſa dite Meiſnie, toutz ſes Chivalx, vos Joalx, & lour Harnois ſuiſdictes, oveſque les autres Ambaſſiatours, de Harflu al Port de Hampton,

Et auxi oveſque iv *l.* vi *s.* viii *d.* Paiez ſibien pur Repaſſage de v. Hommes, & xii Chivalx, par Tempeſt de Mer, Arrivez al Port de Caleys tanque al Port de Dovorre, come pur Regarde fait as Mariners ſuiſditz,

Et, ce que a lui ſera trove due par meſme l'Accompte, q'il poet ent avoir Paiement ſuffiſceaunt.

H. Chambellan d'Engleterre.

Don. a Weſtm. *le x. Jour de Decembre, l'An &c. ſeconde.*

De non Attemptando contra Jus Regium.

REX, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Miniſtris, & omnibus aliis Fidelibus & Subditis noſtris in Terra noſtra Hiberniæ, tam infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c Salutem. Ann. D. 1414. An. 2. H. 5. Pat. 2. H. 5. p. 3. m. 20. d

Cùm nuper, Cariſſimo Domino & Patre noſtro, Domino *Henrico*, *nuper Rege Angliæ*, viam univerſæ Carnis ingreſſo,

Ac Poteſtate Locumtenentis, & aliorum Officiariorum ſuorum, in dicta Terra Hiberniæ, ea de cauſa penitus ceſſante,

Liberâque Capellâ Sanctæ Trinitatis de Cork in Hibernia, per mortem *Mauritii Morgan* Capellani, nuper Cuſtodis ejuſdem, tunc vacante, Capellam illam, ad noſtram Donationem ſpectantem, dilecto nobis, Magiſtro *Johanni Martell* Clerico Contulerimus Regio jure noſtro,

Et Mandaverimus, Venerabili Patri, *Patricio*, *Epiſcopo Corkagenſi*, quòd ipſum Johannem ad dictam Capellam, prætextu Collationis noſtræ hujuſmodi, admitteret, & Cuſtodem inſtitueret in eadem,

Jamque intellexerimus quòd nonnulli Rebelles noſtræ Terræ prædictæ, ac quidam alii, Jus noſtrum regium, ac Collationem noſtram

& in Prisona nostra salvo custodiri faciatis, donec aliud a Nobis indè habueritis in Mandatis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xii. die Decembris.

Ibid. REX, Universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Decanis, Archidiaconis, Cancellariis, Præcentoribus, Præpositis, Sacristis, Præbendariis in Ecclesiis Cathedralibus, seu Collegiatis, & omnibus aliis Personis Ecclesiasticis, in quacumque Dignitate vel Officio constitutis, necnon Notariis Publicis, & aliis quibuscumque in Terra nostra Hiberniæ, ad quos, &c. Salutem.

Cùm, *&c. ut supra usque ibi*, in eadem,

Jamque intellexerimus quòd quidam Jus nostrum Regium, *&c. ut supra usque ibi*, refrænare, *tunc sic*,

Vobis & cuilibet vestrûm, sub gravi Indignatione nostra, Prohibemus, firmiter Injungentes, nè quicquam, quòd in Derogationem Juris nostri Regii, seu Collationis nostræ prædictæ enervationem cedere valeat, Nobis inconsultis, quacumque Auctoritate, seu quovis quæsito colore, attemptetis, aut per alios faciatis attemptari quoquo modo, Scientes pro certo quòd, si secus feceritis, ad vos, tanquam ad Violatores Juris nostri Regii, graviter capiemus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, x. die Decembris.

Pro Episcopo Dunolmensi de Herbergagio.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1414. Sciatis quòd Assignavimus, Venerabili Patri, *Thomæ Episco-*
An. 2. *po Dunelmensi* Manerium & Villam de Harlowe, Manerium &
H. 5. Villam de Netteswell, Villam de Matchyng, & Villam de Lat-
Ibid. ton,
m. 23. Habenda eidem Episcopo, quamdiu nobis placuerit, pro Herbergagio Hominum & Servientum, ac Equorum suorum,

Ita quòd Herbergeator Hospitii nostri dicta Maneria & Villas, vel aliqua eorumdem, alteri non assignet,

Nec aliquis Provisorum Hospitii prædicti, seu alius Minister noster, quicquam de Bladis, Fœnis, Equis, Carectis, Cariagiis, seu aliis necessariis, infra dicta Maneria & Villas vel aliqua eorumdem, capiat quovis modo,

Proviso semper quod idem Episcopus pro hujusmodi Fœnis, Equis, Carectis, Cariagiis, & aliis Necessariis, per se vel Homines, aut Servientes suos prædictos, ibidem capiendis, fideliter solvat & satisfaciat, ut est justum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xii. die Decembris.

Per ipsum Regem.

Pro Johanne de Clyfford super Factis Armorum.

Au Roy nostre Soveraigne Seigneur.

Le Roy la Grante.

Ann. D. SUpplic vostre humble Liege *Johan de Clyfford* que,
1414. Come il ad plieu a vostre Hautesse de luy doigner Licence
An. 2. pur Accomplier & faire certaines faitez d'Armes, a luy faitz par
H. 5. Monsieur *William Douglays* de Dunlangryng,
Penes Vous plese adresser voz Honorables Lettres a, son Treschier
Cleric. Cosyn, *Johan Nevyll*, Gardeyn des voz Westmarches vers l'Es-
Pell. cocce, ou a son Lieutenant, luy Comandauntz de luy teigner lieu a Carlill, a certein jour par luy a lymyter, & entre les Partiez accordes,

* IX. * Et, outre ceo, si ascuns Chivalers ou Esquiers, a mesme temps
192. veignauntz, en lour Compagnie, al Noumbre de vi. Vous plese de lour doigner Licence a ceo Parfourmer, & de Comaunder le dit Monsieur *John Nevyll*, ou a son Lieutenant, de lour teigner Lieux a Carlill, come desuitz, & a mesme le temps.

H. Chambellan d'Engleterre.

Don. *a Westm.* le xiii. Jour de Decembre l'An &c. II.

deundo, ac Personis, Equos, Armaturas, & Hernesia sua quæcumque,

Dumtamen Personæ prædictæ proditores Regis aut extra dictum Regnum Regis Bannitæ seu Abjudicatæ non existant, nec quicquam, quod in Regis Contemptum vel Præjudicium, aut Populi Regis Dampnum aliqualiter cedere valeat, attemptent seu attemptari præsumant quovis modo,

Volumus tamen quòd, si prædictus *Willielmus*, vel dictæ Personæ de Scotia, per ipsum nominandæ, aut eorum aliquis, aliquod Dampnum præfato *Johanni*, seu alicui dictarum Sex Personarum, per ipsum Johannem sic nominandarum, faciendo Arma sua prædicta, faciant, tunc, eo non obstante, præsentes Literæ Regis de salvo Conductu in suo robore permaneant & virtute.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xvi. die Decembris.

Per ipsum Regem.

Super Factis prædictis.

REX, per Literas suas Patentes, usque ad Quintumdecimum Ann. D.
Diem Februarii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum 1414.
& securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & *An.* 2.
Defensionem suas speciales, *Willielmum Douglas* de Dunlangryg in *H.* 5.
Scotia Chivaler, usque ad Civitatem Karliolensem, cum Sex Per- *Ibid.*
sonis de Scotia in Comitiva sua per ipsum nominandis, pro certis *m.* 17.
Factis Armorum, infra Civitatem prædictam, vel alibi prope eandem Civitatem, ubi per, carissimum Consanguineum Regis, *Johannem de Nevyll*, Custodem Marchiarum Regis de la Westmarche versus Scotiam, & Judices in hac parte per Regem assignatum, juxta sanam discretionem suam provisum fuerit, cum *Johanne de Clyfford* Chivaler, & aliis Sex Personis de Regno Regis Angliæ, per ipsum nominandis, Faciendis, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xvi. Die Decembris.

Per ipsum Regem.

---

* *De Pardonationibus.* * IX.
193.

REX, Omnibus Ballivis & Fidelibus suis, ad quos, &c. Salu- Ann. D.
tem. 1414.
Sciatis quòd, *An.* 2.
Cùm, ut accepimus, *Johannes Langacre* de Wycombe, quon- *H.* 5.
dam de London. Mercer, nuper, coram *Willielmo Roos* de Ha- *Pat.* 2.
melak, & Sociis suis, Justiciariis nostris, ad diversas Proditiones *H.* 5.
& Felonias, infra Civitatem Londoniæ & Comitatum Middlesexiæ, *p.* 3.
perpetratas, Audiendum & Terminandum assignatis, Indictatus *m.* 23.
fuisset, de eo quod Ipse, & alii, *Lollardi* vulgariter nuncupati,

Qui, contra legem catholicam, diversas Opiniones hæreticas & alios Errores manifestos, Legi Catholicæ repugnantes, a diu est, temerariè tenuerunt,

Opiniones & Errores prædictos manutenere aut in facto minimè perimplere valentes, quamdiu regia Potestas, & tam Status noster Regalis, quàm Status & Officium Prælaticæ Dignitatis, infra Regnum nostrum Angliæ, in prosperitate & tranquillitate perseverarent,

Falsò & proditoriè machinando, tam Statum Regni, quàm Statum & Officium Prælatorum, necnon Ordines Religiosorum, infra dictum Regnum Angliæ, penitus adnullare,

Ac Nos, Fratres nostros, Prælatos, & alios Magnates ejusdem Regni interficere, necnon Viros Religiosos, relictis Cultibus divinis & religiosis Observantiis, ad occupationes mundanas revocare, & tam Ecclesias Cathedrales, quàm alias Ecclesias, & Domos Religiosas, de Reliquiis & aliis Bonis Ecclesiasticis totaliter spoliare, ac funditus ad Terram prosternere,

Et Johannem Oldecastell, de Coulyng in Comitatu Kantiæ Chivaler, Regentem ejusdem Regni constituere,

Et quamplura Regimina, secundum eorum Voluntatem, infra Regnum prædictum, quasi Gens sine capite, in finalem destructionem tam fidei Catholicæ & Cleri, quàm Statûs & Majestatis Dignitatis nostræ, infra idem Regnum nostrum, ordinare falsò & proditorie ordinaverunt & proposuerunt,

Et quod ipsi, simul cum quampluribus Rebellibus nostris ignotis, ad numerum Viginti Millium Hominum, de diversis partibus Regni Angliæ, modo guerrino arraiatorum, privatim insurgerent,

Et, Die Mercurii proximo post Festum Epiphaniæ Domini, Anno Regni nostri Primo, apud Villam & Parochiam Sancti Egidii, extra Barram Veteris Templi Londoniarum, in quodam magno Cam-

Pornndunique prædictus Johannes Langacre, de proditionibus & Feloniis prædictis coram præfatis Justiciariis allocutus, dixerit quòd ipse in nullo fuit inde culpabilis, & inde de bono & malo posuerit se super Patriam,

Ac per inquisitionem, coram præfatis Justiciariis in hac parte captam, compertum fuisset quòd prædictus Johannes Langacre culpabilis fuit de proditionibus & Feloniis supradictis,

Per quod consideratum fuit quòd prædictus Johannes Langacre usque Turrim nostram Londoniarum duceretur, & abinde, per medium Civitatis Londoniarum, usque Parochiam Sancti Egidii, juxta Campum prædictum, ad novas furcas, ibidem suspenderetur,

Nos, de gratiâ nostrâ speciali, Pardonavimus præfato Johanni Langacre, tam Sectam Pacis nostræ, quæ ad Nos versus ipsum pertinet pro omnimodis Proditionibus & Feloniis, per ipsum ante hæc tempora factis, quàm executionem Judicii prædicti, erga
* IX. ipsum sic redditi, & firmam Pacem nostram ei inde * Concedi-
194. mus, ac ipsum ad Leges & Consuetudines Regni nostri Angliæ restituimus per Præsentes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo sexto die Decembris.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas Regis de Pardonatione habent subscripti, viz.

Johannes Parchemyner de Hamborgh de Comitatu Oxon.
Nicholaus Selby, Iremonger in Com. Leic.
Ricardus Sproiford de Amondesham in Com. Buk. Carpenter.
Thomas Gray de Comitatu North. aliàs dictus *Thomas Gray* de Oxenford, Clericus.
Johannes Grene, de Chatesfone in Derb. Webbe.
Johannes Donne, de Frome in Selewode in Com. Somerf.
Robertus Hierne, de Knoshale.
Thomas Pelle, de Colchestr. in Com. Essex. Cordener.
Thomas Blake Wever de Cestria.
Johannes Garthorp, de Oxenford Scoler.
Willielmus Ward, de Belton in Com. Leyc. Plowman.
Thomas Ydeoz, aliàs dictus *Idyoz* de London. Carpenter.

De Treugis Scotiæ.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1414. Sciatis quòd Nos,
An. 2. De fidelitate & circumspectione, carissimi Consanguinei nostri
H. 5. *Edwardi Ducis Eborum*, Custodis Marchiarum nostrarum de la
Scot. 2. Estmarche versus Scotiam, pleniùs confidentes,
H. 5. De avisamento Concilii nostri, volumus, &, Tenore Præsen-
m. 16. tium, Concedimus quòd idem Custos per se, vel per Deputatos suos, per ipsum in hac parte faciendos, Treugas, generales vel particulares, per Terram, cum Deputatis Regentis, seu Custodum, aut eorum Loca tenentium & Deputatorum, de partibus Scotiæ, capere possit,

Ita semper quòd Treugæ prædictæ, qualibet vice, quâ captæ fuerint, ultra Terminum unius Quarterii anni non durent.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo septimo die Decembris.

Per Concilium.

Appunctuamenti de Solutione certarum Summarum, a Duce Britaniæ exigenda, Confirmatio.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1414. Sciatis quòd INSPEXIMUS quoddam Appunctuamentum,
An. 2. inter, dilectos & fideles nostros, *Johannem de Colevyle* Militem,
H. 5. & *Ricardum Hals* in Legibus Licentiatum, Procuratores & Nun-
Franc. 2 cios nostros, ex una parte, & *Henricum de Parc* Militem, & Ma-
H. 5. gistrum *Johannem de Bruc*, Consiliarios & Procuratores, carissimi
m. 4. Fratris nostri, *Johannis Ducis Brittanniæ*, ex altera parte, nuper factum & indentatum, in hæc verba,

CESTE INDENTURE,

Faite, le xvii. jour d'Octobre, l'An Mille, Quatre Cens, & Quatorze, parentre *Johan de Colevyle* Chivaler, & *Richart Hals* Licencie en Loys, Procureurs & Ambassadeurs de, Treshault & Trespuissant Prince, *le Roy d'Angleterre*, d'une part, & Messire *Henry du Parc*, Chivaler, & Maistre *Jehan de Bruc*, Conseillers & Procureurs en cest partie de, Treshault & Puissant Prince, *le Duc de Bretaigne*, d'autre,

TESMOIGNE, *&c. ut de Dat. xvii. Octobris.*

Nos,

Præmiis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* tricesimo primo die Decembris.

Per Billam de Privato Sigillo.

De Traducendo ad Portugaliam absque Custuma.

REX, Custodibus Passagii in Portu Civitatis nostræ Londoniæ, Ann. D.
ac Custumariis & Scrutatoribus nostris in eodem Portu, Sa- 1415.
lutem. An. 2.
Mandamus vobis quòd *Algor Vacez* de Portugalia Sex Hernesia H. 5.
integra pro Sex Hominibus ad Arma, ac Trescentas & Quinqua- Ibid. m.
ginta Lanceas, in Regno nostro Angliæ, ad usum, carissimi Con- 6.
sanguinei nostri, *Regis Portugaliæ* empta & provisa, in quadam Navi, in Portu prædicto, Eskippare, & ea, sic Eskippata, versus partes Portugaliæ, absque Custuma seu Subsidio, indè ad opus nostrum capiendis, traducere permittatis; aliquo Mandato nostro, vobis prius in contrarium directo, non obstante.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Pardonatione.

Au Roy nostre Soveraigne Seigneur.

Le Roy la Grante.

SUpplie Treshumblement, vostre poure Liege, *Edmund Corn-* Ann. D.
hill, que, 1415.
Come un *William Cole*, de Wyncestre, n'adgairs Felonusement An. 2.
Murdirast un Homme es Parties de Caleis, & lui Robist de ses H. 5.
Biens, Pen. Cler.
Pour quelle Murdre le dit *William* estoit forsjugie, par la Ley Pell.
de vostre Ville de Calais, devant les Mair & Aldermans illoeques, d'estre Treicz & Pendu Jeusques au Morte, & de Pendre auxi longement comme la Cord dureroit, selon les Leys illoeques,

Et par icelle Jugement mesme celui *William* Fut Treie, & Pendu, & pendist Jeusques ore tarde au venue du, Tresreverent Pere en Dieu, *l'Evesque de Norwicz* a Caleis,

Le quel Evesque Pria as ditz Mair & Aldermans de souffrer le Corps du dit Felon d'estre Sepules,

Sciatis quòd Assignavimus Vos, conjunctim & divisim, ad Centum Lathomos, in Civitate nostra Londoniæ, ac Comitatibus Suffexiæ, Surriæ, Kanciæ, Essexiæ, Herefordiæ, Bucks, & Middlesexiæ, de melioribus & aptioribus Lathomis Civitatis & Comitatuum prædictorum, ubicumque inveniri poterunt, tam infra Libertates, quam extra (Feodo Ecclesiæ dumtaxat excepto) pro Denariis nostris, in hac parte rationabiliter solvendis, pro Præsenti Passagio nostro, versus partes Transmarinas, Eligendum & Capiendum, & eos usque Civitatem prædictam Ducendum,

Ita quòd prompti sint & Parati ibidem, cum eorum Instrumentis, Decimo septimo die Junii, proximò futuro ad ultimum, exinde in obsequium nostrum, ad dictas partes Transmarinas profecturi,

Et ad omnes illos, quos in hac parte Contrarios inveneritis seu Rebelles, Capiendum & Arestandum, & Prisonæ nostræ Mancipandum, in eadem moraturos quousque pro Deliberatione eorumdem aliter duxerimus ordinandum;

Et ideò vobis Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter Intendatis ac ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis nostris, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, & alteri vestrûm, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, sexto die Junii.

Per ipsum Regem.

De Carpentariis & Turnours capiendis.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. ibid.

REX, dilectis sibi, *Thomæ Mathewe* & *Willielmo Gille*, Carpentariis, Salutem.

Sciatis quòd Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad Centum & Viginti Carpentarios & Turnours, in Civitate nostra Londoniæ, & Comitatibus prædictis, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

De Fabris capiendis.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. ibid.

REX, dilectis sibi, *Willielmo Mersh* & *Nicholao Shokyngton*, Fabris, Salutem.

Sciatis quòd Assignavimus Vos, conjunctim, & divisim, ad Quadraginta Fabros, in Civitate nostra Londoniæ, & Comitatibus prædictis, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

De Bigariis capiendis.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. ibid.

REX, dilecto sibi, *Johanni Southwerde* Farecarter, Salutem.

Sciatis quòd Assignavimus Te ad Sexiginta Bigarios, in Civitate nostra Londoniæ, *&c. ut supra usque ibi*, ibidem, *& tunc sic*, cum Coleriis, Hamys, Capistribus, Pipes de Corio, & omnibus

... Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, tam ad Herbergagium pro præfato *Johanne*, ac hominibus & Soldariis suis prædictis, & eorum Equis, in villa prædicta, & locis circumvicinis, quàm ad Victualia & alia sibi Necessaria pro Mora sua ibidem, pro Denariis ipsius *Johannis*, promptè & rationabiliter solvendis (Feodo Ecclesiæ excepto) Capiendum & Providendum;

Et ideò vobis Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, ac aliis Fidelibus & Subditis nostris, tam infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quòd vobis, & alteri vestrûm, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, Auxiliantes, & Obedientes prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vii. die Junii.

De Solutione facta Physico Regis.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Pell. Cler. Pell.

CESTE ENDENTURE,

FAITE, le x. Jour de Juyn, l'An Tierce nostre Soverain *Seigneur le Roy Henry*, puis le Conquest Quint,

TESMOIGNE Que Meistre Nicholas Colnet Phesesian ad Resceu de nostre dit *Seigneur le Roy*, par les Mains de *Thomas Count d'Arundelle* & de Surrie, Tresorer d'Engleterre, viii *l.* vi *s.* viii. *d.*

Sur les gages propres, a xl Marcz par An, & sur lez gages de iii. Archers, chescun a xx. Marcz par An, pur Demy Quarter del An, pour Servir nostre dit *Seigneur le Roy*, ez Parties de Guyenne, ou Aillours solonc lez ENDENTUREZ de la Retenu, par entre nostre dit *Seigneur le Roy* & *dit* Nicholas ent faitez, pleynnement Appiert.

Don. lez Jour & An suisditz.

Tractatus Prorogationis Treugarum a Decimo die Junii ad Quintumdecimum Julii.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Ex Autogr.

NOS, *Guillielmus* Miles Dominus de Bracamonte, & *Johannes Andree* in utroque Jure Licentiatus,

Ad Prorogandum, &, si opus fuerit, de Novo Capiendum Treugas inter Regna Franciæ & Angliæ, per, Illustrissimum ac Potentissimum Principem, *Regem Francorum*, Dominum nostrum, Commissarii specialiter deputati & ordinati,

Prout per Litteras ejusdem Domini nostri Regis plenius apparere potest; cujus Tenor sequitur,

CHarles, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, A toutz ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Savoir faisons que,

Pour Honneur & Reverence de nostre Seigneur, & pour eschever l'effusion du Saing Humain, & autres Maulx & Dommaiges Irreparables, qui, pour le Fait & Occation des Guerres, qui ont esté Entre *Nous* & nostre *Adversaire d'Angleterre*, sont advenus le Temps passé en nostre Royaume, & qui vraissemblablement adventroient, se Remede ny estoit mis,

* IX. 263. * Nous avons Ordonne de Envoier, & Envoions presentement, noz Solennelz Ambaxadeurs & Messaiges devers nostre Adversaire d'Angleterre, pour Traicter de Paix final avec nostre dit Adversaire,

Et, pour ce que les Treues, qui a present ont cours, entre *Nous* & *nostre dit Adversaire*, n'ont a durer que Jusques au viii. Jour du Moys de Juing prochainement venant,

Pendant le quel Temps noz diz Ambaxadeurs ne pourroient estre devers nostre dit Adversaire,

Et par ce pourroient plussieurs grands maulx estre faiz de l'une Partie & de l'autre, pour la Rupture d'icelles Treues, & par Especiall se Icelles n'estoient reprinses,

Pour ce est il que, pour Remedier aux Choses dessus dites, Nous,

Confians a plain du Sens, Loyaulte, & bonne Diligence de, noz amez & feaulx Conseilliers & Chambellan, *Bracquet de Bracquemont* Chivalier, & Maistre *Johan Andree*, yceulx ensemble, & chascun a par soy en l'Absence de l'autre, avons Ordennez, Commis, & Deputez, Ordonnons, Commettons, & Deputons, par la Teneur de ces Presentes, pour assembler, en la Marche de Picardie, avec quelconques Commis & Deputez pour la partie d'Angleterre, sur la Prorogation des dites presentes Treues, en quelconque Ville, Lieu, ou Place, du dit Paiis de Picardie, ou de Nouvel prendre Treues, si mestier est,

En leur Donnant plain Povoir, Auctorite, & Mandement especial de Proroguer les presentes Treues Generales, ou de Nouvell prendre, en Mer, & en Terre,

Les

maniere,

Et Promettons, Loyaulment en bonne foy, & en Parole de Roy, avoir, tenir, & faire tenir Ferme & Estable tout ce, qui par les dessuldiz noz Commiz & Deputez ensemble, & chascun a par soy en l'absence de l'autre, aura este fair sur les Choses dessusdites,

Et d'en bailler noz Lettres de Confirmation, soubz nostre Grant Seel, toutesfoiz que requis en serons.

En tesmoign. de ce Nous avons fait mettre nostre Seel a ces Lettres.

Donne a *Paris*, le Darrein Jour de May, l'An de Grace Mille Quatrecens & Quinze, Et de nostre Regne le xxxv

Necnon *Willielmus Lysle* Miles Locumtenens Calesii, & *Philippus Morgan* utriusque Juris Doctor,

Ad easdem Treugas Prorogandum, &c, si opus fuerit, de novo capiendum, per *Adversarium Angliæ* Commissarii specialiter Deputati,

Prout per Litteras ipsius Adversarii inferius clarius liquet; quarum Litterarum Tenor sequitur & est talis,

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, Dilecto & fideli suo, Willielmo Lisle Militi Locumtenenti Calesii, & Magistro Philippo Morgan utriusque Juris Doctori Salutem.

Cùm, per Ambassiatorem & Consiliarium Adversarii nostri Franciæ & nostrum Ambassiatorem & Consiliarium, certæ fuerint, tam per Terram & Aquas, quàm per Mare, generales Treugæ Prorogatæ usque ad Octavum Diem Mensis Junii jam instantis tantummodo duraturæ, *&c. prout supra, dat.* Quinto Die Junii, Anno Regni nostri Tertio, *tunc sic*,

• IX. 264. • Omnibus, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem, & fidem indubiam præsentibus adhibere.

Ad Universitatis vestræ notitiam deduci volumus, per Præsentes, quòd *Dominus noster Rex*, de præsenti, suos solempnes Ambassiatores & Nuncios speciales ad præsentiam *Regis Angliæ* transmittere proponit, ad Tractandum & Concordandum, pro Bono & Pace finali, inter prædicta Duo Regna, Annuente Altissimo,

Nè igitur tantum & tam Bonum Publicum impediri valeat seu quomodolibet differri,

Et ut eo liberiùs, maturiùs, & securiùs ad Pacem, inter ipsa Duo Regna, à Christi Fidelibus diu desideratam, pervenire possit,

Videbitur Nobis & eis expediens fore, utile, & necessarium quòd Treugæ Generales, tam per Terram, Aquas, quàm per Mare, seu Abstinentiæ Guerrarum inter Partes antedictas, pro Regnis Franciæ & Angliæ, eorum Terris & Dominiis, Subditis, Alligatis, & Confœderatis, citra & ultra Mare ubicunque constitutis, Caperentur, Inirentur, & finaliter Concluderentur,

Quibus durantibus, Amor mutuus, & Amicitia, atque Conversatio grata, inter Partes antedictas & eorum Subditos, haberi, introduci, nutriri, & firmari possent, ac Mercantiæ comunes, tam per Terram, quam per Mare, liberiùs & securiùs vehi poterunt & exerceri,

Hinc est quòd Nos, *Willielmus* Miles Dominus de Bracomonte, & *Johannes Audree*, præfati Illustrissimi ac Potentissimi Principis & Domini nostri supradicti Commissarii, post diversa Comumunicationes, Consultationes, matura & deliberata Consilia, in vim Potestatis Nobis attributæ, inivimus, fecimus, promisimus, & de novo concordavimus, pro dicto *Domino nostro Rege*, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, Alligatis, & Confœderatis suis; videlicet,

Rege Romanorum,	*Duce Brabantiæ*,
Rege Castellæ & Legionis,	*Duce Geldriæ*,
Rege Boemiæ,	*Comite Marchiæ de Scotia*,
Rege Scotiæ,	*Domino de Man*,
Rege Navarriæ,	Et *Domino Insularum de Scotia*,
Rege Arragoniæ,	
Duce Holandiæ Comite de Hanonia,	

Et eorum Regnis, Terris, & Dominiis, & Subditis,

Per Terram, & per Mare, citra & ultra Mare, & per Præsentes facimus, inimus, promittimus, & de novo concordamus, unà cum præfatis Ambassiatoribus, Commissariis, & Nunciis,

Qui etiam nobiscum, pro dicto *Adversario Angliæ*, Terris, Dominiis, Subditis, & Alligatis suis; videlicet,

Rege Romanorum,
Rege Castellæ & Legionis,

Quæ quidem Treugæ, sic per nos de novo captæ, mittentur, quamcitò commodè poterunt, post Datam Præsentium, ad Alligatos unius Partis & alterius,

Qui, post Missionem hujusmodi quamcitò commodè poterunt, Acceptabunt, Jurabunt, & Confirmabunt, Acceptari, Jurari, & Confirmari facient, per omnes Dominos, Officiarios, & Subjectos Patriarum suarum, de quibus ipsi Alligati per Partem adversam requisiti fuerint, de tenendo, custodiendo, & faciendo teneri & custodiri, has præsentes Treugas, sic de unanimi & mutuo Consensu, ut prædicitur, de novo captas, secundum earum Tenorem & Formam, absque fraude & malo Ingenio,

Et, si ipsi Alligati hoc facere recusaverint, ipse, vel ipsi, qui hoc facere non velit, vel non velint, erit, • & erunt exclusi de omnibus Beneficiis præsentium Treugarum, • IX. 265.

Et, quantum ad illos, unius Partis & alterius, qui has præsentes Treugas acceptare, jurare, & affirmare voluerint, ipsæ Treugæ suum teneant & habeant robur & effectum absque fraude & malo ingenio.

ITEM, Durantibus eisdem Treugis, cessare faciet Dominus noster *Rex Franciæ*, per Se & Subditos suos, & etiam cessare facient dicti Alligati sui, qui præsentes Treugas acceptare voluerint, per Se & Subditos suos, omnes Prisas Personarum, Bonorum, Villarum firmatarum, Fortalitiorum, & aliorum Locorum, omnes Pillerias, Robberias, Incendia, Demolitiones Domorum & Murorum, Prostrationes Arborum portantium Fructus, & aliarum quarumcumque, & omnia alia Facta Guerræ, per omnia Regna, Terras, & Dominia *dicti Adversarii* & Subditorum suorum, & etiam Alligatorum suorum in præsentibus Treugis nominatorum, qui præsentes acceptaverint, tam in Mari, quàm in Terrâ, cessantibus omnibus fraudibus & malo ingenio,

Et poterunt omnes Vassalli, durantibus præsentibus Treugis, & Subditi *dicti Adversarii*, & Alligatorum suorum prædictorum, qui has præsentes Treugas ratificaverint, juraverint, & promiserint, ire, venire, & mercandizare per omnia Regna, Terras, & Dominia dicti Domini nostri Regis, citra & ultra Mare, de Mercandizis licitis & non prohibitis; cujuscumodi sunt Armaturæ, Artilleriæ, & aliæ Machinæ & Præparamenta Guerrarum, & Res invasibiles,

Et etiam poterunt facere omnia alia Opera & Negotia securè in Regnis, Terris, Patriis, & Dominiis dicti Domini nostri Regis, & Alligatorum suorum superiùs nominatorum, qui dictas Treugas acceptare & jurare voluerint, sicut supradictum est (Inermes tamen, exceptis de Gladio & Cultello) absque Impedimento, Arrestatione, vel Molestatione, per viam Marquæ, Reprisaliæ, vel Intercursûs, solvendo semper Deveria talia, sicut Alligati & Confœderati dicti Domini nostri Regis pro tempore solvere tenebuntur, in Locis & Patriis ubi ipsi fuerint,

Proviso tamen quòd non poterunt ipsi intrare Castra Custodiarum, Villas firmatas, aut alia Fortalitia, absque licentiâ Dominorum, Capitaneorum, seu Custodum eorumdem, aut aliorum habentium ad hoc Potestatem,

Et, si evenerit quòd aliquis ibi intraverit per Licentiam alicujus, qui de dando Licentiam hujusmodi Potestatem non habuerit; ipse, qui taliter intraverit, plenariè liberabitur, & indè recedere poterit liberè, absque eo quòd aliquis ab ipso quicquam ea occasione exigere poterit; & ipse, qui eidem hujusmodi Licentiam dederit, & ad hoc Potestatem non habuerit, ipsum Indempnem conservare tenebitur; &, cum hoc, secundum Exigentiam Casûs, debitè punietur,

Et, si non habuerit unde Dampna prædicta resarcire poterit, graviùs propter hoc in Corpore punietur,

Et etiam poterunt Gentes Fortalitiorum *dicti Adversarii* & Alligatorum suorum comparare Victualia ab alia parte, quotiens & quando ipsis opus erit.

ITEM, quòd, durantibus hiis præsentibus Treugis, nulla Castra, Villa firmata, vel Fortalitia poterunt Capi, Subtrahi, vel Recipi, ab unâ Parte super aliam, per vim Armorum, Inscalationem, Donationem, Permutationem, Impignorationem, Venditionem, vel per quemcumque alium Modum, Contractum, Titulum, vel Colorem,

Et, si aliquid sit factum vel attemptatum in contrarium, per unam vel aliam Partem, vel per Alligatos eorumdem, illud erit Reparatum ad primum & debitum Statum absque contradictione seu difficultate quibuscumque,

Et si aliqui, de una Parte vel de alia capiant Fortalitium super aliam Partem, ipse, super quem dictum Fortalitium captum fuerit, ipsum recuperare poterit per viam Facti, vel aliter, quocumque modo meliùs poterit; & etiam poterit punire Malefactores, secundum quod pertinet, ad Exigentiam Casûs,

Et tenebuntur Conservatores Partis ipsius, qui ipsum Castrum ceperit, succurrere & adjuvare ipsum, super quem dictum Castrum Cap-

ITEM, quod, durantibus hiis præsentibus Treugis, nullum Fortalitium Ædificatum erit nec factum de Novo, per unam vel aliam Partem, nec per suos Subditos vel Alligatos supradictos, qui præsentes Treugas acceptaverint, infra Septem Leucas prope aliquod Castrum, Villam firmatam, vel aliud Fortalitium Partis adversæ, absque hoc quod Licentiam habuerit ab alia Parte,

Et, si evenerit quòd aliquis contrarium faciet, ipsum Attemptatum statim & integraliter reparabitur,

Et est intelligendum, de Septem Leucis prope Fortalitia, In partibus, in quibus computatur per Milliaria, ad Viginti Milliaria prope; quæ quidem Viginti Milliaria æquipollent dictis Septem Leucis.

ITEM, non patietur dictus *Dominus noster Rex*, nec aliquis Confœderatorum suorum, qui præsentes Treugas acceptaverint, in quantum ad ipsos, vel aliquos ipsorum, aut Subditos suos pertinuerit, aliquas Personas, aut Bona, per Mare, vel per Terram, occasione Guerræ, vel aliter, durantibus præsentibus Treugis, Capi, Arrestari, Impetiri, vel Molestari; aut aliquas Possessiones usurpari in Terris & Patriis dicti *Adversarii Angliæ*, nec Alligatorum suorum, qui Treugas prædictas acceptaverint, aut Subditorum suorum, contra Tenorem præsentium Treugarum,

Et, si aliquæ Personæ, Bona, Terræ, vel Loca capientur, occupentur, vel usurpentur, durantibus præsentibus Treugis, & contra eas, dictus *Dominus noster Rex*, & Alligati sui, quilibet in quantum ipsum concernit, in Terris & Dominiis suis, Personas, Bona, & Loca hujusmodi capta, tam per Terram, quàm per Mare, reddent & restitui facient, absque Dilatione, Contradictione, vel difficultate aliqua, quamcitiùs per Partem adversam fuerint indè requisiti.

ITEM, Provisum est & Concordatum quòd, si aliqui, unius vel alterius Partium prædictarum, vel Alligatorum suorum, deliquerint in Territorio alterius Partis vel Alligatorum suorum, & non fuerint Capti per Gentes Territorii ubi ipsum Delictum commiserunt, & se retraxerint sub Dominiis ipsius cujus Partem tenuerunt, Conservatores ipsarum Partium, super hoc Requisiti, tenebuntur liberare Personas, si quæ captæ fuerint, & reparare Attemptata & Dampna de Bonis Malefactorum, ad quantum se extendere poterunt; &, ubi Bona dictorum Malefactorum reperiri non poterunt, de puniendo Personas secundum exigentiam Casûs,

Et, si Malefactores obedire noluerint, & opus fuerit, Conservatores alterius Partis, si ad hoc Requisiti fuerint, adjuvare teneantur, Expensis Domini sui, Conservatores ipsius Partis, cujus fuerint Malefactores, ad ipsos Mittendum ad Obedientiam, & Puniendum secundum eorum Demerita.

ITEM, per nullum Malefactum, Attemptatum, vel Interprisam, per Mare, vel per Terram, si aliqua eveniant, in aliqua parte Regnorum, Terrarum, Dominiorum, & Partium dicti *Domini nostri Regis*, Subditorum suorum, vel Alligatorum, vel *Adversarii sui*, Subditorum, vel Alligatorum, qui has præsentes Treugas acceptare voluerint, ut præmittitur (quod Deus avertat) contra superius expressata, vel aliquod eorum, præsentes Treugæ non debent aut poterunt esse tentæ seu reputatæ in ea parte nec alibi pro Fractis,

Set erunt in suo vigore & robore permanentes, nec Guerræ pro eo fieri debent ab una Parte vel ex aliâ, nec Prisæ Personarum, Obsidiones Villarum firmatarum, Castrorum, aut Fortalitiorum, nec Homicidia aut Murdra Commissa, nec Personæ ad Redemptiones positæ, nec Merchandizæ impeditæ, aut aliud gravamen quodcumque factum,

Set erunt Reparata & Reposita ad primum & debitum statum Maleficia, Attemptata, & Interprisæ, facta per ipsos de parte *Domini nostri Regis*, & Confœderatorum suorum, tam per Mare, quàm per Terram, in quantum singulos eorum concernit, per Conservatores & Commissarios, quos dictus *Dominus noster Rex* & Alligati sui duxerint Ordinandos, in qualibet Partium suarum, super dictis Treugis; & dicti Malefactores, secundum quod Casus exigerit, debitè punientur.

ITEM, quòd, si aliquod Dubium, Ambiguitas, vel Obscuritas in præsentibus Treugis, vel in aliquo Puncto earundem, contigerit, de quo vel de quibus Conservatores Præsentium Treugarum utriusque Partis concordare non possint; dictus *Dominus noster Rex* & *Adversarius suus Angliæ* committent talibus Personis, quibus Bonum sibi videbitur, ad Declarandum Dubium, Ambiguitatem, & Obscuritatem prædicta:

• IX. 267. • Et non est intentionis nec voluntatis nostræ, quòd præsentes Treugas Generales, modò captæ, debeant in aliquo præjudicare Paticiis, currentibus Die Datæ dictarum Treugarum,

Nec etiam est intentionis vel voluntatis nostræ, quin illi, de Ducatu Acquitanniæ & de Regno Franciæ,

Qui pro Facto Guerrarum recesserunt & abierunt à Castellaniis ubi morabantur, & voluerint de eorum propriâ voluntate, durantibus eisdem Treugis, redire ad Loca à quibus recesserunt pro Facto Guerrarum, ut dictum est,

quam differentia fuerat sive Contentio,

Volentibus autem Commissariis, pro parte Angliæ, præsentes Treugas sub Linguâ Communi, Latinâ (videlicet) concipi & conscribi,

Nobis autem, Ambassiatoribus sive Commissariis Partis Franciæ, volentibus ipsas Treugas in Linguam Gallicanam redigi & conscribi more Majorum nostrorum,

Tandem,

Comunicato Consilio mutuoque Consensu, nè (quod absit) occasione differentiæ Linguarum tantum bonum impediri possit,

Inter Nos, Commissarios antedictos, Concordatum extitit & Conclusum quòd, ad satisfaciendum Voluntati utriusque Partis, & absque unius vel alterius Partium prædictarum in futurum præjudicio, præsentes Treugæ in utràque Lingua conciperentur & scriberentur, &, servatâ ipsarum in omnibus Substantiâ, in Mundum redigerentur, nostrorumque Commissariorum Sigillis Signarentur, sicut & prout in præsenti conceptæ, scriptæ, redactæ, & consignatæ existunt.

Et sunt & erunt Conservatores dictarum Treugarum,

PRIMÒ, per totum Mare, & in Circuitu & Ambitu Regni Franciæ, *Admiraldus & Visadmiraldus* qui sunt, & pro tempore ipsarum Treugarum fuerint, & quilibet eorum:

In partibus Flandriæ, *Dominus de Gaisteile*, & *Magnus Ballivus Flandriæ*, vel ejus Locumtenens, & eorum quilibet.

In partibus Picardiæ, *Capitaneus Generalis ipsius Patriæ*, qui est, vel erit, & ejus Locumtenens, & eorum quilibet.

In totâ Normanniâ *Comes Haricuriæ*, vel *Vicecomes Meledum*, Conservatores Generales & eorum quilibet.

Et in dictis partibus Normanniæ ultra Flumen Secanæ *Dominus de Gravyle*, & *Dominus de Hambuye*, & eorum quilibet, particulares Conservatores.

In Patriâ Caleti *Dominus d'Estouteville* & *Dominus de Boissay*, & eorum quilibet Conservatores particulares.

In Ducatu Britanniæ *Dominus Reux* Marescallus Franciæ, & Dominus *Stephanus Goyon*, & eorum quilibet.

In partibus Andegaven. Cenoman. & Turon. *Dominus Johannes* de Craon, *Dominus de Montbason*, & *Dominus de Bueil*, & eorum quilibet.

In partibus Pictaven. *Vicecomes de Thouars*, & *Senescallus ibidem* qui est vel erit, & eorum quilibet.

In partibus Bituricen. Dominus *Petrus de Grassay*, & *Senescallus ibidem*, qui est vel erit, & quilibet eorumdem.

In partibus Petragoricen. Xanctonen. & Angolmen. *Dominus de Pons* Generalis Conservator, & *Senescalli in dictis partibus*, quilibet in suâ Senescalciâ, qui sunt vel erunt pro tempore vel eorum Locumtenentes, erunt Conservatores particulares.

In partibus Lemovicen. *Senescallus* qui est vel erit pro tempore, vel ejus Locumtenens.

In partibus Alverniæ Dominus *Beraldus Daulphini de Sancto Ulpizio*, & *Poncat Dominus de Langat* Conservatores ibidem.

In partibus Borboniæ *Dominus de Beauvoir*, & *Ballivus Borbonii* qui est vel erit, & eorum quilibet.

In partibus Agenen. Vasconiæ, Burdegalen. Baionen. & in toto Ducatu * Acquitaniæ, & Linguâ Occitanâ, *Comes Armeniaci* generalis Conservator, & *Senescalli dictarum* Senescalciarum erunt Conservatores particulares, quilibet in suâ Senescalciâ, • IX. 268.

Et quilibet dictorum Conservatorum supranominatorum habebunt plenum Posse in partibus, in quibus quilibet eorum est ordinatus, solum & in solidum, ad Reparandum & Emendandum omnia Dampna, Attempta, & Excessus, facta vel perpetrata contra Tenorem dictarum Treugarum, Et Puniendum Malefactores secundum Casuum Exigentiam.

Promittentes insuper Treugas, sic de Novo, ut præmittitur, captas & concordatas, per præfatum Potentissimum *Dominum nostrum Regem* Literis suis Patentibus efficaciter fore confirmandas,

Et Commissarii prædicti, pro parte *Adversarii Angliæ* Deputati, Vigore Potestatis eis, ut præmittitur, attributæ promiserunt easdem Treugas, per Litteras Patentes *ipsius Adversarii*, modo consimili fore Confirmandas.

In quorum omnium & singulorum Testimonium Sigilla nostra fecimus his apponi.

Dat. Caleti dicto Decimo Die Junii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo Quinto.

De Resolutione Pecuniæ pro Viagio Mutuatæ. Ann. D. 1415. An. 3. H. 5.

Pro Hominibus Cantuariæ. Pat. 3. H. 5. p. 1. m. 22.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cum Ballivi & alii Probi Homines Civitatis Cantuariæ Centum Marcas, pro præsenti Viagio nostro, Nobis mutuaverint,

R Et

In cujus, &c.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, undecimo die Junii.

Pro Hominibus de Sudbury.

Ann. D. REX eisdem, Salutem.
1415. Sciatis quòd,
An. 3. Cùm Homines Villæ de Sudbury Viginti & Sex Libras, Tres-
H. 5. decim Solidos, & Quatuor Denarios Nobis mutuaverint, *&c. ut*
Ibid. *supra usque ibi*, de Denariis nostris, *& tunc sic*, de Subsidio Lanarum in Portu Villæ Gippewici, post Festum Sancti Johannis Baptistæ proximò futurum, provenientibus, per manus Collectorum Subsidii prædicti pro tempore existentium, secundum formam & effectum cujusdam Talliæ, præfatis Hominibus in hac parte factæ & levatæ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, septimo die Junii.

---

* IX. 269. * *Pro Hominibus Bristolliæ.*

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1415. Sciatis quòd,
An. 3. Cùm Probi Homines Villæ Bristolliæ, de Com. Bristolliæ,
H. 5. Ducentas & Quadraginta Libras Nobis mutuaverint, *&c. ut su-*
Ibid. *pra, mutatis mutandis usque ibi*, de Denariis nostris, *& tunc sic*, de Subsidio Trium Solidorum de Dolio, & Duodecim Denariorum de Libra, de Mercandisis Mercatorum ejusdem Villæ, in Portu Villæ prædictæ, post Festum Sancti Johannis Baptistæ proximò præteritum, provenientibus, per manus *Willielmi Normore* & *Johannis Cokkyng* Collectorum Subsidii prædicti, secundum formam & effectum cujusdam Talliæ, præfatis Probis Hominibus, ad Receptam Scaccarii nostri, Quinto Die Julii ultimò præterito, in hac parte factæ & levatæ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, octavo die Junii.

Per Billam Thesaurariæ.

Pro Episcopo Herefordensi.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1415. Sciatis quòd,
An. 3. Cùm, Venerabilis Pater, *Robertus Episcopus Herefordensis* Cen-
H. 5. tum Libras, pro præsenti Viagio nostro, Nobis mutuaverit,
Pat. 3. Et illas, de Mandato nostro, carissimo, Consanguineo nostro,
H. 5. *Thomæ Comiti Arundellæ*, Thesaurario nostro Angliæ deliberave-
p. 1. *m.* rit, ad eas, juxta Ordinationem nostram, applicandas & expe-
4. piendas,

Nos,

Volentes promptam & securam Resolutionem Summæ prædictæ *præfato Episcopo*, per Nos, ex hac causa, fieri, ut tenemur,

Concessimus quod *idem Episcopus* habeat Resolutionem & Satisfactionem Summæ prædictæ de Denariis nostris, de Subsidio Lanarum, in Portu Villæ de Sancto Botholpho, post Festum Sancti Johannis Baptistæ proximò futurum, provenientibus, per Manus Collectorum Subsidii prædicti pro tempore existentium, secundum formam & effectum cujusdam Talliæ, *præfato Episcopo* in hac parte factæ & levatæ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo sexto die Junii.

Per Billam Thesaurariæ.

Pro Episcopo Lincolniensi.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1415. Sciatis quòd,
An. 3. Cùm, Venerabilis Pater, *Philippus Episcopus Lincolniensis* Qua-
H. 5. dringentas Libras Denariorum Nobis mutuaverit, *&c. ut supra.*
Ibid. Teste ut supra.

Per Billam Thesaurariæ.

Pro eo quòd idem Stephanus, *&c. ut in similibus de Restitutione* * IX.
Literis. 270.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo sexto die Junii.

Per ipsum Regem.

Consimile Breve dirigitur Thomæ Fauconer *Majori Civitatis Regis Londoniæ, & Escaetori suo in eadem Civitate, sub eadem Data.*

Per ipsum Regem.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Pro Johanne Fastolf, de Vadiis Guerræ.

HEnri, par la Grace de Dieu, *Roy d'Engleterre & de France,* Ann. D.
& Seigneur d'Irland, as Tresorer & Chamberlains de nostre 1415.
Eschequer, Saluz. *An.* 3.
Nous vous Mandons que, *H.* 5.
Veue l'ENDENTURE, *Pens: Cle-*
FAITE d'entre Nous, &c, nostre bien Ame Esquier, *Johan* *ric. Pell.*
Fastolf,

Sur ce qu'il est Retenuz devers Nous, ovec Dys Homes d'armes luy mesmes acontez, & Trent Archers,

Pur Nous faire Service de Guerre, en le Viage, que Nous ferrons, Dieu devant, deinz brief,

Facez Paier au dit *Johan* ce q'il doit avoir & prendre de Nous, pur Lui & les ditz Gentz de sa Retenue, selonc l'effect & contenue de L'ENDENTURE susdite.

Don. souz nostre Prive Seal, a *Westm.* xviii. Jour de Juyn, l'An de nostre Regne Tierz.

De Monstro supervidendo.

REX, Dilectis & Fidelibus suis, *Johanni d'Arundell*, Militi, Ann. D.
Richardo Chedder, & *Roberto Welton* Clerico, Salutem. 1415.
Sciatis quòd Nos, *An.* 3.
De Fidelitate, Circumspectione, & Industria vestris plenius con- *H.* 5.
fidentes, *Pat.* 3.
Assignavimus vos, & duos vestrûm, ad Monstrum sive Mon- *H.* 5.
strationem, dilecti & fidelis nostri, *Johannis Tiptoft* Militis Senes- *p.* 1.
calli Aquitanniæ, Hominum ad Arma, Armatorum, Sagittario- *m.* 4. *d.*
rum, & aliorum, qui in Comitivâ suâ in obsequium nostrum versus partes Aquitanniæ in proximò sunt profecturi, Supervidendum,

Et ad Nos, de Numero Hominum ad Arma, Armatorum, Sagittariorum, & aliorum prædictorum, juxta formam INDENTURÆ suæ habendorum, necnon de modo & forma Arraiationis eorumdem, tam in Armatura, quàm in Equitatura, in Cancellariâ nostrâ, sub Sigillis vestris, vel Duorum vestrûm, distinctè & apertè, Certificandum,

Et ad omnes & singulos, quos Rebelles in hac parte inveneritis, sine dilatione Arestandum, & eos & eorum quemlibet, juxta eorum Demerita, rationabiliter Castigandum & Puniendum,

Assignavimus etiam Te (præfate *Roberte*) ad Solutiones, juxta formam INDENTURÆ prædictæ, faciendum tam dicto *Johanni Tiptoft* de Vadiis suis pro Secundo Quarterio, quàm pro Solutione faciendâ Magistris & Marinariis Navium, ordinandarum pro Passagio dicti *Johannis Tiptoft*, Hominum ad Arma, Armatorum, Sagittariorum, & aliorum prædictorum, versus Partes prædictas, ac ad Compotum Nobis, seu cuicumque per Nos Deputato, de Denariis, per Te recipiendis, ex hac causâ, Reddendum;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ:

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo nono die Junii.

---

* *De Generali Attornatu, in Obsequium Regis profecturis.* * IX.

JOhannes de Palton Armiger, qui in Obsequium Regis versus par- 271.
tes Transmarinas profecturus est, habet Literas Regis de Gene- Ann. D.
rali Attornatu sub nominibus *Willielmi de Palton* Militis, & *Wil-* 1415.
lielmi Radeford Capellani, sub alternatione, ad lucrandum, &c. in *An.* 3.
quibuscumque Curiis Angliæ, per unum Annum duraturas. *H.* 5.
Præs. &c. *m.* 14.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo die Junii.

Johannes Roland *Clericus recepit Attornamentum, &c.*

Consi-

tum Constituentis in Angliam, *de Licentia* Simonis Gaunstede. *Willielmus Burgoynes* Armiger, suo Nominibus *Willielmi Scargyll* de Com. Eborum Armigeri, & *Johannis Middelton* de London. Mercer.

De Mutuo, pro Viagio, per Mercatorem de Luca.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Pat. 3. H. 5. p. 2. m. 42.

REX, omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, dilectus Nobis, *Paulus de Melan*, Mercator de Luca, Ducentas Marcas Nobis, pro præsenti Viagio nostro, mutuaverit,

Ac Quadringentæ Sexaginta & Decem & octo Libræ, Decem & octo Solidi & Octo Denarii eidem *Paulo*, pro certis Pannis de Auro, & aliis Mercandisis, ab ipso *Paulo* per, dilectum Armigerum nostrum, *Johannem Spenser*, Custodem Magnæ Garderobæ nostræ, Emptis, per Nos debeantur,

Nos, tam pro Resolutione dictarum Ducentarum Marcarum, quàm pro Solutione prædictorum Quadringentarum, Sexaginta, & Decem, & octo Librarum, Decem & octo Solidorum, & Octo Denariorum, præfato *Paulo* debitorum, faciendâ, Volumus & Concedimus quòd de ipso *Paulo*, tam Custumæ & Subsidia Lanarum & aliarum Mercandisarum suarum propriarum, extra Portus Suthamptoniæ & Sandewici Educendarum, quàm Custumæ & Subsidia Mercandisarum suarum propriarum in Angliam per eosdem Portus Adducendarum, infra unum Annum proximo futurum, secundùm Tenorem quarumdam Talliarum, de Summis prædictis, ad Receptam Scaccarii nostri levatarum,

Ac *Johanni Esgaston* & *Willielmo Soper*, Collectoribus tam Custumarum & Subsidiorum, & aliarum Mercandisarum prædictorum, quàm Subsidii Trium Solidorum de quolibet Dolio Vini & Duodecim Denariorum de Libra in dicto Portu Suthamptoniæ, necnon *Johanni Holym* & *Thomæ Lave*, Collectoribus dictorum Custumarum & Subsidiorum in prædicto Portu Sandewici, separatim factarum, allocentur.

In cujus, &c. per prædictum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo secundo die Junii.

Per Billam Thesaurariæ.

---

* *Testamentum Domini le Scrop.*

*IX. 272. An. 3. H. 5. Penes Camer. 4 Bund. n. 5.

IN NOMINE PATRIS, ET FILII, ET SPIRITUS SANCTI, AMEN.

Ego *Henricus*, *Dominus le Scrop*, sciens quia Homo natus sum de Muliere, brevi vivens tempore, repletus multis Miseriis, qui quasi Flos egressus sum & contritus, & fugio velut Umbra, & nunquam in eodem Statu permaneo, & proinde, in bona & libera voluntate, TESTAMENTUM meum in hujusmodi modum compono.

INPRIMIS, commendo Animam meam Deo Omnipotenti, beatæ Mariæ, beato Johanni Baptistæ, beatæ Katerinæ, & omnibus Sanctis, & Corpus meum ad Sepeliendum in Ecclesiâ Cathedrali beati Petri Eborum, si illuc aliquo modo deportari poterit,

Et, sive illuc deportetur sive non, VOLO quòd, si, post Decessum meum, *Johanna Ducissa Eborum*, Consors mea, consenserit, ut se obligavit, Corpus suum Sepeliri cum corpore meo in Ecclesia Eborum, tunc VOLO quòd Tumba decens & honesta, prout congruit personæ suæ & personæ meæ, fiat inter Duas Columpnas, ex parte Boreali, retro Magnum Altare, Expensis meis, juxta Consilium & Ordinationem dictæ Consortis meæ & Executorum meorum,

Et, si contingat ipsam illud renuere, contra Promissum suum, michi voluntariè factum (quod absit) tunc VOLO quòd in Capella Sancti Stephani, ex parte Boreali Ecclesiæ prædictæ ex parte Boreali Tumbæ Domini Patris mei, in Capella ubi ipse jacet, fiat Tumba mea, habens Nomen meum & Obitum scriptum in illa parte Tumbæ versus Ecclesiam, & Imaginem mei super dictam Tumbam, armatam in Armis meis, cum Umbra Leonis in le Bende, prout vivens utor,

Et quòd dicta Imago sit facta de Alabastro, jacens supra Petram Marmoream,

Et quòd dicta Tumba mea sit altitudinis Quatuor Cubitorum, & fiat sub Arcu, qui ibidem fiat infra Murum, sic quòd neque dictus Murus deterior fiat, neque dicta Capella suam amplitudinem deperdat, cum Imagine Sancti Johannis Baptistæ ad caput, & Imagine Sanctæ Katerinæ ad pedes, faciebus ipsarum Imaginum versis ad Capellam.

ITEM, VOLO quòd Corpus meum sepeliatur in una dictarum

…as, tantum uno die, ad Altare autenticum celebrandas,

Et quòd dicti Cerei illuminentur Placebo, & ardeant continuè usque in Crastinum post Consummationem totius Servitii Sepulturæ,

Et quòd Remanens, tam de Torticiis, quàm de Cereis, Altaribus, dictæ Ecclesiæ maximè indigentibus, si non pertineant alicui Officiario dicto Ecclesiæ,

Et quod dicti Pauperes, Torticia tenentes, sint Vestiti in albo Panno.

ITEM, VOLO quòd, in Die Sepulturæ Corporis mei, distribuantur x. Libræ Argenti, in diversis Locis, vel in uno Loco, secundum quod Executoribus meis melius visum fuerit ad Proficuum Animæ meæ; & hoc cuilibet detur magis vel minus, prout ipsorum Indigentia apparet.

ITEM, VOLO quòd dentur *Novo Operi Ecclesiæ prædictæ* xxl. Argenti.

Ac etiam *Summo Altari* dictæ Ecclesiæ i. Imago beatæ Mariæ Argentea & Deaurata, Altitudinis unius Virgæ, cum Duabus Imaginibus Petri & Pauli Argenteis & Deauratis, ejusdem Altitudinis, & Imagine beati Johannis Baptistæ Argenteâ & Deauratâ, quam quidem habui de dono Domini Patris mei,

Et una Crux major Argentea & Deaurata absque Pede,

Et etiam i. Par Pelvium de Argento Coopertarum & Deauratarum cum Armis meis in Fundo de melioribus,

Et Duo Texti magni de pulcrioribus Argentei & Deaurati,

*Et etiam quòd dentur eidem Ecclesiæ una Capa totaliter de Auro, cum Rosis rubeis & nigris Florata, cum Orphreis enbroudata nobiliter cum Imaginibus, * IX. 273.

Et etiam Capa & Casula, Tuncia & Dalmatica, cum omni Apparatu, quas habeo pro Episcopo Puerorum,

Et etiam una Tunica & una Dalmatica de alba Veste de Auro pro Episcopo celebraturo,

Et etiam unum Canapeum de nigro & rubeo Tarteryn, depictum cum Leonibus & Cignis, cum omni apparatu ad portandum, in *Dominica in Ramis* Palmarum, supra *Corpus Christi*,

Et etiam Vestimentum meum album de Satyn, figuratum cum viridi Velvet & Rosis rubeis, cum omni apparatu & Frontellis, cum ii. Tablementis, & vi. Capis ejusdem Sectæ, & cum xii. Capis de albo Baudekyn & de auro de Luke, & cum ii. Capis de alba veste de Damask cum Orfrays inbroudatis cum Imaginibus,

Et una Capa de alba veste de Cipre cum Orfrais inbroudata, cum i. Jesse,

Et unum Vestimentum de rubeo Velwet, imbroudatum cum Rosis de auro, cum iii. Tablementis & omni Apparatu, cum xii. Capis ejusdem Sectæ,

Et etiam unum pulcrum Frontellum de Perulis, quod Volo prolongari ad longitudinem magni Altaris, Expensis meis, per Executores meos,

Et etiam unum Par de magnis Candelabris Argenteis & Deauratis.

ITEM, VOLO quòd cuilibet *Canonico*, existenti ad Exequias meas & ad Missam in Crastino, dentur vi *s.* viii *d.*

Et cuilibet *Rectori* & *Vicario* existenti ad Exequias & Missam prædictas, iii *s.* iv *d.*

ITEM, cuilibet *Diacono, Subdiacono* & *Thuribulario*, existentibus ut prædictum est, dentur xx *d.* ac etiam cuilibet Choristæ xii *d.*

ITEM, LEGO *Altari Sancti Sthephani*, in Ecclesia Eborum, unam Tabulam pulcram & benè depictam, cum & i. mediis Imaginibus & antiquis Armis meis in dorso, & i. Vestimentum de nigro & rubeo Velvet, cum ii. Amitis, ii. Stolis, & ii. Fanonis, & i. Vestimentum de albo Damask, cum Albis Amita, Stola, & Fanonis, & Orfray de rubeo Velvet, cum Plumis imbroudatum de auro, cum Tablementis argenti & Frontellis, fiendis de albis Vestibus meis, de auro de Cipre, per Executores, cum ii. Curtinis de albo Tarteryn.

ITEM, LEGO *dicto Altari* Sancti Stephani ii. Tablementa & i. Frontellum de rubea veste de Cipro, cum ii. Curtinis de rubeo Tarteryn, cum i. Casula, ii. Albis, & Amitis, ii. Stolis, & ii. Fanonis, de eadem Secta faciendis per Executores meos de melioribus Vestibus de rubeis, cum bonis Orfrays, imbroudandis cum Armis meis.

ITEM, LEGO *eidem Altari* Sancti Stephani Vestimentum meum, pro *Quadragesima* de Serico albo & Cruce rubea, cum ii. Tablementis, i. Frontello, ii. Curtinis, i. Casula, i. Alba, i. Amita, i. Stola, i. Fanona.

ITEM, LEGO *dicto Altari* Sancti Stephani Imaginem meam Sancti Johannis Baptistæ minorem de Argento Deaurato, cum ii. parvis Pelvibus de Argento, cum Squag Deauratis, cum i. Pari Candelabrorum Argenteorum quæ emi de Executoribus Domini Patris mei, cum i. Paxbrede argenteâ & deauratâ, & ii. Cruettis, & i. Tintinabulo Argenteo, ac unam Crucem parvam, cum Maria & Johanne, quam feci Londoniæ, & habet Crucem duplicatam in singulis Angulis, cum Tribus aliis Tabulis Depictis, secundum dispositionem Executorum meorum.

ITEM LEGO *dictæ Ecclesiæ Cathedrali Eborum* iv. Capas de Motley Velvet rubeo de auro, quarum Tres modo fiunt, & Quarta

prædictos Capellanos celebraturæ, pronuncietur per ipsos, ut Circumstantes orent pro Anima mea, &c, ad quamlibet Missam, per ipsos celebrandam, dicatur hæc Oratio;

• IX. 274. **Deus qui es Summa spes Redemptionis*, cum *Secreta*, & *Post Communione*, inde pertinentibus,

Et quod habeant *specialiter Memoriam Animæ meæ*,
Et *Animæ Domini Patris mei*,
Et *Philippæ* nuper *Uxoris meæ*,
Et *Thomæ Clyff*,
Et *Animarum*: videlicet,
Ricardi quondam *Archiepiscopi Eborum*,
Dominæ Alianoræ, nuper *Ducissæ Gloucestriæ*,
Domini *Henrici le Scrop*,
Dominæ *Johannæ Uxoris suæ*,
Dominæ *Matildis de Wells*,
Domini *Thomæ*, *nuper Ducis Gloucestriæ*,
Ricardi & Henrici nuper Regum Angliæ,
Johannis le Scrop,
Matildis Fischeburn,
Matildis Juette,
Johannis, *Ricardi*, *& omnium Fratrum & Sororum meorum* Defunctorum,

Habeant etiam *specialem Memoriam* pro Animabus,
Johannis Pierre,
Et Domini *Petri de Garston*,
Et Fratris *Thomæ Berfeld*,
Thomæ Helmesley,
Willielmi Sparowe,
Bartholomei Power,
Johannis Wetherall,
Et Domini *Roberti Thornton*,
Et *Ricardi Eltoft*,
Et omnium Fidelium Defunctorum.

Item, pro Statu Viventium; videlicet,
Henrici Regis Angliæ,
Johannæ Ducissæ Eborum, Consortis meæ,
Dominæ *Margeriæ Matris meæ*,
Et eorum Liberorum,
Pro Statu Domini *Henrici Fitz Hugh*,
Dominæ *Aliciæ de Briene*,
Johannis Asby,
Et *Ricardi Walagre*,
Et pro Animabus prædictorum, si ante Sepulturam meam obierint.

Item, VOLO quòd si Corpus meum ad Ecclesiam prædictam nullo modo poterit deportari, nichalominus Tumba mea, Exequiæ & omnia alia suprascripta ita plenariè compleantur, sicut Corpus meum ibidem esset præsens, & hoc sine aliqua dilatione.

Item, VOLO quòd, die Sepulturæ Corporis mei, vel quamcitiùs fieri poterit, dentur *Conventui Minorissarum Londoniæ* xl *s*.
Et *Conventui de Watton* (videlicet) Monialibus ibidem xl *s*.
Et *Conventui de Keldeholme* xl. *s*.
Et *Conventui de Hampole* xxvi *s*. viii *d*.
Et cuilibet *Domui Quatuor Ordinum Eborum* xl *s*.

Item, LEGO cuilibet *Ordini Fratrum Beverlaci & de Hull* xx *s*.

Item, LEGO *Cartusianis Londoniæ*, & cuilibet *Domui ejusdem Ordinis* in Anglia, v. Marcas Argenti.

Item, LEGO *Ecclesiæ Christi Cantuariensi* Unam Capam de veste de Auro de Damask viridi; & c *s*.

Item, LEGO *Collegio de Shapton* unam Capam rubeam de Cremesyn baudekyn, cum Orfreys de blodio Velvet, enbroudatam cum Imaginibus & Stellis de Auro; & xl *s*.

Item, LEGO *Abbatiæ de Coverham* viii. Pannas de Blodio, & Auro de Cipre novâ, pro Vestimentis faciendis, & Duas Copas de Motley Velwet nigro, rubeo, & viridi, cum Orfreis de Velvet rubeo, enbroudatas cum imaginibus; & xxv Marcas.

Item, LEGO *Abbatiæ de Thornton* unam Capam Bonam, secundum discretionem Executorum meorum; & xl *s*.

Item, LEGO *Collegio de Windesor* unum vestimentum nobile de alba veste de Cipre, cum una Casula, ii. Tunicis, ii. Tablementis, & iv. Capis ejusdem Sectæ, cum Orfreis & Perulis, benè & nobiliter inbroudatis cum Armis meis; & x. Marcas: sub ista conditione, quòd Exequiæ meæ dicantur solenniter, tam in Collegiis & in dicta Ecclesia Christi, quàm in Abbatiis & Locis prædictis, & *Placebo*, & *Dirige*, cum *Commendatione*, & *Missa in Crastino*; & quòd quilibet Presbiter, in Collegiis, Abbatiis, & Locis prædictis, dicat *unam Missam* devotè & specialiter pro Anima mea; & posteà habeant Animam meam recommendatam in Capitulis suis, & in Martirilogiis, sub suis Orationibus generalibus.

Item, LEGO *Abbatiæ de Louthpark* ii. Capas de rubea veste de Auro, cum Armis meis antiquis, & Capusiis eorum, & ROTEM, LEGO *Ecclesiæ Parochiali de Thorp Constantini*, *Capellæ de Witton*, *Capellæ Cantariæ de Benton*, *Capellæ* infra *Manerium de Neylond*, & *Capellæ de Marros in Wallia* (videlicet) *cuilibet earum* unum parvum Vestimentum, vel cuilibet earum, quæ plus indiget, usque ad valorem xxvi *s*. viii *d*. secundum discretionem Executorum meorum; Ita quòd omnes Rectores Ecclesiarum & Capellarum prædictarum sint rogati & admoniti ad orandum pro Anima mea, & specialiter in diebus Dominicis Memoriam mei habeant in Orationibus suis, & specialiter in Missis suis, ac etiam specialiùs apud *Kylyngton & Scurneton* orent pro Animabus Domini *Petri de Garston* & *Matildis de Fisbburn*, & apud *Maclous* pro Anima *Alani de Thornbarowe*

ITEM, LEGO *Feretro Sancti Johannis de Bridlyngton* unum Colarum de Auro, cum Cignis albis & parvis Floribus, quod habeo mecum.

ITEM, LEGO *Priori de Bridlington*, qui jam vivit, unum Par de *Pater noster de Aumbre*, cum *Crucifixo Argenteo* & deaurato.

ITEN, LEGO *Prioriæ de Bridlington* c. Solidos, sub ista Conditione, quòd totus Conventus ibidem solenniter *Placebo*, & Dirige, & cum *Commendatione*, & *Missa in Crastino* pro Anima mea, & quòd quilibet Canonicus in prædicta Prioria celebret *unam Missam*, devotè & specialiter pro Anima mea, & habeant posteà Animam meam in suis capitulis recommendatam.

ITEM, LEGO *Ecclesiæ Parochiali de Drosllan* in Wallia unum Vetus Missale, coopertum cum uno Corio Vituli pilosi.

ITEM, VOLO quòd Executores mei emant omnino Unum Missale, quod detur alicui loco, ubi per Legem condiè oportet celebrari, ubi convenientiùs Missale non habetur, ut in prædicto loco Celebrantes habeant Animam meam recommendatam in Missis & in Orationibus suis.

ITEM, LEGO *Vicario Ecclesiæ de Sutheane* xl *s* pro Juribus ablatis sive abstractis, si quæ fuerint Ecclesiæ suæ pertinentia.

ITEM, LEGO *Domino Johanni*, *Anachoritæ* apud Westmonasterium, c *s*. & i. Par *Pater noster* Geintid de gete, quibus utor.

ITEM, *Roberto Recluso Beverlaci* xl *s*.

ITEM, *cuidam Capellano*, commoranti Eborum in Vico vocato Gilligate, in Ecclesia beatæ Mariæ, viii *s*. iv *d*.

ITEM, *Johanni Heremitæ*, qui solebat morari apud Montem juxta Pontemfractum, xiii *s*. iv *d*.

ITEM, *Thomæ Capellano*, commoranti continuè in Ecclesia Sancti Nicholai Gloucestriæ, xiii *s*. iv *d*.

ITEM, *Anachoritæ de Stafford* xiii *s*. iv *d*.

ITEM, *Anachoritæ de Kyrkebuk* xiii *s* iv *d*.

ITEM, *Abbatissæ Ordinis Sancti Salvatoris* apud Shene Libros vel Vestimenta, Domui ejus magis convenientia, usque ad valorem x *l*.

ITEM, *Richardo Denham*, quondam Rectori de Nedyng, xx *s*.

ITEM, *Anachoritæ de Wath* xx *s*.

ITEM, *Anachoritæ*, commoranti apud *Presholme*, juxta Eborum, xiii *s*. iv *d*.

ITEM, *Elizabethæ*, quondam Servienti Anachoritæ de Hampole,

ITEM, *Willielmo Holme* Capellano apud Clementhorp juxta Eborum xiii *s*. iv *d*.

ITEM, *Recluso* apud *novum Castrum*, in Domo Fratrum Prædicatorum, xiii *s*. iv *d*.

ITEM, *Recluso* apud *Kexby*, *Fery*, xiii *s*. iv *d*.

ITEM, *Anachoritæ de Wighton* xiii *s*. iv *d*.

ITEM, *Anachoritæ de Castre* xiii *s*. iv *d*.

ITEM, *Anachoritæ de Thorneganby* juxta Cotyngwith xiii *s*. iv *d*.

ITEM, *Anachoritæ de Leek* juxta Upsale xiii *s*. iv *d*.

ITEM, *Anachoritæ de Gainsburgh* xiii *s*. iv *d*

ITEM, *Anachoritæ de Knesall* juxta Suthwell, xiii *s*. iv *d*.

ITEM, Domino *Ricardo Wyth* xx *s*.

ITEM, *Anachoritæ de Staunford*, commoranti in Ecclesia Parochiali ibidem, xiii *s*. iv *d*.

ITEM, *Anachoritæ de Dertford* xiii *s*. iv *d*.

ITEM, *cuilibet Anachoritæ & Recluso* commoranti Londoniæ, vel in Suburbiis ejusdem, vi *s*. viii *s*.

ITEM, *cuilibet Anachoritæ & Recluso*, apud Eborum & in Suburbiis ejusdem manenti (exceptis prænominatis ibidem in isto Testamento) vi *s*. viii *d*.

*ITEM, *Anachoritæ de Shrovesbury*, apud Fratres Prædicato- • IX. 276.
rum ibidem, xx *s*.

ITEM, *cuilibet Anachoritæ* & Anachoritissæ, qui potest leviter cognosci infra Tres Menses post Obitum meum (exceptis prænominatis) vi *s*. viii *d*.

ITEM, LEGO *sibi*, *qui erit Hæres meus Masculus*, tempore Mortis meæ, ad Terminum Vitæ suæ, totam Armaturam, michi per Dominum meum Patrem legatam, & omnem Armaturam meam,

Armatura, unà cum prædictis Libris de Capella, & tribus Libris prædictis, integrè remaneant Hæredi dicti Hæredis mei, absque Venditione vel Alienatione quacumque.

ITEM, LEGO *Domino Regi*, qui pro tempore fuerit, Imaginem beatæ Mariæ de Auro, garnisiatam cum Balisiis & Parulis; humiliter supplicans ut sit bonus Dominus & gratiosius Uxori, Dominæ Matri meæ, & Hæredi meo.

ITEM, LEGO *Henrico Episcopo Wyntoniæ* unum parvum Portophorium, coopertum in blodio Velwet, quod quondam *Dominus Gloucestriæ* michi dedit.

ITEM, LEGO *Domino Comiti Dorsetiæ* unum Librum de Meditationibus, coopertum in veste rubea de Auro de Cipre, pro Remembrantia.

ITEM, LEGO *Domino Thomæ Langeley*, Episcopo Dunolmensi, unum Librum de Meditationibus, qui incipit sic, *Cum bona aventura cum Passione*, pro Remembrancia.

ITEM, LEGO *Dominæ de Dryen*, Matri meæ, unum Maserium, coopertum cum Pede, & Borduris argenteis & deauratum, & blodio Pomell in Summitate, & i. Tabellatam de Auro cum Imagine beatæ Mariæ Virginis, & ante Imaginem, & i. Birall, & dorso Sculptam cum Imagine Sancti Christofori, & unum magnum Pailinchiaminum de melioribus absque Reyns, & unum parvum Librum vocatum Virginal, coopertum in blodio Panno de Auro de Cipre, & unum Librum de Gallicis, qui incipit, *Car tout ori soli que home fait de bouche*, & unum Librum vocatum Apocalipsi in Latinis & Gallicis benè illuminatum coopertum cum Panno Lineo, & i. pulchrum Librum de Matutinis & aliis Orationibus coopertum cum Panno lineo, & incipit, *Invocatio Patris & Filii & Spiritûs Sancti*, & i. Tapetem vocatam Carpette habentem ii. Virgas in Longitudine, & i. Virgam & Dimidiam in Latitudine, & i. de parvis Carpettis, & i Mantellum de Albo fresid, pro Remembrancia.

ITEM, LEGO *Henrico Domino Fitz Hugh*, Consanguineo meo, unum Librum qui incipit, *Cum Libro vocato Sintillar*, & in continetur incendium Amoris, quem *Richardus Heremita* composuit, & unum Quaternum, parvum, in quo continetur expositio super *Judica me Deus*, quod *Richardus Heremita* composuit & scripsit, pro Remembrancia.

ITEM LEGO Avunculo meo *Domino de Welle* unum par de *Pater Noster* de Auro, cum Gaudiis de Curallo, & i. Firmaculum de Auro, pro Remembrancia.

ITEM, LEGO *Dominæ Elizabethæ le Scrop* Materteræ meæ, unum Rotulum cum xv. Gaudiis bene depictum, & i. Par de *Pater Noster* de curallo cum Gaudiis de Aumbre, cum i. Firmaculo parvo de Auro, pro Remembrancia.

ITEM, *Dominæ Johannæ de Swillington*, Consanguineæ meæ, unum parvum Nouch, habens intus i. Catellum album, cum i. Safiro parvo, & magnum Par de *Pater Noster* de albo Aumbre, pro Remembrancia.

Et *Elizabethæ Lovell*, Sorori meæ, i. Traclecre Argenteum & deauratum, cum costis de Birall, pro Remembrancia.

* IX. 277. ITEM, LEGO *Stephano Fratri meo*, Archidiacono Richmundiæ, unum Par Tabellarum cerearum de Argento * deauratum, & unum Librum de Omeliis Sancti Georgii, & alium Librum de Omeliis Sancti Remigii, & alium Librum de Omeliis venerabilis Bedæ Præsbiteri, & unum Librum de Revelationibus Sanctæ Bridgidæ Virginis quem emi Beverlaci, pro Remembrancia.

ITEM, LEGO *Johanni le Scrop, Fratri meo*, unum Psalterium novum glossatum, clumpnatum, cum Armis meis & Uxoris meæ, & de aliis Bonis meis ad valorem xl *l.* ad suam Electionem, & secundum dispositionem Executorum meorum.

ITEM, LEGO *Sorori meæ Matildi*, Minorissæ Londoniæ, unam parvam Tabulam Eburneam, Sculptam cum Imaginibus, & unum parvum Librum cum Matutinis de Cruce coopertum cum panno de Serico viridi, & i. parvum Librum cum Matutinis de compassione Mariæ Virginis & cum Matutinis de Trinitate, & unum Rotulum qui incipit *cum Matutinis Sanctæ Annæ*, & unum Librum in Anglicis, qui vocatur *Stimulus conscientiæ*, coopertum in albo Corio, & i. parvam Crucem ad pendendum cum Imagine Christi supra, de Auro x *l.* pro Remembrancia.

ITEM, LEGO *Willielmo Fratri meo* i. Par de *Pater noster* de Gete geinsed, cum Gaudiis deauratum, quondam *Dominæ le Scrop* Aviæ meæ, & i. parvum Tablettum rotundum de Auro nigro & rubeo, & unam Bibliam coopertam in rubeo Corio, & alios Duos Libros bonos secundum dispositionem Executorum meorum, & i. Mantellum furratum de Menyver, vel Longam Togam, & i. parvum Vestimentum secundum dispositionem dictorum Executorum, cum i. Calice argenteo & deaurato, pro Remembrancia.

ITEM, *Alianoræ Seint John*, Consanguineæ meæ, i. parvum Nouche de Auro, pro Remembrancia.

ITEM, LEGO *Nepoti meo Frevyl* i. bonum Nouche, & cuilibet suarum Sororum Nepotum meorum, aut i. Nouche, aut i. Tablettum, aut Firmaculum de Auro.

Et Domino *Johanni Broke* i. parvum Par de *Pater noster* de Curall cum Gaudiis de Auro, & i. Firmaculum de Auro, pro Remembrancia.

ITEM, *Richardo de Norton* unam bonam Vestem de Baudekyn de Cipre, & i. Ciphum argenteum cum cooperculo absque Pede, & v. Marcas, pro Remembrancia.

ITEM, LEGO *Richardo Wyvyll, Rogero Wentworth, Roberto Lane*, & *Adæ Frost* (videlicet) cuilibet eorum, si tempore Mortis mei sint mecum commorantes in hospitio meo, sive de Jocalibus, sive de Apparatu, usque ad valorem c *s.* & *Roberto Lane* ultra hoc c *s.* & *Radulpho Baustre* x *l.* deducendas in Partem Solutionis Summæ quam michi debet, secundum dispositionem Executorum.

ITEM, LEGO *Johanni Asby* unum de melioribus Equis meis, & unum honestum Lectum de Worstede vel Tapestry, cum Testura, Selura, & Tribus curtinis, i. Coverlit cum v. Tapetis cameræ, & iv. Quishins, cum ii. Blanketis & ii. Paria Luthiaminum pro Capit. i. Canivass, i. Matrass, ii. Toralia, ii. Coverlitz de Norfolk, ii. Testris, & i. Coverlita de rubeo cum Chapelett.

ITEM, LEGO eidem *Johanni Asby* Gladium meum hernesiatum in nigro Velwet imbrodatum, & Togam meam de nigro furratum cum Matres & Fychewes, & Togam meam de Russet furratam cum Cresty grey, Togam meam de Viridi furratam cum Martres, & i. Cyphum de Argento coopertum cum vi. pec. & cum vi. parvis coblettis, & ii. Salariis coopertis, & ii. parva Salaria rotunda non cooperta, & viii. Cocliaria quæ ponderant inter se xx *l.* Troye, vel plus, & i. de optimis Doublettis defensibilibus ad Electionem suam, & etiam i. Pelvem cum i. Aquario de argento, & Naperiam integram cum ollis æneis, & omnibus aliis necessariis Coquinæ pertinentibus, remanentibus in Hospitio meo Londoniæ, & etiam unum Vestimentum * parvum de Serico cum tablementis, frontellis, & ii. Towellis, & i. Missale coopertum in nigro Damask, & i. Portoforium vetus de usu Sarum coopertum in albo corio, & i. par de *Pater noster* magnum de Curall. cum blodiis, gaudiis de auro, circummissis cum Perulis, & i. Firmaculum de auro, cum Rosis in una parte, & nigris Literis in altera parte, & i. Bursam parvam quæ semper pendet circa Collum meum cum Cruce Domini. * IX. 278.

ITEM, LEGO *Johanni Asby* x *l.* Libras Argenti, quod quidem argentum VOLO custodiri in manibus Executorum meorum ad hoc, quod dictus *Johannes* per illud, & cum xl. Marcis & xx *l.* quas habet, habere poterit aliquod sufficiens Incrementum sibi & Hæredibus suis; intimè Supplicans Executores meos quatinus fideliter, efficaciter, & festinanter velint laborare ad Voluntatem meam perficiendum in Incremento prædicto.

ITEM, LEGO *Katerinæ Asby*, Uxori prædicti *Johannis* unam longam Furruram de Greye, & i. de Menyuer secundum dispositionem Executorum meorum, & unum parvum colarium de Auro cum S. & i. Zonam cum Rosis de Auro super nigro Tissu, & x *l.* pro Remembrancia.

ITEM, LEGO *Johanni Ferby* c *s.* & i. de meis Togis duplicatis vel Valorem.

ITEM, LEGO *Roberto Lane* c *s.* ultra hoc quod antea legavi, & i. de Togis meis de Lano absque Furrura.

ITEM, LEGO *Ricardo Wyvill*, de Bonis meis, usque ad valorem c *s.* ultra hoc quod antea legavi secundum dispositionem Executorum meorum, pro Remembrancia.

ITEM, LEGO *Domino Willielmo Blase* unum Ciphum Argenteum coopertum, & i. Capam de Serico.

ITEM, LEGO Domino *Roberto Newton*, Decano Capellæ meæ, unum Librum vocatum *Johannes de Abbatis Villa*.

ITEM, LEGO Domino *Willielmo atte Kirk*, Domino *Johanni Menston*, cuilibet illorum, unum Librum Meditationum, secundum dispositionem Executorum meorum.

ITEM, LEGO Domino *Johanni Foxholes* i. Librum vocatum *Summa Justitiæ*, & i. Psalterium Glosatum, i. Ciphum de Argento coopertum, & de Bonis meis usque ad valorem x *l.* pro Remembrancia.

Et *Willielmo Roffin* unum Ciphum de Argento coopertum, usque ad valorem v. Marcarum, pro Remembrancia.

ITEM, *Domino Johanni Menston*, Fratri *Adæ Neyland*, *Domino Johanni Thorp*, & *Waltero Wodhall*, & *Ricardo Leek*, & cuilibet Generoso homini sive Mulieri, existenti in Servitio meo, in Hospitio meo die Paschæ ultimo (exceptis prænominatis) xl *s.*

ITEM, LEGO *Willielmo Worth* xx *s.*

Et *Ricardo Walagre* c *s.*

Et *Roberto Holte* xiii *s.* iv *d.*

Et *Thomæ Lound* v Marcas.

Et *Waltero Clerico* xl *s.*

Et Domino *Johanni Thorp* xl *s.*

Et *Johanni Crosby* unam Togam de Lana absque Furrura, & c *s.*

Et *Johanni Gillesland* xl *s.*

ITEM *Johanni Coke* custodienti Gardinum apud Fishide xxvi *s.* viii *d.*

Et

Garcionum generosorum, & cuilibet Puero & Pagetto existentibus in Servitio meo, in Hospitio die Passæ ultimo (exceptis prænominatis) vi *s.* viii *d.*

Et ultra hoc *Roberto de Coquina* xx *s.*

ITEM, LEGO Hæredi meo, pro Termino vitæ suæ, Robam meam de Scarleto Furratam cum Meyniuer, Surcote overt, & Collobium cum barr. de Ermyn, & Capic. furrat. & omnia Principalia quæ habui ex Legatione Domini Patris mei (omnibus specialiter ante Legatis exceptis)

ITEM, LEGO dicto Hæredi i. Par Pelvium coopertarum de Argento, quas emi Londoniæ, cum Armis meis quibus utor de novo, cum xii. Discis qui fuerunt Domini Patris mei, cum Armis suis, & ii. saltaria, & unum integrum Vestimentum de motley Velvet * nigro

* IX. & rubeo, cum omnibus Capis nigris & rubeis, & Apparatu infanc.

279. de nigro & rubeo, cum uno Par Insensurarum Argenti, ii. parva Candelabra, i. Calicem, i. Paxbrede, ii. Cruetta, i. navem pro Thumamate, & i. Aquæ Bajulam pro Aqua benedicta de Argento, & unum Salarium deauratum coopertum, cum xii. Cocliaribus, & iii. Chargeons quæ fuerunt Domini Patris mei absque Armis & de Bonis meis, ad suam Electionem, usque ad valorem DC *l.* Ita quòd omnia Bona prædicta remaneant, post Decessum suum, rectis Hæredibus suis, absque Venditione seu Alienatione quacumque; proviso quòd non sint de Legatis in isto Testamento pro Remembrancia.

ITEM, LEGO *Johanni Stayndrop* & *Johanni Marshal* cuilibet eorum vi *l.* xiii *s.* iv *d.* si bene & fideliter facerent & laborarent, post Mortem meam, ad levandum Debita & Arreragia, quæ michi debentur, illo tempore, in Maneriis & Dominiis meis.

ITEM, LEGO *Thomæ Clyff* i. *Pater noster* de curall cum gaudiis de Gete, cum uno Anulo cum Imagine Sanctæ Mariæ, quæ fuerunt dicti *Thomæ*; & xl *s.* pro Remembrancia.

ITEM, VOLO quòd omnes Togæ meæ de Lano, & Doubletta, Capicia, & Caligæ (exceptis in isto Testamento specialiter Legatis) distribuantur inter Servos meos, absque Furrura, secundum dispositionem Executorum meorum.

ITEM, LEGO *Johannæ Ducissæ Eborum*, Uxori meæ i. Firmaculum cum Bursa quæ semper pendent ad camisiam meam cum Cruce Domini, & Firmaculo quæ ipsamet michi dedit, & de Bonis meis usque ad Valorem Duarum Milium Librarum ad suam Electionem, Ita tamen quod non acclamet aliquale Jus de Bonis meis, nec Proprietatem, aut Dimidiam vel Tertiam partem Bonorum meorum, set de Legatis contentetur, ut oretenus michi promiserit,

Ita quòd, si prædicto Promisso suo contradixerit, & non steterit, tunc VOLO quòd de prædictis, sibi Legatis, nichil ei persolvatur nec deliberetur; Proviso tamen quòd, in Legatis prædictis, Apparatus dictæ Uxoris meæ, tam pro Capite, quàm pro Corpore suo, excipiatur, cum hoc quòd nichil accipiat de specialiter in isto Testamento Legato.

ITEM, LEGO *Dominæ meæ & Matri* unam Crucem de Auro, cum iv. Perulis, & i. Birell rotunda in Pede, & i. Par *Pater noster* de Gete, quæ quondam fuerunt *Archiepiscopi Eborum* Avunculi mei, & i. Par *Pater noster* de Auro quondam Domini Patris mei, cum i. Cruce de Cruce Domini (videlicet) de Cruce de Gallewaye quæ clauditur cum iv. Vices, & Tres Libros in Gallicis, ad Electionem suam, exceptis superius legatis.

ITEM, LEGO *dictæ Dominæ meæ Matri*, de Bonis meis, ad suam Electionem, usque ad Valorem cc. Marcarum (exceptis superius legatis) & hoc tam in Remembrancia, quàm in Recompensatione omnium Bonorum, si quæ habeam in manibus quæ sibi quovis titulo pertinerent, set, non obstantibus Præscriptis, Volo quòd nec *dictus Hæres meus*, nec *dicta Uxor mea*, aut *dicta Domina Mater mea*, accipiant, nec aliquis eorum accipiat, Legata sua totaliter de Vasis vel Jocalibus argento deauratis vel Auro totaliter, set Partem de talibus, & Partem de Vestimentis, Lectis, Aulis, Libris, & aliis Necessariis.

ITEM, VOLO quòd solvantur *Johanni de Etton* xl Marcæ.

Et etiam VOLO quòd, ante omnia, Debita mea plenariè persolvantur.

Etiam VOLO quòd omnibus illis satisfactum sit, qui sciverint illos affirmare & apertè probare esse per me Defraudatos quovis modo vel titulo, vel per meos ad meum usum.

Et, si contingat quòd aliquis istorum infrascriptorum, ante Probationem hujus Testamenti mei, obierit, VOLO quòd Executores mei non teneantur perficere Voluntatem meam prædictam Executoribus eorum; set remaneant Legata eorum Executoribus meis.

Et hoc TESTAMENTO completo, & Debitis meis persolutis VOLO quòd ex Residuo Bonorum meorum Executores mei Fundent Tres Cantarias de Tribus Capellanis, quolibet illorum capiente Annuatim xii Marcas, in Capella Sancti Stephani in Ecnorum celebrantium in Capella prædicta; &, si una tantum Cantaria Fundetur, tunc VOLO quòd cesset Medietas illius Annuitatis (videlicet) x. Marcæ per Annum.

ITEM, LEGO Fratri meo, Magistro *Stephano le Scrop*, Archidiacono Richemundiæ, ad valorem de xx *l.* de Bonis meis, ad suam Electionem.

ITEM, LEGO *Thomæ Haxey* Clerico, & *Thomæ Brounflete* Militi (videlicet) utrique eorum, de Bonis meis, ad valorem xx *l.*

ITEM, LEGO *Willielmo Blasé* Clerico, & *Johanni Foxhols* Clerico, utrique illorum x *l.* & *Roberto Lane* x. Marcas, pro Labore suo quem habebunt in Executione Testamenti mei.

Et, ad dictam VOLUNTATEM meam in Præmissis perficiendam, constituo Principales Executores meos præfatos, Fratrem meum Magistrum *Stephanum le Scrop* Archidiaconum Richmundiæ, *Thomam Haxey* Clericum, *Thomam Brounflete* Militem, *Willielmum Blasé* Clericum, *Johannem Foxhols*, Clericum, & *Robertum Lane*,

Et Supervisores constituo *Uxorem meam*, *Dominam Matrem meam*, *Dominum le Scrop* Fratrem meum, *Galfridum le Scrop* Militem, & *Ricardum Norton*.

ITEM, si contingat dictam Uxorem meam, ante Decessum meum, obire, VOLO quòd omnia Debita sua cum Debitis meis persolvantur

ITEM, VOLO quòd nullus Executorum meorum per se aliquas faciat Acquietantias, aut quicquid aliud quod esset virtutis, set semper ad minus aliquid tale perficiatur per Tres illorum; quorum tertius semper sit *Thomas Brounflete* Miles, aut *Johannes Foxhols* Clericus.

ITEM, VOLO ut per Executores meos Residuum omnium Bonorum meorum (dictis Cantariis & Obitu Fundatis) dividatur, inter Uxorem meam & illum, qui tunc erit Hæres meus, per æquales Portiones.

In quorum omnium & istius ULTIMÆ VOLUNTATIS MEÆ TESTIMONIUM, præsenti TESTAMENTO meo Sigillum meum apposui.

Datum vicesimo tertio die Junii, Anno Domini M.CCCC.XV. Anno Regni Regis Henrici Quinti post Conquestum tertio.

Super Recaptione Comitis de Fyffe.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, Ann. D.

De Gratiâ nostrâ speciali, & pro bono Servitio quod, dilectus 1415.

nobis, *Radulphus Pudsay* Armiger (qui *Comitem de Fyffe* recepit) An. 3.

Nobis impendit & impendet in futurum, H. 5.

Concessimus ei Viginti Libras, percipiendas annuatim, pro Ter- Pat. 3.

mino Vitæ suæ, tam de Custumis & Subsidiis Lanarum, Corio- H. 5.

rum, & Pellium lanutarum, quàm de Parva Custuma nostra, in p. 1.

Portu Villæ de Kyngeston super Hull, per manus Collectorum eo- m. 3.

rundem Custumarum & Subsidiorum in Portu Prædicto, pro tempore existentium, ad Terminos Sancti Michaelis & Paschæ, per æquales Portiones.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Wynton*. vicesimo quinto die Junii.

Per ipsum Regem.

Super Restitutione Possessionum Prioratibus Alienigenis.

REX, omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, Ann. D.

Cum, in Parliamento nostro, apud Leycestriam nuper tento, 1415.

Communitas Regni nostri Angliæ, in eodem Parliamento existens, An. 3.

Nobis declaraverit quòd, H. 5.

* In casu quo finalis Pax inter *Nos* & *Adversarium nostrum* Ibid. m.

Franciæ tempore tunc futuro caperetur, & super hoc omnes Pos- 31.

sessiones Prioratuum Alienigenarum, in Anglia existentes, ad Ca- * IX.

pitales Domos Religiosorum in Partibus Transmarinis, ad quas 281.

hujusmodi Possessiones spectant, Restituerentur,

Dampnum & Perditio eidem Regno nostro & Populo nostro ejusdem, per grandes Firmas & Apportus Monetæ, qui de Anno in Annum extunc imperpetuum, de eisdem Possessionibus, ad prædictas Capitales Domos redderentur, evenirent, in dicti Regni nostri in hac parte depauperationem non modicam,

Quodque, ad inceptionem Guerræ inter prædicta Regna, omnes Ligei nostri de quibuscumque Possessionibus, quæ ipsi ad tunc de Dono Nobilium Progenitorum nostrorum, in partibus Transmarinis, infra Jurisdictionem Franciæ habuerunt, per Judicium,

in

tatu Norffolciæ cum pertinentiis, ac Ecclesiam Parochialem de Geyton prædictam, nuper Prioratui sive Domui de Welles Alienigenæ in eodem Comitatu ab antiquo Apropriatam, necnon omnimoda Decimas, Oblationes, Obventiones, Emolumenta, & alia Proficua & Commoditates quæcumque, ad easdem Rectoriam & Ecclesiam pertinentia, & de eisdem quoquo modo imposterum provenientia,

Ac etiam quandam Annuam Pensionem Decem & Octo Marcarum de Vicaria de Moreton,

Necnon quandam aliam Annuam Pensionem Quadraginta Solidorum de Ecclesia de Alyeley in Comitatu Essexiæ,

Et quandam aliam Annuam Pensionem Quadraginta Solidorum, de Ecclesia de Fulbourne in Comitatu Cantebrigiæ,

Provenientes,

Prioratui de Paunfeld, in eodem Comitatu Essexiæ Alienigenæ, ab antiquo similiter pertinentes & appendentes,

Necnon omnimodas Decimas, infra Villatam de Seynt Marie Berwes imposterum contingentes, in prædicto Comitatu Essexiæ, & eidem Prioratui de Paunfeld similiter Pertinentes,

Quæ quidem Rectoria, Ecclesia, Pensiones, & Decimæ de antiquo fuerunt Parcellæ Possessionum *Abbatis & Conventus Sancti Stephani de Cadamo* in Normannia Alienigenæ, & in manus Domini *E.* nuper *Regis Angliæ*, Proavi nostri, occasione Guerræ, inter ipsum Proavum nostrum & illos de Francia motæ, seisinæ extiterint, & Nobis & Hæredibus nostris, virtute Ordinationis prædictæ, in Parliamento nostro prædicto, ut præmittitur, factæ, remanere deberent,

Habenda & Tenenda eidem *Johanni* pro Termino Vitæ suæ, absque aliquo Nobis inde reddendo, supportando & faciendo omnia Onera, eisdem Rectoriæ, Ecclesiæ, Pensionibus, & Decimis incumbentia, quamdiu Rectoriam, Ecclesiam, Pensiones, & Decimas illas sic habuerit,

Aliquâ Assignatione Prioratuum Alienigenarum, aut Proficuorum & Reventionum Prioratuum Alienigenarum, pro Expensis Hospitii nostri, sive aliquibus aliis Statutis vel Ordinationibus in contrarium factis,

Aut eo quòd de Valore Rectoriæ, Ecclesiæ, seu Decimarum prædictarum, in præsentibus Literis mentio facta non existit,

Aut eo quòd prædicta Prioratus sive Domus seu aliqua Parcella eorumdem de Antiquo Dominico Coronæ nostræ existant vel de Nobis aliquo modo teneantur,

Seu eo quòd prædicti Prioratus sive Domus vel aliqua Parcella eorumdem per Nos, aut Progenitores nostros, seu per aliquam aliam Personam, eisdem *Abbati & Conventui* in puram & perpetuam Elemosinam dati fuerint vel assignati,

* IX. 182. * Aut eo quòd Prioratus sive Domus prædicti vel aliqua Parcella eorumdem de Fundatione ejusdem Abbatiæ existant vel existat, seu aliquibus aliis Statutis sive Ordinationibus, in contrarium factis,

Aut eo quòd dictus Prioratus sive Domus aut aliqua Parcella eorumdem præfatis *Abbati & Conventui*, ad Divina Obsequia ibidem facienda, celebranda, & continuanda, seu ad Hospitalitatem aut ad alia Pietatis Opera inibi sustentanda & supportanda, data fuerint, concessa, vel assignanda,

Seu eo quòd prædicti Prioratus sive Domus aut aliqua Parcella eorumdem in Manus, carissimi Domini & *Patris nostri*, aut Progenitorum vel Prædecessorum suorum, occasione Guerræ prædictæ, seisiti fuerunt, aut quomodolibet seisiri debuerunt,

Aut aliis Causis seu Occasionibus quibuscumque non obstantibus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo quinto die Junii.

Per ipsum Regem.

De deliberando Fratrem Johannem Mathewe extra Turrim.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Claus. 3. H. 5. m. 11.

REX, Constabulario Turris nostræ Londoniæ, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

Mandamus vobis quòd Fratrem *Johannem Mathewe*, Canonicum Prioratûs Sancti Johannis Evangelistæ de Kermerdyn in Wallia, captum, & in Turri prædicta, sub Custodia vestra, detentum, ut dicitur, dilecto Nobis in Christo, *Abbati de Waltham* Sanctæ Crucis, ad ipsum in Domo sua prædicta, quousque aliud à Nobis pro ejus Deliberatione habuerit in Mandatis, salvò & securè custodiendum, sine dilatione, deliberari faciatis.

Teste Rege apud *Wynton.* vicesimo sexto die Junii.

Per ipsum Regem.

cumque Statûs, Nationis, aut Conditionis existant, Equestribus vel Pedestribus, in Comitiva sua, Armatis vel non Armatis, insimul vel per partes, pro veniendo, tam per Terram, quàm per Mare, libere, tute, & secure per omnes Civitates, Villas, Castra, & alia Loca nostra quæcumque, tam Regni nostri Angliæ, quàm alibi Ditioni nostræ subjecta, ubicumque sint, cum eorum Equis, Herneisiis, Bonis, Auro, Argento, Jocalibus, Libris, & Catallis suis quibuscumque, necnon Navigiis, Nautis, Marinariis, Mercimoniis, Apparatibus, & Applicamentis, & Officiariis Navium suarum, ad Transfretandum in Regnum nostrum Angliæ, & inde in Franciam revertendo,

Et ideò vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, Tenore Præsentium, Præcipimus & Mandamus, districtiùs Injungentes, quatinus supradictum *Guillielmum Archiepiscopum*, præsentes Literas nostras, vel *Vidimus earumdem*, sub Sigillo autentico confectas, vobis exhibentem, cum illis de sua Comitiva, usque ad Numerum supradictum, Armatis vel non Armatis, *&c. ut in hujusmodi de Conductu Literis.*

In quorum omnium Testimonium ipsas nostras præsentes Literas fieri fecimus Patentes, & Sigilli nostri munimine roborari.

Dat. apud *Civitatum nostram Wynton.* vicesimo nono die Junii.

Per ipsum Regem.

* Consimiles Literas Regis de salvo Conductu habent subscripti in Comitiva sua, per idem tempus duraturas, sub eadem Datâ; videlicet, * IX. 283.

P. Episcopus Lexovien. Consiliarius, *&c. ut supra*, cum Quinquaginta Personis, &c.

Lodowicus Comes Vindocinen. Magnus Magister Domûs, Consanguineus & Consiliarius *Adversarii*, *&c. ut supra*, cum Centum & Quadraginta Personis, &c.

Karolus Dominus de Yuriaco Miles Cambellarius & Consiliarius, &c. cum Sexaginta Personis, &c.

Braquetus Dominus de Braquemont Miles, *&c. ut supra*, cum Triginta Personis, &c.

Magister *Johannes Andree* Consiliarius & Secretarius *Adversarii Regis Franciæ*, &c. cum Decem Personis, &c.

Magister *Gouterus Colli*, *&c. ut supra*, cum Decem Personis, &c.

Pro Regina, Matre.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Pat. 3. H. 5. p. 1. m. 1.

Sciatis quòd, (de Gratia nostra speciali) Concessimus & Licentiam Dedimus, carissimæ Matri nostræ, *Johannæ Reginæ Ang.* quòd ipsa, cum Hominibus, Servientibus, & Ministris suis, infra Castra nostra de Wyndesore, Walyngford, Berkhamstede, & Hertford, vel unum eorum quod sibi, pro avisamento suo, melius videatur eligendum, dum in præsenti Viagio nostro, Deo dante, in partibus ultramarinis Moram traxerimus, licitè morari possit, absque impedimento nostri, aut Constabulariorum, Officiariorum, seu Ministrorum nostrorum quorumcumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Wyntoniam* Tricesimo die Junii.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Owino Glendourdy.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Ibid.

Sciatis quod Nos,

De fidelitate, circumspectione, & industria, dilecti & fidelis nostri, *Gilberti Talbot* Chivaler pleniùs confidentes,

Commisimus & deputavimus ipsum *Gilbertum* ad Comunicandum & Tractandum cum *Owino Glendourdy* de Wallia de & super certis Materiis, præfato *Gilberto* per Nos injunctis,

Et tam ad prædictum *Owinum*, quàm alios Rebelles nostros Wallenses, ad Obedientiam & Gratias nostras, si se ad eas petendum optulerint, nomine nostro Admittendum & Recipiendum,

Et alia omnia & singula Faciendum & Exercendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid præfatus *Gilbertus* fecerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Porchestre* Quinto die Julii.

De

in quibuscumque Curiis Angliæ, per unum Annum duraturas.
Præf. &c.
Teste Rege apud *Westmonasterium* sexto die Julii.

Johannes Hertilpole *Clericus recepit Attorneamentum*, &c.

Edmundus Comes Marchiæ, qui de Licentia Regis versus partes Transmarinas profecturus est, habet Literas Regis de Generali Attornatu, sub Nominibus *Walteri Lucy* & *Willielmi Walweyn*, sub alternatione, ad lucrandum, &c. in quibuscumque Curiis Angliæ, per unum Annum duraturas.
Præf. &c.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo octavo die Junii.

Henricus Shelford *Clericus recepit Attorneamentum de Licentia Cancellarii.*

Pro Mercatoribus de Venicia, super Mutuo.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Claus. 3. H. 5. m. 19.

REX, dilectis sibi, *Thomæ Burton* & *Thomæ Betiller*, Collectoribus Custumæ & Subsidii Lanarum in Portu Londoniæ, & in singulis Portubus & Locis eidem Portui adjacentibus, Salutem.

Cùm *Nicholaus de Mulyn*, & Socii sui, Mercatores de Venicia, Mille Marcas, pro præsenti Viagio nostro nobis mutuaverint,

Et illas, de Mandato nostro, carissimo Consanguineo nostro, *Thomæ Comiti Arundelliæ*, Thesaurario nostro Angliæ deliberaverint, ad eas juxta Ordinationem nostram applicandas & expediendas,

Nos,

Volentes promptam & securam Resolutionem Summæ prædictæ præfatis *Nicholao* & Sociis suis, per Nos, ex hac causa, fieri, ut tenemur,

Vobis Præcipimus quòd præfatis *Nicholao* & Sociis suis prædictas Mille Marcas (videlicet) de Galeis provenientes, juxta quandam Assignationem, eisdem *Nicholao* & Sociis suis, Quartodecimo Die Junii proximo præterito, ad Receptam Scaccarii, in hac parte factam, sine dilatione liberetis, juxta Assignationem supradictam.

Teste Rege apud *Westmonasterium* undecimo die Julii.

Per Billam Thesaurariæ.

Et erat Patens.

De Corona, vocata LA COROWN HENRY, *Impignorata.*

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Pat. 3. H. 5. p. 2. m. 42.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, carissimus Frater noster, *Thomas Dux Clarentiæ* Nobiscum, ad Deserviendum Nobis, pro præsenti Viagio nostro, versus partes Transmarinas, per unum Annum integrum sit Retentus,

Ac, Venerabilis Pater, *Richardus Episcopus Norwicensis*, Thesaurarius Cameræ nostræ, virtute Literarum nostrarum Patentium, sibi directarum, *eidem Duci* quandam Coronam, vocatam LA COROWNE HENRY,

Pro Securitate totius illius, quod præfato *Duci*, pro Se & Retinentia sua prædicta, erit debitum, & quod ipse, pro eodem Quarterio integro Anni prædicti, secundum formam & effectum quarumdam INDENTURARUM, inter *Nos* & *præfatum Ducem* indè confectarum, percipere & recipere debet,

Deliberaverit,

Unde Dies Solutionis, ad quem volumus & acquietare debemus Coranam prædictam per Deputatos, Assignatos, Hæredes, seu Executores nostros, erit in die Circumcisionis, qui erit Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Sextodecimo, secundum cursum & computationem Ecclesiæ Anglicanæ, prout in INDENTURIS prædictis plenius continetur,

Nos (Securitati *prædicti Ducis* in hac parte prospicere volentes, ut tenemur) Volumus & Concedimus per præsentes quòd,

In casu quo dicta Corona, dicto Die Circumcisionis, per Nos, Hæredes, seu Executores nostros non acquietetur,

• IX. 185. * Extunc bene licebit *eidem Duci*, & aliis, quibus hujusmodi Jocalia per ipsum Ducem liberabuntur, post eundem Diem, inde secundum suam Voluntatem disponere, absque Impedimento nostri seu Hæredum nostrorum;

Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Exoniensis,
Majori & Communitati ejusdem Civitatis Exoniensis,
Johanni Abbati de Tavystoke,
Johanni Priori de Plympton,
Johann. Priori de Launceston,
Willielmo Abbati de Bukfast,
Roberto Cary Armigero,
Alexandro Chambernoun Armigero,
Johanni Bevyle Armigero,
Johanni Copleston Armigero,
Majori & Communitati Villæ de Plymmouth,

Pro Securitate Resolutionis Octingentarum & Sexaginta Marcarum, ad opus nostrum ab eis Mutuatarum, & Thesaurario nostro Angliæ Liberatarum; videlicet,

De dictis Decano & Capitulo Centum Marcas,
De Majori & Communitate Civitatis Exoniensis, Centum Marcas,
De Abbate de Tavystoke, Centum Marcas,
De Priore de Plympton, Centum Marcas,
De Priore de Launceston, Centum Marcas,
De Abbati de Bukfast, Centum Marcas,
De Roberto, Centum Marcas,
De Alexandro, Sexaginta Marcas,
De Johanne Bevyle, Sexaginta Marcas,
De Johanne Copleston, Decem Marcas,
De Majore & Communitate de Plymmouth, Triginta Marcas,

Quoddam MAGNUM TABERNACULUM de Argento deauratum de Auro garnizatum, quòd fuit *Ducis Burgundiæ*, Garnizatum cum Viginti Balais, Viginti & Duobus Saphiris, & de Centum Triginta & septem Parles, deliberaverunt, prout in quibusdam INDENTURIS,

Inter ipsos *Archiepiscopum & Custodem*, *Decanum & Capitulum*, *Majorem & Communitatem* Civitatis Exoniensis, *Abbatem de Tavystoke*, *Priorem de Plympton*, *Priorem de Launceston*, *Abbatem de Bukfast*, *Robertum*, *Alexandrum*, *Johannem Bevyle*, *Johannem Copleston*, & *Majorem & Communitatem de Plymmouth*, inde confectis,

Pleniùs poterit apparere,

Nos,

Pro majori Securitate prædictorum *Decani & Capituli*, *Majoris & Communitatis* Civitatis Exoniensis, *Abbatis de Tavystoke*, *Prioris de Plympton*, *Prioris de Launceston*, *Abbatis de Bukfast*, *Roberti*, *Alexandri*, *Johannis Bevyle*, *Johannis Copleston*, *Majoris & Communitatis de Plymmouth*, in hac parte, prospicere volentes, ut tenemur,

Volumus & Concedimus, per Præsentes, quòd,

In casu quo dictum *Tabernaculum*, per Nos, Hæredes, aut Executores nostros, infra unum Annum & Dimidium, ac unum Mensem, proximò post Receptionem ejusdem *Tabernaculi*, non acquietetur,

Extunc benè liceat eisdem, *Decano & Capitulo*, *Majori & Communitati* Civitatis Exoniensis, *Abbati de Tavystoke*, *Priori de Plympton*, *Priori de Launceston*, *Abbati de Bukfast*, *Roberto*, *Alexandro*, *Johanni de Bevyle*, *Johanni Copleston*, *Majori & Communitati de Plymmouth*, ac aliis, quibus dictum *Tabernaculum* per eos liberabitur, post finem ejusdem Mensis, indè, secundum suam voluntatem, disponere, absque Impetitione nostri, seu Hæredum nostrorum;

* Proviso semper quòd (si dictum *Tabernaculum*, citra finem ejusdem Mensis, acquietari fecerimus) extunc præfati, *Decanus & Capitulum*, *Major & Communitas* Civitatis Exoniensis, *Abbas de Tavystoke*, *Prior de Plympton*, *Prior de Launceston*, *Abbas de Bukfast*, *Robertus*, *Alexander*, *Johannes Bevyle*, *Johannes Copleston*, & *Major & Communitas de Plymmouth*, ad idem Tabernaculum Nobis reddendum & restituendum, adeò integrè, absque fractione seu pejoratione, sicut Tabernaculum illud eis liberatum fuit, teneatur. • IX. 186.

Et etiam (si dictum *Tabernaculum*, per illos, quibus sic liberabitur, exnunc vendatur) tunc ipsi, Hæredes, Successores, & Executores sui, per Præsentes, ad Respondendum Nobis, Hæredibus, Executoribus, seu Assignatis nostris, de Superplusagio indè, teneantur & obligentur.

In cujus,

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De

Pro Securitate Resolutionis Mille Marcarum, ad opus nostrum ab eis Mutuatarum, & Thesaurario nostro Angliæ Liberatarum; videlicet,

De illis dictæ Civitatis nostræ Norwici, Quingentas Marcas,
De illis dictæ Villæ de Lenne, Quadringentas Marcas,
De prædicto *Willielmo Westacre*, Quadraginta Libras,
De præfato *Willielmo Walton*, Viginti Libras,
Et de prædicto *Nicholao*, Decem Marcas,

Unum Magnum *Circulum Aureum* Garnizatum, deliberaverunt, prout in quibusdam INDENTURIS, inter ipsos *Archiepiscopum & Custodem*, & præfatos *Majores*, *Vicecomites*, *Communitates*, *Willielmum*, & *Nicholaum*, inde confectis, plenius poterit apparere,

Nos,

Pro Securitate, prædictorum *Majorum*, *Vicecomitum*, *Communitatum*, *Willielmi*, *Willielmi*, & *Nicholai*, in hac parte, prospicere volentes, ut tenemur,

Volumus & Concedimus, per Præsentes, quòd,

In casu quo dictus *Circulus*, per Nos, Hæredes, aut Executores nostros, infra unum Annum & Dimidium, ac unum Mensem, proximos post Receptionem ejusdem *Circuli*, non acquietetur,

Extunc benè liceat eisdem, *Majoribus*, *Vicecomitibus*, *Communitatibus*, *Willielmo*, *Willielmo*, & *Nicholao*, ac aliis, quibus dictus *Circulus*, per eos liberabitur, post finem ejusdem Mensis, indè, secundum suam voluntatem, disponere, absque Impetitione nostri, seu Hæredum nostrorum;

Proviso semper quòd (si Nos dictum *Circulum*, citra finem ejusdem Mensis, acquietare fecerimus) extunc præfati *Majores*, *Vicecomites*, *Communitates*, *Willielmus*, *Willielmus*, & *Nicholaus*, *Circulum* Nobis reddendum & restituendum, adeò integrè, absque fractione seu pejoratione, sicut *Circulus*, ille eis liberatus fuit, teneantur.

Ac (si dictus *Circulus*, per illos, quibus sic deliberabitur, extunc vendatur) tunc ipsi, Hæredes, Successores, & Executores, per præsentes, ad Respondendum Nobis, Hæredibus, Executoribus, seu Assignatis nostris, de Superplusagio indè, teneantur & obligentur,

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quarto die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

* IX. 287.

* *De Monstro supervidendo.*

Ann. D. 1415. REX, Dilecto & Fideli suo, *Richardo Redeman*, ac, dilecto Clerico suo, *Johanni Straunge*, Salutem.

An. 3. Sciatis quòd Nos,
H. 5. De Fidelitate & Circumspectione vestris pleniùs confidentes,
Pat. 3. Assignavimus vos conjunctim, & divisim, ad Monstrum sive
H. 5. p. 2. Monstrationem Hominum ad Arma, Armatorum, & Sagittario-
m. 40. d. rum,

Qui Nobiscum, in præsenti Viagio nostro, versus partes Transmarinas, in Comitivâ, carissimi Fratris nostri, *Thomæ Ducis Clarenciæ*, in proximo sunt profecturi,

Supervidendum,

Et ad Nos, in propria Persona nostra, de Numero dictorum Hominum ad Arma, Armatorum, & Sagittariorum, ac de modo, forma, & sufficientia Arraiationis eorumdem, sub Sigillis vestris, vel alterius vestrûm, distinctè & apertè, Certificandum,

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ:

Damus autem præfatis Hominibus ad Arma, Armatis, & Sagittariis, ac aliis, quorum interest, Tenore præsentium, firmiter in Mandatis, quòd vobis & alteri vestrûm, in Executione Præmissorum, Pareant, Obediant, & Intendant, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Suthampton*. Vicesimo die Julii.

Per ipsum Regem.

De Homagio Arthuri Makmurgh præstando.

Ann. D. 1415. REX, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Justitiariis, Admirallis, Vice-
An. 3. comitibus, Majoribus, Constabulariis, Ballivis, ac aliis Officiariis
H. 5. & Ministris nostris, tam per Terram, quam per Mare constitutis,
Pat. 3. tam Regni nostri Angliæ, quam Terræ nostræ Hiberniæ, ad quos,
H. 5. p. &c. Salutem.
1. m. 14. Sciatis quòd,

tum, hac vice in nomine prædicti *Arthuri* facta, secundum *videre* Nostrûm & Concilii nostri, idem constituens effectualiter reformabit,

Et Insufficientias Procuratorii, nunc præstiti, in omni sua parte supplebit,

Et Juramentum, per præfatum *Abbatem* nunc præstitum, personaliter renovabit,

Et prædicta omnia & singula Sigilli sui Magni appositione muniet & roborabit,

Nos (ad instantiam præfati *Arthuri*) suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem & Defensionem nostras speciales, *Geraldum Caelmanach*, Filium ejusdem *Arthuri*, in Regnum nostrum Angliæ, penes Presentiam nostram, tam per Terram nostram prædictam, quàm alia Terras & Dominia nostra, Mare & Aquam, veniendo, ibidem morando, perhendinando, & exindè ad propria redeundo, necnon Servientes, Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque,

Et ideò vobis Mandamus quòd ipsum *Geraldum*, in dictum Regnum nostrum, penes Præsentiam nostram, tam per Terram nostram prædictam, quàm alia * Terras & Dominia nostra, Mare, * IX.
& Aquam, veniendo, ibidem morando, perhendinando, & exin- 288.
de ad propria, ut prædictum est, redeundo, necnon Servientes, Equos, Bona, & Hernesia sua quæcumque, manuteneatis, protegatis, & defendatis,

Non inferentes eis, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes, Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen,

Et, si quid eis forisfactum fuerit, id eis sine dilatione corrigi & debiè reformari faciatis.

In cujus, &c. per Biennium duraturas.

Teste Rege apud *Suthampton* vicesimo quarto die Julii.

Per ipsum Regem.

De Pignore pro Solutione Secundi Quarterii.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1415.
Cum *Robertus Chalons* Chivaler Nobiscum, ad Deserviendum *An.* 3.
Nobis, in præsenti Viagio nostro, versus partes Transmarinas, *H.* 5.
per unum Annum integrum sit Retentus, *Pat.* 3.
Ac, Venerabilis Pater, *Richardus Courtenay*, *Episcopus Norwi-* *H.* 5.
censis, Thesaurarius Cameræ nostræ, virtute Literarum nostrarum *p.* 2. *m.*
Patentium, sibi directarum, *eidem Roberto* unam Coupam Auri, 38.
Duas Ollas de Argento deauratas, & Unam parvam Pelvem de Argento deauratam,

Pro Securitate Quadraginta & quinque Librarum, Sex Solidorum, Novem Denariorum, Unius Oboli, & Unius Quadrantis, quos idem *Robertus* percipere & recipere debet, pro Secundo Quarterio integro Anni prædicti, secundum formam & effectum quarumdam INDENTURARUM, inter *Nos* & *præfatum Robertum* indè confectarum,

Deliberaverit,

Unde Dies Solutionis, ad quem volumus & acquietare debemus Jocalia prædicta per Deputatos, Assignatos, Hæredes, seu Executores nostros, erit in die Circumcisionis, qui erit in Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Sextodecimo, secundum cursum & computationem Ecclesiæ Anglicanæ, prout in INDENTURIS prædictis pleniùs continetur,

Nos,

Securitati *prædicti Roberti* in hac parte prospicere volentes, ut tenemur,

Volumus & Concedimus per Præsentes, quòd,

In casu quo dicta Jocalia, dicto Die Circumcisionis, per Nos, Hæredes, seu Executores nostros non acquietentur,

Tunc benè licebit eidem *Roberto*, & aliis, quibus hujusmodi Jocalia per ipsum *Robertum* liberabuntur, post eundem diem, inde, secundum suam Voluntatem, disponere, absque Impetitione nostri, seu Hæredum nostrorum;

Proviso semper quòd (si Nos dicta Jocalia, citra eundem diem Circumcisionis, acquietare fecerimus) extunc præfatus *Robertus*, ad eadem Jocalia Nobis reddendum & restituendum, adeò integrè, absque fractione seu pejoratione, sicut Jocalia illa sibi liberata fuerunt, teneatur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Suthampton*, vicesimo quarto die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Soldarios, sentiunt aliqualiter molestatos, seu aliter indebitè Gravatos, penes Senescallum Thesaurariæ, seu Contrarotulatorem Hospitii nostri, pro Remedio in hac parte habendo, prosequantur cum effectu,

Et Nos eis, & eorum cuilibet, in Adventu suo, Justitiæ Complementum exhiberi faciemus.

Teste Rege apud *Villam Regis Suthampton.* vicesimo quarto die Julii.

Per ipsum Regem.

Testamentum Regis.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Inter Collectiones Magistri Roberti Hare, Vol. 2. P. 1. in Bibliotheca Collegii CaiGonvilensis apud Cantabr.

IN NOMINE SUMMÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS PATRIS ET FILII ET SPIRITUS SANCTI.

Nos, *Henricus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, & Corpore (Altissimo grates) & Memoria sani, in Conditione TESTAMENTI nostri & hujus ultimæ VOLUNTATIS nostræ procedimus in hunc modum,

IMPRIMIS, transiturus ab hoc Mundo, Pater in manus tuas commendo Spiritum meum, redimisti me Domine Deus veritatis: Et, si non meritis meis (qui homo Peccator sum) spero tamen quòd sinus Abrahæ me suscipiet Meritis & Suffragiis,

Præcelsæ Genetricis Dei Mariæ,
Sanctorum Michaelis, Gabrielis, & omnium Angelorum, & Archangelorum,
Sanctorum Petri & Johannis & Apostolorum omnium,
Sanctorum Georgii, Thomæ, & omnium Sanctorum Martirum,
Sanctorum Edwardi, Johannis de Bridlington & omnium Confessorum,
Sanctarum Annæ, Magdalenæ, & Brigidæ Matronarum,
Catherinæ, Barbaræ, Ursulæ, & undecim Millium, & omnium Sanctarum Virginum,
Et totius cœlestis Curiæ.

ITEM, *Legamus Summi Salvatoris Clementiæ Summæ* Fidem, Spem, & Charitatem, Virtutem, Prosperitatem, & Pacem Successorum nostrorum Regum & Regni nostri Angliæ, ut Deus, pro sua pietate, Eos à Divisionibus & Dissentionibus, & ab omni specie Hæreticorum fallacia, protegat, visitet, & defendat, AMEN.

ITEM, *Legamus Corpus nostrum* sepeliendum in Ecclesia beati Petri Westmonasteriensi, Apostolorum Principis, inter Sepulturas Regum, in loco in quo modò continentur Reliquiæ Sanctorum:

Ubi volumus supra Corpus nostrum Fabricari Locum Excelsum, per ascensum Graduum in uno fine Tumbæ nostræ, & per descensum Graduum ex alio fine; in quo loco volumus dictas Reliquias collocari:

Et volumus ibidem Fundari Altare, in honorem Annunciationis beatæ Mariæ Virginis, & omnium Sanctorum; ad quod Altare volumus, in perpetuum, singulis diebus, per ejusdem Ecclesiæ Monachos, dici Tres Missas, quarum Trium Missarum semper Mediam esse volumus Missam de Die;

Et, omni Die Dominico, volumus Primam dici de Assumptione Beatæ Mariæ Virginis, & ultimam Missam de Resurrectione Domini,

Die Lunæ, Primam Missam de Annunciatione, & ultimam de Angelis,

Die Martis, Primam Missam de Nativitate Domini, & ultimam de Nativitate beatæ Mariæ,

Die Mercurii, Primam Missam de Sancto Spiritu, & ultimam de Conceptione beatæ Mariæ,

Die Jovis, Primam Missam de Corpore Christi, & ultimam de Purificatione beatæ Mariæ,

Die Veneris, Primam Missam de Sancta Cruce, & ultimam de Annunciatione,

Die Sabbati, Primam Missam de Omnibus Sanctis, & ultimam de Requie, pro Anima nostra, & Animabus Parentum nostrorum, & omnium Fidelium Defunctorum:

Et VOLUMUS dictum Altare supra Tumbam nostram tali modo fabricari, quòd poterint Sacerdotes, inibi celebrantes, a Populo videri, ut & ejus Devotio in Dei laudem ferventiùs accendatur, & Deus in Creaturis suis sæpius glorificetur.

Volumus etiam quòd, omni die illarum Trium Missarum, Prima dicatur circa Horam Septimam, quâ horâ surgere solent dictæ
* IX. 190. Ecclesiæ Monachi, & * Secundam Missam (quæ semper erit de Die) circa Horam Nonam dici Volumus: Et Tertiam post Evangelium altæ Missæ, ut variis Diei Horis valeant ad dictam Ecclelia nostra solemniori, quæ serviet in die Sepulturæ nostræ, sint, inter cæteros, Tres Cerei, excellentiores cæteris, unius Quantitatis & Formæ, Quinque Minores illis Tribus unius Quantitatis, Septem Minores illis Quinque unius Quantitatis, & Quindecim Minores illis Septem unius Quantitatis.

ITEM, VOLUMUS quòd, à die Sepulturæ nostræ, per Annum unum integrum, exhibeatur xxx. Pauperibus sufficienter in Victu & Vestitu, qui sint Viri multum indigentes; quorum quilibet omni Die pro Anima nostra dicat Psalterium beatæ Virginis, & in fine subjungat, in vulgario suo, *Mater Dei Maria memento Famuli tui Henrici, qui totam spem suam in te posuit.*

ITEM, VOLUMUS celebrari, pro Anima nostra, Tria Millia Missarum in honorem Sanctæ Trinitatis.

ITEM, pro omni Die Anni Quindecim Missas, in honorem Vulnerum Christi.

ITEM, Quinque Millia, in honorem Quinque Gaudiorum beatæ Virginis.

ITEM, Novem, in honorem Novem Ordinum Angelorum.

ITEM, CCC. in honorem Trium Patriarcharum.

ITEM, Duodecim, in honorem Duodecim Apostolorum.

ITEM, Quatuor Millia Centum & Viginti quinque, in honorem Omnium Sanctorum; ita quòd omnes Missæ se extendant ad Viginti Millia: quas Missas ita cito post Mortem nostram celebrari volumus, sicut poterunt celebrari,

Et sedulà mente, quæsumus, cogitent Executores nostri quàm sancta & quàm salubris est cogitatio pro Defunctis exorare; & sentiat Anima nostra quòd, quomodo in Vita sua Nos dilexerint, ita quoque, post Obitum nostrum, nostri Memoriam Oblivioni non tradant.

ITEM, si qui, post Mortem nostram, ostendere sciverint quòd quicquam injustè de eis contra Conscientiam receperimus, vel quicquam de eis injusto Titulo vel quovis exquisito colore rapuerimus, & Restitutionem debitam non fecerimus in vita nostra, VOLUMUS eis Restitutionem fieri secundum quod Casus suâ naturâ exigerit & requirit; super qua re Executorum nostrorum Conscientias oneramus.

ITEM, VOLUMUS quòd omnino satisfiat Executoribus Testamenti Metuendissimi Nobis Patris & Domini de omni illo Residuo xxv. Millia Marcarum, quod eis Mortis nostræ tempore reperietur debitum, pro Bonis & Jocalibus ejusdem Patris nostri & Domini, ab eisdem Executoribus Emptis.

ITEM, LEGAMUS, Religiosæ Domui *Sancti Salvatoris, Ordinis Sanctæ Brigidæ*, prope Civitatem nostram Londoniarum, nostræ Fundationis, Mille Marcas auri, quas expendi volumus circa Constructionem novæ Domûs suæ; de novo ædificandæ.

ITEM, LEGAMUS, Religiosæ Domui nostræ *Cartusiensium ibidem, quæ vocatur Bethleem*, Mille Marcas, ad Constructionem majoris Domûs suæ, quàm sufficienter dotavimus pro Sustentatione Quadraginta Monachorum, quem ibidem Numerum volumus in perpetuum haberi; & ad hoc benè videant Executores nostri

ITEM, VOLUMUS quòd omnia Debita nostra, tam pro Hospitio nostro & Camera, quàm Garderoba, fideliter persolvantur: Et, quoad ea quæ debentur pro Custodia Marchiarum nostrarum, Calesiæ, Hiberniæ, Scotiæ, & aliarum Marchiarum, fecimus pro eis Assignationes sufficientes fieri, ut tenemur, rogantes & exhortantes Successorem nostrum, quòd ipse permittat Assignationes * hujusmodi liberè Executioni demandari; considerato quòd * IX. 191.
bona hujusmodi non in Privatos & Familiares usus nostros, sed in Regni Tuitionem & Defensionem Reipublicæ convertuntur.

ITEM, *Legamus Ecclesiæ beati Petri Westmonasteriensi*, & *Altari Annunciationis beatæ Virginis* supra Tumbam nostram, Tria Paria Vestimentorum, cum Ornamentis pro Altari ejusdem fortis.

ITEM, unam Calicem cum Patena, unum Par Urseolorum, unam Pacem cum Campana de Auro puro, unum Par Candelabrorum deauratorum boni ponderis; quæ omnia volumus eidem Altari, unam Crucem Argenti deauratam pro medio ejusdem, & unam Imaginem beatæ Virginis ex una parte ejusdem Crucis, & Angelum annunciantem ex alia, quas Crucem & Imagines esse volumus de valore ccc. Marcarum & in fronte ejusdem Altaris firmiter fixas, pro perpetuo remanere.

ITEM, *Legamus eidem Altari* Calicem cum Patena, Urseolos, Pacem, & Campanam deauratam, & unum Par Candelabrorum Argenti, eidem Altari, imprimis Diebus Ferialibus, Servitura.

ITEM, *Legamus*, Excellentissimo Principi, Fratri nostro percharissimo, *Sigismundo Romanorum Regi* qui nunc est, Ensem ornatum de Lapidibus pretiosis ad valorem D. Marcarum; Et, quia recepimus Ensem ab Altari ad fidem & Ecclesiam defendendas, eidem Romanorum Regi & in manus suas Ensem Ecclesiæ & Christianitatis commendamus, tanquam illi qui (Judicio nostro)
&

ITEM, *Legamus*, Avunculo nostro, *H. Wintoniensi Episcopo* Blodinum Vestimentum de Velveto embraudatum de Stellis, emptum ab Executoribus *Thomæ Arundell*, quondam Cantuariensis Episcopi & Consanguinei nostri.

ITEM, pulchrum Portophorium in Duobus Voluminibus, scriptum per *Johannem Frampton*.

ITEM, *Legamus*, reverendo Patri, *Thomæ Dunelmensi Episcopo* Missale & Portophorium, quæ habuimus de Dono, Charissimæ Aviæ nostræ, *Comitissæ Herefordiæ*, & sunt ejusdem Scripturæ.

ITEM, *Legamus*, reverendo Patri, *Stephano Menevensi Episcopo*, Confessori nostro, melius Altare de Cloteta nostra, unà cum Calice, Patena, Urseolis, & Pace de Auro.

ITEM, cum Candelabris & Pelvibus deauratis, quæ communiter Serviunt in Oratorio nostro.

ITEM, *Legamus*, Charissimæ Aviæ nostræ, *Johannæ Comitissæ Herefordiæ* unum Cyphum de Auro cum Aquario.

ITEM, *Legamus*, Consanguineo nostro, *Edmundo Comiti* Marchiæ Lectum, cum Leonibus & Rosis, cum toto Apparatu.

ITEM, *Legamus*, Consanguineo nostro, *Ricardo Comiti Warrwicæ* unum Cyphum de Auro, cum Aquario, valoris c *l.*

ITEM, *Legamus*, Avunculo nostro, *Thomæ Comiti Dorset* Crucem Ligni Dominici, datam Nobis per, charissimum consanguineum nostrum, *Thomam Comitem Arundelliæ*, & Cyphum cum Aquario de auro, valoris c *l.*

ITEM, *Legamus*, eidem Mille Libras Auri.

ITEM, *Legamus*, Consanguineo nostro, *Radulpho Comiti Westmerlandiæ* unum Cyphum cum Aquario de auro, valoris c. Marcarum.

ITEM, *Legamus*, Carissimæ Amitæ nostræ, *Johannæ Consorti suæ*, Cyphum cum Aquario de auro, ejusdem valoris.

ITEM, *Legamus*, Consanguineo nostro, *Edwardo Holland* Bis Mille & Quingentas Marcas ad usum suum.

ITEM, *Legamus*, Consanguineo nostro, *Gilberto Domini de Talbot* unum Cyphum cum Aquario, valoris c. Marcarum.

ITEM, *Legamus*, dilectissimo & fideli nostro, *Henrico Domino*
* IX. 192. *de Fitz Hugh*, Camerario nostro, omnes Robas nostras * Furratas, & omnia Indumenta nostra Regalia cum Furruris, necnon & omnes Lectos nostros vocatos Trussing Beddes.

ITEM, *Legamus*, *eidem* D. Marcas Auri.

ITEM, *Legamus Waltero Hungerford*, Senescallo Hospitii nostri, unum Cyphum aureum, valoris c *l.*

ITEM, *Legamus* Domino *Johanni Rothevalle* Militi unum Cyphum de Auro.

ITEM, *Legamus Johanni Wodehous* armigero unum Cyphum Auri.

ITEM, *Legamus* dilectis Militibus nostris, *Gilberto Humfravill*, *Johanni Gray*, & *Rolando Leynthale*, cuilibet ipsorum unum Cyphum Auri.

ITEM, *Legamus* Cyphum de Auro & Sex Libras dilecto Militi nostro, *Willielmo Porter*.

ITEM, *Legamus Johanni Cheney*, *Rogero Salvayn*, & *Johanni Steward*, & *Lodowico Robessart*, armigeris pro Corpore nostro, cuilibet ipsorum c. Libras Auri.

ITEM, *Legamus Johanni Waterton* armigero omnes Equos nostros,

Exceptis illis Octo quos Duobus Fratribus nostris legavimus, prout superius est expressum,

Et aliis Octo de proprie Melioribus,

De quibus Octo *Legamus* Duos meliores, præfato consanguineo nostro, *Edwardo de Holland*,

Et unum *Willielmo Bourchier*,

Unum *Johanni Gray*,

Unum *Willielmo Porter*,

Unum *Gilberto Umfravill*,

Militibus,

Unum *Johanni Brom*,

Et unum prædicto *Lodowico Robessart*.

ITEM, *Legamus Nicholao Merbury* & *Johanni Botteler*, Hostiariis Cameræ nostræ, cuilibet ipsorum Centum Libras.

ITEM, *Legamus* dilectis Clericis nostris, *Johanni Stone* Secretario nostro, *Stephano Payne* Elemosinario nostro, *Nicholao Colnet* Medico nostro, *Johanni Wickham*, *Henrico Romworth*, *Thomæ Rodburne*, & *Ricardo Cassy*, Capellanis nostris, cuilibet istorum unum Missale, vel unum Portoforium, valoris Decem Librarum.

ITEM, *Legamus* Clericis Capellæ nostræ cc *l.* Auri, inter eos æqualiter dividendas.

ITEM, *Legamus* Decem Milia Librarum, distribuenda, secundum discretionem Executorum nostrorum, *inter Antiquos Servitores nostros*, sine acceptione Personarum, secundum quod nobis diutiùs & fideliùs servierint:

Et volumus quòd incipiatur à Pauperioribus, & primò à Servientibus in Camera nostra; & quòd, tempore solutionis, dicatur

ITEM, Volumus quòd, audito per Executores nostros Computo omnium & singulorum Officiariorum nostrorum, in Officiis Bottellarii, Celarii, Aquarii, Panatriæ, & aliorum hujusmodi parvorum Officiariorum, fiat eis per Executores nostros, & Nomine nostro, de & super quibuscumque Arrestis, plena Quietatio & Pardonatio.

Et, pro Executione hujus nostræ *Ultimæ Voluntatis*, dimittimus Executoribus nostris omnia Bona nostra & Jocalia præsentia & futura, quæ non sunt Legata in præsenti Testamento nostro.

Et, in casu quo non valeant iidem Executuros nostri, cum prædictis & hujusmodi Bonis Mobilibus, hanc nostram *ultimam Voluntatem* in omnibus perficere & adimplere, *Volumus* quòd iidem Executores nostri habeant & percipiant id, quod inde defuit, Annuatim, de tempore in tempus, de Reditubus, Exitubus, & Proficuis, provenientibus de certis Castris, Dominiis, & Possessionibus, quæ, Venerabilis Pater *Henricus Cantuariensis Archiepiscopus*; & alii, per diversas Literas nostras, habent & tenent, ex Concessione nostra, in diversis Comitatibus Regni nostri Angliæ & Marchiis Walliæ, tam per Literas nostras sub Magno Sigillo nostro, quàm sub Sigillo Ducatûs nostri Lancastriæ, eis super hoc confectas, per manus dicti Archiepiscopi & aliorum prædictorum, quousque Residuum dicti TESTAMENTI & ULTIMÆ VOLUNTATIS nostræ hujusmodi plenariè perficiatur, juxta formam Declarationis nostræ indè super Feoffamento habitæ,

* Hujus siquidem TESTAMENTI nostri Regii EXECUTO- * IX. 193.
RES Nominamus, Facimus, & Deputamus,

Venerabiles Patres,

Henricum Wintoniensem Episcopum, Avunculum nostrum,

Thomam Dunelmensem Episcopum,

Richardum Norwicensem Episcopum, Consanguineum nostrum,

Radulphum Comitem Westmerlandiæ, Consanguineum nostrum,

Thomam Ducem Exoniæ, Avunculum nostrum:

Ac,

Dilectos & fideles nostros,

Henricum Dominum de Fitz Hugh,

Walterum Hungerford, Senescallum nostrum,

Et *Johannem Rothevale*,

Milites;

Johannem Wodehous,

Et *Johannem Leventhorp*,

Armigeros:

Inter quos Executores nostros, *Henricum Dominum de Fitz Hugh*, *Johannem Rothevale* Militem, & *Johannem Wodehous* Armigerum *Volumus* continuè intendere Executioni hujus nostræ *Voluntatis* in Loco ad hoc per omnes Executores nostros assignando, & continue sollicitare donec omnia & singula, in hoc Testamento nostro contenta, compleantur,

Et *Volumus* quòd prædicti, *Henricus*, *Johannes*, & *Johannes* in arduis cum oporteat ad omnes & singulos Coexecutores suos rursum habeant accessum.

SUPERVISORES hujus nostri TESTAMENTI Creamus, Ordinamus, Deputamus, & Facimus, carissimos Fratres nostros, *Thomam Ducem Clarentiæ*, *Johannem Ducem Bedfordiæ*, *& Humfridum Ducem Gloucestriæ*, necnon, venerabilem Patrem, *Henricum Cantuariensem Archiepiscopum*, &, reverendum Patrem, *Robertum Sarum Episcopum*,

Quos omnes & singulos (quantum ad Nos attinet) in Domino Jesu requirimus & hortamur, quatenus ipsam hanc ULTIMAM VOLUNTATEM & DISPOSITIONEM nostram debitè & sollicitè, quatenus opus fuerit, supravideant, ipsamque Executioni debitè & demandari faciant; Resistentes vero seu Contradicentes Prælati Ecclesiasticâ Censura percellant, &, prout eorum Officium exigit, debitè coherceant & compescant, sicuti coram Deo reddere voluerint rationem.

In quorum omnium & singulorum, præsentem Paginam, sive præsens TESTAMENTUM, VOLUNTATEM NOSTRAM ULTIMAM continens, suprascriptum, in scriptis redigi, ac Sigillo nostro Privato & Signeto signari, nostrique Sigilli Magni appensione, & propriæ manûs nostræ subscriptione fecimus roborari.

Datum, scriptum, & ordinatum fuit præsens TESTAMENTUM in villa nostra murata *Southamptoniæ*, sub Anno Domini Millesimo Quadrigentesimo Decimo Quinto, Mensis Julii Die Vicesima Quarta, Anno Regni nostri Tertio; præsentibus, Venerabilibus Patribus, *Johannem Conventrensi* & *Lichfeldensi*, & *Stephano Menevensi*, Episcopis, necnon, Strenuis Viris, *Edwardo Comite Marchiæ* Consanguineo nostro, *Thoma Erpingham*; & multis aliis.

Hæc Scripta sunt propria Manu Regis, viz.

This is my last Will subscribed with my own Hand R. H. *Jesu Mercy and Gremercy Ladie Marie help.*

[illegible] & Nos, & Regna nostra [illegible],
& stabiliendas, concernentibus,

Nos,

• IX. 294. * Considerantes quòd, inter cætera, quæ Fidei Catholicæ & Ecclesiæ Exaltationem respiciunt, Christianosque Principes condecorant, illud videtur Præcipuum, quòd ipsi eorumque Regna & Subditi sub Pacis tranquillitate vigeant, indissolubili Unionis & Amicitiæ Fœdere feliciter connectantur,

Ac de Fidelitate, Prudentia, & Circumspectione, dilectorum & fidelium nostrorum, *Johannis Waterton* Domicelli, & *Johannis Kemp* Legum Doctoris, Consiliariorum nostrorum, & eorum utriusque, plenariè confidentes,

Ad Tractandum, Conveniendum, & Concludendum cum præfato, Serenissimo Principe, *Rege Aragoniæ*, Fratre nostro Carissimo, sive per eum ad hoc Deputandis, Mandatum in ea parte sufficiens habentibus, de & super quibuscumque Ligis, Confœderationibus, & Amicitiis, generalibus sive particularibus, personalibus seu realibus,

Inter dictum, Serenissimum Principem, *Regem Aragoniæ* Fratrem nostrum Carissimum, Hæredes, & Successores suos, Reges Aragoniæ, Ligeos, Subditos, & Vassallos, Regna, Terras, & Dominia sua quæcumque ex unâ; & *Nos*, Hæredes, & Successores nostros Reges Angliæ & Franciæ, Ligeos, Subditos, & Vassallos, Regna, Patrias, & Dominia nostra quæcumque ex parte alterâ, contrahendis, ineundis, atque firmandis perpetuò, vel ad tempus,

Necnon de & super omnibus & singulis Articulis, quantumlibet specialibus,

Qui Ligas, Confœderationes, seu Amicitias, inter memoratum, Serenissimum Principem, Fratrem nostrum Carissimum, & nos, ineundas, firmandas, & stabiliendas, concernere poterunt quovis modo,

Cum eorum Incidentibus, emergentibus, dependentibus, atque connexis,

Ac omnia & singula, quæ sic Tractata, Concordata, & Conventa fuerint, cum omni Securitate debitâ & honestâ, Nomine nostro firmandi,

Necnon Omnes & Omnimodas Securitates & Obligationes, Cautiones reales & personales, pro Nobis & nomine nostro, petendi, stipulandi, & recipiendi,

Promittendi in verbo regio, ac Jurandi, in Animam nostram, quod Tractata, Conventa, & Concordata hujusmodi Rata habebimus & Grata, nec aliquid Procurabimus, vel faciemus per quod Tractata & Concordata hujusmodi effectu debito frustrari poterunt seu quomodolibet impediri,

Ac Promissionem & Juramentum consimilia a dicto, Serenissimo Principe, Fratre nostro Carissimo, seu ipsius, in eâ parte deputandis, petendi, exigendi, & recipiendi,

Cæteraque omnia & singula Faciendi, Exercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, ac quæ qualitas & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmetipsi facere possemus si personaliter interessemus, & si talia forent quæ Mandatum exigerent quantumlibet speciale,

Ipsos, *Johannem* & *Johannem*, nostros legitimos Procuratores, Negotiorum Gestores, Commissarios, Deputatos, Ambassiatores, & Nuncios speciales, Fecimus, Creavimus, Ordinavimus, & Constituimus, Facimus, Creamus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Promittentes, bonâ fide, & in verbo regio, ac sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium, & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuo habituros totum & quicquid per dictos Procuratores, Commissarios, Ambassiatores, & Nuncios nostros Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Teste Rege apud *Villam nostram Suthamptoniæ* vicesimo septimo die Julii.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum eodem, super Sponsalibus.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Ibid. • IX. 295.

REX Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, seu quos præsens Negotium tangit, aut quomodolibet tangere poterit in futurum, Salutem, ac fidem indubiam præsentibus adhibere.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & providâ circumspectione, * dilectorum & fidelium nostrorum, *Johannis Waterton* Domicelli, & *Johannis Kemp* Legum Doctoris, Consiliariorum nostrorum, & eorum utriusque, plenariè confidentes,

[illegible] ter Nos, & pro Nobis, ex parte una, &, dictam Præclarissimam Dominam *Dominam Mariam*, præfati Serenissimi Principis Filiam, ex alterâ,

Necnon de & super Dote, & Dotalitiis, & Dotationibus, propter Nuptias, ratione & prætextu prædictorum Sponsaliorum & Matrimonii, per utramque Partem hincinde concedendis, donandis, atque solvendis,

Ac omnia & singula faciendi, exercendi, & expediendi quæ in Præmissis & circa ea Necessaria fuerint, seu quomodolibet opportuna, & quæ qualitas & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ Nosmetipsi facere possemus si personaliter interessemus, & si talia forent que Mandatum exigerent quantumlibet speciale,

Ipsos *Johannem* & *Johannem* nostros legitimos Procuratores, Negotiorum Gestores, Commissarios, Deputatos, Ambassiatores, & Nuncios speciales Fecimus, Creavimus, Ordinavimus, & Constituimus: Facimus, Creamus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Promittentes, bonâ fide, & in verbo regio, ac sub Ypothecâ & Obligatione Omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos Procuratores, Commissarios, Ambassiatores, & Nuncios nostros Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. ut supra

Per ipsum Regem.

Super Tractatu prælibato.

Instructio *Data Magistro* Johanni Kemp *Legum Doctori*, & Johanni Waterton *Domicello*, *Ambassiatoribus & Nunciis*, *Illustrissimi Principis*, *Domini* Henrici, *Dei Gratiâ*, Regis Angliæ & Franciæ, & Domini Hiberniæ, *ad*, *Serenissimum Principem*, *Dominum* Regem Aragoniæ *Transmissis*.

IN PRIMIS, post Salutationem debitam, exponant dicti Ambassiatores Serenitati præfati *Regis Aragoniæ* Quòd, Ann. D. 1415.

Receptis, ac auditis Ambassiatoribus suis, Considerans Dominus noster Rex sinceram Affectionem, quam Ipse Rex Aragoniæ ad Dominum nostrum Regem, & Amicitias, Alligantias, & Confœderationes, cum Domino nostro Rege ineundas, copulandas, atque firmandas, habuit atque gessit, An. 3. H. 5. Ex Bibl. Cot. Vesp. C. 12.

Deputavit certos de Concilio suo ad Tractandum, cum dictis *Reges Aragoniæ* Ambassiatoribus, de & super Amicitiis, Alligantiis, & Confœderationibus hujusmodi,

In quo Tractatu Excepit Dominus Noster Rex, pro parte suâ, *Dominum Summum Pontificem*, *Ecclesiam Romanam*, Dominos *Reges Romanorum*, *Castellæ* & *Legionis*, & *Portugaliæ*, Nec non ipsius Domini nostri Regis *Liberos* qui pro Tempore erunt & *Fratres* * qui dicti Domini nostri Regis Dominationi Subjecti non fuerint: Necnon eos qui Sororibus Domini nostri Regis desponsati sunt aut erunt, • IX. 296.

Dictique Ambassiatores *Regis Aragoniæ*, pro Parte sua, exceperunt, *Dominum Summum Pontificem* qui pro Tempore erit, *Ecclesiam Romanam*, *Regem Castellæ & Legionis*, Necnon *Filios* ipsius Regis Aragoniæ, qui Dominationi suæ subjecti non fuerint,

Verumque dicti Regis Aragoniæ Ambassiatores, præfatæ Exceptioni Domini nostri Regis, præterquam in unico solo Rege, per Partem ipsius Domini nostri Regis excipiendo, quemadmodum pro Parte dicti *Regis Aragoniæ* unicus solus Rex excipiebatur, concordare noluerant, asserentes se Potestatem ad hoc non habere,

Credebant tamen, ut dixerunt, eorum Regem supradictum, super dictis Exceptionibus consultum, eisdem fore verisimiliter inclinandum,

Idcirco Dominus noster Rex, volens, quantum ad Amicitias, Confœderationes, & Alligantias prædictas iniundas, similem præfato *Regi Aragoniæ* ostendere Affectionem, qualis ex parte ejusdem Regis Aragoniæ eidem Domino nostro Regi extitit præostensa, suos Ambassiatores supradictos mittit de præsenti,

Vult igitur Dominus noster Rex quòd dicti sui Ambassiatores tractent cum præfato *Rege Aragoniæ*, aut Deputatis suis, sufficientem ad id Potestatem habentibus, de & super Amicitiis, Confœderationibus, & Alligantiis hujusmodi; & ipsas iniant, copulent, atque firment, reales, & generales, atque juratas, sub & salvis Excep-

minus seu Dominas, habebunt, Alligantias firmabunt supradictas, ita quòd in omnibus, Paritas observetur.

Item, quòd, post firmatas, concordatas, & sigillatas Alligantias supradictas, & nullatinus antequam, exponant dicti Ambassiatores quòd,

Ad majus Robur dictarum Alligantiarum, & ut eo ampliùs æque fortiùs stabiliatur atque firmetur mutuus & hinc inde optatus Amor inter Reges supradictos,

Videretur expediens quòd, si possibile foret, fieret Vicinitas, Approximatio, atque Conjunctio Sanguinis inter eosdem:

Si verò, ex parte dicti *Regis Aragoniæ*, petatur per quem modum ista fieri possent? Declaretur atque Respondeatur quòd Dominus noster Rex nondum extat uxoratus,

Et quòd etiam habet duos Nobiles Dominos Fratres necdum conjugatos,

Petaturque à Parte dicti *Regis Aragoniæ*, si quas habeant, de Sanguine ipsius Regis, Nobiles Dominas maritandas,

Et, si dicant quòd Dominus eorum Rex habet Filiam maritandam, petatur demùm ab eis cui dictorum Dominorum eam affectent copulare?

Et, si dicant quòd Domino nostro Regi, respondeatur eis per dictos Ambassiatores in hunc modum;

Quòd ista materia perquàm ardua est, quæ, absque Nobilium Dominorum, de Sanguine dicti Domini nostri Regis, Mediatione, de Honestate expediri non posset, nec in eâ concludi:

Nichilominus tamen, ut informari possit Dominus noster Rex de Mediis perveniendi ad Conclusionem in dicta Materia, si placuerit *Domino Regi Aragoniæ*, parati sunt Ambassiatores dicti Domini nostri Regis ad tractandum & communicandum de Mediis hujusmodi; sperantes, per Dei Gratiam, talia in ipsis Tractatu & Collatione proponi posse & afferri, per quæ Res ipsa ad effectum verisimiliter poterit deduci.

Si verò voluit de Matrimonio, inter dictam Nobilem Dominam & aliquem è dictis duobus Fratribus Domini nostri Regis contrahendo, tractare, intrent cum eis Tractatum hujusmodi; videlicet,

Quoad Dotem ipsius Dominæ, si petatur ab eis quanta erit? Promittant ipsi Ambassiatores Terras & Possessiones ad Valorem
* IX. 297. annuum octo milium Scutorum; & sic ascendendo, prout * Res exigit, ad Valorem duodecim milium ad omne magis.

Item, cum muliere petant dicti Ambassiatores ducenta milia Scutorum; & sic descendendo, ad centum sexaginta milia Scutorum ad omne minus.

In cujus Rei Testimonium huic præsenti Instructioni dictus Dominus noster Rex, tam magnum quàm privatum Sigilla, necnon Signetum fecit apponi.

Dat. apud *Suthampton*, vicesimo octavo die Julii, Anno dicti Domini nostri Regis tertio.

Par Commandement du Roy.

De tractando, cum Duce Britanniæ.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Franc. 3. H. 5. m. 11.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cùm nuper inter, inclytissimæ memoriæ, *Henricum Regem Angliæ & Franciæ* Progenitorem nostrum, &, Magnificum & Præpotentem Principem, *Fratrem nostrum Carissimum, Johannem Ducem Britanniæ & Comitem Montis fortis*, Amicitiæ, Confœderationes, & Alligantiæ personales, sub certis modo & forma, initæ fuerant & firmatæ,

Idemque, Frater noster Carissimus, *Johannes Dux antedictus*, ad renovandum, ineundum, & de novo capiendum, inter *Nos* & ipsum Fratrem nostrum, Alligantias, Uniones, & Amicitias, certos suos solempnes Ambassiatores ad Regnum nostrum Angliæ transmiserit,

Nos,

Internam & sinceram affectionem Dilectionis mutuæ, quæ inter præfatum *Progenitorem nostrum* & ipsum Fratrem nostrum *Johannem Ducem* supradictum temporibus viguit retroactis, summis desideriis affectantes, pro tempore Nobis de super commissi Regiminis, ad exaltationem Ecclesiæ Orthodoxæ, & Tranquillitatem Subditorum, uberius prosperari,

Ac de fidelitate probata, industria, & circumspectione providis, dilectorum & fidelium nostrorum, Magistri *Johannis Honyngham* Legum Doctoris, & *Simonis Flete* Domicelli, Consiliariorum nostrorum, & eorum utriusque, plenissimè confidentes,

Ad tractandum, conveniendum, & concordandum cum præfato, Magnifico & Præpotente Principe, Fratre nostro Carissimo, *Johanne Duce Britanniæ* & Comite Montisfortis, seu ad hoc per eum deputatis, Mandatum in ea parte sufficiens habentibus, super quibuscumque Ligis, Confœderationibus, & Amicitiis,

Inter *Nos*, Subditos, & Vassallos, nostros, Regna, Terras, Para habebimus & Grata, nec aliquid procurabimus, vel faciemus per quod Tractata & Concordata hujusmodi effectu debito frustrari poterunt seu quomodolibet impediri,

Ac Juramentum consimile ab eodem Fratre nostro Carissimo, seu ipsius in ea parte deputatis, petendum, exigendum, & recipiendum,

Cæteraque omnia & singula excercendum, & expediendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura hujusmodi negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmet ipsi facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia forent quæ Mandatum exigerent quantumlibet speciale,

Ipsos, *Johannem & Simonem*, nostros legitimos & indubitatos Procuratores, negotiorum Gestores, Commissarios, Deputatos, Ambassiatores, & Nuncios speciales, fecimus, creavimus, ordinavimus, & constituimus, facimus, creamus, ordinamus, & constituimus per Præsentes,

* Promittentes, bonâ fide, & in verbo Regio, ac sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum & Gratum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos Procuratores, Commissarios, Ambassiatores, & Nuncios nostros actum, gestum, seu procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum. * IX. 298.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. apud *Villam Regis Suthampton*, vicesimo octavo die Julii.

Per ipsum Regem.

De Festinando ad Naves.

REX eidem Salutem. Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Claus. 3. H. 5. m. 18. dors.

Præcipimus tibi, firmiter injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, in singulis Locis, infra Ballivam tuam, ubi meliùs expedire videris, publicè ex parte nostra proclamari facias,

Quòd omnes & singuli Domini, Magnates, Milites, Armigeri, & Valetti, ac alii quicumque,

Qui nobiscum, in præsenti Viagio nostro, versus Partes Transmarinas, profecturi sunt,

Se versus Naves ac alia Vasa, eis pro Viagio prædicto assignata, properent & festinent,

Ita quòd sint in eisdem die Jovis proximò futuro ad ultimum, ad proficiscendum nobiscum, in Viagio nostro supradicto, quodque ipsi hoc sub gravi Indignatione nostra nullatenus omittant.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Portchestr.* vicesimo nono die Julii.

Per ipsum Regem.

De Jocalibus oppignoratis.

LE Roi, a toutz ceux, qui cestes Lettres verront ou orront, Salutz. Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Pat 3. H. 5. p. 2. m 30.

Come, ore tarde, noz chiers Lieges & foialx, *Maire & Comunalte de nostre Cite de Loundres*, a nostre graund Eyde & Request, Nous eyent Appreste, de lour pure voluntee, dis mille Marcz d'Esterlinges, si bien pour aise & aide de Nous, come de nostre Roialme, & la dite Somme ount delivere a nostre Tresorer le jour del fesaunce d'icestes,

Pur eux Repaier loialment, parentre cy & le Fest de Noel, que serra l'An du Grace mil, CCCC. & XVI. ou en le dit Fest, en nostre Cite avauntdite, si Volons & Grauntons, de nostre propre science, & si bien del avys de nostre plein Counseill, come des autres Graundes du nostre Roialme, & Nous nous Reconnoissons clerement d'estre Debitour & tenuz as ditz *Mair & Comunalte*, & a lour Successours, en la Somme suisdite,

Et Promettons, & Nous Obligeons, noz Heirs, & noz Executours, par icestes, as ditz *Mair & Cominalte* & a lour Successours, en la dite Somme de Dys mille Marcz, parentre cy & le dit Fest, ou en mesme le Fest, en maner q'ensuyt; c'estassavoir,

Que noz Collectours de Subside, q'ore sount en le Port de Loundres, ou qi en apres serrount, Paieront & Deliveront as ditz *Mair & Cominalte*, ou lour Successours, ou a lour certaines Attornes, par eux deputes dessoubz lour Comune Seal, tout le Subside, provenaunt de toutz les Leins & Peaux lanutz, qi passeront hors du dit Port de Loundres, apres le jour de Nativite de Saint Johan le Baptistre prochein, auxi pleinement come les ditz Collectours Nous serroient tenuz de la Paier, tanque la dite Somme de dis mille Marcz leur soit plainement Paiez,

Vuillantz & Promettantz as ditz *Mair & Cominalte* que noz Collectours de Subside en le dit Port averont sufficeant Garaunt

par

Purveux que, a quele Heure que les avantditz *Mair & Cominalte*, ou lour Succeslours, soient pleinement Paiez des dis mille Marcz avantditz, par la manere suisdite, q'adonqes ils facent Acquitance de la dite Some, & la Deliverant a nostre Resceit, & cestes Lettres Patentes restitutz,

Et que ils, sur la dite Deliverance, soient devers nous & noz Heirs Descharges & Acquitez del Resceit des dys mille Marz avantditz,

Et come bien auxi, pour le greindre Seurte de Paiement, avons ordeignez & Assentuz, par l'advys de nostre dit Counseill, que un Coler, appelle *Pusan d'Oor*, del' oeveraigne d'Antilopes, & oue certains Piers precioufes empressez en ycelle, en un Caas de Quire, ensealle dessoubz le Seal d'Armes du, Reverent Pier en Dieu, *Richard l'Evesque de Norwicz*, q'estoit mys en Gage es mains & garde des *Maire & Cominalte* suisditz, a demurrer en lour garde peisiblement, saunz empeschement de Nous, ou de nos Heirs, ou de nulle autre, en lieu ou lour meulx pleust pour lour Profit, tanque les ditz *Mair & Cominalte* soient pleinement Paiez de la dite Somme; & en cas que la dite Somme de dys mille Marcz lour soit pleinement Paiez par les avantditz Collectours de Subside, ou par ascun autre voye, par tesmoignance de lour Acquitance, ensealle de lour Comune Seal, & par ENDENTURE come dessuis est dit, q'adonqes ils soient Tenuz de Nous Reliverer le Coler avantdit.

En Tesmoignaunce de quel Chose a icestes Nous avons fait mettre nostre Seal

Don. a *Westm.* le primer jour d'Augst.

Per ipsum Regem.

De Arraiatione, contra Scotos.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Claus. 3. H. 5. m. 18. d.

REX Vicecomiti Kantiæ, Salutem.

Quia certitudinaliter informamur quòd Inimici nostri Scotiæ, & plures alii Adversarii nostri sibi adhærentes, Regnum nostrum Angliæ, per diversas Costeras ejusdem, cum Posse non modico, ad Mala quæ poterunt inibi perpetranda, infra breve ingredi proponunt & nituntur,

Nos,

Malitiæ dictorum Inimicorum & Adversariorum nostrorum, in hac parte, cum Dei adjutorio, resistere volentes, ut tenemur,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, in singulis Locis, infra Comitatum prædictum, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè ex parte nostrâ proclamari facias,

Quòd universi & singuli Ligei nostri, defensabiles ejusdem Comitatûs, se arraient & muniant meliori & fortiori modo quo sciverint & poterunt, & se trahant penes Te ad proficiscendum Tecum, penes, carissimum Fratrem nostrum, *Johannem Ducem Bedfordiæ*, in Defensionem Regni nostri prædicti, quotiens & quando per eundem Fratrem nostrum indè fueris præmunitus, ad resistendum Malitiæ Inimicorum & Adversariorum nostrorum supradictorum;

Et hoc, super Fide & Ligeantia, quibus nobis tenentur, & sub Forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poterunt, nullatenus omittant.

Teste Rege apud *Suthampton.* secundo die Augusti.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam, ac Cancellario in Comitatu Palatino Lancastriæ.

• IX. 300. * *De Conspiratione Suthamptoniæ facta, & super Judicio, per Pares reddendo, ad Executionem procedendo.*

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Pat. 3. H. 5. p. 2. m. 34. d.

REX, Carissimo Fratri suo, *Thomæ Duci Clarentiæ*, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, circumspectione, & industria vestris pleniùs confidentes,

Constituimus vos Locum nostrum & Vicem gerentem, ad audiendum recordum & processum coram, dilectis & fidelibus nostris, *Johanne Comite Marescallo*, & Sociis suis Justiciariis nostris, ad diversas Proditiones, Felonias, Conspirationes, & Confœderationes, in Comitatu Suthamptoniæ factas & perpetratas, audiendas & terminandas, assignatis,

Et ad Judicium, versus *Ricardum Comitem Cantebrigiæ* Chivaler, & *Henricum le Scrop* de Masham Chivaler, juxta id quod vobis per Recordum & Processum prædicta constare poterit, vocatis

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Suthampton.* quinto die Augusti.

Per ipsum Regem.

Confessio Comitis Cantebrigiæ.

Richard Earl of Cambridg.

MY most Dredfulle and Sovereyne Lege Lord, Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Ex Orig. infra Bibl. Cot.

Lyke to zowre Hynesse, to wete, touchyng the Purpose cast agens zowir hye Estate, having the *Erle of Marche* by hys awne assent, and by the Assent of my self (wherof y most me repent of all worldly thyng) and by the Accorde of the Lord *Scrop* and Sir *Thomas Grey*, to have hadde the forseyd *Erle* in to the Lond of Walys wythoutyn zowre Lycence, takyng up on hym the Sovereynte of zys Lond, zyf yonder Manis Persone, whych they callen *Kyng Richard* hadde nauth bene alyve, as y wot wel that he wys not alyve;

For the wych poynt y putte me holy in zowre Grace:

And, as for the forme of a Proclamacyoun, which schulde hadde bene cryde in the *Erle* Name, as he Heyre to the Coroune of Ynglond, agreyns zow, my *Lege Lord*, calde, by a untreu Name, *Harry of Lancastre Usurpur of Ynglond*, to the entent to hadde made the more Poeple to hade draune to hym, and fro zow,

Of the wych Crye *Scrope* knew not of by me, but *Grey* dyd, havyng wyth the *Erle* a Baner of the Armes of Ynglond, havyng also the Coroune of Speyne on a Palet, whych, my *Lege Lord*, is one of zowre Weddys;

For the wych Offence y putte me holy in zowre Grace:

And, as for the purpose, takyn by *Unfrevy'e* and *Wederyngtoun*, for the bryngyng yn of that Persone, wych they name *Kyng Richard*, and *Henry Percy* oute of Scotland, wyth a Power of Scottys, and theyre Power togedrys semyng to theyme able to geve zow a Bataylle, of the wych entent Sir *Thomas Grey* wyst of, and I also, but nauth * *Scrop* as by me; of the wych knowyng I submytte me holy into zowre Grace: • IX. 301.

And, as for the takyng of zowre Castelles in Wallys, *Davy Hawell* made me behost so there were a steryng in the North; of the wych Poynt I putte me holy in zowre Grace:

And, as touchyng the *Erle of Marche* and *Lusy* hys Man, they seydyn me both that the *Erle* was na uth Schreven of a gret whyle; but at al hys Confessours putte hym in Penaunce to clayme that they callyddyn hys Ryth, that woo be that tyme that every I knew heny thyng that ever to hym longyd; of the wych Poyntes and Artycles here before wretyn, and of all odyr wych now arne naoth in mynde, but trwly, as oft as heny to myn mynde fallyn, I schal dwly trevly certefye zow ther of;

Besekyng to zow, *my Lege Lord*, for hys Love that suffryd Passioun on the Good Fryday, so have zee Coupassyoun on me zowre Lege Man:

And yf heny of thes Persones, whos Names arne contenyd in zys Bylle, woldyn contrary the substaunce of that I have wretyn at zys tyme, y schalle be redy, wyth the myth of God, to make hyt good as zee, *my Lege Lord*, wylle Awarde me.

Ejusdem Petitio.

MY most dredfulle and Sovereyne Lege Lord, Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Ex Bibl. Cot. Vespas. F. 3.

Richard York zowre humble Subgyt and very Lege Man, beseke zow of Grace of al maner Offences, whych I have done or assentyd to in heny kinde, by steryng of odyr Folke Eggyng me thereto; whereyn I wote wel y have hyle offendyd to zowre Hynesse,

Besechyng zow, at the Reverence of God, that zow to take me into the Hands of zowre mercyfull and pytouse Grace, thenkyng zee wel of zoure gret Goodnesse,

My Lege Lord, my fulle truste is that zee wylle have consideracyoun thauth that myn Persone be of none valew, zowre hy Goodnesse, where God hath set zow in so hye Estat to every Lege Man, that to zow longyth plenteuousely to geve Grace, that zow like to accept zys myn symple Request, for the Louve of our Lady, and of the blysfulle Holy Gost;

To whom I pray that they mot zewre hert enduce to at Pyte and Grace for theyr hye Goodnesse.

Pro

tetur & subveniatur,

Nos, eo prætextu, de Gratiâ nostrâ speciali, concessimus & Licentiam dedimus, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, præfato Consanguineo nostro, quòd ipse, de Maneriis de Fastern, Wotton Vetus, Tokenham, Chelworth, Wynturbourne, Compton Basset, & Sevenhampton in Comitatu Wiltesiræ, cum omnibus Pertinentiis suis, unà cum Advocatione Ecclesiæ de Tokenham prædicta, & de Villa de Wotton Burgus, & de Hundredo de Hiworth & Criklade, cum Pertinentiis in Comitatu prædicto,

Et de Manerio de Doghton in Comitatu Gloucestriæ cum suis Pertinentiis,

Et de Manerio de Austy in Comitatu Hertfordiæ, cum Advocatione Ecclesiæ de Austy, cum omnibus suis Pertinentiis,

* IX. 301. * Et de Maneriis de Nosyngton & Yarwell, cum omnibus suis Pertinentiis in Comitatu Northamptoniæ,

Et de Castro, Manerio, & Villa de Fodrynghay, cum omnibus suis Pertinentiis in eodem Comitatu,

Et de Castro, Villa, & Manerio de Stanfford, cum omnibus suis Pertinentiis,

Et de Villa & Soca de Grantham, cum omnibus suis Pertinentiis in Comitatu Lincolniæ,

Et de Castro & Manerio de Conesburgh, Braiwell, Clifton, Hattefeld, Fysshlake, & Thorne, cum omnibus suis Pertinentiis in Comitatu Eborum,

Quæ de nobis tenentur in Capite,

FEOFFARE possit *Henricum Episcopum Wyntoniensem*, *Thomam Episcopum Dunolmensem*, *Walterum Hungerford* Chivaler, *Rogerum Flore* de Oikham, *Petrum de Mavan* Ligeum nostrum de Vasconia, *Johannem Laurens*, *Johannem Russell* de Comitatu Herefordiæ, *Henricum Bracy* de Fodrynghay, & *Johannem Wykes*,

HABENDA & TENENDA præfatis *Episcopis*, *Waltero*, *Rogero*, *Petro*, *Johanni*, *Johanni*, *Henrico Bracy*, & *Johanni*, Hæredibus, & Assignatis suis, IMPERPETUUM, de Nobis & Hæredibus nostris per Servitia inde debita & consueta imperpetuum,

Et eisdem *Episcopis*, *Waltero*, *Rogero*, *Petro*, *Johanni*, *Johanni*, *Henrico Bracy*, & *Johanni*, quòd ipsi Castra, Maneria, Villas, Hundredum, Socam, & Advocationes prædicta, cum omnibus suis Pertinentiis, de præfato *Consanguineo nostro recipere* possint & *tenere* sibi, Hæredibus, & Assignatis suis, de Nobis, & dictis Hæredibus nostris, per Servitia prædicta, ut prædictum est, IMPERPETUUM, absque Impetitione nostri, vel Hæredum nostrorum, Tenore Præsentium, similiter Licentiam dedimus specialem;

Ita quòd præfatus *Consanguineus noster*, per Feoffamentum prædictum, Chevanciam suam necessariam facere possit, in complementum Propositi, Voluntatis, & Intentionis suorum prædictorum:

Eo quòd Castra, Maneria, Villæ, Hundredum, Soca, & Advocationes prædicta, cum suis Pertinentiis, præfato *Consanguineo nostro*, ut Filio & Hæredi *Edmundi nuper Ducis Eborum*, descenderunt, & , pro defectu Hæredis Masculi præfati *Edmundi*, Nobis revertibilia existunt, non obstante.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Suthampton*. quinto die Augusti.

Per Breve de Privato Sigillo.

De tractando cum Commissariis Ducis Albaniæ.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Scot. 3. H. 5. m. 13.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De industria, fidelitate, & circumspectione, dilectorum & fidelium nostrorum, *Ricardi Domini de Grey* Militis, & *Roberti Ogle* Militis, ac, dilecti Clerici nostri, Magistri *Ricardi Holme* in Legibus Licentiati, plenius confidentes,

Facimus, ordinamus, constituimus, & assignamus ipsos conjunctim, & divisim, Commissarios, Deputatos, & Nuncios nostros speciales,

Dantes eis plenam Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale, ad Conveniendum, Tractandum, & Concordandum,

Cum quibuscumque Commissariis & Deputatis *Roberti Ducis Albaniæ*, Gubernatoris Terræ *Adversarii nostri Scotiæ*, infra Terram Scotiæ, vel in Marchiis ejusdem, in Loco vel Locis ad eorum libitum,

De & super Treugis, generalibus per Mare, & particularibus per Terram, inter Regnum nostrum Angliæ & Regnum Scotiæ, capiendis,

Et ad omnia alia & singula faciendum, excercendum, & expediendum, quæ in Præmissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Promittentes, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid per Commissarios, Deputatos, & Nuncios nostros prædictos, vel eorum aliquem, Actum sive Gestum fuerit in Præmissis, & quolibet Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Suthampton*. sexto die Augusti.

Per ipsum Regem.

Ibid. m. 15.

verisimiliter inter Regna Angliæ & Scotiæ evenient imposterum, si Remedium congruum non apponatur,

Et etiam ut eo liberiùs, maturiùs, & faciliùs ad Pacem perpetuam, inter ipsa Duo Regna, à Christi Fidelibus diu desideratam, perveniri possit,

Nos,

De Fidelitate sincera & circumspecta Prudentia, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Ricardi Domini de Grey* Consanguinei nostri, *Roberti de Ogle* Militis, & Magistri *Richardi Hulme* in Legibus Licentiati, pleniùs confidentes,

Ipsos, *Ricardum*, *Robertum*, & *Ricardum*, conjunctim, & divisim, Facimus, Constituimus, & Assignamus nostros Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales,

Dantes eisdem, etiam divisim, ut præmittitur, Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale, ad Tractandum, Concordandum, Firmandum, & Concludendum,

Cum quibuscumque Personis Regni Scotiæ, sufficientem Potestatem & Auctoritatem pro se & eodem Regno Scotiæ habentibus, vel habituris,

Super Treugis generalibus vel particularibus, tam per Terram, quàm per Mare,

Inter *Nos* & Regnum nostrum Angliæ, Terras, Dominia, Ligeos, & Subditos nostros, & *ipsas Personas* pro se, & dicto Regno Scotiæ, Terris, Dominiis, Ligeis, & Subditis dicti Regni, ineundis & firmandis,

Per tempus, prout præfatis Commissariis nostris videbitur, duraturis,

Et ad omnia alia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid per Commissarios, Deputatos, & Nuncios nostros prædictos, vel eorum aliquem, Actum sive Gestum fuerit in Præmissis, & quolibet Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Suthampton*. sexto die Augusti.

Per ipsum Regem.

Pro Edmundo Comite Marchiæ, de Pardonatione.

REX, Omnibus Ballivis & Fidelibus suis, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1415.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, PARDONAVIMUS *Edmundo Comiti Marchiæ*, quocumque nomine censeatur, Sectam Pacis nostræ, quæ ad nos versus ipsum pertinet, pro omnimodis Proditionibus, Murdris, Raptibus Mulierum, Rebellionibus, Insurrectionibus, Feloniis, Conspirationibus, Transgressionibus, Offensis, Negligentiis, Extorsionibus, Misprisionibus, Ignorantiis, Concelamentis, & Deceptionibus, per ipsum ante hæc tempora qualitercumque factis sive perpetratis, unde Indictatus, Rectatus, vel Appellatus existit,

An. 3. H. 5. Pat. 3. H. 5. p. 2. m. 43.

Ac etiam Utlagariis, si quæ in ipsum hiis occasionibus fuerint promulgatæ,

Et firmam Pacem nostram ei inde concedimus,

Ita tamen quòd stet Recto in Curia nostra, siquis versus eum loqui voluerit de Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Suthampton*. septimo die Augusti.

Per ipsum Regem.

---

* *De Vigiliis faciendis.*

* IX. 304. Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Claus. 3. H. 5. m. 18. d.

REX Vicecomiti Kantiæ, Salutem.

Quibusdam certis de Causis, Nos & Consilium nostrum moventibus, Tibi præcipimus, firmiter Injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, in singulis Locis, infra Ballivam tuam, ubi magis expediens fuerit & necesse, ex parte nostrâ publicè proclamari facias,

Quod Homines singularum Villarum, infra Comitatum prædictum, Vigilias nocturnas, in eisdem Villis, de nocte in noctem, usque ad Festum omnium Sanctorum proximò futurum, faciant & excerceant, & eas providè conservent, prout ante hæc tempora ibidem fieri & excerceri consueverunt,

Ac etiam quòd nullus Ligeorum nostrorum, qui commune Hospitium tenet, in Hospitio suo aliquem Extraneum ignotum, ultra unam diem & unam noctem, absque manifesta cognitione causæ moræ suæ, ibidem recipiat seu Hospitari permittat quovis modo,

Et,

1415. An. 3. H. 5. Franc. 3. H. 5. m. 10.

Cùm nuper, Præpotens & Magnificus Princeps, Consanguineus noster Carissimus, *Johannes Dux Burgundiæ*, Comes Arthesiæ, Flandriæ, & Burgundiæ, certos suos solempnes Ambassiatores & Nuncios ad Regnum nostrum Angliæ transmiserit,

Ad Conveniendum & Tractandum unà nobiscum, seu alio, vel aliis, per nos deputandis, de & super nonnullis Materiis,

Amorem mutuum, Amicitias, Confœderationes, & Alligantias firmas, reales, & perpetuas, inter *Nos* & dictum *Consanguineum nostrum* ineundas & firmandas, concernentibus,

Et inter ipsos Ambassiatores & nonnullos Deputatos nostros primò, & subsequenter inter *Consanguineum nostrum prædictum* & certos Ambassiatores nostros, ad præsentiam ipsius Carissimi Consanguinei nostri per Nos transmissos, de & super Alligantiis & Materiis antedictis, varia & diversa Prolocutiones, Tractatus, & Appunctuamenta processerint hactenus, habitaque fuerint & facta, prout in eisdem Tractatibus & Appunctuamentis, & aliis exinde factis & conscriptis, liquere poterit pleniùs per extensum,

Hinc est quòd Nos,

Amicitias, Confœderationes, & Alligantias supradictas inter *Nos* & dictum *Consanguineum nostrum Carissimum* firmari, solidari, & concludi summis & maturis desideriis affectantes,

De fidelitate, legalitate, prudentia, & circumspectione, dilecti Clerici nostri, *Philippi Morgan*, utriusque Juris Doctoris, Consiliarii nostri, plenariè confidentes,

Ad Tractandum, Conveniendum, & Concludendum cum, præfato præpotente & Magnifico Principe, Consanguineo nostro Carissimo, *Johanne Duce Burgundiæ*, Comite Arthesiæ, Flandriæ, & Burgundiæ, sive per eum ad hoc deputandis, Mandatum in ea parte sufficiens habentibus, de & super quibuscumque Ligis, Confœderationibus, & Amicitiis, generalibus sive particularibus, realibus sive personalibus,

Inter *Nos*, Hæredes, & Successores nostros, Reges Angliæ, Ligeos, Subditos, & Vasallos, Regna, Terras, & Dominia nostra quæcumque, ex una, &, dictum Consanguineum nostrum Carissimum, *Johannem Ducem Burgundiæ*, Comitem Arthesiæ,
• IX. 305. Flandriæ, & Burgundiæ, Hæredes, & Successores suos, * Ligeos, Subditos, & Vassallos suos, & Dominia sua quæcumque ex altera Parte, contrahendis & ineundis perpetuo vel ad tempus,

Etiam de modo, & forma, & quantitate Auxilii, Subventionis, seu Subsidii, hincinde ministrandorum,

Necnon de & super Communicationibus, inter Subditos unius & alterius Partis, in Mercimoniis & aliis licitis, securè & amicabiliter faciendis,

Ac super omnibus & singulis Articulis, quantumcumque specialibus, qui Ligas, Confœderationes, seu Amicitias, inter *Nos* & *dictum Consanguineum nostrum* Carissimum contrahendas & firmandas, concernere poterunt quovis modo, cum eorum Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis,

Et omnia & singula, quæ sic Tractata, Concordata, & Conventa fuerint, cum omni Securitate, debita & honesta, nomine nostro, firmandum,

Omnesque & omnimodas Securitates, Obligationes, & Cautiones, reales & personales, pro nobis & nomine nostro petendum, stipulandum, & recipiendum,

Jurandumque in Animam nostram, quod Tractata, Conventa, & Concordata hujusmodi Rata habebimus & Grata, nec aliquid procurabimus, vel faciemus, per quod Tractata & Concordata hujusmodi effectu debito frustrari poterunt seu quomodolibet impediri,

Ac Juramentum consimile ab eodem *Consanguineo nostro* Carissimo, seu ipsius in ea parte deputandis, petendum, exigendum, & recipiendum,

Cæteraque omnia & singula faciendum, excercendum, & expediendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Et quæ qualitas & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmet ipsi facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia forent quæ Mandatum exigerent quantumcumque speciale,

Ipsum *Philippum* nostrum legitimum Procuratorem, Negotiorum Gestorem, Commissarium, Deputatum, & Nuncium specialem, Facimus, Creamus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Promittentes, bonâ fide, & in verbo Regio, ac sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictum Procuratorem nostrum, actum, gestum, seu procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. apud *Waltham.* decimo die Augusti.

Per ipsum Regem.

Locum nostrum tenenti in eodem, [illegible] Regnum nostrum moram fecerimus, vel donec aliud indè duxerimus ordinandum;

Damus autem universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Communitatibus, Vicecomitibus, Liberis hominibus, Ballivis, Ministris, & omnibus Fidelibus nostris, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd præfato *Johanni*, tanquam Custodi dicti Regni nostri & Locum nostrum tenenti in eodem, Intendentes sint, Respondentes, & Auxiliantes.

Teste Rege apud *Portesmouth.* undecimo die Augusti.

Per ipsum Regem.

---

* *Pro dicto Custode de Potestatibus.*

• IX. 306. Ann. D. 1419. An. 3. H. 5. ibid.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm *&c. ut supra usque ibi*, profecturi, *& tunc sic*,

Nos,

Volentes quieti Prælatorum, Magnatum, & aliorum Fidelium nostrorum Regni nostri Angliæ, dum absentes fuerimus, providere,

Carissimo Fratri nostro, *Johanni Duci Bedfordiæ*, Custodi dicti Regni nostri Angliæ, & Locum nostrum tenenti in eodem, plenam concessimus Potestatem & Auctoritatem specialem tam Parliamenta quàm Concilia infra dictum Regnum nostrum tenendi, & Prælatos, Magnates, & Proceres, ac Communitates dicti Regni nostri, cùm tempus exegerit vel necesse fuerit, convocandi & summonendi, & cum ipsis consulendi, & ea, quæ nobis & Regno nostro prædicto necessaria fuerint vel oportuna, de assensu Parliamentorum & Conciliorum hujusmodi, faciendi, ordinandi & disponendi, & ea, quæ de assensu Parliamentorum & Conciliorum hujusmodi Ordinata, Tractata, vel Concordata fuerint, Executioni debite vice nostrâ demandari faciendi,

Necnon Capitulis Ecclesiarum Cathedralium & Conventualium, per Mortem, Cessionem, seu quovis alio modo Vacantium, cùm hujusmodi Vacationes *prædicto Custodi* per dicta Capitula præsentatæ fuerint, concedendi Licentiam eligendi Personas idoneas in Pastores & Præsidentes Ecclesiarum prædictarum, & cùm, obtentâ Licentiâ prædictâ, Electiones in dictis Ecclesiis fuerint celebratæ, & Personæ electæ, per Literas dictorum Capitulorum, Nobis vel sibi nostro nomine præsentatæ, Assensum & Favorem regium singulis hujusmodi Electionibus (nisi rationabilis causa subfuerit, quare dictis Electionibus hujusmodi Assensus denegari debeat) adhibendi,

Et ulterius, pro Confirmatione Electorum, quibus sic adhibetur Assensus, illis, ad quos pertinet, more solito transcribendi,

Et, cùm Electiones hujusmodi confirmatæ fuerint, & de hoc, per Literas Diœcesanorum Locorum prædictorum, *præfato Custodi* constiterit, Fidelitates, Nobis de Minoribus Prælatis in hac parte debitas, recipiendi, ac temporalia sua restituendi; Ita quòd *idem Custos* à Majoribus Prælatis, sic Electis, Fidelitates non recipiat, nec Temporalia Ecclesiarum, ad quarum Regimen eliguntur seu postulantur, liberet seu restituat, quousque Nos super hoc duxerit consulendum, aut aliud à nobis inde habuerit in Mandatis,

Et quascumque etiam Fidelitates, pro quibuscumque Terris, Tenementis, seu Hæreditatibus, nobis debitas, recipiendi, ac Terras, Tenementa, & Hæreditates hujusmodi illis, ad quos pertinent, prout justum fuerit, liberandi & restituendi,

Homagiis, nobis pro dictis Terris, Tenementis, & Hæreditatibus debitis, reservatis, quæ usque Reditum nostrum in Angliam volumus, pro Fine rationabili, in Cancellaria nostra faciendo, respectuari;

Volumus enim quòd *idem Custos* omnia Præmissa, ac omnia alia & singula, Gubernationem suam tangentia & concernentia, de Assensu & Deliberatione Concilii nostri, & non aliter, faciat & exequatur.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

Ad Majorem Civitatis Londoniæ de Pace custodienda.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Ex Orig. Pen Cler. Pell.

HENRY &c. A, nostre Treschier & Tresbien Ame, *le Maire de nostre Citee de Londres*, Saluz.

Combien que par noz Lettres, souz nostre Signet, ja tarde Directes a Vous, & a les Aldermannes de nostre dicte Citee, Vous eussiens Escrit de mettre voz entieres Peyne & Diligence, au mieulz

De par le Roy.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. ibid.

CHIER ET BIEN AME,

Savoir Vuillez que nostre trescher Cousin, *Le Conte de Northumbre*, Gardein de nostre Estmarche vers Escoce, par ses Lettres, escrites a Werkworth, le darrein Jour de Juillet darrein passez, ad Certifiez a, nostre trescher & tresame Frere, *Le Duc de Bedford*, Gardein de nostre Roiaume d'Engleterre, que *le Duc d'Albanie*, ovesque grant Nombre de noz Enemys d'Escoce, se purpose mettre le Siege, par Meer, & par Terre, entour nostre Ville de Berewyk sur Twede,

Et aussi nostre Foial Chivaler, *Robert Umfreville*, par ses Lettres, escrites a nostre dite Ville de Berewyk, le Tierz Jour de ce present Moys d'Augst, ad Certifiez a nostre dit Frere que le dit *Duc d'Albanie* & touz les Estatz du Roialme d'Escoce, ovesque le Poiair de Sessant Mille Hommes d'Armes & Archers, se purposent Assieger nostre dite Ville, dedeinz Vynt Jours apres le susdit Tierz Jour,

Et, pur mettre en Execution lour dit mauveys Purpos (que Dieu ne Veulle) ils ont fait Eskipper, en diverses Niefs en Escoce, Canons & autres Preparementz de Guerre, par eux ordenez pur le dit Siege.

Et, tout ce consideree, le susdit nostre Frere se Purpose de soy trcher vers nostre Ville de Leycestre, & plus avant vers le North, selonc ce q'il avera Novelles de la Governance de noz ditz Enemys, pur Resister, en sa Persone, a lour Malice (si Dieu plest) s'ils mettent la dite Siege, ou atrement entrent nostre Roiaume, pur y gairs demorer, ovesque si grande Nombre, que, sanz la Presence de nostre dit Frere vraisemblablement, ils ne serront Resistez,

Si vous Prions trescherement que, veues cestes, Ordener vous vuillez & Appareiller en vostre meillour Array, & mieulx accompaignes de Gentz que vous purrez, pur venir a nostre dit Frere, a tiel Lieu & temps q'il vous signifiera, pur Lui Accompaigner a la Resistence de Malice de noz Enemys desusditz,

Et ceste Chose veullez prendre tiendrement a cuer, & effectuelment faire come vous desirez la Conservation de nostre Honur, & la Sauvation de nostre dit Roiaume.

Donne souz nostre Prive Seal a *nostre Ville de Suthampton*, le xiv Jour d'Augst.

Testamenuum Ducis Eborum.

Ann. D. 1415. An. 3. H. 5. Bibliothec. Lambeth. Ex Registr. Chichel. p. 1. Fol. 284. 2.

EN Noum de Dieu tout puissant, & Filz, & Saint Esprit, & la benoit Trinite, & la glorieuse Virge nostre Dame Saint Marie, & de Saint Thomas le glorieuse Martir, & de Saint Edward le benoite Confessour, & de touz Sains & Saintes de Paradys.

Je Edward Duk de York, de tous Pecheurs le plus meschant & coupable, esteant en saine memoire, le xvii Jour d'Aust, l'An de Grace Mille CCCC. & quinsze, & du Reigne Monsieur le Roy Henry, quint puis le Conquest, tierz, face & devise mon Testament & darreine Volunte en la manere q'ensuyt,

EN PRIMES, je Devise mon Alme a la Grace & en la Mercy nostre Seigneur Jehu Crist, qui la crea & fourma de nient, come celuy qui soy rent le plus coulpale & desnaturele Creature que unques il forma, considerees les Grace, Curtoises, & Sufferance, lesqueux, de sa * haute Mercy, il m'a de Jour en autre monstrez, non obstante ma fole vie & la Vilte de mes Pesches. * IX. 308.

ITEM, je Devise mon Corps estre ensevele en l'Eglise Parochiele deinz mon Collegge de Fodrynghay, en Mye le Quer, soubz une plat Pere de Marble (c'estassavoir) ad Gardum Choir.

ITEM, je Devise & Ordeigne que mes Dettes & Restitutions, si aucuns y soient, dehuement premier soient paiez, a plustost que fair ce porra apres ma Mort, devant toutes autres Choses, en devant que aucunes solempnites soient faitez entour ma Enterrement:

Les queux solempnites, apres que mes Dettes soient paiez, je veulle que ils ne extendent outre cent Livers, en l'Ordenaunce de mes Executoures; desqueux je veulle Cynquante Marcz soyent distribuez, par Demy Gros, entre les plus poures, que y viendront le jour de mes Exequies.

ITEM, que Mill Messes, des plus poures Religieuses, qui on pourra trouverer, soient, a plustost que faire ce pourra, apres ma Mort, celebrez pour m'Alme; desquex je veulle que le Prior & Convent de Wythamam en Salwode soient paiez pur Cent Messes pour chescune Messe iid. & semblablement le Prior & Convent de Beauvale en Shirwode pour l. Messes, chascun des Ordres des Mendinantz en Londres & en ma Ville de Staumford pour l. Messes deux Chapellens m'accompaignent tout le Cheymyn; dont avera chascun Esquier, & chascun Chapellein iis. le Jour, & chacun Vadlet xiid. le Jour, pour lour Costages par xv. Jours, sans autres Despenses faire.

ITEM, je Devise a mon Seigneur le Roy le meillour Espee, & le meillour Dage qui j'ay.

ITEM, je Devise a ma tresame Compaigne Phellppe mon Lite de Plumes & Leopars oue l'Apparail, mes Tapitz blanks & rouges, ou Gartiers, Lokets, & Faucons, mon Lit de Vert embroude de une compas, mes deux grands Pots d'argent endorrez, les Basins Couverts; queux Elle a au present; oue les Lokets & Faucons en mye Lieu sur bloy Champ.

ITEM, je veuille que touz mes Servants Meignalx, queux Feurent demorrantz en mon Hostel, par un An entier devant mon aler vers Harflewe, en la Compaigne mon Soverain Seigneur le Roy, soient paiez, par mes Executoures, lours stipendies, pour le Terme, prochain ensiant apres mon Trespassement d'icest Sicle (c'estassavoir) a un Escuier ls. a vadlet xxs. a un Garc: s. & a un Page vis. viiid.

ITEM, je veuille que tous mes Hopolandes Huykes, nient furrez, soient partiz entour mes Serviteurs, de ma Chambre & Garderobe, par le Distribution de mes Executours.

ITEM, Que mes Selles & Hernoys soient egalement partiz entre mes Heuxmen; except que je veuille que *Rokell* ait le meillour.

ITEM, je veuille que en touz Messes & autres Priers, qui on Fera dire pour moy, que Monsieur le Roy Richard, Monsieur le Roy Henry quart, mon Pere Edmund Duc de York, Madam ma Mere Isabelle sa Compaigne, & touz autres trespassez de cest Sicle, as queux Dieu pardoint, pour queux je suy tenuz en ma Conscience a faire Prier, soit compris aussi avant come moy mesmes, que Dieux, de sa haut mercy, eit mercy de Eux, & de Moy le meigns digne de touz.

ITEM, je Veuille que touz mes Vestiments, Crucifixes, Images, Tabernacles, Bassins, Ewers, Sensures, Sconses, & autres Joyalx, & Apparaillements, unquore esteantz en mon Chapelle (excepts les Biens & Joialx, queux j'ay mys a Gage pour mon aler, en cest veiage, vers France, en la Compaigne de mon tressoverain Seigneur le Roy) soient, apres mon Deces, deliverez a le Maistre & ses Compaignes de mon dit Collegge, * pour estre perpetualment gardez, en ycelle, par Eux & lours Successours illoeques, a l'oneur de Dieu & sa gloriouse Miere, de St. Thomas le glorieose Martir, St. Edward le Confessour, & toutz Saintz. * IX. 309.

ITEM, Je Devise a Thomas Pleistede xxl. en memoire pur la Naturess qu'il me monstra quant je suy a Peventey en Garde.

ITEM, Je Devise a Phelipp Beauchamp le Haberion quil soloit Porter, qui le Counte Huntyngdon, qui Dieux pardoint, me donna, &, outre ce, l'Espee quil port des miens; & Dys Livers en Monoye.

ITEM, Je Devise a Thomas Beauchamp mes Brigandiers, couvertez de Rouge Velvet, Chequere, Noire & Blank; & Dys Livres en Monoye.

ITEM, Je Devise à Johan Popham mes nouvelles Brigandiers, couvertez de rouge Velvet, queux Grove me fist, mon Batlinet qui je port, & mon meillour Chival; except ce dessus.

ITEM, Je Divise a Diprant ma petite Cote de maille, le Peice de Plate qui Monsieur le Prince m'a donna, apelle Brestplate, le Pause qui fuist a Monsieur mon Pere, qui Dieu assoile, mon Houstell, & mon Chaperon de Fere.

Come, au Tempe que Nous estiens a nostre Ville de Suthampton, sur nostre departir vers les Parties de Dela, eussiens, pur certaines Causes, lors Nous moevantes, donez en Mandement a, nostre Trescher & Tresame Frere, *Johan Duc de Bedford*, pur y ent departir, de nostre presence, Marsdy le Vynt & Second Jour de Juill, darrein passez, par devera nostre Chastel de Kenilworth,

Et depuis pur attendre, en nostre Absence, comme nostre Lieutenant & Gardein de nostre Roiaume d'Engleterre,

Preignant pur Supportacion de son Estat, en le dit Office, selonc l'Afferant de Cynk Mille Marcs par An,

Dont, d'entre le dit Vynt & Second Jour de Juill, & de Sezisme Jour de Novembre darrein passez (q'estoit le Jour de nostre Arrivaille & Retour a nostre dit Royaume) il receust la Somme de Mille Livres tant soulement, a ce q'il dit,

* Si volons & Vous Mandons que vous Acontez duement ovec nostre susdit Frere, ou ovesque un autre Persone convenable en son Nonn, du dyt Vynt & second Jour de Juill tanque au Sezisme Jour de Novembre dessusdit, & de noz ditz Deniers, par Lui receuz par celle cause, & de ce, que par le dit Aconte serra troevez par Nous estre Resonablement duz a nostre *dit Frere*, du dit Vynt & second Jour de Juill jusques au susdit Jour de nostre Arrivaill, Vous, avantditz Tresorer & Chamberlains, Lui facez avoir Paiement, ou sufficeant Assignement, selonc l'Afferant de les Cynk Mille Marcs susdites. • IX. 328.

Don. souz nostre Prive Seal *a Westm.* le xi. Jour de Januer, l'An ue nostre Regne Tierz.

Per Unum Quarter & xxxiv. Dies, per Diem ii l. ii s. vii d. *ob. quadr. M.* iii l. xs. ii d.

De Tractando cum Rege Castellæ.

Ann. D. 1416. An. 3. H. 5. Franc. 3. H. 5. m. 5.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, circumspectione, & industria, dilectorum & fidelium nostrorum, *Johannis Tiptoft* Militis Senescalli Ducatûs nostri Aquitaniæ, *Willielmi Clifford* Militis Constabularii Castri nostri Burdegaliæ, & *Johannis Seynt John* Militis Majoris Civitatis nostræ Berdegaliæ, ac, dilectorum nobis, Magistri *Bertrandi de Asta*, & Magistri *Arnaldi de Meana*, Doctorum in Decretis, pleniùs confidentes,

Ipsos Quinque Quatuor, Tres, & Duos eorum (quorum aliquem prædictorum Senescalli, Constabularii, & Majoris unum esse volumus) Fecimus, Ordinavimus, & Constituimus, ac Facimus, Ordinamus, & Constituimus, per Præsentes, nostros Ambassiatores & Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes eisdem Auctoritatem, Potestatem, ac Mandatum speciale, ad Conveniendum, Comunicandum, Tractandum, & Appunctuandum cum Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, seu Nunciis, Serenissimi Principis, *Regis Castellæ & Legionis*, Consanguinei nostri Carissimi, sufficientem Potestatem & Auctoritatem ab eodem Consanguineo nostro ad hoc habentibus, de & super Prorogatione Treugarum, inter Regna prædicta ultimò captarum, seu etiam ad alias Treugas, secundum formam priorum Treugarum, seu meliori modo & formâ, si fieri poterit, de Novo Capiendum ad tantum tempus, prout inter dictos Ambassiatores, Commissarios, Deputatos, seu Nuncios ambarum

attinet, faciemus Executioni debitè demandari.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xiii. die Januarii.

Per ipsum Regem.

Pro Nunciis Ducis Burgundiæ.

Ann. D. 1416. Ao. 3. H. 5. Ibid. • IX. 329. REX, per Literas suas Patentes, usque primum diem Martii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Magistrum *Thierri le Roy* Consiliarium, & Magistrum *Georgium* • *Doonstede* Secretarium, Carissimi Consanguinei Regis, *Ducis Burgundiæ*, cum Octo Personis in Comitiva sua, penes Præsentiam Regis, ob certas Causas & Materias, in Regnum Regis Angliæ veniendo, ibidem morando, perhendinando, & exinde ad propria redeundo, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque,

Proviso semper quòd ipsi & eorum quilibet, *&c. ut in hujusmodi de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xv. die Januarii.

Per ipsum Regem.

Pro Comite de Douglas.

Ann. D. 1416. Ao. 3. H. 5. Scot. 3. H. 5. m. 12. REX, per Literas suas Patentes, usque Tricesimum diem Martii proximò futurum duraturas, Suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Comitem de Douglas*, de Scotia, in Regnum Regis Angliæ, cum Quadraginta Personis, vel infra, Equitibus vel Pedestribus, in Comitiva sua, penes Præsentiam Regis veniendo, ibidem morando, & exinde ad partes suas proprias transeundo & redeundo, ac Personas prædictas, necnon Equos, Bona, & Hernesia sua quæcumque,

Nolentes quòd idem *Comes*, aut Personæ prædictæ, ratione seu occasione alicujus Debiti, Compoti, Conventionis, aut alterius Contractûs cujuscumque, durante præsenti salvo Conductu Regis in Personis, Bonis, Rebus, aut Hernesiis suis quibuscumque Arestentur, Attachientur, Inquietentur, Molestentur in aliquo, seu Graventur;

Dummamen quicquam, quod in Regis contemptum vel præjudicium, aut Populi Regis dampnum, aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu attemptari faciant quovis modo.

Quodque Personæ prædictæ, Gentes Abjudicatæ, aut extra Regnum Regis prædictum Bannitæ, non existant.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Januarii.

Per ipsum Regem.

Pro Filio Comitis de Dunbarre.

Ann. D. 1416. Ao. 3. H. 5. Ibid. m. 13. REX, per Literas suas Patentes, usque Tricesimum diem Martii proximò futurum duraturas, Suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Georgium Filium Comitis de Dunbarre* de Scotia, in Regnum Regis Angliæ, cum Duodecim Personis, vel infra, Equitibus vel Pedestribus, in Comitiva sua, penes Præsentiam Regis veniendo, ibidem morando, & exinde ad partes suas proprias transeundo, ac Personas prædictas, necnon Equos, Bona & Hernesia sua quæcumque;

Nolens idem Rex quòd idem Georgius, aut Personæ prædictæ, ratione seu occasione alicujus Debiti, *&c. prout in superiore Conductu.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxvi die Januarii.

Per ipsum Regem.

Pro Johanne Fastolff Milite, de Maneria juxta Villam de Harflieu concesso.

Ann. D. 1416. Ao. 3. H. 5. Franc. 3. H. 5. m. 4. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

De Gratia nostra speciali, & pro bono Servitio quod, dilectus & fidelis Miles noster, *Johannes Fastolff* Nobis impendit & impendet,

Concessimus ei Manerium & Dominium de Frilense, cum per-

Tom. IV. P. II.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxix. die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Alferez de Navarra.

REX, Locumtenenti suo in Ducatu Aquitaniæ, Senescallo, Constabulario, & Consulibus ejusdem Ducatûs, necnon Procuratori nostro Phiscali, ac omnibus aliis Officiariis & Ministris nostris, & eorum Locatenentibus ibidem, & eorum cuilibet, qui nunc sunt, vel qui pro tempore fuerint, Salutem. Ann. D. 1416. Ao. 3. H. 5. Vasc. 3. H. 5. m. 1.

Cùm Dominus *H.* nuper *Rex Angliæ* Pater noster, per Literas suas Patentes, quas Confirmavimus, de Gratia sua speciali, Dederit, Concesserit, & Confirmaverit *Karolo de Beaumont* Alferez de Navarra, & *Karolo Filio suo* Balliagium & Jurisdictionem de la Bourt, cum omnibus Proficuis & Emolumentis eisdem pertinentibus,

Habenda, Excercenda, & Occupanda, per se, & Loca sua tenentes, ac Deputatos suos, ad Terminum Vitæ eorumdem *Karoli* & *Karoli*, & alterius eorumdem diutiùs viventis, prout in Literis & Confirmatione prædictis pleniùs continetur,

Vobis Mandamus, firmiter Injungentes, quòd præfatos, *Karolum* & *Karolum*, per se, & Loca sua tenentes, ac Deputatos, & Procuratores suos, Balliagium & Jurisdictionem prædicta, cum omnibus Proficuis & Emolumentis eisdem pertinentibus, ad Terminum Vitæ eorumdem *Karoli* & *Karoli*, & alterius eorum diutiùs viventis, Habere, Excercere, & Occupare, & eisdem liberè & absque impedimento aliquo Uti & Gaudere permittatis, juxta Tenorem Literarum & Confirmationis prædictarum, ipsos contra Tenorem earumdem non molestantes in aliquo seu gravantes,

Et, si quid, in hac parte, contra formam & effectum Literarum & Confirmationis prædictarum, perceperitis sive levaveritis, eisdem *Karolo* & *Karolo*, sive eorum Loca tenentibus, sine dilatione liberetis, prout juxta formam & effectum Literarum & Confirmationis prædictarum, ac Foros, & Consuetudines Partium prædictarum rationabiliter fuerit faciendum.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Quinto die Februarii.

De Recipiendo Glendourdy & Wallenses ad Gratiam.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1416.

Sciatis quòd Nos, Ao. 3. H. 5.

De Fidelitate, & Circumspectione, & Industria, dilecti & fidelis nostri, *Gilberti Talbot* Chivaler, pleniùs confidentes, Pat. 3. H. 5. p. 2. m. 1.

Assignavimus & Deputavimus ipsum *Gilbertum* ad Communicandum & Tractandum cum *Meredith ap Owyn*, *Filio Owyni de Glendourdy*, de & super certis Materiis, præfato *Gilberto* per Nos injunctis & declaratis,

Et tam ad prædictum *Owinum*, quàm alios Rebelles nostros Wallenses, ad Obedientiam & Gratias nostras, si se ad eas petendum optulerint, nomine nostro Admittendum & Recipiendum,

Cæteraque omnia alia & singula Faciendum & Excercendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

• Promittentes, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid præfatus *Gilbertus* fecerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum. • IX. 331.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxiv die Februarii.

Per ipsum Regem.

Pro Servientibus Ducis de Bourbon.

REX, per Literas suas Patentes, usque Primum diem Aprilis proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Cadier Tuerry* de Cleve, & *Henricum de Faulcomer*, Servientes *Ducis de Burbon* Prisonarii Regis, in Regno Regis Angliæ jam existentes, versus partes Franciæ, pro certis Negotiis prædicti *Ducis* ibidem expediendis, transeundo, & in dictum Regnum Regis redeundo, ac Equos, Bona, Res & Hernesia sua quæcumque, Ann. D. 1416. Ao. 3. H. 5. Franc. 3. H. 5. m. 2.

Dummamen quicquam, quod in Regis Contemptum vel præjudicium aut Populi sui Dampnum, aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu attemptari præsumant quovis modo.

Teste meipso apud *Westmonasterium*, xxviij die Februarii.

Per ipsum Regem.

V De

Nos,

De fidelitate, circumspectione, & instria, dilectorum & fidelium nostrorum, Magistri *Philippi Morgan* utriusque Juris Doctoris, *Johannis Chirche* Locumtenentis Stapulæ nostræ Calesii, *Johannis Michel* Civis & Aldermanni Civitatis nostræ Londoniæ & *Johannis Pykeryng*, & eorum cujuslibet, pleniùs confidentes,

Ipsis Quatuor, Tribus, aut Duobus eorumdem (quorum dictum Magistrum Philippum unum esse volumus) Dedimus, Concessimus, & Commisimus, ac Damus, Concedimus, & Committimus, per Præsentes, sufficientem Auctoritatem, plenamque ac liberam Potestatem, & Mandatum generale, pro Nobis & Nomine nostro, dictas Sufferentias, Treugas, Provisiones, seu Abstinentias, ad Terminum quemcumque longiorem, ultra Terminum superiùs limitatum & præfixum, pro Securitate Mercandisarum, inter Nos & Regnum nostrum Angliæ, Terras, Dominia, & Loca alia Nobis Subdita, & *Johannem Ducem Burgundiæ*, Comitem Flandriæ, Consanguineum nostrum, ac Partes Flandriæ, Continuandi & Prorogandi,

Et, si qua Verba seu Clausulæ quæcumque in prædictis Sufferentiis, Treugis, Provisionibus, seu Abstinentiis inveniantur Dubia, Obscura, sive Ambigua, ea Interpretandi, Declarandi, & consimilem Interpretationem seu Declarationem à Parte adversa Petendi & Obtinendi,

Ac etiam de & super dictarum Sufferentiarum, Treugarum, Provisionum, seu Abstinentiarum Violationibus, ac earum Reformationibus, ac contra earum formam, seu aliàs, injustè Attemptatorum Reparationibus & Emendis, Dandis, Faciendis, & Recipiendis, quibuscumque Locis & temporibus oportunis, cum dicto Domino Duce, Consanguineo nostro, seu ejus sufficienter Deputatis vel Deputandis in hac parte, Conveniendi, Tractandi, Componendi, Pacificendi, Transigendi, Sententiandi, Præcipiendi, finaliter Con-
* IX. 332. cordandi & Concludendi,

* Necnon, si necesse fuerit, novas Sufferentias, Treugas, Tollerantias, Provisiones, seu Abstinentias, generales, speciales, seu particulares, tam per Terram, Aquam, quàm per Mare, simul, vel separatim, melioribus viis, modo, & formâ quibus fieri poterit, tamdiu & tanto tempore duraturas, inter *Nos* & Regnum nostrum, Terras, Dominia, & Loca Nobis subdita quæcumque prædicta, & *præfatum Ducem*, Consanguineum nostrum, & partes Flandriæ, secundum quod præfatis Commissariis nostris, Quatuor, Tribus, vel Duobus eorum (quorum præfatum Magistrum *Philippum* unum esse volumus) placebit in eventum cum dicto *Domino Duce*, Consanguineo nostro, seu ejus in hac parte Deputatis seu Deputandis ab eodem Ineundi, Tractandi, Capiendi, Firmandi, & finaliter Concludendi, cum quibuscumque Provisionibus, Conditionibus, Modificationibus, Additionibus, & Declarationibus, Interpretationibus, & Circumstanciis necessariis, utilibus, vel oportunis,

Ac dictarum Sufferentiarum, Treugarum, Provisionum, seu Abstinentiarum Continuationem seu Prorogationem, necnon præfatas Sufferentias, Treugas, Tollerantias, Provisiones, seu Abstinentias, sic, ut præmittitur, de novo in eventum Capiendas, si præfatis Commissariis nostris, Quatuor, Tribus vel Duobus eorum (quorum præfatum Magistrum *Philippum* unum esse volumus) ubi, quando, & quotiens expedire videbitur, Publicandi, Proclamandi, Publicari & Proclamari faciendi,

Ac Confirmationem Prorogationis, seu in eventum Novarum Sufferentiarum Treugarum, Provisionum, seu Abstinentiarum hujusmodi, de novo capiendarum, per Nos, sub Literis nostris Patentibus fiendis, Nomine nostro Promittendi,

Ac consimiles Proclamationes & Confirmationes ab adversa Parte fieri Petendi & optinendi.

Promittimus insuper, bonâ fide & in verbo veritatis, Nos, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus, & Subditis nostris, quantum in Nobis est, Ratum, Gratum, & Firmum, perpetuis temporibus, habituros totum & quicquid, per hujusmodi Commissarios seu Deputatos, Quatuor, Tres, vel Duos eorumdem (quorum prædictum Magistrum *Philippum* unum esse volumus) cum *dicto Duce*, Consanguineo nostro, vel ejus Deputatis vel Deputandis ab eodem, Actum, Factum, Conventum, Concordatum, & Conclusum fuerit in Præmissis, vel in aliquo Præmissorum,

Et exponimus Cautionem per Præsentes.

In cujus rei testimonium has Literas nostras Patentes fieri & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio Regis Westmonasterii*, sexto die Martii.

Per ipsum Regem.

Ann. D. 1416. An. 3. H. 5. Scot. 3. H. 5. m. 12.

Pro Comite Marchiæ.

REX, per Literas suas Patentes, usque Primum diem Julii proximò futurum duraturas, Suscepit in salvum & securum Con-

H Sciatis quod, 1416.

Cùm, ut accepimus, carissimus Consanguineus noster *Johannes* An. 4.
Dux Burgundiæ certos Ambassiatores, Nuncios, & Commissarios, H. 5.
ac alias Personas, diversorum Status & Conditionis existentes Franc. 4.
(quorum Nomina nobis non certificavit) in Regnum nostrum * H. 5.
Angliæ, penes Præsentiam nostram, ob certas Causas & Materias, m. 33.
Nobis, ex parte præfati *Consanguinei nostri*, Intimandas & Declarandas, * IX.
in proximò destinare intendat & proponat, 333.

Nos,

Pro Securitate Adventûs prædictorum Ambassiatorum, Nunciorum, Commissariorum, & Personarum, in hac parte, providere volentes,

Suscepimus, &, per Præsentes, ponimus & suscipimus omnes & singulos hujusmodi Ambassiatores, Nuncios, Commissarios, & Personas, cujuscumque Præeminentiæ, Statûs, Gradûs, sive Conditionis fuerint, in dictum Regnum nostrum, penes Præsentiam nostram, ob Causas & Materias prædictas, veniendo, ac Homines & Servientes suos, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales,

Volentes, & Concedentes, ac bonâ fide Promittentes quòd iidem Ambassiatores, Nuncii, Commissarii, & Personæ, & eorum quilibet, incontinenti, post Adventum suum usque Præsentiam nostram, habeant & habeat tot & tantas speciales & seperales Literas nostras de salvo Conductu validas & sufficientes, quot & quantæ, tam pro Mora sua infra dictum Regnum nostrum, quàm pro eorum Reditu extra idem Regnum versus partes suas proprias, necessariæ fuerint & oportunæ;

Et ideò vobis Mandamus quòd omnes & singulos hujusmodi Ambassiatores, Nuncios, Commissarios, & Personas (cujuscumque Præeminentiæ, Statûs, Gradûs, sive Conditionis fuerint) in Regnum nostrum prædictum, penes Præsentiam nostram, ob Causas & Materias prædictas, ut prædictum est, veniendo, ac Homines & Servientes suos, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque, *&c. ut in hujusmodi de Conductu Literis.*

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes, usque primum diem Junii proximò futurum duraturas.

Teste meipso apud *Westmonasterium*, Anno Regni nostri Quarto.

Per ipsum Regem.

De Salvis Conductibus Contemplatione Regis Romanorum, versus Regnum Scotiæ, pro Bono Sacrosanctæ Ecclesiæ.

REX, Contemplatione, Serenissimi & Excellentissimi Princi- Ann. D.
pis, *Regis Romanorum*, Fratris sui carissimi, per Literas suas 1416.
Patentes, usque primum diem Julii proximò futurum duraturas, An. 4.
suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectio- H. 5.
nem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Johannem de* Scot. 4.
Lethe Scutiferum de Scotia, cum Sex Personis in Comitiva sua, H. 5.
in Regnum Regis Angliæ, ac alia Dominia & Potestates Regis m. 10.
quæcumque, tam per Terram, quàm per Mare, veniendo, ibidem morando, & exinde versus Regnum Scotiæ, penes Præsentiam *Ducis Albaniæ*, Gubernatoris Regni Scotiæ, pro Bono Sacrosanctæ Ecclesiæ, transeundo, & deinde per dictum Regnum Regis Angliæ, ac dicta alia Dominia & Potestates Regis, tam per Terram, quàm per Mare, penes Præsentiam, dicti Illustrissimi Principis *Regis Romanorum*, se divertendo, & redeundo, necnon Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque,

Nolens enim idem Rex quòd idem *Johannes* aut Personæ prædictæ, ratione alicujus Marquæ, Contromarquæ, Reprisaliæ, sive Intercursûs, aut alicujus Debiti, Compoti, Transgressionis, sive alterius Contractûs cujuscumque, per Regem, vel Ministros suos quoscumque, arestentur, impetantur, molestentur in aliquo, seu graventur;

Proviso semper quòd prædictus *Johannes* aut Personæ prædictæ quicquam, quod in Regis contemptum, aut Populi sui Dampnum sive Præjudicium, cedere valeat, non attemptent, aut facere vel attemptare præsumant, quovis modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Martii.

Per ipsum Regem.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Johannem Busby* Capellanum, Cancellarium Ecclesiæ Glasguensis in Scotia, cum Sex Personis in Comitiva sua, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

* Libe-

clxiv. Uln. Tel. Lin.	Flandr.
civxx. iii Uln. iii Quart. Tel. Lin. Braban.	
xxx Par.	Sotular.

Ad Lectos de Statu pro Prisonariis, in Conflictu apud Agencourt captis.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ibid. EIdem *Domino Regi*, in eandem Cameram suam, ad diversos Lectos Curtyns, Travers, Linth, Fustians, Panes, Blanket, Coopertor, & Tapetes de Worsted, Pallet, Canvas, Fetherbeddes, Materas, & alia diversa Res & Necessaria, ordinanda & Facienda pro Apparatu & Ordinatione erga Adventum *Ducum d'Orleans, Burbon*, & aliorum Dominorum, Militum, & Scutiferorum, de Partibus Franciæ, Prisonariorum *Domini nostri Regis*, (videlicet) apud Eltham, Turrim Londoniæ, Westmonasterium, & Wyndesoram, & ad alia diversa Loca, ad xiv. Lecta de Statu, & pro quolibet Lecto iii. Pallet, de Mandato Domini Regis,

iii Pann.	Color. long.
iv Pann.	Blanket. long.
xv Pann. dimid.	Blanket. Curt.
xii Pec. } Worsted {	Med. Assis.
I Boltes	Rotul.
x Pec.	Fustian.
D. lxxii Uln. Tel. Lin.	Reyns.
ccclxv Uln. dim. Tel. Lin.	Champeyn.
ccccclxxviii Uln. dim. Tel. Lin.	Flandr.
ccxxiv Uln. Tel. Lin.	Braban.
ccccii Uln.	Westval.
ccxxix Uln.	Canab. p. cna de vixx
ii	Bolsteres.
ii	Fetherbeddes.
xii Materas.	Materas.
iii Pec.	Worsted Magor. Ass.
xviii Pec.	Tarterni.
x Pec.	Satyn.

Pro Funere Ducis Eborum, ad Agencourt Interfecti.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ibid. EIdem *Domino Regi*, in eandem Cameram suam, ad & super Ordinatione, facta pro Enterramento *Ducis Eborum*, in Ecclesia Sancti Pauli Londoniæ (viz.) ad Valanc. Vexill. & Penons vapulata de diversis Armis, & missa super & in Circuitu cujusdam Herceæ ibidem factæ, necnon ad Cooperiendum infra & extra, & in Circuitu & in Fundo ejusdem Herceæ, cum Pannis Nigris Curt. ac etiam pro Oblationibus Regis, Fratrum suorum, & aliorum Dominorum ibidem existentium, in Vigilia & in Die ejusdem Entertamenti, de Mandato Regis,

x Pann. vi. Uln. Pann. Color. Curt.	
xii Pann.	Adaurat. de Cipr.
viii Pann.	Adaurat. de Luke.
vi Pann.	Adaurat. Racamaz.
xviii Pec. dim.	Tarterni.
i Pec.	Bokeram.
vi *l.*	Freng. Seric.

• IX. 335. ** De Apparatu pro Stulto Regis.*

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. WIllielmo Stulto Regis pro Apparatu suo, de Goun. Tabard. pro Se & Servienti suo, & aliis diversis Garmentis factis & furratis, Capuch. Callig. Doublet. Rob. Lin. & aliis diversis Rebus eisdem Necessariis, per diversas vices (videlicet)

Pro Seisona Yemali, erga diversa Festa (videlicet) Festum Natalis Domini, Circumcisionis, & Epiphaniæ,

Et pro Seisona Æstivali, erga Festum Paschæ, Pentecostes, & aliorum diversorum Festorum, ex Mandato Domini Regis,

ii Uln. dim. Pann.	Scarlet.
iii Uln. Pann.	Long. in Grano.
xxv Uln. dim. Pann.	Color. long.
viii Uln. Pann.	Color. Curt.
vi Uln. Pann.	Blanket. Curt.
cxxxvi Tymbr. dim. x Ventr.	Calabr.
xii Bestes.	Ermyns.
vi Tymbr. ii Ventr.	Menever. pur.
iii Pell.	Bong. Nigr.

---

ii Pec. iii Uln. dim.	Velvet Adaurat.
i Pann. ii Uln. dim.	Baldek. Adaurat.
ix Pec. iv Uln. dim.	Satyn.

Liberationes, erga Festum Sancti Georgii.

REgi Portugaliæ, Regi Daciæ, Duci Hollandiæ, Duci Bavariæ, Ann D. 1416.
Duci Clarenciæ, Duci Beddefordiæ, Duci Gloucestriæ, & aliis Comitibus, Baronibus, & Militibus de Fraternitate Garteriorum, An. 4. H. 5. Ibid. erga Festum Sancti Georgii, ad Robas, scilicet, de Panno Blu long. faciendas & furrandas, de Dono Domini nostri Regis, quælibet Roba operata in Brouder, cum Garteriis de Tarterin, Taffat. Auro de Cipre, & Auro Soldato, cum isto Dictamine (HONY SOIT QUI MALE Y PENSE) videlicet,

Prædictis, *Regibus Portugaliæ & Daciæ*,
Duci Holandiæ,
Duci Baverriæ,
Cuilibet eorum viii Ulnas Panni Color. Blu long. Dimidium Ulnæ Panni Scarlet, ii Furruras, utraque de ccc. Ventribus Menever. pur. cxx Garteria de Tarterin operata cum Literis de Auro de Cipre & Serico, de Dictamine prædicto,

Et prædictis,	*Comiti Warrewicæ*,
Duci Clarenciæ,	*Comiti Dorsetiæ*,
Duci Beddefordiæ,	*Comiti Sarum*,
Duci Gloucestriæ,	*Comiti Huntingdoniæ*,
Ac *Comiti Westmorlandiæ*,	Et *Comiti Oxoniæ*,

Cuilibet eorum v Ulnas Panni Coloris consimilis long. dimidium Ulnæ Panni Scarlet, unam Furruram de cc. Ventr. Menever. pur. & cxx Garteria consimil.

Et *Domino de Fitz Hugh*,	*Domino de Camoys*,
Domino de Grey,	*Roberto Umfravile*,
Domino de Burnell,	*Thomæ Erpyngham*,
Domino de Carleton,	*Simoni Felbrigg*,
Domino Merle,	* *Johanni Cornewaile*, • IX. 336.
Domino de Talbot,	Et *Willielmo Haryngton*,
Domino de Zouche,	

Cuilibet eorum v Uln. Pann. Coloris consimilis long. dimidium Uln. Pann. Scarlet, i Furr. de cxx Vent. Menever. gross. & cxx Garter. consim.

Ac etiam diversis Dominabus subscriptis, ad consimiles Robas (scilicet) Faciendas & Furrandas in Brouder. cum Garter de Secta Dominorum & aliorum Militum, de consimili Dono Regis, videlicet,

Reginæ Angliæ,	*Reginæ Daciæ*,
Reginæ Hispaniæ,	Et *Ducissæ Holandiæ*,
Reginæ Portugaliæ,	

Cuilibet earum viii Uln. Pann. Coloris consimilis long. ii Furr. utraque de iii C. Ventr. Menever. pur. cxx Garter. consim.

Ducissæ Clarenciæ,	*Comitissæ Westmorlandiæ*,
Ducissæ Eborum Seniori,	*Comitissæ Arundelliæ*,
Ducissæ Eborum Juniori,	*Dominæ de Beauchamp*,
Comitissæ Huntingdoniæ,	*Dominæ de Roos*,
Comitissæ Sarum Juniori,	Et *Dominæ de Waterton*,

Cuilibet earum v Uln. Pann. Coloris consimilis long. i Furr. de cc Ventr. Menever. pur. & cxx Garter. consim.

Et Venerabili in Christo Patri *Episcopo Wyntoniensi*, de consimili Dono Regis, erga idem Festum, i Pann. Color. consim. long. i Mantellam Furratam de iv C. i Furratam de ccclx Ventribus Menever. Gross. & i Furratam de cxl Bestiis de Bys, de Dono Domini nostri Regis,
ix Pann. viii Uln. Pann. Color. long.
xiii Uln. Pann. Scarlet,

xviii Qualt de ccc Ventr.	Furr.	Menev. pur.
xix Qualt de cc Ventr.	Furr.	Menev. pur.
i de DC Ventr.	Capuc.	Menev. pur.
i de cxl Ventr.	Capuc.	Menev. pur.
i de cccc Ventr.	Furr. Menever. Gross.	
i de ccc Ventr.	Furr. Menever. Gross.	
xiii Qualt de cxx Ventr.	Furr. Menever. Gross.	

V 2   i de

Pro Servientibus Comitis de Vendom.

Ann. D. 1416 An. 4. H. 5. Fran. 4. H. 5. m. 32.

REX, per Literas suas Patentes, per Duos Menses proximò futuros duraturas, Suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Johannem Descriux*, in Regnum Regis Angliæ veniendo, ibidem in Comitiva *Comitis de Vendome*, Prisonarii Regis, morando, & exinde ad propria redeundo;

Proviso semper quòd idem *Johannes* benè & honestè se habeat & gerat erga Regem & Populum Regni sui prædicti, & quicquam, quod in Regis seu Populi sui Præjudicium cedere valeat, non attemptet, seu attemptari faciat quovis modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo tertio die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Ibid.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Johannem Bennars*, ac unum Valettum suum, in Regnum Regis Angliæ veniendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo.

Proviso, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

• IX. 337.

** Pro Falconarils Ducis de Bourbon.*

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 32.

REX, per Literas suas Patentes, usque Primum diem Maii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *le Bourdat* & *Matien* Valettum suum, *Petit*, *Jehan*, & *Henselm* Falconarios *Ducis Bourboniæ*, in Regno Regis Angliæ jam existentes, versus partes Franciæ, se divertendo & transeundo, ac Equos, Res & Hernesia sua quæcumque,

Proviso semper quòd prædicti, *Bourdat*, *Matien*, *Petit*, *Jehan*, & *Henselm*, benè & honestè se habeant & gerant erga Regem & Populum suum, ac quicquam, quod in Regis Contemptum vel præjudicium, aut dicti Populi sui, cedere valeat, non attemptent, seu attemptare præsumant quovis modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Protectione, in Comitiva Capitanei de Harflieu.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ibid. m. 33.

HEnricus Verney Armiger, qui, in Obsequio Regis, in Comitiva, carissimi Avunculi Regis, *Thomæ Comitis Dorsetiæ* Admiralli Angliæ, Aquitanniæ, & Hiberniæ, ac Capitanei Villæ Regis de Harcflieu, super salva Custodia ejusdem Villæ moraturus, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Præf. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, secundo die Aprilis.

Per Billam de Privato Sigillo.

Pro Domino de Gaucourt Prisonaris.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ibid.

REX, per Literas suas Patentes, usque octavum diem Maii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Dominum de Gaucourt* de Francia, Prisonarium Regis Angliæ existentem, cum Tribus Personis in Comitiva sua, versus partes suas proprias transeundo, & in dictum Regnum Regis Angliæ redeundo, ac Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, tertio die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Claus. 4. H. 5. m. 23.

De Episcopis Electis, per Metropolitanos, confirmandis.

REX, dilecto Clerico suo, *Johanni Wakeryng* Archidiacono Cantuariensi, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos nuper Electioni, de Persona vestra factæ, in Eccle-

... facere possint,

Per quod ipsæ Gubernatione, ac Nos & Regnum nostrum Consilio, Præsidio, & Consolatione, quæ de Prælatia hujusmodi haberemus, destitueremur,

Attendentes etiam qualiter, in pluribus Locis Transmarinis, postquam Sedes Apostolica sic vacavit, quamplures Confirmationes per Metropolitanos Locorum factæ fuerunt, & indies factæ existunt, prout certitudinaliter informamur,

Ac volentes proinde Remedium adhibere in hac parte,

De pleno & deliberato Avisamento & Assensu Dominorum Regni nostri prædicti, & Communitatis ejusdem Regni, in instanti Parliamento nostro existentium, Voluerimus & Ordinaverimus quòd Personæ, ita electæ, & eligendæ, infra dictum Regnum nostrum, (Vacatione dictæ Sedis Apostolicæ durante) per Metropolitanos Locorum, absque excusatione vel dilatione in hac parte faciendis, confirmentur,

Et quòd Brevia nostra, si necesse fuerit, eisdem Metropolitanis, ipsos districtè ad hujusmodi Confirmationes, & omne id quod ad Officium pertinet in ea parte, faciendum onerando, dirigantur,

Et similiter Electis hujusmodi, quòd ipsi Confirmationes ipsas versus ipsos Metropolitanos prosequantur cum effectu,

Ita quòd, pro defectu dictorum Metropolitanorum, aut Electorum prædictorum, Dampnum vel Præjudicium Nobis, aut Regno nostro, vel Ecclesiis prædictis, occasionibus Præmissis (quod absit) non eveniat quovis modo, prout in quodam Acto, in Parliamento prædicto inde habito, plenè liquet,

Et ideò vobis Mandamus, districtiùs quo possumus Injungentes quòd, ad Confirmationem vestram, virtute Electionis de vobis, ut præmittitur, factæ, absque dilatione seu excusatione aliquali, efficaciter prosequamini, juxta Formam & Effectum Voluntatis, Ordinationis, & Acti supradictorum, sub Periculo quod incumbit; nè, pro defectu vestri, Dampnum vel Præjudicium Nobis, aut Regno nostro, seu Ecclesiæ prædictæ, occasione dilationis hujusmodi, eveniat quovis modo,

Teste Rege apud *Westmonasterium*, septimo die Aprilis.

Et erat Patens.

Per ipsum Regem & per Concilium in Parliamento.

Super dicta Confirmatione Mandatum Regis.

REX, Venerabili in Christo Patri, *H.* Dei gratiâ, *Archiepiscopo Cantuariensi*, totius Angliæ Primati, Salutem. Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ibid.

Sciatis quòd,

Cùm Nos nuper Electioni, nuper factæ, in Ecclesia Cathedrali Sanctæ Trinitatis Norwici de, dilecto Clerico nostro, *Johanne Wakeryng*, Archidiacono Cantuariensi, in Episcopum Loci illius, Regium Assensum adhibuerimus & Favorem,

Ac Nos, jam considerantes, *&c. ut supra usque ibi*, plenè liquet, *& tunc sic*,

Et ideò vobis Mandamus quòd ad Confirmationem præfati Clerici nostri, virtute Electionis sibi, ut præmittitur, factæ, absque excusatione seu dilatione aliquali, procedatis, ac cætera omnia, quæ vestro canonicè incumbunt Officio, in hac parte, peragatis & exequamini, juxta Formam & Effectum Voluntatis, Ordinationis, & Acti supradictorum,

Ita quòd, in vestri Defectum, Dampnum, vel Præjudicium, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Et erat Patens.

Per ipsum Regem & per Concilium in Parliamento.

** Pro Servientibus Ducis Aurriolensis.* • IX. 339.

REX, per Literas suas Patentes, usque primum diem Junii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Huges Perrier*, & Fratrem *Radulphum Namtel*, Servientes *Ducis Aurrolensis* Prisonarii Regis, in Regnum Regis Angliæ veniendo, & ibidem morando, ac Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque; Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 32.

Proviso, *&c. ut in similibus Literis de Conductu.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, septimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Super

sane, ut proprius [illegible] suis, penes Personam nostram, usque Civitatem nostram London. se trahant, properent, & festinent ex causâ supradictâ;

Ita quod sint ibidem, sextodecimo die Aprilis, proximò futuro, ad ultimum,

Et quòd ipsi, sicut Nos & Honorem nostrum diligunt, ac gravem indignationem evitare voluerint, hujusmodi Adventum suum ultra diem illum non retardent, seu retardari præsumant ullo modo;

Aliquibus aliis Mandatis, sub Privato Sigillo nostro, ante hæc tempora, factis, non obstantibus;

Et hoc nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, septimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam, ac Cancellario Comitatûs Palatini Lancastriæ.

De Navibus arestandis pro Conductione Regis Romanorum.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Ibid.* *m.* 23.

REX, Constabulario Castri sui Dovorriæ, & Custodi Quinque Portuum suorum, sive ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

Mandamus vobis, firmiter injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, & excusatione quacumque cessante, omnes & singulas Naves, ac alia Vasa quæcumque, pro salva & secura Conductione, Serenissimi & Excellentissimi Principis, *Regis Romanorum*, Fratris nostri carissimi, apud Villam nostram Calesii, ad præsens, ut dicitur, existentis, versus Regnum nostrum Angliæ, necessaria & opportuna, quæ infra Libertatem Portuum prædictorum invenire poteritis, sine dilatione arestari, & ea, usque dictam Villam nostram Calesii, cum omni celeritate quâ fieri poterit, duci faciatis, nobis ibidem, in obsequio nostro, ex Causa prædicta, pro Denariis nostris deservitura;

Et hoc, sicut Nos & Honorem nostrum diligitis, ac gravem Indignationem nostram evitare volueritis, nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, septimo die Aprilis.

* *Pro Rege memorato, de Providendo.*

* IX. 340.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Claus.* 4. *H.* 5. *m.* 23.

REX, Vicecomiti Kantiæ, Salutem.

Quia, certâ relatione, ad Auditum nostrum credibiliter pervenit quòd, Serenissimus & Excellentissimus Princeps, *Rex Romanorum*, Frater noster carissimus, Nos & Regnum nostrum Angliæ, cum celeritate quâ commodè potest, personaliter visitare proponit & intendit,

Tibi Præcipimus, firmiter injungentes, quòd, tam in singulis Villis Mercatoriis, quàm in aliis Villis & Locis eisdem adjacentibus, à Villa nostra Dovorriæ usque Civitatem nostram Londoniæ, ubi necesse fuerit, Victualia, sufficientia & necessaria, tam pro præfato Fratre nostro, ac Dominis, & aliis Hominibus in Comitiva sua, quàm pro Equis suis, cum omni festinatione possibili, ordinari & provideri facias;

Et ulterius, ex parte nostra, publicè proclamari facias, in eisdem Villis & Locis, ubi magis expediens fuerit, & necesse,

Nè aliqui Ligeorum nostrorum, sub Forisfactura omnium quæ Nobis forisfacere poterunt, aliquem Denarium ab eisdem Fratre nostro, Dominis, aut aliis Hominibus prædictis, pro aliquibus Victualibus, seu pro Ferris aut Clavis Equorum, petant aut recipiant ullo modo:

Volumus tamen & Intentionis nostræ existit quòd prompta Solutio & Satisfactio eisdem Ligeis nostris, pro hujusmodi Victualibus, Ferris, & Clavis, per Officiarios & Ministros nostros (quos penes Præsentiam præfati Fratris nostri, usque dictam Villam Dovorriæ, ex hac Causa destinavimus) plenariè fiant, ut est justum;

Et hoc nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, octavo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Pro Guaston de Foix.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Vasc.* 4. *H.* 5. *m.* 9.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ*, Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Dominus R. nuper *Rex Angliæ*, Secundus post Conquestum, de Gratia sua speciali, concesserit *Reymundo Dorinha*, de ...

Ita quòd de Superplusagio inde, si quod fuerit, Nobis ad Scaccarium nostrum Burdegaliæ Annuatim respondeatur, ut est justum;

Aliquo Censu, Dimissione, sive Concessione, per Constabularium Burdegaliæ, sive per Concilium, alii Personæ factis, non obstante.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo die Aprilis, Anno Regni nostri Quarto.

Per ipsum Regem.

ET Mandatum est Locum Regis tenenti Aquitanniæ, Constabulario Regis Burdegaliæ, & Senescallo Regis Landarum, ac eorum Loca tenentibus ibidem, & eorum cuilibet, quòd ipsum *Guastonem* in Corporalem Possessionem Bailliagiorum & Peagiorum de Mios, * de Mixta, de Aulis, Bailliagii & Costæ de Pourge de Buche, Præposituræ de Sales & de Salannes, Pontis & Praderiæ, prædictorum ponant vel inducant, seu poni vel induci faciant (Habendorum juxta Tenorem Literarum Regis prædictarum) ac ipsum, sic Inductum, manuteneant, protegant, & defendant. * IX. 341.

Teste ut supra.

Pro Comite Orchadiæ.

REX, per Literas suas Patentes, usque quintumdecimum diem Augusti proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Henricum de Sancto Claro*, Comitem Orchadiæ, cum Viginti Personis in Comitiva sua, cujuscumque Statûs, Gradûs, Ordinis, sivi Conditionis existant, in Regnum Regis Angliæ tam per Villas firmatas, quàm per Patriam, veniendo, & ibidem morando, & exinde versus Regnum Scotiæ se divertendo & redeundo, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque,

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Scot.* 4. *H.* 5. *m.* 10.

Nolens enim Rex quòd idem Comes, *&c. ut in Similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quarto die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas de salvo Conductu habent subscripti, per idem tempus duraturas, sub eadem Data; videlicet,

Jacobus de Douglas Frater *Comitis de Douglas.*
Dominus Willielmus de Douglas de Drumlangrigg.

Super salva Custodia Maris.

WIllielmus Beuham, alias dictus *Barker* de Longstratton, qui in Obsequium Regis, in Comitiva, dilecti & Fidelis Consanguinei Regis, *Johannis Comitis Huntyngdoniæ*, versus Mare profecturus est, ibidem, super salva Custodia Maris prædicti, moraturus, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *Volumus*) per Quarterium unius Anni duraturas.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Franc.* 4. *H.* 5. *m.* 32.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterum*, xxvi. die Aprilis.

Per Billam de Privato Sigillo.

Super Deliberatione Regis Scotiæ.

REX, per Literas suas Patentes, usque Primum diem Augusti proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Venerabilem in Christo Patrem, *Johannem de Halis* Abbatem Monasterii de Balmerynach, *Johannem Forester* de Corstorfin Militem, & *Walterum de Ogilby* Scutiferum, conjunctim, seu divisim, cum Quadraginta Personis Equestribus, cujuscumque Statûs, Gradûs, aut Conditionis existant, in eorum Comitiva, in Regnum Regis Angliæ, pænes Præsentiam Regis,

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Scot.* 4. *H.* 5. *m.* 10.

Super Tractatu Deliberationis *Regis Scotiæ*, ac super aliis certis Materiis, Statum Regnorum Angliæ & Scotiæ concernentibus, habendo,

Veniendo, ibidem morando, & exinde ad partes suas proprias redeundo, necnon, Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque,

... in hac parte facto, non obstante;
Et hoc nullatenus omittas.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxvi. die Aprilis.

Pro Archiepiscopo Remensi.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 32.

REX, per Literas suas Patentes, usque primum diem Augusti proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem, suas speciales, Venerabilem in Christo Patrem, Dominum, *Reginaldum*, *Archiepiscopum Remensem*, ac Viginti & Quatuor Personas aut pauciores, Equestres vel Pedestres, in Comitiva sua, in Regnum Regis Angliæ veniendo, ibidem morando, & exinde versus partes suas proprias redeundo, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quòd prædicti, *Archiepiscopus*, *&c. ut in Similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Pro Familiari Regis Romanorum, & Secretario Ducis Januensis.

Ibid.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Bartholomeum Musca*, Familiarem, excellentissimi & Serenissimi Principis, *Regis Romanorum*, Fratris Regis carissimi, & *Franciscum de Boinohaune*, Secretarium *Ducis Januensium*, Cives Januæ, ac duodecim Personas in Comitiva sua, *&c. ut supra*, *mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Super Concilio Constantiensi, de Intendendo.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Claus. 4. H. 5. m. 23.

REX, Magistro *Roberto Appilton*, Clerico, Salutem.

Licet, vicesimo octavo die Januarii proximò præterito, quibusdam certis de causis, Nos specialiter moventibus, vobis, per Breve nostrum, in fide & Ligeantia quibus nobis tenemini, ac sub Forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poteritis, Injunxerimus & Mandaverimus, quòd Vos in Angliam, cum omni festinatione possibili, diverteretis & transferretis,

Quia tamen vos unus Procuratorum, per Clerum Eborum Provinciæ, ad *Generale Concilium*, apud Civitatem Constantiensem, nuper missorum, estis, ut accepimus,

Vobis Mandamus quòd circa Negotia Concilii prædicti diligenter Intendatis, & Vos usque ad Finem ejusdem *Concilii* in Angliam non divertatis seu transferatis; dicto Brevi nostro, Vobis sic directo, non obstante.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo nono die Aprilis.

Per ipsum Regem.

---

* IX. 343.

** De Tractando cum Archiepiscopo Coloniensi.*

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 32.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cùm nuper, Reverendus in Christo Pater, Dominus *Theodoricus*, Permissione Divinâ, *Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus*, *Sacri Imperii Elector*, *& per Italiam Archicancellarius*, *Westfaliæ & Angar. Dux*, certos suos solempnes Ambassiatores, Procuratores, sive Nuncios (videlicet) Magistrum *Henricum de Erpel* Legum Doctorem Decanum Bonnensem, Dominos, *Johannem de Wybenhorst*, & *Roialmann de Dadembergh*, Milites, ad Regnum nostrum Angliæ transmiserit,

Ad Conveniendum & Tractandum, unà nobiscum, seu alio vel aliis per Nos Deputandis, de & super nonnullis Materiis, Ligas, Amicitias, mutuasque Subventiones, & Auxilia, necnon Homagii & Fidelitatis Sacramentum, ab ipso *Domino Archiepiscopo* Nobis faciendum & præstandum, concernentibus,

Ac de Fidelitate, Prudentia, & Circumspectionis Industriâ, dilectorum & fidelium nostrorum, *Walteri Hungerford*, & *Johannis Tiptofte* Militum, &, dilecti Clerici nostri, Magistri *Johannis Honyngham* Legum Doctoris Archidiaconi Dunolmensis, & eorum cujuslibet, plenarie confidentes,

Ad Tractandum, Conveniendum, & Concludendum, cum præfatis Ambassiatoribus, Procuratoribus, sive Nunciis, de & super quibuscumque Ligis, Amicitiis mutuis, Subventionibus, & Auxiliis,

Ac pro Homagio & Fidelitate hujusmodi, nobis fiendis & præstandis, certam Provisionem, sive Pensionem Annuam Pecuniariam,

Quæ Nobis, aut Procuratoribus, Negotiorum Gestoribus, Nunciis, Commissariis, & Deputatis nostris subscriptis rationabilis & congrua videbitur,

Dicto *Domino Archiepiscopo*, in Feudum & loco Feudi, pro Nobis & nomine nostro, Constituendum & Concedendum,

Certo Loco & Terminis, per Nos, aut ipsos Procuratores, Negotiorum gestores, Nuncios, Commissarios, & Deputatos nostros hujusmodi, limitandis, durante Vitâ nostrâ & Archiepiscopi prædicti, solvendam,

Necnon super quibuscumque Articulis, quantumcumque specialibus, qui Ligas, Amicitias & mutuas Subventiones, & Auxilia, Homagii & Fidelitatis Sacramentum, & Provisionem, sive Pensionem, supradicta concernere poterunt quovis modo, cum eorum Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis,

Ac quæ sic Tractata, Conventa, & Concordata fuerint, cum omni Securitate debitâ, requisitâ, & honestâ, in hoc Casu, nomine nostro, Firmandum,

Consimilemque Securitatem à dictis Ambassiatoribus, Procuratoribus, sive Nunciis, seu Deputato, sive Deputatis, dicti *Domini Archiepiscopi* supradictis, pro Nobis & nomine nostro, Petendum, Stipulandum, & Recipiendum,

Et generaliter omnia & singula Faciendum, Gerendum, & Excercendum quæ in Præmissis, vel circa ea, seu aliquo Præmissorum, necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ qualitas & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmet ipsi facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia forent quæ Mandatum exigerent quantumlibet speciale,

Ipsos, *Walterum Hungerford*, *Johannem Tiptofte*, & *Johannem Honyngham* * nostros legitimos & indubitatos Procuratores, Negotiorum Gestores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales, Fecimus, Creavimus, & Constituimus, Facimus, Creamus, & Constituimus per Præsentes, * IX. 344.

Promittentes, bonâ fide & in verbo Regis, ac sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum & Gratum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos Procuratores, Negotiorum Gestores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios nostros Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In quorum omnium & singulorum testimonium atque fidem has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri appensione fecimus roborari.

Dat. in Palatio Regis Westmonasterii Quarto die Maii.

Per ipsum Regem.

De Locatenentibus & Ductoribus Hominum ad Arma & Sagittariorum supra Mare constitutis.

Pro Comite Huntyngdoniæ.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Pat. 4. H. 5. m. 34.

REX, Carissimo Consanguineo nostro, *Johanni Comiti Huntyngdoniæ*, Salutem.

Sciatis quod Nos,

De fidelitate & circumspectione vestris plenius confidentes,

Constituimus vos Locum nostrum tenentem, ac Ductorem Hominum ad Arma & Sagittariorum, in partibus Orientalibus & Occidentalibus, qui in obsequium nostrum, in Comitiva vestra, in præsenti Viagio nostro, supra Mare, in Resistentiam Inimicorum nostrorum, ibidem profecturi sunt;

Dantes vobis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem ad omnes illos, de Ligeantia nostra, qui in hac parte Delinquentes, Rebelles, vel Contrariantes fuerint, Arestandum, & eos sub hujusmodi Aresto, quousque pro eorum Deliberatione aliter duxerimus demandandum, ponendum, seu poni faciendum,

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Officium prædictum diligenter intendatis, & illud faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem Universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, Dominis, Magistris, & Marinariis Navium, ac aliis Fidelibus, Ligeis, & Subditis nostris, tam per Terram, quàm per Mare, infra Libertates & extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quòd Vobis, in Præmissis in forma prædicta faciendis & exequendis, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, ac vestris Mandatis Obedientes, prout decet.

No-

An. 4. H. 5. ibid. ... *&c. ut supra usque ibi*, Committimus vobis & plenam, Tenore Præsentium, concedimus Potestatem ad Quadraginta Homines ad Arma, Armatos, & Centum Sagittarios, qui sunt de Retinentia vestra, & qui in Obsequium nostrum, in Comitiva nostra, *&c. ut supra*, Regendi & Gubernandi, ac Delinquentes, Rebelles, vel Contrariantes in hac parte Arestandi, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

---

* IX. 345.

* *Pro Johanne Clifford.*

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. ibid.

REX, Dilecto & fideli suo, *Johanni de Clifford*, Salutem.

Sciatis, *&c. ut supra usque ibi*, & Sagittariorum, *& tunc sic*,

In partibus Borealibus, *&c. ut supra usque ibi*,

De Retinentiis, Carissimorum Consanguineorum nostrorum, *Johannis Comitis Huntingdoniæ*, & *Edwardi Courtenay*, & qui, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Instructiones pro dictis Locatenentibus.

INSTRUCTIO, *ex parte Metuentissimi Domini nostri Regis*; *data Consanguineo suo* Johanni Comiti Huntyngdonensi, *Locumtenenti ipsius Domini nostri Regis, in quodam Viagio, super Mare, in partibus Australibus.*

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ex Bibl. Cot. Cleopatra F. 3.

IN PRIMIS, abstinere se debet *dictus Comes*, & abstinere faciet omnes de Comitivâ suâ, de Dampno, Præjudicio, seu Impedimento faciendo aliquibus Personis de *Portugaliâ*, *Daciâ*, *Sueciâ* & *Norwegiâ*, *Holandiâ*, & *Pruciâq;* sive aliis *Theutonicis*, seu aliis *Amicis* vel *Confœderatis* præfati Domini nostri Regis & Regni sui quibuscunque.

ITEM, abstinebit *dictus Comes*, & Omnes de dictâ Comitivâ suâ abstinere faciet, de Dampno, seu Impedimento, inferendo Subditis *Regis Castellæ & Legionis* &c. Necnon Subditis *Flandriæ*, contra Tenorem Treugarum, inter dictum Dominum nostrum Regem & Regem Castellæ ac ipsos de Flandriâ, initarum.

ITEM, vult dictus Dominus *noster Rex*, quòd *dictus Comes*, cum dictâ Comitivâ suâ, postquam Monstrationem suarum Gentium fecerit, ad Villam de Harflieu, celeriùs quo poterit, se divertat, secum conducendo omnia Victualia, pro salvâ Custodiâ dictæ Villæ de Harflieu necessaria, de præsenti ordinata, seu ante Transitum ipsius Comitis ordinanda.

ITEM, dictis Victualibus & aliis necessariis Discarcatis, & in dictâ Villâ de Harflieu salvò dimissis, ad Custodiam Maris, in dictis Partibus Australibus, præfatus Comes, cum Comitivâ suâ, se divertat; & in quantum poterit, malitiæ Inimicorum dicti Domini *nostri Regis* obviet & resistat, Subditosque ejusdem Domini nostri Regis pro viribus defendat.

ITEM, quòd nec *dictus Comes*, nec aliqui de Comitivâ suâ, durante dicto Viagio, in aliquem Portum Maris, vel in Terram se recipiant, nisi Maris tempestate compulsi; in quo Casu, quamcitiùs poterint, ad Mare redeant pro salvâ Custodiâ ejusdem; cessantibus Dolo & Fraude quibuscunque.

ITEM, in Eventum quo, per *dictum Comitem*, aut aliquos de Comitivâ suâ, capiantur aliqua Gentes, Navigia, seu Bona,

De quibus dubium sit an Gentes illæ, Navigia, seu Bona sub Amicitiâ, Treugis, seu salvo Conductu dicti Domini nostri Regis comprehendi debeant vel non,

Tunc dictæ Gentes, Navigia, & Bona omnia & singula, salvò & securè, & absque Diminutione seu Partitione quâcunque, custodiantur, quousque per dictum Dominum *nostrum Regem* discussum fuerit quid de dictis Gentibus, Navigiis, seu Bonis fieri debeat.

In cujus rei Testimonium huic præsenti Instructioni Præfatus *Dominus noster Rex* tam Magnum quàm Privatum Sigilla sua, necnon Signetum suum fecit apponi.

Dat. apud *Westm.* xii die Maii, Anno, &c. quarto.

Ad Mandatum Regium.

* IX. 346.

Consimilis INSTRUCTIO *fiat* Edwardo de Courtenay *Juniori Militi.*

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 22.

* *Tractatus cum Archiepiscopo Coloniensi.*

ATTESTATUR PRÆSENS INDENTURA,

FACTA Londoniæ, decimâ die mensis Maii, Anno Domini millesimo, quadragintesimo, sexto decimo, INTER, honorabiles Viros ... concernentibus, per ipsum *Dominum Archiepiscopum* destinatos & transmissos,

Ex parte alterâ;

Quorum quidem Commissionum & Procuratoriorum Tenores sequuntur, & sunt tales,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, Omnibus, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

Cùm nuper, Reverendus in Christo Pater, Dominus *Theodoricus*, Permissione Divinâ, *Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus, Sacri Imperii Elector, & per Italiam Archicancellarius, Westfaliæ & Angariæ Dux*, certos suos solempnes Ambassiatores, Procuratores, sive Nuncios (videlicet) Magistrum *Henricum de Erpell* Legum Doctorem, Decanum Bonnen. Dominos, *Johannem de Wybenhorst*, & *Rosalmannum de Dadembergh*, Milites, ad Regnum nostrum Angliæ transmiserit, ad conveniendum & tractandum unà Nobiscum, *&c. prout supra.*

Dat. in *Palatio nostro Westmonasterii* quarto die Maii, Anno Regni nostri quarto.

NOS *Theodoricus*, Dei gratiâ, *Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus*, Sacri Imperii Elector, & per Italiam Archicancellarius, Westfaliæ & Angariæ Dux, &c.

Notum facimus universis & singulis, ad quos præsentes nostræ Literæ pervenerint, ex omnibus melioribus viis, jure, causâ, modo, & formâ, quibus possumus & debemus, fecimus, constituimus, & ordinavimus, Præsentibusque facimus, constituimus, & ordinamus, Venerabilem, & strenuos Viros, Magistrum *Henricum de Erpell* Legum Doctorem Decanum Bonnensem, *Johannem de Wybenhorst*, & *Roialmannum de Dadembergh*, Milites (Consiliarios devotos & fideles nostros dilectos, præsentes & consentientes) conjunctim, & divisim, & eorum quemlibet per se & in solidum,

Ita quòd non sit melior conditio occupantis, set quod unus eorum inceperit, eorum quilibet mediare prosequi valeat, & finire,

In nostros veros, & legitimos, ac certos, & indubitatos Procuratores, Actores, Factores, & Negotiorum nostrorum Gestores, & Nuncios speciales,

Ad comparendum pro nobis, & nomine nostro, coram, Serenissimo Principe & Domino, Domino *Henrico*, Dei gratiâ, *Rege Angliæ & Franciæ, ac Domino Hiberniæ*, seu aliis quibuscumque, ad infrascripta Potestatem habentibus,

Ad tractandum, concordandum, & concludendum cum ipso Domino Rege, seu per ipsum ad id deputandis, de & super quibuscumque Ligis, Amicitiis, Alligantiis, & mutuis Subventionibus, Auxiliis, seu Servitiis,

Inter Nos, ac pro Nobis, Terris, Dominiis, Subditis, & Vassallis nostris quibuscumque ex parte unâ, &, præfatum Serenissimum Principem. *Dominum Regem*, pro se, Regnis, Terris, * Dominiis, • IX. 347.
Ligeis, Vassallis, & Subditis suis quibuscumque ex parte alterâ, ad Vitam ipsius *Domini Regis* & nostram ineundis & præstandis,

Atque ad faciendum nos, *præfatum Archiepiscopum*, Vasallum, atque homagialem fidelem ipsius Domini Regis, atque ad petendum, & recipiendum, pro nobis, & nostro nomine, investituram Feudi, seu Feudorum, si quod, vel si qua, præfatus *Dominus Rex* nobis concedere vellet, vel conferre,

Et specialiter ad promittendum, faciendum, & præstandum, pro nobis *Archiepiscopo* prædicto, & nomine nostro, præfato *Domini Regi* Homagium,

Ac etiam ad præstandum, in Animam nostram, in eâ parte, Fidelitatis Sacramentum, cum omnibus Capitulis & Clausulis, ad hujusmodi Sacramentum Fidelitatis fieri debitis & consuetis,

Necnon super quibuscumque Articulis, quantumcumque specialibus, qui Ligas, Amicitias mutuas, Subventiones, Auxilia, sive Servitia, Homagii & Fidelitatis Sacramentum supradictum concernere poterunt quovis modo, cum eorum incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis,

Ac quæ sic tractata, promissa, præstita, & facta fuerint sub Cautionibus, Promissionibus, ac omni Securitate, debitâ & requisitâ in hac parte, pro nobis & nomine nostro, assecurandum & firmandum,

Consimilemque Securitatem à dictis *Serenissimo Principe*, seu per ipsum ad id deputandis, pro nobis & nomine nostro, petendum, stipulandum, & recipiendum,

Et generaliter omnia & singula faciendum, gerendum, & excercendum, quæ in Præmissis, vel circa ea, seu aliquo Præmissorum, necessaria fuerint quomodolibet, seu oportuna, & quæ veri & legitimi Procuratores facere possint & debent, & quæ nos facere possemus & faceremus si Præmissis personaliter interessemus, etiam si essent talia quæ a jure Mandatum exigerent magis speciale,

Promittentes, bonâ fide, ac sub ypothecâ & obligatione omnium Bonorum nostrorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum per-

Sancti Cassii Bonnensis, devotis nostris dilectis, Testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et Ego Christianus Schurgun de Waldorp, *Clericus Coloniensis Diœcesis, Publicus, Imperiali auctoritate, Notarius, præmissis omnibus & singulis, dùm sic, ut præmittitur, sub Anno Domini, Indictione, mense, die, & loco prædictis, per præfatum Reverendissimum in Christo Patrem & Dominum, Dominum* Theodoricum Archiepiscopum Coloniensem, *&c. & coram eo agebantur & fiebant, unà cum prænominatis Testibus, præsens fui, & ea sic ut narrantur superius fieri vidi & audivi, Ideoque, de ipsius Domini* Archiepiscopi *Mandato, præsentes suas Litteras, ejus vero Sigillo Sigillatas, manu meâ propria scriptas, subscripsi, Signoque & Nomine meis solitis & consuetis signavi requisitus.*

Quòd iidem Commissarii, & Deputati, ac Procuratores, & Nuncii, inter Mentium suarum præcordia, sedulis & internis affectibus, revolventes qualiter, inter gloriosas Reipublicæ Curas, & Boni communis fructus uberes, illud dignoscitur esse præcipuum Potentum & Sublimium, & non tam Potentiâ, quàm Victimâ invicem sibi conjunctarum Personarum copulare præsidia, & individuâ unione Amicitiarum Fœdera colligare,

Per quos Principatus, indissolubilis amoris confœderati nexibus, ex adverso insurgentibus resistere, & ab omni oppressionis clade, coadunatis viribus, poterunt se tueri,

• IX. 348. • Horum consideratione providâ, ac singularis intuitu Amicitiæ, quam dictus *Dominus Archiepiscopus*, suorum Prædecessorum insequendo vestigia, ad Coronam & Regnum Angliæ continuis gessit & gerit in votis, ipsius Procuratores & Nuncii supradicti cum dicti Domini Regis prætactis Commissariis & Deputatis insimul concordârunt, Nominibus quibus supra, sub modo & formâ subscriptis; videlicet,

Quòd ipsi, Magister *Henricus* Decanus, *Johannes*, & *Reilmannus*, Milites, dicti *Domini Archiepiscopi* Procuratores & Nuncii, & Procuratorio nomine, ad Sacra Dei Evangelia, per ipsos & eorum quemlibet corporaliter tacta, promittent & jurabunt, in Animam dicti *Domini Archiepiscopi*, Domini sui, quòd ipse *Dominus Archiepiscopus* memorato, Serenissimo Principi, *Henrico, Regi Angliæ & Franciæ, ac Domino Hiberniæ*, durante vitâ ipsorum Dominorum Regis & Archiepiscopi, Fidelis erit, & ejusdem Domini Regis Vasallus homagialis,

Et quòd Honorem & Utilitatem, pro posse suo, Consiliis & Auxiliis, ac modis omnibus, quibus potest, eidem *Domino Regi* fideliter custodiet & procurabit,

Dampnum quoque & Periculum ipsius Domini Regis, ac Statûs sui, pro posse suo, avertet,

Proditoribus & Rebellibus ejusdem *Domini Regis* non consentiet, & malum suum vitabit,

Et, quando sibi inde constiterit, Regiam Majestatem super hoc avisabit & præmuniet,

Secretaque ipsius *Domini Regis* non pandet,

Omniaque & singula erga Personam ejusdem *Domini Regis* & Coronam suam purè faciet, attendet, & observabit, quæ Vassallus homagialis & fidelis Domino suo observare debet & tenetur; dolo & fraude quibuscumque procul amotis.

ITEM, concordârunt Commissarii, & Deputati, Procuratores, & Nuncii antedicti, vice & nominibus supradictis, quòd præfatus *Dominus Archiepiscopus*, contra dictum *Dominum Regem*, Regnum suum Angliæ, Terras, & Dominia sua quæcumque, per se, aut suos Subditos, aut Vassallos nullatenus faciet, aut attemptabit, neque, in quantum in ipso est, fieri aut attemptari patietur, aut permittet,

Quinimmò eidem *Domino Regi*, contra quoscumque Injuriatores & Inimicos, quotiens & quando idem *Dominus Archiepiscopus* per partem ipsius *Domini Regis* fuerit desuper congrue requisitus, extunc etiam diffidare debet ipsos Injuriatores & Inimicos, & eis, publicè & palàm, per suas Litteras Patentes & autenticas, intimare se velle eidem *Domino Regi* assistere, & ipsum pro viribus adjuvare; eorum contrariâ voluntate quomodolibet non obstante.

Concordârunt, insuper, Commissarii, & Deputati, ac Procuratores, & Nuncii sæpedicti, nominibus quibus supra, quòd dictus *Dominus Archiepiscopus* præfato *Domino Regi* serviet, & Servitium ac Subventionem faciet & præstabit cum numero Ducentorum Virorum Belligerorum militarium, & armigerorum Lanceatorum, quotiens & quando per Partem dicti *Domini Regis* debitè super hoc fuerit requisitus;

Concordato tamen priùs, inter eosdem Dominos *Regem & Archiepiscopum*, de Stipendiorum satisfactione Virorum hujusmodi, pro minori Summâ, qua poterit, concordandâ.

ITEM, Conventum & Concordatum est, inter Deputatos, & Commissarios, necnon Procuratores, & Nuncios antedictos, vice ac *Ungariæ, Dalmatiæ, &c. Regem Romanorum* Imperii:

Ipsiusque Imperii suos Coelectores:

Golren. Juliacen. & *Monten. Duces:*

• *Comitem Marsen.* ipsius *Domini Archiepiscopi* Patrem prædilectum, & ejus Filios, Fratres suos: • IX. 349.

Cliven. & *Marken. Comites*, Confœderatos suos:

Civitatem Colonien. omnesque alios sibi Subditos & Vasallos,

Quorum pro tempore erit potens in jure & justitiâ, si cum illis præfatus *Dominus Rex* agere haberet;

In omnibus Præmissis & singulis Præmissorum, dolo & fraude penitùs exclusis.

Et, Præmissorum intuitu, ac ex eo quòd memoratus, Serenissimus Princeps, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ* Personam dicti Domini *Theodorici Coloniensis Archiepiscopi* aliquamdiu Prosecutus est & prosequitur Favoribus gratiosis, ipsius *Domini Regis* Commissarii & Deputati supradicti, cum ejusdem *Domini Archiepiscopi* Procuratoribus & Nunciis sæpedictis, Nominibus quibus supra, Concordârunt, Promiserunt, & Concesserunt, &, Præsentium Tenore, Promittunt & Concedunt quòd,

Postquam ipse *Dominus Archiepiscopus*, in Personâ suâ, aut per Procuratores suos, sufficientem in hac parte Potestatem habentes, se dicto *Domino Regi* suum Fidelem, Homagialem, & Vasallum, ac Fidelitatem & Homagium fecerit, ac hujusmodi Fidelitatis & Homagii, in formâ superiùs expressatâ, præstiterit Juramentum,

Idem, *Dominus Rex*, de gratiâ suâ speciali, concedet, dabit, & assignabit ipsi Domino *Theodorico, Coloniensi Archiepiscopo*, in Feudum & in loco Feudi, Provisionem, sive Pensionem Annuam Mille Nobilium Monetæ Anglicanæ,

Percipiendam & Habendam eidem *Domino Archiepiscopo*, ad Receptam Scaccarii Angliæ ipsius *Domini Regis*, singulis Annis durante Vitâ ipsorum Dominorum *Regis & Archiepiscopi*, Festis & Terminis subsequentibus; videlicet,

Quinto die post datam Præsentium Quingenta Nobilia,

Et ad Festum Paschæ proximò futurum alia Quingenta Nobilia,

Et deinceps singulis Annis, ad Festum Paschæ, Mille Nobilia; durante, ut præmittitur, vitâ eorumdem.

Quam quidem Provisionem, sive Pensionem Annuam Mille Nobilium hujusmodi, eidem *Domino Archiepiscopo*, seu ejus Procuratori, sufficienter & legitimè constituto, sive suo certo Nuncio, sufficientem & plenariam Acquietantiam in ea parte eidem *Domino Regi* præsentanti & daturo, ipse *Dominus Rex* realiter & cum effectu per se, aut suos Deputatos, solvet, & liberabit; concedetque idem *Dominus Rex* liberam Licentiam exportandi Aurum & Monetam hujusmodi de Regno suo Angliæ, & aliis Dominiis suis quibuscumque.

Et idem Dominus *Rex* contra ipsum Dominum *Archiepiscopum*, Terras, aut Dominia sua quæcumque, per se, aut suos Subditos, aut Vasallos, quicquam injuriosum minimè faciet, aut attemptabit, nec, quantum in ipso est, fieri aut attemptari faciet aut permittet.

Et debebit idem Dominus *Rex* præfatum Dominum *Archiepiscopum* manutenere, prout de jure bonus Dominus Vasallum suum defendere debet & tenetur (ipsius tamen Domini *Archiepiscopi* Sumptibus propriis & Expensis) contra quoscumque; exceptis Personis inferiùs designatis.

Et dictus Dominus *Rex* universos & singulos præfati Domini *Archiepiscopi* Vasallos & Subditos (cujuscunque Dignitatis, Præeminentiæ, Statûs, Gradûs, Nationis, & Conditionis extiterint) per ipsius Domini *Regis* Regna, Terras, Districtus, & Dominia quæcumque transeuntes, Moram ibidem facientes, Negotiantes, aut Mercandisantes, in eundo, redeundo, moram faciendo, negotiando, & mercandisando cum Mercandisis, Bonis, & Rebus quibuscumque, fideliter Protegere & Defendere tenebitur, velud ipsius Domini *Regis* Subditos proprios; ipsisque, & eorum cuilibet concedere & dare, juxta Casûs exigentiam, salvos Conductus, sive salvum Conductum, si desuper requisitus fuerit, quotiens opus erit;

Salvo quòd Personæ, superiùs nominatæ, Pedagia, Theolonia, Custumas, Subsidia, & Denaria debita & consueta solvere tenebuntur.

Excipiebant tamen Commissarii & Deputati ipsius Domini Regis nomine quo supra in Præmissis,

Sanctissimum *Dominum Papam* quem pro tempore habere contigerit *Sanctam Apostolicam Sedem:*

Serenissimum Principem, Dominum *Sigismundum Romanorum* ac *Ungariæ, Dalmatiæ*, &c Regem, *Romanorum Imperium:*

Necnon, Illustrissimos Principes, *Castellæ & Legionis, Portugaliæ & Algarbiæ, Daciæ, Swetiæ & Norwegiæ, Reges:*

Præcarissimum ipsius Domini Regis Fratrem, *Lodowicum Bavariæ Ducem*, Comitem Palatinum Reni:

Guil-

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Pat. 4. H. 5. m. 19.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
INSPEXIMUS Cartam Domini *H.* quondam *Regis Angliæ* Progenitoris nostri, factam in hæc verba,

Henricus Rex Angliæ Rogero Episcopo & Justiciario, & omnibus Baronibus, & omnibus Ministris Portuum Maris totius Angliæ & Normanniæ, & *Willielmo de Emersfoit*, Salutem.

Præcipio quòd Naves & Homines, & omnes res Sancti Audoeni de Rothomago, sint omnino Quieti de omni Theoloneo & Consuetudine, ubicumque venerint, & prohibeo ut nullus eos disturbet, neque contrarium faciat super x *l.* Forisfacturâ.

Testibus, *Willielmo de Albiniis* & *Goisfrido Filio Pag. apud Oissel.*

Nos autem, Cartam prædictam, ac omnia in ea contenta, Rata habentes & Grata, ea, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, Acceptamus, Approbamus, ac nunc Hominibus Sancti Audoeni, & eorum Successoribus, Tenore Præsentium, Concedimus & Confirmamus, prout Carta prædicta rationabiliter testatur, & prout iidem Homines & eorum Prædecessores Libertatibus & Quietantiis, in Carta prædicta contentis, à tempore Confectionis ejusdem, rationabiliter usi sunt & gavisi.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, undecimo die Maii.

Pro Viginti Solidis solutis in Hanaperio.

De Arraiatione, contra Invasionem Gallicorum.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Pat. 4. H. 5. m. 36. dorf.

REX dilectis sibi *Johanni Laurence*, *Johanni Haket*, *Johanni Veer*, *Henrico Hawles*, *Johanni Persbute*, & *Willielmo Drewe*, Salutem.

Quia, prout satis informamur, Inimici nostri Franciæ, aggregatis sibi quampluribus de Janua ac aliis, Regnum nostrum Angliæ, ad Mala quæ poterunt Ligeis nostris ejusdem inferenda, invadere intendunt & nituntur,

Nos,

Volentes proinde, pro Salvatione & Defensione Regni nostri Angliæ, contra Malitiam Inimicorum nostrorum prædictorum, si illud ingredi (quod absit) & invadere præsumpserint, prout Votis astringimur præcipuis, providere,

Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad omnes & singulos Homines ad Arma, ac alios Homines Defensabiles, tam Hobelarios, quàm Sagittarios, infra Insulam Vectam, tam infra Libertates, quàm extra, commorantes, Arraiandum & Triandum,

Et eos, sic Arraiatos, continuè in Arraiatione hujusmodi, ut in Millenis, Centenis, & Vintenis, & aliter, prout conveniens & necesse fuerit, tenere & poni faciendum,

Ac tam ad Costeram Maris, quàm alia Loca, ubi & quotiens necesse fuerit, ad dictos Inimicos nostros Expellendum, Debellandum, & Destruendum, de tempore in tempus cùm aliquod Periculum immineat, ducendum & duci faciendum,

Et ad Monstrum sive Monstrationem eorumdem Hominum ad Arma, Hobellariorum, & Sagittariorum, de tempore in tempus, quotiens indiguerit, diligenter faciendum & supervidendum;

Et ideò vobis & cuilibet vestrûm, districtius quo possumus, injungimus & mandamus quòd statim, visis Præsentibus, vos ipsos arraiari & armari, ac omnes & singulos Homines Insulæ prædictæ, ad Laborandum potentes, coram vobis venire, &, juxta sanas discretiones * vestras, arraiari, armari, & muniri, ac eos, sic Arraiatos, & Munitos, in Arraiatione hujusmodi tenere faciatis,

* IX. 351.

Et insuper Signa, vocata BEKYNS, in Locis consuetis, per quæ Gentes Patriæ de Adventu Inimicorum exterorum hujusmodi poterunt congruis temporibus præmuniri, poni,

Et eosdem Homines, sic Armatos, Arraiatos, & Munitos, cùm Periculum imminuerit, in Defensionem & Salvationem Regni & Patriæ prædictorum, de tempore in tempus, tam ad Costeram Maris, quàm alia Loca, ubi magis necesse fuerit, prout hactenus in Casu consimili rationabiliter fieri consuevit, & necessitatis eventus exigerit, duci faciatis,

Ita quòd, pro Defectu Defensionis, & Arraiationis, seu Ductionis dictorum Hominum, vel per negligentiam vestram, Dampna Patriæ prædictæ, aut aliàs, per Inimicos nostros amodo non eveniant ullo modo:

Damus autem universis & singulis Comitibus, Baronibus, Militibus, Majoribus, Ballivis, Ministris, & aliis fidelibus Ligeis nostris Insulæ prædictæ, tam infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quòd vobis, & cuilibet vestrûm, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Willielmus Payn Armiger,
Johannes Fauntlery,
Walterus Biere,

Johannes Pelham Chivaler, *Vicecomes Comitat. Surr. & Suffex.* } infra Comitatus prædictos.

Thomas Camoys Chivaler, *Vicecomes Comitat. Sutht. Wiltes. & Berks*, } infra Comitatus prædictos.

De Restitutione Temporalium.

REX, Escaetori suo in Comitatu Gloucestriæ, ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem. Ann. D. 1416.

Cùm, Venerabilis Pater, *Thomas*, *Episcopus Wygorniensis*, Electionem, nuper factam in Ecclesia Conventuali beatæ Mariæ Virginis Cirencestriæ, Ordinis Sancti Augustini, suæ Diœcesis, de Fratre *Willielmo Best*, Canonico ejusdem Domûs, in *Abbatem* loci illius (cui prius Regium Assensum abhibuimus & favorem) confirmaverit, sicut per Literas Patentes ipsius Episcopi, nobis inde directas, nobis constat, An. 4. H. 5. Pat. 4. H. 5. m. 24.

Nos (Confirmationem illam Acceptantes) cepimus Fidelitatem ipsius *Electi*, & Temporalia Abbatiæ illius, prout moris est, restituimus eidem;

Et ideò tibi Præcipimus quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, liberes in forma prædicta; salvo jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo primo die Maii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Oxon. & Berk.
Escaetori Regis in Com. Norht.
Escaetori Regis in Com. Wiltes.
Escaetori Regis in Com. Somers. & Dors.
Majori Civitatis London. & Escaetori suo in eadem Civitate.

Et Mandatum est Militibus, &c.

---

* *De Prorogatione Treugarum Flandriæ.* * IX. 352.

REX Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem, & Fidem indubiam præsentibus adhibere. Ann. D. 1416.

Noveritis nos INSPEXISSE Literas, recolendæ memoriæ, Domini & *Patris nostri*, nuper *Regis Angliæ*, defuncti, An. 4. H. 5.

Certarum Treugarum, Sufferentiarum, Provisionum, seu Abstinentiarum, pro Securitate Mercandisarum & aliorum, in dictis Literis comprehensorum, Captarum & Firmatarum, &, secundum indigentiam temporum, sæpius prorogatarum, inter eundem, divæ memoriæ, *Dominum & Patrem* nostrum pro parte sua, & *Johannem Ducem Burgundiæ*, Comitem Flandriæ, Consanguineum nostrum, & illos de partibus Flandriæ, ex altera, Franc. 4. H. 5. m. 30.

Eo non obstante quòd Guerra, inter Regnum nostrum Angliæ, & *Adversarium nostrum Franciæ*, adtunc fuerit aperta & exorta,

Continentes Tenores, de verbo in verbum, qui sequuntur,

HEnry, par la Grace de Dieu, *Roy d'Engleterre, & de France, & Seignour d'Irland*, a toutz ceux, qui cestes Lettres verront ou orront, Salutz.

Come, en outre & par dessus, plusours Poins & Articles accordez, par noz Ambassiatours, en nostre Nom, & pour nous, ovesques les Commys de, Haut & Puissant Prince, *le Duc de Burgoigne*, Cont de Flandres, par vertue des Licence, Pouoir, & Auctorite a Luy done par *nostre Adversaire de Fraunce*,

Lesquelles Poins & Articles par nous aient este Confermez,

Pour la Merchandise avoir Cours seurement, par manere de Provision, entre nostre Roialme d'Engleterre, & noz autres Villes, Terres, & Seigneuries, & la dit Paiis de Flandres, les Pelerins d'une couste & d'autre passer & faire lour Pellerinage, les Clers de nostre Roialme aler a Court de Rome pour lour Busoignes, & les Pescheurs generalment aler Pescher sur Meer,

Premiers par l'espace d'un An,

Et depuis Prolonge jusques a Trois ans,

Nous aions aussi accordez, pour ce fait, aucuns autres Poins & Articles, les dites espaces de temps durant,

Suppose & non obstant que la Guerre fust ou serroit ouverte

cor

tius poterit apparere,

Quare, pro parte dicti *Johannis Ducis Burgundiæ* ac Comitis Flandriæ Consanguinei nostri, & illorum de partibus Flandriæ, nobis sæpius fuit cum instantia supplicatum, quatinus in Præmissis & circa Præmissa de celeri & oportuno Remedio curare dignaremur,

Nos igitur,

Post diversas Dietas & Tractatus, varios & satis prolixos, per Ambassiatores nostros, in Villa nostra Calesii, de Mensibus Martii & Aprilis, ultimò elapsis, cum Commissariis præfati *Johannis Ducis Burgundiæ* ac Comitis Flandriæ Consanguinei nostri, de & super hujusmodi Prorogatione & Securitate Mercandisarum, & omnium aliorum, in dictis Litteris Patris nostri comprehensorum, habitos,

Considerantes commoda & utilitatem, quæ ex mutuâ Communicatione hujusmodi Mercatorum, & omnium aliorum, in dictis Literis comprehensorum, provenerunt, ac indies Subditis utriusque Partis poterunt verisimiliter provenire,

* IX. 353. * Ad Dei Laudem, ac Commodum Subditorum Regni nostri Angliæ, ac omnium aliorum Subditorum, Terrarum, Dominiorum nostrorum quorumcumque, ac Subditorum Partium prædictarum Flandriæ,

Eo non obstante quòd Guerra, inter Nos & Regnum nostrum Angliæ, & dictum *Adversarium nostrum* Franciæ, in præsenti sit aparata & exorta,

A quintodecimo die mensis Junii, proximò futuri post datam Præsentium, usque ad quintumdecimum diem ejusdem mensis Junii, Anno revoluto, & sic per unum Annum immediatè sequentem, dictas Treugas, Sufferentias, Provisiones, seu Abstinentias, quocumque nomine censeantur, ac omnes & singulos Articulos eorumdem, aliàs, ut præmittitur, prorogatas, prout & sicut in dictis Litteris, inclitæ recordationis, Domini & *Patris nostri nuper Regis* defuncti, singillatim ac articulatim seriosiùs continentur, ex certa nostra scientia, & deliberato Consilio, nil addito vel mutato de præsenti, jam de novo resumimus, prorogamus, & prolongamus,

Prout inter Ambassiatores pro parte parte nostra, & Commissarios dicti Consanguinei nostri, *Johannis Ducis Burgundiæ* ac Comitis Flandriæ, ultimò, in dicta Villa nostra Calesii, appunctuatum extitit pariter & concordatum:

Promittimus, insuper, bonâ fide, & in verbo veritatis, Nos, Hæredes, & Successores nostros omnes & singulos, præsentium Treugarum, Sufferentiarum, seu Provisionum Prorogationem, ac omnes & singulos Articulos ejusdem benè & fideliter observaturos, & per omnes & singulos Subditos nostros, quantum ad nos pertinet, teneri & firmiter observari, sine violatione quacumque:

Præterea damus, Tenore Præsentium, in Mandatis Admirallo, Custodi quinque Portuum, & omnibus Capitaneis, Senescallis, Ballivis, Castellanis, Præpositis, Majoribus, Custodibus bonarum Villarum, Fortalitiorum, Pontium, Portuum, Passagiorum, & omnibus aliis Justiciariis & Subditis nostris, & ipsorum Locumtenentibus, ac eorum cuilibet, prout eos præsens Negotium tangit, seu tangere poterit quomodolibet in futurum, quòd præsentes Litteras nostras, ac omnia & singula contenta in eisdem, teneant & observent, & ab omnibus & singulis Subditis nostris teneri & observari faciant, secundum earumdem Literarum effectum & tenorem,

Nec permittant, seu permitti faciant, sustineant, seu sustineri faciant quòd Mercatores, ipsorum Factores, Familiares, Magistri Navium, Marinarii, Peregrini, Clerici, Piscatores, & alii, in præsentibus Litteris nostris comprehensi, seu quilibet eorumdem, de una parte & de alia, patiantur Dampnum, Gravamen, vel Injuriam aliquam in Corpore, vel in Bonis, set quòd possint & debeant liberè, benè, & securè uti & gaudere omnibus & singulis Provisionibus & Securitatibus, in præsentibus Literis nostris comprehensis, sine impedimento vel disturbatione quibuscumque, durante Anno prædicto,

Et, si contingat quòd aliquid sit attemptatum, seu dampnificatum, contra præsentium Provisionum, sic Prorogatarum, Tenorem, in corpore, vel in Bonis (quod absit) illud taliter attemptatum, seu dampnificatum, emendent & emendari faciant, prout ad eos & eorum quemlibet pertinet, secundum præsentium Provisionum effectum, & prout Ratio & Justitia de se exigunt & requirunt; ita ut, exemplo hujusmodi Punitionis alii perterriti, similia agere in futurum perimescant,

Et, nè præsentium Sufferentiarum, sic, ut præmittitur, per nos Prorogatarum, Ignorantiæ Affectatores inveniantur, vobis omnibus & singulis, quibus supra, præcipimus & mandamus, quatinus præsentes Treugas, seu Sufferentias, sic, ut præmittitur, per Nos Prorogatas, in locis solitis & consuetis, ac locis aliis, quibus vobis, & cuilibet vestrûm, meliùs videbitur expedire, proclametis & publicetis, seu proclamari & publicari faciatis.

Nos (Confirmationem illam acceptantes) cepimus Fidelitatem ipsius *Electi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, restituimus eidem,

Et ideò tibi præcipimus quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta, in Balliva tua, liberes in forma prædicta.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo septimo die Maii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Essex.
Escaetori Regis in Com. Midd.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Pro Ambassiatoribus Ducis Burgundiæ.

REX, per Literas suas Patentes, usque primum diem Julii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Dominum de Colescamp*, *Willielmum de Stanele* Chivaler, *Bourghgrave de Fourneux*, *Decanum de Liege*, & Magistrum *Georgium d'Ostende* Secretarium, carissimi Consanguinei sui, *Johannis Ducis Burgundiæ*, Ambassiatores sive Nuncios ejusdem Consanguinei sui, in Regno Regis Angliæ, sub salvo Conductu suo, jam existentes, ibidem morando, & perhendinando, & exinde ad partes suas proprias redeundo, necnon Servientes, Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque; Ann. D. 1416. *An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 31.*

Proviso semper quòd prædictus *Dominus de Colescamp*, *Willielmus*, *Decanus* & *Georgius*, ac Servientes sui prædicti, benè & honestè se habeant & gerant erga Regem & Populum suum,

Quodque ipsi quicquam, quod in Regis Contemptum, aut Populi sui Præjudicium, cedere valeat, non attemptent, seu facere vel attemptare præsumant.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo die Maii.

Per ipsum Regem.

De Proclamatione Prorogationis Treugarum Burgundiæ.

REX, Vicecomitibus Londoniæ, Salutem. Ann. D. 1416.

Cùm ultimæ Treugæ, Sufferentiæ, Provisiones, sive Abstinentiæ Quinquenales, *An. 4. H. 5. Claus. 4. H. 5. m. 11. d.*

Pro Securitate Mercandisarum & aliorum, in dictis Sufferentiis comprehensorum,

Inter Dominum *H.* nuper *Regem Angliæ*, Patrem nostrum, pro Parte sua, & *Johannem Ducem Burgundiæ* Comitem Flandriæ, & *illos de Flandria* captæ & initæ,

A quintodecimo die mensis Junii, proximo futuro, usque ad quintumdecimum diem ejusdem mensis, anno revoluto, & sic per unum annum immediatè sequentem, nil addito vel mutato, de præsenti, jam de novo resumptæ, prorogatæ sint, & prolongatæ,

Et quia hujusmodi Prorogationem & Prolongationem Treugarum, Sufferentiarum, Provisionum, seu Abstinentiarum prædictarum, ad Notitiam omnium & singulorum Ligeorum nostrorum, quorum interest, festinanter deduci volumus,

Vobis præcipimus, firmiter injungentes, quod statim, visis præsentibus, dictas Prorogationem & Prolongationem, * in singulis Locis Civitatis prædictæ, & Suburbiorum ejusdem, ubi expediens fuerit & necesse, publicè proclamari faciatis, * IX. 355.

Et eas, sic proclamatas, juxta vim, formam, & effectum earumdem, firmiter & inviolabiliter observari & teneri faciatis;

Et hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xxviij. die Maii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Vicecomiti Villæ novi Castri super Tynam,
Vicecomiti Eborum, &c.

De

et ordinati, ac Vadia sua soluti, pro Quarterio prædicto, adtunc in manibus recepturi;

Illis Personis, quæ Capitanei sive Ductores Hominum ad Arma per Indenturas Nobiscum in præsenti Viagio nostro retentæ existunt, dumtaxat exceptis:

Et hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxviij. die Maii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam, ac Cancellario Comitatus Palatini Lancastriæ, sub eadem Data.

Indentura Ducis Bedfordiæ, pro Servitio Guerræ.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ex Autogr.

CESTE ENDENTURE,

FAIT parentre *le Roy* nostre Soverain Seigneur d'une part, &, son Treschere Frere, *John Duc de Bedford* d'autre part,

TESMOIGN que le *dit Duc* est Retenuz devers nostre dit *Seigneur le Roy*, pur luy accompaigner, en un son Viage, en son propre Persone (Dieu devant) a faire sur la Meer,

Et illoeques lui faire Service de Guerre ovec deux centz Homes d'Armes (dont li mesmes & quinsze Chivalers, & le Remenant Esquiers) & quatrecenz Archers, bien & covenablement Armez & Arraiez, selonc lour Estatz, par le quarter d'un an, a commencer Lundy le vynt & second jour de Juyn prochein venant,

Et prendra le *dit Duc* pur luy mesmes tresze Souldz & quatre Deniers, pur chescun des ditz Chivaliers deux Souldz, pur chescun des ditz Esquiers douſze Deniers, & pur chescun des ditz Archers sys Deniers, le jour, pur lour Gages, durant le susdit Quarter,

Dont avera l'avantdit *Duc* assignement d'estre Payez de les quinzisme & disme de les Layes, Payables a le Pentecost prochein venant, en teilx lieux, come parentre le *dit Duc* & le Tresorer des Guerres du Roy notre dit Seigneur purra estre accordez.

Et avera mesme celui *Duc*, pur luy & ses ditz Genz, Eskippeson as Coustages de nostre *Seigneur le Roy* susdit.

Et serra tenuz le *dit Duc* estre a Port de Suthampton le susdit Lundy, prest pur y faire sa Monstre, deins la Nief des ditz Gens d'Armes & Archers, devant celui qi par nostre dit *Seigneur le Roy* a ce serra deputez & assignez,

Et des Gaignes de Guerre, & de la Prinse des grandz Chieftains (si aucuns * aviegnent) en dit Viage, desouz la fortune de l'avantdit *Duc*, & de ses ditz Genz) avera nostre dit *Seigneur le Roy* ce que a luy appertienra par manere, come ad este cy devant d'auncien temps usee & accustumee. * IX. 356.

En Tesmoignance de quele chose, a la partie de CESTE ENDENTURE, demorante devers nostre *dit Seigneur le Roy* l'avantdit *Duc* ad mys son Seel.

Don. *a Westm.* xxx. jour de May, l'An du Regne du Roy nostre dit Seigneur quart.

Indentura Domini Filz Hugh.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ex Autogr.

CESTE ENDENTURE,

FAIT parentre *le Roy* nostre Soverain Seigneur d'une part, & *Henri Sire Filz Hugh* d'autre part,

TESMOIGNE que l'avant *Sire* est demorez devers nostre dit *Seigneur le Roy*, pur luy accompaignier, en un son Voiage, en sa propre Persone (Dieu devant) a fair sur la Meer,

Et illoeques lui faire Service de Guerre ovec quarante Hommes d'Armes (dont seront lui mesmes & trois Chivalers) & quatre vyntz Archiers, bien & convenablement Armes & Arraiez, selonc leur Estatz, pur le quarter d'un an, a commencer Lundy le vynt & second jour de Juyn prochein venant,

Et prendra le *dit Sire* pur lui mesmes quatre Souldz, & pur chascun des ditz Chivaliers deux Souldz, & pur chascun des ditz autres Hommes d'Armes douſze Deniers, & pur chascun des ditz Archiers sys Deniers, le jour, pur lour Gages, durant le dit quarter,

Dont aura le *dit Sire* Assignement d'estre Paiez de les quinzisme & disme de les Layes, Paiables a le Pentecoste prochein venant, en tielx lieux comme par entre le *dit Sire* & le Tresorer des Guerres du Roy nostre dit Seignur purra estre accordez,

Et aura le *dit Sire*, pur lui & ses ditz Genz, Eskippeson as Coustages de nostre dit *Seigneur le Roy*,

Et serra tenuz le *dit Sire* d'estre au Port de Suthampton le susdit Lundy, prest pur y faire sa Monstre, deinz la Nief des ditz Gens d'Armes & Archiers, devant celui qi par nostre dit *Seigneur*

Edmundo Comite Marchiæ,
Thoma Comite Sarum, &c.
Cum Briano Stapleton,
Thoma Rokeby,
Hartonk van Clux, &c.

Super Jocalibus, ad Bellum de Agencourt deperditis.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Pat. 4. H. 5. m. 17.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd cùm,

Ut accepimus,

Unum Salarium de Auro,

Cum ligulis & colaribus enamelatum,

Et una longa Serpentina, per Pondus Troie, duas Libras & undecim Uncias ponderantia, Libra ad sexdecim Libras, & uncia ad viginti & sex Solidos & octo Denarios, quæ quadraginta & sex Libras, Tresdecim Solidos, & quatuor Denarios,

Tresdecim Cocliaria albi Argenti, cum parvis Coronis Signata, per idem pondus unam Libram tres Uncias & dimidiam ponderantia, Libra ad triginta Solidos, & uncia ad duos Solidos & sex denarios, quæ triginta & octo Solidos, & novem Denarios,

* Tria Salaria argenti deaurata, cum Cooperculis in Pomellis cum Cignis enamelatis signata, per prædictum Pondus septem Libras & septem Uncias ponderantia, libra ad sexaginta Solidos, & uncia ad quinque Solidos, quæ viginti & duas libras, & quindecim Solidos, * IX. 357.

Unum Cocliar argenti albi, cum una parva Corona signatum, per dictum Pondus unam Unciam ponderans, quæ duos Solidos & sex Denarios.

Unum Cocliar auri non signatum, per idem Pondus duas Uncias & septem Denarios & unum Obolum ponderans, uncia ad viginti & sex Solidos & octo Denarios, & Pondus Denarii ad sexdecim Denarios, quod sexaginta & tres Solidos & quatuor Denarios,

Sex Cocliaria albi argenti non signata, per dictum Pondus sex Uncias & unum Quarterium ponderantia, Uncia ad duos Solidos & sex Denarios quæ quindecim Solidos, septem Denarios, & unum Obolum,

Et septem Cocliaria albi argenti non signata, per idem Pondus sex Uncias & tria quarteria Ponderantia, Uncia ad duos Solidos & sex Denarios, quæ sexdecim Solidos, decem Denarios, & unum Obolum attingunt,

Et quæ ad sexaginta & sexdecim Libras, & quinque Solidos, & quinque Denarios in toto attingunt,

De tempore, dilecti & fidelis militis nostri, *Rogeri Leche*, nuper Thesaurarii Hospitii nostri, & in onere, dilecti Servientis nostri, *Johannis Haregrove* Servientis Panetriæ nostræ,

Necnon unum Salarium Auri, operis de Morask, de duabus Amatistes garnisatum, una Perula Scotiæ in summitate, & de pluribus parvis Garnades Rubeis & Viridibus, pretii decem Librarum in Moneta,

De *Episcopo Norwici* extra domum Jocalium recepta,

Ad Bellum de Azencourt perdita fuissent,

Ac etiam idem *Johannes* in Arreragiis de Compotis suis Officii sui prædicti, tempore quo Princeps eramus, & postmodum erga Nos sit incursus; videlicet,

De undecim Libris decem & octo Denariis, & uno Obolo, tempore *Simonis Bache*, adtunc Thesaurarii Hospitii nostri,

De quatuor Libris, sex Solidis, octo Denariis, & uno Obolo, & uno Quadrante in diversis Summis, tempore *Johannis Iklyngton* nuper separatim Thesaurarii,

De quatuor Libris, duodecim Solidis & sex Denariis in diversis Summis, tempore *Thomæ More* nuper Thesaurarii,

Et de viginti & una Libris, decem & novem Solidis, tempore præfati *Rogeri Leche*, nuper Thesaurarii Hospitii nostri supradicti,

Nos (ad Honorem & Reverentiam Dei, & diei Parasceves, de Gratia nostra speciali) pardonavimus & relaxavimus præfato *Johanni Haregrove*, tam omnia prædicta Vassellamenta Auri & Argenti, sic ad Bellum prædictum perdita, quàm dicta Arreragia, nobis sic, ex causa Officii sui prædicti, de tempore quo Princeps eramus, & postmodum incursa,

Volentes quòd idem *Johannes Haregrove* de Parcellis prædictis erga Nos & Hæredes nostros quietus sit & exoneratus imperpetuum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De

Annum sequentem prorogari, prout de facto per Nos sunt proro-
gatæ,

Dictæque Treugæ seu Sufferentiæ, sic, ut præmittitur, per Nòs Prorogatæ, debeant, in Locis solitis & consuetis, per Regnum nostrum, ac Terras, & Dominia quæcumque nobis subdita, publicari & proclamari,

Nosque, volentes dicta Appunctuamenta, inter nostros Ambassiatores & vos sic facta, quantum ad nos pertinet, observari, dictarumque Treugarum Prorogationis Proclamationem, in Locis solitis & consuetis, per nostros Ministros, juxta dictorum Appunctuamentorum Tenorem, fieri fecimus realiter & cum effectu.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri fecimus testimoniales.

Dat. *in Palatio Regis Westmonasterii* primo die mensis Junii, Anno Domini millesimo, quadringentesimo, decimo sexto, & Regni nostri quarto.

De Confirmatione pro Hospitalario Sancti Andreæ, Burdegaliæ.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Vasc.* 4. *H.* 5. *m.* 19.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes Domini *H.* nuper *Regis Angliæ*, Patris nostri, factas in hæc verba,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ*, Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes, Carissimi Patris nostri, *Johannis Ducis Acquitanniæ & Lancastriæ*, factas in hæc verba,

Johan, Filz de Roy d'Engleterre, Duc de Guyenne & de Lancastre, Conte de Derby, de Nicole, & de Leycestre, Seneschalle d'Engleterre, a toutz iceulx, qi cez noz Lettres verront ou orront, *Savoir faisons* que Nous,

A la humble Supplicacion de *Johan Guibon*, Hospiteler del Hospitel de Seint Andrieu, deinz nostre Citee de Bourdeux, pur l'oneur & reverence de Dieu, par voie d'Almoigne, & de nostre Grace especiale,

Tantcome en Nous est, avons donne & graunte, donnons & ottroions par ces Presentes, Perpetuelment au mesme *Johan Guibon*, Hospiteler du dit Hospitel, & ses Successours, Hospitelers de mesme l'Ospitel, a la Sustenacion de les poueres en icel, qu'ilz puissent accustumer franchement les Vyns de les propres Vinhas, Rendas, & Dismes que fount au present, & serrount paravant au dit Hospitel regardantz, Jusques a la Somme de Vynt Tonelx, saunz paier ascune Custume ne Issec a nostre Chaistel de Bourdeux,

Si Mandons a nostre Conestable de Bourdeux, q'orest, & qi pur le temps serra, que deca en avant il souffre le dit *Johan Guibon*, Hospiteler du dit Hospitel, & ses Successours, Hospitelers d'icel, enjoier paisiblement de nostre Graunt & Ottroie avantditz, saunz ascun contradiction ou empeschement quelxconqes.

En Tesmoignance de quele chose nous avons fait faire cez noz Lettres Patentz.

Don. soubz nostre Seel, a nostre *Citee de Bourdeux*, le quinzisme jour d'Octobre, l'An de Grace mille, trois cens quatrevyns, & quinzisme.

Nos autem, Donationem & Concessionem prædictas Ratas habentes & Gratas, eas, pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, acceptamus, approbamus, & præfato Hospitalario & Successoribus suis prædictis concedimus & confirmamus, sicut Literæ prædictæ rationabiliter testantur,

Et præterea,

Volentes eidem *Hospitalario* in hac parte Gratiam facere uberiorem,

De Gratia nostra speciali, & ad Supplicationem Pauperum prædictorum, concessimus eidem Hospitalario, & Successoribus suis prædictis, quòd ipsi, ultra prædicta viginti dolia Vini, alia viginti dolia Vini de propriis Vineis, Redditibus, & Decimis, qui nunc sunt, vel qui pro tempore erunt, prædicti Hospitalis in forma prædicta, liberè & quietè accustumare possint, absque Custuma &
* IX. 359. Issac Solutione quacumque, * dicto Castro nostro Burdegaliæ indc fiendis.

Data in *Palatio nostro apud Westmonasterium*, sub Magni Sigilli nostri testimonio, undecimo die Aprilis, Anno Regni nostri primo.

Nos autem, Literas prædictas Ratas habentes & Gratas, eas, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, acceptamus, approbamus, ac nunc *Hospitalario*, & Successoribus suis, Tenore Præsentium, de Gratia nostra speciali, concedimus & confirma-

Sciatis quòd,

Cùm nuper, Excellentissimus & Dominus noster, Dominus *Henricus*, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ Rex* dedisset & concessisset *Johanni Ayrally* quondam Armigero, propter grata Obsequia, quæ eidem Regi & Coronæ Angliæ idem Johannes Airalli Armiger impenderat, & impendere sperabat in futurum, omnes Terras, Hæreditates, Census, Redditus, Obventiones, Proventus, & Possessiones quascumque, quas *Ramundus G. den Gotz*, Dominus de Castro en Dorte, in Diœcesi Burdegaliæ, habebat, & tenebat, atque possidebat, propter Rebellionem, per dictum *Dominum de Castro en Dorta* tunc commissam contra Dominum nostrum Regem prædictum, & hoc dictus *Dominus Rex* sibi concessisset ad Terminum Vitæ suæ, prout in Patentibus Literis, sibi in hac parte concessis, pleniùs continetur,

Dictusque *Johannes Ayralli* condam decesserit, & de præsenti dictæ Terræ, Hæreditates, Census, Redditus, Obventiones, Proventus, & Possessiones prædictæ, per ipsius Obitum, ad Dominum nostrum Regem hodiernum pervenerint,

Ea propter, attentis laudabilibus & gratis Servitiis, quæ *Bernardus de Podio* Armiger Domino nostro Regi prædicto in suis Guerris impendit, & etiam nobis curiosè per ipsum factis, & quæ indesinenter Nobis impendet, dictas Terras, Hæreditates, Census, Redditus, Obventiones, Proventus, & Possessiones quascumque, quas dictus *Johannes Ayralli* condam in Vita sua tenebat & possidebat, dicto *Bernardo*, si & quantum in Nobis est, tanquam benè merito, de avisamento Concilii regii Burdegaliæ, dedimus & concessimus, atque damus & concedimus per Præsentes de Gratiâ nostrâ speciali, ad Terminum Vitæ suæ, usque ad valorem sex Librarum Sterlingorum Monetæ Angliæ per Annum,

Proviso quòd de superplusagio, Anno quolibet, teneatur Constabulario Burdegaliæ respondere,

Dantes in Mandatis Constabulario prædicto ut ipse per se, seu alium ad hoc deputatum, dictum *Bernardum* in Possessionem pacificam & quietam dictarum Rerum, sibi per Nos Donatarum, ut præmittitur, ponant & inducant, & Inductum defendant; amoto ab inde quolibet alio Detentore, & nostrâ præsenti Gratiâ ipsum gaudere faciant, quum ita fieri volumus & jubemus

In quorum omnium & singulorum fidem & Testimonium Sigillum nostrum his Præsentibus duximus apponendum.

Dat. *Burdegaliæ* sexto die mensis Decembris, Anno Gratiæ millesimo quadringentesimo tertiodecimo, Et Anno Regni metuendissimi Regis *Henrici Quinti* primo.

* Nos autem, Literas prædictas Ratas habentes & Gratas, eas, * IX. 360.
pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, acceptamus, approbamus, & præfato *Bernardo*, Tenore Præsentium, concedimus & confirmamus, prout Literæ prædictæ rationabiliter testantur; ita semper quòd idem *Bernardus*, pro Termino vitæ suæ, cum aliquo alio, præterquam Nobiscum, non retineatur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Junii.

Pro duabus Marcis solutis in Hanaperio.

Pro Domino de Lyne Prisonario.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Sancti Michaelis proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Johannem Dominum de Lyne*, Prisonarium, carissimi Consanguinei Regis, *Richardi Comitis Oxoniæ*, infra Regnum Regis Angliæ jam existentem, cum uno Famulo suo in Comitiva, versus partes Franciæ transeundo, & exinde in dictum Regnum Regis Angliæ se divertendo & redeundo, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Franc.* 4. *H.* 5. *m.* 24.

Proviso semper quòd prædictus *Johannes* ac Famulus suus prædictus benè & honestè se habeant & gerant erga Regem & Populum suum,

Quodque ipsi quicquam, quod in Regis contemptum, aut Populi sui Dampnum, cedere valeat, non attemptent, aut facere vel attemptare præsumant, quovis modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, tertio die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro Servientibus Ducis de Burbon.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Ibid.*

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Sancti Johannis Baptistæ proximo futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem & De-

vientes suos, in Regnum nostrum Angliæ, ac Dominia & Jurisdictiones nostra quæcumque, cum Carrakis, Galeis, Navibus, & aliis Vasis suis, tàm per Terram, quàm per Aquam, conjunctim, vel divisim, veniendo, ibidem morando, perhendinando; Bona & Mercandisas sua ibidem vendendo; ac Lanas, Pannos laneos, Stannum, & alias Mercandisas emendo; & de eisdem Regno, Dominiis, & Jurisdictione, cum Carrakis, Galeis, Navibus, Vasis, Bonis, Mercandisis, & Hernesiis suis, quotiens sibi placuerit, transeundo, & redeundo; ac Carrakas, Galeas, Naves, & Vasa hujusmodi, necnon Patronos, Marinarios, & Servientes eorum, ac Bona, Mercandisas, & Hernesia sua quæcumque; Ita quod ipsi Bona, Merces, & Mercandisas * sua, infra Regnum, Dominia, &
* IX. 361. Jurisdictiones nostra prædicta, per ipsos adducenda & non vendita, quocumque sibi placuerit, absque Custumis, Subsidiis, aut aliis Deveriis, ad opus nostrum inde capiendis seu solvendis, ducere possint;

Et ideò Vobis mandamus quòd ipsos Mercatores de Venitia, ac Factores, Attornatos, & Servientes suos, in Regnum nostrum prædictum, ac Dominia & Jurisdictiones nostra quæcumque, cum Carrakis, Galeis, Navibus, & aliis Vasis suis, tam per Terram, quam per Aquam, conjunctim, vel divisim, veniendo, ibidem morando, perhendinando; Bona & Mercandisas sua ibidem vendendo; ac Lanas, Pannos laneos, Stannum, & alias Mercandisas emendo, & de eisdem Regno, Dominiis, & Jurisdictione, cum Carrakis, Galeis, Navibus, Vasis, Bonis, Mercandisis & Hernesiis suis, quotiens sibi placuerit, transeundo & redeundo; ac Carrakas, Galeas, Naves, & Vasa hujusmodi, necnon Patronos, Marinarios, & Servientes eorumdem, ac Bona, Mercandisas, & Hernesia sua quæcumque; Ita quod ipsi Bona, Merces, & Mercandisas sua, infra Regnum, Dominia, & Jurisdictiones nostra prædicta, per ipsos adducenda & non vendita, quotiens sibi placuerit, absque Custumis, Subsidiis, aut aliis Deveriis, ad opus nostrum inde capiendis seu solvendis, ducere possint, Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis,

Non inferentes eis, vel, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod seu Gravamen,

Et, siquid eis forisfactum sive injuriatum fuerit, id eis, sine dilatione faciatis corrigi & debitè reformari,

Proviso semper quòd Carrakæ, Galeæ, Navés, & Vasa prædicta de Amicitia nostra existant, ac Mercatores, Factores, & Attornati eorumdem legales exerceant Mercandisas ac Custumas, Subsidia, & alia Deveria, Nobis in hac parte debita, de tempore in tempus, fideliter solvant, quodque etiam iidem Mercatores, Factores, Attornati, Patroni, Marinarii, & eorum Servientes, Ligeis nostris pro Victualibus ab eis emptis & emendis satisfaciant; & quod aliqua Bona seu Mercandisas aliquorum Inimicorum nostrorum, Colore Bonorum & Mercandisarum suorum propriorum, in Carrakis, Galeis, Navibus, & Vasis hujusmodi non carcent, nec ea Venditioni exponant, sub Forisfactura eorumdem.

In cujus, &c. per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, quinto die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro Vitellatione Calesii & Marchiarum.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 24.

REX, Universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Intimè affectantes salvam & securam Custodiam ac Munitionem Villæ nostræ Calesii, & Marchiarum nostrarum ibidem,

Volentesque providè pro Stuffura & Vitellatione earumdem Villæ & Marchiarum, & præsertim tempore instantis Guerræ, ordinare & providere, ut tenemur,

Assignavimus & ordinavimus quandam *Navem*, *vocatam la Marie Godshipp de Cicestria*, quandam *Balingeram vocatam la Berrnce de Arundella*, quandam *Balingeram vocatam la Marie de Cicestria*, & quandam *Balingeram vocatam Lytell John Blake*, ac Magistros Marinarios & Servientes earumdem, ad omnimoda Stuffuram & Victualia, pro Villa & Marchiis prædictis necessaria, & ad Usum & Proficuum earumdem Villæ & Marchiarum empta & provisa, & exnunc emenda & providenda, usque Villam & Marchias prædictas, de tempore in tempus, quotiens opus fuerit & necesse, traducenda & carianda;

Et ideo vobis mandamus quod præfatos Magistros & Marinarios omnimoda Stuffuram & Victualia, pro dictis Villâ & Marchiis necessaria, & ad Usum & Proficuum earumdem Villæ & Marchiarum, ut prædictum est, empta & provisa, & exnunc emenda & providenda, in Navi & Balingeris prædictis, de tempore in tempus, quotiens opus fuerit & necesse, carcare, & ea sic nando, necnon Bona, Res & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quod idem *Willielmus* quicquam, *&c. ut in hujusmodi de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, undecimo die Junii.

Per ipsum Regem.

Post varios Tractatus cum Rege Romanorum & Duce Holandiæ, super viis & modis Pacis, habitos absque effectu, de Viagio Regis proclamando.

REX, Vicecomiti Kantiæ, Salutem. Ann. D. 1416.

Cum Nos (ut novit Deus) de tempore quo, sui Gratiâ, Regni nostri Gubernacula suscepimus, in votis semper gesserimus præcipuis ea, quæ Pacis forent, multis inducti causis & materiis, procurare, An. 4. H. 5. Claus. 4. H. 5. m. 21. dors.

Ac, serenissimus & excellentissimus Princeps, Fraterque noster præcarissimus, *Rex Romanorum* semper Augustus, ac, Consanguineus noster illustris, *Dux Holandiæ*, pro Bono Pacis hujusmodi (ut Pacis Principes & Zelatores) intuitum dirigentes, penes Personam nostram se nuperimè personaliter diverterint,

Dictique Principes nobiscum, super diversis Viis & modis Pacis & Concordiæ, inter *Nos* & *Adversarium nostrum Franciæ* optinendæ, Tractatus habuerunt multiplices & diversos,

Inter quos Tractatus, quòd Custodia Villæ nostræ de Harflieu in eorumdem Principum *Regis Romanorum* & *Ducis Holandiæ* manibus poneretur, per Avisamentum Procerum & Magnatum Regni nostri Angliæ, nobiscum existentium, ad certum tempus habenda, Appunctuatum fuerat & concordatum,

Sub certis tamen Securitatibus & Conditionibus, Nobis & Regno nostro honorabilibus & oportunis,

Quæ quidem Securitates & Conditiones, absque assensu certorum Dominorum Captivorum nostrorum, & aliorum Dominorum de Francia, in eodem Regno nostro ad præsens existentium,

Qui hujusmodi Securitates & Conditiones facere & perimplere, pro posse suo, omnino renuunt & recusant,

Tam dictos Principes *Regem Romanorum* & *Ducem Holandiæ*, quam *Nos*, pro Viribus suis deludere & subdolè defraudare machinantes,

Effectum debitum sortiri non poterunt in præsenti,

Quapropter Iter nostrum, pro Rescussione & Defensione Villæ nostræ prædictæ, cum omni Festinatione possibili, juxta prius Propositum nostrum, in propria Persona nostra, arripere intendimus, Deo Duce,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, in singulis Locis Comitatus prædicti, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè ex parte nostra proclamari facias,

Quòd, tam omnes & singulæ Personæ, quæ Capitanei sive Ductores Hominum ad Arma, per *Indenturas* nobiscum, in præsenti Viagio nostro, Retentæ existunt, cum numero Personarum juxta formam Retinentiæ suæ hujusmodi, quàm omnes & singuli Milites, Armigeri, & Valetti, qui aliqua * Feoda sive Annuitates de * IX. 363.
Nobis ad Terminum Vitæ suæ habent sive percipiunt, sub Forisfactura eorumdem, sint, in propriis Personis suis, ad Villam Suthamptoniæ, die Mercurii proximo post Festum Sancti Johannis Baptistæ proximò futurum ad ultimum, ad proficiscendum nobiscum supra Mare, benè & competenter, juxta Statûs sui exigentiam, Arraiati & Muniti, ac de Victualibus pro Quarterio unius Anni tunc proximò sequente sufficienter provisi & ordinati, iidem Milites, Armigeri, & Valetti Vadia sua ibidem, pro Quarterio prædicto, adtunc in manibus recepturi, aliquâ aliâ Proclamatione, in contrarium factâ, non obstante; & hoc nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo tertio die Junii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam, ac Cancellario Comitatûs Palatini Lancastriæ sub eadem Data.

De non transeundo versus Partes exteras.

REX, Constabulario Castri sui Dovorriæ, ac Custodi Quinque Portuum nostrorum, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem. Ann D. 1416.

Quibusdam certis de Causis, nos specialiter moventibus, vobis mandamus, firmiter injungentes, nè aliquas Personas (cujuscumque Statûs, Gradûs, seu Conditionis fuerint) in aliquo Portuum prædictorum, seu aliis Locis eisdem Portubus adjacentibus, versus An. 4. H. 5. Claus. 4. H. 5. m. 19.

m. 24. que inveniri poterunt, tam infra Civitatem nostram Londoniæ, quàm alibi, sine dilatione Capiendum & Providendum;

Ex ideò vobis Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, ac aliis Officiariis, Ministris, & Ligeis nostris, tam infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, & alteri vestrûm, in Executione Præmissorum Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quarto die Junii.

Per ipsum Regem.

De Rege in Portu Suthamptoniæ expectando.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Claus.* 4. *H.* 5. *m.* 19.

REX, carissimo Consanguineo suo, *Edwardo Courtenay* Chivaler, Salutem.

Quibusdam certis de Causis, Nos ad præsens specialiter moventibus, vobis Mandamus, firmiter Injungentes, quòd universa & singula Naves & alia Vasa, de partibus Occidentalibus, ac Magistros & Marinarios eorumdem, in Portu Villæ nostræ Suthamptoniæ, * ac Soldarios in eadem Villa existentes, usque Adventum nostrum ad Villam prædictam, ibidem morari & expectari faciatis; * IX. 364.

Et hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro Archiepiscopo Remensi.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Franc.* 4. *H.* 5. *m.* 25.

REX, per Literas suas Patentes, per Viginti & Quinque Dies proximò futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Venerabilem in Christo Patrem, *Reginaldum Archiepiscopum Remensem*, in Regno Regis Angliæ jam existentem, unà cum Triginta Personis in Comitiva sua, versus partes Franciæ transeundo & proficiscendo, & exinde in dictum Regnum Regis Angliæ veniendo, ibidem morando & perhendinando, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quòd prædictus Archiepiscopus & Personæ prædictæ benè & honestè se habeant, *&c. ut in hujusmodi Literis de Conductu.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro Ambassiatoribus Ducis Burgundiæ.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Ibid.*

REX, per Literas suas Patentes, usque Octavum Diem Julii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem & Defensionem suas speciales, *Jacobum de Liternelde* Dominum de Boolscampe, *Guillermum de Stanles* Burgravum Furnen. Milites, *Henricum Goedhals* Decanum Leodiensem, Consiliarios, & *Georgium de Orstende*, Secretarium, carissimi Consanguinei Regis, *Johannis Ducis Burgundiæ*, Ambassiatores sive Nuncios ejusdem Consanguinei Regis, in Regno Regis jam existentes, ibidem morando & perhendinando, & exinde ad partes suas proprias redeundo, necnon Servientes, Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quòd prædicti *Dominus de Boolscamp*, *Guillermus*, *Henricus* & *Georgius*, ac Servientes sui prædicti, benè & honestè se habeant & gerant, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo quarto die Junii.

Per ipsum Regem.

De Confirmatione Coloniensis Tractatus.

Ann D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Ibid. m.* 12.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd INSPEXIMUS alteram Partem cujusdam INDENTURÆ,

[illegible] Archidiaconum Dunelmensem, Serenissimi & Metuendissimi Principis, *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis * Angliæ & Franciæ, ac Domini Hiberniæ*, Commissarios & Deputatos ex una, *&c. prout supra in Tractatu Coloniensi*, *Dat.* 10. *Maii*, *tunc sic*, * IX. 365.

Nos autem, Concordias prædictas, ac omnia alia Præmissa, in INDENTURA prædicta contenta, Rata habentes & Grata, ea, pro parte nostra, Approbamus, Ratificamus, &, Tenore Præsentium, Confirmamus.

In cujus, &c.

Dat. &c. xxv. die Junii.

Pro Secretario Regis Navarræ.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Vasc.* 4. *H.* 5. *m.* 18.

REX, dilectis sibi, Majori, Scabinis, Juratis, Præpositis, ac aliis Officiariis & Ministris nostris Civitatis nostræ Baionæ, Salutem.

Mandamus vobis, firmiter Injungentes, quòd quandam *Balingeram vocatam Seint Piere*, in qua Magister *Garcie*, *Secretarius Regis Navarræ*, usque Civitatem prædictam est transiturus, quamcito idem *Garcie* in Portu Civitatis prædictæ applicuerit, cum omni diligentia vestra, in eodem Portu, usque Reditum suum à partibus Navarræ, salvò & securè custodiri, ac præfato *Garcie*, pro celeriori Adventu suo penes Personam nostram in Angliam, liberari faciatis; & hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Junii.

De Jocalibus Regis Romanorum absque Custuma reportandis.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Claus.* 4. *H.* 5. *m.* 19.

REX, universis & singulis Custumariis & Custodibus Passagii in singulis Portubus Regni nostri Angliæ, ac Scrutatoribus in eisdem Portubus, Salutem.

Mandamus vobis quòd *Philippum Saly* de Florentia quandam Cofinam de Corio, cum diversis Jocalibus,

Sigillis, Serenissimi & Excellentissimi Principis, *Regis Romanorum*, Fratris nostri carissimi, & Thesaurarii sui sigillatam,

Versus partes Transmarinas portare, & mittere eandem Cofinam, quandocumque sibi placuerit,

Licet ad Reportationem ejusdem Sigillum dicti Regis fractum fuerit, ita quòd Sigillum prædicti Thesaurarii desuper existat,

Absque Custuma seu Subsidio, ad opus nostrum inde capiendis, liberè & absque impedimento aliquo, reportare & remittere permittatis;

Aliquo Mandato nostro, vobis in contrarium directo, non obstante.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo septimo die Junii.

Per ipsum Regem.

De Tractando, super Treugis Franciæ, ad Complacentiam Regis Romanorum & Ducis Bavariæ.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Franc.* 4. *H.* 5. *m.* 25.

REX Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem, & Fidem indubiam præsentibus adhibere.

Cùm Serenissimus in Christo Princeps, Dominus *Sigismundus*, Dei gratiâ, *Romanorum Rex* semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmaciæ, & Crowaciæ, &c. Rex, & Magnificus *Dux Willielmus de Bavaria*, Comes Hanoniæ, Holandiæ, & Zelandiæ, & Dominus Frisiæ, Consanguineus noster carissimus, penes Nos, pro Bono Pacis & Concordiæ finalis, inter Nos & *Adversarium nostrum Franciæ* feliciùs pertractandæ & finaliter concludendæ (suis non parcentes Laboribus & Expensis) cum diligentia affectuosa institerunt,

Ipsique considerantes Pacem hujusmodi finalem pertractari non posse nisi essent aliquæ Treugæ inter Regna prædicta, quibus durantibus posset dictum Negotium Pacis finalis feliciùs pertractari,

Hinc est quòd Nos,

Ob reverentiam Dei, qui ad Pacem firmandam Bellum spontaneus iniit, ac ad evitandum Sanguinis Christiani effusionem, & ad Complacentiam ipsorum Dominorum *Regis* & *Ducis*,

De Prudentia, Circumspectione, Fidelitate, & Industria, dilectorum & fidelium * nostrorum, *Radulphi Rochefort* Militis, & *Roberti Waterton* Domicelli, ac Magistri *Philippi Morgan* utriusque Juris Doctoris, Consiliariorum nostrorum, plenariè confidentes, * IX. 366.

Ipsos

[illegible] quoscumque,

Et ipsas Treugas, inter ipsos Ambassiatores nostros, aut Duos eorumdem, ac dictum Adversarium nostrum Franciæ, seu Deputatos, vel Deputandos ab eodem, sic, ut præmittitur, capiendas & concordandas, par omnia Regna, Terras, & Dominia nostra quæcumque, Publicari & Proclamari faciendi ubicumque opus fuerit,

Necnon Jurandi in Animam nostram quòd dictas Treugas, sic, ut præmittitur, captas & concordatas, observabimus, &, quantum ad Nos pertinet, per Subditos nostros observari faciemus,

Ac etiam, ut prædictæ Treugæ, sic captæ, initæ, & concordatæ, firmiùs atque inviolabiliùs observentur seu conserventur, tam per Terram, Aquas, quàm per Mare, ad Faciendum, Ordinandum, & Deputandum tot & tales Conservatores & Judices dictarum Treugarum, generales & speciales, & in tanto Numero, prout & sicut eis meliùs videbitur expedire,

Qui quidem Conservatores habeant Potestatem sufficientem Corrigendi & Reformandi totum & quicquid contra dictas Treugas Attemptatum seu Malefactum fuerit,

Necnon cætera omnia & singula Faciendi, Exercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis & quolibet Præmissorum necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Et Promittimus, in bonâ fide & in verbo Regio, ad Tenendum, & teneri faciendum, Firmum, Ratum, & Stabile totum & quicquid per dictos Ambassiatores nostros, aut Duos eorumdem, Actum, Factum, seu Gestum fuerit in Præmissis, seu quolibet Præmissorum,

Et quòd Nos Concedemus & Faciemus, seu fieri faciemus, Literas Confirmatorias, sub Magno Sigillo nostro, de & super omnibus & singulis Articulis & Appunctuatis, de quibus inter eosdem fuerit appunctuatum & concordatum, & de exequendo eadem cum debita diligentia, secundum formam & tenorem eorumdem, in quantum Nobis est & ad Nos pertinet,

Et hæc Promittimus etiam sub Cautione & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, ita quòd nunquam, per Nos vel nomine nostro, dicemus, faciemus, aut proponemus, in Judicio vel extra, quicquam in contrarium,

Mandantes omnibus Justiciariis & Subditis nostris, quatinus dictis Ambassiatoribus & Deputatis nostris, ac eorum Literis & Mandatis, Obediant & Intendant diligenter.

In cujus rei testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio nostro Westmonasterii* vicesimo octavo die Junii.

Per ipsum Regem.

Consimilis Commissio, ad eorumdem Complacentiam, ad Tractandum super Conventione Regis cum Adversario Franciæ.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ibid. m. 13. * IX. 367.

REX omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem, & Fidem indubiam præsentibus adhibere.

Cùm, Serenissimus in Christo Princeps, Dominus *Sigismundus*, Dei gratiâ, *Romanorum Rex* semper Augustus, ac Hungariæ, & Crowaciæ, * &c. Rex, ac Magnificus Dux *Willielmus de Bavaria*, Comes Hanoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ, & Dominus Frisiæ, Consanguineus noster carissimus, penes Nos, pro Bono Pacis & Concordiæ finaliter concludendæ (suis non parcentes Laboribus & Expensis) cum diligentia affectuosa institerunt,

Ipsique considerantes Pacem hujusmodi finalem effectualiter pertractari non posse, nisi Nos & dictus Adversarius noster Franciæ personaliter, de & super hujusmodi Pace finali, certis Die & Loco, primitùs conveniremus,

Hinc est quòd dicti, Dominus *Rex Romanorum*, & *Dux Willielmus*, desideràrunt quòd *Nos* cum dicto *Adversario nostro*, aut nostri Ambassiatores seu Commissarii, de Sanguine nostro, sufficienter per nos deputandi, cum Commissariis de Sanguine Adversarii nostri prædicti, legitimè, prout subsequitur, Deputandis, propter Causam præmissam, & aliàs in eventum, pertractandam, ut præmittitur, Conveniremus, Communicaremus, Tractaremus, &, ut speratur, finaliter Concluderemus, ac Convenirent, Communicarent, Tractarent, &, ut speratur, finaliter Concluderent,

Nos igitur,

Ob reverentiam Dei,

Considerantes Dampna irreparabilia quæ Guerrarum Voragines, per nonnulla Annorum Curricula, deduxerunt, & deducent verisimiliter in futurum, si Remedium in ea parte congruum nullatenus apponatur,

Et ad finem quòd Nos, tempore nostro, nostris Subditis perpetuam Pacem præparemus,

Et ad Complacentiam dictorum Dominorum *Regis & Ducis*,

Seu,

Si Nos notabili infirmitate impediti fuerimus, seu dictus Adversarius noster consimili infirmitate Impeditus fuerit (quod absit) quominus, ut subsequitur, Locis & Diebus, inter dictos Ambassiatores nostros, aut Duos eorumdem, & dictum *Adversarium nostrum*, seu ejus Deputatos, vel Deputandos, interesse poterimus, seu interesse poterit,

Tunc ad Concludendum de & super Conventione Ambassiatorum & Commissariorum nostrorum, de Sanguine nostro, sufficienter per Nos deputandorum, & Commissariorum ab Adversario nostro prædicto, de Sanguine suo, legitimè deputandorum & assignandorum, certis Locis & Diebus, in Marchiis Picardiæ, modo, viâ, & formâ honestioribus Conventionis hujusmodi, quibus eis, aut Duobus eorumdem, meliùs videbitur expedire,

Necnon cætera omnia alia & singula Faciendi, Exercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna,

Et Promittimus, in bonâ fide & in verbo Regio, ad Tenendum firmum & stabile totum & quicquid per dictos Ambassiatores nostros, aut Duos eorumdem, in Præmissis, vel aliquo Præmissorum, factum fuerit,

Et quòd Nos Concedemus & Faciemus, seu fieri faciemus, Literas Confirmatorias sub Magno Sigillo nostro, super omnibus & singulis Articulis & Punctis, de quibus inter eos fuerit concordatum, & de exequendo eadem cum debita diligentia, secundum formam & tenorem eorumdem, quantum ad nos pertinet.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio Regis Westmonasterii*, vicesimo octavo die Junii.

Per ipsum Regem.

---

* *Super Litera missiva Hominum Villæ de Ipres, Comiti Dorsetiæ directa.* * IX. 368.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 25.

REX, per Literas suas Patentes, per Duos Menses, proximò futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Johannem Giele*, Nuncium Villæ de Ipres in Flandria, in Regno Regis Angliæ existentem, versus Villam Regis de Hareflu, cum quadam Literâ missivâ, Hominum de Flandriâ, carissimo Avunculo Regis, *Thomæ Comiti Dorsetiæ*, Capitaneo Villæ Regis prædictæ, eidem Avunculo Regis liberandâ, directâ, transeundo, ibidem morando, & in dictum Regnum Regis Angliæ redeundo, ac exinde versus partes suas proprias transeundo, ac Bona, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quòd idem *Johannes* erga Regem & Populum Regis benè & honestè se habeat & gerat,

Quodque ipse quicquam, quod in Regis seu Populi Regis Dampnum vel Præjudicium cedere valeat, non attemptet, seu attemptare præsumat, ullo modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, quinto die Julii.

Per ipsum Regem.

Super Temporalibus Episcopatus Norwicensis.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Pat. 4. H. 5. m. 19.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos, Vicesimo die Novembris, proximò præterito, Concesserimus, Venerabilibus Patribus, *Henrico Episcopo Wyntoniensi*, *Thomæ Episcopo Dunolmensi*, *Johanni Rothenale* Militi, *Johanni Spenser* Armigero, & *Edmundo Oldhalle* Armigero, Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Norwicensis, in Manibus nostris, ratione Vacationis ejusdem Episcopatûs, tunc existentium,

Habendam, à Festo Sancti Michaelis, tunc proximò præterito, unà cum quibuscumque Redditibus & Servitiis, tam Liberorum tenentium, quam Nativorum ejusdem Episcopatûs, Nobis de vel pro dicto Festo Sancti Michaelis qualitercumque debitis, & dicto Episcopatui pertinentibus,

Hujusmodi Redditibus, de Villa de Lenn Episcopi provenientibus, & Nobis de vel pro dicto Festo Sancti Michaelis debitis, dumtaxat exceptis,

Quamdiu Temporalia illa ex causa prædicta in manu nostra contingerent remanere,

Reddendo inde Nobis, ad Scaccarium nostrum, prout inter Thesaurarium Angliæ, pro tempore existentem, & præfatos, *Episcopos*, *Johannem*, *Johannem*, & *Edmundum*, posset concordari,

Ac

Septingentis & quinquaginta Marcis dumtaxat (videlicet) pro toto tempore quo Temporalia hujusmodi in Manibus nostris ex causa prædicta remanserunt,

• IX. 369. • Volumus & Concedimus quòd, tam præfati *Episcopi Wynton. & Dunolm. Johannes Rothenale*, *Johannes Spenser*, & *Edmundus*, quàm prædictus *Episcopus Norwicensis* (solutis Nobis, ad Scaccarium nostrum Septingentis & quinquaginta Marcis prædictis) ad aliquam aliam majorem Summam, Nobis, pro Temporalibus prædictis, seu aliis inde quovis modo dependentibus, pro toto tempore prædicto, solvendam, seu ad aliquem Compotum sive Ratiocinium Nobis inde reddendum, per Nos, vel Hæredes nostros, seu Ministros nostros quoscumque, nullatenus compellantur seu teneantur; set quòd, tam ipsi, quam Escaetores nostri, ac alii quicumque, inde, pro Summa prædicta, erga Nos, & Hæredes nostros, Quieti sint & penitùs exonerati.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, sexto die Julii.

Per ipsum Regem & per Billam Thesaurariæ.

Pro Valetto Ducis de Bourbon.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Franc.* 4. *H.* 5. *m.* 19.

REX, per Literas suas Patentes, usque primum Diem Septembris proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Alardinum de Noir*, Valettum *Ducis de Bourbon*, Prisonarii Regis, in Regno Regis Angliæ existentem, ab eodem Regno versus partes Franciæ, in nuncium prædicti *Ducis*, transeundo, & abinde in dictum Regnum Regis redeundo, ac Bona, Res, & Hernesia sua licita quæcumque;

Proviso semper quòd idem *Alardinus* aliqua Regi præjudicialia, seu Populo suo damphosa, secum non deferat, quovis modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, nono die Julii.

Per ipsum Regem.

De Protectionibus versus Generale Concilium.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Ibid. m.* 20.

ABbas *Sancti Edmundi de Bury*, qui, in Obsequium Regis, ad Generale Concilium apud Constanciam profecturus est, ibidem, pro Unione Sanctæ Matris Ecclesiæ facienda, moraturus est, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Tychefeld* undecimo die Julii.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas Regis de Protectione habet *Prior Wygorniæ*, per idem tempus duraturas, sub eadem Data.

Pro Episcopo Norwicensi versus Partes Transmarinas.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Ibid.*

VEnerabilis in Christo Pater, *Episcopis Norwicensis*, qui, in Obsequium Regis, versus partes Transmarinas, pro diversis Causis & Negotiis, Utilitatem & Commodum Regis & Regni Regis tangentibus, profecturus est, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, sexto die Julii.

Per ipsum Regem.

• IX. 370.

• *Pro Comite Northumbriæ supra Mare cum Rege profecturo.*

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Ibid. m.* 23.

DIlectus Consanguineus Regis, *Henricus Percy*, *Comes Northumbriæ*, qui cum Rege supra Mare profecturus est, habet Literas Regis de Generali Attornato, sub nominibus, Venerabilis Patris, *Thomæ Episcopi Dunolmensis*, & *Radulphi Comitis Westmerlandiæ*, sub alternatione, ad Lucrandum, &c. in quibuscumque Curiis Angliæ, per unum Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Quarto die Julii.

Cancellarius recepit Attorneamentum usque Reditum Constituentis in Angliam.

Qui Vadia de Nobis, ad proficiscendum nobiscum in præsenti Viagio nostro supra Mare, in Resistentiam Inimicorum nostrorum, ibidem percipere voluerint, *H.* 5. *m.* 15. *d.*

Se usque Villam nostram Suthamptoniæ, cum ea celeritate qua poterunt, properent & festinent, ita quòd sint ibidem die Veneris proximò futuro ad ultimum,

Et Nos eis, in eorum Adventu, pro Solutione Vadiorum suorum hujusmodi, prompte & rationabiliter, ordinari faciemus,

Et hoc, sub Periculo quod incumbit, nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Suthampton.* vicesimo die Julii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Vicecomiti Wiltes.
Vicecomiti Suthampton.

De Ambassiatoribus, ad interessendum in Concilio Generali, associatis.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Franc.* 4. *H.* 5. *m.* 19.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper Constituerimus, Fecerimus, & Creaverimus, Venerabiles Patres, *Nicholaum Bathon. & Wellen* & *Robertum Sarum*, Dei gratiâ, Episcopos, ac alios nostros Ambassiatores, Oratores, veros & indubitatos Procuratores, Actores, Factores, & Nuncios speciales, ad Interessendum, pro Nobis & nomine nostro, in *Concilio Generali*, adtunc celebrando in Civitate *Constantiensi*, & incipiendo certo die jam præterito, cum Continuatione & Prorogatione dierum subsequentium,

Necnon ad Tractandum, Communicandum, & Concludendum de & super Reformatione universalis Ecclesiæ, tam in Capite, quàm in Membris,

Ad Consentiendum etiam Agendis, vel Dissentiendum non fiendis, juxta • Deliberationem dicti Concilii, & prout eis pro utilitate Ecclesiæ videretur faciendum, prout in Literis nostris Patentibus, inde confectis, pleniùs continetur, • IX. 371.

Nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industria, Venerabilium Patrum, *Ricardi Londoniensis*, *Johannis Coventrensis & Lichfeldensis*, & *Johannis Norwicensis*, in Christo *Episcoporum*, ac Magistri *Thomæ Polton*, Sedis Apostolicæ Prothonotarii Eborum Ecclesiæ Decani Electi, necnon, religiosorum Virorum, *Willielmi Abbatis de Bury*, & *Johannis Prioris Wygorniæ*, pleniùs confidentes,

Associavimus ipsos, *Episcopos*, *London. Coventren. & Lich. Norwicen.* & *Decanum*, ac *Abbatem*, & *Priorem*, præfatis *Episcopis Bathon. & Wellen. & Sarum*,

Ad Tractandum, Communicandum, & Concludendum, tam de & super Præmissis, & quolibet Præmissorum, quàm de aliis Materiis, eis ex parte nostra injunctis, unà cùm eisdem *Episcopis Bathon. & Wellen. & Sarum*, juxta Tenorem Literarum nostrarum prædictarum,

Promittentes, bonâ fide, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid, per dictos *Episcopos*, *London. Coventren. & Lich. Norwicen.* & *Decanum*, ac *Abbatem*, & *Priorem*, unà cum Ambassiatoribus, Oratoribus, & Procuratoribus nostris prædictis, aut majori parte eorumdem; Actum, Factum, sive Gestum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

Et hoc idem, cùm de eo certiorati fuerimus, quantum ad Nos & Cristianum Principem attinet, Executioni debitè curabimus demandari.

In cujus, &c.

Dat. in *Palatio Regis Westmonasterii*, vicesimo die Julii.

Per ipsum Regem.

De Duce Bedfrodiæ Locumtenente supra Mare constituto.

Ann. D. 1416. *An.* 4. *H.* 5. *Pat.* 4. *H.* 5. *m.* 20.

REX, Carissimo Fratri suo, *Johanni Duci Bedfordiæ*, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate & circumspectione vestra pleniùs confidentes,

Assignavimus & Constituimus vos Locum nostrum tenentem supra Mare, ac Ductorem Hominum ad Arma & Sagittariorum, qui

fuerint Deliberandum,

Et ad omnia alia & singula, quæ ad Officium hujusmodi Locum nostrum tenentis & Ductoris pertinent, Faciendum, Exercendum, & Expediendum;

Et ideò Vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Dominis, Admirallis, Capitaneis, Magistris, & Marinariis Navium, ac aliis, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quod Vobis, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & vestris Mandatis Obedientes, prout decet.

In cujus, &c. præsenti Viagio nostro durante duraturas.

Teste Rege apud *Suthampton*. vicesimo secundo die Julii.

Per ipsum Regem.

---

* *Pro eodem Duce de Protectione.*

• IX. 372.

Ann. D. 1416. *An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 20.*

JOhannes, *Dux Bedfordiæ*, Frater Regis, qui, in obsequium Regis, supra Mare profecturus est, ibidem in eodem obsequio moraturus, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *Volumus*) per Quarterium unius Anni duraturas,

Præs. &c.

Teste Rege *apud Suthampt*. vicesimo quarto die Julii.

Per ipsum Regem.

Idem Dux, qui, in obsequium prædictum, profecturus est, habet separales Literas Regis de Generali Attornatu, per idem tempus duraturas, sub nominibus *Johannis Frank* Clerici, *Wilhelmi Massy*, *Thomæ Steuster*, & *Adæ May*, sub alternatione, ad Lucrandum, &c. in quibuscumque Curiis Angliæ.

Præs. &c.

Teste ut supra.

Pro Locumtenente supradicto, de Monstro capiendo.

Ann. D. 1416. *An. 4. H. 5. Pat. 4. H. 5. m. 16. d.*

REX, Carissimo Fratri suo, *Johanni Duci Bedfordiæ*, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Constituerimus Vos Locum nostrum tenentem supra Mare, ac Ductorem Hominum ad Arma & Sagittariorum, qui Nobiscum, in præsenti Viagio nostro, supra Mare, in Resistentiam Inimicorum nostrorum ibidem, de Mandato nostro, profecturi sunt, prout in Literis nostris Patentibus, inde confectis, pleniùs continetur,

Nos (de fidelitate & circumspectione vestris pleniùs confidentes) Assignavimus Vos ad Monstrum sive Monstrationem Hominum ad Arma, Armatorum, & Sagittariorum, qui vobiscum, in Viagio nostro prædicto, profecturi sunt, quotiens & quando expediens & necesse pro Commodo & Honore nostris fore videritis, Capiendum,

Et omnes & singulos; quos in hac parte minus idoneos & insufficientes invenire poteritis, a Vadiis nostris Deponendum;

Et ideo Vobis Mandamus quòd circa præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quòd Vobis, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes prout decet.

In cujus, &c. præsenti Viagio nostro durante duraturas

Teste Rege apud *Suthampton*. vicesimo quinto die Julii.

Per ipsum Regem.

Pro Rege Romanorum, de Precibus, Processionibus, & Litaniis faciendis.

Ann. D. 1416. *An. 4. H. 5. Ex Registr. Clifford, Episc. London. fol. 70.*

HEnricus, permissione divinâ, *Cantuariensis* *Archiepiscopus* totius Angliæ Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus, Venerabili Fratri nostro, Domino *Richardo*, Dei gratiâ, *Londonensi Episcopo*, seu, in ejus absentia, suo in Spiritualibus Vicario Generali, Salutem & fraternam in Domino caritatem.

Licet Nos jamdudum, per vos, omnibus & singulis nostræ Cantuariensis Provinciæ Suffraganeis dederimus in Mandatis, quòd ipsorum singuli, in Ecclesiis suis Cathedralibus, & aliis Ecclesiis

Qui, ad Sanctæ Matris Ecclesiæ Unionem, Pacemque inter Reges & Principes procurandam, extra Natale solum a diu positus ferventissimè laboravit & laborare non desivit adhuc usque,

Per alias Literas nostras, vobis ex post facto transmissas, annumerari Decrevimus, ipsumque in tam Sancto & salutari Proposito vestro, ac aliorum nostræ Cantuariensis Provinciæ Fidelium & Deo Devotorum precibus, adunari,

Plurium tamen, dictæ nostræ Provinciæ Subditorum, relatione concepimus quòd circa Præmissa, tam Cleri, quàm Populi, tepescit Devotio,

Quæ eo magis ad Preces hujusmodi Deo fundendas accendi deberet, quo Nobis & ipsis, qui, ex nostris Demeritis, animadversione divinâ indies puniri meremur,

Ipsius Salvatoris eloquio ostenditur quantæ Oratio fidelis, assidua ac sine intermissione facta, virtutis & efficaciæ habeatur,

De hac, sic ait Scriptura, oportet semper orare & non deficere,

Orante namque *Moise* vincebat Populus, vincebatur autem cum dimittebat Manus,

Cujus efficaciam in *Daniele* & *David* orantibus Scriptura commemorat,

Et in *Theodosio Imperatore* contra *Eugenium* & *Arbogasten* tripertita Historia manifestat, Orante namque *Theodosio*, Altissimo miraculosè operante, Adversariorum Exercitus Jacula vehementissimus Ventus in ipsos jacientes retorquebat & Jacula Partis *Theodosii* cum majori fortitudine, ultra mensuram Ictûs humani, in eosdem pariter impingebat,

Considerantes igitur tantæ rei virtutem, necnon confidentissimam spem, quam Serenissimus Princeps & Rex noster habere dinoscitur in eadem, Casus insuper & Miserias cotidiè emergentes, pro quibus sedandis Deum in Orationibus placare convenit, qui Iram suam, per humana Demerita frequenter accensam, misericorditer decrevit pacabilibus Hostiis mitigare,

Vobis in Obedientiæ virtute Mandamus quatinus, per vestras Literas, cum omni celeritate, Vestris detis singulis Confratribus & Suffraganeis in Mandatis, quòd ipsi Processiones & Letanias hujusmodi, ut superiùs recitatur, & *pro Statu præfati Regis Romanorum*, ejusque *prosperitate*, fieri faciant, vosque similiter fieri faciatis, nullatenus cessantes ab eisdem donec à Nobis aliud habueritis & habeant in Mandatis,

Et,

Ut mentes Fidelium ad devotiùs Orandum pro Præmissis propensiùs excitemus,

De Dei Omnipotentis immensa misericordia, & *beatissimæ Mariæ Virginis* Matris ejusdem, ac beatorum *Petri* & *Pauli* Apostolorum ejus, necnon Sanctorum *Alphegi* & *Thomæ Martirum*, Patronorum nostrorum, omniumque Sanctorum Meritis & Precibus confidentes,

Cunctis Christicolis, per nostras Civitatem & Diœcesim & Provinciam Cantuariensem ubilibet constitutis, de peccatis suis verè pœnitentibus, contritis, & confessis, qui Processionibus & Letaniis hujusmodi interfuerint, & pro Præmissis devotè oraverint, quadraginta dies Indulgentiæ, totiens quotiens Concedimus per Præsentes,

Consimiles verò indulgentias per vos, Frater Carissime, ac cæteros Coepiscopos & Suffraganeos nostros quoscumque, hortamur in Domino & petimus elargiri.

Dat' in *Castro nostro de Saltwode*, secundo die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sextodecimo; Et nostræ Translationis Anno Tertio.

Mandatum prædictum, quoad Episcopos Omnes & singulos Provinciæ antedictæ, fuerat in omnibus executum secundum Tenorem & Exigentiam ejusdem.

---

* *De Communicando super certis Materiis, Ecclesiam concernentibus, cum Duce Burgundia.*

• IX. 374.

Ann. D. 1416. *An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 16.*

REX, Venerabili in Christo Patri, *J.* eâdem gratiâ, *Episcopo Coventriæ & Lichfeldiæ*, ac, carissimo Consanguineo suo, *Ricardo Comiti Warrwicæ*, Salutem.

Quia certas Materias (Statum & Utilitatem universalis Ecclesiæ, & præsentis Concilii Constantiensis, concernentes) in mente gerimus,

Quas Tractari, Communicari, ac, per Dei gratiam, Concludi cum, præcarissimo Consanguineo nostro, *Johanne Duce Burgundiæ*, & Comite Flandriæ, aut ejus in hac parte sufficienter Deputatis seu Deputandis, ex intimo corde affectamus,

Vobis,

De Tractando super mutua Visione cum praefato Duce.

Par le Roy.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ibid. m. 19.

REX, Venerabili in Christo Patri, *J.* eâdem gratiâ, *Episcopo Coventriæ & Lichfeldiæ*, ac, dilectis sibi, *Johanni Walterton*, & *Johanni Burghope*, Armigeris, Salutem.

Ad Communicandum, Tractandum, Concordandum, & Concludendum, cum, præcarissimo Consanguineo nostro, *Johanne Duce Burgundiæ*, & Comite Flandriæ, aut ejus in hac parte sufficienter Deputatis aut Deputandis, unam mutuam Visionem sive Conventionem, inter nos & dictum Consanguineum nostrum, certis Die & Loco habendam,

Necnon de & super sufficientibus Securitatibus, pro hujusmodi Conventione aut mutua Visione, hinc inde habendis, cum suis omnibus Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, & Connexis,

Ac omnia alia & singula, quæ in præmissis, vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, Faciendum, Excercendum, & Expediendum, etiam si talia fuerint quæ de sui natura Mandatum exigerent speciale,

Vobis Tribus, aut Duobus vestrûm, quorum Vos, Venerabilis Pater, unum esse Volumus,

De quorum Fidelitate, Circumspectione, & Industria plenam in Domino fidem gerimus,

Tenore Præsentium, liberam & plenariam Concedimus Facultatem,

Promittentes, bonâ fide & verbo Regio, Nos Ratum, & Firmum, perpetuis temporibus, habituros totum & quicquid per vos, Tres, aut Duos vestrûm (quorum Vos, Venerabilis Pater, unum esse Volumus) Actum, Factum, seu Gestum fuerit in Præmissis, vel in aliquo Præmissorum, sub Ypoteca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, & exponimus Cautionem.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio Regis Westm.* quinto die Augusti.

Per ipsum Regem.

• IX. 375.

* *De Attemptatis, contra Appunctuamenta Flandriæ, reformandis.*

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ibid. m. 21.

LE ROY a touz ceux, qui cestes Lettres verront ou orront, Saluz.

Pur ceo que plusours Griefs, Dommages, & Attemptates ont este faitz, le temps passe, & se sont encores chescun jour, encontre le Teneur des Treues, que ont eu, & ont Cours, en ascuns Parties de nostre Roialme, tant en Terre, come en la Mer, par les Subgez, de l'une & de l'autre Partie, d'Engleterre & de Flandres,

Dont plusours Plaintes sount venuz & viennent chascun jour a Nous & a noz Officers,

A Reparement des quelles Attemptatz, Pertz, & Dommages n'a este ascune Provision ou Restitution fait le temps passe, sicome de ceo avons este & Sommes suffisantement informez,

Savoir faisons que Nous,

Desirans purvoier & remedier aux Choses desuidites, le pluis hastivement & diligealment que faire se purra,

Confiantz a plain des Sens, Loialte, & bonnes Diligences de', noz treschier, Maistre *Philipp Morgan* Doctor es Loys, *John Michell* Citezein de Loundres, & *John Pykeryng*, Trois, ou Deulx de eux, des queux nous volons que le dit *Philipp* soit un,

Avons Commis, Ordonnez, & Establiz, & par le Teneure d'yces Presentes, Commettons, Ordonnons, & Establisons, pur Nous & en nostre Noun, de eux transportier en la Marche de Flandres ou bon leur semblera,

Et illeques, ovec eux que serront Ordenes & Deputez, pur la cause desuisdite, par *le Duc de Burgoigne*, teignent leur Sege & Juridiction,

Oient tourz Plaintz, Clamours, & Requestes, que lour serront fairz de tourz ceux, qui auront este Dommages, en Terre & en Mer, par l'une Partie ou par l'autre, durantz les ditz Treuez, en lour faisantz faire plainer Restitution de leurs dites Partes ainsi que de raison appartendra,

Et de tourz Attemptez quelconques, fairz & a faire, cognoissent, & facent faire Reparat condigne & suffisant, en faisantz aux Parties sommerment & de plain, sans long Proces, ou figure ou Jugement bon & brief Droit, en tielle manere que nulli n'ait cause d'en venir Plaintif devers Nous en nostre Courte soveraine,

Purveu tourz voies que Commys, de par le dit *Duc de Burgoigne*, facent pareillement de lour part,

---

De Visione inter Regem & quosdam suos adversarios in Partibus Calesii habenda.

REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem. Ann. D. 1416.

Præcipimus vobis, firmiter Injungentes, quòd statim, visis An. 4. Præsentibus, in singulis Locis Civitatis prædictæ, & Suburbiorum H. 5. ejusdem, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè ex Claus. 4. parte nostra proclamari faciatis, H. 5.

• Quòd Omnes & Singuli Domini, Milites, & Armigeri de m. 15. Retinentia nostra, ac alii, qui ad proficiscendum nobiscum, supra dors. Mare de Mandato nostro, nuper onerati fuerunt (quacumque excusatione cessante) sint, in propriis personis suis, apud Dovorriam, • IX. decimo nono die Augusti proximò futuro ad ultimum, benè & 376. competenter, juxta Statûs sui exigentiam, tam in Armatura, quàm in Equitura, Arraiati & Muniti,

Ad proficiscendum nobiscum, versus Villam nostram Calesii, pro quadam Conventione, inter *Nos* & quosdam *Adversariorum nostrorum*, certis Die & Loco, in partibus illis habendâ;

Et hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, septimo die Augusti.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam, ac Cancellario in Comitatu Palatino Regis Lancastriæ.

Comiti Palatini Reni Acquietantia super Dote Blanchiæ Sororis Regis.

NOverint universi, per Præsentes, me, *Johannem Ladberom*, Ann. D. Canonicum Wormaciensem, Secretarium & Procuratorem, 1416. Illustrissimi Principis & Domini Domini *Ludovici Comitis Pala-* An. 4. *tini Reni*, Romani Imperii Archidapiferi, Bavariæque Ducis, vice H. 5. & nomine ejusdem Principis, Recepisse & Habuisse, die confe- Ex Orictionis Præsentium, à, Serenissimo & Metuendissimo Principe & ginali in Domino, Domino *Henrico*, Dei gratia, *Rege Angliæ & Franciæ*, Camer. *& Domino Hiberniæ*, Tria Milia Nobilium Auri, Cunei Angliæ, 3. Baudl. in Partem Solutionis majoris Summæ, à retro existentis de Qua- No. 15. draginta Milibus Nobilium, In quibus præfatus *Dominus Rex*, ratione Dotis, clarissimæ memoriæ, *Dominæ Blanchiæ*, Sororis suæ, Consortis quondam prædicti Domini Ducis, eidem *Domino Duci* extat Obligatus,

De quibus quidem Tribus Milibus Nobilium fateor me fore persolutum, dictumque Dominum *Henricum*, Hæredes & Executores suos inde Quietos fore, per Præsentes.

In cujus rei Testimonium huic præsenti Aquietantiæ Sigillum meum apposui, scriptæ Manu meâ propriâ Londoniæ, Septimo die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Decimo Sexto, Anno prædicti Regis Henrici, Quinti post Conquestum, Quarto.

Ad Magnates Aquitaniæ.

Le Roy d'Englettterre & de France & Seigneur d'Irland.

TReschier & bien Ame Foial, Nous Vous saluons sovent d'entier Cuer, Ann. D. 1416.

Et por ce que, par la Relation de, nostre Chier & Foial Chi- An. 4. valer, *William Clifford*, nostre Conestable de Burdeux, H. 5.

A sa venue par devers Nous des Parties de desa, Avons bien Pen. Cler. Apparceu l'entiere Affection & bone Volente, que *vous avez touz* Pell. *jours a Nous*, en Nous faisant, de Jour en autre, bon & loial Service, come toudiz avez fait puis nostre Coronation en cea,

Si Vous en Remercions de tout nostre ceur, & de ce avons especialement bon gree, & vous en prions de Continuance.

Et mervailler ne veullez de la Delay de nostre dit Chivaler de sa demore en nostre Roiaume, Car l'Occupation, que Nous avonz euz entour cest nostre present Voiage, l'ad enchesonee,

Vous em prions que mesme nostre Conestable, *quant il vint* devers vous, avoir veullez pur Recommendez

Lui ministrant tout l'Aide & Confort, que Vous purrez, pur la bone Governance & Socours de nostre Chastel

&

A, nostre Treschier & bien Ame Foial, le Captan de Buch.

Semblables Lettres,

Au Sire de Monferant.
Au Sire de Duras.
Au Sire de la Lande.
A Guillem Arnaude de la Mote, Sire de Roquetaillade.
Au Sire de Lescun, Seneſcal des Landes, & as autres Barons & Gentilx du Pais des Landes.

Pro Ambaſſiatoribus Franciæ, uſque Villam Caleſii venturis.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 19.

REX, per Literas ſuas Patentes, uſque ad quartum decimum diem Septembris proximò futurum duraturas, ſuſcepit in ſalvum & ſecurum Conductum ſuum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defenſionem ſuas ſpeciales, Venerabilem in Chriſto Patrem, *Reginaldum Archiepiſcopum Remenſem*, *Vicecomitem de Bretuel* Camerarium, Magiſtrum *Ade Cambray*, & Magiſtrum *Gonterum Col*, Conſiliarios *Adverſarii Regis Franciæ*, cum Quaterviginti Militibus & Armigeris, Armatis vel non Armatis, in Comitiva ſua, in quadam Galea, aut Balingera, ſive alio Vaſe, al Communicandum cum certis Ambaſſiatoribus, Commiſſariis, ſive Nunciis noſtris, uſque Villam noſtram Caleſii, Quarto die Septembris proximò futuro, per Mare, vel per Terram, veniendo, ibidem morando, & exinde verſus partes ſuas proprias ſe divertendo & redeundo, necnon Equos, Bona, Res, & Herneſia ſua quæcumque.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, decimo quarto die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Alligantia Sigiſmundi Regis Romanorum.

Ann. D. 1416. An. 4. H 5. Pat. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 28. 27.

S*igiſmundus*, Dei gratiâ, *Romanorum Rex* ſemper Auguſtus, ac Hungariæ, Dalmaciæ, Croaciæ, Ramæ, Serviæ, Galliciæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Rex, ac Marchio Brandemburgenſis, necnon Bohemiæ & Lucemburgenſis Hæres, AD PERPETUAM REI MEMORIAM.

Debito Caritatis (quæ non ſua ſunt quærit) Summâque rei Eccleſiaſticæ, ac Libertatis publicæ neceſſitate cogente (quæ ſine univerſali periculo negligi non poterat nec poſtponi) Excitati ab intimis, & ſtudioſæ ſolicitudinis inſtantiâ propulſati, ut Negotium Unionis ſanctæ Matris & Univerſalis Eccleſiæ proſperum (divinâ favente Clementiâ) ſortiretur effectum (in quo tanto tempore ſuerit & labore ſudatum) Et ut ipſius ſacroſanctæ Matris Eccleſiæ illibata Unitas reformaretur, nulla recidivæ Tempeſtatis Naufragia deinceps incurſura, ſed rediret ad Eccleſiam ipſam ſua conſueta Libertas, Populuſque Chriſtianus ſub unico *Summo Pontifice* in amplitudine gaudiorum reſpiraret (Qui ex Diviſione Eccleſiæ anguſtiis Moleſtiis & moleſtis Anguſtiis diutiùs ſuſpiravit) & ne Eccleſiaſticæ Pacis Tranquillitas aliqua turbaretur Tempeſtate Bellorum, ad Inquietudines & Differentias inter Franciæ & Angliæ Regna reſurgentes mitigandas, *Karolum Regem Francorum* multa diligentia pulſavimus, ut ad Pacis ſolidæ Reformationem, cum Sereniſſimo *Principe Henrico*, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ Rege*, ac *Domino Hiberniæ*, Fratre Noſtro præcariſſimo, iniendæ, animum flecteret, vel ſaltem Treugas iniret congruentes,

• IX. 378.

• Et, poſt multa Præambula ad Pacis Tractatum facientia, concepti, prælocuti, appunctuati fuere & concordati nonnulli Articuli, Concordiam probabiliter inductivi, & ſub *Noſtro*, necnon illuſtris *Guilhelmi Ducis Bavariæ*, *Comitiſque Hanoniæ*, &c. Conſanguinei & fidelis noſtri dilecti, Signetis, *eidem Francorum Regi* deſtinati,

Super quibus capta deliberatione, per ſua Scripta idem *Karolus Rex* Nobis ſcripſit quòd Articulos ipſos, Maturâ Conſilii tam ſuæ Regalis Proſapiæ quàm aliorum de ſuo Magno Concilio deliberatione præhabitâ, ex parte ſui, prout in dicta Cedula continebantur, adimpleri decrevit,

Sed Facti experientia aliud, terminis advenientibus, manifeſtè demonſtravit; ymmò, ſumptâ occaſione, tanquam Diſcordiæ Amator & Sciſmatis antiqui Alumpnus, detractavit Pacem acceptare, quam inquirere ſe aſſerebat, ut machinatione peſtiferâ pacificum Statum & Coadunationem Eccleſiaſticam diſturbaret.

Sicut recolitur fuiſſe per ipſum, retroactis temporibus, Sciſma in Eccleſia Dei factum & nutritum,

Sed & noviſſimè *Nos*, in multis, præcipuè Perpigniani in Regno Arragonum, in Unione Eccleſiæ ſanctæ Dei, deductis Tra-

Tom. IV, P. II.

certitudo, & clare liquet cuilibet rationabiliter & recte considerandi Pacem expetitam per *ipſum Regem Francorum*,

Pro quâ, inter *ipſum* & prædictum *Angliæ & Franciæ Regem* Fratrem noſtrum cariſſimum, reformandâ, Labores à tanto tempore, circa (videlicet) fere per decurſum dimidii Anni, pro parte ſua invitati & excitati, & ſtudia adhibuimus ſollicitudine indefeſſa, ſed minime proficere potuimus, ſed magis Dilubria experti & Deluſiones,

Nos volentes contra talia Machinamenta, potiſſimùm pro Conſervatione & Reformatione Pacis Eccleſiæ ſanctæ, Recuperatione nichilominus Jurium utriuſque noſtrûm unita virtute, IN NOMINE DOMINI EXCERCITUUM, nos mutuò firmare, & in tempore dolis fraudibuſque obviare,

His & aliis Conſiderationibus moti, cum præfato Sereniſſimo *Principe Rege Angliæ & Franciæ*, ac *Domino Hiberniæ*, Amicitias, Alligantias, & Confœderationes bonas, firmas, reales, & perpetuas, Promiſimus, Inivimus, & Concordavimus, ac per præſentes Promittimus, Inimus & Concordamus, Qui etiam unâ nobiſcum Promiſit, Iniit, & Concordavit, in vim, formam, & effectum qui ſecuntur,

IN PRIMIS, quòd *Nos*, *Sigiſmundus Dei gratiâ*, *Romanorum Rex ſemper Auguſtus*, *ac Hungariæ*, *Dalmaciæ*, *Croaciæ*, *&c. Rex* antedictus, & Succeſſores noſtri Reges Romanorum, qui pro tempore fuerint, & *idem Sereniſſimus Princeps Henricus*, *Angliæ & Franciæ Rex*, ac *Dominus Hiberniæ*, Hæredes ſui ab ipſo legitimè procreandi & deſcendentes,

Et, ſi Hæredum ſolatio & propagatione præfatum præcariſſimum Fratrem noſtrum *Henricum Regem* deſtitui, divino nutu, in quo vivimus, movemur, & ſumus, orbari, ac decedere contingeret, per conſequens etiam, illuſtres Principes, *Thomas Clarenciæ*, *Johannes Bedford*, & *Humfridus Glouceſtriæ*, *Duces* Conſanguinei noſtri amantiſſimi, Fratres (videlicet) germani præfati Amantiſſimi Fratris noſtri *Henrici Regis*, Hæredes ipſorum directoque & naturali Ordine & Jure ſibi invicem ſuccedentes,

Ymmò, Semine Proſapiæ ipſorum (quod abſit) prorſus deficiente, etiam Succeſſores ipſorum in Regno Angliæ, qui pro tempore fuerint,

Invicem boni, firmi & ſtabiles imperpetuum erimus & erunt Amici, Alligati, & Confœderati, pro Nobis & Regibus & Imperatoribus, Imperio, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, & Vaſſallis noſtris quibuſcumque, contra • omnes Homines (cujuſcumque Gradûs, Statûs, Dignitatis, aut Conditionis exiſtant) & contra omnes Homines qui vivere aut mori poſſint; Exceptis ſacroſancta *Eccleſia Romana* & *Romano Pontifice* qui pro tempore fuerit. • IX. 379.

ITEM, quòd nullus noſtrûm Succeſſorum, aut Hæredum noſtrorum, in Conſilio erit aut auxilio quòd aliquis noſtrûm Succeſſorum, aut Hæredum noſtrorum quorumcumque, Dignitatis Imperialis ſeu Regalis Coronæ, Honoris ſeu Statûs quicquam amittat, aut Dampnum in Perſona, Imperio, Regnis, Terris, Rebus, aut Dominiis pati poſſit vel Injuriam,

Et, ſi quod Dampnum, Præjudicium, Vim, vel Fraudem alter alteri inferri aut procurari viderit, aut concipere poſſit, ipſa & ipſorum quodlibet pro Poſſe impediet, &, ſi hoc impedire nequiverit, quamcitiùs alteri revelabit.

ITEM, quòd tam *Nos*, quàm etiam Hæredes & Succeſſores noſtri prædicti, Commodum & Honorem cujuſcumque noſtrûm, Imperii, Regnorum, Terrarum, & Dominiorum noſtrorum (ceſſantibus Dolo & fraude quibuſcumque) procurabimus bonâ Fide, & Vaſſallos ac Subditos noſtros, præſentes & futuros, procurare faciemus pro Locis & Temporibus opportunis.

ITEM, quòd neuter noſtrûm, nec aliquis Succeſſorum vel Hæredum noſtrorum prædictorum, qui pro tempore fuerint, Vaſſallos aut Subditos noſtros, aut ſuos, per ſe, aut cum aliis, Arma contra alium, Succeſſores vel Hæredes noſtros, aut ſuos, levare vel Guerram facere permittet; ſed ipſos, ſi Arma levaverint, aut levare vellent, ſeu Guerram facerent, aut facere vellent, impediet juxta vires:

Et, in Caſu quo alter noſtrûm, aut aliquis Succeſſorum, vel Hæredum noſtrorum prædictorum, hoc facere non poſſit, hoc quilibet noſtrûm Succeſſorum & Hæredum noſtrorum alteri revelabit, & noſtra & eorum communi Potentia & unitis Viribus talia Attemptantes reprimemus, aut reprimi faciemus.

ITEM, quòd Nos Reges antedicti, Succeſſores & Hæredes, Subditi & Vaſſalli noſtri, & Succeſſorum & Hæredum noſtrorum in & ad Romanum Imperium, Regna, Terras, Dominia, Civitates, Villas, Oppida, & Caſtra alterius noſtrûm Succeſſorum & Hæredum noſtrorum ſalvò, ſecurè, liberè, & abſque impedimento quocumque Venire, per ea Tranſire, & in eis Expectare & Mercandizare, ac de eis Exire, necnon & ad Lares proprios redire poſſimus & poſſint, tam per Terram, quàm per Mare & Aquas; ſolvendo Cuſtumas, Gabella, & Deveria pro tempore debita &

 con-

ftrorum quorumcumque, Consilio, Avisamento, & consensu, nisi forte in Defensionem Juris Nostri, Successorum, aut Hæredum nostrorum, aut ad propulsandas Injurias eorum, qui aliquem nostrûm, Successorum, vel Hæredum nostrorum, Imperium Regna, Terras, aut Dominia ipsorum vel nostrorum, invadere aut quicquam Mali inferre voluerint.

Item, quòd non obstantibus Alligantiis prædictis, benè liceat Nobis, & Successoribus nostris, pro Terris, Juribus & Possessionibus Imperialibus Recuperandis, quotiens & quando nobis aut eis expedire videbitur, contra *Regem Francorum* pro tempore existentem, & cæteros quoscumque Principes & Magnates, de Sanguine, Domo, & Familia Regali Franciæ, præsentes & futuros, arma levare, prosequi, & procedere, prout Nobis aut eis melius videbitur expedire; absque tamen præjudicio inferendo Terris aut Dominiis, ad *præfatum Regem Angliæ*, Hæredes, & Successores suos spectantibus.

*IX. 380. Et, consimiliter, benè licebit *Regi* * *Angliæ* prædicto, Hæredibus & Successoribus, *Regibus Angliæ*, pro Recuperatione & Acquisitione *Regni sui Franciæ*, & aliorum Hæreditatum & Jurium suorum quorumcumque, cum appendititiis eorumdem, contra *Adversarium suum de Francia*, præsentem vel futurum, & quoscumque alios, quoties & quando sibi, Hæredibus, aut Successoribus suis placuerit, Arma levare; & quibuscumque, contra *dictum Adversarium suum*, præsentem vel futurum, & quoscumque alios aut suos, Arma levantibus, Succursum dare, & per alias vias accomodas pro Præmissis prosequi & procedere; prout sibi meliùs videbitur expedire; absque tamen præjudicio inferendo Terris, ad *Nos Romanorum Regem* & Sacrum Romanum Imperium spectantibus.

Item, quod dictus *Rex Angliæ*, Hæredes & Successores sui, Reges Angliæ, Nobis & Successoribus nostris, in Recuperatione & Acquisitione Jurium, Terrarum, & Dominiorum, ad sacrum *Romanum Imperium* pertinentium, & per prædictum *Regem Francorum* necnon Principes & Magnates prælibatos occupatorum vel detentorum, Assistentiam dabit, Auxilium & Favorem:

Et *Nos*, consimiliter, vice versâ, & Successores & Hæredes nostri prædicti, sibi, Hæredibus, & Successoribus suis, Regibus *Angliæ*, in Recuperatione & Acquisitione *Coronæ & Regni sui Franciæ*, ac aliorum Jurium & Hæreditatum suorum, per *prædictum Adversarium suum* & suos occupatorum vel detentorum, assistemus & assistent, ac dabimus & dabunt Auxilium & Favorem.

Item, in casum & eventum quo Pax, diu desiderata, inter *Duo Regna Angliæ & Franciæ*, pro qua procuranda Diligentiam adhibuimus & Labores, ad Finem optatum perduci possit, & aliquæ Terræ aut Dominia per ipsam Pacem dicto *Regi Angliæ* restituta fuerint & realiter liberata, Nos, Successores & Hæredes nostri prædicti, in Possessione & Retentione dictorum Jurium, Terrarum, & Dominiorum, eidem *Regi Angliæ*, Hæredibus & Successoribus suis, Regibus Angliæ, assistemus & assistent, ac dabimus & dabunt Auxilium & Favorem:

Si verò ipsa Pax hac vice stabiliri nequiverit (quod absit) aut, aliquo Casu interveniente, ex post facto, rupta aut dissoluta extiterit, prædictæ Alligantiæ, quo ad Acquisitionem & Recuperationem *Coronæ* & *Regni sui Franciæ*, ac aliorum Jurium & Hæreditatum suorum, firmæ & stabiles in omnibus suis Articulis perseverent:

Et pari modo, si per aliquam Concordiam, inter nos & dictos *Regem Francorum*, Principes, & Magnates Domûs Franciæ iniendam, aliqua Jura, Terræ aut Dominia, ad Nos & præfatum Romanum Imperium de Jure spectantia, nobis restituta fuerint & realiter liberata, memoratus *Rex Angliæ*, Hæredes & Successores sui, in Possessione & Retentione ipsorum Jurium, Terrarum, & Dominiorum, sic ad *Nos* & *Romanum Imperium* pertinentium, *Nobis*, Successoribus nostris *Romanorum Regibus*, dabit & dabunt Auxilium & Favorem:

Et, si, aliquo casu emergente, ipsa Concordia non facta, vel postea rupta aut dissoluta fuerit, præfatæ Alligantiæ, quoad Recuperationem Jurium, Terrarum, & Dominiorum, ad dictum *Imperium* pertinentium, & per eundem *Regem*, Principes & Magnates Franciæ, occupatorum vel detentorum, firmæ & stabiles in singulis suis Articulis perseverent.

Item, quòd in singulis Alligantiis sive Confœderationibus, inter *Nos* & Successores nostros *Romanorum Reges* ex parte una, & Personam, seu Personas, aliam, vel alias (cujuscumque Dignitatis, Imperialis vel Regalis, Status, Gradûs aut Conditionis existat, vel existant) ex altera Parte, de cætero fiendis,

Henricum, Dei gratiâ, Regem Angliæ & Franciæ, & *Dominum Hiberniæ* præfatum, Hæredes, Fratres, & Successores ipsorum supradictos nominatim & in specie excipere teneamur, & Successores & Hæredes nostri quicumque imperpetuum excipere teneantur:

tum, idem *Rex Angliæ*, in Parliamento suo Alligantias ipsas, juxta vim, formam & effectum earundem, pro se, suisque Hæredibus prædictis, Vita Comite, postquam vero, sicut Domino placuerit, ipseque sine Hæredibus superstitibus de hoc mundo migraverit, consequenterque æque bene & cum eisdem modis, formis, & efficacia pro prædictis Illustribus Principibus, *Thoma*, *Johanne*, & *Humfrido Ducibus*, Fratribus suis germanis, jure & ordine naturali, directe & legitime sibi invicem Succedentibus, ipsorumque Hæredibus, & tandem, modo præmisso, pro Successoribus suis in Regno Angliæ, Ratificaverit, Confirmaverit, & approbaverit, & reales ac perpetuas fieri fecerit cum effectu, & taliter Ratificatas, Confirmatas, & Approbatas, ac reales & perpetuas effectas, *Nobis* liberaverit,

Et Nos, per Electores Imperii omnes & singulos, easdem Alligantias pari forma Ratificari, Confirmari, & Approbari, ac reales & perpetuas fieri procuraverimus & fecerimus cum effectu taliter Ratificatas, Confirmatas, & Approbatas, ac reales & perpetuas effectas, *prædicto Regi Angliæ* liberaverimus,

Tunc præsentes Alligantiæ in suo perpetuo robore permaneant & effectu; alioquin *Nostra* & *dicti Regis Angliæ* Vita durante duntaxat permaneant & subsistant;

Promittentes verbo Regio, ymmo Jurejurando, ad sancta Dei Evangelia, nostrâ manu dexterâ corporaliter tacta, Nos propensius Obligamus & Juramus omnia & singula suprascripta, in suis Clausulis, Punctis, Articulis, & Sententiis, cum Modis, Formis, & Modificationibus, ut supra specificatis & expressatis, inconcusse attendere, firmiter tenere, & inviolabiliter observare.

Præsentium, sub nostræ Majestatis Sigilli Appensione, Testimonio Literarum.

Dat. *in Civitate Cantuariæ in Anglia*, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Sextodecimo: Die Quintadecima Mensis Augusti, Regnorum nostrorum, Anno Hungariæ, &c. Tricesimo, Romanorum verò Sexto.

Ejusdem Alligantiæ Promissio ex parte Regis.

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus* Ann. D.
Hiberniæ, in certitudinem Præsentium & memoriam futuro- 1416.
rum. *An.* 4.
Cum, serenissimus Princeps, *Sigismundus*, Dei gratiâ, *Romano-* *H.* 5.
rum Rex semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croaciæ, *Franc.* 4.
&c. Rex, Frater noster præcharissimus, *H.* 5.
Ad perpetuam Rei memoriam, Debito Caritatis (quæ non sua *m.* 18.
sunt quærit) summaque rei Ecclesiasticæ ac Libertatis publicæ necessitate cogente (quæ sine universali Periculo negligi non poterat nec postponi) Excitatus ab intimis, & Studiosæ Sollicitudinis instantia propulsatus,

Ut Negotium Unionis Sanctæ Matris & universalis Ecclesiæ prosperum, divinâ favente Clementia, sortiretur effectum, in quo tanto fuerat tempore & labore sudatum,

Et ut ipsius Sacrosanctæ Matris Ecclesiæ illibata Unitas reformaretur, nulla recidivæ Tempestatis Naufragia deinceps incursura, sed rediret ad Ecclesiam ipsam sua consueta Libertas, Populusque Christianus sub unico Summo Pontifice in amplitudine gaudiorum respiraret, qui ex Divisione Ecclesiæ angustiis Molestiis & molestiis Angustiis diutiùs suspiravit,

Et ne Ecclesiasticæ Pacis Tranquillitas aliquâ turbaretur Tempestate Bellorum, ad Inquietudines & Differentias inter Angliæ & Franciæ Regna resurgentes, mitigandas,

Karolum Adversarium nostrum Franciæ, multâ diligentiâ pulsaverit, ut ad Pacis solidæ Reformationem, nobiscum ineundæ, Animam flecteret, vel saltem Treugas iniret congruentes,

Et, post multa Præambula, ad Pacis Tractatum facientia, concepti, prælocuti, appunctuati fuere, & concordati nonnulli Articuli, Concordiam probabiliter inductivi, & sub ipsius Serenissimi, necnon illustris *Gwilhelmi Ducis Bavariæ*, Comitisque Hanoniæ & Holandiæ, *&c. prout supra, mutatis mutandis.*

* In quorum omnium testimonium atque fidem has præsentes *IX.
Literas nostras nostri Magni Sigilli munimine fecimus communiri. 382.

Dat. apud *Civitatem nostram Cantuariensem*, Anno Gratiæ Millesimo, Quadringentesimo, sextodecimo, Quintodecimo die Mensis Augusti, Anno verò Regni nostri quarto. Ann. D.

1416. *An* 4. *H.* 5. *Vasc.* 4. *H.* 5. *m.* 18.

Pro Domino de la Barde, de procedendo.

Rex, dilectis & fidelibus suis, *Johanni Tiptot* Chivaler Senescallo Ducatus nostri Aquitaniæ, *Willielmo Clifford* Chivaler Con-

Et, in Casu quo prædicta *Johanna*, quæ Testamenta prædicta tenet, nostris Mandatis & vobis in hac parte obedire noluerit, tunc vos & quilibet vestrûm, omnibus viis & modis, quibus melius expedire videritis, contra præfatam *Johannam* & dictam Filiam suam, ac Adjutores & Fautores suos, prout secundum Jus, ac Foros, & Consuetudines prædictos fuerit faciendum, quousque Testamenta & alia Præmissa coram vobis seu aliquo vestrûm exhibita fuerint, procedatis;

Et hoc, sub incumbenti Periculo, & prout Indignationem nostram evitare volueritis, nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quinto die Augusti.

Per ipsum Regem.

REX, dilecto & fideli suo, *Domino de Castelbon*, ac universis & singulis Familiaribus suis, Salutem.

Mandamus vobis, firmiter Injungentes, quòd statim, visis præsentibus, Testamenta, Registra, & alias Evidentias Domini *Florimondi*, & Domini *Willielmi Amanen*, ultimorum Dominorum de Lesparre,

Quæ *Johanna Domina d'Armenhac*, quæ fuit Uxor prædicti *Willielmi*, & *Agnes* Filia sua tenent, ut dicitur,

Coram *Senescallo* Ducatûs nostri Aquitanniæ, *Constabulario* Castri nostri Burdegaliæ, *Petro Ryver* Doctore in Legibus Judice Superioritatis, & *Bertrando d'Asta* Doctore in Decretis Judice Vasconiæ, vel aliquo eorumdem, quantum in vobis est, secundum Potestatem vestram, exhiberi faciatis:

Et, si præfatæ *Johanna* & *Agnes* Testamenta, Registra, ac Evidentias prædicta, ut prædictum est, coram præfatis, *Senescallo*, *Constabulario*, *Willielmo*, *Petro*, & *Bertrando*, exhibere noluerint, tunc eisdem, *Senescallo*, *Constabulario*, *Willielmo*, *Petro*, & *Bertrando*, contra præfatas *Johannam* & *Agnetem*, absque Auxilio vel Favore eis in hac parte præbendis, Obedientes sitis & Auxiliantes.

Et hoc, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

REX, *Johannæ Dominæ d'Armenhac*, & *Agneti* Filiæ suæ, Salutem.

Mandamus vobis, firmiter Injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, Testamenta, *&c ut supra usque ibi*, & *Willielmi Amenen*, *& tunc sic*, nuper Mariti vestri, vos, præfata *Johanna*, Testamenta ultimorum Dominorum de Lesparre (quæ in Custodia vestra existunt, ut dicitur) coram *Senescallo*, *&c. ut supra usque ibi*, eorumdem, *& tunc sic*, exhiberi, & in manus eorumdem sine dilatione poni faciatis,

Ut vobis, ac aliis, quorum interest, in hac parte, celeris Justitiæ complementum fieri & exhiberi faciamus, prout secundum

* IX. Jus, Foros, & Consuetudines * Partium illarum fuerit facien-

383. dum;

Et hoc, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Ibid. REX universis & singulis Viris Ecclesiasticis, Generosis, ac toti Comunitati Baroniæ de Lesparre, & eorum cuilibet, Salutem.

Mandamus vobis, *&c. ut supra, ut in secundo Brevi.*

Ibid. REX Baronibus Aquitaniæ, Salutem.

Mandamus vobis, *&c. ut in dicto secundo Brevi.*

Ibid. REX Majori & Juratis Civitatis Burdegaliæ, Salutem.

Mandamus vobis, *&c. ut supra, ut in prædicto secundo Brevi.*

Ibid. REX, Venerabili in Christo Patri, *Archiepiscopo Burdegaliæ*, Salutem.

Mandamus vobis, *&c. ut in eodem secundo Brevi.*

De Proclamatione Treugarum Burgundiæ.

Ann. D. REX, carissimo Consanguineo suo, *Ricardo Comiti Warwicæ*,

1416. Capitaneo Villæ nostræ Calesii, & ejus Locum tenenti ibidem,

An. 4. Salutem.

H. 5. Cùm certe Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ,

Claus. 4. Inter *Nos* &, carissimum Consanguineum nostrum, *Johannem*

H. 5. *Ducem Burgundiæ*, & Comitem Flandriæ,

m. 16. *d.* A Tertiodecimo Die Julii ultimo præterito, usque ad Diem Festi Sancti Michaelis, proximò futuri,

sentibus, dictas Treugas & Guerrarum Abstinentias, in Locis ac Marchiis prædictis, ubi magis expediens fuerit & necesse, publice ex parte nostra proclamari, & eas, sic proclamatas, juxta Vim, Formam, & Effectum earumdem, firmiter & inviolabiliter observari & teneri faciatis;

Et hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo sexto die Augusti.

De Restitutione Temporalium Prioratus de Sancto Claro.

REX, Escaetori suo in Comitatu Herefordiæ ac Marchiis Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem. Ann. D.

Cùm, dilectus nobis in Christo, *Thomas Elmham*, 1416.

Prior Monasterii sive Prioratûs Sanctæ Trinitatis Lenton, Or- *An.* 4.

dinis Cluniacensis, Eborum Diœcese, *Raimundi Abbatis Clunia-* *H.* 5.

censis in Regnis Angliæ & Scotiæ Vicarius & Camerarius Genera- *Pat.* 4.

lis deputatus, *H.* 5.

Dilectum Nobis in Christo, Fratrem *Johannem Weston*, Ordi- *m.* 16.

nis prædicti Monachum, & dictæ Domûs Lenton Suppriorem, Nobis ad Prioratum de Sancto Claro, Ordinis prædicti, Menevensi Diœcese, vacantem, &, per diuturniorem Lapsum, ad suam Præsentationem sive Collationem spectantem, præsentaverit, ipsumque in Priorem ejusdem Prioratûs de Sancto Claro præfecerit, sicut per Literas Patentes ipsius Prioris Lenton, nobis inde directas, nobis constat,

Nos (Præsentationem prædictam acceptantes) cepimus Fidelitatem ipsius *Johannis*, & Temporalia dicti Prioratûs * de Sancto

Claro, prout moris est, Restituimus eidem; * IX.

Et ideò tibi Præcipimus quòd eidem *Johanni* Temporalia 384.

prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, liberes in forma prædicta.

Salvo Jure cujuslibet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo octavo die Augusti.

Pro Confessore Regis.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod, de Gratia nostra speciali, ac ex mero motu Ann. D.

& certa scientia nostris, Concessimus, Venerabili Patri, *Stephano* 1416.

Episcopo Menevensi, Confessori nostro, Custodiam omnium Tem- *An.* 4.

poralium Episcopatûs Cicestriensis, cum Pertinentiis, ratione Va- *H.* 5.

cationis ejusdem Episcopatûs Cicestriensis, in manibus nostris *Ibid. m.*

existentium, unà cum omnibus Libertatibus, Franchesiis, & Juribus, 17.

ad dictum Episcopatum Cicestrensem qualitercumque pertinentibus sive spectantibus,

Habendam, à Festo Sancti Michaelis proximo futuro, quam diu eadem Temporalia in Manibus nostris remanere debent ex causa supradicta, absque aliquo Nobis inde solvendo, aut Compoto pro eisdem, ad Scaccarium nostrum, vel Hæredum nostrorum, seu alibi, reddendo quovis modo.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Contuar.* vicesimo quinto die Augusti.

Per ipsum Regem.

De Hostibus Regis supra Mare congregatis.

REX, Constabulario Castri sui Dovorriæ, & Custodi Quin-

que Portuum suorum, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salu- Ann. D.

tem. 1416.

Quia certitudinaliter informamur quòd Inimici nostri de Fran- *An.* 4.

cia, & aliis Partibus Transmarinis, in non modica Multitudine, *H.* 5.

supra Mare congregati, Passagium nostrum versus Villam nostram *Claus.* 4.

Calesii (quod in proximo, Deo dante, arripere intendimus) impe- *H.* 5.

dire & perturbare, & Victualia nostra versus Villam prædictam, *m.* 15.

pro Sustentatione nostra, & nobiscum Comitantium, ducenda, capere & devastare pro viribus satagunt & proponunt,

Nos (de Remedio in hac parte providere volentes, ut tenemur) Vobis Mandamus, firmiter Injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, certas Naves, Bargeas, & Balingeras, de Portubus prædictis, Gentibus ad Arma, Armatis, & Sagittariis sufficienter munitas & arraiatas, ad Malitiam Inimicorum nostrorum in hac parte Compescendum, & Depellendum, per Supervisum, dilecti & fidelis nostri, *Roberti Babbethorp*, Contrarotulatoris Hospitii nostri ad Vadia nostra, ordinari & provideri faciatis; Et hoc nullatenus omittatis.

• IX. 385. Ac plenam, Tenore Præsentium, vobis Committimus Potestatem, ad Conveniendum cum certis Ambassiatoribus, • Deputatis, & Nunciis *Adversarii nostri Franciæ*,

Qui usque Villam nostram prædictam, pro quibusdam Materiis & Nunciis, ex parte ipsius *Adversarii nostri*, ibidem exponendis & declarandis, in proximo sunt venturi,

Et ad omnia & singula, per ipsos Ambassiatores & Nuncios, ex parte præfati *Adversarii nostri*, ibidem Exponenda & Declaranda, Audiendum, ac Nobis distinctè & apertè Referendum;

Et ideo vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligentias vestras effectualiter adhibeatis solicitas & discretas.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Dovorr.* tricesimo primo die Augusti.

Per ipsum Regem.

Pro Johanne Tiptoft, in Comitiva Regis Romanorum moraturo.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 14.

JOhannes Tiptoft Chivaler, aliàs dictus *Johannes Tiptot* Chivaler qui, in Obsequio Regis, de Mandato suo speciali, in Comitiva, Serenissimi & Excellentissimi Principis, Fratris Regis precarissimi, *Romanorum Regis* semper Augusti, circa quædam Negotia Regis & Statum Regni sui Angliæ concernentia, in partibus Transmarinis moraturus, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Viagio Regis, & de Liberatione Magni Sigilli.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Claus. 4. H. 5. m. 13. dors.

MEMORANDUM *quòd, quarto die Septembris, Anni Regni Regis* Henrici, *Quinti post Conquestum, Quarto,*

Quo die idem Dominus Rex Iter suum, in Viagio suo, versus Villam suam Calesii Navigando arripuit,

Apud Villam Sandewici, in quadam Camera exteriori,

Infra Mansum Prioris & Fratrum Domus Ordinis Carmelitarum pro ipso Domino Rege ibidem ordinata,

In præsentia, Venerabilium Patrum, Henrici Archiepiscopi Cantuariensis, *ac* Thomæ Dunolmensis, *&* Henrici Menevensis, *Episcoporum,* Henrici Fitz. Hugh *Militis Camerarii ejusdem Domini Regis,* Gilberti Talbot *de Irchenfeld Militis, &* Roberti Haryngton *Militis, necnon aliorum Magnatum & Procerum circumstantium,*

Præfatus Dominus Rex, *circa Horam ejusdem Diei Decimam ante Nonam, Venerabili Patri,* Henrico Episcopo Wyntoniæ, *Cancellario Angliæ, Avunculo suo carissimo, cum ipso Domino Rege in Viagio prædicto adtunc profecturo,*

Dedit specialiter in Mandatis quòd idem Cancellarius Magnum Sigillum Angliæ, in Custodia sua existens, Johanni Mapilton *Clerico liberaret, ad Sigillum illud* Simoni Gaunstede *Clerico, Custodi Rotulorum Cancellariæ dicti Domini Regis, deferendum, juxta formam quarumdam Literarum ejusdem Domini Regis, de Signeto suo, præfato Custodi directarum, in absentia ipsius Cancellarii, usque Reditum suum bene & fideliter Custodiendum:*

Qui quidem Cancellarius incontinenti Sigillum prædictum abinde ad Hospitium suum, infra Vicariam Sancti Clementis, in prædicta Villa Sandewici, secum deferri fecit, & cum eo ibidem, circa Horam illius Diei Primam post Nonam, quandam Cartam, de Pardonatione Evasionis certorum Felonum extra Gaolam dicti Domini Regis Villæ Cantebriggiæ, Radulpho Passinham, *Herbergeatori dicti Domini Regis, Custodi ejusdem Gaolæ, factam, & quasdam Literas Patentes, de Officio Capitalis Rangeatoris Forestæ de Waltham,* Reginaldo Aveignant *pro termino Vitæ suæ Habendo, confectas, in præsentia præfati* Episcopi Dunolmensis *& aliorum ibidem tunc assistentium, sigillavit,*

Et posteà Sigillum prædictum in quadam Baga de Corio includi, & Signeto suo (figuram Sanctæ Trinitatis continente) in cera alba impresso consignavit, & illud, sic Inclusum & Consignatum, manibus suis propriis præfato Johanni Mapilton, *ad Intentionem prædictam,*

• IX. 386. • *prætextu dicti Mandati præfati* Domini Regis, *ibidem liberavit:*

Qui quidem Johannes Mapilton *statim, recepto Sigillo prædicto Licentiaque ab ipso Domino Cancellario petitâ & optentâ, die illo devillavit versus Civitatem Londoniæ, penes præfatum Custodem Rotulorum festinanter se divertendo,*

Ac in Crastino proximò sequente, cum Sigillo prædicto, ut præmittitur, præfato Simoni Sigillum illud, in Baga prædicta, Sigillo suo consignata, dicto Domino Cancellario, in Camera sua, infra Prioratum beatæ Mariæ de Sutbwerk, existenti, inter Sextam & Septimam Horam post Nonam,

In præsentia Johannis Frank, Henrici Kays, *&* Johannis Mapilton, *Clericorum Cancellariæ prædictæ, & aliorum ibidem assistentium,*

Manifestè deliberavit;

Et idem Dominus Cancellarius Sigillum prædictum à præfato Simone *recepit custodiendum.*

Pro Ambassiatoribus Franciæ, ad Tractandum apud Calesium cum Commissariis Regis venturis.

REX, per Literas suas Patentes, usque vicesimum primum Diem Septembris proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Venerabilem in Christo Patrem, *Reginaldum Archiepiscopum Remensem, Vicecomitem de Breteuil* Cameratium, Magistrum *Adam de Cambray*, & Magistrum *Gouterum Col*, Consiliarios *Adversarii Regis Franciæ*, usque & in Villam Regis Calesii, cum Quaterviginti Militibus & Armigeris, Armatis & non Armatis, in Comitiva sua, Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 14.

Ad Communicandum ibidem cum certis Ambassiatoribus, Commissariis, sive Nunciis Regis, per se deputandis,

Per Terram, Aquam, vel per Mare veniendo, ibidem morando, & exinde versus partes suas proprias se divertendo & redeundo, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua licita quæcumque;

Proviso semper, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Villam suam Calesii* sexto die Septembris.

Per ipsum Regem.

REX, per Literas suas Patentes, per idem tempus duraturas, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, Magistrum *Wilhelmum Fortement* Secretarium *Adversarii Regis Franciæ*, usque & in Villam Regis Calesii, cum Tribus Personis, Armatis vel non Armatis, in Comitiva sua, Ibid.

Ad Communicandum ibidem cum certis Ambassiatoribus, Commissariis, sive Nunciis Regis, per ipsum Regem deputandis,

Per Terram, Aquam, vel per Mare, veniendo, ibidem morando, & exinde versus partes suas proprias se divertendo & redeundo, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua licita quæcumque;

Proviso semper, *&c. ut supra.*

Teste Rege apud *Villam Regis Calesii* nono die Septembris.

Per ipsum Regem.

REX, per Literas suas Patentes, per idem tempus duraturas, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, • Magistrum *Johannem Vailly* Consiliarium *Adversarii Regis Franciæ*, & Præsidentem in Curia Parliamenti sui, usque & in Villam Regis Calesii, cum Sex Personis, Armatis vel non Armatis, in Comitiva sua, ad Communicandum, *&c. ut supra.* Ibid. • IX. 387.

Teste Rege apud *Villam Regis Calesii* decimo quarto die Septembris.

Per ipsum Regem.

De certis Materiis audiendis, ex parte Adversarii Franciæ in Villa Calesii proponendis.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Henrico Archiepiscopo Cantuariensi*, totius Angliæ Primati, ac, carissimo Avunculo suo, *Thomæ Comiti Dorsetiæ*, necnon, dilectis sibi, *Radulpho Rochefort* Chivaler, *Roberto Waterton* Armigero, & Magistro *Philippo Morgan*, Salutem. Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 15.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumspectione vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus & Deputavimus vos, pro parte nostra, ad audiendum omnes & singulas Materias,

Vobis, ex parte *Adversarii nostri Franciæ*, per certos Ambassiatores suos, qui usque & in Villam nostram Calesii, prætextu Literarum nostrarum de salvo Conductu, eis in hac parte confectarum, jam venerunt, Exponendas, Proponendas, & Declarandas,

Et

Cot. Caligula D. 5. Et Confœderationem mutuò inter Reges firmandam,
Juxta ea quæ Verbo & Scripto eidem Regiæ Majestati pleniùs communicata fuere.

Quòd, si Pars adversa in solis Præmissis nollet acquiescere, Dignetur præfata Majestas Auxilium suæ Liberalissimæ Donationis, de Terris sui Imperii, pro tantæ Pacis Beneficio, benigniter adhibere; ut, pro tanto suo Munere, Dominus noster *Rex Francorum*, ejusque Regnum totum, sæpedictæ Regiæ Majestati Romanorum viscerosiùs astringatur ad benè merita Reppendia Gratiarum,

Sed (& quod absit) si etiam de tantis Præmissis nollet Pars adversa contentari, neque ad Pacem, nec ad Treugam longissimam, cum Restitutione Harifflorii, realiter consentire, poterit, si placet, Regia Romanorum & Hungariæ Celsitudo, per fidelem Nuncium, de omnibus & singulis Prolocutis & Advisamentis, quæ viderit expedire, ut omnis Dilatio auferatur, velociter informare Partem istam; super quibus, cum omni celeritate possibili, Dominus noster *Rex Francorum*, scripto, vel verbo, clarissimè respondebit.

Quantum autem ad Articulum Confœderationum fiendarum, & de Modis ac Terminis declaratis; videntur omnia prudentiâ digesta, & ad Honorem Dei, Exaltationem Fidei, Dilatationem Romani Imperii, Regum, Regnorum, ac Dominiorum Conservationem pertinere.

Sed (& expedire videtur) ad omne Obstaculum Removendum, ut Confœderati utrisque Partibus, in virtute suarum Confœderationum, etiam ad tanta Boni publici Beneficia, deberent comprehendi; ut Bonum, quanto comunius, tanto melius, fortius, & honorabilius servaretur.

* IX. 388. * De cæteris autem, quæ sua Majestas requisivit, poterit latius & habundantiùs verbotenus hic præsentialiter, si eidem placuerit, informari.

Et, si, pro Præmissorum Executione, videatur Regiæ Romanorum Celsitudini necessaria fore aliqua Treuga parva & particularis, illa possit ordinari, sicut aliàs facta fuit, inter Flumina de Some & Gravelingues.

GOUTIER.

De Arraiatione in Absentia Regis facienda.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Claus. 4. H. 5. m. 15. d.

REX Vicecomiti Kantiæ, Salutem.

Quia, pro Salvatione & Defensione Regni nostri Angliæ, contra Malitiam Adversariorum & Inimicorum nostrorum quorumcumque, si dictum Regnum nostrum Angliæ, Nobis in remotis agentibus, ingredi (quod absit) seu invadere præsumpserint, prout votis astringimur præcipuis, providere volumus,

Tibi præcipimus, firmiter injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, in singulis Locis, infra Comitatum prædictum, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè, ex parte nostra, proclamari facias,

Quòd universi & singuli Ligei nostri, defensabiles ejusdem Comitatûs, se arraient & muniant meliori & fortiori modo quo sciverint vel poterint (videlicet) quilibet eorum juxta Statûs sui exigentiam,

Et se trahant penes Te, ad proficiscendum tecum penes, carissimum Fratrem nostrum, *Thomam Ducem Clarentiæ*, Custodem dicti Regni nostri, ac Locum nostrum tenentem in eodem Regno, in Defensionem Regni nostri prædicti, quotiens, & quando, ac ubi indiguerit, per eundem Custodem inde fueris præmunitus, ad resistendum Malitiæ Inimicorum & Adversariorum nostrorum supradictorum,

Et quòd hoc super Fide & Ligeantia, quibus nobis tenentur, & sub Forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poterunt, nullatenus omittant.

Teste ipso Custode apud *Westmonasterium*, decimo die Septembris.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam.

Pro Duce de Monte.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 17.

REX, per Literas suas Patentes, per unum mensem duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Willielmum Ducem de Monte*, Comitem de Rauenberch, usque in Villam Regis Caletii seu Marchias ibidem, cum quinque Servientibus & sex Equis suis in Comitiva sua, veniendo, ibidem moran-

sui Parliamenti, *Johannem de Fayel* Militem Vicecomitem de Bretueil, Consiliarios, & Magistrum *Willielmum Foitement*, Secretarium, suos,

* Ad Villam nostram Calesius destinaverit, * IX. 389.

Ad tractandum, communicandum, & finaliter concludendum, unà nobiscum, seu Commissariis nostris, quos ad id duxerimus eligendos, ea quæ Bonum, Pacem, & Tranquilitatem utriusque Regni concernere poterint, sicut & prout in Literis Commissionis *Adversarii nostri* prædicti, eis inde factis, pleniùs continetur,

Universitati vestræ notum facimus quòd Nos,

Ob reverentiam Dei, & ad evitandum Sanguinis Christiani effusionem, & ad Finem quòd Nos, tempore nostro, nostris Subditis Pacem præparemus,

Ad tractandum, communicandum, & procedendum, de & super Materiis antedictis, unà cum eisdem Ambassiatoribus, Nunciis, & Commissariis *dicti Adversarii*, nostros præbuimus Consensum & Assensum,

Unde Nos,

De Prudentia, Circumspectione, Fidelitate, & Industria, dilectorum nostrorum, Reverendissimi in Christo Patris Domini *Henrici*, Dei gratiâ, *Cantuariensis Archiepiscopi*, totius Angliæ Primatis, & Apostolicæ Sedis Legati, Magistri *Henrici Ware* Custodis Privati nostri Sigilli, *Radulphi Rochefort* Militis, ac *Philippi Morgan* Clerici, Consiliariorum nostrorum, plenariè confidentes,

Ipsos Quatuor, aut tres eorumdem, fecimus, ordinavimus, & deputavimus, ac, per Præsentes, facimus, ordinamus, & deputamus nostros certos & indubios Commissarios,

Dantes eisdem quatuor, aut tribus eorumdem, plenam Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale, pro nobis & nomine nostro, cum prædictis Ambassiatoribus *Adversarii nostri* conveniendi, communicandi, tractandi, & finaliter concludendi de & super omnibus & singulis Materiis,

De quibus ipsi Ambassiatores, pro parte Domini sui prædicti, cum eisdem Commissariis nostris communicare seu tractare voluerint,

In omnibus & singulis Locis, ac totiens & quotiens eis videbitur expedire,

Et specialiter ad capiendum, ineundum, & concordandum, unà cum dictis Ambassiatoribus, Commissariis, seu Nunciis, Bonas, Firmas, & Stabiles Treugas particulares, & in talibus Marchiis, per Mare, & per Terram, ac tanto tempore duraturas, secundum quod inter eos concordari poterit, pro Nobis, Regnis, Terris, Patriis, Dominiis, Subditis, Vassallis, Amicis, Alligatis, & Confœderatis nostris quibuscumque, omnibus honestioribus modo, viâ, & formâ quibus inter se concordare poterunt,

Et ipsas Treugas particulares, inter ipsos capiendas & concordandas, per omnia Regna, Terras, & Dominia nostra proclamari & publicari faciendi, ubicumque opus erit,

Ac etiam, ut eo firmiùs atque inviolabiliùs Treugæ prædictæ conserventur, tam per Terram, quàm per Mare, ad faciendum & deputandum tot & tales Conservatores & Judices dictarum Treugarum particularium, generales vel speciales, & in tanto numero, prout & sicut eis videbitur melius expedire, ad corrigendum & reformandum totum & quicquid contra dictas Treugas particulares attemptatum fuerit,

Et promittimus, in bonâ fide & in verbo Regio, ad tenendum, & teneri faciendum, firmum, ratum, & stabile totum & quicquid, per dictos Commissarios nostros, in præmissis seu aliquo eorum, factum fuerit,

Et quòd concedemus & faciemus, seu fieri faciemus, Literas Confirmatorias, sub Magno Sigillo nostro, de & super omnibus & singulis Articulis & Punctis, de quibus inter eos fuerit concordatum, & de exequendo eadem, cum debita diligentia, secundum formam & tenorem eorum, in quantum nobis est & ad nos pertinet,

Et hæc promittimus etiam sub Cautione & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum,

Ita quòd nunquam per Nos, vel alium nomine nostro, dicemus, faciemus, aut proponemus, in Judicio, vel extra, quicquam in contrarium.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam Regis Calesii* primo die Octobris.

Per ipsum Regem.

De

gundiæ, pro Se, & pro omnibus & singulis, qui in ipsius erunt Comitiva, usque ad Numerum Octingentarum Personarum, aut Minorem, quas secum ducere poterit, usque ad introitum Villæ nostræ Calesii prædictæ, & inibi cum quadringentis tantummodo Personis, Armatis vel non Armatis, intrare, remanere, inde exire & redire, simul vel successivè, totiens quotiens sibi placuerit, unà cum ipsorum Equis, Summagiis, Quadrigis, Cairribus, Valisiis, Manticis, Vestibus, Auro, Argento, Vassellis, Jocalibus, & aliis Bonis quibuscumque, dedimus, & damus, per præsentes, bonum, securum, firmum, & legalem salvum Conductum, tam per Mare, quam per omnes Terras nostras, Potentatus, & Dominia quæcumque, Transitus, Loca, & Districtus, universos, veniendo ad Nos, modo præscripto, usque in Villam Calesii, & toto tempore quo ibidem residebit & moram faciet, donec & ab eodem Loco pacificè reversus fuerit in Patriis suis aut Dominiis,

Cui *Consanguineo nostro* carissimo promisimus, in verbo regio, per fidem nostram & Juramentum, & promittimus per Præsentes, Ipsum tenere, & teneri facere, & omnes qui in ipsius Co-
* IX mitiva * fuerint, usque ad numerum supradictum, securum &
391. securos ab omnibus nostris Feodalibus, Servitoribus, & Subjectis, Confœderatis, & Benivolis nostris, & aliis quibuscumque (qualiscumque Eminentiæ aut Dignitatis existant) donec & quamdiu ipse *noster Consanguineus* & Gentes suæ erunt & permanebunt in præfatis nostris Villa, Terris, Potentatibus, & Dominiis,

Absque hoc quòd, per Nos, aut eos, occasione Guerrarum, inter Nos & *Adversarium nostrum Franciæ* apertarum, nec ob Marquas, Reprisalias, Intercursus, Deprædationes, Roberias, ac Dissensiones, præteritas aut supervenientes, per Mare, sive per Terram, inter aliquos nostros Subditos aut suos, nec ob Debita, Obligationes, Captivitates, Redemptiones, fraudulenter aut clandestinè factas, fide, de captivitate reintranda, vel non exeunda, non servata, aut alias Causas qualescumque, quæ quomodolibet dici, adinveniri, aut allegari possent aut proponi, Posito etiam quod si aliquæ Dissensiones, verbales aut reales, etiam Facti, inter aliquos unius Partis aut alterius intervenient, *Nobis* & præfato *nostro Consanguineo* adinvicem existentibus, aut alibi in ejus Itinere, fieri vel dari contingeret, aliquod Impedimentum, Molestationem, aut Disturbium in Corporibus aut in Bonis,

Et, si aliquod sibi, aut alicui in ejus Societate existenti, fieret aut factum foret Impedimentum vel Disturbium, ex parte nostra vel nostrorum, vel alterius cujuscumque, pendente tempore quo versus nos veniet aut residebit, aut a nobis regredietur versus Patrias suas, donec ad Villam de Gravelyng, vel alium Locum, inter Nos & ipsum concordandum, venerit & pacificè applicuerit & secure, hoc tolli faciemus & reparari statim & indilate.

Et, ad majorem Securitatem præfati *Consanguinei nostri*, & ut meliùs & evidentiùs cognoscere possit & valeat quòd, fideliter & bona fide, Intentioneque integrâ, procedere intendimus, & procedemus cum eodem, Nos, in robur & fortificationem præsentis salvi Conductûs (quem tamen nullo modo infringere vellemus, vel infringi pateremur, per alium, vel alios quoscumque) destinabimus, in ejus adventu, versus Nos, ad dictam Villam nostram Calesii, sibi obviam, Homines Armorum & Architenentes in numero sufficienti, usque ad Limites Terrarum quæ pro nunc sunt in nostro Regimine, qui ipsum Consanguineum nostrum secure reci-
* IX. pient * & conducent usque in præfatam Villam nostram Calesii;
392. & pari forma ipsum conduci faciemus, in ejus reditu & Recessu a nobis, donec fuerit pacificus & securus in Villa de Gravelyng prædicta, vel alio loco, inter nos & ipsum concordando,

Et, insuper & ultra Præmissa, consentimus & accordavimus, consentimus, & accordamus, & promittimus per Præsentes, transmittere & dare, in Obsidem & securitatis Obstagium, in manus, illustris & potentis Principis, *Philippi Comitis de Charrelois*, præfati Ducis Burgundiæ Unigeniti, & Consanguinei nostri charissimi, dilectissimum & amantissimum Fratrem nostrum, illustrem Ducem Gloucestriæ, qui ad prædictum Comitem) quem præfatus Dux Burgundiæ Custodem prædicti Fratris nostri ordinavit & deputavit) veniet ad Filum Aquæ de Gravelyng, ex parte Boreali dictæ Villæ de Gravelyng, nisi de alio Loco inter nos & dictum *Ducem Burgundiæ* interim concordatum fuerit,

Et penes dictum *Comitem* permanebit donec & quousque sæpefatus, Consanguineus noster, *Dux Burgundiæ*, Pater ejus, ad Filum, vel Locum hujusmodi, redierit pacifice & secure;

Proviso semper quòd dictus *Dux Burgundiæ*, Consanguineus noster, postquam nostra Terras, Dominia, Districtus, seu Potentatus ingressus fuerit, ipsa Terras, Dominia, Districtus, seu Potentatus nullatenus egrediatur, quousque dictus *Dux Gloucestriæ* Frater noster ad prædictum Filum, sive Locum alium, interim concordandum, reductus fuerit,

Et quod, in ipso Egressu ipsius *Ducis Burgundiæ*, prædictus Frater noster Districtus nostros prædictos reingrediatur, & in no-

par Luy, & pur toutz ceux qui serront en sa Compaignie, jusques au Nombre de huit cens Persones, ou au dessoubz, qu'il purra amener ovesque luy, jusques a l'Entre de nostre Ville de Calaiz dessusdite, & y Entrer, a un foiz, ou plusieurs, avesque le Nombre de quater cens Parsonnes, armez ou desarmez, selon ceo que meulx leur plaira, ensemble leurs Chevaulx, Sommages, Charettes, Chars, Bahuz, Males, Robes, Or, Argent, Vaisselle, Joiaulx, & autres Biens quelxconques, avons donne & donnons, par ces presentes, bon, seur, ferme, & loial Saulfeonduit, tant par Meer, come par toutes noz Terres, Puissances, & Seigneuries, Passages, Lieux, & Destroiz quelxconques, pour venir par devers nous, ainsy & par la maniere que dit est, aud' Lieu de Calaiz, & tant aussi qu'il y demourra & sejournera, & serra d'illec retourne paisiblement en sez Pais, Terres, & Seignouries.

Au quel nostre Cousin *avons, en Parole de Roy, & par noz Foy & Serement, Promys, & Promettons par ces Presentes, de tenir & faire tenir Luy, & toutz ceux de sa dicte Compaign, jusques au Nombre dessusdit, seur & seurs de Nous, & de toutz noz Hommes Feodauix, Servitrurs, Subgiez, Alliez, Bienveillans, Confederez, & autres quelxconques, quelx qu'ilz soient, tant & si longuement q'il & sez ditz Gentz serront & demourront en noz dites Villes, Terres, Puissances, & Seignuries, sanz ce que par nous ou eux, pur occasion de la Guerre, ouverte entre nostre* Adversaire de France *&* nous, *ne pur Marques, Reprisailles, Entrecours, Depredations, Roberies, Dissensions, & Debaz, qui feussent avenuz ou avenissent, par Mer, ou par Terre, entre ascuns de nosd' Subgitz, & les siens, ne pour Debtes, Obligations, Emprinsennemens, Rancouns, frauduleusement ou occultement faictez, Foy de Prison reentrer, ou de non ysser, non garde, ou autres Causes quelles qu'elles fuissent ou soient, & que par quelconque maniere purroient estre Mises avant, dittes, trouvez, allegues, ou proposez, Pose encores que aucune Dissension Verbale, reelx ou de fait, sourdeist entre aucuns, d'une part ou d'autre,* Nous *& nostre* dit Cousin *estans ensemble, ou ailleurs en son chemin, estre fait quelque Empeschement, Molestation, ne destourber en Corps ne en Biens.*

Et s'aucun a Luy, ou aucuns de sa dicte Compaigne, l'en eust fait ou feist de nostre Cost, ou de nostre dit Povoir, pour le temps qu'il venra ou demourra devers Nous, & jusques de nous serra retourne en ses Paiis, ou au dit Lieu de Gravelinghes, ou autre Lieu entre Nous & luy accorde, & illec venu & arreve peisiblement & seurement, nous le ferons oster & reparer tautost & sanz delay.

Et, a plusgrant seurtee du devant dit nostre Cousin, *& au fin qu'il puisse meulx & plus evidement Coignoistre & veoir que loialment, feablement, & de bonne foye, & ensention entier, entendons & desirons proceder avec luy, Nous en fortification de nostre present Saufconduit (le quel ne voulrions pur riens enfraindre, ne souffrir estre enfrains, par autre, ou autres quelxconques) envoierons, a sa Venu, pardevers Nous, en nostre dicte Ville de Calaiz, certein & bon Nombre de Gens d'Armes, & d'Archers, audevaunt de Luy, a l'Entre de nos diss Terres, Povoirs, & Seignouries, qui icellui* nostre Cousin *& les dits Gens recevront & conduiront seurement jusques a ycelle nostre Ville de Calaiz; &, pareillement, le ferons conduire, à son partement de Nous, si avant que vont & s'entendent noz Terres dessusdictes, & jusques à ceo qu'il sera r'entre paisiblement en sez Terres & Seignuries,*

Et en oultre, avons accorde encores de bailler & envoier, en Ostage & Seuretee, es Mains de, Hauls & Puissant Prince, Philippe Conte de Charrolois, *seul Filz de, nostre dit Cousin,* Duc de Burgoingne, *nostre treschere & tresame Frere* Houfrey Duc de Gloucestre, *qui au dit* Conte de Charrolois *(le quel le dit* Duc de Burgoingne, *nostre Cousin, a ordenne & depute garde de nostre dit Frere) venra au Fil de l'Eaue de Gravelinghes, de la partie devers le North d'icelle Ville de Gravelynghes, s'il n'est accorde d'autre Lieu entre nous & nostre* dit Cousin,

Et demourra avec le dit Conte de Charroloyes, *jusques a ce que, icelluy Cousyn, le* Duc de Burgoingne, *son Pere, serra Retourne de nous au dit Fil de l'Eaue de Gravelynges paisiblement & seurement;*

Pourveu toutesfoiz que nostre dit Cousin, *apres ceo qu'il serra entre noz Terres, Seignouries, Destrois, & Povoirs ne ystra hors d'icel, en aucun maniere, jusques a ceo que le dit* Duc de Gloucestre, *nostre Frere, serra r'amene au dit Fil de l'Eaue, ou autre Lieu qui serra accorde entre nous & nostre* dit Cousyn,

Et que, en icelle Alee de nostre dit Cousin, *icellui nostre Frere r'entre en nos dits Destroiz & Pourvoirs, & soit restitue effectuelment*

ſtræ perpetuæ & offenſæ, maxime Incurſus criminis Læſæ Regiæ Majeſtatis,

Quinimo hoc præſenti ſalvo Conductu faciant, permittant, & patiantur præfatum, noſtrum Conſanguineum *Ducem Burgundiæ*, omneſque & ſingulos de ſua Comitiva, ad uſque præfatum Numerum, uti & gaudere pacificè, integraliter, & pleniſſimè, nec præſtent, aut faciant præſtari, aut fieri permittant alicui ipſorum impedimentum, Moleſtiam, Diſturbium, ſive Dampnum in Corporibus quomodolibet, vel in Bonis,

Imò, ſi ipſis, vel ipſorum alicui, aliquod foret datum Impedimentum vel illatum, hoc ſtatim & incontinenti amoveri faciant & reparari indilate,

Tranſgreſſores, ſi qui forent, vel in contrarium Attemptantes aut facientes talibus & tam gravibus Pœnis punientes quòd cedat in exemplum cæterorum, quia ita fieri volumus, præcipimus, & mandamus per præſentes,

Quas in ipſarum Robore & vigore durare volumus uſque ad quintum decimum diem præſentis menſis Octobris.

In quorum omnium fidem, teſtimonium & certitudinem, præſentes noſtras Literas noſtri Sigilli fecimus appenſione muniri & roborari.

Dat. in Villa noſtra *Caleſii*, prima die menſis Octobris, Anno Domini noſtri Jeſu Chriſti milleſimo, quadringenteſimo, ſexto decimo, Regni verò noſtri quarto, præſente, illuſtriſſimo Principe, Domino *Sigiſmundo*, *Romanorum & Hungariæ Rege* ſemper Auguſto.

Per ipſum Regem.

Mais d'icellui noſtre Conduit facent, ſueffrent, & laiſſent le dit Duc de Burgoingne, *noſtre Couſin, & toutz ceulx de ſa dicte Compaingnie, juſques au dit nombre, joier & uſer pleinement, paiſiblement, & intierment, ſans leur fere, metere, ou donner, ne ſouffrit eſtre fait, mis, ou donne, ne a aucun d'eulx, en Corps, ne Biens, Arreſt, Deſtourber, ou Empeſcheiment en aucun manere,*

Ains, s'aucun fait leur eſtort, ou a aucun d'eulx, le oſtent, & facent oſter & reparer tantoſt & ſanz delay,

En Puniſſant les Tranſgreſſours, ſe aucun ou aucuns feiſt ou feiſſent le contraire, de telle, & ſi grieſue Puntion, que ce ſoit Exemple a toutz autres, car ainſi le Volons & Comandons eſtre fait par ces Preſentes,

Les quelles Volons durer en lour force & vertue juſques au quinziſme jour de ceſt preſent Moys d'Octobre,

En teſmoignance de ceo nous avons fait mettre noſtre Seal a cet Preſentes.

Donne en noſtre dit Ville de Calaiz, *Preſent, treſhaut & treſpuiſſant Prince, Monſeigneur* Sigiſmond Roy de Romains *& de Hungre, le premer jour d'Octobre, l'An de Grace mille, quatrecens, & ſeſze, & de noſtre Regne le Quart.*

Per ipſum Regem.

• IX. 394. * *De Sacramentis exigendis a Johanne Duce Burgundiæ, & a Philippo, primogenito ſuo, Comite de Charellois.*

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 14.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cùm,

Inter Deputatos & Commiſſarios noſtros, ex una, & Deputatos & Commiſſarios, illuſtris præpotentiſque Principis, *Johannis Ducis Burgundiæ*, Comitis Flandriæ, Artheſii, & Burgundiæ, Conſanguinei noſtri cariſſimi, ex altera parte,

De & ſuper mutua Viſione ſive Conventione, inter *Nos* & præfatum *Conſanguineum noſtrum*, ſtatutis temporibus, in Villa noſtra Caleſii fiendâ,

Necnon de & ſuper ſufficientibus Securitatibus, pro hujuſmodi Conventione ſive mutua viſione, pro ipſo *Conſanguineo noſtro*, ac, Dilectiſſimo & Amantiſſimo Fratre noſtro, *Humfrido illuſtriſſimo Duce Glouceſtriæ*,

Quem, pro ipſo *Conſanguineo noſtro*, in Obſidem & Securitatis Oſtagium, in Manus, illuſtris Principis, *Philippi Comitis de Charellois*, præfati *Johannis Ducis Burgundiæ* Unigeniti, & Conſanguinei noſtri cariſſimi, tranſmittere & dare promiſimus,

Etiam cum Juramentorum ad Sacra Dei Evangelia, invicem, ſub certis modo & forma, interpoſitione & præſtatione, per ipſos, *Johannem Ducem* & *Philippum Comitem*, Conſanguineos noſtros, faciendorum,

Nonnullæ Proviſiones habitæ ſunt & concluſæ, prout in Literis noſtris & ipſorum, *Johannis Ducis & Philippi Comitis*, cariſſimorum Conſanguineorum noſtrorum, invicem inde confectis, ac *Noſtris* & prædictorum, *Johannis Ducis*, & *Philippi Comitis*, Sigillis conſignatis, expreſſius continetur,

Nos,

De Fidelitate, Prudentia, Circumſpectionis Induſtria, dilectorum & Fidelium noſtrorum, *Thomæ de Camoys* Chivaler, Magiſtri *Henrici Ware* Cuſtodis Privati Sigilli noſtri, & *Roberti Waterton* Armigeri, & eorum cujuſlibet, plenariè confidentes,

Ad Juramentum ſive Juramenta hujuſmodi, per præfatos Dominos, *Johannem Ducem*, & *Philippum Comitem*, Conſanguineos noſtros cariſſimos, præſtanda, facienda, & interponenda, pro Nobis & Nomine noſtro, ab eiſdem & eorum utroque exigendum & recipiendum,

Necnon ad omnia alia & ſingula, quæ in Præmiſſis vel circa ea neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, noſtros legitimos & indubitatos Procuratores, Commiſſarios & Nuncios ſpeciales, fecimus, creavimus, & conſtituimus, facimus, creamus, & conſtituimus per præſentes,

Promittentes, bonâ fide & in verbo regio, Nos Ratum, Gratum & Firmum, perpetuis temporibus, habituros totum & quicquid per dictos Procuratores, Commiſſarios, & Nuncios noſtros, aut eorum aliquem, Actum, Factum, ſeu Geſtum fuerit in Præmiſſis, ſeu aliquo Præmiſſorum, ſub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum noſtrorum, & exponimus Cautionem.

In quorum omnium Teſtimonium præſentes Literas noſtras Sigilli noſtri appenſione muniri fecimus & roborari.

Teſte Rege apud *Villam Regis Caleſii*, ſecundo die Octobris.

Per ipſum Regem.

Appunctuamenta per Ducem Burgundiæ promittenda & Juranda.

PREMIEREMENT, comment *le Roy d'Angleterre*, qui ſe dit Roy de France, a dit au dit *Duc* de ſon Droit & Tiltre, Ann. D. 1416.
qu'il a au Royaulme & a la Corone de France, An. 4.
Et comment, a la Reverence de Dieu, & pour effuſion de H. 5.
ſang humain eſchuir, il a fait Requerir *Charles, ſon Adverſaire* Penes
de France, de Lui Leſſer les Corone & Royaulme de France a- Camer.
vantditz, oue toutes leurs Appartenances quexconques, comme de Droit feroit, Au quel demande ſon dit Adverſaire n'a voulu conſentir, ne'a nul autre bon Moien de Paix,

• IX. 395. * Pour ce le dit Roy a dit au dit *Duc* que, oue l'aide de Dieux, de noſtre Damme, & de Monſieur Saint George, Il entent, par voie de Fait, proceder a la Recouverir du Royaume & de la Corone de France, comme de Droit lui ſemble qu'il doit faire, comme cellui qui n'a Souverain fors Dieu, a qui il puet demander Droit.

Sur quoy le dit *Duc*,

Cognoiſſans le Droit du dit *Roy d'Engleterre* &c. Et conſiderans les grandes Victoires que Dieu, de ſa Grace, a donneez & monſtreez ſi bien au dit *Roy d'Engleterre* &c. q'or eſt, comme a ſes Nobles Progenitours & Predeceſſeurs, Roys d'Engleterre &c. en acquerant leur Droit de les Royaulme & Corone de France,

Prometra par ſes Lettres, eſcriptes de ſa Main, & Sealeez de ſon Prive Seel, au dit Roy d'Engleterre &c. que ja ſoit que, par deffaulte de bonne Information du Droit & Tiltre, que le dit *Roy d'Engleterre* &c. a aux dictes Royaume & Corone de France, le dit *Duc de Burgoigne* a tenu la Partie de ſon dit *Adverſaire*, en cuidant bien faire,

Maintenant *le dit Duc*, mieulx enfourmez, deſor 'en avant, tendra la Partie de l'avan dit *Roy d'Engleterre*, & de ſes Hoirs, comme ceulx qui de Droit ſont & ſeront Roys de France, & q'aroient en Poſſeſſion Reale les Royaulme & Corone de France.

Mais, pour ce que le dit Roy d'Engleterre &c. n'a voulu, pour le preſent, deſirer Hommaige a Lui eſtre fait par *le dit Duc*, non obſtant que *le dit Duc* congnoiſt bien que faire le deuſt; Nientmoins *le dit Duc* prometra, par ceſtes preſentes, que ſi toſt, que a l'aide de Dieu, de noſtre Dame, & de Monſieur Saint George, le *dit Roy d'Engleterre*, &c. aura notable Partie du dit Royaulme de France, Il fera au dit *Roy d'Engleterre* &c. Homaige Liege, & Serement de Foialte, tielle comme Soubgit du Royaume de France doit faire a ſon *Souveraine Seigneur Roy de France*.

ITEM, pourchaſſera le dit *Duc*, par toutes les voies & manieres, qu'il ſaura, ou que Lui ſeront Infourmeez, & que ſont ſecre-

ſes,

ſoigne deſſus dicte, Nientmoins Vuet & Deſclaire le dit *Duc*, par ceſtes ſes Lettres, que toutes tielles Exceptions ſoient Voides & de Nulle value n'effect.

Et, au fin que chaſcun Sache que ceſtes Articles procedent de ſa pure & franche voulente, & qu'il les vuet Garder & Obſerver en chaſcun Point, ſanz jammais devenir a l'encontre, Jurera & Promettra le *dit Duc* par la foy, & loyalte de ſon Corps, & ce ſanz fraude ou mal engin, & les eſcripura chaſcun Article de ſa propre maine, & oue ſon Signe manuel les ſignera, & mettra ſon Privie Seal de ſes Armes, le Jour & Lieu, &c. enſi qu'il eſt de fait.

Cedula priori conſueta.

Protocollum Literæ Appunctuatorum pro Duce Burgundiæ.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ibid. • IX. 396.

JEhan &c. A tous ceulx, qui ceſtes Lettres verront ou orront, Salutz.

Comme le Treſhault, &c. *Henry*, par la grace de Dieu, *Roy d'Engleterre*, qui ſe dit Roy de France, Nous a enfourme • de ſes Drois & Tiltre, qu'il a au Royaulme & a la Corone de France,

Et, comment, a la Reverence de Dieu, & pour eſchuir l'effuſion de Sang humain, Il a fait Requerir *Charles*, *ſon Adverſaire de France*, de lui leſſer les Corone & Royaulme de France avanditz, oue toutes les Appartenances; Au quelle Requeſte ſon dit Adverſaire n'a voulu en nulle maniere Aſſentir, ne a nul altre bon Moien de Paix,

Pour quoy le dit *Roy d'Engleterre* &c Nous a dit que, a l'aide de Dieu, de notre Dame & de Monſieur Saint George, Il entent a proceder, par voie de Fait, A la Recouverir du Royaume & de la Corone de France, comme de droit lui ſemble qu'il doit faire, comme celui qui n'a Souverain fors Dieu a qui Il peut demander Droit,

Et nous,

Congnoiſſans le Droit du dit *Roy d'Engleterre*, &c. & conſiderans les grandes Victories que Dieux, de ſa Grace, a donnez & monſtrees, ſi bien au dit *Roy d'Engleterre*, &c. q'or eſt, comme a ſes Nobles Progeniteurs & Predeceſſeurs, *Roys d'Engleterre*, &c. en acquerant leur Droit de les Corone & Royaulme de France deſſuſdit,

Promettons, par ceſtes Lettres, eſcriptes de noſtre Main, & Sealeez de noſtre Prive Seal, au dit *Roy d'Engleterre* &c. que,

Ja ſoit que, par defaulte de bonne Information des Droit & Tiltre, que le dit *Roy d'Engleterre* a aux ditz Royaulme & Corone de France, Nous avons Tenu la Partie de *ſon dit Adverſaire*, en cuidant bien faire,

Mais ore Nous, mieulx enfourmez, tenons, & deſor en avant voulons Tenir la partie de l'avant dit *Roy d'Engleterre*, &c. & de ſes Hoirs, comme celui & ceulx, qui de Droit eſt & ſeront droitz *Roys de France*, & qui de droit auroient la Poſſeſſion du Royaume & de la Corone de France,

Maiz pour ce que *le dit Roy d'Engleterre*, &c. ſe veult abſtenir de Nous deſirer a lui faire Hommaige, pour le preſent, combien que faire le deuſſions,

Nientmoins Nous Promettons, par ceſtes Preſentes, que ſi toſt, que, A l'aide de Dieu, de noſtre Dame, & de Monſieur Saint George, le dit *Roy d'Engleterre* &c. aura notable Partie recouvere du dit Royaulme de France, Nous ferons au *dit Roy d'Engleterre* &c. Hommaige Liege, & Serement de Foiaulte, tiel comme Soubgit du Royaulme de France doibt faire a ſon *Souveraign Seigneur Roy de France*, Et auſſi pourchacerons, par toutes les voies & manieres ſecretes, que Nous ſaverons, ou que aucun Nous puet infourmer de faire, *le dit Roy d'Engleterre*, &c. venir a ſon propoz d'avoir reale & paiſible Poſſeſſion de les Royaume & Corone de France avantdit,

Et que, tout le temps que *le dit Roy d'Engleterre*, &c. ſe vuet emploier a la Recouvere des ditz Royaulme & Corone de France, Nous ferons guerre, oue toute notre Puiſſance, a noz Ennemis du Royaulme de France (c'eſtaſſavoir) A. A B. C. D. &c. & a toutes leurs Gens, Paiis, & Bienvueillanz que ſeront Deſobeiſſans *audit Roy d'Engleterre*, &c.

Et, oultre ce, promettons que,

Pour nulles Alliances ou Lettres, faictes, ou a faires, entre *le dit Roy d'Engleterre*, &c. & Nous, en leſquelles ſont ou ſeront Exceptes *le dit Adverſaire*, ou *le Filz du dit Adverſaire*, au dit *Roy d'Engleterre*, &c.

N'eſt, ne ſera, notre Entention de faire Prejudice nulle *au dit Roy d'Engleterre*, ne a Choſe que Nous Lui avons Promis en ceſ-

* *Tractatus Caleſii, ſuper Treugis Franciæ.* • IX. 397.

NOS, *Henricus*, Permiſſione Divinâ, *Cantuarienſis Epiſcopus*, totius Angliæ Primas, & Apoſtolicæ Sedis Legatus, Magiſter *Henricus Ware* Privati Sigilli Cuſtos, Dominus *Radulphus Rocheford* Miles, & *Philippus Morgan* utriuſque Juris Doctor, Domini noſtri *Regis Angliæ & Franciæ* Conciliarii & Commiſſarii, Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 13.
ex parte ejuſdem Domini noſtri, ſpecialiter ordinati & deputati, ad Conveniendum, Concordandum, Acceptandum, & Firmandum particulares Treugas, tam per Terram, quàm per Mare, unà cum Ambaſſiatoribus, Commiſſariis, & Deputatis ex parte *Adverſarii Franciæ*, ſufficientes Poteſtates ad hoc habentes, & habentibus:

Quarum quidem Commiſſionum Tenores ſequuntur,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præſentes Litteræ pervenerint, Salutem in Domino ſempiternam.

Cùm, de præſenti, *Adverſarius noſter Franciæ*, certos Ambaſſiatores, Nuncios, & Commiſſarios ſuos; videlicet,

Reverendum in Chriſto Patrem Dominum *Reginaldum Archiepiſcopum Remenſem*, Magiſtrum *Johannem de Vaylly* Præſidentem ſui Parliamenti, *Johannem de Fayel* Militem Vicecomitem de Breithveil, Conſiliarios, & Magiſtrum *Guillielmum Foytement*, Secretarium,

Ad Villam noſtram Caleſii deſtinaverit,

Ad Tractandum, Communicandum, & finaliter Concludendum unà nobiſcum, ſeu Commiſſariis noſtris, quos ad id duxerimus eligendos, ea quæ Bonum, Pacem, & Tranquillitatem utriuſque Regni concernere poterint, *&c. prout ſupra*, *de tractando apud Villam Caleſii*, *& ſic deſinit*,

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo apud *Villam noſtram Caleſii* primo die Octobris, Anno Regni noſtri quarto.

Per ipſum Regem.

Sturgon.

CHarles, par la Grace de Dieux, *Roy de France*, a tous ceulx, qui ces preſentes Lettres verront ou orront, Salut.

Savoir Faiſons que,

Pur honeur & reverence de Dieu, & pour eſcheuir l'Effuſion du Sang Humain, & les autres Maulx & Damages innumerables & irreparables, qui pur le fait & occaſion des Guerres, qui le temps paſſe ont eſte en ceſt Roialme, entre noz *Predeceſſeurs Roys de France* & Nous, d'une part, & *noſtre Adverſaire d'Engleterre* & ſes *Predeceſſeurs Roys d'Engleterre*, d'autre part, & qui vrayſemblement ſont en diſpoſition d'avenir, de jour en jour, ſe Proviſion & Remedie convenable n'y eſt mys,

Deſirans, de tout noſtre cuer, venir a bonne Paix & Concorde avec noſtre *dit Adverſaire d'Engleterre*, par quoy le Peuple, que Dieu nous commis a gouverner, puiſſe, en noſtre temps, & ſoubz Nous, viure en Paix & Tranquillite,

Confians a plain des ſens, loyaultes, circumſpections, prudences, & bonnes diligences de, noz Amez & Feaulx Conſeillers, *Reginauls Arcevesque de Rems* Per de France, Maiſtres *Jehan de Vailly* Preſident en noſtre Parlement, *Jehan Abbe de Monſtier Erraine*, *Jehan de Fayel* Chivaler Vicont de Bretueil, & Maiſtre *Adam de Cambray*, & Maiſtre *Guillem Foitement* noſtre Notaire & Secretaire,

Iceulx ſix enſemble, ou les cinque, quatre, ou trois d'eulx en l'abſence des autres, avons ordonnez, commis, & deputez, ordonnons, committons, & deputons, par la Teneur de ces Preſentes, pour & en lieu de Nous, pour aſſembler avec les Ambaxadours, Commis, & Deputes depar noſtre *dit Adverſaire*, ayant povair ſuffiſant de luy, ou de la Partie *d'Engleterre*, a Leulinquehem, ou en quelxconques Villes, Chaſteaulx, Fortreſſes, Lieux, & Places du Pais de Picardie, telx que bon lour ſembiera,

Et lour avons donne, & donnons, par la Teneur de ces Preſents, a eulx ſix enſemble, ou aux cinque, quatre, ou trois d'eulx, plain Pouoir, Auctorite, & Mandement ſpeciale, de acorder, prendre, fermer, & jurer Trieues particuliers,

• En Mer & en Terre, en telles Marches de noſtre Royaume, • IX. 398.
& extendue en Mer, come bon ſemblera a eulx, & aux Commis & Deputes depar noſtre *dit Adverſaire*,

Pour un An entier, a commencer du jour que icelles Trieues particulers ſerront Fermees & Accordees entre eulx, ou a plus brief temps, deca & dela la Mer,

Pour Nous, noz Subgiez, Amys, Confederez, & Alyez quelcon-

parte adversa requisiti, quod tenebunt, & observabunt, facientque

Et d'en donner noz Lettres Confirmatours des lours Seeles, de nostre Grand Seel, sur tourz les Poins & Articles qui ainsi serront accordez par eulx, & de les faire Executer diligement, de Point en Point, & tant que en Nous est, selon leur forme & teneur,

Et ce Promettons sur Caution & Obligation de tourz noz Biens, presens & a venir, sens jamais faire, dire, ne proposer, par Nous, ne par autres, en Jugement, ou dehors, aucune Chose au contraire.

En Tesmoing. de ce Nous avons fait mettre nostre Seel a ces Presents.

Don. a Parys le xxviii jour d'Aoust, l'An de Grace mille, quatrecenz, & seize, & de nostre Regne xxxvi.

Par le Roy, a la Relacion de son Grant Conseil.

Malliere.

UNiversis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Notum facimus quòd,

Cùm ex Mandato, metuendissimi atque supremi Domini nostri, *Angliæ & Franciæ Regis*,

Nos,

Unà cum, Reverendissimo in Christo Patre, *Reginaldo*, Permissione divinâ, *Remensi Archiepiscopo*, *Johanne de Vayly* in Parliamenti Curiâ Præsidente, *Johanne de Favel* Milite Vicecomite de Brethuel, Conciliariis, & *Guillielmo Foytement*, Secretario, Adversarii prædicti, in Literis suprainsertis nominatis, ex parte ejusdem Adversarii, Commissariis & Deputatis, pro eo in hac parte,

Habuerimus invicem plures Prolocutiones Communicationesque diversas de & super Nobis commissis per Literas suprascriptas,

Ad Dei & Sanctæ Matris Ecclesiæ Honorem atque Reverentiam, & ad evitandum Sanguinis humani effusionem, necnon Mala & Dampna irreparabilia, quæ occasione Guerrarum evenerunt, & de die in diem eveniunt, & non immeritò formidatur evenire in Regnis prædictis, nisi prævideatur in contrarium de Remedio condecenti,

Et ad fidem quòd liberaliùs, maturiùs, & securiùs ad Pacem finalem, inter dicta Regna, à cunctis Fidelibus Christianis peroptatam, perveniri possit,

Et maximè ad finem quòd Ambassiatores, ab utraque Parte commissi atque deputati, possint commodiùs invicem congregari, convenire, & proloqui super Materia finalis Pacis prædictæ, & Dependentiis ejusdem,

Virtuteque Potestatis, per Literas superiùs scriptas, nobis datæ atque attributæ,

Convenimus, promisimus, atque concordavimus, pro dicto *Domino nostro Rege*, suisque Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, & Alligatis; videlicet,

Rege Romanorum,

Rege Castellæ & Legionis,

Rege Arragonum,

Rege Daciæ, *Sueciæ & Norwegiæ*,

Rege Portugaliæ,

* IX. 399. * *Lodovico Duce Bavariæ*, Comite Palatino Reni,

Duce Guillielmo de Bavarria, Comite Hannoniæ, Hollandiæ, & Zellandiæ,

Donaldo Domino de Insulis,

Et *Johanne Stanley*, pro Dominio de Man,

Et, Tenore Præsentium, convenimus, facimus, promittimus, & concordamus, unà cum prænominatis Commissariis atque Deputatis pro parte præfati *Adversarii Franciæ*,

Qui quidem Commissarii & Deputati similiter convenerunt, fecerunt, promiserunt, & concordaverunt bonas, firmas, stabiles, & particulares Treugas pro dicto *Adversario Franciæ*, suisque Terris, Dominiis, Subditis, & Alligatis; videlicet,

Rege Romanorum,

Rege Castellæ & Legionis,

Rege Bohemiæ,

Rege Scotiæ,

Rege N varriæ,

Rege Arragonum,

Willielmo Duce de Bavarria, Comite Hannoniæ, Hollandiæ, & Zellandiæ,

Duce Brabantiæ,

Duce Geldriæ,

Comite Marchiæ in Scotia,

Domino de Man,

Domino de Insulis in Scotia,

Duce & Communitate Januæ,

Per Terram (viz per totam Patriam & Marchiam Picardiæ, a Riparia Sommæ usque ad Mare, & includuntur in hoc Villa &

teneri & observari, Treugas præsentes, sic per Nos, ut præmittitur, de communi consensu acceptatas & concordatas, juxta earumdem seriem, formam & tenorem, omnibus dolo & fraude cessantibus,

Et, si contingat quòd Alligati memorati recusant prædicta facere, ille, vel illi, qui hoc facere nolet, vel nolent, erit, vel erunt, exclusus, vel exclusi, à Beneficio Præsentium Treugarum; & quoad illos unius vel alterius Partis, qui Treugas præsentes voluerint acceptare easdemque jurare & affirmare, eædem Treugæ plenum sortiantur effectum & vigorem, omnibus dolo & fraude cessantibus,

Non tamen est nostræ Intentionis quòd aliquis, vel aliqui, Alligatus, vel Alligati, unius partis, vel alterius, gaudere debeat, aut debeant, Beneficio præsentium Treugarum, nisi à tempore quo hujusmodi Treugas acceptaverit, juraverit, & confirmaverit, acceptaverint, juraverint, & confirmaverint, & de hujusmodi Acceptatione & Confirmatione Partem adversam effectualiter certificaverit, seu certificaverint,

Nos (videlicet) pro Alligatis nostris, in Bolonia supra Mare,

Et *Adversarius noster*, pro Alligatis suis, in Villâ Calesii:

Proviso quòd, si Naves & Carracæ Alligatorum & Confœderatorum Partis *Adversarii nostri*, vel aliquorum eorumdem, & in eis existentes, cum Personis, Bonis, Mercimoniis, & Armaturis eorumdem, harum Beneficio Treugarum, ante Confirmationes, Approbationes, & Certificationes, per eos, ut præmittitur, de dictis Treugis faciendas, gaudere voluerint quòd Patroni, Magistri, seu Gubernatores Navium prædictarum jurabunt, &, ultra hoc, per Literas suas, præfato Domino nostro Supremo, *Regi Angliæ & Franciæ* obligabunt Navigia & Bona sua (ipsi, videlicet, de singulis Dominiis pro se communiter, & quemlibet eorum per se & in solidum) sub Sigillis eorumdem, quod nec ipsi, nec aliquis eorum, quicquam contra Tenorem Treugarum prædictarum, durante earum Termino, attemptabunt, aut attemptabit aliquis eorumdem per se, vel Naves, seu Carracas antedictas,

Et in eventum quo aliqua per eos, quod absit, essent aut forent Attemptata, subicient se Patroni, Gubernatores, * & Magistri Navium prædictarum Jurisdictioni, Notioni, & Potestati cujuscumque Judicis Ecclesiastici, vel Secularis, penes quem dampnificati hujusmodi conqueri voluerint, * IX. 400.

Quâ quidem Obligatione factâ, Naves & Carracæ salvum conductum à præfato Domino nostro *Rege Angliæ & Franciæ*, seu Capitaneo, vel Locumtenente Calesii, aut Capitaneo, vel Locumtenente de Harflewe, qui ad hoc à præfato Domino nostro *Rege Angliæ & Franciæ* Potestatem habebunt, absque difficultate quacumque obtinebunt, de salvo & secure Remeando versus Partes proprias, durantibus Treugis supradictis,

Et, consimiliter, si aliquæ Naves particulares, præfatorum Alligatorum hujusmodi Beneficio gaudere voluerint, consimilem Securitatem faciant Magistri & Gubernatores Navium antedictarum; dummodo à nono die Mensis Octobris proximo futuro (quo die inceperint Treugæ supradictæ) ante Approbationem, Confirmationem, & Certificationem supradictas, nullum Dampnum Domino nostro, neque Subditis, seu Alligatis suis intulerint,

Et, in Eventu quo Capitanei, seu Locumtenentes præfati, aut eorum aliquis, debitè requisiti, aut requisitus, hujusmodi Salvum conductum concedere recusaverit, aut plus debito distulerit, ipse, qui eum requisierit, Beneficio Treugarum dictarum gaudere debeat,

Et in casu quo Alligati seu Confœderati hujusmodi, vel aliqui eorum, Juramentum prædictum præstare, aut Obligationes prædictas facere recusaverint, eo ipso à Beneficio harum Treugarum sint exclusi usque ad Confirmationem, Approbationem, & Certificationem supradictas,

Durantibus quibus Treugis cessabunt in toto, tam in dictis Marchiis Picardiæ, quàm in Mari, Portubus & Ripariis in Mare descendentibus, & aliis locis maritimis supradictis, ex unâ parte & ex aliâ, Omnes Prisæ, sive Captiones Personarum, Navium, Bonorum Castrorum, Fortalitiorum, & aliorum Locorum, Illationes Dampnorum, & omnia Facta Guerrarum quæcumque sint,

Et poterunt Subditi, unius Partis & alterius, secure habitare, & laborare Terras & Possessiones suas, infra Loca & Metas supradicta, & proficua inde recipere, necnon Facta & Negotia sua libere exercere, invicem conversari & communicare, mercandisare de omnibus Mercandisis & Mercimoniis, tam Victualibus, quàm aliis,

Exceptis semper Armaturis, Artillariis & omnibus aliis Hernesiis & Habilamentis Guerrarum,

Et poterunt etiam Subditi, Vassalli, Alligati, & Confœderati, unius Partis & alterius, in Mari, Portubus & Ripariis in Mare descendentibus, infra Locum & Limites supradicta constitutis quibuscumque, cum Navibus & Bonis suis transire, navigare, expectare,

Communitatisque & deputatos Conservatores præsentium Treugarum (videlicet) in & per totum Mare supra designatum, *Admirallum & Viceadmirallum*, & per Terram, in partibus Picardiæ supra declaratis, *Capitaneum Generalem* ejusdem Patriæ, qui pro tempore erunt, & eorum quemlibet, vel eorum Locumtenentes,

Qui quidem Conservatores, superiùs nominati, & eorum quilibet, habebunt & habent Potestatem, quilibet in Posse suo & in loco sibi deputato, infra Limites supra designatos, de faciendo reparari & emendari omnia delicta & Dampna, quæ contra Tenorem Præsentium Treugarum facta & perpetrata erunt, & ad puniendum Malefactores secundum Casus exigentiam,

IX. 401. * Promittimusque Treugas præsentes per præfatum Dominum nostrum, *Angliæ & Franciæ Regem*, per Literas suas Patentes, citra primum diem Novembris proximò futurum, efficaciter fore confirmandas,

Quod & facere, infra dictum primum diem Novembris, Commissarii Partis adversæ per Dominum suum promiserunt modo consimili,

Literasque Confirmatorias Domini nostri superioris prædictas, apud Boloniam supra Mare, infra dictum primum diem prædicti proximi mensis Novembris, transmitti & destinari promittimus bonâ fide.

In quorum omnium & singulorum Testimonium has præsentes Litteras Sigillorum nostrorum munimine fecimus corroborari.

Datum *Calesii* die tertia Octobris, Anno Domini millesimo, quadringentesimo, decimo sexto.

Pro Secretario Regis Siciliæ.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 16.

REX, per Literas suas Patentes, usque Quartumdecimum diem Octobris, proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Nicholaum* Secretarium, Illustris Principis, *Lodowici Regis Siciliæ*, usque in Villam nostram Calesii, cum duobus Famulis & tribus Equis, in Comitiva sua, veniendo, ibidem morando, & exinde versus partes suas proprias redeundo, ac Famulos & Equos prædictos, necnon Bona, Res, & Hernesia sua licita quæcumque;

Proviso semper quod ipsi quicquam, quod, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Villam Regis Calesii*, sexto die Octobris.

Per ipsum Regem.

De Treuga Alligatis Regis notificandâ.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Claus. 4. H. 5. m. 13. dorf.

REX, Custodibus Passagii in Portu Civitatis suæ Londoniæ, Salutem.

Cùm,

Inter Ambassiatores & Commissarios nostros, pro Nobis, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, & Alligatis nostris; videlicet,

Rege Romanorum,
Rege Castellæ & Legionis,
Rege Arragonum,
Rege Daciæ, Suessiæ & Norwegiæ,
Rege Portugaliæ,
Lodowico Duce Bavariæ, Comite Palatino Reni,
Duce Guillermo de Bavaria, Comite Hanoniæ, Hollandiæ, & Zellandiæ,
Donaldo Domino de Insulis,
Et *Johanne Stanley*, pro Dominio de Man,
Ex una parte,

Et Ambassiatores, Nuncios, & Deputatos *Adversarii nostri Franciæ*, pro ipso Adversario nostro, suisque Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, & Alligatis; videlicet,

Rege Romanorum,
Rege Castellæ & Legionis,
Rege Bohemiæ,
Rege Scotiæ,
Rege Navarriæ,
Rege Arragoniæ,
Duce Guillermo de Bavaria, Comite Hanoniæ, Hollandiæ, & Zellandiæ,
Duce Brabantiæ,
Duce Guelriæ,
Comite Marchiæ in Scotia,
Domino de Man,
Domino de Insulis in Scotia,
Duce & communitate Januæ,

centibus, publice proclamari & notificari, ac eas, quantum in vobis est, firmiter & inviolabiliter observari & teneri faciatis, juxta Vim, Formam, & Effectum earumdem;

Et hoc nullatenus omittatis.

Teste *Thoma Duce Clarentiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium*, tertio die Octobris.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis, in Portubus subscriptis, videlicet,

Custodibus Passagii in Portubus Villarum de Plymmouth & Fowy.
Custodibus Passagii in Portu Villæ Novi Castri super Tynam.
Custodibus Passagii in Portu Villæ de Kyngeston super Hull.
Custodibus Passagii in Portu Civitatis Cestr.
Custodibus Passagii in Portu Villæ Suth.
Custodibus Passagii in Portu Villæ de Malcomb.
Custodibus Passagii in Portu Villæ de Sancto Botulpho.
Custodibus Passagii in Portu Villæ Sandewici.
Custodibus Passagii in Portu Villæ de Dertemouth.
Custodibus Passagii in Portu Villæ de Lenn.
Custodibus Passagii in Portu Villæ de Briggewater.
Custodibus Passagii in Portu Villæ Magnæ Jernemuth.
Custodibus Passagii in Portu Villæ Bristoll.
Custodibus Passagii in Portu Villæ Gippewici.
Custodibus Passagii in Portu Villæ Doverr.

De Salvis Conductubus, durante Treuga, concedendis.

REX, Dilecto Consanguineo suo, *Ricardo Comiti Warwici*, Capitaneo nostro Calesii, seu, in ipsius absentia, ejus Locumtenenti, Salutem. Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 11.

Cùm in certis Treugis particularibus, inter Nos & *Adversarium nostrum Franciæ*, per certos nostros & suos Commissarios, nuper initis & captis, à nono die mensis Octobris ultimò præterito, usque ad Festum Purificationis Beatæ Mariæ Virginis proximò futurum (utroque die incluso) effectualiter duraturis, inter cætera, unum Capitulum est insertum;

Cujus Tenor sequitur in hæc verba,

Non tamen est intentionis nostræ quòd aliquis, vel aliqui, Alligatus, vel Alligati, unius Partis vel alterius, gaudere debeat, aut debeant, Beneficio præsentium Treugarum, nisi à tempore quo hujusmodi Treugas acceptaverit, juraverit, & confirmaverit, & de hujusmodi Acceptatione & Confirmatione Partem adversam effectualiter certificaverit seu certificaverint,

Nos (videlicet) pro Alligatis nostris in Bolonia supra Mare, & Adversarius noster pro Alligatis suis in Villa Calesii,

Proviso quòd, si Naves & Carracæ Alligatorum & Confœderatorum Partis Adversarii nostri, vel aliquorum eorumdem, & in eis existentes, cum Personis, Bonis, Mercimoniis, & Armaturis eorumdem, harum Beneficio Treugarum, ante Confirmationes, Approbationes, & Certificationes, per eos, ut præmittitur, de dictis Treugis faciendas, gaudere voluerint, quòd Patroni, Magistri, seu Gubernatores Navium prædictarum jurabunt, & ultra hoc, per Literas suas, præfato Domino nostro Supremo, Regi Angliæ & Franciæ *obligabunt Navigia & Bona sua (ipsi, videlicet, de singulis Dominiis pro se communiter, & quemlibet eorum per se & in solidum) sub Sigillis eorumdem, quòd nec ipsi, nec aliquis eorum, quicquam, contra Tenorem Treugarum prædictarum, durante eorum termino, attemptabunt, aut attemptabit aliquis eorumdem per se, vel Naves, seu Carracas antedictas,*

Et in eventum quo aliqua per eos (quod absit) essent aut forent Attemptata, subicient se Patroni, Gubernatores, & Magistri Navium prædictarum Jurisdictioni, Notioni, & Potestati cujuscumque Judicis, Ecclesiastici vel Secularis, penes quem dampnificati hujusmodi conqueri voluerint,

Qua quidem Obligatione factâ, Naves & Carracæ prædictæ, salvum Conductum à præfato Domino nostro Rege Angliæ & Franciæ, *seu Capitaneo vel Locumtenente Calesii, aut Capitaneo vel Locumtenente de Harflewe, qui ad hoc à præfato Domino nostro Rege Angliæ & Franciæ Potestatem habebunt, absque difficultate quacumque obtinebunt, de salvò & securè Remeando versus Partes proprias, durantibus Treugis supradictis.* IX. 403.

Et, consimiliter, si aliquæ Naves particulares, præfatorum Alligatorum, hujusmodi Beneficio gaudere voluerint, consimilem Securitatem faciant Magistri & Gubernatores Navium antedictarum; dummodo à nono die mensis Octobris proximò futuro (quo die incipiunt Treugæ supradictæ) ante Approbationem, Confirmationem, & Certifi-

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo octavo die Octobris.

Per ipsum Regem.

Alligantiæ cum Rege Romanorum, pro Forma Tractatus inde habiti, Confirmatio in Parliamento.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ex Autogr. Penes Camer. HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ nostræ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper certæ Alligantiæ inter, Excellentissimum & Serenissimum in Christo Principem, *Sygismundum*, Dei gratiâ, *Romanorum Regem* semper Augustum, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croaciæ, &c. Regem, Fratrem nostrum præcarissimum, ex parte unâ, pro Se & Successoribus suis, Nosque, & Successores nostros, ex alia, initæ sint & contractæ,

Quarum Alligantiarum, pro parte nostrâ, Tenor sigillatus sequitur in hæc verba,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ* in certitudinem Præsentium & memoriam futurorum,

Cùm Serenissimus Princeps, *Sygismundus*, Dei gratiâ, *Romanorum Rex* semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex, Frater noster præcarissimus,

Ad perpetuam rei memoriam, debito caritatis (quæ non sua sunt quærit) Summâque rei Ecclesiasticæ ac Libertatis Publicæ necessitate cogente (quæ sine universali periculo negligi non poterat nec postponi) excitatus ab intimis, & studiosæ sollicitudinis instantia propulsatus, *&c. prout supra in Tractatu Alligantiæ Dat. Cantuar. 15. Aug. tunc, sic*,

Nos autem, volentes, quantum in nobis est, hujusmodi Alligantias debere esse perpetuas,

Habito, super omnibus & singulis, in præfatis nostris Literis contentis, in hoc præsenti nostro Parliamento, apud Westmonasterium, in Palatio nostro, decimo nono die Mensis Octobris, Anno Regni nostri Quarto, celebrato, cum omnibus, Archiepiscopis, Ducibus, Comitibus, Baronibus, ac Militibus, Communitatum nomine comparentibus, & aliis quibuscumque Statibus, Spiritualibus & Temporalibus, ad Mandatum nostrum ut in Parliamento ibidem congregatis, Tractatu * debito & solempni, ac de unanimi

* IX. 404. Consensu & Assensu eorumdem,

Præfatas Alligantias & Confœderationes, omniaque & singula Præmissa, modis & formis, in dictis nostris Literis superius recitatis, in eodem Parliamento, & auctoritate ejusdem, pro Nobis, Successoribus nostris, Ratificamus, Approbamus, &, Tenore Præsentium, Confirmamus.

In cujus rei testimonium has præsentes Literas nostras nostri Magni Sigilli impressione fecimus communiri.

Dat. in *Palatio nostro Westmonasterii*, prædicto decimo nono die Mensis Octobris, Anno Gratiæ Millesimo, Quadringentesimo, sextodecimo, & Regni nostri Quarto.

Sub Sigillo Magno, cerâ viridi expresso, a Filis sericis albi cæruleique Coloris.

Confirmatio Treugarum Franciæ, Calesii proximo concordatarum.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 13. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS quasdam Treugas, inter Ambassiatores nostros ex una parte, & Ambassiatores, Nuncios, & Commissarios Adversarii nostri Franciæ ex altera parte, factas in hæc verba,

Nos *Henricus*, Permissione Divinâ, *Cantuariensis Archiepiscopus*, totius Angliæ Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus, Magister *Henricus Ware* Privati Sigilli Custos, Dominus *Radulphus Rochefort* Miles, & *Philippus Morgan* utriusque Juris Doctor, Domini nostri Regis Angliæ & Franciæ Conciliarii & Commissarii, *&c. prout in Tractatu Calesii Dat. ibidem tertio die Octobris.*

Nos autem, Treugas prædictas Ratas habentes & Gratas, illas, Tenore Præsentium, ex certa Scientia nostra, Laudamus, Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus;

Promittentes Nos, bonâ fide & verbo Regio, Treugas illas Tenere & Custodire, ac pro posse nostro, absque fractione, per fideles & subditos nostros quoscumque, quovis modo, secundum

Mariæ Wygorniæ, pro certis Negotiis, in Generali Concilio apud Civitatem Constantiensem expediendis, ad Civitatem illam habeat se transferre,

Universitatem vestram multipliciter honorabilem, & quemlibet vestrûm, attentiùs & efficaciùs quo possumus, Requirimus & Rogamus quatinus,

Eundem *Priorem*, cùm ipsum per Regna, Dominia, & Potestates vestra, seu alicujus vestrûm, transire contigerit, nostræ Magestatis intuitu, & harum Literarum nostrarum speciali interventu propensiùs Recommendatum habentes,

Eundem *Priorem*, cum Familiaribus, Equis, Bonis, Hernesiis, & Rebus suis quibuscumque, recipiatis, & inibi morari, seu per eadem Regna, Dominia, & Potestates, cùm sibi placuerit, liberè & absque impedimento seu perturbatione quacumque redire permittatis, sine solutione Dacii, Pedagii, Gabelli, aut aliqua Apertione Manticarum, Literarum, seu Herneliorum, necnon salvum & securum Conductum, si necesse fuerit, suis Sumptibus habere faciatis,

Non inferentes eis, *&c. ut in similibus de Requestu Literis.*

In cujus, &c. per unum Annum duraturas.

Dat. sub Magni Sigilli nostri Testimonio, apud *Palatium nostrum Westm.* vicesimo die Octobris.

Per ipsum Regem.

** Super Jocalibus Invadiatis.* * IX. 405.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem Ann. D. 1416.

Pensantes sanè qualiter Nos, primo die Augusti Anno Regni nostri Tertio, Invadiare fecimus, dilectis & fidelibus nostris, An. 4. H. 5.

Thomæ Fauconer, tunc *Majori*, & *Communitati*, *Civitatis nostræ Londoniæ*, pro Summa Decem Milium Marcarum, Nobis per Pat. 4. H. 5. m. 14.

eos gratis mutuatarum, quoddam Magnum Colerum, vocatum Pusan, de operationibus Coronarum & Bestiarum, vocatarum Antelopes, confectum, & de albo Inamelatum, Bestiis illis super Terragio viridi positis, Terragio, de Duobus Perles, & Bestia, de uno Perle circa Collum, garnisiatis, & qualibet Corona de uno Magno Baleis & Novem magnis Perles garnisiata, & in Corona Principali, quæ anterior existit, ultra prædicta Baleis & Perles, Duo magna Dyamandes in Summitate, & ultra Coronas Octo de aliis Baleis posita existunt Colerio prædicto, ponderante in toto Quinquaginta & Sex Uncias,

Et quod *Richardus Courtenay*, nuper *Episcopus Norwicensis*, tunc Thesaurarius Cameræ nostræ, & Custos Jocalium nostrorum, prædictis *Majori* & *Communitati*, in quadam Teca de corio inclusum, & sub Sigillo Armorum ipsius *Episcopi* consignatum, præfatis Majori & Communitati, in eorum Custodia, absque impetitione Nostri vel Hæredum nostrorum, quousque Summa prædicta eis esset persoluta, pacificè essendum, liberavit, prout in Literis nostris Patentibus, ac quadam Indentura (cujus Data est Sexto decimo die Junii, Anno Regni nostri Tertio) inter prædictum *Episcopum* & præfatos *Majorem* & *Communitatem* inde confectis, plenius continetur,

Recolentesque quòd *Nicholaus Wotton*, nuper Major ejusdem Civitatis, Quinto die ultimò præterito, Colerum prædictum, de Mandato nostro, Nobis liberavit,

Et Colerum illud, in eadem Teca inclusum, in nostra salva Custodia (eo, quod eisdem *Majori* & *Communitati* de Summa prædicta nondum solutum existit, non obstante) ad tunc dimisit,

Et Nobis supplicavit ut Reliberationem Colerii prædicti, in forma prædicta Nobis factam, recordari, & per Literas nostras Patentes testificare dignaremur,

Nos,

Advertentes Supplicationem prædictam rationi consonam existere, ipsosque *Nicholaum* & *Communitatem*, Præmissorum intuitu, de Colerio prædicto omnino exonerare volentes, ut tenemur,

Reliberationem Colerii prædicti, nobis factam, & in Custodia nostra, ut præmittitur, demissam, Recordamur, & per Præsentes Testificamus,

Nolentes quòd prædicti, *Nicholaus* & *Communitas*, aut eorum aliquis, Hæredes, aut Successores sui, per Nos, vel Hæredes, seu Successores nostros, aut Officiarios nostros quoscumque, in Scaccario nostro, vel alibi, futuris temporibus, ratione Colerii prædicti, impetantur, molestentur, in aliquo seu graventur; set inde Quieti sint & penitùs Exonerati imperpetuum:

Et hoc vobis Innotescimus per Præsentes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vi. die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro

406. Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuo habituros totum & quicquid vos, seu alter vestrûm, feceritis, seu fecerit in Præmissis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxiv. die Novembris.

Concessionum in Aquitania Confirmatio.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Vasc. 4. H. 5. m. 13.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Transumptum quarumdam Literarum Patentium Domini E. nuper *Regis Angliæ*, Proavi nostri, factarum in hæc verba.

EDwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & Dominus Hiberniæ, Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS Literas, Carissimi Primogeniti nostri, *Edwardi Principis Walliæ*, Ducis Cornubiæ, & Comitis Cestriæ, in hæc verba,

EDwardus, Illustrissimi Domini, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ Regis Primogenitus*, *Princeps Walliæ*, Dux Cornubiæ, & Comes Cestriæ, universis & singulis, præsentes Literas inspecturis, Salutem, & Præsentibus dare fidem.

Cùm in quibusdam Patentibus Literis, dicti Domini Progenitoris nostri, Sigilloque suo, impendente Cerâ viridi, sigillatis, viderimus contineri dictum Dominum Progenitorem nostrum, certis ex Causis, in ipsis Literis Regiis contentis, Dedisse & Contulisse, dilecto & fideli nostro, *Augerio de Monte Alto* Domino de Muyssidano Militi, Heredibusque & Assignatis suis, Castrum de Blanquaforti, cum omnibus Proficuis & Emolumentis, simul cum mero & mixto Imperio, Jurisdictione alta & bassâ, ac Homagiis, & omnibus aliis ad dictum Castrum pertinentibus, quoad usque dicto *Augerio* de Castro, Terris, & Redditibus, ad valorem Annuum Mille Scutorum Auri, boni ponderis & legalis, in Loco competenti, in Ducatu Aquitaniæ, cum consimili altâ & bassâ Jurisdictione, mero & mixto Imperio, & aliis Proficuis, Homagiis & Emolumentis, sicut ad Castrum & Locum de Guessaco dinoscitur pertinere, quod quidem Castrum dictus *Augerius* tunc possidebat, Provisum foret, prout ipsæ Literæ regiæ, super hoc confectæ, pleniùs attestantur,

Quarum Tenor subsequitur per hæc verba,

EDwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Considerantes grata & laudabilia Servitia, Nobis per, dilectum & fidelem nostrum, *Augerium Dominum de Muyssidano*, in Guerris, in Ducatu nostro Aquitanniæ, impensa, ac bonum Locum quem Nobis tenet in partibus illis,

Ac volentes eo prætextu, ac pro Homagio suo ligeo, Nobis præstito, & intuitu boni Servitii sui quod Nobis impendet in futurum, præfatum *Augerium* respicere gratiosè,

Dedimus & Concessimus, pro Nobis, & Hæredibus nostris eidem *Augerio* Castrum de Blanquaforti, in Ducatu prædicto,

Quod, occasione Rebellionis & Forisfacturæ *Gailliardi de Durefort*, qui Adversariis nostris de Francia contra Nos adhæsit, ad Manus nostras devenit vel aliquo alio Jure Nobis Confiscatum existit, seu ad Nos ex quacumque Causa pertinet,

Habendum & Tenendum eidem *Augerio*, Hæredibus, & Assignatis suis, cum omnibus Proficuis & Emolumentis, simul cum mero & mixto Imperio, Jurisdictione altâ & bassa, ac Homagiis, & omnibus aliis ad dictum Castrum pertinentibus, quousque eidem *Augerio* de Castro, Terris, & Redditibus, ad valorem Annuum Mille Scutorum Auri, boni & legalis ponderis, in Loco competenti, in Ducatu prædicto, cum consimili Jurisdictione altâ & bassâ, mero & mixto Imperio, & aliis Proficuis, Homagiis, & Emolumentis, sicut ad Castrum & Locum de Guessaco dinoscitur pertinere,

Quæ quidem Castrum & Locum idem *Augerius* jam tenet, & quæ, ex causa prædicta, Promisit absque dilatione aliqua Restituere, dilecto & fideli nostro, *Bernardo Etzii Domino de la Breto*, vel *Senescallo nostro Vasconiæ*,

• IX. 407. * Fecerimus providere,

Quacumque Donatione, vel Assignatione, de dicto Castro de Blanquaforti, præfato *Galliardo*, aut dicto *Bernardo*, seu cuicumque aliæ Personæ, ante hæc tempora, factâ (quam, Tenore Præsentium, omnium duximus Revocandam) non obstante:

Volumus etiam & Concedimus quòd, si contingat dictum Castrum de Blanquaforti, vel aliud Castrum, aut Terras, & Reddi-

[...] stri Franciæ Quintodecimo.

Per Breve de Privato Sigillo.

Woll.

Ex postque,

Domino *Galliardo de Dureforti* (ad quem dictum Castrum de Blanquaforti, ante Rebellionem suam, pertinebat) ad Fidelitatem & Obedientiam regiam atque nostram revenire bono animo cupiente,

Eidem *Domino Galliardo*, inter cætera contenta in quodam Tractatu, inter Nos & ipsum, seu alium ejus nomine, nuper habito, Voluerimus & Concesserimus quòd sibi dictum Castrum de Blanquaforti, cum suis universis pertinentibus, reddi & restitui faceremus, prout in ipso Tractatu latius continetur,

Rogavissemus & Requisivissemus dictum *Augerium Dominum de Muyssidano* (qui dictum Castrum de Blanquaforti, quo supra Titulo, possidebat) ut ipsum Castrum de Blanquaforti, cum suis universis pertinentibus, Nobis traderet ac etiam liberaret, ad finem præmissum, quoniam alibi sufficientem Assignationem pro illis, juxta exigentiam dictarum Literarum regiarum, in Loco seu Locis competentibus, facere volebamus,

Igitur, advertentes quòd dictus *Augerius* nostræ prædictæ Requestæ liberaliter obedivit, dictum Castrum de Blanquaforti cum suis universis pertinentiis liberando,

Sciatis quòd Nos, de nostra certa Scientiâ, auctoritateque regiâ, Nobis super hoc attributâ, dicto *Augerio*, *Domino de Muyssidano*, pro Se, Hæredibus, & Assignatis suis, Tradidimus & Assignavimus (pro dictis Mille Scutis Annuis, sibi, juxta Literarum regiarum prædictarum seriem, ut prætactum est, Assignandis) Castrum & Castellaniam de Blavia, cum suis Juribus & pertinentiis universis, Assignamusque ac Tradimus per Præsentes,

Habenda, Tenenda, Expectanda, ac etiam Possidenda, pro Se, & Hæredibus, & Assignatis suis, dictum Castrum & Castellaniam de Blavia, cum suis Juribus, & Emolumentis, & Redditibus, Homagiis, & Proficuis universis, ad dictum Castrum & Castellaniam pertinentibus, & pertinere debentibus quoquo modo, quoad usque dicto *Augerio*, *Domino de Muyssidano*, de Castro, Terris, & Redditibus, in aliquo alio competenti Loco, infra Ducatum prædictum, ad valorem Mille Librarum, bonæ Monetæ, Annui Redditûs computato uno Sterlingo pro Quinque Denariis bonorum Burdegalæ, cum consimili Jurisdictione altâ & bassâ, mero & mixto Imperio, & aliis Proficuis & Emolumentis, sicut ad Castrum & Locum de Guessaco dinoscitur pertinere (quod quidem Castrum dictus *Augerius*, *Dominus de Muyssidano*, hactenus possidebat) debitè fecerimus provideri,

Quocirca omnibus & singulis, tam Nobilibus, quàm Innobilibus, in dicta Villa, Castro, & Castellania de Blavia, & suis universis pertinentibus, Inhabitantibus quibuscumque, Damus, Tenore Præsentium, in Mandatis, quatinus dicto *Augerio Domino de Muyssidano*, Hæredibus, & Assignatis suis, suisque * ibi Depu- • IX.
tandis, Attornatis, Officiariis, seu Ministris, in forma præmis- 408.
sa, sint Parentes, Obedientes, ac etiam Intendentes;

Superioritate, Resorto, & Homagio, super Dominio, Castro, & Castellania, ac in aliis, Salvis Juribus Regiis, ac quibuscumque Alienis;

Promisit enim dictus *Dominus de Muyssidano* Nobis quòd dicto *Domino nostro Regi*, aut *Nobis*, aut Senescallo Vasconiæ, aut Constabulario Burdegaliæ, qui nunc sunt, vel qui pro tempore erunt (factâ sibi Assignatione de dictis Mille Libris bonæ Monetæ, in aliquo alio Loco competenti, infra Ducatum prædictum, modis & formâ superiùs expressatis) ad dicti Domini nostri Progenitoris, aut Nostri, aut dictorum Senescalli aut Constabularii, aut alterius regii & nostri Officiarii & Ministri, super hoc debitam Potestatem habentium, Instantiam & Requestum, dictum Castrum & Castellaniam, & alia Officia, & Redditus, sibi assignata, (videlicet) Officium Gaugeti, & Officium Turragii & Portagii, Castri regii Burdegaliæ, & magnam Custumam Sexcentorum Doliorum Vini, quæ in dicto Castro Anno quolibet primò Custumanda, magnamque Custumam debentium,

Super quorum omnium Præmissorum, videlicet, Castri & Castellaniæ, & aliorum Officiorum, & Reddituum Præmissorum, Redditibus, Exitibus, & Proventibus, Proficuis & Emolumentis, dictas Mille Libras Annuas duximus assignandas, quoad usque Mille Libræ bonæ Monetæ Annui Redditûs, in loco competenti, ut prætactum est, eidem fuerint assignatæ,

Tradet, reddet, restituet, tradi, liberari, ac restitui indilatè faciet, Statu nec Juribus in aliquo diminutis.

In cujus rei Testimonium Sigillum nostrum præsentibus Literas duximus apponendum.

Dat *Burdegaliæ* die decima Aprilis, Anno Domini Millesimo, Trescentesimo, Quinquagesimo Sexto.

Nos

ficatarum in hæc verba,

EDwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & Dominus Hiberniæ, Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS Literas, Cariſſimi Primogeniti noſtri, *Edwardi Principis Walliæ*, Ducis Cornubiæ, & Comitis Ceſtriæ, in hæc verba,

EDwardus, Illuſtriſſimi Domini, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ Regis Primogenitus*, *Princeps Walliæ*, Dux Cornubiæ, & Comes Ceſtriæ, Univerſis, præſentibus Literas inſpecturis, Salutem, & præſentibus dare fidem.

Meminimus Nos nuper, ex legalibus & gratuitis Serviriis, dicto Domino Progenitori noſtro & Nobis per, dilectum & fidelem noſtrum, *Augerium*, *Dominum de Muyſſidano*, præſtitis multipliciter & impenſis, & quæ per inantea veriſimiliter ſperamus impendi, Locum & Villam d'Aubaterra, cum omnibus Juribus, Homagiis, Deveriis, Parochiis, & aliis Pertinentiis ſuis univerſis, mero ac mixto Imperio, & omnimodâ Juriſdictione, ad ipſum Locum ſeu Villam pertinentibus, Eidem, per noſtras Literas, ad ſuæ Vitæ Terminum, contuliſſe,

Verùm, cùm, excreſcentibus Subditorum Meritis & Servitiis, regiæ Largitionis intereſt ad ampliores Gratias ſe reddere liberalem, Nos igitur, dicti *Domini de Muyſſidano* intuentes Servitia & Obſequia, de diebus in dies, in regiis Honoribus, & tuendis Juribus,
* IX. ut eſt fidelis cujuſlibet, adaugeri, ex * hiis ſibi facere uberiorem
409. Gratiam meritò appetentes, eidem *Domino de Muyſſidano* Locum & Villam prædictos de Aubaterra, cum mero ac mixto Imperio, & omnimoda Juriſdictione, & aliis ſuis Juribus, Homagiis, Parochiis, Deveriis, & ſuis aliis pertinentiis univerſis, de noſtra certa Scientia, & Gratia ſpeciali, pro Se, & Heredibus ſuis, Dedimus & Conceſſimus, Damuſque ac Conceſſimus per Præſentes,

Habenda, Tenenda, Excercenda, Poſſidenda, Regenda, ac etiam Gubernanda, pro Se, & Hæredibus ſuis, ut dictum eſt; quacumque Donatione, Conceſſione, vel Aſſignatione, per inantea facienda in Contrarium, in aliquo non obſtante,

Dicto Domino Progenitori noſtro, & Nobis, Superioritate, Reſorto, ac Homagiis, & in aliis Jure regio, ſemper ſalvis,

Quocirca Conſtabulario Burdegaliæ, qui nunc eſt, aut pro tempore fuerit, vel ejus Locumtenenti, Damus, Tenore Præſentium, in Mandatis ut dictum *Dominum de Muyſſidano*, ſuumve Procuratorem, vel Attornatum, in Poſſeſſionem corporalem & realem dictæ Villæ, unà cum prædictis ſuis Juribus, Homagiis, Deveriis, Parochiis, & aliis prædictis univerſis, ponat & inducat, Poſitumque & Inductum in illis manuteneat viriliter & defendat in forma præmiſſa, amotis abinde aliis illicitis Detentoribus quibuſcumque, quos Nos etiam, Tenore Præſentium, ammovemus,

Nos enim ipſum Conſtabularium de hiis, quæ ſic eidem *Domino de Muyſſidano*, ejuſve Procuratoribus, vel Attornatis, Tradiderit & Liberaverit, Tradi ſeu Liberari fecerit, ut eſt dictum, cum harum Literarum noſtrarum Copia, ſub Sigillo & Contraſigillo Regiis, quibus utitur in Burdegalia ad Contractus, penes ipſum, pro Garento & Exoneratione ſua, remanenda, apud quoſcumque Compotorum ſuorum Auditores ex parte regia atque noſtra, Exoneratum in eiſdem ſuis compotis habere volumus & inventmus.

Dat. *Burdegaliæ*, ſub Sigillo noſtro, ultimo die Menſis Martii, Anno Domini Milleſimo, Quinquageſimo, Septimo.

Nos autem, Literas prædictas, & omnia contenta in eiſdem Rata habentes & Grata, Ea, pro Nobis, & Heredibus noſtris, quatenus juſtè, ritè, & rationabiliter facta fuerint, Ratificamus, Approbamus, & Confirmamus

Dat. apud *Weſtm.* Duodecimo die Maii, Anno Regni noſtri Angliæ Triceſimo Secundo, Regni verò noſtri Franciæ Decimo nono.

Per ipſum Regem, ad Petitionem de Concilio Grandi.

INSPEXIMUS inſuper Irrotulamentum quarumdam Literarum Patentium, in Rotulis Cancellariæ Domini *H.* nuper *Regis Angliæ*, Patris noſtri, irrotulatarum, in hæc verba.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ*, Omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm *Maria de Montaut*, Domina de Myſſidene & de Blaye, Uxor, dilecti & fidelis Ligei noſtri, *Johannis Domini de Gramont* *berniæ*, Omnibus, ad quos præſentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Progenitores noſtri Aſſignaverint Prædeceſſoribus, dilectæ nobis *Mariæ de Montaut*, Dominæ de Myſſydene & de Blaye, Uxoris, dilecti & fidelis Ligei noſtri, *Johannis Domini de Gramont* & de Cama, Magnam Cuſtumam Sexcentorum Doliorum Vini, Sexcentos * Scutos veteres attingentem, Percipiendam, quolibet Anno, de Caſtro noſtro Burdegaliæ, de Primis Vinis ibidem Cuſtumandis, * IX. 410.

De quibus quidem Sexcentis Scutis præfata *Maria* aliqualiter ſolvi non poteſt, ut accepimus,

Nos, conſideratione Præmiſſorum, de Gratia noſtra ſpeciali, & ad Supplicationem prædictorum *Johannis* & *Mariæ*, Conceſſimus quòd eadem *Maria*, quolibet Anno, ſolvatur de Vinis, provenientibus de Villa & Caſtellania de Blaye, percipiendis & levandis per Manus ſuas, ſeu Deputatorum ſuorum,

Volentes ulterius & Concedentes quòd, ſi Vina Villæ & Caſtellaniæ prædictarum ad Valorem dictorum Sexcentorum Scutorum non attingant, tunc Conſtabularius noſter Burdegaliæ, qui nunc eſt, vel qui pro tempore fuerit, ſeu ejus Locum tenens, id, quod à retro fuerit de Summa prædicta, præfatis *Johanni* & *Mariæ*, ſeu eorum Deputatis, de dictis Cuſtumis dictorum Primorum Vinorum, apud Caſtrum prædictum primò Cuſtumandorum, ſolvat & adimplere faciat, juxta formam & tenorem Primæ Aſſignationis ſupradictæ, abſque aliqua Impetitione eis inde facienda,

In cujus rei Teſtimonium has Literas noſtras fieri fecimus Patentes.

Teſte meipſo, apud *Manerium de Eltham*, Duodecimo die Januarii, Anno Regni noſtri Undecimo.

Nos autem, omnia & ſingula in Literis prædictis contenta, Rata habentes & Grata, Ea, pro Nobis, & Heredibus noſtris, quantum in Nobis eſt, prout Literæ ipſæ rationabiliter teſtantur, & prout prædicti *Augerus* & Heredes ſui, necnon & præfati *Maria* & *Johannes*, eiſdem hacuſque rationabiliter uſi ſunt, Approbamus, Ratificamus, &, Tenore præſentium, Confirmamus;

Salvo ſemper Jure noſtro, & aliis quibuſlibet Jure ſuo; quibus per Præſentem noſtram Confirmationem nullum volumus præjudicium generari.

In cujus, &c

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, Viceſimo Sexto die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo, & pro Decem Marcis Solutis in Hanaperio.

De Tractando ſuper Ligis cum Rege Arragonum.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem, & fidem indubiam Ann. D.
præſentibus adhibere. 1416.

De fidelitate, probitate, & circumſpectionis induſtriâ, prædile- A. 4.
ctorum & fidelium noſtrorum, venerabilium Patrum, *Nicholai* H. 5.
Bathonienſis & Wellenſis, *Roberti Sarum*, & *Johannis Coventriæ*, Franc. 4.
Lichfeldiæ, *Epiſcoporum*, &, prudentum circumſpectorum Viro- H. 5. m.
rum, Dominorum, *Johannis Typtofte*, *Hertonk Van Clux*, Mili- 9.
tum, & Magiſtri *Philippi Morgan* utriuſque Juris Doctoris, plenariè confidentes,

Ad Tractandum, Conveniendum, Concordandum, & Concludendum cum, illuſtri Principe, *Alphonſo Rege Arragonum*, ſeu cum ejus Ambaſſiatoribus, Commiſſariis, & Nunciis quibuſcumque, ab eodem Rege Arragonum ſufficientem Poteſtatem habentibus, de & ſuper Ligis, Amicitiis, & Confœderationibus,

Inter Nos, Regem *Angliæ & Franciæ*, & Dominum Hiberniæ, Ligeos, Vaſſallos, & Subditos noſtros, Regna, Terras, & Dominia noſtra quæcumque, ex una, & præfatum, illuſtrem Principem, *Regem Arragonum*, Ligeos, Vaſallos, & Subditos ſuos, ac Regna, Terras, & Dominia ſua quæcumque, ex alterâ parte, Contrahendis, ineundis, & firmandis,

Ad Vitam noſtram & dicti *Regis Arragonum*, vel ad tantum & tale tempus duraturis, ſecundum quod præfatis, Ambaſſiatoribus noſtris Sex, Quinque, Quatuor, aut Tribus eorumdem videbitur expedire,

Necnon de & ſuper Communicationibus inter Subditos, unius Partis & alterius, in Mercimoniis & aliis licitis, ſecurè & amicabiliter faciendis,

Ac de & ſuper omnibus & ſingulis Articulis, quantumcumque ſpecialibus, qui Ligas, Confœderationes, ſeu Amicitias hujuſmodi, inter *Nos* & dictum, illuſtrem Principem, *Regem Arragonum* Contrahendas & firmandas, concernere poterunt quovis modo, cum

dum, exigendum, & recipiendum,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis vel circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmetipsi facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia forent quæ Mandatum exegerint quantumcumque speciale,

Ipsos Venerabiles Patres, Egregios Viros, Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorum, nostros solempnes Ambassiatores, legitimos Procuratores, Negotiorum Gestores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales, Facimus, Creamus, Constituimus, & Ordinamus per præsentes,

Promittentes, bonâ fide, & in verbo veritatis ac sub Ypothecâ & Obligatione Omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos nostros Ambassiatores, Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorum, Actum, Gestum, Tractatum, & Concordatum fuerit in Præmissis & singulis Præmissorum.

Dat. in *Palatio Regis Westmonasteris*, secundo die Decembris.

Per ipsum Regem.

Ibid. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

De fidelitate, probitate & Circumspectionis industria; prædilectorum & Fidelium nostrorum, venerabilium Patrum, *Nicholai Bathon. & Wellen. Roberti Sarum*, & *Johannis Coventren.* & *Lich.* Episcoporum, ac, Prudentum & Circumspectorum Virorum, Dominorum, *Johannis Tiptoft, Hertonk Van Clux*, Militum, ac Magistri *Philippi Morgan*, utriusque Juris Doctoris, plenariè confidentes,

Ad Tractandum, Conveniendum, Concordandum & Concludendum, cum, illustri Principe, Alfonso Rege Arragonum, seu cum ejus Ambassiatoribus, Commissariis, quibuscumque, ab eodem Rege Arragonum sufficientem potestatem habentibus, de & super quibuscumque Ligis, Amicitiis, & Confœderationibus realibus,

Inter Nos, & Successores nostros, Reges Angliæ & Franciæ, & Dominos Hiberniæ, Ligeos, Vassallos, & Subditos nostros, Regna, Terras, & Dominia nostra quæcumque, ex una, & præfatum illustrem Principem Regem Arragonum, Hæredes, Successores, Ligeos, Vassallos, & Subditos suos, ac Regnum, Terras, & Dominia sua quæcumque, ex altera parte, contrahendis, ineundis, & firmandis perpetuò, secundum quod præfatis Ambassiatoribus Sex, Quinque, Quatuor, aut Tribus eorumdem videbitur expedire,

Necnon de & super Communicationibus inter subditos, unius partis & alterius, in Mercimoniis & aliis Licitis, secure & amicabiliter faciendis,

Ac de & super omnibus & singulis Articulis, quantumcumque specialibus, qui Ligas, Confœderationes, seu Amicitias, inter nos & dictum illustrem Principem Regem Arragonum contrahendas & firmandas, concernere poterunt quovis modo, cum eorum incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis,

Necnon omnia & singula, quæ sic tractata, conventa, & concordata fuerint, cum omni Securitate, debita & honesta, pro nobis, & nomine nostro, firmandum,

Et quòd nos hujusmodi, sic concordata, per Literas nostras patentes, sub Sigillo nostro magno Sigillandas, Confirmabimus,

Ac consimiles securitatem & confirmationem, pro nobis, & nomine nostro, à præfato illustri Rege Arragonum, seu ab ejus in ea parte sufficienter deputatis aut deputandis, petendum, stipulandum, & recipiendum,

* IX. 412. * Jurandumque in animam nostram quòd tractata, conventa, & concordata hujusmodi rata habebimus & grata, nec aliquid procurabimus vel faciemus per quod tractata & concordata hujusmodi effectu debito frustrari poterunt seu quomodolibet impediri,

Ac juramentum consimile a supra nominato illustri Rege Arragonum, seu in ea parte sufficienter deputatis aut deputandis petendum, & recipiendum,

Cæteraque omnia & singula, *&c. ut supra.*

Dat. ut supra.

Per ipsum Regem.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ex Autogr.

Ad Tractandum cum Principibus Alamaniæ.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem, & Fidem indubiam præsentibus adhibere.

Inter Nos, & Successores nostros, Reges Angliæ & Franciæ, & Dominos Hiberniæ, Ligeos, Subditos, & Vassallos nostros, Regna, Terras, & Dominia nostra quæcumque, ex una, & dictos Principes, Ecclesiasticos & Seculares, Duces, Marchiones, etiam Sacri Romani Imperii Electores, Comites, Barones, & cæteros superiùs nominatos, Successores, Subditos, & Vassallos suos & quemlibet eorumdem, ac Ducatus, Comitatus, Terras, & Dominia sua quæcumque, parte ex altera, ad Vitam nostram & dictorum Principum, Ecclesiasticorum & Secularium, Ducum & Marchionum, etiam Sacri Romani Imperii Electorum, Comitum, Baronum, & cæterorum superius nominatorum, & cujuslibet eorumdem, ineundis & præstandis,

Et specialiter ad Tractandum, Paciscendum, & finaliter Concordandum cum eisdem Principibus, Ecclesiasticis & Secularibus, Ducibus, Marchionibus, etiam, ut præmittitur, Sacri Romani Imperii Electoribus, Comitibus, Baronibus, & cæteris superiùs nominatis, aut cum eorum, seu cujuslibet eorumdem, sufficienter & legitimè Deputatis, de & super Homagio, ac Fidelitatis in ea parte Sacramento,

Per præfatos Principes, Ecclesiasticos & Seculares, Duces, Marchiones, etiam Sacri Romani Imperii Electores, alium, vel alios ipsorum, vel cujuslibet eorum nomine, ad hoc sufficienter & legitimè Deputatos, Nobis faciendis & præstandis,

Ipsaque Homagium, ac Fidelitatis in ea parte Sacramentum, per dictos Principes, Ecclesiasticos & Seculares, Duces, Marchiones, etiam Sacri Romani Imperii Electores, Comites, Barones, & cæteros superiùs nominatos, alium, vel alios ipsorum, & cujuslibet ipsorum nomine, ut præmittitur, nobis facienda & præstanda, vice & nomine nostro Admittendum, Recipiendum, & Acceptandum, cum omnibus Capitulis & Clausulis, ad hujusmodi Sacramentum debitis, ac exhiberi solitis & consuetis,

Ac, pro Homagio & fidelitate hujusmodi, nobis fiendis & præstandis, certam Provisionem sive Pensionem Annuam pecuniariam,

Quæ Ambassiatoribus, Procuratoribus, Commissariis, & Deputatis nostris * suprascriptis Sex, Quinque, Quatuor, aut Tribus eorum, rationabilis & congrua videbitur, * IX. 413.

Dictis Principibus, Ecclesiasticis & Secularibus, Ducibus, Marchionibus, etiam Sacri Imperii Electoribus, Comitibus, Baronibus, & cæteris superius nominatis, aut cuilibet eorumdem, seu eorum aut cujuslibet eorumdem Deputatis, in Feudum, seu in loco Feudi, pro Nobis & Nomine nostro, Constituendum & Concedendum,

Certis Loco & Terminis per Nos, aut ipsos Ambassiatores, Procuratores, Commissarios, & Deputatos nostros hujusmodi Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorum limitandis, durante Vita nostra & dictorum Principum, Ecclesiasticorum & Secularium, Ducum, Marchionum, etiam Sacri Romani Imperii Electorum, Comitum, Baronum, & aliorum supranominatorum, aut cujuslibet eorumdem solvendam,

Necnon super quibuscumque Articulis, quantumcumque specialibus, qui Ligas, Amicitias, Subventiones, & mutua Auxilia, Homagium, & Fidelitatis Sacramentum, & Provisionem sive Pensionem supradicta concernere poterunt quovismodo, cum eorum incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis,

Atque sic Tractata, Conventa, & Concordata cum omni Securitate debita, requisita & honesta, in hoc casu, nomine nostro Firmandum,

Consimilemque Securitatem à dictis Principibus, Ecclesiasticis & Secularibus, Ducibus, & Marchionibus, etiam ut sæpe fertur, Sacri Imperii Electoribus, Comitibus, Baronibus, & cæteris superiùs nominatis, seu ab ipsorum, seu cujuslibet, ipsorum legitimè Deputatis, pro Nobis & Nomine nostro Petendum, Stipulandum, & Recipiendum,

Et generaliter ad omnia alia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis, vel circa ea, seu aliquo Præmissorum, necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ qualitas & natura hujusmodi negotii exigunt & requirunt, & quæ Nosmetipsi facere possemus si personaliter interessemus, etiamsi talia forent quæ Mandatum exigant quantumcumque speciale,

Ipsos Venerabiles Patres, *Nicholaum*, *Robertum*, *Johannem*, *Episcopos*, prudentes Viros, Dominos, *Johannem*, & *Hertonk*, Milites, & *Philippum*, ipsos Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorumdum, nostros Solempnes, legitimos, & indubitatos Ambassiatores, Procuratores, Negotiorum Gestores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales, Fecimus, Creavimus, & Constituimus, Facimus, Creamus, & Constituimus per præsentes,

Promittentes, bonâ fide & in verbo regio, ac sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum & Gratum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos Ambassiatores, Procuratores, Negotiorum Gestores,

De Tractando cum Hanza Teutonica.

Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 9.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem, & fidem indubiam præsentibus adhibere.

De fidelitate, probitate, & circumspectionis industriâ, prædilectorum & fidelium nostrorum, Venerabilium Patrum, *Nicholai Bathon. & Wellen. Roberti Sarum*, & *Johannis Coventren. & Lich.* Episcoporum, ac, circumspectorum Virorum, Dominorum, *Johannis Typtofte, Hertonk Van Clux*, Militum, & Magistri *Philippi Morgan* utriusque Juris Doctoris, plenariè confidentes,

• IX. 414. • Ad Tractandum, Conveniendum, Concordandum, & Concludendum cum *honorabili Societate Hansæ Teutonicæ Sacri Imperii*, seu cum Deputatis vel Deputandis, Potestatem sufficientem ab eadem Societate habentibus, de & super quibuscumque Amicitiis continuandis, Pactionibus, sive Conventionibus,

De novo inter *Nos*, Regna, Terras, & Dominia nostra quæcumque, ex parte una, & dictam *Societatem*, seu cum Deputatis, vel Deputandis, ut præmittitur, ab eadem, perpetuò, vel ad tempus, in eventu ineundis, faciendis, & firmandis, secundùm quod dictis Ambassiatoribus nostris Sex, Quinque, Quatuor, aut Tribus eorum videbitur expedire,

Necnon Promittendum & Concedendum, pro Nobis, & Nomine nostro, ipsi Societati Hansæ prædictæ, quòd ipsi de dicta Societate possint benè, liberè, & securè ire, redire, & morari, & mercandisare, in quibuscumque Mercimoniis, infra Regna, Terras, & Dominia nostra in Partibus Transmarinis quæcumque, per Mare, & per Terram, solvendo vel non solvendo Custumas & Deveria, prout inter dictos nostros Ambassiatores Sex, Quinque, Quatuor, & Tres eorumdem, & dictam *Societatem* Hansæ, seu Deputatos vel Deputandos ab eadem, melius poterit concordari, firmari, & concludi,

Necnon de & super omnibus & singulis Articulis, quantumcumque specialibus, qui Amicitias, Pactiones, sive Conventiones, inter *Nos* & dictam *honorabilem Societatem* contrahendas & firmandas, concernere poterunt quovis modo, cum eorum incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis,

Necnon omnia & singula, quæ sic Tractata, Conventa, & Concordata fuerint, cum omni Securitate, debita & honesta, pro Nobis, & Nomine nostro, Firmandum,

Et quòd *Nos* hujusmodi, sic Tractata, Conventa, & Concordata, per Literas nostras Patentes, sub Sigillo nostro Magno Sigillandas, Confirmabimus,

Ac consimiles Securitatem & Confirmationem, pro Nobis, & nomine nostro, à præfata honorabili Societate, seu ab ejus in ea parte sufficienter Deputatis seu Deputandis, Petendum, Stipulandum, & Recipiendum,

Jurandumque in Animam nostram quòd Tractata, Conventa, & Concordata hujusmodi Rata habebimus & Grata, nec aliquid procurabimus vel faciemus, per quod Tractata & Concordata hujusmodi frustrari poterunt seu quomodolibet impediri,

Ac Juramentum consimile à supranominata *honorabili Societate*, seu ab ejus in ea parte sufficienter Deputatis aut Deputandis Petendum, Exigendum, & Recipiendum,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmetipsi facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia forent quæ Mandatum exigerint quantumcumque speciale,

Ipsos, Venerabiles Patres, egregios Viros, Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorum, nostros solempnes Ambassiatores, legitimos Procuratores, Negotiorum Gestores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales, Facimus, Creamus, Constituimus, & Ordinamus per præsentes,

Promittentes, bonâ fide, & in verbo veritatis, ac sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos nostros Ambassiatores, Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorum, Actum, Gestum, Tractatum, & Concordatum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus, &c.

Data. in *Palatio Westmonasterii*, secundo die Decembris.

Per ipsum Regem.

Inter Nos, & Successores nostros, Reges Angliæ, Vassallos, & Subditos, Amicos, Alligatos, & Confœderatos nostros quoscumque, Regna, Terras, & Dominia nostra quæcumque, ex una parte, &, Magnificum ac Nobiles, *Ducem*, *Cives*, & *Communitatem Januæ*, Ducatum & Civitatem Januæ, Terras, & Dominia sua quæcumque, parte ex altera, secundùm quod infrascriptis Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, & Nunciis nostris Sex, Quinque, Quatuor, aut Tribus eorumdem videbitur expedire,

Cum dictis Duce, Civibus, & Communitate, seu ipsorum in hac parte sufficienter Deputatis aut Deputandis, ineundum, capiendum, perficiendum, & finaliter concludendum,

Necnon, ad Tollerantiarum, Abstinentiarum, & Treugarum hujusmodi Firmitatem & Stabilimentum, certos Conservatores & Judices ipsarum Treugarum, per Terram, Aquas, & Mare, tot & tales, generales, vel speciales, & in tanto Numero, prout & sicut infrascriptis Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, & Nunciis nostris Sex, Quinque, Quatuor, vel Tribus eorum videbitur oportunum, Faciendum, Ordinandum, & Deputandam, ad Corrigendum & Reformandum totum & quicquid contra dictas Tollerantias, Abstinentias, Treugas, attemptatum fuerit,

Dilectos & Fideles nostros, *Nicholaum*, *Bathon. & Wellen. Robertum Sarum*, & *Johannem Coventren. & Lich. Episcopos*, *Johannem Tiprost*, & *Hertonk Van Clux*, Milites, ac Magistrum *Philippum Morgan* utriusque Juris Doctorem, ipsos Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorumdum (de quorum fidelitate & circumspectionis industria plenam & firmam confidentiam tenemus) nostros Ambassiatores, Commissarios, Procuratores, & Nuncios speciales & indubios, Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus per præsentes,

Promittimus, in bonâ fide, ad Tenendum, & Teneri faciendum, Firmum, Ratum, & Stabile totum & quicquid per dictos Commissarios nostros, aut Tres eorum, in Præmissis, seu aliquo eorum factum fuerit,

Et quòd Nos Concedemus & Faciemus, seu fieri faciemus, Literas Confirmatorias, sub Magno Sigillo nostro, de & super omnibus & singulis Articulis & Punctis, de quibus inter eos fuerit Concordatum, & de Exequendo eadem cum debita diligentia, secundùm Formam & Tenorem eorum, in quantum in nobis est, & ad nos pertinet,

Et hoc Promittimus etiam sub Cautione & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, ita quòd nunquam per Nos, vel alium nomine nostro, dicemus, faciemus, aut proponemus, in Judicio, vel extra, quicquam in contrarium.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio nostro Westmonasterii*, secundo die Decembris.

Per ipsum Regem.

Ad Tractandum cum prædictis Januensibus.

REX omnibus, quos tangit præsens Negotium, vel concernere poterit quovis modo in futurum, Salutem, & præsentibus adhibere fidem firmam. Ann. D. 1416. An. 4. H. 5. Ibid.

Licet, non sine magnæ solicitudinis studio, dedimus hactenus operam, & adhuc impendimus operosâ prosecutione Labores, ut inter Nos & cæteros Cristianæ Fidei Potestates & Principes universos vigeat ferventius tranquilla beatitudo Quietis, ac Amicitiæ mutuæ, & Unitatis integritas, irrefragabili Amoris Fœdere, solidius connectantur,

Ad Civitatem tamen & Commune Januæ, Progenitorum nostrorum inhærendo vestigiis, peculiari quadam Affectione dirigimus intuitus Mentis nostræ,

Ac, de fidelitate, prudentia, & circumspectionis industria, dilectorum & fidelium nostrorum, *Nicholai Bathon & Wellen. Roberti Sarum*, & *Johannis Coventren. & Lich.* Episcoporum, *Johannis Typtost*, & *Hertonk Van Clux*, Militum, ac Magistri *Philippi Morgan* utriusque Juris Doctoris, & eorum cujuslibet, plenariè confidentes,

• Ad Tractandum, Conveniendum, & Concordandum cum, Magnifico & Nobilibus, *Duce*, *Civibus*, & *Communitate Januæ*, aut eorum sufficienter Deputatis sive Deputandis, de & super quibuscumque Ligis, Amicitiis, & Confœderationibus, • IX. 416.

Inter Nos, & Successores nostros, Reges Angliæ, Ligeos, Vassallos, & Subditos nostros, Regna, Terras, & Dominia nostra quæcumque, ex unâ, & dictos, Ducem, Cives, & Communitatem Januæ, Successores, Vassallos, & Subditos suos, Ducatum, Terras, & Dominia sua quæcumque, ex altera parte, contrahendis,

Juramentumque in animam nostram quod Tractata, Conventa, & Concordata hujusmodi Rata habebimus & Grata, nec aliquid procurabimus vel faciemus per quod Tractata hujusmodi effectu debito frustrari poterunt seu quomodolibet impediri,

Ac juramentum consimile à supranominatis, Duce, Civibus, & Communitate, seu eorum in ea parte Deputatis, seu Deputandis Petendum, Exigendum, & Recipiendum,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum, quæ in præmissis circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, ac quæ Qualitas & Natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmetipsi facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia forent quæ Mandatum exigant quantumcumque speciale,

Ipsos, *Episcopos*, *Johannem*, *Hartonk*, & *Philippum*, Sex, Quinque, Quatuor, & Tres eorumdem, nostros Ambassiatores, Procuratores, Negotiorum Gestores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales, Facimus, Creamus, Ordinamus, & Constituimus per præsentes,

Promittentes, bonâ fide, & in verbo Regio, ac sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos Ambassiatores, Commissarios, & Nuncios nostros Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorum, Actum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus, &c.

Dat. in *Palatio Regis Westmonasterii*, secundo die Decembris.

Per ipsum Regem.

Super Jocalibus Invadiatis.

Ann. D. REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.
1416. Quia certa Jocalia nostra, non modici valoris existen-
An. 4. tia, pro celeriori Expeditione Viagii nostri, versus Franciam nu-
H. 5. per facti, diversis Ligeis nostris, pro Solutione Vadiorum suorum,
Claus. 4. pro Quarterio unius Anni, in Viagio prædicto retentis, juxta for-
H. 5. *m.* mam quarumdam INDENTURARUM, in hac parte factarum,
11. *d.* ex parte nostra Commissa fuerunt & Invadiata,

Nos,

Volentes præfatis Ligeis nostris de omni eo, quod eis defuerit de Vadiis suis prædictis, cum ea celeritate qua decet, satisfieri, & nobis Jocalia prædicta, prout justum fuerit, restitui & liberari,

Et quia Præmissa ad Notitiam omnium & singulorum, quorum interest, deduci volumus,

Vobis Præcipimus, firmiter Injungentes, quòd statim, visis
* IX. Præsentibus, * in singulis Locis Civitatis prædictæ, & Suburbio-
417. rum ejusdem, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè ex parte nostra proclamari faciatis,

Quòd omnes & singuli Ligei nostri prædicti in Balliva vestra existentes, quibus hujusmodi Jocalia, pro Vadiis suis prædictis, Commissa & Invadiata extiterunt, sint, in propriis Personis suis, coram Thesaurario & Baronibus nostris de Scaccario, apud Westmonasterium, cum omni celeritate possibili, ad Computandum ibidem nobiscum super Præmissis,

Ubi eis promptam Solutionem de omni eo, quod eis ratione Compotorum prædictorum fore debitum inveniri poterit, fieri & exhiberi faciemus, prout justum fuerit & consonum rationi,

Et, ulterius, proclamari faciatis quòd iidem Ligei nostri Jocalia prædicta, sub Forisfactura omnium Bonorum suorum, salvò & securè custodiant, & ea usque ad determinationem Compotorum suorum non vendant, dissipent, seu elongent, aut vendere, dissipare, sive elongare præsumant ullo modo;

Et hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, sexto die Decembris.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam, ac Cancellario in Comitatu Palatino Regis Lancastriæ.

De Obsidibus pro Rege Scotiæ, super Recessu suo in Scotiam, Recipiendis.

Ann. D.
1416.
An. 4. REX, Venerabili Patri, *Thomæ Episcopo Dunolmensi*, ac, Dile-
H. 5. ctis Consanguineis nostris, *Henrico Comiti Northumbriæ*, &
Scot. 4. *Radulpho Comiti Westmerlandiæ*, Salutem.
H. 5. Cùm ad frequentes instantias, Magnifici Viri, *Jacobi Steward*,
m. 11. *Regem Scotiæ se dicentis*, de & super Recessu ipsius *Jacobi* in Sco-

[illegible] eosque in Potestatem nostram Recipiendum,

Omniaque alia & singula Faciendum & Expediendum, quæ in Præmissis vel circa ea necessaria vel oportuna fuerint, & quæ, ex forma seu tenore dictarum INDENTURARUM, nos facere debemus vel tenemur, aut facere possemus si in factis hujusmodi essemus præsentes,

Vobis Tribus, aut Duobus vestrûm, Tenore Præsentium, plenam Committimus Potestatem;

Promittentes, bonâ fide, & in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid per vos, aut duos vestrûm, Gestum vel Actum fuerit in Præmissis & quolibet Præmissorum.

In cujus, &c.

Dat. in *Palatio Regis Westmonasterii*, octavo die Decembris.

Per ipsum Regem.

---

* *De Potestate concedendi salvos Conductus nonnullis Personis, ad Regem Scotiæ venturis.* * IX. 418.

REX, eisdem, Salutem. Ann. D.
Cùm, pro quibusdam Negotiis, inter *Nos* & *Jacobum Stu-* 1416.
ward, *Regem Scotiæ* se dicentem, jam noviter pertractatis, com- *An.* 4.
modius exequendis, nonnullas Personas notabiles Regni Scotiæ *H.* 5.
oporteat ad præfatum *Jacobum* securum habere accessum, *Ibid.*

Nos,

De vestris circumspectione fideli & providentia circumspecta specialius confidentes,

Ad Concedendum Literas salvi Conductûs, auctoritate nostra, in meliori forma quæ vobis aut Duobus vestrûm oportuna videbitur, quibuscumque Personis Regni Scotiæ, ad præfatum *Jacobum* infra Regnum nostrum Angliæ venire volentibus, cujuscumque Statûs, Gradûs, vel Conditionis existant & in Numero juxta vestrum, aut Duorum vestrûm, Arbitrium limitando, vobis, & Duobus vestrûm, Tenore Præsentium, plenam Committimus Potestatem,

Promittentes, bonâ fide, & in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuo habituros quicquid vos, vel Duo vestrûm, feceritis in hac parte, Literasque vestras, seu Duorum vestrûm, hujusmodi Salvi Conductûs, & omnia in eis contenta, servabimus, & servari faciemus, ac si per Nos ipsos fuissent concessæ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, octavo die Decembris.

Per ipsum Regem.

De salvis Conductibus pro quibusdam de Scotia in Angliam venientibus.

REX, universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salu- Ann. D.
tem. 1416.
Sciatis quod suscepimus in salvum & securum Conductum no- *An.* 4.
strum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras *H.* 5.
speciales, *Walterum Stewarde* Comitem Atholiæ & Dominum de *Ibid.*
Brechen, & *Willielmum de Graham* Militem, conjunctim, vel divisim, cum Quadraginta Personis in Comitiva sua, cujuscumque Statûs, Gradûs, Ordinis, sive Conditionis existant, cum Equis, Rebus, & Hernesiis suis quibuscumque in Regnum nostrum salvò & securè veniendo, per Terram, vel per Mare, ibidem morando, & exinde per Terram vel per Mare ad partes proprias redeundo, cum Equis, Rebus, & Hernesiis suis quibuscumque, absque Perturbatione, Impedimento, vel Arrestatione quacumque Marquæ, Contromarquæ, Reprisaliæ, Debiti, Compoti, vel Conventionis cujuscumque, redeundo;

Et ideò vobis Mandamus quod ipsos, *Comitem* & *Willielmum*, ac Personas prædictas in Comitiva sua, in Regnum nostrum prædictum, cum Equis, Rebus, & Hernesiis suis prædictis, in dictum Regnum nostrum salvò & securè veniendo, ibidem morando, & exinde, ut prædictum est, per Terram, seu per Mare, ad partes suas proprias, unà cum Equis, Rebus & Hernesiis suis quibuscumque absque impedimento vel arrestatione quacumque Marquæ, Contromarquæ, Reprisaliæ, Debiti, Compoti, vel Conventionis cujuscumque, ut prædictum est, redeundo, manuteneatis, protegatis, & defendatis,

Non inferentes eis, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes, Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen,

Et, si quid eis, vel eorum alicui, Forisfactum sive injuriatum fue-

Consimiles Literas Regis de salvo Conductu habent subscripti, per idem tempus duraturas, sub eadem Datâ; videlicet,

Alexander Lyndesay Comes de Crawforde, cum Quadraginta Personis.

Georgius de Dunbar Filius & Hæres Comitis Marchiarum Scotiæ, cum Quadraginta Personis.

Henricus Episcopus Sancti Andreæ, cum Quadraginta Personis.

Willielmus Episcopus Glasguensis, cum Quadraginta Personis.

Willielmus de Douglas de Drumlangrig, cum Duodecim Personis.

Mourdacus Stewarde Filius & Hæres *Ducis Albaniæ*, & *Johannes* Frater ejusdem Mourdaci *Comes de Bouchan*, cum Quadraginta Personis.

Archibaldus Comes de Douglas Dominus Galwediæ & Vallis Anandiæ, cum Quadraginta Personis.

Alexander Steward Comes de Marre & Gariangh, cum Quadraginta Personis.

INSTRUCTIO *Data* Johanni Seynt John *Militi Majori Burdigaliæ*, *Magistro* Johanni Stokes *Legum Doctori* & Johanni Hull *Armigero*, *Ambassiatoribus Domini nostri Regis transeuntibus versus* Regem Castellæ & Legionis.

Ann. D. 1416. *An. 4. H. 5. Ex Bibl. Cot. Vespas. C. 11.*

IN PRIMIS, post Salutationes debitas, in meliori Formâ quâ fieri & concipi poterunt, excusent idem Ambassiatores Dominum nostrum Regem melioribus & honestioribus Verbis quibus poterint aut sciverint, quod non transmittit Nuncios majoris Nobilitatis ad præsens, ex eo quòd Domini & Magnates Terræ suæ, tam circa Latus suum in Bellis suis, quàm circa Regimen & salvam Custodiam Regni sui Angliæ & aliorum Dominiorum suorum, ad præsens occupati sunt,

Et tunc exponant dicti Ambassiatores Amicitias continuatas inter Progenitores Metuendissimi Domini nostri Regis & Reges Castellæ, &c.

Et præsertim Alligantias & Confœderationes inter, recolendæ Memoriæ, *Henricum*, quondam *Regem Angliæ*, & *Alfonsum* tunc *Regem Castellæ*, &c. initas & firmatas, ac Sigillis eorumdem consignatas;

Quæ quidem Alligantiæ & Confœderationes reales sunt & perpetuæ, pro Se, Hæredibus, & Successoribus utriusque Partis, sicut ex Tenore earumdem, in Archivis publicis utriusque Partis remanentium, planè liquet; Quarum Transumptum; (Partis viz. Castellæ) dicti *Alfonsi Regis* Sigillo Aureo consignatum (si opus sit) ostendant præfati Ambassiatores ubi & quando opus fuerit:

Deinde, exponant iidem Ambassiatores præfato *Regi Castellæ* quòd, consideratâ & ponderatâ Realitate & Perpetuitate earumdem Alligantiarum, &c. necnon Propinquitate Sanguinis, quâ Dominus noster Rex dicto Regi Castellæ, qui nunc est, conjungitur, ipsæ ab utraque Parte servandæ essent:

Et propterea inquirant, ab ipso *Rege Castellæ*, si ipsas Amicitias seu Alligantias observare velit in Personâ suâ, & à suis Subditis facere observari:

Et, in Casu quo Difficultatem fecerit, vel ipsas observare renuerit, requirant eum solenniter, ex parte Domini nostri Regis, quòd ipsas observet; intimando eidem quod per ipsum Dominum nostrum Regem non stat, quo minus ipsæ Amicitiæ & Alligantiæ, juxta earum vim, formam, & effectum, observentur.

SECUNDO, si forte videatur dictis Ambassiatoribus quòd ipse *Rex Castellæ* præfatas Alligantias observare noluerit, declarent præfato Regi Castellæ, &c. quòd concepit Dominus *noster Rex* quòd certæ Treugæ inter ipsum & *Regem Portugaliæ* captæ sint & firmatæ, pro Se, Regnis, Terris, & Dominiis suis, Subditis, & Alligatis utriusque Partis, qui in ipsis comprehendi vellent; unde, cùm
* IX. 410. idem Dominus *noster Rex* præfato *Regi* * *Portugaliæ* Alligatus & Confœderatus existat, videtur Domino nostro Regi quòd sub ipsis Treugis debeat comprehendi: Et, quia non est Intentionis Domini *nostri Regis* quicquam contra Tenorem dictarum Treugarum attemptare, aut per suos permittere attemptari (dato quòd sub ipsis Treugis poterit comprehendi), denuncient præfati Ambassiatores Intentionem Domini nostri Regis in ea parte.

ITEM, poterunt dicti Ambassiatores inducere *Regem Castellæ*, &c. ad renunciandum, & ad dissolvendum quaseumque Ligas, cum Inimicis *Domini nostri Regis* quibuscunque (& saltem cum

lectionem, nuper factam in Ecclesia Conventuali Wiltone, Ordinis Sancti Benedicti, Sarum Diœcese, de, dilecta nobis in Christo, *Cristina Dovlre*, Moniali ejusdem Domûs, in Abbatissam Loci illius (cui prius regium assensum adhibuimus & favorem) confirmaverit, sicut per Literas Patentes ipsius Vicarii, nobis inde directas, nobis constat, 7.

Nos (Confirmationem illam acceptantes) eidem Electæ Temporalia Abbatiæ illius, prout moris est, Restituimus;

Et ideò Tibi Præcipimus quod eidem Electæ (cujus Fidelitatem, Nobis in hac parte debitam, per Magistrum *Johannem Chaundeller*, Decanum Ecclesiæ Cathedralis beatæ Mariæ Sarum, capi mandavimus) Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quinto die Decembris.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Somers. & Dors.
Escaetori Regis in Com. Devon. & Cornub.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De modo Celebrandi Festa, tam beati Johannis de Beverlaco, quam etiam Sanctorum Crispini & Crispiniani, propter Victoriam ad Agencourt.

Ann. D. 1416. *An. 4. H. 5. Ex Regist. Clyfford, Episc. London. fol. 72.*

HEnricus, Permissione Divinâ, *Cantuariensis Archiepiscopus*, totius Angliæ Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus, dilecto Filio, Venerabilis Fratris nostri, *R.* Dei gratiâ, *Londoniensis Episcopi*, ipso in Remotis agente, Vicario in Spiritualibus Generali, Salutem, Gratiam, & Benedictionem.

Anglicanæ Ecclesiæ (cujus Laudes & Præconia, in Dei & Sanctorum suorum devotâ Veneratione, præ cæterarum Regionum & Provinciarum Ecclesiis, Orbis attollit universus) Sacra promeretur honestas, ut ipsorum Laudibus eadem Ecclesia magis exuberet, jocundaque Devotione gaudentius exultet, quorum Patrocinio & Miraculorum Gratiâ se reflorere lætatur, ac quorum piis Intercessionibus, nedum ipsius Ecclesiæ, sed & totius Regni Respublica, cum Pacis & Quietis interiori dulcedine, Hostiumque ipsarum, exterius Impugnantium, optatâ Victoriâ, per justos Rectores strenuè defensatur.

Hujus siquidem opitulaminis Gratiam etsi Deus eidem Ecclesiæ suæ, ipsiusque Regni Angliæ Incolis, per diversorum Sanctorum Merita (quibus undique gloriosa refulget) sæpiùs ostendere decreverit, ipsos tamen, novissimis hiis diebus, * Almifici Confessoris & Pontificis sui, Beatissimi *Johannis de Beverlaco* (ut veraciter confidimus) Suffragio speciali, Ecclesiam prædictam, una cum præfatis Regni Proceribus, Incolis, & Membris universis, miraculosiùs dignatus est & evidenter specialiùs consolari, * IX. 421.

O nempe Consolatio ineffabilis, nostris præsertim temporibus, omnique Ævo jocunda, ac semper memoriæ revocanda, Christianissimi (videlicet) Principis nostri, *Henrici Regis Angliæ Quinti*, & sui Exercitûs IN BELLO D'AGYNCOURT, nuper in partibus Pycardiæ commisso, GRATIOSA VICTORIA! que in Festo Translationis dicti Sancti, ad laudem divini Nominis, & Regni Angliæ Honorem, ex immensâ Dei Misericordia, *Anglicis est Concessa*.

In quo siquidem Translationis Festo, dum inter Nostrates & Gallicos Conflictus, de quo præmittitur, haberetur, sicut ad Nostrum ac Confratrum nostrorum auditum, in ultima Convocatione nostra, quamplurimum, & præsertim Incolarum dictæ Patriæ, deduxerat verax Fama, de ipsius Tumba sacrum, stillantibus Guttis, admodum Sudoris emanavit Oleum; divinæ Miserationis erga Plebem suam, non dubium præfati Sanctissimi Viri Meritis, ostensivum.

Volentes igitur, in nostra Provincia, divini Cultûs Augmentum, & specialiter ad tanti Patroni celebriorem laudis extollentiam, dilatare, de Fratrum nostrorum & Cleri, in eadem Convocatione præsentium, Voluntatibus, Consilio, & Assensu, & nichilominus ad dicti Christianissimi Principis nostri instantiam specialem, memorati Confessoris Sanctissimi Memoriam, ubique per nostram Provinciam prædictam, votivis & devotis affectibus duximus exaltandam;

Statuentes &, de prædictorum Fratrum nostrorum ac Cleri Consilio & Assensu, pro futuris perpetuis temporibus, Ordinantes quod Festum Depositionis dicti Sancti (quod septimo die Maii, videlicet, in Crastino Sancti Johannis ante Portam Latinam contingere dinosci-

cum notabili rei exitûs Memoriam, ubique per Provinciam nostram prædictam, cum Novem Lectionibus Celebris habeatur; quarum Tres primæ erunt de Proprietate Sanctorum *Crispini* & *Crispiniani*, Tres mediæ de Translatione Sancti *Johannis prædicti*; & Tres ultimæ de expositione Evangelii primorum Martirum, cum Servitio secundum Usum Sarum in talibus fieri consueto.

Volumus ergo, & vobis, firmiter injungendo, Mandamus, quatinus Statutum & Ordinationem nostram prædicta, per Civitatem & Diœcesim Londoniæ, debite Publicantes, Festa prædicta, per easdem, sub forma prædicta, faciatis Annuatim de cætero celebrari;

Mandantes omnibus & singulis Confratribus & Suffraganeis nostris, quibus & Nos, Tenore Præsentium, sic Mandamus, quòd & ipsi eadem Festa modo præmisso celebrent, & per suas Civitates & Diœceses de cætero etiam consimiliter faciant celebrari.

Et quid feceritis in Præmissis Nos, citra Festum Purificationis beatæ Mariæ Virginis proximò futurum, certificare curetis, per Literas vestras, harum Tenorem habentes, Sigillo Officii vestri consignatas.

Dat. in *Manerio nostro de Otteford* xvi. die Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, decimo sexto, & nostræ Translationis Anno Tertio.

Supradictum Mandatum erat in omnibus executum, secundum exigentiam & tenorem ejusdem, quoad omnes & singulos Coepiscopos Provinciæ supradictæ, ac super eodem debitè Certificatum.

• IX. 422. * *Salvus Conductus pro Servientibus Ducis Britanniæ, & Ducis Deniæ.*

Ann. D. 1417. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 5.

REX, per Literas suas Patentes, per duos Menses proximò futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Johannem Catin* Servientem *Arthuri Fratris Ducis Britanniæ*, & *Toussains Coutorier* Servientem *Ducis Deniæ*, in Regnum Regis Angliæ veniendo, & Colloquium cum dictis Magistris suis habendo, & eisdem Magistris suis ad tempus deserviendo;

Proviso semper quod prædicti *Johannes* & *Toussains* benè & honestè se habeant, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Quarto die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Temporalibus Episcopatus Herefordensis liberandis.

Ann. D. 1417. An. 4. H. 5. Claus. 4. H. 5. m. 7.

REX, dilecto sibi, *Henrico Barton*, Majori Civitatis suæ Londoniæ, & Escaetori suo in eadem Civitate, Salutem.

Cùm, de Gratiâ nostrâ speciali, Concesserimus, dilecto Clerico nostro, *Edmundo Lacy* Decano Capellæ nostræ, infra Hospitium nostrum, Temporalia Episcopatûs Herefordensis, in manibus nostris existentia, Habenda durante Vacatione episcopatûs prædicti, prout in Literis nostris Patentibus, inde confectis, plenius continetur,

Vobis Mandamus quod eidem *Edmundo* omnia Temporalia, Episcopatui prædicto pertinentia, in Balliva vestra, in manibus nostris, per mortem *Roberti*, *ultimi Episcopi* ibidem, existentia, Liberetis, Habenda eidem *Edmundo* Temporalia prædicta, cum omnibus Exitibus, Proficuis, & Commoditatibus, inde à die Obitûs prædicti Episcopi, provenientibus.

Teste meipso apud *Westmonasterium*, decimo quarto die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Glouc.
Escaetori Regis in Com. Hereford.
Escaetori Regis in Com. Salop.
Escaetori Regis in Com. Wygorn.

De Prorogatione Treugarum Franciæ facienda.

Ann. D. 1417. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 8.

REX, dilecto & fideli suo, *Willielmo Bardolfe* Chivaler, Locumtenenti nostro Villæ Calesii, ac, dilectis sibi, Magistro

Cæteraque singula, in Præmissis vel circa ea oportuna & necessaria, Exercendum, Faciendum, & Expediendum,

Vobis Tribus, & Duobus vestrûm (quorum vos, præfate Thoma, unum esse volumus) Tenore Præsentium, speciale Mandatum, ac plenam & liberam concedimus Facultatem;

Promittimus, insuper, bonâ fide, & in verbo regio, Nos Ratum, Gratum & Firmum habituros quicquid vos Tres, vel Duos vestrûm (quorum vos præfate Thoma unum esse volumus) feceritis, seu fecerint in Præmissis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xviii. die Januarii.

Per ipsum Regem.

Promissiones & Juramenta Ducum Aurelianensis & Bourbonensis, & Johannis de Mangre, pro Domino de Gancourt, super Licentia ei concessa Redeundi in Franciam.

UNiversis Christi Fidelibus, præsentes Literas inspecturis, *Karolus Aurelianensis*, & *Johannes Bourbonensis*, *Duces*, ac *Johannes de Mangre*, dictus *Boucyquaut*, Mareschallus Franciæ, & *Johannes Dominus d'Estouteville*, Salutem in Domino, & præsentibus fidem indubiam adhibere. Ann. D. 1417. An. 4. H. 5. Ex Autogr.

Cùm, Serenissimus Princeps, *Henricus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, ad magnam nostram Instantiam, & pro utilitate nostra specialiter procuranda, gratiosè concesserit Domino *Radulpho Gancourt* militi Licentiam specialem ad Regnum Franciæ redeundi, & ibidem per certum tempus remanendi,

Ad procurandum bonum Pacis finalis inter Regna Franciæ & Angliæ, ac communicandum & tractandum, cum Consanguineis & Amicis nostris, de viis & modis quibus commodiùs & celeriùs liberari possemus de Captivitate, qua modo detenti sumus, necnon ad ordinandum & concludendum, cum Parentibus, Consanguineis, & Amicis suis, modum & formam, per quos etiam ipse utiliùs & celeriùs exui posset de Captivitate, qua consimile detinetur,

Ita tamen quòd idem *Radulphus*, citra ultimam diem mensis Martii proximò futuri, in Angliam & in Potestatem præfati Regis de facto revertatur,

Et quòd, ad hoc efficaciter adimplendum, ante Recessum suum de Anglia, *dicto Regi* Securitatem præstiterit sufficientem,

Nos,

Desiderantes fœlicem & festinum Transitum dicti *Radulphi* in Regnum Franciæ, non solum pro Bono Pacis promovendo, sed etiam pro nostra Liberatione efficaciùs pertractanda,

Promittimus, fide mediâ, & juramus, remotis dolo & fraude quibuscunque, Nos facturos & curaturos quòd idem *Radulphus*, citra ultimum diem Martii supradictum, in Angliam & in Potestatem præfati Regis realiter & de facto revertetur; nisi mors naturalis interim, sine sua culpa, ipsum substraxerit ab hac Luce:

Et, si præfatus *Radulphus*, citra ultimum diem Martii prædictum, in Angliam & Potestatem præfati Regis reversus non fuerit, obligamus Nos & Corpora nostra, conjunctim & divisim, ad remanendum in Potestate ipsius Regis quousque dictus *Radulphus* in Potestatem præfati Regis realiter & de facto redierit; nisi aliter cum eodem Rege de suo beneplacito in hac parte poterimus concordare:

Renunciamus, insuper, & quilibet nostrûm renunciat, per Præsentes, cuicumque Exceptioni doli mali, ex injusta Causa, vel non liberè, aut per metum vel fraudem celebrati Contractûs, plus dictum, & minus scriptum, vel e contra: ac Juri dicenti generalem Renunciationem non valere nisi tantummodo in expressis; &, generaliter, cuicunque alteri Exceptioni Juris vel Facti, quam Nos, vel aliquis nostrûm, aut quivis alius, nomine nostro, vel alicujus nostrûm, dicere, proponere, vel allegare possemus, vel posset, per quam effectus Obligationis nostræ prædictæ, aut Restitutionis ipsius *Radulphi*, vel aliqua, ut præmittitur, per Nos implenda, differri vel retardari possent, aut alias quomodolibet impediri.

Facimus, insuper, constituimus, & ordinamus, & quilibet nostrum facit, constituit, & ordinat, *Guillielmum Cudire* nostrum verum Procuratorem, Factorem, * Negotiorum gestorem, & Nuncium specialem; • IX. 424.

Dantes & concedentes eidem Procuratori nostro, ut præmittitur, in solidum, Potestatem generalem, & Mandatum speciale, istam Obligationem nostram in præsentia *præfati Regis* renovandi, Nosque, & quemlibet nostrûm, Hæredes, & Executores nostros, ac omnia Bona nostra, mobilia & immobilia, præsentia & futura, secundum Tenorem formam, prout cum præfato Rege concordare poterit, iteratò efficaciter obligandi:

Et promittimus, Fide mediâ, Nos ratum, gratum, & firmum perpetuò habituros quidquid dictus Procurator noster fecerit in Præ-

Ex Au-togr. Cum, Serenissimus Princeps, *Henricus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, &c. ad magnam nostram instantiam, & pro utilitate nostra specialiter procuranda, gratiosè concessent Domino *Radulpho Gaucourt* Militi Licentiam specialem ad Regnum Franciæ Redeundi, & ibidem per certum tempus Remanendi,

Ad Procurandum Bonum Pacis finalis inter Regna Franciæ & Angliæ, & Communicandum & Tractandum, cum Consanguineis & Amicis nostris, de viis & modis quibus comodiùs & celeriùs liberari possemus de Captivitate, qua modo detenti sumus, necnon ad Ordinandum & Concludendum, cum Parentibus, Consanguineis, & Amicis suis, Modum & Formam, per quos etiam ipse utiliùs & celeriùs exui posset de Captivitate, qua consimiliter detinetur,

Ita tamen quòd idem *Radulphus*, citra ultimum Diem Mensis Martii proximè futuri, in Angliam & in Potestatem *præfati Regis* revertatur de facto,

Et quòd, ad hoc efficaciter adimplendum, ante Recessum suum de Anglia, *dicto Regi* Securitatem præstiterit sufficientem,

Nos,

Desiderantes fœlicem & festinum Transitum dicti *Radulphi* in Regnum Franciæ, non solum pro Bono Pacis procurando, sed etiam pro nostra Liberatione efficaciùs pertractanda,

Promittimus, fide mediâ, & Juramus, remotis dolo & fraude quibuscunque, Nos facturos & curaturos quòd idem *Radulphus*, citra ultimum diem Mensis Martii, in Angliam & in Potestatem *præfati Regis* realiter & de facto revertetur; nisi Mors naturalis interim, sine sua culpa, ipsum substraxerit ab hac Luce.

Et, insuper, Obligamus Nos & utrumque nostrûm per Se & in Solidum, Hæredes, Executores nostros, & utriusque nostrûm, ac omnia Bona nostra, mobilia & immobilia, præsentia & futura, ad Solvendum Quadraginta Millia Scutorum Auri, quorum semper Duo valent Unum Nobile Anglicanum,

Et dictam Summam realiter Promittimus *præfato Regi*, Commissariis, vel Assignatis suis, Londoniæ, die primo Mensis Maii proximè futuro, si præfatus *Radulphus*, citra diem ultimum Martii prædictum, in Angliam & Potestatem *præfati Regis* realiter & de facto reversus non fuerit; nisi Mors naturalis interim, sine sua culpa, ipsum Substraxerit ab hac Luce.

Et ad præmissa omnia & singula fideliter adimplenda, quatenus Nos aut alterum nostrûm concernunt, Obligamus Nos, conjunctim, & divisim, & utrumque nostrûm per Se & in solidum, Hæredes, & Executores nostros, & utriusque nostrûm, ac omnia nostra Bona, mobilia & immobilia, præsentia & futura, & Submittimus Nos & utrumque nostrûm per Se, & in solidum, in hac parte Jurisdictioni & Cohercioni Cantuariensis & Eborum
• IX. 425. • Archiepiscoporum, necnon Dominorum, Wintoniensis, Dunelmonensis, Episcoporum, pro tempore existentium, & alterius cujuscumque Ordinarii, in Romana Curia vel in Anglia Existentis.

Volumusque & Concedimus, ac Vult & Concedit uterque nostrûm, ut Archiepiscopi & Ordinarii supradicti, & eorumdem quilibet etiam solus & in solidum, possint, & possit, Nos, & utrumque nostrûm, ad Perficiendum & Complendum omnia & singula supradicta, quatenus nos concernunt, constringere, compellere, & artare per Censuras Ecclesiasticas (videlicet) Sententias Excommunicationis majoris, Suspensionis, & Interdicti, aliaque Juris remedia quæcumque, in hac parte necessaria vel oportuna:

Renunciamus insuper, & uterque nostrûm Renunciat, per Præsentes, cuicumque Exceptioni doli mali, non numeratæ Pecuniæ, ex injustâ Causâ, vel non liberè, aut per Metum vel Fraudem celebrati Contractûs, plus dictum, & minus scriptum, vel è contra; ac Juri dicenti generalem Renunciationem non valere nisi tantummodo in expressis, & generaliter cuicumque alteri Exceptioni Juris vel Facti, quam Nos, vel alter nostrûm, aut aliquis alius nomine nostro, vel alterius nostrûm, dicere, proponere, vel allegare possemus, vel posset, per quam effectus Obligationis nostræ jam dictæ, aut Restitutionis ipsius *Radulphi*, vel aliqua, ut præmittitur, per nos implenda, deferri vel retardari possent, aut aliàs quomodolibet impediri.

In quorum omnium Testimonium Præsentibus Sigilla nostra apposuimus, & manibus propriis subscripsimus *apud Pontem fractum* Decimo Octavo Die Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Sextodecimo.

… Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quinto die Januarii.

Per ipsum Regem.

Responsiones ad Articulos, super Reditum Ducis de Bourbonn & Domini de Gaucourt in Franciam, a Rege propositos.

PLaise au Roy *nostre Sovereign Seigneur*, Savoir que Nous, voz Treshumbles Soubgez, *T. Evesque de Duresme*, *H. Conte de Northumbre*, *R. Conte de Westmerland*, & *H. Fitz Hugh* vostre Tresorer & Chamberlein, veuz avons les Articles, les quelles il vous a plieu escrier, touchant l'Aille *de Duc de Bourbonn* & *de Gaucourt* as parties par dela, pour procurer & inducer les moiens de la Paix d'entre les Roialmes d'Engleterre & de France. Ann. D. 1417. An. 4. H. 5. Ex Bibl. Cot. Caligula D. 5.

Et PRIMERMENT, touchant le dit *Gaucourt*, pour le quel *les Ducs d'Orliens* & *de Bourbonn* se ont offiert de luy Plegger, sur Payn de Paier xl. M. • Escuz, si le dit *Gaucourt* ne entre au Jour a Luy a Assigner, si par Mort naturelle il ne soit Empeschez: • IX. 426.

Et coment il vous a semble que vous ne doiez recurre les *diz Ducs* Obligez pour nulle tielle Somme, Considerant q'ilz sount voz Prisoners; &, pour ce, on leur purra compeller de Paier, pour leur Finance, tout ce q'ils purront Paier:

Et, pour tant Escript avez, que s'il nous semble expedient, que le dit *Gaucourt*, pour les susdictes Causes, se Transportera par dela, il vous a semble, pour la meilleur Seurte de son Retour, que les *Diz Ducs* & autres Seigneures, voz Prisoners, luy doient Plegger; & que le *dit Gaucourt* doit Assurer de Retourner au Terme que luy serra Assignez.

Sur ceste Matiere, *tres Sovereign Seigneur* (sauvant toudiz vostre tressaige Discretion) il Nous semble que, s'aucun Traictie de la susdicte Paix serroit en acune Maniere commencez, il faut que soit trouvez aucun Solicitour: &, pour ce que les susdiz *Ducs* ont espoir, comme ils dient, que, si le *dit Gaucourt* va par dela, il y purra procurer & Inducer aucuns moiens de la susdicte Paix, & autres Choses que purront tourner a vostre Plaisir; il semble bon que le *dit Gaucourt* y va, sur sa Asseurance, en bonne Forme, q'il retournera au Terme a luy a limiter; & que les *diz Ducs* luy Pleggent sur la Somme de xl M. Escuz; car il semble as aucuns Clercs, de cestes Cousties, que ce serroit la meilleur Seurte que Plegger le *dit Gaucourt* sanz Somme;

Et de ce, tres Souvereign Seigneur, purrez aviser par Clercs entour vous, & en faire certifier en toute hast a *l'Evesque de Duresme*, qui, pour vaquier a la dicte Matiere, serra a vostre Chastiel de Pontfreit la Samady prouchain, si Dieu plest;

SECONDEMENT, touchant le susdit *Duc de Bourbonn*, qui par sa Lettre Escript vous a que, s'il vous plerra que *ycelluy Duc* se Transportera par dela, pour les susdictes Causes, il voet mettre en Hostage les Deux Filz, & autres Seigneurs especifiez en sa dicte Lettre, a devenir Hostages sur leur Fies; &, outre ce, vorroit *le dit Duc* donner Marchantz, Respondentz pour la Somme de CCM. Escuz, que *le dit Duc* Retournera au Jour que luy serra Assignez, si par Mort naturele il ne soit empeschez.

Sur la quelle Matiere, *Tres Souverein Seigneur*, il nous a semble que, si le *dit Duc* soy doit Transporter par dela, il doit mettre les diz Hostages par Manere que dessus, &, outre ce, doit *le dit Duc* trouver Marchantz pour la Somme de CC. XL. Mille Escuz: Et aussi que les diz Hostages demourent as Coustages du *dit Duc*, ou a leurs propres Coustages; &, s'il avenoit que, devant son dit Retour, le *dit Duc de Bourbonn* alast de vie a trespassement, par Mort naturelle, que les susditz Hostages doient estre deliverez, Paiant Primerment pour les Coustages de l'avant *dit Duc*, pour le Temps q'il a este vostre Prisoner.

Et, oultre ce *Tres Sovereign Seigneur*, il vous a semble que, pour son Retour, *le dit Duc* doit estre Asseurez & Obligiez en meilleur Manere que purra estre devisez:

Et, ou Cas que ceste Matiere prist delay, vous ne vorriez, par ceste Traictie, estre tenuz que le dit Duc serroit seur a passer; mes voudriez que, a tout Temps, devant que *le dit Duc* averoit baille Hostages & Respondentz, par Manere que dessus, Vous, *Tressouverain Seigneur*, pour Causes que purroient survenir, purroiez deliberer si *le dit Duc de Bourbonn* passeroit ou nemy.

Sur ceste Matiere, *Tres Soverreign Seigneur*, il nous a semble expedient que, si *le dit Duc*, pour les susdictes Causes, passera par

An. 4. H. 5. Caligula D. 5. Ex Bibl. Cotton.

I Charge yow, by the Feith that ye owe to me, that ye kepe this Matere, her after Writen, from al Men secre save from my Brother Th'Emperor owne Persone; that never Creature have Wittyng thereof, withowt myn especial Commandement, of myn owne Mouthe, or els Writen with myn owne Hand, and Seely'd with my Signet:

Kepeth this Charge, as ye will Kepe al that Ye may forfet to Me.

Also, I wol that Ye say to my Brother, atte begynnyng, or ye Open the Matere, that the grete Trust and Love, that I have to hym (as he proeveth me grete cause) maketh me to let hym have Knowyng of oon of the secreest things that Touchis me, to that Entent that I wol nothyng do but that he shall have ful Knowyng therof: And also that I trust so muche yn his Secretes, that this, that ye shal sey hym, shall be secret, as for hym, from al erthly Cretures; And so I require hym that hit may be, as my Trust is yn hym.

And, when he wil say that he will kepe her yn Secre, ye shal sey hym,

FURST how that the Lords, that been my Prisoners, han often, as ye *Tiptoft* herde or ye went, spoken to me of Tretees of Pees; but when hit came to the Conclusion, it was to noone other Ende but allonely for thaire Deliverance: to the whiche I wolde not have Assent; ne to suche Thyngs as they spaken of as for Tretee, for hit was but for Delay of my Voyage, to the which I wolde not Assent as ye know *Tiptoft*.

And then they asked me, and Desired that I wolde aske of hem what I wolde Desire; and they wolde yeve me by Avys, such an Awnswer (savyng thaire Worshipps) as should gre Me,

• IX; 418. • And then I askyd hem that they shoulde knowe me (as of right hem ought) for thaire Soveraign Lord; And of that hit was saide, by the *Duc of Orliens*, in Name of Thaym al, that therto may myght ne cowth non Answer;

And so Departes as then.

And aftir the *Duc de Bourbon* desired to speak with me; and so he dyd: And thees weren hys Words yn Substance that Folowen; savyng that he spak French.

MY LORD,

Seth God sent us ynto your Hands, ther hath been many Wayes Meved And for the most Partie, at all Tyme, ye have Desiryd that we shuld know yow for Ryght wise Kyng of France, seyng that youre Ryght is grete; wherfor many of us, or this, han sent ynto France, to sech and to have more ful Knowyng of your Ryght then any of us hadde before our takyng: And, of Trowth, herof we had more Knowyng then we had ever before; And, for my self, I dare wel say, for I know more than ever I did of youre Right.

Also, My Lorde, I have herde yow Desire to have certayn Lordeshippes and Londs, &c as spoken by yow and by youre Subgitz; And, yf ye myght have thoo, that, atte reverence of God, &c. And for the Goode of Pees, ye wolde freely of youre Wil Renons the right, ye have now in the Corone of France, to hym that now occupieth hit, and to his Herit, as Forme moste be made on both the Sydes: The which I, Duc of Burbon, *thenketh as for your Partie, a grete and resonable Profre; that ought not to be Denyed by hym, that ye Name youre Adversary.*

And *Tiptoft*, ye shal understande that the Lands been; named by hym also, moche as is Comprehendyd withyn the Grete Pees, yn the Forme as they be thereyn Comprehendyd, And Harefleu, with as much of Normandie that lithe next to it, as I wol agree me; And al holden yn the Forme as the Pees maketh mention.

• IX; 419. Wherfor, the *foresaide Duc* desired of me that I wolde yeve him leve, • upon such Seurtee as I wolde seme resonable, to go ynto France yn Name of all his Felawes, whereto he saide he supposeth to bryng hem: And so he hath; For they al have desired that he may go for hem al, to meve myn Adversary, desire him and require hym, that he deliver me the Lands that I ask, and yn the same wise as I aske hem; saying hym that, as his trewe Men, hem thenketh, that he oght to do hit.

And these wer the Words that the Duc behyght me,

If hit be full graunted at my next Commyng ynto France this Yere, with Godds Grace, to resceive hem;

And, if hit were Denyed by myn Adversarie, Then said *the Duc* thus,

Mr-

Te jubeo, per Fidem quam mihi debes, quod haec quae infra-scripta sunt, ab omnibus Hominibus, praeterquam ab ipsa persona Fratris mei Imperatoris, *secreta teneas; Ita quòd nemo Mortalium quicquam inde sciat, absque Mandato meo speciali, Ore proprio, vel Manu propria scripto, & cum Signeto meo Sigillato:*

Hoc Mandatum teneas sic uti omne quod mihi Forisfacere poteris tenere velis.

Etiam Volo ut Fratri meo dicas, in Principio, priusquam ad Rem aperiendam procedas, quòd magna Fiducia & Dilectio, quas ad ipsum gero (unde exhibet bene magnam Causam) inducunt me ad ipsius Notitiam exponere unum de Secretissimis quae me tangunt, eâ Intentione quòd nihil ipse faciam quin ille plenam inde habeat Cognitionem: Ac etiam, quòd tantum ipsi confido in Secretis servandis, quod haec, quae dixeris ei, secreta erunt, quoad ipsum, ab omni terrestri Creatura; Et sic ut maneat ipsum peto, sicuti in ipso mea fides est.

Et, cum promiserit quod in hoc Secretum servabit, tunc pergat ei dicere,

IMPRIMIS, *quatenus Domini, qui sunt mei Prisonarii, saepius, ut tu,* Tiptoft, *audiisti antequam discesseris, Locuti sunt mihi de Tractatibus Pacis; ast quum ventum est ad Conclusionem, non ad alium Finem nisi tantummodo pro eorum Deliberatione: cui assentire nolui; neque quibusdam ab iisdem super Tractatu propositis, nam haec solum erant ad Viagium retardandum, ad quod Ego nolui assentire, ut tu nosti,* Tiptoft.

Ad tunc petebant, & desiderabant quatenus ipse peterem ab illis quod vellem desiderare; ac illi mihi, per avisamentum, talem Responsionem darent (salvis suis Honoribus) quacum bene contentari possim.

Et tunc petebam quatenus vellent (quod de Jure deberent) Agnoscere Me pro Eorum supremo Domino; & dictum fuit, per Ducem d'Orleans, *in nomine singulorum, quod ad hoc nec possint neque debent Respondere;*

Et sic Decedebant pro tunc.

Est postea Dux Burbonia *desiderabat Colloquium mecum habere; & habuit: & haec, quae sequuntur, Substantiâ tenus, erant ejus verba; salvo quod Gallice Locutus est,*

MI DOMINE,

Ex quo Deus tradidit Nos in Manus vestras, multae tentatae sunt Viae pro Bono Pacis, &c, pro maxima parte, omni tempore, vos desiderastis quòd Nos agnosceremus vos de Jure pro Rege Franciae; asserentes Jus vestrum esse grave: Proinde Multi Nostrûm, ante haec, misimus in Franciam, ad requirendum & obtinendum de Jure vestro perceptionem pleniorem, quàm aliquis Nostrûm habuimus ante nostram Captionem: Et, re verâ, habuimus inde plus Scientiae quàm unquam antea; ac, pro Meipso, audeo bene dicere, quod plus nunc scio, quàm unquam antea, de Vestro Jure.

Insuper (Mi Domine) audivi quod desideratis habere certa Dominia & Terras, &c. de quibus dictum est à vobis & Subditis vestris, per vos & Subditos vestros, quatenus si ista optinere possitis ob reverentiam Dei, &c. ac pro Bono Pacis, vos libere & sponte Renunciaretis Juri, quod habetis nunc in Corona Franciae, ei qui nunc eam occupat, & Haeredibus suis sub forma ex utraque parte concipienda: Quod Ego, *Dux de Burbon*, Opinor ex parte vestra esse Oblatum magnum & rationabile; quod minimè debet recusari ab eo, quem nuncupatis *vestrum Adversarium*.

Et, Tiptoft, *intelligendum est quòd Terrae, per ipsum nominatae, sunt quae in Magna Pace Comprehenduntur, sub forma prout in ea comprehenduntur, & Harefleu, cum Parte Normanniae, quae ad illam proxima jacet, de qua contentemur; ac omnia tenenda sub forma quatenus (dicta) Pax facit Mentionem.*

Propterea, praefatus Dux *desiderabat quatenus vellem ipsi dare Licentiam, sub tali Securitate quae mihi rationabilis videretur, proficiscendi in Franciam in nomine omnium Sociorum suorum, ad quod, ut dixit, supponit se illos inducere posse: & hoc factum est; nam illi omnes desideraverunt quod ille eat, pro illis omnibus, ad movendum Adversarium meum, ad eum desiderandum, & eum requirendum quod tradat mihi Terras quas Peto, & sub eodem modo quo illas Peto; Dicendo quod, ut ejus veri Ligei Homines, Illi opinantur quod ille hoc facere debet.*

Et haec erant verba quae Dux mihi promisit.

Si ad plenum Concederentur, quod ipse, in proximo Viagio in Franciam hoc anno, cum Dei gratia illas reciperem:

Et, si recusarentur per Adversarium meum, tunc dixit Dux *sic,*

MI-

wittyng to noon of hem of this Matere, save to the *Duc* hymself; nor also ther ne is no Personne, yn this Lande, save *Derham* and I that is knowyng herof,

And ye shal say to my Brother, that me thoght this Profre so resonable, that I oght in no wise have Denyed hit hym; And also he told me, that he supposed, that mo, that been here, wol do the same, But that I knowe not of certain

As of the Tyme of *the Ducs* goyng, hit shal be al sone as his
• IX. Seurte is redy • Commen, which Seurte I sende to yow, and to
430. all youre Felawes, Writen, as ye may see more pleynly; but of his Commyng ther nys as yit no Day set; when ther is I shal sende my Brother Worde, And how I procede yn this Matere and yn all other.

Also, ye shal pray my Brother that he suppose not that for any Tretee, that they wol make, that I wol leve my Voyage, with Godds Grace; for sekirly, with his Mercy, I shall not faile, but fully holde such Purpos, And yn the same Wise as I have sent hym Word by yow.

Also thanketh hym of the Frendely Letter that he sent, one among all other by *Diprant*; whereby that I have Conceyved the Brothers Assistence, that I trust to have of Hym.

And, *Tiptoft*, as touching this Matere of the *Duc of Burbon*, if ye thenke that ye kan not say this redely to Th'Emperor, I wol that ye take Maistre *Phelip* a Letter that ys Closyd heryn, And is of Credence; by the which Credence I wol that ye make Maistre *Phelip* to swere on a Booke, and *in verbo Sacerdotis*, that he shal never discover this Matere, withowte my special Leve; as ys above Writen of youre self.

And, for any thyng, Pray hertly my Brother that, yn no wise, he discover not this, no more to any of myn owne Men, then to any other Man.

Also I wol, that and hit happen that ye be departed from my Brother Th'Emperor or this Com to yow, that yow go ayein to hym; yn alwise sendyng to me by *Hartank*, if ther be any thyng that asketh haste; And yn especial, whedir my Brother is accorded to that Matere, that ye went for, or no?

And, for the secreness of this Matere, I have writen this Instruction wyth myn owne Hande, and seled hit with my Signet of th'Egle, the 25 Day of *Januar*, that is the Day of Conversion of St. Paule.

teria quicquam cognoscente, præter ipsum Ducem; neque etiam est aliqua Persona, in ista Terra, quæ de hac Re quicquam sciunt præter Derham *& Meipsum.*

Dicas etiam meo Fratri, quod videbantur Mihi ista Oblata adeo rationabilia, quod minime debui ista illi denegasse; Narravit etiam, quod supponebat, quod plures, qui hic sunt, idem facerent, sed id non scio de certo.

Quoad tempus Eundi, pro Duce, *id erit tam cito quam ejus Securitates præsto venerint; quas Securitates mitto Vobis, & Sociis vestris omnibus, scriptas, ut videatis clarius; sed de Reditu ejus nulla adhuc Dies appunctuata est; Sed, cum erit, mittam inde Fratri meo Notitiam, & quomodo procedo in hoc Negotio & in omnibus aliis.*

ITEM, *precaberis Fratrem meum ut non Supponat, propter aliquem Tractatum, per eos faciendum, quod desistam à Viagio meo, cum Dei gratia: nam pro certo, cum ejus misericordia, non defuero, sed ad plenum Prosequar tale Propositum, ac in eodem modo quo Ipsi per vos Notitiam dedi.*

Dabis etiam Illi gratias pro Literis Amicabilibus quas ad me misit, unam inter alias per Diprant; *unde concepi Fraternalem Assistentiam, quam ab ipso habere confido.*

Etiam, Tiptoft, *quoad istam Materiam* Ducis de Burbonia, *si putes quod hæc non potes commode exponere* Imperatori, *volo quod capias pro Magistro* Philippo *Literam hic inclusam, & quæ est de Credentia; per quam Credentiam volo quod facias Magistrum* Philippum *Jurare, super Librum, &* in Verbo Sacerdotis, *quod nunquam Revelabit, absque mea speciali Licentia; prout suprascriptum est de teipso.*

Et, ante omnia, Instantissime supplica Fratrem nostrum quod, nullo modo, ista detegat, non Magis Hominum meorum alicui, quam alteri cuicumque Homini.

Volo etiam, quod si contigerit quod decesseris a meo Fratre Imperatore *antequam hæc Litera ad te perveniat, quod statim ad eum redeas; semper ad me mittendo per* Hartank, *si quid sit quod festinationem postulet; Et, specialiter, utrum Frater meus consentit ad istam Materiam, pro qua ivisti, nec ne?*

Et, pro Secreto hujus Negotii hanc Instructionem Scripsi propriâ meâ Manu, & cum meo Signeto de Aquila, Sigillavi, 25 Januarii, *quæ Dies est Conversionis Sancti Pauli.*

Super Concessionibus in Aquitania.

Ann. D. REX, Senescallo suo Aquitanniæ, ac Constabulario nostro
1417. Burdegaliæ, qui nunc sunt, vel qui pro tempore fuerint, &
An. 4. eorum Locatenentibus, necnon Cancellario nostro Burdegaliæ, ac
H. 5. aliis Officiariis & Ministris nostris ibidem, Salutem.
Vasc. 4. Cùm Progenitores nostri, per Literas suas Patentes, quas Con-
H. 5. *m.* firmavimus, • assignaverint & tradiderint *Augerio de Monte alto*,
11. nuper Domino de Muyssidano Militi, Hæredibus, & Assignatis
• IX. suis, Castrum & Castellaniam de Blavia, cum suis Juribus, Per-
431. tinentiis, & Emolumentis, ac Redditibus, Homagiis, & Proficuis universis, ad dictum Castrum & Castellaniam pertinentibus, & pertinere debentibus quoquo Modo, quoad usque dicto *Augerio* de Castro, Terris & Redditibus, in aliquo alio Loco competenti, infra Ducatum nostrum Aquitanniæ, ad valorem Mille Librarum, bonæ Monetæ, Annui Redditûs (computato uno Sterlingo pro Quinque Denariis bonorum Burdegaliæ) cum consimili Jurisdictione alta & bassa, mero ac mixto Imperio & aliis Proficuis & Emolumentis, sicut ad Castrum & Locum de Gensaco dinoscebatur pertinere, debite fecissent provideri; Superioritate, Resorto, & Homagio, super Dominio, Castro, & Castellania, ac in aliis salvis Juribus Regiis, ac quibuscumque alienis,

Promiserit enim dictus *Dominus de Muyssidano* præfatis Progenitoribus nostris quòd eis, aut Senescallo Vasconiæ, aut Constabulario Burdegaliæ, pro tempore existentibus, factâ sibi Assignatione de dictis Mille Libris, bonæ Monetæ, in aliquo alio Loco competenti, infra Ducatum prædictum, modo & forma superius expressatis, quòd, ad dictorum Progenitorum nostrorum, aut dictorum Senescalli aut Constabularii, aut alterius regii Officiarii & Ministri, super hæc debitam Potestatem habentium, Instantiam & Requestum, dicta Castrum & Castellaniam de Blavia, & alia Officia, & Redditus, sibi assignata (videlicet) Officium Gaugeti, & Officium Turragii & Portagii Castri regii Burdegaliæ, & alia,

De quorum Redditibus, Exitibus, & Proventibus, Proficuis, & Emolumentis iidem Progenitores nostri dictas Mille Libras Annuas duxerant assignandas, quoad usque Mille Libræ bonæ Monetæ Annui Redditûs, in loco competenti, eidem forent assignatæ,

Traderet, Redderet, & Restitueret, ac Tradi, Liberari, & Restitui indilate faceret, Statu nec Juribus in aliquo diminutis,

Voluerint etiam & Concesserint dicti Progenitores nostri, pro Se, & Hæredibus suis, quod præfatus *Augerius* haberet & teneret dicta Castrum & Castellaniam de Blavia, ac omnia alia sibi sic assignata, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, pro Se, Hæredibus, & Assignatis suis juxta Tenorem Literarum inde confectarum, prout in literis & Confirmatione prædictis plenius continetur,

Vobis Mandamus quòd, dilectam Nobis, *Mariam de Montaut*, Dominam de Muyssidano & de Blavia, Uxorem, dilecti & fidelis nostri, *Johannis Domini de Gramont* & de Cama & Consanguineam & Hæredem præfati *Augerii*, ac ipsum *Johannem*, aut eorum Attornatos, sive Deputatos, dicta Officia Gaugeti, Turragii, & Portagii, unà cum Proventibus, Proficuis, & Emolumentis eorumdem, habere, exercere, & occupare permittatis, juxta Tenorem Literarum & Confirmationis prædictarum,

Ipsos, contra Tenorem earumdem, non molestantes in aliquo, seu gravantes; salvo semper Jure nostro, & aliis quibuslibet Jure suo, quibus, per prædictam nostram Confirmationem, nullum volumus præjudicium generari.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xxiv die Januarii.

De Ambassiatoribus, ad Regem Castellæ & Legionis transmissis, super Alligantiis, olim initis, firmandis, vel renovandis.

REX, dilecto & fideli suo, *Johanni Seint John*, Militi majori Ann. D.
Civitatis nostræ Burdegaliæ, *Johanni Stokes* Legum Doctori, 1417.
& *Johanni Hulle* Armigero, Salutem, *An.* 4.
Pacis Auctor & Amator, Dominus noster Jesus Christus, ut *H.* 5.
rupta Pacis Fœdera reformaret, à Summis ad yma descendens, *Franc.* 4.
Pacem Hominibus bonæ voluntatis in suo primo Adventu per *H.* 5. *m.* 6.
An-

Magnis Sigillis sigillatas, nostræ Conscientiæ & naturalis Sanguinis intuitum convertentes,

Desiderantesque, in eventum quo ipsa Pacis Fœdera inter nos & dictum nostrum carissimum Consanguineum rupta fuerint, nostram Innocentiam Deo & Hominibus esse notam,

Vos, *Johannem*, *Johannem*, & *Johannem*, nostros Ambassiatores & Nuncios Ordinamus, Facimus, & Deputamus,

Dantes & Concedentes vobis Tribus, seu Duobus vestrûm, Potestatem generalem, & Mandatum speciale in partes Ispaniæ, & ad præsentiam præfati, carissimi Consanguinei nostri, *Regis Castellæ & Legionis* moderni vos transportandi,

Ac voluntatem nostram, de & super observatione dictarum Alligantiarum, & etiam Treugarum, inter ipsum, nostrum Consanguineum *Regem Castellæ* ex parte unâ, ac, carissimum Fratrem nostrum, *Regem Portugaliæ* ex aliâ, pro Se, Regnis, Terris, & Dominiis, Vasallis, Subditis, Amicis, & Confœderatis suis initarum & firmatarum, eidem *Regi Castellæ & Legionis* intimandi,

Necnon super eisdem, & aliis quibuscumque Pacis Mediis, pro Nobis & nomine nostro, cum eodem, seu Commissariis suis, Tractandi, Communicandi, & finaliter Concludendi,

Ac easdem Alligantias sive Treugas (si Pars adversa ad hoc se offerat, & vobis videatur expediens) pro parte nostra Firmandi, Roborandi, Approbandi, & Emologandi, seu etiam easdem Alligantias, si opus fuerit, & vobis videatur expediens, Renovandi,

Insuper &, præfatum nostrum Consanguineum, *Regem Castellæ* ad Firmandum, Roborandum, Approbandum, & Emologandum easdem Requirendi,

Omniaque alia & singula Faciendi, Exercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis, & circa ea, cum suis incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis, necessaria fuerint, seu etiam quomodolibet oportuna,

Promittentes, bona fide, & in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum pro perpetuo habituros quicquid per vos Tres, aut Duos vestrûm, Actum, sive Gestum fuerit, nomine nostro, in Præmissis, & quolibet Præmissorum.

In cujus, &c.

Dat. in *Palatio Regis Westmonasterii* vicesimo sexto die Januarii.

Per ipsum Regem.

Pro Duce Burboniæ.

Ann. D. 1417. An. 4. H. 5. Claus. 4. H. 5. m. 10.

REX, dilecto sibi, *Thomæ Chaucer*, Capitali Pincernæ suo, vel ejus Locumtenenti in Portu Civitatis Londoniæ, Salutem.

Mandamus vobis quòd Centum Tunas Vini, ad opus *Ducis Burboniæ* Prisonarii nostri, de Licentia nostra, in Regno nostro Angliæ adductas, & in Portu prædicto arestatas, eidem *Duci*, seu ejus Servientibus, aut attornatis, absque aliqua Custuma, Prisa, Subsidio, seu Deverio, nobis inde solvendis seu capiendis, sine dilatione Liberetis; volumus enim vos inde erga Nos exonerari.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo octavo die Januarii.

Pro Ambassiatoribus Franciæ.

Ann. D. 1417. An. 4. H. 5. Franc. 4. H. 5. m. 7.

REX, universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm *Adversarius noster Franciæ* nobis intimari fecerit, quòd ipse suos Nuncios & Ambassiatores; videlicet,

* IX. 433.

* *Johannem Piquet* Scutiferum, Magistrum *Johannem Cutart* Decanum Ecclesiæ beatæ Mariæ Parisius, & Magistrum *Robertum de Tuleriis*,

Super Rege Romanorum, Constantiam intrante, & de rebus inibi novis Epistola Regi enarratoria.

Ann. D. 1417. An. 4. H. 5. Ex Bibl. Cot. Caligula D. 7.

MY *Soverayn Lyge Lord, and most Dowtyth Pryns Crystene to me on Erthe*, I Recommaunde me onto Zowr Heyghe, Ryal, and Emperial Mageste wyth alle maner Honoures, Worschyppes, Grace, and Gochnesses.

My most Glorious Lord,

Lykyth zow to wyte that, the Wodnesday, the Thyrde Our efter Noon, oyer ner yer by, the Sevene and Twenty Day of Januer, zow Broder, Gracious Pryns, the *Kyng of Rome* entride the Cite

nentis, Bonis, & Catallis quibuscumque, necnon dictis Balingariis, vel aliis Navibus Armatis, cum Hominibus superius declaratis, infra Regna nostra, Potestates, & Dominia prædicta, usque Civitatem prædictam, ex Causis prædictis, ut præmittitur, tam per Mare, quàm per Terram, veniendo, ibidem morando, & exinde ad partes suas redeundo, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, suscepimus & posuimus, suscipimus & ponimus per Præsentes,

Et ideò vobis & cuilibet vestrûm, prout ad eum pertinuerit, Præcipimus & Mandamus, districtius injungentes, quatinus ipsos Nuncios & Ambassiatores, unà cum Navigiis & Personis prædictis, & eorum Equis, Hernesiis, Bonis, & Catallis quibuscumque, infra Regna, Potestates, & Dominia nostra prædicta, usque Civitatem prædictam, ex Causis prædictis, veniendo, & in Portubus nostris Marinis, ibique morando, & exinde versus partes suas redeundo, manuteneatis, protegatis, & defendatis,

Non inferentes eisdem, aut eorum alicui, seu, quantum in vobis & quolibet vestrûm est & erit, ab aliis inferri permittentes, Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen, in Corporibus, Navigiis, sive Bonis quibuscumque, ratione Guerræ, Reprisaliæ, Intercursûs, seu aliàs quovismodo,

Et, si quid eis vel eorum alicui Forisfactum sive Injuriatum fuerit, in Terra sive in Mari (quod absit) id eis & eorum cuilibet sine dilatione debitè corrigi, restitui, & emendari faciatis;

Proviso, *&c. ut in hujusmodi de Conductu Literis.*

In cujus, &c. usque primum diem Aprilis proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo octavo die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Proclamatione super Viagio Regis.

Ann. D. 1417. An. 4. H. 5. Claus. 4. H. 5. m. 5. dors.

REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Cùm nuper, per Literas nostras, de Privato Sigillo nostro, Mandaverimus diversis Dominis, Militibus, Armigeris, & aliis, quòd ipsi, in propriis Personis suis, aut per aliquem alium sufficientem, eorum nomine, sub Sigillis suis, ante Duodecimum Diem Januarii proximò præteritum, nobis certificarent si ipsi cum tali Numero Hominum ad Arma & Sagittariorum, in eisdem Literis specificatorum, nobis cum (Deo prævio) pro Recuperatione Jurium & Hæreditatum nostrorum, per *Adversarium nostrum Franciæ* diu detentorum, & injuriosè occupatorum, in Viagio nostro, versus partes Franciæ proficisci vellent, seu aliàs, cum quo numero hujusmodi Hominum ad Arma & Sagittariorum nobis, in eodem Viagio, deservire possent,

Vobis Præcipimus, firmiter Injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, in singulis Locis Civitatis prædictæ, & Suburbiorum ejusdem, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè ex parte nostra proclamari faciatis,

* Quòd omnes & singuli Domini, Milites, Armigeri, & alii prædicti, sint, in propriis Personis suis, Quartodecimo Die Februarii, proximo futuro, Nobiscum ac cum Concilio nostro, INDENTURAS inde inter Nos & ipsos, ex causa prædicta, facturi, necnon Vadia sua juxta formam earumdem INDENTURARUM, recepturi indilate; * IX. 434.

Et hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium* primo die Februarii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam, ac Cancellario in Comitatu Palatino Lancastriæ.

Eadem Latine.

SUpreme mi Ligie Domine, & mihi Princeps Christianissime *metuendissime super Terram*, *Recommendo me vestræ Celsæ Regali, & Imperiali Majestati, omnimodo cum Honore, Cultu, Gratia, & Obedientia.*

Gloriosissime mi Domine,

Placeat vobis scire quod, Die Mercurii, Horâ Tertiâ Pomeridianâ, vel circiter (vicesimo septimo die Januarii) Frater vester, gratiosus Princeps, Rex Romæ, *ingressus est Civitatem Constanciæ, cum vestra*

• IX. 435. at Neyne of • the Belle, all zour Ambaciatoures, wyth alle zour Nation, on theyr best Aray, wente to Worschype hym in hys Paleys; and ther he gaf theym glad and gratious Audience: and ther my *Lord of Chester*, the President of zour Nation, hadd his Wordis to hym in swych a wyse, that hyt was Worschip to hym and to all our Nation; and sone after this they toke theyr Leve at hym.

And onde the Morwe he sende efter theym agayn, ad ten of the Clokke, and theyr he Ressteyved theym agayn every Man be Hand: And ther he made a Colation to owr Nation; and he thankede them specially that they hadde I ben so lovande, trewe, and trusty to hys Nation in hys Absence: Also he Rehersede ther, how the Bretherred bygan wyth hym and my Lord zour Fader, and how hyt is now so continuid and knyt, for zow and zowr Successoures, wyth the Grace of God, for ever: and he tolde thame so gret Worchyp of zowr Ryal Person, and sythyn of alle my Lordis zour Brethers, and thenne of the Governaunce of Holy Kyrk, Dyvyn Servise, Operaments, and alle Stat ther of kepyd, as yoff hit wer in Paradys, in Comparison to ony Place that he evere came inne to for; so that, fro the heyeste unto the loweste, he commendit zour glorious and gracious Persone, zour Reme, and zour gode Governance.

Ad thanne *my Lord of Chestre*, owr Presedent, in the Name of alle owr Nation (al so hyt langyth to hys Office) rehersythe compendiously and in a gentil wyse alle that evere the Emperour hadde sayde, and gaf hym an Answer til every one Poynt, so gold and so resonable, in so schort Avisement, that he has I gete hym a thank here in zoure Nation for evere.

And also, *Soveraya Lyge Lord*, as I may untherstande, *my Lordis of Salisbury* and *Chestre* arn fully dispoyd, by the Consent of zour alle othere Enbaciatours, to suwe the Reformation in the Kyrk, in the Hed, and in the Membris; havyng no Reward to no Benefys that thei have, rather than hyt scholde ben undon; and of thys I dowte me nought, thys two my Lordys wylle abyde harde and neiche all weyes by the gode Avis and Deliberation of zour Brother the *Kyng of Rome*.

Moreover, lykyth zow to wyte that, on Soneday, the last Day of Januarie, zour Brother the *Kyng of Rome* werede the Gowne of the Garterez wyth zour Coler opynly ad the Hyze Messe: and • he was lereth that the *Duk of Beyer* and the *Bourghgrave* scholde
• IX. 436. Ete with my *Lord of Londone* the same Day, and Heyse he wolde ete wyth hem,

Other Tydyng bethther none; bote, as hit is I sayd, the Ambaciatoures of Spayne schulle be her in Constance wythinne a fewe Dayes.

Ab, on Candelmasse Evyn, cam Letteres fro the *Frensche Kyng*, Comandyng to hys Nation to putte out the Ambaciatours of the *Dukys of Bourgoyne* fro theyr Nation.

Also, as hyt is seyt opynly, that the foresayde *Frenche Kyng* hath I sent to the Cite of Gene and Provynce a gret Somme of Golde, to wagegre Schypis and Galeys, ent to destruye zour Ordinaunce and zour Naveye of Ingleland.

And, forthermore, the Day of makyng of dys Lettere, Mayster *Philyp Morgan* entrede Constance in gode Hele, I thankyth be God; the wyche God, of hys gracious Godnesse, kepe zoure Heyze, Honerable, and Gratious Persone to his Plesance, and sende zow Soveraynte and Victorie of alle zow Enimyes.

I writen ad *Constance* the secunde Day of Februarie.

By zowr Pouere, Trewe, and continual Oratour,

JOH. FORESTER.

Sub Sonita Nono Campanulæ, cuncti vestri Ambassiatores, universi vestri Natione stipati, optimeque compositi, adibant Palatium ejus de adventu sibi gratulaturi; ubi blandâ Aure ipsos exaudivit: tunc autem Dominus Cestrensis, *vestræ Nationis Præses, verba coram illo tali modo protulit, ut id sibi & universæ Nationi vestræ Laudi detur; quibus sanè peractis statim ab eo recesserunt.*

Mane verò, Horâ Decimâ, eos denuò accivit, & eos sigillatim iteratò manu tunc excepit: & deinde Orationem habuit, qua specialiter Gratias egit Gentibus nostris, de tam amico, vero, & fideli eorum erga Nationem suam Gestu, dum ipse abesset: Adhæc recitavit quo pacto Fraternus Amor incohaverat secum & Domino meo Patre vestro, & ut nunc ad eundem modum renovatur & nectitur, pro vobis & Successoribus vestris, Gratiâ Dei, in Æternum: Et recoluit demum tam excelsas Laudes vestræ Regalis Personæ, & similiter cunctorum Dominorum Fratrum vestrum, & denique Regiminis Sanctæ Ecclesiæ, Cultus Divini, Paramentorum, & Honoris cujusque generis ibidem observati, adeo ut quasi esset in Paradiso comparativè ad alium Locum quemcumque, ad quem prius adire contigisset; taliter ut, per omnia, laudaverit gloriosam & gratiosam Personam vestram, Regnum vestrum, & vestram bonam Gubernationem.

Et tunc Dominus meus Cestrensis, *noster Præses, nomine totius nostræ Gentis (sicut pertinuit ad suum Officium) retexuit, in compendio & venustè, quæcumque* Imperator dixerat, *& reddidit ei Responsum, in omni Puncto adeò congruum & rationabile, tempore ut cumque angusto, quod hinc comparaverit sibi Gratias apud vestram Nationem sempiternas.*

Præterea, Supreme Ligie Domine, *quantum ego intelligam,* Domini mei Saresbiriensis & Cestrensis, *de assensu vestrorum omnium cæterorum Ambassiatorum, optimè sunt parati ad prosequendum Reformationem infra Ecclesiam & in Capite & in Membris, nullum habentes intuitum ad Beneficia quæ occupant, potius quàm ut res infecta maneat; idque nullus dubito quin hi Duo Domini firmiter & obnixè semper insistant sano avisamento & deliberatione vestri Fratris* Regis Romæ.

Præter hæc, placeat vobis scire quòd, Die Dominica (ultimo die Januarii) Frater vester Rex Romæ *palàm gerebat Robam Garteriorum cum Collario vestro dum alta Missa celebretur; præmonitus autem quòd* Dux Bavariæ *ac* Burghravius *pranderent eodem die apud* Dominum meum Londoniensem, *dixit quod ipse voluit cum eis prandere.*

Res novæ præterea nullæ, nisi, ut fertur, Ambassiatores Hispaniæ hic (videlicet Constanciæ) adesse velint infra paucos Dies.

Et, in Vigilia Candelarum, Literæ apportatæ a Gallico Rege, *quibus præcepit Gentibus suis quòd submoverent Ambassiatores* Ducis Burgundiæ *à Natione sua.*

Præterea, ut publica Fama est, prædictus Gallicus Rex *transmisit ad Civitatem Januensem & Provinciam ingens Pondus Auri, quo conducant Grandes Naves & Galeas ad destruendum vestrum Apparatum & Navigium vestrum Angliæ.*

Et, ad hæc, die quo hanc scripserim Literam, Magister Philippum Morgan *ingressus est Constanciam, bellè valens, laudetur Deus; qui Deus, de gratiosa sua bonitate, conservet vestram Celsam, Honorabilem, & Gratiosam Personam ad Placita sua, & concedat vobis Dominium & Victoriam in cunctos vestros Inimicos.*

Dat. Constanciæ *secundo die Februarii.*

A vestro Paupere, Veredico, & Assiduo Oratore,

JOHANNE FORESTER.

Dors.

Christianissimo Principi H. Angliæ & Franciæ Regi, Domino meo semper Augusto, detur ista Litera.

De Pennis providendis.

Ann. D. 1417. An. 4. H. 5. Claus. 4. H. 5. m. 7.

REX Vicecomiti Kantiæ, Salutem.

Cùm, in propria Persona nostra, simus, cum Dei adjutorio, versus partes Franciæ, pro Recuperatione & Adeptione Jurium & Hæreditatis Coronæ nostræ, ut cunctis satis liquet, à diu per Adversarium nostrum Franciæ injuriosè detentorum & occupatorum, in proximo profecturi,

Nos, considerantes qualiter, inter Gratiarum Donationes, Nobis à Deo, nuper, dum in partibus illis ex hac causa eramus, variè collatas, idem Deus Nobis, non nostris Meritis, set sua ineffabili Bonitate, inter cæteros, per Sagittarios nostros, suis Sagittis, Gratiam atque Victoriam Inimicorum nostrorum multipliciter infudit,

Ac proinde de sufficienti Stuffura hujusmodi Sagittarum, cum ea celeritate, qua commode fieri poterit, & pro meliori expeditione præsentis Viagii nostri, provideri volentes,

Tibi Præcipimus, firmiter Injungentes, quòd statim, visis præsentibus, per Ballivos tuos ac alios, quos ad hoc nomine tuo duxeris ordinandos & deputandos, in singulis Villis & aliis Locis Comitatûs tui, de quacumque Auca (præter Aucas Brodoges vulgariter nuncupatas) Sex Pennas Alarum suarum, • pro Sagittis • IX.
ad opus nostrum de novo faciendis magis congruas & competen- 437.
tes, pro Denariis nostris, de Exitubus Comitatûs tui prædicti

Vicecom. Cantebr. & Hunt. *Vic. Northampton.*
Vic. Eſſex. & Hertford. *Vic. Rotel.*
Vic. Sutht.

De Tractando cum Societate Mercatorum de Hanſa ſuper Attemptatis Reformandis.

Ann. D. REX, Venerabilibus in Chriſto Patribus, *Nicholao Bathonienſi*
1417. & *Wellenſi*, & *Roberto Sarum*, Epiſcopis, ac, dilecto Cleri-
An. 4. co noſtro, Magiſtro *Philippo Morgan* utriuſque Juris Doctori,
H. 5. Salutem.
Franc. 4. Volentes cum Aldermannis & Societatibus, Communitatibus &
H. 5. *m.* Mercatoribus quibuſcumque, *Hominum de Hanſa* Theutonicâ Sa-
5. cri Imperii plenam & perpetuam ſervare Pacem;

Et, eâ de causâ, omnem materiam Jurgiorum & Diſcordiæ, inter Nos & Subditos noſtros ex unâ parte, ac præfatos *Homines de Hanſa* ex alia, cum diſcuſſione juſtâ & plenariâ terminare,

Ad Tractandum, Communicandum, Examinandum, Diſcuſſiendum, & finaliter Concludendum cum Ambaſſiatoribus, Procuratoribus, Commiſſariis, ſive Nunciis dictorum Aldermannorum, Societatum, Communitatum & Mercatorum, ad hoc poteſtatem ſufficientem habentibus, de & ſuper Attemptatis, Injuriis, & Dampnis quibuſcumque, hinc & inde prætenſis, pro tempore quo Nos in Regno noſtro regnavimus,

Ac, pro eo quod Subditi noſtri, Dampnum paſſi, propter locorum diſtantiam, in tam brevi temporis ſpatio, ſe parare non poſſunt, ut Dampna ſua deducant in lucem, ad conſimiliter Examinandum & Diſcuſſiendum, de & ſuper Attemptatis, Injuriis, & Dampnis hinc & inde prætenſis, pro tempore recolendæ memoriæ, Sereniſſimi Principis, *Patris noſtri*,

Et ea quæ inveneritis nobis celeriter Referendum, ad finem quòd facta ſuper hiis in Angliâ examinatione debitâ, maturiùs ſuper hiis concludi poterit & Juſtitia fieri,

Vobis Tribus conjunctim, & diviſim (de quorum fidelitate & circumſpectionis induſtria plenariè confidimus) omnem & plenariam Committimus Poteſtatem, ac, Tenore Præſentium, vos noſtros Commiſſarios Deputamus;

Promittentes, in bonâ fide, & verbo Regio, Nos Ratum, & Gratum, habituros quicquid per vos, in forma ſupradicta, Actum & Geſtum ſit in Præmiſſis, & ſingulis Præmiſſorum.

In cujus, &c.

Data in *Palatio Regis Weſtmonaſterii* viceſimo quinto die Februarii.

De Baconibus providendis pro Hoſpitio Regis in præſenti Viagio.

Ann. D. REX, *Willielmo Collyng*, Salutem.
1417. Scias quòd Aſſignavimus te ad Mille Bacones, pro Expen-
An. 4. ſu Hoſpitii noſtri, in præſenti Viagio noſtro verſus partes Trans-
H. 5. marinas, neceſſarios, ubicumque inveniri poterunt, tam infra
Pat. 4. Libertates, quàm extra (Feodo Eccleſiæ duntaxat excepto) pro
H. 5. *m.* Denariis noſtris, in hac parte prompte & rationabiliter ſolvendis,
9. Emendum & Providendum;
* IX * Et ideo tibi Præcipimus quòd circa Præmiſſa diligenter in-
438. tendas, & ea facias & exequaris in forma prædicta;

Damus autem univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Conſtabulariis, aliis Officiariis, Miniſtris, & Ligeis noſtris, tam infra Libertates, quàm extra, Tenore Præſentium, firmiter in Mandatis quod Tibi, in executione Præmiſſorum, Intendentes ſint, Conſulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium* primo die Martii.

Per Billam Theſaurarii Hoſpitii ipſius Regis.

Conſimiles Literas Regis habet Ricardus Skall *ſub eadem Data.*

De Prorogando Treugas Franciæ.

Ann. D. REX, cariſſimo Conſanguineo noſtro, *Ricardo Comiti Warr-*
1417. *wicæ* Capitaneo Villæ noſtræ Caleſii, &c, dilecto & fideli
An. 4. noſtro, *Willielmo Bardolf*, Militi Locumtenenti ſuo ibidem, Sa-
H. 5. lutem.
Franc. 4. Sciatis quod Nos,
H. 5. *m.* 3. De fidelitate & circumſpectione veſtris plenius confidentes,
Vobis, & alteri veſtrûm, ad Treugas, in Marchiis Picardiæ ul-

De Tractando cum Ambaſſiatoribus Franciæ.

REX, dilectis & fidelibus ſuis, Magiſtro *Henrico Ware*, utriuſ- Ann. D.
que Juris Inceptori, noſtri Privati Sigilli Cuſtodi, *Willielmo* 1417.
Bardolphe, & *Radulfo Rocheford*, Militibus, Salutem. *An.* 4.
Licet ſemper, à tempore quo, Deo diſponente, Regni & Co- *H.* 5.
ronæ ſuſcepimus Gubernacula, ob reverentiam Dei & Eccleſiæ *Ibidem.*
ſuæ, ac pro evitatione Sanguinis Chriſtiani, ad Pacis media ſemper fuerimus inclinati, ipſaque viis & modis nobis poſſibilibus inquiſiverimus, ac eadem, quantum cum Deo & Juſtitiâ poſſumus, proſequi intendimus cum effectu, hucuſque tamen intentione noſtrâ fruſtrati ſumus:

Volentes tamen omnem negligentiam à Nobis excutere, & ea propter, ex eiſdem Cauſis Præmiſſis, & ſpecialiter ad rogatum, dilectiſſimi Conſanguinei noſtri, *Ducis Hollandiæ*, & ipſius Contemplationem (qui ad hoc ſuis affectuoſis Literis nuperrime Nos ſolicitare curavit) noſtros Ambaſſiatores ad præſens tranſmittere,

De fidelitate, circumſpectione, & induſtriâ veſtris plenius confidentes,

Vos noſtros Ambaſſiatores, Commiſſarios, & Nuncios ſpeciales Facimus, Ordinamus, & Conſtituimus,

Dantes & Concedentes vobis, aut Duobus veſtrûm (quorum vos *Henricum Ware* unum eſſe volumus) pro Nobis & nomine noſtro, plenam Poteſtatem, & Mandatum generale, ad Villam noſtram Caleſii, & Marchias ejuſdem, vos tranſportandi, ac cum Ambaſſiatoribus *Adverſarii noſtri Franciæ* ibidem Conveniendi, tractandi, & Communicandi,

Tractatumque Pacis, inter Nos & Adverſarium noſtrum Franciæ prædictum, de & ſuper Juribus, Hæreditatibus, & Rebus quibuſcumque, nobis debitis, ſeu ad nos pertinentibus, & per eundem *Adverſarium* detentis, & Reſtitutione eorumdem, jam inceptum, Continuandi,

Aliam viam quamcumque Incipiendi, ac de & ſuper viis & modis Pacis quibuſcumque, ibidem aperiendis, cum eiſdem Procedendi,

* Et eadem cum ſuis incidentibus, emergentibus, dependenti- * IX.
bus, & connexis Examinandi, Diſcutiendi, & ſuper eiſdem finali- 439.
ter Concludendi,

Ac eadem omnia & ſingula, pro parte noſtra, ad perpetuam rei memoriam, & Pacis perpetuæ firmitatem plenariam, finaliter Terminandi.

Necnon ad faciendum omnia & ſingula, quæ in Præmiſſis ſeu eorum aliquo neceſſaria fuerint, ſeu quomodolibet oportuna, etiam ſi mandatum exigant magis ſpeciale quàm aliquod Præmiſſorum.

Et promittimus, bonâ fide, & in verbo Regio, Ratum & Gratum perpetuò habituros totum & quicquid per vos, aut Duos veſtrûm, Actum, Geſtum, ſive Procuratum fuerit in Præmiſſis, vel aliquo Præmiſſorum.

In cujus, &c.

Dat, in *Palatio Regis Weſtmonaſterii* duodecimo die Martii.

Per ipſum Regem.

De Lite, inter Oratores Angliæ & Aragoniæ, circa Prioritatem, in Generali Concilio, exorta.

REverendiſſime ac Præſtantiſſime Domine, præmiſſâ Recom- Ann. D.
mendatione humillimâ, niſi ſolita veſtra Animi veſtri 1417.
fortaſſis motum dulcore manſuetudinis temperaret, timerem *An.* 4.
Reverendiſſima Dominatio de ſcribendi negligentiâ me no- *H.* 5.
taret. *Ex*
Verum, *Reverendiſſime Domine*, rebus poſt Adventum O- *Bibl. Cot.*
ratorum Illuſtris *Regis Arragonum* ſub turbine occu ſcriben- *Cleopatra*
dum ſæpius arrepto Calamo Mens mea ſemper intenta fuit. *F.* 4.

Quia tamen Materiæ inter Oratores præfatos, & inclitam Nationem Anglicanam circa Prioritatem quam in Concilio habere contendebant, exortæ fuerant, & quæ continue remanſerant n audebam reverà ſub incerto & ambiguo interim quicquam ſcribere, de hiis præſertim quæ Materias arduas concernebant.

Sanè, *Reverendiſſime Domine*, ut aliqua per ſeriem hujuſmodi Diſſentionum & Fomentum tribuentia declarem, ſcire placeat quòd *Petrus, Tit. Sancti Criſogoni Presbiter Cardin.* Cameracenſis vulgariter nuncupatus, Gallus Origine, Nationem Anglicanam, à Principio hujus *Concilii*, capitali Odio continuò perſequens, ymmo Nationis Anglicanæ Nomen, ne Vocem tanquam inter cæteras Nationes haberet, totis conflatis Viribus ſupprimere, & prorſus extinguere, dictis Oratoribus, poſtquam *Generali Conſtantienſi*

Synodo

ascendebat, & ad Clamorem totius Cœtûs Prælatorum, non completâ Peroratione quam incepit, illico descendebat) protestabatur expressè se nolle cum Anglicis, tanquam unam Nationem repræsentantibus, procedere vel tractare.

Et, incontinenti, cum Ambaxiatores Metuendissimi *Regis nostri* contra hujusmodi Protestantis temeritatem replicâsse cepissent, tantus erat Tumultus, tantusque strepitus Clamantium, & Tabulas Percutientium (quos idem *Cardinalis* ad hoc, ut fertur, paraverat) qui omnem Audientiam excludebant.

Et subsequenter iidem *Arragonenses* ad Decretum Citationis *Petri de Luna* consentire nolebant, nisi prius forent certi quo loco responderent, per Verbum, *placet*, ad ea quæ in Generali Sessione Publicâ, contingeret ordinari.

Verum, insuper, cum dicti *Arragonenses*, per istum *bonum Patrem Cameracensem*, * contra Nationem nostram, novis semper adjectis Livoris Facibus inflammati, in suâ Pertinaciâ remanerent, tum propter ipsorum induratam Malitiam, tum propter eorum superbum & inordinatum Gestum in *Concilio*, quam prope fuit quòd graviora Pericula contigissent, nisi Domini Ambaxiatores Illustrissimi *Regis nostri* Familiares suos, & alios eis adhærentes, prudentius refrænassent.

* IX. 440.

Et statim *Lodowicus Comes Palatinus Reni* Dux Bavariæ Illustris, in absentiâ Excellentissimi *Romanorum Regis*, ad Tutelam & Conservationem *Generalis Concilii* Deputatus (qui reverà non minus Nationis nostræ quam proprii Zelator Honoris existit) adjunctis sibi majoribus Prælatis Ytalicæ, Germanicæ, & Gallicæ Nationum, unà cum Duobus Cardinalibus, pro parte Collegii transmissis, ad Domum Nationis nostræ sæpius se transferens, pro vitandis Periculis & sedandis Scandalis, quæ in Turbationem Unionis verisimiliter emergere timebantur, multum discretè laboravit; Nationem nostram allectivis Precibus solicitè requirens & exhortans ut, pro Dei Reverentiâ, ac Contemplatione tanti & inæstimabilis boni Unionis, pro Duabus Vicibus duntaxat, permittere dignaretur, quòd *Arragonenses* præfati, Tertio Loco,

Ubi scilicet Germanica Natio, prius & immediate ante Nationem nostram, respondere solebat, & quem Locum Germanica Natio, pro tanto bono, cessit eisdem,

Ad Decreta & Ordinationes, in Duabus Sessionibus publicis edenda, respondere valerent, per Verbum, *Placet*,

Et tandem Natio nostra, post Requestas & Supplicationes plurimas mature considerans quantis Conatibus & dolosis Insidiis quamplures, Pacis Æmuli, ad Rupturam hujus Concilii laborârunt, totâ Mente quærentes, & Occasionem ministrantes qualiter hoc *Sacrum Concilium* scinderetur, vel in se saltim, ad Perpetuationem Scismatis, intestinas Discordias pateretur, nè alicujus igitur Discordiæ vel Turbationis Nota in Impedimentum Unionis impingeretur, eisdem votis & Precibus *præfati Ducis* illustris, & Prælatorum Nationum quarumdam, nomine Supplicantium, annuebat; factis tamen Promissionibus per Nationes hujusmodi quod, lapsis proximis Duabus Sessionibus publicis, per Decretum *Concilii* taliter providebitur, quòd Nationi nostræ, ex Prioritate Responsionis hujusmodi, vel aliquibus gestis vel gerendis per eosdem, nullum Præjudicium paretur.

Quo Loco eis Respondendi s (tamen Protestationibus nostræ Nationis nomine factis) concesso, *Arragonenses* ad Decretum s *Petri de Luna* primitus consenserunt, Factisque Duabus Sessionibus ad Decretum sub Tenore, præsertim nobis promisso, & in Effectu, præconcepto, Gallici consentire nolebant, malitiosum Propositum gerentes occultum, quòd pridie, ut infra subjungam, cum magna Protervia publicârunt.

Et subsequenter *Petrus de Luna*, primò per Edictum Publicum, in Audientia Literarum supradictarum *Concilii*, & in Valvis Majoris Ecclesiæ Constanciensis, ad comparendum coram Generali Concilio Constanciensi quo modo Centesima Die, proxima post Citationis Edictum, citatus erat, quæ Dies Centesima, viii. præsentis Mensis Martii contingebat,

Quâ Die, publicè & solempniter, ut moris est, præconizatus, non comparens Contumax Pronunciatus erat,

Sed quia Literæ Citationis Duos Terminos ad comparendum sub alternatione continebant,

In quibus primus Terminus erat Centesima Dies, ut præfertur, & secundus Terminus erit Septuagesima Dies post Citationem ad Personam suam, si ad eum tutus pateret Accessus, alioquin in certis Locis Insignibus, & Castro Paniscolæ Vicinioribus, faciendam,

Nuncii Sacri Concilii (scilicet, pro qualibet Quinque Nationum unus) ex Permissione *Petri de Luna*, per Ductores nichilominus *Regis Arragonum* securati, Castrum prædictum intrârunt, & ipsum *Petrum*, Audientiam publicam facientem, xxi Die Januarii citaverunt, & alia sibi intimârunt, prout receperant in Mandatis; quæ Dies Septuagesima primâ Die Mensis Aprilis proximi continget: citra quem Diem ad ulteriora non procedetur contra illum, sumpserunt.

Prælati tamen non pauci, ac alii quamplures Nationum diversarum, perpendentes Scripta sua ad Turbationem *Concilii* manifestè tendentia, non permiserunt ut ad ulteriorem Lecturam procederent; Et ex tunc Protestationes & Provocationes hujusmodi Dominis Prothonotariis & aliis Tabellionibus publicis tradiderunt; Requirentes super hiis eis fieri Publica Instrumenta.

Et licet, per hujusmodi Protestationes & Provocationes, adeò extenuare credant Nationem Anglicanam, quòd Auctoritatem & Vocem repræsentativam unius Nationis, sicut hactenus habuerunt, de cætero non haberent, ad finem specialiter quòd Natio Anglicana nec haberet Potentiam vel Facultatem, circa *Papatus* Ambitionem reprobam, suis Desideriis resistendi; Sed, Divinâ Gratiâ dirigente, taliter ad singulas suas Materias maturo Responso invicibilibus Rationibus fundando replicabitur, quòd illa, quibus Nationem nostram enormiter vulnerare putabant, in propria sua Capita redundabunt.

Materias atque ex adverso Propositas recipietis in certis Papiri Foliis, præsentibus Alligatis, & per, Nobilem Virum, *Thomam Markenfeld*, harum Bajulum, præsentandas,

Materiam verò Replicatoriam jam conceptam, sed adhuc maturius digerendam, postquam plene deliberata fuerit vestræ Dominationi citò mittam.

Castellani infra Quindenam futuram erunt hic præsentes, optimè dispositi, ut asseritur, ad Unionem consequendam; & extunc non restabunt de totâ Obedientiâ *Petri de Luna* nisi illi pauci & inconsulti Viri *Comiti Arminiaco* adhærentes; qui tam laudabile inchoatum Negotium impedire nequibunt.

De aliis Occurrentibus eritis, si placeat, per *Thomam* præfatum latiùs informati, cui, tamquam notæ Credulitatis Viro, vestra dabit Dominatio Fidem firmam: Quam conservare quæso dignetur Altissimus diu & feliciter duraturam.

Constantiæ Mensis Martii die Quarta Decima.

Vester Servitor humilis.

R. A.

Qui Manu propria subscripsit.

Dorf.

Reverendissimo in Christo Patri & Domino, Domino T. *Dei gratiâ*, Episcopo Dunolmensi, *Domino suo Gratiosissimo*.

Pro Guastone de Foys, Capitaneo de Buch.

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1417.

Sciatis quòd, An. 4. H. 5.

Cùm dilectus & fidelis ligeus & Subditus noster, *Guaston de Foys*, Capitaneus de Buch, habeat & teneat Locum de Vaires in Burdeloys in manu sua, & in Obedientia nostra, occasione certarum magnarum Summarum, quæ valorem loci prædicti cum suis pertinentiis excedunt, Vasc. 4. H. 5. m. 9.

Pro quibus quidem Summis dictus Locus, cum suis pertinentiis, sibi expressè obligatur,

In quo quidem Loco *Dominus de le Bret*, qui Coronæ nostræ est Rebellis, asserit se Jus habere,

Nos, de Gratia nostra speciali, Dedimus & Concessimus præfato *Guastoni* & Hæredibus suis totum Jus, quod ad Nos pertinet sive pertinere poterit, in dicto Loco, cum pertinentiis, occasione Rebellionis prædicti *Domini de le Bret*; salvo jure cujuslibet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo Quinto die Martii.

Per ipsum Regem.

---

* *Appunctuamenta super Financia Comitis Vandocinensis.* * IX. 442.

UNIVERSIS CHRISTI FIDELIBUS, ad quos præsentes Literæ Indentatæ pervenerint *Lodowicus de Bourbon*, *Comes de Vandonne*, aliàs *Vandocinensis* Salutem in omnium Salvatore. Ann. D. 1417.

Sciatis quod, meâ purâ ac spontaneâ Voluntate, & certâ Scientiâ, fateor & recognosco Me esse fidelem Prisonarium & Captivum, Serenissimi & Præpotentis Principis, Domini *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ*, ac Domini Hiberniæ, bonâ Fide, fideliter, & sub Amissione Honoris mei, An. 4. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. Fol. 122. A.

Et quod, de eâdem meâ liberâ & spontaneâ Voluntate, feci Financiam & Redemptionem meam, cum eodem Serenissimo Principe, pro Centum Millibus Scutorum, boni & puri Auri, ac justi Ponderis Monetæ Franciæ; Ita quod semper Duo Scuta valeant unum

Triginta & Trium Scuta,

Ad quam quidem Solutionem, præfato Serenissimo Principi, seu Commissariis, aut Deputatis, Hæredibus, aut Executoribus ipsius Serenissimi Principis, & ipsius Nomine Recipientibus, & Apothecam de Soluto, quatenus ipsa Soluto exigit, michi dantibus, in Civitate Londonii, sine ulteriore Dilatione, bene & fideliter faciendam, *Obligo Me*, Hæredes, & Executores meos, omniaque Bona mea, Mobilia & Immobilia, ubicumque fuerint inventa, seu Ego inventus fuero, sub Districtione cujuscunque Judicis, Ecclesiastici vel Secularis.

Ac, insuper, pro majori Securitate dicti Serenissimi Principis, circa Recessum meum à Custodiâ ejusdem, dabo sibi sufficientem Securitatem, de quâ reputabit se contentum; Videlicet,

Pro Duabus primis Solutionibus, decimo quinto Die Maii, & in Festo Omnium Sanctorum, eidem Serenissimo Principi bene & fideliter faciendis, dabo sibi Fidejussores Homines sufficientes, Habitatores & Incolas Terræ suæ Angliæ,

Et pro Duabus aliis Solutionibus in suis Terminis benè & fideliter faciendis, dabo sibi Fidejussores, Excellentes Dominos, Dominos *Duces Aureleanensem*, & *Bourboniensem*, Nobiles quoque Viros, *Comites de Ewe* & *de Richemunde*, *Johannem de Megny*, dictum Bursequat, Marescallum Franciæ,* & *Dominum de Tilteville*, Prisonarios dicti Serenissimi Principis existentes,

Et in Casum & Eventum quo dictam Summam Viginti Trium Milium, Trescentorum, Triginta Trium Scutorum, in Tertio Termino supradicto, non persolvam, propter Defectum Solutionis hujusmodi, veniam in meâ propriâ Personâ, ad præsentiam præfati Serenissimi Principis, sive Commissariorum suorum ad hoc sufficienter deputatorum, in dictam Civitatem Londonii, & Reddam Corpus meum in Manus, seu Potestatem & Custodiam ejusdem; sic (videlicet) quod, si circa Terminum dictæ Quartæ Solutionis (qui erit in Festo Paschæ à Festo Paschatis proximò futuro ad Duos Annos) non Solvero, sive non Contentavero eundem Serenissimum Principem, Hæredes, aut Executores suos in dictâ Tertiâ Solutione, liceat & sit in Potestate ac liberâ Voluntate ejusdem Retinendi Personam meam, ut Prisonarium suum, & Me mittere, prout sibi videbitur, ad novam Finantiam sive Redemptionem.

Et, conformiter, si deficiam in Solutione meâ, in dicto Quarto Termino, redibo in Civitatem Londoniensem, & Reddam Personam meam in Manus & Custodiam ejusdem Serenissimi Principis, in Formâ supradictâ.

* IX. 413. * Et, si non satisfaciam de dictâ Summâ Viginti Trium Milium, Trescentorum, Triginta & Trium Scutorum, pro illo Quarto Termino, à retro existentium, infra unum Quarterium unius Anni, post lapsum dicti Quarti Termini, extunc liceat dicto Serenissimo Principi mittere Me ad Novam Finantiam, prout sibi videbitur expedire.

Durantibus quoque Terminis Solutionum prædictarum, sive aliquo eorumdem, & quousque dicta integra Summa Centum Milium Scutorum dicto Serenissimo Principi fuerit plenarie Persoluta, non Armabo Me, aut stabo sub colore quocunque, cum aliis Armatis faciendo Me Partem, contra, præfatum Serenissimum Principem, *Regem Angliæ*, aut Subditos suos, aut alios quoscunque, in Terra, vel in Mari, de & super Querelis & Demandis ipsius Regis, Guerras facientes.

Concessit tamen dictus Serenissimus Princeps mihi, Prisonario suo prædicto, quod contra alios, & in Querelis, quæ eundem Regem non tangunt, infra idem tempus me armare potero: Et quòd, postquam prædictam Summam, C. M Scutorum, Eidem, aut Deputatis, Executoribusve, & Hæredibus suis fideliter persolvero, incontinenti liber ero & finaliter Liberatus, & omnino Quietus à Captivitate meâ prædictâ, tam erga dictum Serenissimum Principem, Hæredes, aut Executores suos, quàm contra Dominum *Johannem Cornewal* de fide per me sibi præstitâ; de quâ Fide, & Omnium Obligatione, quibus eidem *Johanni Cornwal*, ratione prædictæ meæ Captivitatis, stringi potero, idem Serenissimus Princeps me finaliter liberabit.

Præterea Concordatum est per dictum Serenissimum Principem, *Regem Angliæ* quod, si tempore competenti, citra Festum Omnium Sanctorum proximo futurum, potero dare, & de facto dedero, sufficientem Securitatem dicto Serenissimo Principi, pro Duabus ultimis Solutionibus supradictis, de Gentibus infra Regnum suum Angliæ commorantibus (de quibus reputabit se contentum) extunc idem, Serenissimus Princeps, *Rex Angliæ* Præfatos Duces, Comites, & alios Prisonarios de Fidejussionibus suis & quibuscumque Obligationibus, quantum ad easdem Summas, finaliter liberabit & acquietabit.

Si verò (quod absit) Tempore competenti, ante Festum omnium Sanctorum proximo futurum, non dedero sufficientem Securitatem dicto, Serenissimo Principi, *Regi Angliæ*, pro Duabus ultimis Solutionibus supradictis, de Gentibus infra Regnum suum Angliæ comorantibus (de quibus reputabit se contentum) Ego,

Et, si Pecuniæ illæ per Octo Dies, ante Diem cujusque Solutionis faciendæ in Angliâ, deveniant in Villam Caletius, & ibidem remanserint de Scientiâ Capitanei aut Locumtenentis ejusdem Villæ Caletius (qui ad hoc omnino debent reddi certi) paratæ ut transmittantur in Angliam, honor mei Comitis & dictorum Fidejussorum meorum sit omnino salvus, ac quod Fidejussores mei non compellantur ad Solutionem, Pecuniis existentibus, ut præmittitur, Caletius; dumtamen eædem Pecuniæ transmittantur in Angliam, & ibidem solvantur in formâ supradictâ, & meo periculo, quamcito Ventus & Maris Tranquillitas ac paratum Navigium patiantur.

In quorum omnium & singulorum Veritatem & Fulcimentum, ac de fideliter observando omnia Præmissa & singula, ad Sacrosancta Dei Evangelia, per Me corporaliter tacta, corporale Præstiti Juramentum.

Et, si præmissa, vel aliqua eorumdem superius per Me Confessata, Recognita, seu Promissa, non Observavero, vel eadem seu eorum aliqua quomodolibet violavero (quod Deus avertat) extunc prout extunc, & extunc prout * exnunc, omnem Generis Nobilitatem, ac Honorem, & Superioritatem, Armaque, & Insignia Militaria, omnia & singula Dominia, & Possessiones, Districtus & Jurisdictiones, ac Bona mea Mobilia & Immobilia quæcumque, à me abdico, & eisdem, propter Reatûs Magnitudinem, Me fateor omninò indignum, meque omni Infamiæ subicio, omnes quoque Subditos meos, & mihi Servitute, Conventione, aut aliàs Subjectos, aut in Juribus, Redditibus, Pecuniarum Summis, seu aliàs quomodolibet obligatos, à meis Subjectione, Servitute, Conventione, & Obligatione Juris naturalis, Gentium, vel civilis, Absolvo, &, Tenore Præsentium, Libero, ac in omnibus Liberos dimitto per Præsentes; ita ut nec ego, nec Hæredes, Assignati, vel Executores mei quicunque, aliquid Juris vendicare potero, aut poterint in eisdem: Liceatque extunc unicuique Personæ publicæ aut privatæ, Auctoritate propriâ, requisitæ, aut non requisitæ, in quibuscunque Locis, insignibus aut aliis, prout vult, in Reatûs mei hujusmodi Detestationem, Arma mea quæcunque, Jure Hæreditario, aut aliàs mihi quomodolibet pertinentia, Reversare, & Reversa ponere, sicque Reversa stare facere, meque Perjurum, Infamen, Militiæ Desertorem, ac cujuscumque Criminis Militaris obnoxium declarare; nec eo prætextu michi aut meis de aliquali Injuriâ teneantur, sed sint omnino immunes. * IX. 444.

Et, ut omnia Præmissa, Confessiones, Recognitiones, Professiones, Obligationes, Assignationes, Promissiones, Abdicationes, Absolutiones, Liberationes, & Reversationes, plenè in suis Casibus perimpleri poterunt in eventu, omnisque Contradictio, Juris Coartatione & Executione, compesci realiter cum effectu, Tenore Præsentium Me, & Bona mea quæcunque, Mobilia & Immobilia, submitto Jurisdictioni, Cohertioni, & Compulsioni Curiæ & Cameræ Apostolicæ, ac *Domini nostri Papæ*, qui pro Tempore fuerit: & ipsius, sive ipsorum Curiæ Cameræ Camerarii, Auditoris, Viceauditoris, & Commissarii, ac cujuslibet eorumdem, ipsiusque Marescalli, & cujuslibet Subexecutorum suorum; necnon cujuscunque Imperatoris, Regis, Principis, Ducis, Archiepiscopi, Episcopi, Marchionis, Comitis, Baronis, Exercituum Constabularii, Marescalli, Capitaneorum Armorum Regis, Majoris, Præpositi, Portuum ac Pontium Custodis, Ballivorum, aut eorum Locatenentium; & aliorum quorumcumque Dominorum, Judicum, tam Ecclesiasticorum, quàm Secularium, quocunque Nomine vel Officio censeantur, etiam si judices Pedanei fuerint, qui super hoc fuerint aut fuerit requisiti, seu coram quo vel quibus Querela extiterit de Præmissis, vel aliquo eorumdem, quorum Jurisdictionem, si aliàs mei Judices non fuerint, Prorogo per Expressum in hac Parte.

Quibus quidem Judicibus & Personis superius nominatis, omnibus & singulis, quorum Jurisdictioni superius Me submissi, in Eventu prædicto, concedo, & Me specialiter in hoc ipsorum Districtioni subicio, ut, si per ipsorum Civitates, Castra, Passagia, Pontes, Terras, Districtus, seu Territoria, aut alia Loca quæcunque Me venire contingat, Personam meam, Omniaque Bona mea ibidem reperta, retinere, & dicto Excellentissimo Principi restituere poterint aut teneantur: Quodque singuli Judicium contra Me procedere poterint (Me ad hoc vocato, vel non vocato) summarie & de plano, inquisitâ solâ facti Veritate, solâ inspectione præsentis Instrumenti, seu Copiæ ejusdem, sub Sigillo autentico *Vidimus* Sigillatorum, pro plenariâ Probatione, quæ in omni Casu in hac parte sufficiat contenti: meque cogant & compellant ad Observationem Omnium & Singulorum Præmissorum, & cogat quilibet eorumdem, etiam per Excommunicationis vel Interdicti in Personam & Dominia mea Sententias speciales; me insuper Perjurum, Infamen, omni Honore, Superioritate, Armis, & Insignis Militaribus, Dominiis, Possessionibus, Districtibus, Jurisdictionibus, ac Bonis omnibus, Mobilibus & Immobilibus, per Abdicationem meam prædictam privatum; omnesque Subditos, Servos,

Sententiæ conformes latæ fuissent, quæ in rem transissent notoriè judicatam:

Et finaliter, ut cujuscunque Subterfugii veniendi contra Præmissa via michi effectualiter præcludatur, Renuncio omnibus Remediis, Auxiliis, aut Beneficiis Juris scripti, tam Canonici quàm Civilis; omnique Privilegio Crucis assumptæ vel sumendæ, omnique Beneficio Restitutionis in integrum, omnibus Gratiis, etiam Apostolicis, Gratiarum Literis, Statutis, generalibus vel specialibus, præsertim Regni Franciæ; Necnon Protectionibus, aut Literis Salvi Conductûs, datis vel dandis, concessis vel concedendis; omni Dilationi in Guerræ quibuscumque Juribus, quibus deceptis vel decipiendis quomodolibet subvenitur; omni Relaxationi Instrumenti præstiti; omni Provocationis, Appellationis, aut Adhærentiæ remedio; omni remedio Immunitatis, Franchesiæ, Consuetudinis, Usûs, vel Statuti, Præmissa quomodolibet impedientibus sive differentibus; omni implorationi Officii Judicis, Juribus dicentibus quòd Nemo debet coram diversis Judicibus simul trahi, ac quòd, ubi captum est Judicium, ibi finiri debet; Juri dicenti, quòd non valet Renunciatio generalis, nisi specialis præcedat; Et breviter omnibus & singulis aliis Legibus, Constitutionibus, Juribus, Consuetudinibus, Renunciationibus, Dilationibus, Exceptionibus, Subtilitatibus, Cavillationibus, & Cautelis Juris & Facti, quibus ad veniendum contra Præmissa, vel eorum aliquod, me potero, quovis quæsito Colore, Juvare, defendere, vel tueri; etiam si Defensio fuerit Juris naturalis.

Data & Acta sunt hæc, prout suprascribuntur & recitantur, infra Turrim Londoniæ, Anno Domini Mil. CCCC. xvi. Indictione Decimâ (Sede Apostolicâ jam vacante) Mensis vero Martii Die xxii.

In quorum omnium Fidem & Testimonium hanc Partem harum Literarum Indentatarum, Penes præfatum Serenissimum Principem Regem Angliæ remanentem, per Notarium Publicum Infrascriptum subscribi mandavi, & Sigilli mei Appensione muniri.

Præsentibus tunc ibidem, Reverendissimo in Christo Patre & Domino, Domino *Henrico*, Dei gratiâ, *Cantuariensi Archiepiscopo*, totius Angliæ Primate, & Apostolicæ Sedis Legato.

Pro Ambassiatoribus Franciæ.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Franc. 5. H. 5. m. 24.

REX, per Literas suas Patentes, per Viginti & Unum Dies proximò futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Venerabilem Patrem, *Archiepiscopum Remensem*, *Guillielmum Signet* Senescallum de Beaucaire, & Magistrum *Gauterum Col*, à Villa de Diepe usque Villam Regis Caletii, in quadam Navi, sive in quodam alio Vase, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & exinde ad prædictam Villam de Diepe redeundo, necnon Navem sive Vas prædicta, ac Servientes, Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque,

Proviso semper quòd prædicti, *Archiepiscopus*, *Guillielmus*, *&* *Gauterus*, ac Servientes sui prædicti, quicquam, quod in Regis Contemptum, aut Populi sui Dampnum, cedere valeat, non attemptent, seu attemptari facere præsumant, quovis modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium* Tertio Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

---

* IX. 446.

* *Pro Familiaribus Ducis Aureliensis.*

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid.

REX, per Literas suas Patentes, usque Quintumdecimum diem Maii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Magistrum *Robertum de Tuillieres*, & *Johannem Chomery* Secretarium *Ducis Aurialensis* Prisonarii Regis, ac Triginta Personas, tam Marinarios, quàm Balistarios, vel alios Homines Guerræ, in quadam Balingera, sive Navi Armata, pro certis Materiis ipsum *Ducem* tangentibus in Regnum Regis Angliæ veniendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, necnon Balingeram sive Navem prædictam, ac Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quòd iidem, *&c. ut in hujusmodi Literis de Conductu.*

Teste Rege apud *Westmonasterium* Tertio Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Proviso semper quòd ipsi quicquam, *&c. ut in hujusmodi de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium* ix. Die Aprilis.

Pro Servientibus Marescalli Bursegaud.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Sancti Georgii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Rolandum de Chiny*, & *Johannem Vaudin*, Servientes *Marescalli Bursegaud*, in Regno Regis Angliæ jam existentes, ab eodem Regno, versus partes Franciæ, transeundo; Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid.

Proviso semper quòd ipsi quicquam, *&c. ut in Similibus de Conductu Literis.*

Teste ut supra.

Pro Duce Britanniæ.

REX, Universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Franc. 5. H. 5. m. 24.

Sciatis quòd,

Cùm Carissimus Consanguineus noster *Johannes Dux Britanniæ* in Regnum nostrum Angliæ, penes Præsentiam nostram, pro certis Materiis, in Adventu suo nobis declarandis, cum Gentibus & familiâ suis, venire desideret & affectet, prout satis informamur,

Nos, eâ consideratione, suscepimus ipsum *Ducem*, ac Centum & * Quadraginta Personas, tam Prælatos, quam Comites, Barones, Milites, & Armigeros, in comitivâ suâ (cujuscumque Statûs, gradûs, seu eminentiæ fuerint) in Regnum nostrum prædictum veniendo, ibidem morando, & exindè versus partes suas proprias transeundo & redeundo, ac Homines & Servientes suos, necnon Equos, Aurum, Argentum, Bona, Jocalia, Res & Hernesia sua quæcumque; * IX. 447.

Ita semper quòd prædictus *Dux*, in applicatione suâ, illi, vel illis, quem, vel quos, sibi in obviam destinabimus ex parte nostrâ, fideliter promittat quòd Ipse, seu aliquis, secum comitans sive applicans, quicquam, quod in nostri Contemptum vel Præjudicium aliqualiter cedere valeat, non attemptet, seu faciet aliqualiter attemptari.

In cujus, &c. usque ultimum diem Maii proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Castrum suum de Wyndesore* xiii. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De alta via Regia in Holbourne pavianda.

REX, dilectis sibi, *Thomæ Frank*, *Johanni Borford*, & *Johanni Snell*, Salutem. Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Pat. 5. H. 5. m. 29.

Sciatis quòd,

Cùm alta via regia in Holburne Londoniæ adeò Lutosa sit & Profunda, quòd Pericula magna & diversa, tam Hominibus nostris cum Cariagio nostro, quàm aliis Ligeis nostris, per ibidem transeuntibus, sæpiùs ante hæc tempora evenerunt, & majora, processu temporis, evenire formidantur, nisi per Nos in hac parte celeriùs succurratur,

Nos (præmissorum intuitu, volentes Ligeos nostros ab hujusmodi Periculis de cætero præservare) Assignavimus vos conjunctim, & divisim, ad Duos Batellos, utrumque Portagii Viginti Doliorum vel infra, pro Petris, ad Viam prædictam Paviandum & Emendandum, cariandis, pro Denariis nostris, in hac parte, prout inter Vos & Possessores Batellorum prædictorum rationabiliter poterit concordari (exceptis Batellis pro Operationibus nostris de Shene & Ecclesia Westmonasteriensi assignatis & deputatis) Capiendum & Providendum;

Et ideò Vobis Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter Intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem Universis & Singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, ac aliis, Officiariis & Ministris nostris, tam infra Libertates quàm extra, Tenore præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis & cuilibet vestrûm, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c. Quamdiu Nobis placuerit.

Teste Rege apud *Westmonasterium* xiv. die Aprilis.

Super

cipis & Domini, Domini *Henrici*, Dei Gratiâ, *Angliæ & Franciæ Regis* Illustrissimi in Romana Curia Procuratore ac Notario Publico, & Testibus infrascriptis,

Ad hæc Sacrosancta Dei Evangelia, ponendo Manum meam dexteram ad Pectus meum, corporaliter Juro, Voveo, & Promitto quòd,

* IX. 448. * Licet, super Reintegratione dictæ Partis, cæterorumque Membrorum Ecclesiæ Baionensis, pertinentium eidem tamquam Capiti, pridiè per Sacrum Generale Constanciense Concilium & ejus Auctoritate, juxta Formam & Exigentiam Capitulorum, apud Nabornam, inter ejusdem Concilii Ambassiatores & illos tunc de Obedientia dicti *Petri de Luna* nuper concordatorum, Decretum publicum obtinui expediri,

Ego tamen Possessionem dictæ Ecclesiæ, aut Partis, seu Partium illarum, eidem Ecclesiæ pertinentium, quarumcunque,

Quæ sub Ditione, Obedientia, vel Dominio præfati, Domini mei, *Henrici Angliæ & Franciæ Regis*, consistunt,

Nunquam per me, alium, vel alios, directè vel indirectè, publicè vel occultè, tacitè vel expressè, adipiscar vel apprehendam, aut adipisci vel apprehendi procurabo, aut id facere sub quovis quæsito Colore quomodolibet attemptabo, aut pro me attemptari permittam, nec de Fructibus dictæ Ecclesiæ, pro Parte, vel Partibus jam dictis ad eandem Ecclesiam pertinentibus, me unquam intromittam, vel per alium seu alios pro me intromitti permittam, nisi præviis Licentia & Voluntate ac expresso ejusdem, Domini mei, *Henrici Angliæ & Franciæ Regis* Illustrissimi, vel ejus Successoris, Consensu ad hæc specialiter habitis & obtentis, & donec & quousque Juramentum Fidelitatis suæ Serenitati, aut ejus ad hoc deputando substituto, præstiterim corporale, & Homagium fecerim personale,

Et, si contrarium in aliquo per me, vel meo Nomine, factum fuerit vel attemptatum aut fieri vel attemptari contingat (quod absit) in futurum, illud exnunc prout ex tunc Revoco & Revocabo, nullum inde Juris vel Tituli Beneficium aliqualiter habiturus, sed illud pro non facto habeo & habebo penitus & omninò.

Et nichilominus, ex superhabundanti, ego Frater *Willielmus Episcopus* supradictus, ex meâ certâ Scientiâ, purâ, liberâ, & spontaneâ voluntate, non vi, dolo, metu, fraude, vel aliqua alia machinatione Seductus vel Circumventus, pro bono Pacis Cleri & Populi Civitatis & Diœcesis prædictarum, pro omnibus & singulis, per me superiùs Promissis & Juratis, inviolabiliter observandis ac integraliter & cum Effectu adimplendis, me detestabilis Perjurii ac Decem Milium Coronarum, Cunei Franciæ, boni Auri & justi Ponderis, pœnas, Cameræ ipsius Domini *Henrici Angliæ & Franciæ Regis*, si in aliquo Præmissorum contra fecerim, immediatè applicandarum, incurrere volo ipso facto.

Pro quâ quidem Pœnâ pecuniariâ, per me, si contrafecerim, dictæ Cameræ, ut præfertur, solvendâ, me ac omnia & singula mea Bona, Mobilia & Immobilia, Ecclesiastica & Mundana, ubilibet constituta, præsentia & futura, prælibato Domino *Henrico Angliæ & Franciæ Regi* licet absenti, præfato Domino *Thoma Polton* Prothonotario ejusdem Domini Regis Procuratore præsente, ac Notario publico infrascripto, pro eodem Domino *Henrico Angliæ & Franciæ Rege* ejusque Hæredibus & Successoribus stipulantibus & recipientibus, Obligo efficaciter & ypotheco, ac etiam Jurisdictioni cujuscumque Judicis Ecclesiastici & Secularis, ubilibet constituti, per me Præsentes, totaliter Subicio & Remitto.

Renuncians, in Præmissis omnibus & singulis, expressè Exceptioni dicti Juramenti non sic præstiti, Promissionis & Obligationis non sic factarum, Rei non sic gestæ, non sic celebrati Contractûs, aliter fuisse dictum seu recitatum quàm Scriptum, & e converso doli, mali, vis, metus, fraudis in factum Actioni, Conditioni indebiti ob Causam & sine Causa, & ob injustam & turpem Causam, Copiæ præsentis publici Promissionis & Obligationis Instrumenti seu ejus Notæ non habitæ, etiam per Modum Actorum, omni Juris Canonici & Civilis auxilio, omni Appellationis remedio, ac recursui ad Arbitrium boni viri, omnibus Feriis & Feriatis Diebus Messium & Vindemiarum, introductis & introducendis etiam in Honorem Dei & Sanctorum ejus, omnibus Præscriptionibus repertis & reperiendis, omnibus Induciis & Dilationibus Quadrimestribus & Semestribus, & aliis quibuscunque, Legi dicenti ubi Judicium inchoatur ibi finem accipere debet, Petitioni & Oblationi Libelli, ac summariè Petitionum omnium usui & Consuetudini, ac Statutis Novi & Veteris, privilegio Epistolæ Divi Adriani novæ & novarum Constitutionum de duobus vel pluribus reis debendis cedendarum & dividendarum; Actionum Juris & Facti ignorantiæ, & generaliter ac specialiter omnibus & singulis Privilegiis, Gratiis, Literis, Statutis, & Constitutionibus Apostolicis, Imperialibus, * Regalibus,
* IX. 449. & quibuscunque aliis concessis & concedendis, tam ab homine, quàm à Jure, ac Legi qua cavetur quod, si Debitor non habuerit

Quadringentesimo decimo septimo, Indictione Decimâ, Die Jovis, xv. Mensis Aprilis, Horâ Vesperarum vel quasi, Apostolicâ Sede vacante,

Præsentibus ibidem, Honorabilibus & Discretis Viris, Dominis, *Bertrando de Atuno* Canonico Baionensi, *Johanne Chiderow* Canonico Cicestrensi in utroque Jure Bacallario, Magistro *Petro Petriche* in Sacra Pagina Bacallario Rectore Ecclesiæ Parochialis in Westkingston Sarum Diœcesis, *Johanne Nament* Presbitero Nederhoven, & *Helmodo Stenbuis*, Clericis, Trajectensis Coloniensis, & Mindensis Diœcesum, Testibus ad præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et Ego Radolphus Baten *Clericus, Trajectensis Diœcesis, publicus Apostolica & Imperiali Auctoritate dictæque Curiæ Causarum Cameræ Apostolicæ Notarius, quia Præmissis omnibus & singulis, dum sic, ut præmittitur, agerentur & fierent, unà cum prænominatis Testibus, præsens fui, eaque sic fieri vidi & audivi; Ideò præsens publicum Instrumentum, per alium fideliter scriptum, de dicti Fratris* Wilhelmi Arnaldi *Mandato, exinde confeci, publicavi, Signoque & Nomine meis solitis, unà cum Appensione Sigilli ipsius Fratris* Willielmi, *signavi Rogatus, In Fidem omnium Præmissorum.*

Potestates ad Tractandum, cum Duce Burgundiæ.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, 1417.
De fidelitate, discretione, & industria, Dilectorum & Fidelium An. 5.
nostrorum, Magistri *Henrici Ware* Custodis Privati Sigilli nostri, H. 5.
Willielmi Bardolfe, & *Radulphi Rochefort*, Militum, confiden- Franc. 5.
tes, H. 5.
Assignavimus, Deputavimus, & Ordinavimus, & Tenore Præ- m. 21.
sentium, Assignamus, Deputamus, & Ordinamus ipsos Tres, aut Duos eorum (quorum unum præfatum magistrum *Henricum Ware* unum esse volumus) nostros Ambassiatores, Commissarios, & Nuncios,

Ad Conveniendum, Tractandum, & Communicandum cum Ambassiatoribus, Nunciis, sive Commissariis, Illustris Principis, Domini *Ducis Burgundiæ* de & super Treugis sive Abstinentiis Guerrarum, inter Nos & ipsum Ducem nuper initis & firmatis, adhuc pendentibus,

Dantes & concedentes eisdem Commissariis nostris Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum, pro Nobis, & Nomine nostro, ipsas Treugas sive Guerrarum Abstinentias (si opus fuerit & eis expedire videbitur) Declarandi, Interpretandi, & ad quæcumque Terras & Dominia dicti *Ducis* Extendendi,

Et ad easdem Treugas sive Abstinentias Clausulas quascunque Addendi,

Novas etiam Treugas sive Abstinentias Guerrarum cum dicto Duce, Nunciis, sive Commissariis ejusdem, Capiendi & Firmandi,

Necnon ad Faciendum omnia & singula, quæ in Præmissis seu eorum aliquo necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si mandatum exigant magis speciale quàm aliquod Præmissorum;

Et promittimus Nos, bonâ fide, & in verbo regio, Ratum &
Gratum perpetuò habituros totum & quicquid per * ipsos Tres, * IX.
aut Duos eorum, Actum, Gestum, sive Procuratum fuerit in 450.
Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus, &c.

Dat. in *Palatio Regis Westmonasterii* xxiv. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium.

REX, Escaetori suo in Comitatu Herefordiæ, ac Marchiis Ann. D.
Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem. 1417.
Cum, Venerabilis Pater *Henricus Archiepiscopus Cantuariensis*, An. 5.
totius Angliæ Primas, Electionem, nuper factam in Ecclesia He- H. 5.
refordensi, de Venerabili viro, Magistro *Edmundo Lacy*, Sacræ Pat. 5.
Theologiæ Professore in Episcopum loci illius (cui prius regium H. 5. m.
Assensum adhibuimus & favorem) confirmaverit, sicut per Literas 27.
Patentes ipsius *Archiepiscopi*, Nobis inde directas, nobis constat,

Nos (Confirmationem illam acceptantes) cepimus Fidelitatem ipsius Electi, & Temporalia ejusdem Episcopatûs, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideo tibi præcipimus quòd eidem Electo temporalia prædicta,

et Mandatum est Militibus, &c.

De Securitatibus, super Redemptionibus Comitis de Vendom.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid. m. 35.

REX, Omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, Concessimus & Licentiam Dedimus, dilecto & fideli nostro, *Johanni Cornewaille* Chivaler quòd ipse Se Nobis obligare possit, in Viginti Milibus Scutorum Auri, pro *Comite de Vendom* de Francia Prisonario nostro, in Partem Solutionis Redemptionis suæ Nobis debitæ,

Volentes ulterius & concedentes quòd idem *Johannes* habeat Custodiam Corporis *ipsius Comitis*, quousque sibi de prædictis Viginti Milibus Scutorum, aut de sufficienti Securitate pro eisdem, per eundem *Comitem* plenarie fuerit Satisfactum sive Agreatum; aliquibus Literis nostris de salvo Conductu, eidem *Comiti* factis, non obstantibus:

Ac etiam quòd idem *Johannes*, pro majori Securitate Satisfactionis & Agreationis dictorum Viginti Milium Scutorum, de *Johanne Duce Borboniæ* & *Arthuro de Britannia*, Prisonariis nostris, sufficientem Securitatem liberè recipere possit & habere, absque Impetitione nostri, seu alicujus alterius cujuscumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* quarto die Maii.

Per ipsum Regem & Concilium.

• IX. 451.

* *Forma Tractatus cum Duce Burgundiæ.*

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Franc. 5. H. 5. m. 17.

UNiversis Christi fidelibus, ad quos præsentes literæ nostræ pervenerint, *Henricus Ware* Custos privati Sigilli, *Wilhelmus Bardolfe*, & *Radolphus Rocheford*, Milites, Salutem in omnium Salvatore.

Litteras, metuendissimi Domini nostri, *Henrici*, Dei Gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ*, & Domini Hiberniæ, nuper recepimus in hæc verba,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & Dominus Hiberniæ omnibus ad quos præsentes literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, discretione, & industriâ, dilectorum & fidelium nostrorum, Magistri Henrici Ware Custodis Privati Sigilli nostri, Willielmi Bardolfe, & Radulphi Rocheford, Militum confidentes,

Assignavimus, Deputavimus, & Ordinavimus, &, tenore præsentium, Assignamus, Deputamus, & Ordinamus ipsos Tres, aut Duos eorum (quorum unum præfatum Magistrum Henricum Ware esse volumus) nostros Ambassiatores, Commissarios, & Nuncios,

Ad Conveniendum, Tractandum, & Commicandum, cum Ambassiatoribus, Nunciis, sive Commissariis, illustris Principis, Domini Ducis Burgundiæ, de & super Treugis, sive abstinentiis guerrarum, *&c. prout supra Dat. 24. Apr. tunc sic.*

Ad vestræ igitur Universitatis notitiam deducimus, per præsentes, quòd,

Licet in Treugis, sive Guerrarum Abstinentiis,

Inter, excellentissimos Principes, Dominos *Regem & Ducem* prædictos, die Vicesimâ quartâ Mensis Junii, Anni Domini Millesimi, Quadringentesimi, Decimi Sexti, captis, sive initis, & postmodum debitè confirmatis, usque ad Festum Sancti Michaelis proximò futurum duraturis,

Prout in Literis, inde confectis, & sub Sigillis utriusque Partis Sigillatis, expressius continetur, quas Literas hic haberi volumus & intendimus pro expressis & insertis,

Comitatus Boloniæ, cum suis pertinentiis, non videatur includi, pro & ex eo quòd non fuerat in manibus dicti Domini *Ducis* tempore Captionis sive Firmationis earumdem Treugarum, sive Abstinentiarum,

Nos tamen,

Vigore & auctoritate dictæ Potestatis, nobis commissæ, per modum Declarationis, novæ Captionis, sive Extentionis, prout melius & commodiùs hujusmodi Negotii expeditioni poterit convenire, ac magis expediat,

De consensu & assensu Domini *Guillielmi de Campo Diverso* Militis, Conciliarii & Cambellani, ac Magistri *Therrici Regis* in Legibus Licentiati, Conciliarii & Magistri Requestarum Hospitii, dicti Domini *Ducis*, & Magistri *Georgii d'Ostende*, Secretarii dicti *mittent, in eorum Villis, Castris Fortaliciis, Portubus, sive Hauris, esse aliquam Garnisionem Gentium armorum, portantium dampnum aut Præjudicium Patriis, Subditis, Dominiis, aut Possessionibus unius aut alterius partis*, quæ quidem Clausula videtur quibusdam nimiam obscuritatem in verborum serie continere,

Nos,

Per modum & auctoritatem supradictos, volentes omnem tollere Ambiguitatem & materiam Discordiæ, pro * Majori Securitate Abstinentiarum prædictarum, • IX. 452.

Declaramus, Volumus, & Ordinamus quòd Clausula prædicta debet sic intelligi, sive ad hoc extendi (prout Tenore Præsentium eandem Declaramus & Extendimus) quòd nec *Rex Angliæ* nec *Dux Burgundiæ* patientur, nec eorum alter patietur, pro Posse suo, sine dolo & fraude, aliquas Carracas, Naves, aut Vasa navigabilia quæcumque in Portubus, Ripparis suis, aut aliis locis Partium suarum armari, aut Armaturas, sive Victualia, aut alia Præparamenta Guerrarum quæcumque in eis poni, ad faciendum invasivè Guerram, Dampnum, aut Gravamen alicui Parti eorumdem:

Et, in casu, quo aliquæ Carracæ, Naves, aut Vasa alia, taliter Armata, in Portubus, Hauris, aut Locis aliis, unius vel alterius Partis, reperta fuerint, prædicti Domini *Rex* & *Dux* (prout eorum utrumque aut alterum eorumdem concernet, sive ad quem pertinebit Portus aut Locus hujusmodi, in quo aut in quibus hujusmodi Vasa armata reperientur) impedient & impediet, pro Posse suo sine dolo & fraude, ne Carracæ, aut Vasa hujusmodi, sic armatæ, vel armata, exeant Portus, Haures, aut Loca eadem.

Non intelligimus tamen quòd, si quæcumque Carracæ, Naves, aut Vasa Mercatorum, causâ Mercandisarum, in dictis Portubus, Hauris, aut Locis aliis accesserint, & velint, Negotiis suis Expeditis, recedere cum Mercandisis, aut vacui absque intentione faciendi Guerram invasivè, quin pro Securitate convenienti ipsorum possint Victualibus & Armaturis se munire, & sic recedere, ne dictorum Portuum, Haurorum, aut Locorum aliorum destructio consequatur.

Quæ omnia & singula, sic Tractata, Declarata, Extensa, & Ordinata, Promittimus, bonâ fide, & nomine, metuendissimi Domini nostri, *Regis prædicti*, inviolabiliter observari facere, & super hoc Literas Patentes confirmatorias dicti Domini nostri Regis, in verbo suo Regio, & sub Obligatione Bonorum suorum, tradere & expedire, realiter & cum effectu, *certo Nuncio* Domini *Ducis prædicti*, in Villa Calesii prædictâ, ante lapsum præsentis Mensis Maii;

Dumtamen Literæ consimiles confirmatoriæ, pro parte Domini *Ducis prædicti*, expediantur & liberentur Parti nostræ, in Hospitio mei *Willielmi Bardolfe* prædicti, in eâdem Villâ.

In quorum omnium & singulorum Testimonium nos Præsentibus, super hoc confectis, Sigilla nostra apposuimus.

Datum & Actum, in Villâ Calesii prædictâ, octavâ die Mensis Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, decimo septimo.

De Attemptatis Reformandis Flandriæ.

LE ROY, a toutz ceux, qui cestes Lettres verront ou orront, Salutz. Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid. m. 18.

Pur ceo que plusours Griefs, Dommaiges, & Attemptates ont este faitz le temps passe, & se font encores chescun jour, encontre le Teneur des Treues, que ont eu, & ont cours, en ascuns Parties de nostre Roialme, tant en Terre, comme en la Meer, par les Subgiez, de l'une & l'autre Partie, d'Engleterre & de Flandres, dount plusours Plaintes sount venuz, & viennent chascun jour, a Nous, & a Noz Officers,

A Reparement des quelles Attemptaz, Pertz, & Dommagez n'a este ascune Provision ou Restitution fait le temps passe, sicome de ceo avons estee & sommes suffisantment Informez,

Savoir faisons que Nous,

Desirans Purvoier & Remedier aux choses desusditz, le pluis hastivement & diligealment que faire se purra,

Confiantz a plein des Sens, Loialtee, & bonnes Diligences de, noz Treschiers, Maistre *Thomas Stevenes* Chanon de la Esglise Cathedrale de Saint Pier d'Excestre, *John Michell*, *John Urban*, *John Chirche*, & *John Pykeryng*,

Cynk, Quatre, ou Troys de eux, avons Commys, Ordonnez, & Establiz, &, par la Teneure d'yces Presentes, Commettons, Ordennons, & Establissons, pour Nous, & en nostre Noun, de

Burgoigne, facent pareillement de lour part.

De ce faire lour Donnons Poair, Auctorite, & Mandement especiall,

Mandons & Commandons a touz noz Justicers, Officers, & Subgiez, & a chascun d'eux, sicomme a luy apparten, que aux dessusdites, *Thomas*, *John*, *John*, *John*, & *John*, Cynk, Quatre, ou Trois de eux, & a leur Commys & Deputees, en faisantz les Choses desusdites & chascun d'icelles, Obeissent & Entendent diligealment, & lour prestent & baillent Conseil, Confort, Socour, Presens, & Aide,

Et Nous Promettons, en bone foye, & en Parole du Roy, avoir Ferme & Agreable tout ceo, que par noz ditz Commys es Choses desusdites, & chascun d'icelles, lour circumstances & Dependentz, aure este Fait, Pronuncie, Jugie, & Sentencie, & Ratifier par noz Lettres, si mester est, & ils en sont requis.

En Tesmoignance de ceo Nous avons fait mettre nostre Seel a ces Presentz.

Don. a *Redyng* le Disme Jour de May.

Par le Roy.

Pro Magistro Roberto de Tuilliers, & Johanne Chomery Secretario Ducis Aurilanensis.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Franc. 5. H. 5. m. 19.

REX per Literas suas Patentes usque primum diem Junii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Magistrum *Robertum de Tuilliers*, & *Johannem Chomery* Secretarium *Ducis Aurelianensis* Prisonarii Regis, in Regno Regis Angliæ jam existentes, ac Decem Personas in eorum Comitiva, versus partes Transmarinas, cum Bonis, Rebus, & Hernesius suis quibuscumque, salvò & securè eundo & transeundo;

Proviso semper quod iidem, *Robertus* & *Johannes*, ac Personæ prædictæ quicquam, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Redyng* decimo die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro Johanne de Patria.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid.

REX, per Literas suas Patentes, usque primum diem Septembris proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Fratrem *Johannem du Pays*, Ordinis Sancti Johannis Jerusalem, alias dictum *Johannem de Patria*, in Regno Regis Angliæ, cum Quatuor Personis, Equestribus, & Pedestribus, jam existentem, in eodem Regno Regis morando & perhendinando, & exinde versus partes Transmarinas, tam per Terram, quàm per Mare, cum Bonis, Rebus, & Hernesiis suis quibuscumque, *&c. ut in hujusmodi de Conductu Literis.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Redyng* uodecimo die Maii.

Per ipsum Regem.

* *Confirmatio Tractatus Burgundiæ.*

* IX. 454.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid. m. 17.

REX, Omnibus ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS quendam Tractatum, inter Ambassiatores, Commissarios, & Nuncios nostros, & Ambassiatores Illustris Principis Domini *Ducis Burgundiæ* factum in hæc verba,

Universis Christi fidelibus, ad quos præsentes Literæ nostræ pervenerint, *Henricus Ware* Custos privati Sigilli, *Willielmus Bardolfe*, & *Radolphus Rocheford*, Milites, Salutem in omnium Salvatore.

Literas, Metuendissimi Domini nostri, *Henrici*, Dei Gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ*, & Domini Hiberniæ, nuper recepimus in hæc verba,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, omnibus ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Ea, Tenore Præsentium, ex certa Scientia nostra, Laudamus, Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus,

Promittentes, bonâ fide, & in verbo Regio, ac sub Obligatione omnium Bonorum præsentium & futurorum, Nos omnia præmissa, Tractata, Declarata, Extensa, & Ordinata, Rata & Grata habituros ac observaturos, & per nostros Subditos inviolabiliter observari facere, nec ipsa infringi aut dirumpi quomodolibet permittemus, durante termino Treugarum prædictarum, omnibus dolo & fraude exclusis.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio Regis Westmonasterii* decimo quarto die Maii.

Per ipsum Regem.

De Treugis Flandriæ Prorogandis.

REX, dilectis sibi, Magistro *Thomæ Stevenes* Canonico Ecclesiæ Cathedralis beati Petri Exoniæ, *Johanni Michell* Civi & Aldermanno Civitatis nostræ Londoniæ, *Johanni*, *Urban*, *Johanni Chirche*, & *Johanni Pikeryng*, Salutem. Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid. m. 19.

Sciatis quòd,

Cum nuper, per Ambassiatores nostros, pro parte nostrâ, & Commissarios Domini *Johannis Ducis Burgundiæ*, ac Comitis Flandriæ, Consanguinei nostri carissimi, pro parte ipsius Ducis, certæ Treugæ, seu Guerrarum Sufferentiæ, usque ad quintumdecimum diem Junii proximò futurum duraturæ, pro Securitate Mercandisarum inter Angliam & Flandriam, Resumptæ fuerint, Prorogatæ, & Prolongatæ,

Nos,

Ad Prorogandum Treugas, seu Guerrarum Sufferentias prædictas, in tenore & forma, quibus Resumptæ, Prorogatæ, & Prolongatæ jam existunt, cum omnibus suis Clausulis, usque ad tempus longius,

Et ad Treugas, sive Guerrarum Sufferentias, inter Partes prædictas de novo capiendum, ineundum, & firmandum, prout vobis Quinque, Quatuor, aut tribus vestrûm visum fuerit oportunum,

Ac dictas Treugas, seu Guerrarum Sufferentias, ut præmittitur, * Resumptas, & earum Prorogationem, necnon Treugas de novo capiendas, (si vobis Quinque, Quatuor, aut Tribus vestrûm expedire videbitur) proclamari faciendum, * IX. 455.

Ac Confirmationem Treugarum seu Guerrarum Sufferentiarum, sive Prorogationis hujusmodi, per nos fiendam, nomine nostro Promittendum,

Cæteraque omnia & singula, in Præmissis vel circa ea necessaria seu oportuna, Exercendum, Faciendum, & Expediendum,

Vobis Quinque, Quatuor, aut Tribus vestrûm, Tenore Præsentium, speciale Mandatum, ac plenam & liberam committimus Facultatem;

Promittimus, bonâ fide, & in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid vos Quinque, Quatuor, aut Tres vestrûm feceritis in Præmissis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo octavo die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro Priore Sancti Johannis Jerusalem in Anglia.

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid. m. 17.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostra speciali, Licentiam dedimus dilecto nobis in Christo, *Willielmo Hulles*, Priori Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Anglia, quòd ipse, in propria Persona sua, ad partes de Rodes transire, & ibidem morari, & ipsum extra Regnum nostrum Angliæ, pro Tribus Annis proximò futuris, absentare possit absque perturbatione seu impedimento nostri, vel Officiariorum & Ministrorum nostrorum quorumcumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro

... a Deo & cunctis Principibus Catholicis meritò commendando, se ad Partes de Rodes in proximò divertere, & ibidem per certum tempus jam futurum, adjutorio Altissimi, a quo omnis Gratia procedit, pro defensione & salvatione Sanctæ Matris Ecclesiæ, ac Fidelium & Innocentium Cristianorum, contra Inimicorum Christi Saracenorum & Turcorum Proterviam, moram trahere & conversari intendat, nostrâ Licentiâ mediante,

Nos,

Volentes eo desiderabiliùs & avidiùs, ad Laudem Dei, & Propositi prædicti Complementum, pro majore Securitate & Relevamine ipsius *Prioris*, dum sic in Remotis steterit, prospicere & providere, quo hujusmodi Propositum commune Commodum omnium & singulorum Christianorum concernere dinoscatur,

Vestram igitur Universitatem honorabilem, & quemlibet vestrûm per se, attentiùs, efficacius, & affectuosius quo possumus, Tenore Præsentium, Requirimus & Rogamus,

Quatenus,

Præmissis condignè consideratis, ipsum *Priorem*,

Qui versus partes prædictas, ut prædictum est, per tempus prædictum ibidem moraturus, & exinde versus Regnum nostrum Angliæ reversurus, suos gressus dirigit in præsenti,

Cum prædictum *Priorem* (qui se, suos, & sua, propter Bono-
• IX. 456. rum prædictorum expletionem, spe Mercedis • æternæ, Laboribus & Periculis ponere non evitat) per Regna, Dominia, Passus, Districtus, Pontes, Loca, Jurisdictiones, Potestates, aut Territoria vestra, seu alicujus vestrûm, cum Triginta Personis, Triginta Equis, vel paucioribus, Valesiis, Jocalibus, Auro, Argento, Robis, & Vestimentis, ac aliis Bonis, Rebus, & Hernesiis suis quibuscumque, & quocumque nomine censeantur, transire, reverti, seu inibi morari contigerit,

Nostri statûs intuitu, & harum Precum nostrarum speciali interventu, ac contemplatione nostra, propensius recommendatum habentes,

Eundem *Priorem*, cum Personis, Equis, *&c. ut in similibus de Requestu Literis.*

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus consignari.

Dat. apud *Palatium Regis Westmonasterii* vicesimo quarto die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro Comite Vandociensi.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Franc. 5. H. 5. m. 19.

REX, per Literas suas Patentes, usque in Crastinum Festi omnium Sanctorum proximo futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Lodowicum de Burbon Comitem de Vendome* de Francia Prisonarium Regis, in Regno suo Angliæ jam existentem, cum Viginti & Quatuor Personis, tam Militibus, quàm aliis, cujuscumque Conditionis fuerint, in Comitiva sua, versus partes Franciæ transeundo, & exinde in dictum Regnum Regis Angliæ redeundo, ibidem morando, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quod, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium* vicesimo quarto die Maii.

Per ipsum Regem.

De conducendo Ducem Aurelianensem usque Castrum de Pounfreit.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Claus. 5. H. 5. m. 15.

REX, Vicecomiti Bedfordiæ & Bucks, Salutem.

Quia certis de causis, Nos ad præsens specialiter moventibus, *Ducem Aurelianensem*, Prisonarium nostrum, de Castro nostro de Wyndesore usque Castrum nostrum de Pountfreit duximus destinandum, ibidem ad certum tempus moraturum,

Tibi Præcipimus, firmiter Injungentes, quòd statim, cum per, dilectum Armigerum nostrum, *Robertum Waterton* (quem ad præfatum *Ducem* usque dictum Castrum de Pountfreit salvò & securè Conducendum Deputavimus) ex parte nostra fueris præmunitus,

Ipsum *Ducem*, per totam Ballivam tuam, cum tali Posse Comitatuum prædictorum, prout per præfatum *Robertum* ex parte

mus destinandum, ... 5. m. 14. d.

Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad Equos & sufficiens Cariagium pro *præfato Duce*, tam infra • Libertates, quam extra (Feodo Ecclesiæ ac Bobus & Affris Carucarum dumtaxat exceptis) pro denariis nostris, in hac parte rationabiliter solvendis quotiens opus fuerit, Capiendum & Arestandum; • IX. 457.

Et ideò vobis Mandamus quod circa Præmissa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem nova Sarum* primo die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro Ambassiatoribus Burgundiæ.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Franc. 5. H. 5. m. 15.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Sancti Johannis Baptistæ proximo futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Magistrum *Henricum Godbals* Doctorem in Legibus Decanum de Liege, Conciliarium, *Guillielmum Champdivers* Chivaler, Camerarium & Conciliarium, Magistrum *Georgium d'Ostende*, Secretarium, carissimi Consanguinei Regis, *Ducis Burgundiæ*, ac *quendam alium Militem* talem, in Comitiva prædictorum Decani, Camerarii, & Secretarii, qualem præfato *Duci* destinare placuerit, unà cum Quinquaginta Personis, & infra, conjunctim & divisim, in eâdem Comitivâ, infra Regnum Regis, penes Personam Regis, veniendo, ibidem morando, & exinde versus partes proprias redeundo, necnon Equos, Manticas, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Civitatem nova Sarum* primo die Junii.

Per ipsum Regem.

Contra Portantes Tunicas Armorum, exceptis illis qui ad Pugnam de Agencourt portabant Arma.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Claus. 5. H. 5. m. 15. dors.

REX, Vicecomiti Suthamptoniæ, Salutem.

Quia, prout informamur, diversi Homines, qui in Viagiis nostris, ante hæc tempora factis, Arma ac Tunicas Armorum, vocata *Coatearmures*, in se sumpserunt, ubi nec ipsi nec eorum Antecessores hujusmodi Armis ac Tunicis, Armorum temporibus retroactis, usi fuerunt, & ea in præsenti Viagio nostro, in proximo, Deo dante, faciendo, excercere proponunt,

Et quamquam Omnipotentes suam Gratiam disponat, prout vult, in naturalibus, æqualiter Diviti atque Pauperi, volentes tamen quemlibet Ligeorum nostrorum prædictorum, juxta Statûs sui exigentiam, modo debito pertractari & haberi,

Tibi Præcipimus quòd, in singulis Locis, infra Ballivam tuam, ubi per Breve nostrum nuper, pro Monstris faciendis, Proclamari demandavimus, publicè ex parte nostra proclamari facias,

Quod nullus, cujuscumque Statûs, Gradûs, seu Conditionis fuerit, hujusmodi Arma sive Tunicas Armorum in se sumat, nisi ipse Jure antecessorio, vel ex Donatione alicujus, ad hoc sufficientem Potestatem habentis, ea possideat aut possidere debeat,

Et quòd ipsa Arma sive Tunicas illa ex cujus Dono optinet, die Monstrationis suæ, Personis, ad hoc per Nos assignatis seu assignandis, manifeste demonstret,

Exceptis illis, qui Nobiscum, apud BELLUM DE AGENCOURT, Arma portabant,

Sub Pœnis non admissionis ad proficiscendum in Viagio prædicto sub Numero ipsius cum quo Retentus existit, ac perditionis Vadiorum suorum, ex causa prædicta perceptorum, necnon Rasuræ & Rupturæ dictorum Armorum & Tunicarum vocatarum *Coatearmures*, tempore Monstrationis suæ prædictæ, si ea super illum monstrata fuerint seu inventa;

Et hoc nullatenus omittas.

• Teste Rege apud *Civitatem Novæ Sarum* secundo die Junii. • IX. 458.

Per ipsum Regem.

lienſis veniendo, ibidem morando, & exindè ad propria redeundo;

Proviſo ſemper quòd idem *Aubertinus*, aut aliæ Perſonæ prædictæ benè & honeſtè ſe habeant & gerant, erga Regem & Populum ſuum, & quicquam, quod in Regis ſeu Populi ſui præjudicium cedere valeat, non attemptent aut facere vel attemptare præſumant quovis modo.

Teſte Rege apud *Civitatem Nova Sarum* ſecundo die Junii.

Per ipſum Regem.

Ibid. REX per Literas ſuas Patentes, uſque ultimum diem Junii proximò futurum duraturas, *&c. ut ſupra uſque ibi*, ſpeciales, *& tunc ſic*, *Johannem de Mounchy*,

In Regnum Regis Angliæ cum Jocalibus & certa Financiâ ſecum deferendo veniendo, ibidem morando, & exindè ad propria redeundo;

vel habituris, de & ſuper Treugis generalibus per Terram & per Mare, ſive particularibus, melioribus viis, modis, & formâ, tamdiu & tanto tempore duraturis, quibus vobis videbitur faciendum, ſecundum quod vobis placebit in eventum,

Necnon ad omnia alia & ſingula Faciendum & Exequendum quæ circa Præmiſſa ſeu eorum expeditionem neceſſaria fuerint, vel etiam quomodolibet oportuna;

Et ideo vobis Mandamus quod circa Præmiſſa diligenter intendatis ac ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ;

Promittentes Nos, bonâ fide & in verbo Regio, Ratum & Gratum habituros quicquid per vos Actum ſive Geſtum fuerit in Præmiſſis, vel aliquo Præmiſſorum.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Waltham* ſeptimo die Junii.

Per ipſum Regem.

F OE-

INTER

REGES ANGLIÆ,

Et alios quoſvis

IMPERATORES, REGES, PONTIFICES, PRINCIPES, VEL COMMUNITATES,

AB

Ineunte SÆCULO DUODECIMO, viz. ab Anno 1101.

Ad noſtra uſque tempora, habita aut tractata:

Ex Autographis, infra Secretiores ARCHIVORUM REGIORUM Theſaurarias per multa Sæcula reconditis, fideliter exſcripta.

IN LUCEM MISSA DE MANDATO NUPERÆ REGINÆ.

Accurante

THOMA RYMER,

Ejuſdem Sereniſſimæ Reginæ Hiſtoriographo.

EDITIO TERTIA,

Ad originales Chartas in Turri Londinenſi denuo ſumma fide collata & emendata, ſtudio

GEORGII HOLMES.

TOMI QUARTI PARS III. ET IV.

HAGÆ COMITIS,

Apud JOANNEM NEAULME.

MDCCXL.

* *Acquietantia Archiepiscopi Coloniensis.*

* IX. 459.

Ann. D. 1417. Hen. 5. An. 5. H. 5. Ex Orig. Penes Camer.

NOS *Theodoricus*, Dei gratia *Sanctæ Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopus*, Sacri Imperii per Italiam Archicancellarius, Westfaliæ & Ungariæ Dux, Dominus ac Administrator Ecclesiæ Paderbonensis, &c. publicè profitendo, Recognoscimus nos ab, Illustrissimo Principe & Domino, Domino *Henrico*, dignâ Dei Providentiâ, *Angliæ & Franciæ Rege*, &c. Domino nostro gratioso, levâsse, die Datæ Præsentium, & realiter percepisse Mille Nobilia Anglicana, per Manus Strenuorum, Nobilisque Domini, *Johannis Tiptoft* Senescalli Ducatûs Acquitaniæ, ac *Hartmanni de Clux* Militis;

Quæ quidem dicta Mille Nobilia in prompto Auro Nobis numeraverunt, realiter tradiderunt, & assignârunt,

Mediatim in Solutionem Feudi, quod a præfato Illustrissimo Domino nostro tenemus, cedentis Nobis in Festo Paschæ lapso proximo,

Mediatim verò in Defalcationem, quod in Festo Paschæ, proximo futuro, prætextu ejusdem Feudi, Nobis cedet:

De quibus quidem Mille Nobilibus, & de prædictis Duobus Terminis præfatis, eo modo quo supra scribitur, prædictum Illustrissimum Principem, Dominum nostrum gratiosum, suosque Hæredes, pro Nobis, Successoribus, & Ecclesia nostris Acquitamus & quitari Pronunciamus publice, per Præsentes, harum Testimonio Literarum Sigillo nostro sigillatarum.

Datum *Friitzstrom* Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo septimo, Sabbato post Festum Sacramenti.

Sub Sigillo Cerâ viridi expresso, & pendente a Cauda Pergamenæ.

De Jocalibus, pro Securitate Magnatum, super diversis Pecuniarum Summis propter Viagium Regis, impignoratis.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Pat. 5. H. 5. m. 26.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cum certi Domini, Magnates, & Proceres, ac Milites, Armigeri, & aliæ Personæ, tam Spirituales, quàm Temporales, Regni nostri Angliæ, diversas Pecuniarum Summas Nobis, in magna necessitate nostra, pro præsenti Viagio nostro, in propria Persona nostra, Deo dante, in proximo faciendo, certis Terminis solvendas, gratis & sponte mutuaverint,

Nos,

Pro Securitate eorumdem Dominorum, Magnatum, & Procerum, ac Militum, Armigerorum, & aliarum Personarum, pro debita Resolutione hujusmodi Summarum, providere volentes, ut tenemur,

Assignavimus, dilectum nobis, *Thomam Citterne*, Custodem Jocalium nostrorum ac ei, Tenore Præsentium, Concedimus & Committimus Potestatem, & Auctoritatem, ac Mandatum speciale ad Deliberandum, pro Nobis & Nomine nostro, sine dilatione, singulis eorum, qui aliquas hujusmodi Summas Nobis sic mutuaverint, tot & talia de Jocalibus nostris, per Avisamentum, Venerabilis Patris, *Henrici Archiepiscopi Cantuariensis*, totius Angliæ Primatis, quot & qualia eis, juxta eorum Discretionem & Aggreamentum, pro Summis, quas ipsi nobis sic mutuaverint, sufficere & controvalere possint,

Ita semper quòd inter præfatum *Thomam* & ipsos, quibus idem Thomas hujusmodi Jocalia nostra liberaverit aut fecerit liberari, quædam fiant INDENTURÆ, mentionem expressam facientes tam de Liberatione Jocalium illorum ac de Summis pro quibus Jocalia ipsa invadiata fuerint, quàm de Descriptione & vero Valore cujuslibet Jocalium prædictorum secundum debitam Appreciationem inde faciendam;

Volentes ulterius & concedentes, pro Nobis, Hæredibus, Successoribus, & Executoribus nostris, quòd omnes & singuli, quibus hujusmodi Jocalia nostra, ex causa Præmissa, per præfatum *Thomam*, liberari continget, Jocalia illa ab ipso *Thoma* recipere, eaque penes se retinere, ac indè facere & disponere, possint, juxta formam, & Effectum, ac Conditiones in quibusdam INDENTURIS, inter Nos, sub Privati Sigilli nostri testimonio, & ipsorum singulos debitè conficiendis, inserendas sive * specificandas, sine occasione, impetitione, vel impedimento nostri, vel Hæredum, Successorum, seu Executorum nostrorum prædictorum, Justitiariorum, aut aliorum Officiariorum seu Ministrorum nostrorum, aut dictorum Hæredum, Successorum, vel Executorum nostrorum, seu aliorum quorumcumque. Ann. D. 1417. Hen. 5. * IX. 460.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Waltham* decimo quarto die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Jocalibus prædictis.

Pro Johanne Cittern & Waltero Cook.

CESTE ENDENTURE, Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ex Orig. Pen. Cier. Pell.

FAITE parentre nostre Souvereign *Seigneur le Roy* d'une Part, & *Johan Chitterne*, & *Wauter Cook*, Canoignes de l'Eglise Cathedrale de Seint Poul de Loundres, d'autre part,

TESMOIGNE que,

Comme le dit *Johan* ait apprestez a nostre dit *Seigneur le Roy*, pur l'Exploit de cest present Viage Vers les Parties de dela, Cynk Centz Marcs, & le dit *Wauter* Cent Marcs,

Et, pur Suretee de Repaiement d'icelles, eit mesme nostre *Seigneur le Roy*, fait mettre en Gage as ditz, *Johan* & *Wauter*, un Paire Bacyns d'Or, Chacez al Manere d'une Rose, & Pounsonez ovec Bascletes en les Founses, Garnisez d'Escuchons de diverses Armes; assavoir en my Lieu de Seint George, & a sus de Seint Edward & Seint Esmon, & en l'une Coustee les Armes de l'Emperour, & l'autre Coustee les Armes d'Engleterre & de France & departiz, & dessouz les Armes de la Principaltee de Gales & de la Duchie de Guyene, Poisantz ensemble xxviii. Li. viii. Unc. Pris del Unc. xxvi. s. viii. d. q'amonte a iv C. lviii. Li. xlii. s. iv. d.

Si est ore, parentre le susdit nostre *Seigneur le Roy* & les ditz *Johan* & *Wauter*, Accordez qu'ils garderont & feront garder les ditz Bacyns, saunz Empeirement ou Alienation, jusques a la Feste de Seint Michel, que sera en un An apres la Feste de Seint Michel prochein venant,

A la quele Feste ou dedeinz sera nostre dit *Seigneur le Roy* quiter les ditz Bacyns; ou autrement, a icelle Feste de Seint Michel, ou avant, sera mesme nostre Seigneur le Roy avoir as ditz *Johan* & *Wauter* Paiement, ou sufficant Assignement, de les Sommes dessus Expressees, es Portz ou Port qu'ils vorront eslire,

Et, en Cas de tiel Assignement, ils averont Seuretee, par Lettres Patentees *du Roy*, nostre dit Seigneur, dessouz son Grand Seal, que icel Assignement sera tenuz, & non pas Changes tanque ils serront Paiez de les susdites Sommes,

Et, outre ce, purront les ditz, *Johan* & *Wauter*, pur lour greindre Seuretee en ce Cas, garder devers eux les susditz Bacyns, ovec le dit Assignement, tanque, par Force d'icel, Paiement lour soit fait de les Sommes susdites,

Et s'il (que Dieu Defende) que le susdit nostre *Seigneur le Roy* aille de Vie a trespassement avant le Paiement du dit Assignement, & que son Heriter ou Successour en Roiaume d'Engleterre ne veuille tiel Paiement ou Assignement faire a les avantditz *Johan* & *Wauter*, n'en autre manere lour contenter, dedeinz demy An prochein apres la susdite Feste de Seint Michel qui vendra en un An, ou q'ils ne soient satisfiez de les dites Sommes dedeinz mesme cel demy An, par vertue d'aucuns Assignementz a eux a faire par le dit Heriter ou Successour d'icelles Sommes en celle Partie, adonques, apres cel demy An, bien lirra as ditz, *Johan* & *Wauter*, les susditz Bacyns vendre, aliener, ou d'iceulx a lour bon Plaisir disposer, saunz Chalenge ou empeschement d'aucuny.

En Tesmoignance de quele Chose a la Partie de ceste ENDENTURE, demorante devers nostre dit Seigneur *le Roy*, les ditz *Johan* & *Wauter* ount mys lour Selx.

Don. a *Westm.* le xxi jour de Juyn, l'An du Regne de nostre dit Seigneur le Roy Quint.

Sub Sigillis Cerâ rubeâ expressis, pendentibus a Caudâ Pergamenæ.

han Accordez que mesme celuy Johan gardera & fera garder les ditz Esqueles, saunz Empeirement ou Alienation, jusques a le Feste de Seint Michel, que sera en un An apres la Feste de Seint Michel prochein venant,

A la quel Feste ou dedeinz, fera nostre dit *Seigneur le Roy* Quiter les ditz Esqueles, ou autrement, a ycelle Feste de Seint Michel, ou avant, fera mesme nostre Seigneur le Roy avoir au dit *Johan* Paiement, ou suffisant Assignement, de la Somme desus Expresse, es Portz ou Port que le dit Johan voet eslire,

Et, en Cas de tiel Assignement, le dit *Johan* avera Seuretee, par Lettres Patentees *du Roy*, nostre dit Seigneur, desouz son Grand Seal, que ycelle Assignement sera tenuz, & non pas changez, tanque le susdit *Johan* serra Paiez de la susdite Somme,

Et, outre ce, pourra le dit *Johan*, pour sa greindre Seuretee en ce Cas, garder devers Luy les susditz Esqueles ovec le dit Assignement, tanque, par Force d'icel, Assignement, Paiement Luy soit fait de la Somme susdite,

Et s'il aviegne (que Dieux Defende) que le susdit nostre *Seigneur le Roy* aille de Vie a Trepassement avant le Paiement du dit Assignement, & que son Heriter ou Successour en Roialme d'Engleterre, ne veuille tielle Paiement ou Assignement faire a l'avant dit *Johan*, n'en Manere Luy contenter, dedeinz Demy An prochein apres la susdite Feste de Seint Michel que vendra en un An, ou que le dit *Johan* ne soit satisfait de la dite Somme dedeinz mesme celuy demy An, par Vertue d'aucuns Assignement, a luy a faire par le dit Heriter ou Successour de mesme la Somme en celle Partie, adonques, apres cel Demy An, bien lirra au dit *Johan*, les susditz Esqueles vendre, aliener, ou d'icelles a son bon Plaisir disposer, sanz Chalenge ou Empeschement d'aucuny.

En Tesmoignance de quele Chose a la Partie de ceste ENDENTURE, demorante devers nostre dit Seigneur *le Roy*, le dit *Johan* ad mys son Seal.

Don. a *Westm.* le xxi jour de Juyn l'An du Regne de nostre dit Seigneur le Roy Quint.

Sigillo avulso.

Pro Episcopis Lincolniensi & Eliensi.

Ann. D. 1417. *An. 5. H. 5. Ibid.*

CESTE ENDENTURE,

FAITE parentre, les Reverentes Piers en Dieu, *l'Evesques de Nicholl & d'Ely* d'un Part, & *Thomas Chitterne*, Gardeyn del Joyaux du Roy nostre Soverain Seignur, d'autre Part,

TESMOIGNE Que le dit *Thomas*,

Par Vertue & Auctoritee des Lettres Patentes de Commission, a Lui Directez desoubz le Graunde Seall de nostre dit *Seigneur le Roy*,

Ad bailez & deliverez as *ditz Evesques*, par lez Mains de *Thomas Savage*, & *William Dorby* Clerc, lour Attorneys, par la Vis de, Tres Reverent Pier en Dieu, *Henry l'Erchevesque de Canterbiri*, Primat de tout Engleterre, un Joiau de meime oostre Seigneur le Roy,

Pur le garder a l'Oeps d'icellui nostre Seigneur *le Roy*, saunz Empeirement ou Alienation, jusques a tant que a lez avauntditz Eveiques Paiement ou agreement soit fait de la Somme de CCC. Li. par eux Apprestez a nostre dit Seigneur *le Roy*, pur l'Esploit de sonn present Voiage (Dieu devaunt) a faire as Parties par dela, en Manere come en Certeines ENDENTURES, par entre l'avauntdit nostre Seigneur *le Roy* & les susditz *Evesques* en celle Partie faitez il est Contenuz pluis au plein,

* IX. 462. * Le quele Joiau cy empres est Descrivez (c'estassavoir) un Seynture d'Orpur le Cuile, Contenaunt xiv. Overages, chascun Overage Garniz de x. Perles, Pois de Trois x. *l.* xi. Unc. de pris de tout iii. C. xxxii. *l.* vi. *s.* viii. *d.*

En Tesmoignance du quele Chose a icestes ENDENTURES les Parties avauntditz Entrechangeablement ount mys lour Seals.

Don. *a Westm.* le xxii. Jour de Juyn l'An du Regne nostre dit Seignour le Roy, Henri Quint puis le Conquest, Quint.

Sub Sigillo Cerâ rubeâ expresso, pendente a Caudâ pergamenæ.

Pro Ambassatoribus Burgundiæ.

Ann. D. 1417. *An. 5. H. 5. Franc. 5. H. 5. m. 15.*

REX, per Literas suas Patentes, per unum Mensem proximo futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas spe-

Decima Die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Decimo Septimo, nos *Thomas*, *Filius Regis*, *Dux Clarentiæ*, Comes Albemarle, & Senescallus Angliæ, sanâ mente Condimus Testamentum nostrum in hunc modum,

Ann. D. 1417. *An. 5. H. 5. Ex Registr. Chichel. p. 1. Fol. 376. b inf. Ibid. Lamb.*

IN PRIMIS, LEGAMUS Animam nostram Deo Omnipotenti & beatissimæ Mariæ Matri suæ.

ITEM, LEGAMUS Corpus nostrum ad Sepeliendum in Ecclesiâ Christi Cantuariæ ad pedes, altæ Memoriæ, Domini Patris nostri; cujus Animæ propitietur Deus.

ITEM, LEGAMUS ET ORDINAMUS quòd, Debitis nostris plenè persolutis, Executores nostri Emant, seu quoquo modo Impetrent, Jus Patronatûs alicujus Ecclesiæ, valoris xl. *l.* per Annum, & illam Ecclesiam appropriare & unire faciant & procurent Priori & Conventui dictæ Ecclesiæ Christi Cantuariæ, Sumptibus & Expensis nostris, recuperandis & levandis de Summis, nobis per *Dominum nostrum Regem*, & *Duces Bituriæ*, *Aurelianensis*, *Burboniensis*, & *Alanconiensis* debitis, pro quatuor Capellanis ydoneis Secularibus,

Imbi pro Animabus præfati *Domini & Patris nostri*, & *Matris nostræ*, & *Anima nostra*, & *Margaretæ Consortis nostræ*, & Animabus omnium Progenitorum nostri *Thomæ*, & omnium Fidelium Defunctorum, perpetuò celebraturis, & divina Officia facturis & ministraturis,

Percipiendo, pro omni suo Servitio, quilibet dictorum Capellanorum Decem Marcas Sterlingorum per Manus *Prioris* dicti Conventus, qui pro tempore fuerit; ita quòd dicti *Prior* & *Conventus* faciant & inveniant sufficientem Securitatem præfatis Executoribus & Hæredibus nostris, ad dictos Capellanos perpetuò, ut præfertur, sustinendos & imbi inveniendos, ac ad semel in Anno specialiter faciendum in dictâ Ecclesiâ per Conventum prædictum *Anniversarium* nostrum, ut moris est, pro aliis Principibus, fieri solempniter, pro perpetuò duraturum.

ITEM, VOLUMUS ET ORDINAMUS quòd iidem Executores nostri Emant, seu quoquo modo Impetrent, Patronatum alterius Ecclesiæ, valoris xl. Marcarum per Annum, & eandem Ecclesiam appropient *Decano*, *Canonicis*, & *Vicariis* Ecclesiæ Collegiatæ de Newerk apud Leycestre, ad inveniendum Duos ydoneos Capellanos, Divina ibidem pro Animabus prædictis imperpetuum celebraturos, modo & formâ prænotatis.

* ITEM, LEGAMUS Duo Milia Librarum Sterlingorum, de dictis Summis, levanda & recuperanda, in forma prædicta (Debitis nostris plenariè persolutis) ad Distribuendum & Erogandum, per Manus Executorum nostrorum, inter Servitores nostros, secundum Statum & Continuationem in nostro Officio per ipsos facto, in Commemorationem Laborum suorum, Nobis per ipsos impensorum; * IX. 463.

Residuum verò omnium Bonorum, nostrorum, superiùs non Legatorum, DAMUS ET LEGAMUS *Margaretæ*, *præcarissimæ Consorti nostræ*, ad Disponendum & Ordinandum de ipsis pro Se & Salute Animæ nostræ, prout sibi melius videbitur expedire.

Et ipsam *Margaretam*, *Consortem nostram*, Dominum *Johannem Pelham*, Dominum *Henricum Merston*, Clericum, Dominum *Johannem Colvyle* Militem & *Willielmum Alyngton* Armigerum, nostros FACIMUS, ORDINAMUS, & CREAMUS hujus Testamenti nostri EXECUTORES; ut ipsi illud EXEQUANTUR in Formâ suprascriptâ, prout præfatæ *Margaretæ Consorti nostræ*, per Avisamentum prædictorum, *Johannis*, *Henrici Johannis*, & *Willielmi*, melius viderit faciendum pro Salute Animæ nostræ.

IN CUJUS REI TESTIMONIUM Præsentibus Sigillum nostrum duximus apponendum Die & Anno prædictis.

Hæc est pura, libera, & ultima VOLUNTAS nostri *Thomæ*, *Filii Regis*, *Ducis Clarenciæ*, Comitis Albemarle & Senescalli Angliæ, ex nostrâ merâ & spontaneâ Voluntate, ac Deliberatione, & certâ nostrâ Scientiâ, facta, Decimo Die Julii, Anno Regni *Henrici Quinti*, post Conquestum, Quinto,

PREMIEREMENT, NOUS VOLONS ET ORDONNONS, a l'Onnour de Dieu, & pour la Salvacion de nostre Aime, que, immediate apres nostre Mort, toutes les Revenues & Proffits, provenantz de nos Chasteaux, Manoirs, Seigneuries, Terres, Tenementes, o toutz lours Appartenances, en Holdernesse, en le Counte d'Everwyk, & aillours, sibien deins le Reaume d'Angleterre, comme aillours, soient levez & receuz par *Margarite nostre treschiere Compaigne*, & noz aultres FEFFES & EXECUTOURS, d'An en An, aux Termes duez, pour faire plain Paiement de noz Dettes; & ency a durer, tant que la Somme de toutz nos Dettes, a noz Creditours duez, soyent plainement levez.

Et, en outre, en plain Declaracion de nostre VOLUNTE,

NOUS

Terres, & Tenements suisditz, de Heir en Heir, soient desposez & despenduz de noz Dettes suisdites, de & pour Acomplir nostre TESTAMENT ET DERRAINE VOLUNTE; Purveu toutesfoitz que lez Profitz & les Revenues, de la Garde des Terres & Tenements suisditz, de nostre dit Filz, par Deux Ans entiers prochains devant le plain Age du dit *Henri nostre Filz*, soient delivres al' Oeps & Profit du mesme *nostre Filz*, le toute pour mieulz son Estat sustenir.

ITEM, NOUS VOLONS ET ORDONNONS que, tantost apres que noz Dettes & nostre DERRAINE VOLUNTE soient Payes & Acomplies, que noz FEFFES, de noz Chasteux, Manoirs, Seignuries, Terres, & Tenementz suisditz, Facent ESTATE a *Margarete nostre treschier Compaigne* en les ditz Chasteux, Manoirs, Seigneuries, Terres, & Tenementz, o toutz lour Appurtenances suisdites, pour Terme de sa Vie; le REMAINDRE, si Nous Devions sanz Heir de nostre Corps, des ditz Chasteaux, Manoirs, Seignuries, Terres, & Tenements, o

* IX. 464. lours Appurtenances, a * *Henri nostre dit Filz Conte de Somerset*, & a ses Heirs Masles de son Corps engendres.

Et, s'il aveigne que nostre *dit Filz* Devie sanz Heir Masle de son Corps engendres, NOUS VOLONS ET ORDONNONS que la REVERSION des ditz Chasteaux, Manoirs, Seigneuries, Terres, & Tenements, ovec toutz lours Appurtenances, REMAIGNE a nostre Soverain Seigneur *Henri, le Roy d'Angleterre le Quint*, & a ses Heirs, Roys d'Angleterre, pour toujours.

En la TESMOIGNANCE de la quel Chose a yceste nostre DERRAINE VOLUNTE enclose nous avons fait mettre nostre Seel.

Donne come dessus.

Testamentum & Codicillus Probata 23. Nov. A. D. 1423.

De Justitia, juxta Foros Aquitaniæ, facienda Domino de la Barde.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Vasc. 5. H. 5. m. 4.

REX, Locum nostrum tenenti & Senescallo nostro Aquitaniæ, ac Constabulario nostro Burdegaliæ, & eorum Locatenentibus, ac eorum cuilibet, qui nunc sunt, vel qui pro tempore fuerint, Salutem.

Supplicavit Nobis, dilectus & fidelis Ligeus noster, *Bernardus de Lesparre*, Dominus de la Barde Miles, ut,

Cum, per Decessum Hæredum Hospitii de Madalhan, idem Hospitium, cum suis pertinentiis præfato *Bernardo*, tanquam Propinquiori de Linea, devenerit,

Ac dictum Hospitium, cum Terra & omnibus suis pertinentiis, in Manibus Inimicorum nostrorum ad præsens detineatur,

Exceptis Terris de Condac & de Barbana, quæ sub Obedientia nostra existunt, & quas *Nicholaus Bowet* Chivaler & Deputati sui in partibus Exteris tenent & occupant,

Velimus sibi de Remedio congruo in hac parte providere;

Nos (Supplicationi prædictæ annuentes, volentesque in hac parte fieri quod est justum) Vobis Mandamus quòd, visis, & examinatis, ac diligenter inspectis Evidentiis, ac aliis, Jus præfati *Bernardi* in hac parte concernentibus, & eis pleniùs intellectis, eidem *Bernardo* celeris Justitiæ complementum fieri & exhiberi faciatis, juxta Foros, Leges, & Consuetudines Partium supradictarum.

Teste Rege apud *Suthampton*. Undecimo Die Julii.

Per ipsum Regem.

De procedendo juxta Foros.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid.

REX, Locum nostrum tenenti, & Senescallo Aquitaniæ, & Constabulario nostro Burdegaliæ, ac Judici nostro Vasconiæ, & eorum cuilibet, & eorum Locatenentibus, necnon Concilio nostro Burdegaliæ, qui nunc sunt, vel qui pro tempore fuerint, Salutem.

Supplicavit Nobis, dilectus & fidelis Ligeus noster, *Paulinus de Carrenox* Chivaler, de Patria nostra Aquitanniæ, ut,

Cum ipse habeat certam Hæreditatem, vocatam le Begneyryn de Chastelnan, quæ ad ipsum pertinet, & pertinere debet ad Locum & Dominium de Castelnan in Medoc, de qua Pater suus & Antecessores sui in Possessione & Seisina, à tempore cujus contrarii memoria non est, extiterunt, prout per evidentias, quas inde habet, pleniùs poterit apparere,

Ac *Capitaneus de Buthe*, & *Dominus de Castellen*, dictam Hæreditatem suam manu forti sibi detineant, ita quòd ea nullo modo gaudere possit, quamquam idem *Paulinus*, quicquid ad ipsum pertinet, ...

ET Mandatum est præfatis, *Capitaneo*, & *Domino*, & eorum alteri, quòd ipsi præfatum *Paulinum* Hæreditate suâ prædictâ uti & gaudere permittant, prout Antecessores sui antea fecerunt.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

Pro Infante Portugaliæ.

REX, Universis & Singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1417.

Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, Concessimus & Licentiam Dedimus *Petro Lobato* Chivaler & Nuncio *Regis Portugaliæ*, Avunculi nostri Carissimi, quòd ipse Trescentos Fustes Lanceatum, ad opus, Potentis Principis, Infantis Domini *Henrici*, Senioris Filii prædicti Avunculi nostri, ad faciendum Guerram super Incredulos & Inimicos Christianæ Fidei, ac etiam Tres Palefridos, & unum Hernesium pro Corpore suo proprio Completum, absque Custuma seu Subsidio, ad opus nostrum capiendis seu solvendis, traducere possit. An. 5. H. 5. Franc. 5. H. 5. m. 14.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Suthampton*. xii. die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Karolo de Beaumont, super Annuitate.

REX, Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1417.

Sciatis quòd,

Cùm, dilectus nobis, *Karolus de Beaumont*, Alferiz de Navarre, An. 5. H. 5.

Qui, ad Receptam Scaccarii nostri, quandam Annuitatem Ducentarum & Quinquaginta Marcarum per Annum percipit, Pat. 5. H. 5. m. 21.

In voluntate existat Restituendi Literas Patentes, sibi inde factas, in Cancellaria nostra Cancellandas, ad intentionem quòd *Karolus*, Filius suus, eandem habere possit,

Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, & pro eo quòd idem *Karolus de Beaumont* Literas prædictas Nobis in Cancellaria nostra prædicta Restituit Cancellandas, ad Supplicationem præfati *Karoli de Beaumont*, & pro bono Servitio quod prædictus *Karolus Filius* Nobis impendit & impendet in futurum, Concessimus ei dictam Annuitatem Ducentarum & Quinquaginta Marcarum per Annum, *Habendam & Percipiendam*, pro Termino vitæ suæ, ad Scaccarium nostrum, ad Terminos Sancti Michaelis & Paschæ, per æquales Portiones, eodem modo quo prædictus *Karolus de Beaumont* eam habuit & percepit.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Suthampton*. xiv. die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Financia, pro Fratre Ducis Aurelianensis.

REX, per Literas suas Patentes, usque ultimum Diem Augusti proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Aubertinum Voillesenes*, Aurifabrum *Ducis Aurelianensis*, Mercatorem * Parisius, in Regnum Regis Angliæ, cum Quatuor vel Quinque Personis, in Comitiva sua, in quadam Navi, sive Balingera, Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Franc. 5. H. 5. m. 14.

Ad Tractandum de Financia pro *Johanne Fratre Ducis Aurelianensis*, * IX. 466.

Veniendo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, necnon Navem sive Balingeram prædictam, Narigatores & Marinarios ejusdem, ac Bona, Res & Hernesia sua quæcumque, in Navi sive Balingera prædicta existentia;

Proviso semper quod idem Aubertinus, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Waltham* decimo octavo die Julii.

Per ipsum Regem.

silia, aut Congregationes particulares, cum aliis Nationibus, vobis inconsultis:

Volumus insuper quòd, si forsan aliqui Ligeorum nostrorum prædictorum vobis sint Inobedientes, aut quicquam, contra Honorem, Dispositionem, aut Instructiones nostros, sive Litteras nostras regias, publicè vel occultè prosequentes, aut promoventes, vos eisdem Inobedientibus, aut taliter prosequentibus, ex parte nostrâ, Moneatis & Præcipiatis quòd desistant;

Et, si desistere noluerint, injungatis eisdem quòd, infra certum tempus, per vos seu ipsos vestrûm qui Moram ibidem longiorem trahent Statuendum, à Curia vel Concilio prædictis recedant, & ad Regnum nostrum Angliæ, sub Forisfacturâ Omnium quæ Nobis forisfacere poterunt, realiter se divertant;

Nos de Præmissis, ac de toto Facto vestro in hac parte, Certificantes.

Volentes etiam quod, si aliquæ diversæ inter vos in agendis oriantur Opiniones, tunc minor Numerus cedat majori, & ejusdem Opinioni condescendat;

Et hoc Universitati omnium & singulorum quorum interest innotescimus per præsentes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Tychefeld* decimo octavo die Julii.

Per ipsum Regem.

De Comite Marchia Locumtenente Regis supra Mare constituto.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Pat. 5. H. 5. m. 21.

REX universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Ministris, Dominis, Magistris & Marinariis Navium, & aliis Fidelibus suis, tam infra Libertates, quàm extra, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & circumspectione, Carissimi Consanguinei nostri, *Edmundi Comitis Marchiæ & Ultoniæ* pleniùs confidentes,

Constituimus ipsum Locumtenentem nostrum supra Mare, ad omnia Naves & Vasa, quæ Nobiscum, in præsenti Viagio nostro, Deo Duce, traducentur, statim, postquam in Partibus Transmarinis ad Salutis Portum applicuerimus, in Regnum nostrum Angliæ Conducendum,

Et eadem Naves & Vasa, ac Soldarios, & alios, qui penes
* IX. 467.
Nos, ad Partes prædictas, in eisdem navibus & * Vasis, de mandato nostro, postmodum sunt venturi, ad citius quo commodo fieri poterit, salvò & securè Reducendum;

Dantes ei plenam, Tenore Præsentium, Potestatem Audiendi Querelas omnium & singulorum de hiis quæ Officium Admiralli tangunt, & unicuique Justitiam Faciendi, & Delinquentes juxta eorum Demerita Castigandi, Puniendi, & incarcerandi, & eos, qui Liberandi fuerint, Deliberandi,

Ac Marinarios & alios, pro Navibus & Vasis prædictis necessarios, quotiens opus fuerit, Eligendi & capiendi, & in eisdem ponendi,

Et ad Marinarios, qui Rebelles fuerint, debitè Compescendi & Castigandi,

Cæteraque omnia & singula, quæ ad Officium Admiralli pertinent, in hac parte, Faciendi & Exercendi, prout de Jure & secundum Legem maritimam fuerit faciendum;

Intentionis tamen nostræ non existit quòd præsentes Literæ nostræ in præjudicium Statûs, sive Juris, quod, Carissimus Avunculus *noster*, *Thomas Dux Exoniæ* habet in Officio Admiralli Angliæ, cedant quovis modo:

Et ideò vobis Mandamus quòd eidem *Comiti*, in Præmissis omnibus & singulis, officium prædictum tangentibus, Intendentes sitis, Consulentes, & Auxiliantes, quotiens & prout per ipsum fueritis super hoc rationabiliter præmuniti ex parte nostra.

In cujus, &c. quamdiu præfatum Comitem Locumtenentem nostrum in hac parte remanere contigerit duraturas.

Teste Rege apud *Porchestre* vicesimo die Julii.

Per ipsum Regem.

De Conductu pro Prisonario de Janua.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Fran. 5. H. 5. m. 15.

REX, per Literas suas Patentes, per Sexdecim dies proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Petrum Gentile* de Janua, Prisonarium, carissimi Consanguinei Regis, *Thomæ Comitis Sarum*, in Regno Regis Angliæ existentem, *&c. prout in hujusmodi de Conductu Literis.*

peregrinationis, quam solempniter voverat, se trahere & conversari intendat, nostra licentia mediante,

Nos volentes eo desiderabiliùs & avidiùs, ad laudem Dei & Propositi prædicti complementum, pro majori Securitate & Relevamine ipsius Avunculi nostri, dum sic in Remotis steterit providere, quo hujusmodi Propositum, Expeditionem Peregrinationis prædictæ, & dicti Voti præservationem concernere dinoscatur,

Vestram igitur Universitatem multipliciter honorabilem, & quemlibet vestrûm, per se, attentiùs, efficaciùs, & effectuosiùs quo possumus, Tenore Præsentium, Requirimus & Rogamus quatinus, præmissis condignè consideratis, ipsum Avunculum nostrum,

Qui versus partes prædictas, ut prædictum est, per tempus prædictum ibidem moraturus, & exinde versus Regnum nostrum Angliæ reversurus, suos gressus dirigit in præsenti,

Cùm prædictum Avunculum nostrum,

Qui Se, Suos, & Sua, propter Peregrinationis prædictæ expletionem, spe Mercedis æternæ, Laboribus & Periculis ponere non evitat,

* Per Regna, Dominia, Passus, & Districtus, Pontes, Loca, * IX. 468.
Jurisdictiones, Potestates, aut Territoria vestra, seu alicujus vestrûm, cum Familiaribus, Equis, Valesiis, Jocalibus, Auro, Argento, Robis, & Vestimentis, ac aliis Bonis, Rebus, & Hernesiis suis quibuscumque, & quocumque nomine censeantur, transire, reverti, seu inibi morari contigerit,

Nostri statûs intuitu, & harum Precum nostrarum speciali interventu, ac Contemplatione nostrâ, propensiùs recommendatum habentes,

Eundem Avunculum nostrum, cum Personis, *&c. prout in ejusmodi de Requestu Literis.*

In cujus rei testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine Fecimus consignari.

Dat. apud *Castrum nostrum de Porchestre* xxi. die Julii.

Per ipsum Regem.

Pro Karolo de Navarra.

REX universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Constabulariis, Ballivis, Ministris, ac aliis fidelibus & Subditis suis, ad quos, &c. Salutem.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Vasc. 5. H. 5. m. 5.

Sciatis quòd,

Cùm, dilectus & fidelis noster, *Karolus de Navarra* Miles in Regnum nostrum Angliæ, penes Præsentiam nostram, de Mandato nostro, venerit, & circa Personam nostram certis de Causis adhuc existat & intendat,

Idemque *Karolus* metuat tam sibi quàm Hominibus & Servientibus suis, per quosdam Æmulos suos & eorum Procuratores, Dampnum de Corporibus suis, ac Jacturam de Bonis, Rebus, & Catallis suis, de facili posse evenire,

Nos,

Securitati prædicti *Karoli*, in hac parte, prospicere volentes gratiosè,

Suscepimus ipsum *Karolum*, Homines, Servientes, Res, Bona, & Catalla sua quæcumque in Protectionem & Defensionem nostras speciales,

Nolentes quòd idem *Karolus*, dum sic circa Personam nostram existat & intendat, ratione alicujus Debiti, Compoti, seu Conventionis, aut alterius Contractûs, sive Causæ cujuscumque, Implacitetur, Inquietetur, Capiatur, sive Arestetur ullo modo;

Et ideò vobis Mandamus quòd ipsum *Karolum*, Homines, Servientes, Res, Bona, & Catalla sua quæcumque Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis,

Non inferentes eis, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum, aliquod seu Gravamen,

Et, si quid eis Forisfactum fuerit vel Injuriatum, id eis & eorum cuilibet, sine dilatione, corrigi & debitè reformari faciatis.

Teste Rege apud *Tichefeld* vicesimo secundo die Julii.

Per ipsum Regem.

Pro Nunciis Ducis Burgundiæ.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Franc. 5. H. 5. m. 13.

REX, universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, Carissimus Consanguineus noster, *Dux Burgundiæ* certos Nuncios & Ambassiatores suos penes Personam nostram, ob certas Causas & Materias, mittere proponat & destinare,

De-

A.D. 1417. .5. 5. nc. 5. .5. m. 8. REX, dilecto Clerico suo, Magistro *Henrico Ware*, Custodi Privati sigilli nostri, in utroque Jure Licentiato, &, dilecto & Fideli suo, *Willielmo Clifford* Militi, ac, dilecto Clerico suo, Magistro *Willielmo Lyndwood*, Legum Doctori, Salutem.

Cùm nuper, inter *Nos*, ex unâ, & magnificum Principem, *Johannem Ducem Burgundiæ*, carissimum Consanguineum nostrum, parte ex altera, certæ Treugæ sive Guerrarum Abstinentiæ tractatæ & conclusæ fuerunt, usque ad Festum Sancti Michaelis Archangeli proximum tantummodo duraturæ,

Necnon certæ Securitates generales pro Mercatoribus, Piscatoribus, & Peregrinis, tam Regni nostri Angliæ, quàm Patriæ dicti *Ducis* Flandriæ, & generaliter pro omnibus Mercandisis, hincinde exercendis, & aliàs, conclusæ fuerint & firmatæ, quæ de proximo exspirare debent & finiri,

Et propterea præfatus *Dux*, carissimus Consanguineus noster, ad Nos, de præsenti, Transmiserit certos suos Ambassiatores, Procuratores, Commissarios, & Nuncios speciales ad Tractandum & Concludendum super Præmissis, & aliis Materiis de novo occurrentibus,

Cæteraque faciendum, quæ Bonum Pacis & Concordiæ mutui Amoris & Amicitiæ inter Nos & Ipsum concernere possent,

Nos,

Bonum Pacis & Concordiæ hujusmodi sinceris Affectibus semper desirantes,

De vestrisque Fidelitate probata & Circumspectione provida plurimùm confidentes,

Vos Tres Facimus, Constituimus, & Ordinamus nostros Commissarios, Deputatos, Factores, & Procuratores speciales;

Dantes & Concedentes Vobis, & Duobus Vestrûm, Potestatem generalem & plenariam, ac Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum præfatis Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, seu Nunciis dicti carissimi Consanguinei nostri, ad hoc sufficiens Mandatum habentibus, super præmissis Treugis & Guerrarum Abstinentiis, Securitatibus, aliisque Rebus & Materiis de novo occurrentibus, Tractandi, Conferendi, Concordandi, & Concludendi,

Dictasque Treugas, Guerrarum Abstinentias, & Securitates ad Terras, Dominia, & Loca alia, tam ipsius *Ducis*, quàm *Nostra*, Comutandi, Prorogandi, & Extendendi,

Omniaque & singula, quæ, ut præmittitur, Tractata, Conclusa, Comutata, Prorogata, seu Concordata fuerint, cum omni Securitate, debita & honesta, Nomine nostro, Firmandi,

Ac omnimodas Securitates, Obligationes, Cautiones, tam reales quàm personales, pro Nobis & Nomine nostro, super hiis Faciendi & Promittendi,

Jurandique in Animam nostram quòd Tractata, Conclusa, & Concordata hujusmodi Rata habebimus atque Grata, nec aliquid procurabimus aut faciemus, per quod Tractata, Conclusa, vel Concordata hujusmodi effectu debito Frustrari possent aut quomodolibet impediri,

Securitates, insuper, Obligationes, & Cautiones, ac Juramentum consimile ab eodem *Duce*, seu ipsius in hac parte Commissariis vel Deputatis, Petendi, Exigendi, Stipulandi, & Recipiendi,

Cæteraque omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ qualitas Negotiorum hujusmodi exigit & requirit, & quæ Nos ipsi facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum exigant speciale,

Committentes vobis, & Duobus vestrûm, circa Præmissa, ac Dependentia, & Connexa, totaliter & plenariè, omnimodas Vices nostras,

Promittentesque, bonâ fide & in verbo regio, ac sub Ypotheca omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per Vos, aut Duos Vestrûm, ut præmittitur, Actum, Ge-
*IX. 470. stum, * Tractatum, Conclusum, vel Concordatum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Porchestre* vicesimo tertio die Julii.

Per ipsum Regem.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. ibid. m. 8.

Tractatus super Prolongatione Treugarum Flandriæ.

OMnibus Christi fidelibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, *Henricus Ware* Custos Privati Sigilli, & *Willielmus Lyndwode* Legum Doctor,

Metuendissimi Domini nostri, Domini *Henrici*, Dei gratiâ, [...]

Post quas quidem Commissionis Literas, per Nos receptas,

Habito inter Nos & honorabiles viros, Dominum *Willielmo de Campo diverso*, Magistrum *Henricum Godbals*, & Magistrum *Georgium de Ostende*, Ambassiatores, Serenissimi Principis, Domini *Ducis Burgundiæ*, aliquali Tractatu,

Considerata etiam utilitate, quæ ex infrascriptis poterit utrimque communiter evenire,

De consensu & assensu dictorum Ambassiatorum *Ducis Burgundiæ*, superius nominatorum, unà nobiscum in hac parte concludentium,

Ad Prorogationem & Prolongationem Treugarum, inter Dominum nostrum *Regem* & Dominum *Ducem* prædictos ultimè initarum, cum suis incidentibus, emergentibus, dependentiis, & connexis procedimus in hunc modum,

IN DEI NOMINE AMEN.

Cùm nuper certæ Treugæ, sive Guerrarum Abstinentiæ, inter Dominos *Regem* & *Ducem* prædictos, per suos certos Commissarios, certis modis & formis, sub data Londoniæ, vicesimo quarto die Mensis Junii, Anni Domini Millesimi, Quadringentesimi, Decimi Sexti, captæ sint & initæ, usque ad Festum Michaelis proximò futurum & non ulteriùs duraturæ,

Ac insuper certæ Declarationes, Extensiones, Additiones, sive novæ Provisiones, de & super eisdem, & ad easdem, per alios Commissarios utriusque Partis prædictæ, in Villâ Calesii, sub Datâ in Villâ Calesii Octavo die Mensis Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, septimo decimo, factæ, & concordatæ existant,

Prout in certis Literis, de & super dictis Treugis, sive Guerrarum Abstinentiis, ac Declarationibus, Extensionibus, Additionibus, sive novis Provisionibus, factis (quas hic haberi volumus pro insertis) expressiùs continetur,

Nos, *Henricus* & *Willielmus*, metuendissimi Domini nostri Regis antedicti Commissarii, de Voluntate & Assensu Ambassiatorum Domini *Ducis Burgundiæ* prædictorum, easdem Treugas prædictas, cum omnibus & singulis suis Declarationibus, Extensionibus, Additionibus, novis Provisionibus, Incidentibus, Emergentibus, Dependentiis, & Connexis, secundum omnem Vim, formam, & effectum earumdem scientia Prorogamus, Prolongamus, ac extunc prout extunc Extendimus à Festo

proximò futuro inclusivè, ac eundem vigorem habere volumus, cum omnibus & singulis suis Declarationibus, Extensionibus, Additionibus, & novis Provisionibus contenta à dicto

habent * & adeo firmiter liga- *IX. 471.
re, ac si in Tenore Præsentium

tractata,

Ad hæc, volumus & consentimus quod Comitatus Boloniæ

Omnibus suis Juribus & pertinentiis, in universis in dictis Treugis *includatur*

& ipsum Comitatum cum suis Juribus & pertinentiis, in ipsis Treugis, usque ad Festum Paschæ duraturis, includimus per expressum,

Et insuper, Auctoritate & Nomine dicti metuendissimi Domini nostri *Regis*, Promittimus, bonâ fide, quòd omnia & singula Præmissa, pro parte suâ, durante Termino antedicto, sine dolo & fraude faciet inviolabiliter observari.

Et super hoc Literas Patentes confirmatorias metuendissimi Domini nostri *Regis* antedicti, *in suo* verbo regio, & sub Obligatione suorum Bonorum quorumcumque, expedire & tradere realiter & cum effectu Nuncio dicti Domini *Ducis* in Villa Calesii, ante Festum Nativitatis beatæ Mariæ proximò futurum; dummodo Literæ consimiles confirmatoriæ, pro parte ejusdem Domini *Ducis*, expediantur & liberentur Parti nostræ in hospitio Domini *Willielmi Bardolfe* in eâdem Villâ.

In quorum omnium fidem & testimonium Nos Præsentibus super hoc confectis Sigilla nostra apposuimus.

Datum & Actum in Castro Domini nostri Regis *de Porchestre* Vicesimo Tertio die Mensis Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, decimo septimo.

Pro Episcopo Wintoniensi, de Pardonatione.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Pat. 5. H. 5. m. 21.

REX, Omnibus Ballivis & Fidelibus suis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, Pardonavimus & Relaxavimus, reverendo in Christo Patri, avunculo nostro carissimo, *Henrico Beaufort Episcopo Wintoniensi*, omnimodos Transgressiones,

cem nostram ei inde Concedimus; dummodo idem *Episcopus* Controfactor Mistiræ Monetæ, & Cunagii Multiplicator, & Lotor Auri & Argenti cum Cuneo nostro Cunatorum, & Tonsor Monetæ nostræ, Probator communis & notorius, Latro seu Felo qui Abjurationem fecerat, non existat; ita tamen quòd stet Rectus in Curiâ nostrâ, si quis versus eum loqui voluerit de Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

Et ulterius, de uberiori Gratiâ nostrâ, PARDONAVIMUS & RELAXAVIMUS eidem *Episcopo* omnimoda Escapia Felonum & Clericorum Convictorum Attinctorum, Catalla Felonum & Fugitivorum, Catalla Utlagatorum & Felonum de se, Deodanda, Vasta, Impetiones, ac omnimodos Articulos Itineris, Destructiones & Transgressiones de Viridi vel Venatione, Venditionem Boscorum, infra Forestas & extra, & aliarum rerum quarumcumque, ante hæc tempora infra Regnum nostrum Angliæ & partes Walliæ emersa & eventa, unde Punitio caderet in Demandum, Debitum, seu in Finem & Redemptionem, aut in alias Pœnas Pecuniarias, seu in Forisfacturam Bonorum & Catallorum, aut Imprisonamenta seu Amerciamenta Communitatum, Villarum, vel singularium Personarum, vel in Onerationem Liberorum Tenentium eorum, qui nunquam Transgressi fuerint, ut Hæredum, Executorum, vel Terræ tenentium, Escaetorum, Vicecomitum,
* IX. 472. Coronatorum, & aliorum hujusmodi, & omne id quod ad * Nos versus ipsum pertinere possit ex causis supradictis; ac etiam omnimodas Donationes, Alienationes, & Perquisitiones, per ipsum de Terris & Tenementis, de Nobis vel Progenitoribus nostris, quondam Regibus Angliæ, in Capite tentis, ac etiam Donationes, Alienationes, & Perquisitiones ad Manum Mortuam, factas & habitas absque Licentia; necnon omnimodos Intrusiones & Ingressus per ipsum in Hæreditatem suam, in parte vel in toto, post Mortem Antecessorum suorum, absque debita Prosecutione ejusdem extra manum Regiam factos, unà cum Exitibus & Proficuis inde medio tempore perceptis.

Ac etiam PARDONAVIMUS & RELAXAVIMUS præfato *Episcopo* omnimodos Fines adjudicatos, Amerciamenta, Exitus forisfactos, Relevia, Scutagia, ac omnimoda Debita, Compota, Præstita, Arreragia Firmarum & Compotorum, nobis ante hæc tempora qualitercumque debita & pertinentia (Decimis Episcopatûs prædicti, nobis per præfatum *Episcopum* ad præsens debitis, duntaxat exceptis) necnon omnimodas Actiones & Demandas, quas Nos solus versus ipsum, vel Nos conjunctim cum aliis Personis seu Persona, habemus seu habere poterimus, ac etiam Utlagarias in ipsum promulgatas pro aliqua causarum supradictarum.

Et, insuper, PARDONAVIMUS & RELAXAVIMUS eidem *Henrico* omnimodas Pœnas, ante hæc tempora Forisfactas coram Nobis seu Concilio nostro, Cancellario, Thesaurario, seu aliquo Judicium nostrorum, pro aliqua Causa; & omnes alias Pœnas, tam Nobis quàm carissimo Patri nostro defuncto, pro aliqua Causa, ante hæc tempora similiter forisfactas, & ad opus nostrum levandas; ac etiam omnimodas Securitates Pacis, ante hæc tempora similiter Forisfactas; ita quòd præsens Pardonatio nostra, quoad Præmissa, seu aliquod Præmissorum, non cedat in Dampnum, Præjudicium, vel Derogationem alicujus alterius Personæ, quam Personæ nostræ dumtaxat.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Porchestre* vicesimo tertio die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Liberatione Magni Sigilli Aurei.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Claus. 5. H. 5. m. 15. dors.

MEMORANDUM *quòd, vicesimo tertio die Julii, Anno Regni Regis*, Henrici Quinti, *Quinto, Venerabilis Pater*, Henricus Episcopus Wintoniensis, *tunc Cancellarius Angliæ, Liberavit eidem* Domino Regi *Magnum Sigillum suum Aureum, in quâdam Bagâ de Corio, sub Sigillo ipsius* Episcopi *consignatâ, in quâdam Capellâ beatæ Mariæ, supra Portam superiorem Prioratûs de Suthwyk, juxta Portcestre, inter Secundam & Tertiam Horam post Nonam in præsentia, Venerabilium Patrum*, Henrici Archiepiscopi Cantuariensis, *&* Thomæ Episcopi Dunolmensis, Humfridi Ducis Gloucestriæ, Henrici Fitz Hugh *Chevaler Thesaurarii Angliæ*, Johannis de Arundell, Domini de Maltravers, Walteri Hungerford *Chevaler Seneschalli Hospitii Domini Regis &* Simonis Gaunstede *Custodis Rotulorum Cancellariæ prædicti Domini Regis, & aliorum ibidem præsentium:*

Ac idem Dominus Rex *Sigillum prædictum, in Bagâ illâ, ut prædictum est, consignatâ, præfato* Episcopo Dunolmensi *ibidem incontinenti liberavit:*

Et super hoc idem Episcopus Dunolmensis, *recepto Sigillo prædicto, idem Sigillum usque Wykham secum deferri fecit; & ibidem,*

parte et altera, Tractatum, Concordiam & Conclusiones, H. 5. m. 6.

* Quòd præfata Nobilis Domina Nobis & ad usum nostrum perpetuum Cedet & Dimittet, & in Nos & Personam nostram * IX.
Transferet, omne Jus, Titulum, Dominium directum & utile, 473.
ac omnem Possessionem naturalem & civilem, omnimodasque Actiones, reales & personales, temporales & perpetuas, ad eam quomodocumque in Villa, Castro, Baronia, & Castellania de Lesparra, & de Lesparrois, ac ad ea, cum omnibus suis Pertinentiis, spectantia seu pertinentia,

Et consimiliter Faciet præfata Nobilis Domina, Cedetque, & Transferet in Nos & Personam nostram, ac ad usum nostrum perpetuò Dimittet, omnia Jus, Titulum, & Dominium utile & directum, quæ quomodocumque habet vel habere poterit in Loco, Dominio, & Potestate de Bruh & de Carquans, de Rosan & de Pinons, Quancon & de Balisac, & ad ea, cum omnibus suis Pertinentiis; pro quibus à nobis Recipiet præfata Domina certas Pecuniarum Summas in Terminis ad hoc limitatis; prout hæc & alia in quadam INDENTURA, inter ipsam Dominam *Johannam* & præfatum *Willielmum* exinde CONFECTA, Sigilloque ipsius Dominæ *Johannæ* & Signo & Subscriptione *Petri Arnaldi de Pardias* Notarii Publici CONSIGNATA, pleniùs continetur, cujus INDENTURÆ Copiam penes Nos sub Publico Instrumento retinemus,

Quos quidem Tractatum, Concordiam, & Conclusiones, inter dictam *Nobilem Dominam* & prædictum *Willielmum* Nomine nostro factos, sicut & prout in dicta INDENTURA continetur, Ratos, Gratos, & Firmos habuimus, & etiam habemus per Præsentes,

Nos,

De circumspecta Prudentia ipsius *Willielmi* & Fidelitate sincera pleniùs confidentes,

Ipsum *Willielmum*, Tenore Præsentium, Facimus, Ordinamus, & Constituimus nostrum Commissarium, Procuratorem, Negotiorum Gestorem, & Nuncium specialem,

Dantes & Concedentes eidem *Willielmo*, pro Nobis & Nomine nostro, generalem Potestatem, & Mandatum speciale, prædicta Villam, Castrum, Baroniam, & Castellaniam de Lesparra & de Lesparoys, necnon Locum de Bruh & de Carquans, de Roisan & de Pinons, Quancon & de Balisac, cum omnibus & singulis eorum Pertinentiis à præfata Domina, vel ab ejus ad hoc Deputato, Recipiendi,

Eorumque omnem Possessionem Ingrediendi, Nanciscendi, & Continuandi,

Et Pecuniarum Summas, Nomine nostro promissas, Solvendi,

Et Acquietantias de Solutis Accipiendi,

Omniaque & singula, in præfata INDENTURA promissa & conscripta, quatenus Nos concernunt, Complendi, Perficiendi, &, quatenus expedire viderit, supradicta omnia & singula de novo Contrahendi, Firmandi, & Concludendi,

Necnon, cùm Possessio hujusmodi per ipsum *Willielmum* Nomine nostro nacta & apprehensa fuerit, Villam, Castrum, Baroniam, & Castellaniam, ac Loca, & Dominia alia supradicta, Gubernandi, & ad Opus nostrum Administrandi,

Jurisdictionem omnimodam altam & bassam, ac merum & mixtum Imperium, ad Villam, Castrum, Baroniam, & Castellaniam, ac Loca & Dominia alia supradicta quomodolibet pertinentia, liberè Exercendi,

Omnesque & singulas Causas Criminales & Civiles in eisdem Villa, Castro, Baronia, & Castellania, ac Locis, & Dominiis aliis supradictis, quandocumque emergentes, Examinandi, Discutiendi, & Terminandi,

Sententias, insuper, quascumque, per ipsum seu ejus Commissarios ferendas, debitè Exequendi,

Fructusque, Redditus, & Proventus, ex eis qualitercumque Provenientes, necnon Homagia, Fidelitates, Sacramenta, & alia quæcumque Servitia, ipsis Dominiis vel quibuscumque eorumdem à quibuscumque Personis debita, nomine nostro Exigendi & Recipiendi,

Alium, vel alios, Commissarium, vel Commissarios, Procuratorem, vel Procuratores, loco sui Substituendi, & Substitutos hujusmodi Revocandi quotiens sibi videbitur oportunum,

Cæteraque omnia & singula Faciendi, Exercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale, & quæ Nos facere possemus si ibidem essemus in Persona præsentes;

Promittimus insuper, bonâ fide & in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per præfatum *Willielmum* Actum, Gestum, vel Procuratum fuerit in Præmissis, & quolibet Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste

... de Lesparra & de Lesparrois, ac ad ea, cum omnibus suis Pertinentiis, spectantia sive pertinentia,

Et consimiliter quòd vos Facietis, Cedetisque, & Transferetis in Nos, & Personam nostram, ac ad usum nostrum perpetuò Dimittetis omnia Jus, Titulum, & Dominium utile & directum, quæ quomodocumque habetis vel habere poteritis in Loco, Dominio, & Potestate de Brulh & de Carpuans, de Roisan & de Pinons, Quancon & Belizak, & ad ea, cum omnibus suis Pertinentiis; pro quibus à Nobis recipietis certas Pecuniarum Summas in Terminis ad hoc limitatis; prout hæc & alia in quadam INDENTURA, inter vos & præfatum *Willielmum* inde CONFECTA, Sigilloque vestro ac Signo & Subscriptione *Petri Arnaldi de Perdias* Notarii Publici CONSIGNATA, pleniùs continentur,

Ac Nos,

De circumspecta prudentia ipsius *Willielmi* & fidelitate sincera pleniùs confidentes,

Ipsum *Willielmum*, per Literas nostras Patentes, Fecerimus, Ordinaverimus, & Constituerimus nostrum Commissarium, Procuratorem, Negotiorum Gestorem, & Nuncium specialem,

Dantes & Concedentes eidem *Willielmo*, pro Nobis & nomine nostro, generalem Potestatem, & Mandatum speciale, prædicta Villam, Castrum, Baroniam, & Castellaniam de Lesparre & de Lesparrois, necnon Locum de Brulh & de Carquans, de Roisan & de Pinons, de Quancon & de Balizak, cum omnibus & singulis eorum Pertinentiis, à vobis vel à vestro ad hoc Deputato Recipiendi,

Eorumque omnem Possessionem Ingrediendi, Nanciscendi, & Continuandi,

Et Pecuniarum Summas, Nomine nostro promissas, Solvendi,

Et Acquietantias de Solutis Accipiendi,

Omniaque & singula, in præfata INDENTURA promissa & conscripta, quatenus Nos concernunt, Complendi & Perficiendi,

Et, quatenus expedire viderit, supradicta omnia & singula de novo Contrahendi, Firmandi, & Concludendi,

Ac quædam alia, in dictis Literis nostris contenta, Faciendi & Complendi, prout in eisdem Literis plenius continetur,

Et ideò vos Requirimus, specialiter Exorantes, quatinus eidem *Willielmo* Villam, Castrum, Baroniam, Castellaniam, Loca, & Dominia alia supradicta nomine nostro liberetis, seu per Deputatos vestros in hac parte liberari faciatis, juxta vim & effectum Tractatûs, Concordiæ, & Conclusionis prædictorum, ipsumque corporalem Possessionem in eisdem, Nomine nostro prædicto, pacificè habere permittatis,

Recipiendo de præfato *Willielmo* Summas, in prædictis INDENTURIS vobis promissas.

Teste Rege apud *Porchestre* vicesimo quarto die Julii.

Per ipsum Regem.

ET Mandatum est *Gailhardo de Marraben*, Castellano Villæ & Dominii de Lesparra & de Lesparrois, quòd,

Postquam idem *Willielmus* Possessionem de Villa, Castro, Baronia, & Castellania, ac Locis, & Dominiis aliis supradictis, Nomine Regis, receperit,

Eidem *Willielmo*, tanquam Commissario, Procuratori, Negotiorum Gestori, ac Nuncio nostro in Præmissis speciali, ac ejus Commissariis & Procuratoribus, in omnibus, quæ ad Regem pertinent, in hac parte, pareat & intendat cum effectu.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

* IX. 475. * ET Mandatum est *Willielmo Ays de Bonoc* Armigero, Capitaneo Castri de Lesparra, quòd,

Postquam, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

ET Mandatum est *Amanyn de Puch* Armigero, & Capitaneis de Roisan & de Pinons, quòd,

Postquam, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

ET Mandatum est universis & singulis Abbatibus, Prioribus, Baronibus, Militibus, & aliis Fidelibus & Subditis Regis, tam Clericis, quàm Laicis de Villa, Castro, Baronia, & Castellania de Lesparra & de Lesparrois, ac Loco, Dominio, & Potestate de Brulh & de Carquans, de Roisan & Pinons, de Quancon & de Balizak, quòd,

... *hannis Ducis Bedfordiæ* intimè confidentes,

Constituimus ipsum *Ducem* Custodem dicti Regni nostri ac Locum nostrum tenentem in eodem Regno, dum extra eidem Regnum nostrum moram fecerimus, vel donec aliud inde duxerimus Ordinandum,

Damus autem universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Communitatibus, Vicecomitibus, Liberis Hominibus, Ballivis, Ministris, & omnibus Fidelibus nostris, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd præfato *Duci*, tanquam Custodi dicti Regni nostri & Locum nostrum tenenti in eodem, Intendentes sint, Respondentes, ac Consulentes, & Auxiliantes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Porchestre* vicesimo quinto die Julii.

Per ipsum Regem.

De Potestate prædicto Locumtenenti concessa.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1417.

Sciatis quòd, *An. 5. H. 5.*

Cùm, *&c. ut supra usque ibi*, duxerimus Ordinandum, *& tunc sic* *Ibidem.*

Nos,

Volentes quieti Prælatorum, Magnatum, & aliorum Fidelium nostrorum dicti Regni nostri, dum Absentes fuerimus, providere,

Eidem Custodi dicti Regni nostri Angliæ & Locum nostrum tenenti in eodem plenam Concessimus Potestatem & Auctoritatem specialem, tam Parliamenta, quàm Concilia, infra dictum Regnum nostrum, Tenendi,

Et Prælatos, Magnates, & Proceres, ac Comunitates dicti Regni nostri, cum tempus exegerit vel necesse fuerit, Convocandi & Summonendi, & cum ipsis Consulendi,

Et ea, quæ Nobis & Regno nostro prædicto necessaria fuerint vel oportuna, de assensu Parliamentorum & Conciliorum hujusmodi, Faciendi, Ordinandi, & Disponendi,

Et ea, quæ de assensu Parliamentorum & Conciliorum hujusmodi Ordinata, Tractata, vel Concordata fuerint, Executioni debitè vice nostra demandari Faciendi,

* Necnon Capitulis Ecclesiarum Cathedralium & Conventualium, per Mortem, Cessionem, seu quovis alio modo Vacantium, cum hujusmodi Vacationes prædicto Custodi per dicta Capitula præsentatæ fuerint, Concedendi Licentiam Eligendi Personas idoneas in Pastores & Præsidentes Ecclesiarum prædictarum, * IX. 476.

Et cum, de Licentia prædicta, Electiones in dictis Ecclesiis fuerint celebratæ, & Personæ Electæ, per Literas dictorum Capitulorum, Nobis vel sibi nostro Nomine præsentatæ, Assensum & Favorem Regium singulis hujusmodi Electionibus (nisi rationabilis Causa subfuerit quare dictis Electionibus hujusmodi Assensus denegari debeat) adhibendi,

Et ulterius, pro Confirmatione Electorum, quibus sic adhibetur Assensus, illis, ad quos pertinet, more solito transcribendi,

Ac, cum Electiones hujusmodi confirmatæ fuerint, & de hoc per Literas Diœcesanorum Locorum prædictorum præfato Custodi constiterit, Fidelitates, Nobis de Minoribus Prælatis in hac parte debitas, Recipiendi, ac Temporalia sua Restituendi,

Ita quòd idem Custos à Majoribus Prælatis, sic Electis, non recipiat Fidelitates, nec Temporalia Ecclesiarum, ad quarum Regimen eliguntur seu postulantur, Liberet seu Restituat quousque Nos super hoc duxerit consulendos, aut aliud à Nobis inde habuerit in Mandatis,

Et quascumque etiam Fidelitates, pro quibuscumque Terris, Tenementis, seu Hæreditatibus Nobis debitas, Recipiendi,

Ac Terras, Tenementa, & Hæreditates hujusmodi illis, ad quos pertinent, prout justum fuerit, Liberandi & Restituendi,

Homagiis, Nobis pro dictis Terris, Tenementis, & Hæreditatibus debitis, reservatis, quæ usque Reditum nostrum in Angliam volumus, pro Fine rationabili, in Cancellaria nostra faciendo, Respectuari,

Volumus enim quòd idem Custos omnia Præmissa, ac omnia alia & singula Gubernationem suam tangentia & concernentia, de Assensu & Deliberatione Concilii nostri, & non aliter, faciat & exequatur.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

Cujus Commissionis Vigore,

Habito inter Nos &, Honorabiles Viros, Dominum *Willielmum de Campo diversa* Militem, Magistrum *Henricum Godebals* Decanum Leodiensem, & Magistrum *Georgium de Ostende*, Ambassiatores Domini *Ducis Burgundiæ*, ad hoc sufficienti Potestate fulsitos, aliquali Tractatu de & super Cursu Mercandisarum ac Securitate Mercatorum, Clericorum, Peregrinorum, Piscatorum, & aliarum quarumdam Personarum unius & alterius Partis,

Inspectisque per Nos, Commissarios antedictos, Treugis, Guerrarum Abstinentiis, sive Securitatibus, ac Literis desuper inde confectis, inter, recolendæ memoriæ, Dominum *Henricum*, Dei Gratiâ, *Regem Angliæ & Franciæ*, & Dominum Hiberniæ, Patrem dicti Domini Regis Moderni, ex parte una, ac, illustrem Principem, Dominum *Johannem Ducem Burgundiæ*, ex alia, initis, factis, sive Concordatis, per unum Annum, à tempore Publicationis earumdem, duraturis,

Quæ quidem Treugæ, sive Securitates Annales, licet, iteratis vicibus, tam per, recolendæ memoriæ, Dominum nostrum *Regem Defunctum*, quàm per Metuendissimum Dominum nostrum *Regem Modernum*, Prorogatæ fuissent & Continuatæ; videlicet,
* IX. usque ad Quintumdecimum * Diem Mensis Junii proximò præ-
477. teritum; lapso tamen illo Quintodecimo Die finaliter expirârunt, prout ex ipsarum Treugarum principalium & Prorogationum prædictarum Tenoribus (quos hic haberi volumus pro expressis, liquet manifestè)

Nos verò, *Henricus Ware*, & *Willhelmus Clifford* antedicti, de consensu & assensu dictorum Ambassiatorum *Ducis Burgundiæ*, nobiscum in hac parte concludentium & concordantium,

Utilitatibus & commoditatibus diversis, quæ ex infrascriptis poterint utrique parti verisimiliter evenire, debitè consideratis,

Dedimus vobis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem Ordinandi, Constituendi, Deputandi, & Substituendi certos notabiles & sufficientes Commissarios, ad Tractandum & Communicandum cum illis de Villa & Castro de Baieus, in Ducatu nostro Normanniæ, de & super omnibus Negotiis, Causis, & Materiis, Deliberationem sive Sursum Redditionem Villæ & Castri prædictorum in manus nostras qualitercumque concernentibus, prout eisdem Commissariis melius pro Commodo & Honore nostris videbitur expedire,

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid nomine nostro feceritis in Præmissis.

Teste Rege apud *Abbatiam Regis Sancti Stephani de Cadomo*, in Ducatu Regis Normanniæ, decimo nono die Septembris.

Per ipsum Regem.

Pro Inhabitantibus Baieus.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid.

Sciatis quod Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, Concessimus omnibus & singulis Villam nostram de Baieus, in Ducatu nostro Normanniæ, Inhabitantibus & Inhabitaturis, & sub Fide & Ligeantia nostris manentibus, omnia & singula Libertates, Privilegia, & Franchesias, quæ ipsi vel Prædecessores sui, eandem Villam pro tempore inhabitantes, ex Concessione aliquorum Progenitorum nostrorum, sub quacumque forma Verborum, hactenus habuerunt, necnon omnia & singula Dominia, Maneria, Terras, Tenementa, Redditus, Possessiones, & Bona sua mobilia quæcumque.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

De Conductu pro Capitaneo Castri de Cadomo.

REX, per Literas suas Patentes, usque vicesimum tertium diem Septembris proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. *Willielmum Dominum de Montenay*, in Castro Regis de Cadomo, in Ducatu suo Normanniæ, ad præsens existentem, ab eodem Castro, cum tot Personis, in eodem Castro Regis similiter existentibus, quot cum eodem *Willielmo* ire voluerint, ad quascumque partes Regni sui Franciæ sibi placuerit, transeundo (videlicet) Milites, Armigeros, & Soldarios, Equos, & Hernesia sua, ac Vesturam Corporum suorum (exceptis Balestis & aliis Artillariis quibuscumque) necnon Pecunias suas proprias in Auro, Argento, seu alio quocumque genere Monetæ, usque Summam Duorum Milium Scutorum, Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid.

Ac etiam Burgenses Villæ Regis de Cadomo, & Vesturam suam eorum Corporibus pertinentem, & etiam omnem Ornatum, Apparatum, seu Habilimentum pro Corporibus & Capitibus Dominarum, Ancillarum, & aliarum Fœminarum in eodem Castro existentium;

• Proviso semper quòd ipsi quicquam, quod in Regis Contemptum vel Præjudicium, aut Populi sui Dampnum, aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu præsumant quovis modo attemptare, quodque nullus cum præfato *Willielmo* Transeuntium Proditor Regis existat. • IX. 494.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Abbatiam Regis Sancti Stephani de Cadomo*, in Ducatu Regis Normanniæ, vicesimo die Septembris.

Per ipsum Regem.

De salvo Conductu pro Mille Personis ab eodem Castro.

REX, per Literas suas Patentes, per idem tempus duraturas, suscepit in salvum, &c. Mille Personas vel infra, in Castro prædicto existentes, cujuscumque Conditionis fuerint, ab eodem Castro usque Villam de Phaleys, in Ducatu Regis prædicto, transeundo (videlicet) Milites, Armigeros, & Soldarios, Equos, & Hernesia sua, ac Vesturam Corporum suorum (exceptis Balestis & aliis Artillariis quibuscumque) ac etiam Burgenses, *&c. ut supra usque ibi*, existentium, *& tunc sic*, Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid.

Necnon omnia Bona sua, quæ secundum formam Conventionum, inter, carissimum Consanguineum Regis, *Ricardum Comitem*

Tranquillitatem ac publicum & universale Bonum, nedùm Angliæ & Franciæ Regnorum, verum etiam totius Cristianitatis concernentibus,

Reverendo in Christo Patri, *Reginaldo Archiepiscopo Remensi*, Magistro *Johanni Tuderti* Decano Ecclesiæ Parisiensis, *Johanni de Vayly* in Curia Parliamenti Parisius Præsidenti, *Gilberto de Monstiers* Domino de la Fayeta, *Johanni Louvet* Magno Magistro Domûs Consanguineæ nostræ Consortis *Consanguinei & Adversarii nostri* Franciæ, Militibus, Magistris, *Roberto de Tuleriis*, & *Goutero Colli*, *Consanguinei & Adversarii nostri* prædicti Ambassiatoribus & certis Nunciis specialibus,

Quos apud Nos idem Consanguineus & Adversarius noster, pro Tranquillitate & communi Bono totius Cristianitatis, ut asserit, transmittere disponit,

Nostrum salvum & securum Conductum Dedimus & Concessimus, Damusque & Concedimus per Præsentes,

Ac ipsos & eorum quemlibet in nostram Protectionem, Tuitionem, salvam & specialem Gardiam suscepimus & posuimus, suscipimus & ponimus,

Pro veniendo, tam per Terram, quàm per Mare & Aquam, liberè, tutè, & securè usque Villam de Honnefleu in Ducatu nostro Normanniæ, & alium Locum quemcumque, inter Villam prædictam & Villam nostram de Tonque, in eodem Ducatu nostro, inter eos & certos Commissarios nostros, in hac parte deputandos, assignandum, per omnes Civitates, Villas, Castra, & alia Loca quæcumque, tam dictorum Regnorum Franciæ & Angliæ, & Ducatûs nostri prædicti, quàm alibi Ditioni nostræ subjecta, cum Centum & Quinquaginta Personis & infra in eorum Comitiva, Equestribus vel Pedestribus, cum eorum Equis, Hernesiis, Auro, Argento, Jocalibus, Libris, Catallis, & aliis Bonis quibuscumque;

*IX. 495. * Et ideò vobis, & cuilibet vestrûm, prout ad eum pertinuerit, Præcipimus & Mandamus, districtius injungentes, quatinus prænominatos Ambassiatores & certos dicti *Adversarii nostri* Nuncios speciales, insimul, vel per Partes, & eorum quemlibet in solidum, cum eorum Equis, Hernesiis, Auro, Argento, Literis, & aliis Rebus & Bonis suis quibuscumque, per omnes Civitates, Villas, Castra, & alia Loca quæcumque, tam dictorum Regnorum Franciæ & Angliæ, & Ducatûs nostri prædicti, quàm alibi Ditioni nostræ subjecta, ex Causis prædictis veniendo usque dictam Villam de Honnefleu in eodem Ducatu nostro, & alium Locum quemcumque, inter dictam Villam de Honnefleu, & dictam Villam nostram de Tonque, in dicto Ducatu nostro, inter eos & certos Commissarios nostros, in hac parte deputandos, assignandum, ibidem morando, & exinde ad dictum *Consanguineum & Adversarium nostrum* redeundo, Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis;

Non Inferentes eis, aut eorum alicui, seu, quantum in vobis & quolibet vestrûm est & erit, ab aliis inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen in Corporibus sive Bonis quibuscumque, ratione Guerræ Attemptatorum, Reprisaliæ, Incursûs, vel aliàs quovis modo,

Et, si quid eis vel eorum alicui Forisfactum sive Injuriatum fuerit, in Terra, vel in Mari (quod absit) id eis & eorum cuilibet sine dilatione debitè corrigi, restitui, & emendari faciatis;

Proviso semper quòd ipsi & eorum quilibet erga Nos & Populum nostrum benè & honestè se gerant & habeant, & quicquam, quod in nostri contemptum vel præjudicium aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu faciant quomodolibet attemptari, & quòd aliquis Personarum prædictarum Proditor noster aut extra Regnum nostrum Angliæ Bannitus seu abjudicatus non existat.

In cujus, &c. usque Festum omnium Sanctorum proximo futurum duraturas.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* in Ducatu Regis prædicto vicesimo quarto die Septembris.

Per ipsum Regem.

Pro Abbatissa Sancti Laurentii de Cordillon.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibidem. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem

Sciatis quòd Nos (de Gratia nostra speciali) Concessimus *Johannæ du Marchie Abbatissæ Sancti Laurentii de Cordillou*, in Ducatu nostro Normanniæ, quòd Ipsa & Successores sui, Abbatissæ Loci prædicti, & Moniales, ibidem pro tempore existentes, Abbatiam illam possidere & inhabitare, ac omnibus Maneriis, Terris, Tenementis, Molendinis, Redditibus, & Servitiis, ac Advocationibus Ecclesiarum, & omnibus aliis Franchesiis & Libertatibus quibuscumque, eidem Abbatiæ, infra Ducatum nostrum præ-

tatem.

Sciatis quòd Nos, 1417. An. 5.

De Fidelitate & Circumspectione vestris pleniùs confidentes, H. 5.

Dedimus vobis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem ad omnes & singulos de Dominio Danvilliers, in Ducatu nostro Normanniæ, & partibus ibidem Vicinis, qui ad Gratiam & Pacem * nostram venire, & sub Fide & Ligeantia nostris morari volunt, ad easdem Gratiam & Pacem nostras Recipiendum & Admittendum, Ibid. *IX. 496.

Ac omnes & singulos Partium adjacentium,

Excepto *Dominio d'Ange*, quod, carissimo Fratri nostro, *Thomæ Duci Clarentiæ* & Hæredibus suis Concessimus, & quod sibi solum pertinere volumus pro Terris & Tenementis suis,

Ad Redditum, nobis annuatim solvendum, ponendum, & assedendum,

Proviso semper quòd Nos de Nominibus omnium & singulorum, quos ad hujusmodi Gratiam & Pacem nostras receperitis & admiseritis,

Ac de Nominibus illorum, quos ad hujusmodi Annuum Redditum, nobis, ut præmittitur, solvendum, posueritis, sub Sigillo vestro, de tempore in tempus, distinctè & apertè certificetis.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* in Ducatu Regis Normanniæ vicesimo sexto die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Potestate ad Tractandum, cum Franciæ Ambassiatoribus super omnibus Pacem concernentibus.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Norm. 5. H. 5. m. 24

Licet inter nonnullos Ambassiatores & Deputatos nostros, ex parte una, & Ambassiatores & Deputatos *Adversarii nostri Franciæ*, ex altera, de & super Contentionibus, Petitionibus, Quæstionibus, Demandis, ac Discordiis inter *Nos*, & præfatum *Adversarium nostrum*,

Tam super Coronâ & Regno nostro Franciæ, quam aliis Terris, Dominiis, Juribus, & Rebus, inter Nos & præfatum Adversarium hactenus motis & dependentibus,

Ac, pro Quiete, Tranquillitate, & Pace perpetuâ inter Franciæ & Angliæ Regna, variæ & diversæ Prolocutiones & Tractatus habiti fuerint & facti,

Qui tamen, absque nostris dolo, negligentiâ, vel culpâ, separatum nequaquam hactenus sortiti sunt effectum,

Nos tamen,

Ut sæpius & semper Dei Honorem, Exaltationem Fidei Catholicæ, & Evitationem effusionis Sanguinis Christiani, & Quietem & Tranquillitatem inter præfata Angliæ & Franciæ Regna nostra, Summis desideriis, quantum cum Deo possumus, affectantes, & industriâ, carissimorum Consanguineorum nostrorum, *Ricardi Comitis Warwicæ*, & *Edwardi Courtenay*, ac, dilectorum & fidelium nostrorum, *Walteri Hungerford*, *Thomæ Chaucers*, *Johannis Waterton*, & Magistri *Johannis Kemp*, plenam gerentes fiduciam,

Ad Conveniendum, Communicandum, Componendum, Transigendum, ac plenè & finaliter Concludendum & Concordandum, pro Nobis & Nomine nostro, cum Ambassiatoribus, & Deputatis, ac Nunciis *præfati Adversarii nostri*, plenam & sufficientem in hac parte Potestatem habentibus, de & super omnibus & singulis Debatis, Contentionibus, Petitionibus, Quæstionibus, Demandis, Discordiis, & eorum Materiis, cum suis incidentibus, & connexis, inter *Nos*, & præfatum *Adversarium nostrum* qualitercumque pendentibus, sive motis, vel movendis,

Et generaliter super omnibus & singulis, Quietem, & Tranquillitatem, & Pacem præfatorum Regnorum concernentibus,

Ac de & super omnibus & singulis, ab eisdem Fidelibus nostris, cum Ambassiatoribus, Deputatis, seu Nunciis dicti *Adversarii nostri*, in Præmissis, vel eorum aliquo, appunctuatis, concordatis, conclusis, seu compositis, per Nos benè & fideliter observandis, in Animam nostram Jurandi,

Literas etiam sigillatas, Obligationes, & alterius cujuscumque generis Securitates & Cautiones, in hac parte conventas, concordatas, seu requisitas, pro Nobis & Nomine nostro, Dandi, Faciendi, & Exponendi; quas parem & eundem effectum & vigorem habere volumus, ac si Nos in Personâ nostrâ eas daremus, faceremus, seu exponeremus,

Ac quoscumque Tractatus per eos, cum dicti *Adversarii nostri* Ambassiatoribus, Deputatis, sive Nunciis, captos sive habitos, prout eis videbitur expedire, Prorogandi & Continuandi,

gnio signatas,

Quæ omnia & singula supradicta nos facturos, impleturos, & observaturos, nec, ullo unquam tempore, eis, vel alicui eorumdem, nos contraventuros, promittimus sub Ypotecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, tam præsentium, quam futurorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo*, in Ducatu Regis Normanniæ primo die Octobris.

Per ipsum Regem.

De Potestate ad Tractandum, cum eisdem, super Treugis.

Ann. D. 1417. *An. 5. H. 5. Ibid.*

REX, Omnibus ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Ad Honorem Dei, & humani Sanguinis effusionem evitandum, aliaque Guerrarum & Bellorum effugienda Discrimina, quæ de facili nequeunt enarrari,

Ac ut ad Tranquillitatem, Quietem, & Pacem inter Franciæ & Angliæ Regna nostra facilius valeat perveniri,

Carissimis Consanguineis nostris, *Ricardo Comiti Warwicæ*, & *Edwardo Courtenay*, ac, dilectis & fidelibus nostris, *Waltero Hungerford*, Militi, *Thomæ Chaucers*, *Johanni Waterton*, & Magistro *Johanni Kempe* (de quorum circumspectione & industriâ plenam fiduciam gerimus) necnon Quinque, Quatuor. vel Tribus ex eis, ad Conveniendum, quibuscumque temporibus atque Locis eis videbitur expedire, cum Ambassiatoribus, Deputatis, seu Nunciis *Adversarii nostri Franciæ*,

Necnon ad Communicandum, Tractandum, Concordandum, & Concludendum, Nomine nostro, cum eisdem, plenam in hâc parte Potestatem habentibus, de & super Treugis, tam generalibus, quam particularibus, tam per Terram, quam Aquam & per Mare, ubicumque inter Nos, Subditos, Amicos, Confœderatos, & Alligatos nostros quoscumque, ex parte unâ, & præfatum *Adversarium nostrum*, suosque Subditos, Amicos, Confœderatos & Alligatos quoscumque, ex altera,

Necnon Treugas hujusmodi quascumque, sic Concordatas & Conclusas, Firmandi,

Ac de eis, pro parte nostrâ, benè & fideliter observandis, ac quantum in Nobis est observari faciendis, in Animam nostram Jurandi,

Ac Custodes & Conservatores Treugarum hujusmodi, necnon Judices qui corrigere, reparare, & reformare valeant singula quæ contra Tenorem, Vim, & Effectum Treugarum, sic captarum in Terrâ, Aquâ, vel Mari, attemptari contigerit, Dandi, Ordinandi, & Deputandi,

Omniaque alia & singula Faciendi, Excercendi, & expediendi quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale,

Plenam Committimus, ac, Tenore Præsentium, Committimus Potestatem;

Promittentes insuper, bonâ fide, & in verbo regio, Nos Ratum, Gratum, Firmum, ac Stabile habituros & observaturos quicquid per dictos Commissarios, seu Deputatos nostros, aut Quinque, Quatuor, vel Tres eorum, nomine nostro, Actum, Concordatum, seu Conclusum fuerit in Præmissis, & quolibet Præmissorum,

Ac quòd super ipsis, sic Concordatis, seu Conclusis, dabimus, si petantur, Literas nostras Confirmatorias, Magno nostro Sigillo sigillatas.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

• IX. 498. * *Commissio ad Tractandum ex parte Franciæ.*

Ann. D. 1417. *An. 5. H. 5.* Tiberius B 6 fol. 106. *A.*

CHarles, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, a tous ceux qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Savoir faisons que,

Pour l'Honneur & Reverence de Dieu, & pour eschever l'effusion de Sang Humain, & les autres Maulx & Dommages, innumerables & irreparables, survenuz pour le fait & occasion des Guerres, qui le temps passe ont este entre noz Predecesseurs Rois de France & Nous, d'une Part, & nostre *Adversaire d'Angleterre*, d'autre Part, & qui vraisemblablement sont en Disposition, de Jour en Jour, d'avenir se Provision & Remede convenable n'y estoient mis,

Desirans, de tout nostre Cuer, venir a bonne Paix & Con-

ment, ... *me de Meaulson* Chevaliers, nos Chambellans, Maistre *Robert de Tulliers*, & Maistre *Goutier Coll* nostre Premier Secretaire,

Yceulx ensemble, les Six, Cinq, Quatre, ou Trois d'iceulx avons Ordonnes, Commis, & Deputez, Ordonnons, Commettons, & Deputons, par la Tenour de ces Presentes, pour & en Lieu de Nous, d'eulx transporter & assembler en la Presence de nostre *dit Adversaire*, ou avec ces Ambaxateurs, ordonnez, commis, & deputez par nostre dit Adversaire, & avecques quellezconques autres Personnes, de quelque Estate qu'elles soient, a ce Commises, pour & ou Nom de Lui, pour le bien & acceleration des Choses dessusditz & de leurs Circonstances, Connexes, Adjacences, & Dependences quelzconques,

Et avons Donne, & Donnons, par ces Presentes, a tous ensemble, aux Six, Cinq, Quatre, ou Troys d'iceulx plain Povoir, Auctorite, & mandement especial de exposer, depar Nous, nostre bonne Entention quant a ce,

De oir toutes & quelxconques Choses que leur seroient Dictes, Touches, Parlees, Ouvertees, ou Annonciees par nostre dit Adversaire, ou ses Commis & Deputez, soit par Traite d'Aliance & d'Affinite, ou autres voies,

Par les quelles, ou aucunes d'icelles, *Nous & nostre dit Adversaire*, nos Royaume & Subgiz, noz Amiez & Alliez, purrions venir aux biens de Paix & Tranquillite,

Et parailment, de leur Coste, Ouvrir, depar Nous, toutes Voyes & Manieres raisonnables, prouffitables, & honneurables au bien des dessusdiz Roiaumes de France & d'Angleterre par lesquelles l'en puisse eschever l'Effusion de Sang Humain, &, a l'Aide de nostre Creatour, parvenir aux biens d'Amour & de Concorde,

Et aussi de Requerir, Demander, Traictier, & Composer, & Respondere, Transiger, Pacificer, & finablement & plainement Convenir, Fermer, & Accorder sur touz Debas, Contentions, Querelles, Questions, Guerres, Riotez, & Discordes, meuz & a mouvoir entre *Nous*, & noz Royaume, Subgiez & Seigneuries, Amiz, Alliez, Aidans, & Adherens quelxconques, deca & dela la Mer, d'une Part, & *nostre dit Adversaire*, sez Royaume, Subgez, & Seigneuries, Amiz, Allies, Aidans, & Adherens quelxconques, deca & dela la Mer, d'autre Part, ensemble tous leurs Articles, Circonstances, Incidences, Emergences, Dependences, & Connexes,

Et, en oultre, avons Donne, & Donnons plain Povoir, Auctorite, & Mandement especial a noz dis Ambaxadeurs, aux Six,
Cinq, Quatre, ou Troys d'iceulx, en tant que mestier en seroiet,
de Traitier & Accorder avec lez diz Commis & Deputez, de la
Partie de nostre dit Adversaire, du Temps & d'un * Lieu de la • IX.
Convention & Assemble de *Nous* & de nostre *dit Adversaire*, 499.
pour mieulx Fermer & Conclurre la dit Paix final,

Et tout quanque sera ainsy Requis, Demande, Traictie, Compose, Respondu, Transige, Pacifice, Promis, Jure, Convenu, Ferme, & Accorde par noz dessusdiz Ambaxadeurs, les Six, Cinq, Quatre, ou Trois d'iceulx, pour *Nous* & nostre Partie, avecques nostre dit Adversaire, ou ses Commis & Deputez (aians a ce souffisant Povoir, comme dit est) Affermer & Affenter par Foy & Serement, sur les Seintes Euvangiles de Dieu a Jurer en l'Ame de Nous,

Et Donner & Ottroier, sur ces Choses, & leurs Circonstances & Dependences, toutes Manieres de Cautions & Seurtes, Promesses, Obligations, & Lettres, en Forme deue, soubz leurs Seaulx, ou des Six, Cinq, Quatre, ou Trois d'iceulx,

Promettons avoir agreables, & les Confermer par les nostres, se mestier est, & requis en Sommes, & de les Faire, Executer, Expedier, & Accomplir & tous Articles, qui seront accordes, de Point en Point, pour Nous & nostre Partie, pour le bien de Paix, sans Fraude & mal engin, si avant comme Nous mesmez ferions & faire pourrions, se en nostre propre Personne y estoions Present,

Et aussy de faire Expedier tous autres Articles, qui aucunement purroient appartenir a la bonne Perfection & Accomplissement dez diz Traitiez & Accordes, de quelque Nature qu'ils soient, suppose qu'ils requeissent plus especial Mandement,

Et ce Promettons, en bonne Foy, & en Parole de Roy, sur la Caution & Obligation de tous noz Biens, presens & advenir, sans jamais Faire, Dire, ne Proposer aucune Chose au contraire par Nous, ne par autre, en Jugement, ne dehors.

En Tesmoing, de ce Nous avons fait mettre nostre Seel a ces presentes Lettres.

Donne a *Paris* le second Jour d'Octobre l'An de Grace Mille Quatre Cens dix Sept; Et le xxxviii. de nostre Reigne.

De

citra primum diem Mensis Septembris proximò futurum, per vos & dictas Personas Deferendum seu deferri faciendum,

Dantes & Concedentes vobis, & cuilibet vestrûm, Tenore Præsentium, plenariam Potestatem, & Auctoritatem, Nomine nostro, promittendi præfatis Personis, quod ipsæ, ad dictam Quindenam Sancti Johannis, promptam & fidelem Resolutionem ejusdem Summæ (videlicet, quælibet earum juxta quantitatem Summæ suæ) tam de Subsidio nostro Lanarum, Coriorum, & Pellium lanutarum, quàm de Subsidio nostro Trium Solidorum de Dolio, & Duodecim Denariorum de Librâ, absque ulteriori dilatione, percipient & habebunt,

Nosque vobis, & vestrûm cuilibet, ac eisdem Personis Literas nostras Patentes & Brevia inde, ac Tallias, & alia Waranta, sufficientia & necessaria in hac parte, juxta formam cujusdam Acti, in ultimo Parliamento nostro, apud Leycestriam tento, editi, fieri faciemus & Liberari;

Et ideo vobis Mandamus quod circa Præmissa diligenter Intendatis, ac ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Nos de toto Facto vestro in hac parte, sub Sigillis vestris, vel Unius vestrûm, citra dictum primum Diem Septembris, distinctè & aperte, certificantes.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium* xxiii. Die Julii, Anno Regni nostri Quarto.

Per Concilium.

---

* IX. 500.

** De Chevancia, propter maximam penuriam, non præstanda.*

Ann. D. 1417. *An. 5. H. 5. Ibid.* VEnerabilibus & Discretis Viris, Thesaurariis & Baronibus de Scaccario Domini nostri Regis *Johannis*, Miseratione Divinâ, *Abbas Exempti Monasterii Sancti Albani* Salutem in auctore Salutis.

Cum Nos Commissionarii, in Commissione Cedulæ consutâ Nominati (videlicet,) *Abbas præfatus de Sancto Albano*, *Johannes Leventhorp*, & *Johannes Hotoft*, Communicavimus & Tractavimus cum singulis notabilibus Personis hujus Comitatûs Hertfordiæ, Post Receptionem Privati Sigilli Domini nostri Regis, de & super Executione hujus Commissionis nobis directæ, melioribus viis & modis quibus sciverimus aut potuimus, ad Mutuum sive Chevanciam dicto Domino nostro Regi, in præsenti suâ necessitate, juxta vim & formam dictæ Commissionis, præstandum & concedendum,

Quæ quidem Personæ Examinatæ (quod dolenter referimus) maximam allegant Penuriam & Paupertatem, &, propter varias & plurimas necessitatis Causas inter ipsos regnantes, nullum adhuc Mutuum sive Chevanciam alicujus summæ præstare, sive Mutuum aut Chevanciam præfato Domino nostro Regi quoquomodo facere possunt.

In cujus rei Testimonium, Nos, præfatus *Johannes Abbas de Sancto Albano*, huic Certificationi Sigillum meum apposuimus.

Dat. apud *Sanctum Albanum* in Comitatu Hertfordiæ Sexto Die Mensis Octobris, Anno Regni Domini nostri Regis Quinto.

Sigilla de cerâ Rubrâ.

Dors.
Johannes Pyrient,
Johannes Garle,
Johannes atte Welle de Watford;
Robertus Thorn, *Thomas London*, *Henricus Syper*, } de Villa Sancti Albani.
Willielmus Hert, *Willielmus Hardwyk*, } de Villa de Ware.
Johannes Flaxmen, *Johannes Pycot*, } De Hychon.

Ann. D. 1417. *An. 5. H. 5. Pat. Norm. 5. H. 5. m. 23.*

De Recipiendo Normannos ad Gratiam Regis.

REX, Dilectis fidelibus suis, *Henrico Fitz Hugh*, & *Johanni de Nevill*, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumspectione vestra provida pleniùs confidentes,

Tom. IV. P. III.

in Ducatu Regis prædicto, vii. die Octobris.

Per ipsum Regem.

** De Protectione pro Religiosis.* * IX. 501.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1417. *An. 5. H. 5. Norm. 5. H. 5. m. 21. d.*

Sciatis quòd suscepimus in Protectionem & Defensionem nostras *Priorem & Conventum Domus de Valle Dei*, Ordinis Cartusiensis, in Ducatu nostro Normanniæ, unà cum *Domo de Lucouvrie* in eodem Ducatu nostro, Homines, Tenentes, Terras, Res, Redditus, & omnes Possessiones suas,

Nolentes quòd aliquis Ligeorum nostrorum (cujuscumque status, gradûs, seu conditionis fuerit) Domos prædictas, seu alteram earum, ad Victualia ibidem capienda seu habenda, aliqualiter ingrediatur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis d'Argenthen.* in Ducatu Regis prædicto ix. die Octobris.

Per ipsum Regem.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. *Ibid.*

Sciatis quòd suscepimus, *&c. ut supra*, *Abbatem & Conventum de la Bellerie*, in Ducatu nostro Normanniæ, Homines, Terras, Res, Redditus, & omnes Possessiones suas,

Nolentes quòd de Bladis, Fœnis, Equis, Bobus, Vaccis, Ovibus, Porcis, Carectis, Cariagiis, aut aliis Rebus, seu bonis suis quibuscumque, quicquam contra Voluntatem suam ad opus nostrum aut aliorum, aliqualiter capiatur;

Et hoc omnibus, quorum interest, innotescimus per Præsentes.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Consimiles Literas Regis de Protectione habent subscripti; videlicet,

Abbatissa & Moniales infra Forestam Regis de Gouffer, in Ducatu Regis Normanniæ commorantes

Abbatissa & Conventus Monasterii beatæ Mariæ Dominensis, in Ducatu Regis prædicto.

Magister, Fratres, & *Sorores Hospitalis Sancti Johannis de Sees*, in Ducatu Regis prædicto.

Prior & Conventus Sanctæ Barbaræ, Ordinis Sancti Augustini, in Ducatu, &c.

Abbas & Conventus Sancti Ebrulphi, in Ducatu Regis Normann.

Prior & Conventus de Lira.

Prior & Conventus Sancti Nicholai de Malo Passu.

Prior & Conventus de Vinam, ac Homines & Servientes sui, sub Fide & Ligeantia nostris existentes, necnon Terræ, Res, Redditus, & omnes Possessiones suæ,

Nolentes, *&c. ut supra.*

Magister & Fratres Hospitalis Domus Dei d'Alencon. in Ducatu Regis Normanniæ.

Abbas & Conventus beatæ Mariæ de Persenna.

Prior & Conventus de Sancta Scolastica.

Abbas & Conventus beatæ Mariæ de Sancto Andrea de Gouffer.

Abbas & Conventus de la Pelice.

Prior & Conventus de Gauleta.

Abbas & Conventus beatæ Mariæ de Silly, in Foresta Regis de Gouffer, juxta Villam Regis d'Argenthen, in Ducatu Regis Normanniæ.

Abbas & Conventus beatæ Mariæ de Sancto Petro supra Dynam.

Abbas Monasterii beatæ Mariæ de Belle Estelle, in Castellania Regis de Vire, in Ducatu, &c.

Priorissa & Conventus beatæ Mariæ de Villis Liquinent, juxta Villam Regis Falesiæ, in Ducatu, &c.

Prior de Moulins in Castellania Regis de Seynt Romy du Plain.

Appunctuamentum de l'Esgle. Ann. D. 1417.

L'AAPOINTMENT de la Rendue de la Tour, Forteresse, & Chastelerie de L'EGLE est tel, *An. 5. H. 5. Norm. 5. H. 5. m. 3.*

Que *Pierres Aubriot*, Lieutenant du Capitaine de L'ESGLE, & les

Ville, Terre, & Chastellerie du dit Lieu de L'Esgle, & auront touts lours Corps, & tourz leurs biens meubles fauvement, & leurs Heritages a la vollente de nostre dit Seigneur *le Roy*, sans paier aucun Rancoon:

Et outre fuit Dit & Appointe que tourz ceulx de la dite Ville, Terre, & Chastellerie, du dit lieu de l'Esgle, qui s'en sont Partis pour la doubte des Angloys, & pur autres Choses touchants leurs Marchandises, & autrement, purront Revenir Seurement en la dite Ville, Terre, & Chastellerie, sans payer aucune Rancoon, & auront lours Corps, & tourz leurs Biens meubles sauvement, & leur Heritages a la vollente de nostre dit Seigneur le Roy, come dit est; Des quels ils serront tenuz faire & paier, come dessus, les Rentes, Services, & Faisances qu'ils doivent.

Et ausi, s'aucuns de la dite Ville, Terre, & Chastellerie de l'Esgle, ont este Prins, ou ascuns de leurs Biens, enjourduy, ou depuis, ils serront Renduz leurs ditz Biens sanz payer aucune Rancoon;

Pourveu toutesfoiz qu'ils lesseront en le dit Toure & Forteresse toutes maneres d'Armures & d'Artillerie, Vitailles & Abillemens, appartenantz a la Toure & Forteresse, qui ne feront de leurs propres Biens come dit est.

En Tesmoignance de quelle chose les Parties dessusdiz ont mys leur Seaulz a ces Presentes.

Donne a *l'Esgle* le xiii. jour d'Octobre, l'An Mille Quatrecens, Dix Sept.

Appunctuamentum de Rugles.

Ann. D. 1417. *An.* 5. *H.* 5. *Ibid.*

L'Appointment de la Rendue du Chasteil de Forteresse du Rugles, & de touts les Seignuries d'icelles, est tel,

Que *Johan Duvelle* Escuier Seigneur de Champhault, Captaine du dit Chastell & Forteresse, & demourant a present ou dit Chastel, a Rendue ce dit Chastel & Forteresse a nostre Soveraine Seigneur *Roy de France & d'Engleterre*, & Seigneur d'Irland, en le mains de *Jehan de Neufeville*, Filz & Heriter a *Compte de Westmerland*, Gardein de la Westmarche d'Escoz, & *Henry Sire Fitz Hugh* Chambellain du Roy, & autres en telle manere,

Que le dit Compaignie, & touz Gentilz hommes, & autres, estans a present ou dit Chastell & demourans, s'en yront, leurs Corps, leurs Biens propres, Chevaulx & Hernois, & leur Valles, & touts leurs Abillemens de Guerre, francement & quirment (sauf les Arbalestes, qui demouront au Chastell) fans avoir, es Choses dessus dites, ou ascun empeichement ou destourbier,

Et auront temps de eux Retraire, & leurs Gens, & Biens dessusdiz, par l'espasse de Deuxs jours.

Et, apres le Rendre fait, ils auront, pur eulx Retraire & leurs Gens & Biens dessusdiz ou ils voudront aller, jusques a Sys jours prouchain venir, & de ce auront bon & loial Saufconduit des diz Seigneurs ayantz povoir:

Et quant a ture de *l'Egle* & *Raoul Muterell*, qui a estee au Gouvernement de la dite Terre, ils auront pareil & semblable Traitte, Sauf q'ils Demourront, se ilz veuilent faires Serement au dit Seigneur,

Et quant as Burgoiz & Habitans de la dite Ville de Rugles, du Voisernaule, & de Vailli, Homes & Subgiz de la dite Terre, ils serront & demouront leurs Corps, & leurs Biens meubles, Heritages, parmi ce qu'ilz se submitteront afaire le Serement d'estre Feal & Loyal a nostre Seigneur *le Roy* dessusdit, Comes ses homes Lieges, & a faire & paier toutz les Services, Faisances, Rendevances, qu'ils estoyent tenuz faire pur leurs ditz Terres & Heritages, devant que le dit Chastel & Forteresse * feust Rendue au *Roy nostre Seigneur* dessusdit: * IX. 503.

Et s'aucuns, des hommes dessusdits, de la dite Terre, ont leurs Biens en la dite Forteresse, ou soient dehors a present, ils auront leurs Corps frans, & leurs Biens, Meubles, & Heritages come les autres; & Pourveu qu'ils voudront faire le Serement, come les autres dessusdiz, dedans l'espasse de Six jours; Pourveu toutefoiz q'ils lailleront toutes manneres de Vitailles queizconques, a present estans dedens le dit Chastell, & auxi toutes Armes, & Artillerie, & Abillemens; sauf les dessusdiz Garantz.

En tesmoignance de quelle chose les Parties desuis ditz ont mys lour Seaulx a ces present.

Donne a *Rugles* le xviii. jour d'Octobre l'An Mille Quatrecens & Dix Sept.

salvò redeundo, absque dampno, eis per Nos, Gentes, vel Alligatos nostros, faciendo vel fieri patiendo, & absque impetitione danda, in Corporibus, sive Bonis, quacumque de Causa vel occasione temporis præteriti, occasione Treugarum vel Promissionum ques Homo dicere vellet fractas fuisse, vel aliter qualitercumque fuerit, seu pro quacumque Re quæ accidere potest durante Viagio per præfatum *Ducem* faciendo, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales,

Ita quòd idem *Dux* sit nobiscum die Mercurii, Vicesimo Septimo die Octobris, proximò futuro, vel citra;

Et ideò Vobis mandamus quòd ipsum *Ducem* usque Præsentiam nostram prædictam, cum Gentibus suis, sub Numero Quadringentarum personarum, in Comitiva sua, Equestrium vel Pedestrium, cum eorum Equis, Hernesiis, Auro, Argento, Jocalibus, Libris, Literis, Catallis, & aliis Bonis suis quibuscumque, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abinde salvò redeundo, absque Dampno, per Nos, Gentes, vel Alligatos nostros faciendo, vel fieri patiendo, & absque impetitione danda in Corporibus sive Bonis, quacumque de causa vel occasione temporis præteriti, occasione Treugarum vel Promissionum quas Homo dicere vellet fractas fuisse, vel aliter qualitercumque fuerit, seu pro quacumque Re quæ accidere potest durante Viagio per *præfatum Ducem* faciendo, ut prædictum est, manuteneatis, protegatis & defendatis,

Non inferentes, &c. Et, si quid, &c.

Proviso semper quòd ipse aut gentes suæ prædictæ quicquam, quod in nostri contemptum vel præjudicium, aut Populi nostri Dampnum, aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu faciant quomodolibet attemptari.

In cujus, &c. usque Sextumdecimum diem Novembris proximò futurum duraturas.

Teste Rege in *Exercitu suo prope Villam d'Alenson*, Decimo Octavo Die Octobris.

Per ipsum Regem.

* *De Bilnetis Concedendis.* * IX. 504.

Ann. D. 1417. *An.* 5. *H.* 5. *Ibid.*

REX, Dilecto & fideli suo, *Johanni de Asheton*, Senescallo nostro de Baieux, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate & circumspectione vestris pleniùs confidentes,

Dedimus vobis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem ad Bilnetas (Sigillo vestro Signatas) omnibus & singulis de Castellania & Dominio nostris de Baieus in Ducatu nostro Normanniæ,

Qui ad Fidem & Ligeantiam nostras venerunt, & sub Protectione & Defensione nostris existunt, & qui pro hujusmodi Bilnetis habendis penes vos prosequi voluerint,

Dandum & Concedendum,

Necnon ad Proclamationes in Locis, quibus, juxta sanam discretionem vestram, videritis fore faciendum, nomine nostro Faciendum, quòd omnes & singuli Parochiarum, Castellaniæ & Dominio prædictis Vicinarum & Annexarum (qui Literas nostras de Protectione, magno Sigillo nostro signatas, habent) pro Bilnetis suis, infra octo dies post Proclamationem nostram hujusmodi, penes vos prosequantur,

Sub Pœna quòd, si eorum aliquis Bilnetam suam hujusmodi non habens, post Octo dies prædictos, per aliquem Ligeorum nostrorum de Exercitu nostro capiatur, Prisonarius Capienti remanear;

Protectione, illis de Parochia, de qua sic captus fuerit, per nos antea concessâ, si qua fuerit, in aliquo non obstante.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teste Rege, in *Exercitu suo, prope Villam d'Alenson*, in Ducatu Regis prædicto, Vicesimo Die Octobris.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu pro Episcopo Sagiensi.

Ann. D. 1417. *An.* 5. *H.* 5. *Ibid.*

REX, per Literas suas Patentes, usque vicesimum nonum diem Octobris proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. Venerabilem Patrem, *Johannem Episcopum Sagiensem*, usque Præsentiam Regis, cum Gentibus & Familia suis, veniendo, ibidem morando, & exinde redeundo, ac Equos, & Res, Bona, Jocalia, & Hernesia sua;

Pro-

Proviso semper, *&c. ut similibus de Conductu* Literis.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium* vicesimo die Octobris.

Per Concilium.

---

* IX. 505. ### * *Pro Ambassiatoribus Franciæ.*

Ann. D. 1417. REX, universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, &c. ad quos præsentes nostræ Li-
An. 5. teræ pervenerint, Salutem.
H. 5. Sciatis quòd Nos,
Pat. Certis de causis, ad hoc Nos moventibus,
Norman. Tranquillitatem ac publicum & universale Bonum nedum Fran-
5. H. 5. ciæ & Angliæ Regnorum, verum etiam totius Cristianitatis concer-
m. 22. nentibus,

Reverendo in Christo Patri, *Reginaldo Archiepiscopo Remensi*, Magistro *Johanni Tuderti* Decano Ecclesiæ Parisiensis, Magistro *Johanni de Vailli* in Curia Parliamenti Parisiensis Præsidenti, *Guillielmo de Meulhon* Militi Camerario *Consanguinei & Adversarii nostri* Franciæ, *Gilberto de Montierre* Domino de la Faieta Militi, Magistro *Roberto de Tuleris*, & Magistro *Goutero Colli Consanguinei & Adversarii nostri* prædicti Ambassiatoribus & certis Nunciis specialibus,

Quos apud Nos idem Consanguineus & Adversarius noster, pro Tranquillitate & communi Bono totius Cristianitatis, ut asserit, transmittere disponit,

Nostrum salvum & securum Conductum Dedimus & Concessimus, Damusque & Concedimus per Præsentes,

Ac ipsos & eorum quemlibet in nostram Protectionem, Tuitionem, salvam & specialem Gardiam suscepimus & posuimus, suscipimus & ponimus, per præsentes,

Pro veniendo, insimul, aut divisim, seu per partes, cum Armis, vel sine Armis, tam per Terram, quàm per Mare & Aquam, liberè, tutè, & securè usque Villam de Honnefleu in Ducatu nostro Normanniæ, & alium Locum quemcumque, inter eos & certos Commissarios nostros, deputandos ad Tractandum cum eisdem, assignandum & Concordandum, & abinde redeundo, quotienscumque, (præsenti Salvo Conductu nostro durante) pro utilitate Tractatus hujusmodi eis videbitur expedire, per omnes Civitates, Villas, Castra, & alia Loca quæcumque, tam dictorum Regnorum Franciæ & Angliæ & Ducatûs nostri prædicti, quàm alibi Ditioni nostræ subjecta, cum Centum & Quinquaginta Personis, vel infra in eorum Comitiva, Equestribus vel Pedestribus, Armatis vel non Armatis, cum eorum Armis Invalivis & Defensivis, ac Equis, Carectis, Cariagiis, Auro, Argento, Jocalibus, Libris, Literis, Catallis, & aliis Rebus, Hernesiis, & Bonis suis quibuscumque;

Et ideo vobis, & cuilibet vestrûm, prout ad eum pertinuerit, Præcipimus & Mandamus, districtius injungentes, quatinus prænominatos Ambassiatores & certos dicti *Adversarii nostri* Nuncios speciales, *&c. prout supra de Dat. 24. Sept. usque hæc verba; viz.*

Seu faciant quomodolibet attemptari, *&c. tunc sic*,

Et quòd præsentes Literæ nostræ præfato *Gilberto*, aut Hominibus, seu Servientibus suis, nullatenus valeant aut suffragentur, si ipsum in Villa Phalesiæ, in Ducatu nostro prædicto, post ultimum diem instantis Mensis Octobris, manere contigerit vel expectare,

Et quòd aliquis Personarum prædictarum Proditor noster aut extra Regnum nostrum Angliæ Bannitus seu abjudicatus non existat.

In cujus, &c. usque Festum Sancti Andreæ proximò futurum duraturas.

Teste Rege in *Exercitu suo prope Villam d'Alenson*, in Ducatu Regis prædicto, Vicesimo Secundo die Octobris.

Per ipsum Regem.

Litera Archiepiscopi Cantuariensis.

Ann. D. 1417. EXcellentissimo in Christo Principi & Domino nostro, Domi-
An. 5. no *Henrico*, Dei gratiâ, *Regi Angliæ & Franciæ*, & Domi-
H. 5. no Hiberniæ, *Henricus*, permissione divinâ, *Cantuariensis Archie-*
infra *piscopus*, totius Angliæ Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus (ad
Turrim. quem omnis & omnimoda Jurisdictio, spiritualis & Ecclesiastica, quæ ad *Episcopum Cicestrensem* pertinuit, Sede plenâ, ipsâ Sede

Pro Duce Britanniæ.

REX, universis & singulis Alligatis nostris, &c. Salutem. Ann. D. 1417.
Sciatis quòd,
Cum, Consanguineus noster, *Johannes Dux Britanniæ*, *&c.* An. 5.
ut supra Dat. 8. Oct. usque ibi, nostras speciales, *& tunc sic*, H. 5.
Et, Tenore Præsentium, bonâ fide & verbo Regio, fidelem Pat.
Securitatem Damus, Volumus etiam, & Concedimus quòd Du- Norm. 5.
catus seu Patria Britanniæ, & Subditi ipsius Ducis in dictis Ducatu H. 5. m.
& Patria commorantes, durante dicto Viagio & salvo Conductu, 21.
à Nobis, Gentibus, Subditis, & Alligatis nostris quibuscumque securi, absque ullâ Molestatione Guerræ, permaneant, si Guerram interim contra Nos aut nostros non fecerint seu inierint,

Et ideò vos Alligatos nostros prædictos Requirimus & Rogamus, vobisque Capitaneis, Castellanis, vestrisque Locatenentibus, ac aliis Officiariis Ministris, Ligeis, Fidelibus, & Subditis nostris prædictis Præcipimus & Mandamus, quòd ipsum *Ducem* usque Præsentiam nostram prædictam, cum Gentibus suis, sub Numero Quadringentarum personarum in Comitiva sua, Equestrium vel Pedestrium, cum eorum Equis, Hernesiis, Auro, Argento, Jocalibus, Libris, Literis, Catallis, & aliis Bonis suis quibuscumque, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abinde salvò, ut præmittitur, redeundo, absque Dampno, eis per Nos, Gentes, vel Alligatos nostros faciendo, vel fieri patiendo, & absque impetitione, danda in Corporibus sive Bonis, quacumque de causâ vel occasione temporis præteriti, occasione Treugarum vel Promissionum quas Homo dicere vellet fractas fuisse, vel aliter qualitercumque fuerit, seu pro quacumque Re quæ accidere potest durante Viagio per *præfatum Ducem* faciendo, manuteneatis, protegatis, & defendatis,

Non inferentes eis, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes, Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen;

Et, si quid eis Forisfactum sive Injuriatum fuerit, id eis sine dilatione faciatis corrigi & debitè reformari,

Proviso semper quòd Gentes aut Personæ prædictæ quicquam, quod in nostri contemptum vel præjudicium, aut Populi nostri Dampnum, aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu faciant aliqualiter attemptari;

Ita tamen quòd, si contingat aliquam Personarum prædictarum aliquid, quod in nostri Contemptum vel Præjudicium, aut Populi nostri Dampnum, aliqualiter cedere valeat, attemptare, vel facere attemptari, ipse, sic attemptans, seu attemptari faciens, per has Literas nostras de salvo Conductu, à Pœna non excusetur, set subjaceat & teneatur Pœnis in ea parte debitis & condignis,

Ipsis tamen Literis nostris de salvo Conductu omnibus aliis Personis supradictis non attemptantibus, nec attemptari facientibus, valituris & profuturis, ac in suis robore & firmitate duraturis & permansuris, Attemptato seu Attemptatis hujusmodi non obstantibus.

In cujus, &c. usque primum diem Decembris proximo futurum duraturas.

Teste Rege apud *Castrum Regis d'Alenson*, in Ducatu Regis Normanniæ, vicesimo septimo die Octobris.

Per ipsum Regem.

---

* *De Præsentationibus.* * IX. 507.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, Dedimus & Concessimus *Johanni Boisliue* Ca- 1417.
pellano, Ligeo nostro Villæ Deslay in Ducatu nostro Normanniæ, An. 5.
Capellaniam Sanctæ Margaretæ Deslay, vacantem per Mortem H. 5.
Willhelmi Letelier ultimi Capellani ejusdem Capellæ, & ad nostram Ibidem.
Donationem spectantem, ut dicitur, *Habendam*, cum suis Juribus & Pertinentiis quibuscumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis d'Alenson*, in Ducatu Regis prædicto, tricesimo die Octobris.

Per ipsum Regem.

JOhannes Piteli Capellanus, habet Literas Regis de Præsentatione ad Ecclesiam Sancti Lotharii, Sagiensis Diœcesis, vacantem, & ad Regis Donationem spectantem, ut dicitur;

Et diriguntur Literæ illæ *J. Episcopo Sagiensi*, seu ejus Vicario Generali, &c.

 In

singulos Redditus, Exitus, Proventus, Obventiones, & Emolumenta quæcumque, nobis de eisdem Ducatu & Locis debita seu debenda, & ex ipsis quomodolibet ritè provenientia.

Dantes eidem *Johanni* plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem ad omnes & singulos Debitores nostros, ad compota & rationes Compotorum de Gestis, Debitis, & Administratis per eosdem tradenda & reddenda, viis & modis quibus rationabiliter & de jure fuerit faciendum, Conveniendum, & Compellendum, aut Conveniri seu Compelli faciendum,

Necnon ad omnes & omnimodos Officiarios, utpote, Ballivos, Vicecomites, Viridarios, Firmarios, & alios Officiarios, prout melius, juxta sanam discretionem suam, pro commodo nostro, fore viderit Faciendum, Ordinandum, Constituendum, & Deputandum,

Et illos, qui in Officiis suis hujusmodi minus idoneos aut insufficientes inveniri contigerit, de tempore in tempus, Amovendum & Expellendum, & alios Loco suo idoneos & sufficientes Substituendum & Subrogandum,

Ac etiam ad Literas de salvo Conductu, Personis, quibus sibi melius videbitur, sub forma debita Conficiendas, Dandum & Concedendum,

Necnon generaliter omnia & singula Excercendum, Faciendum, & Expediendum quæ ad Præsidentem & Thesaurarium pertinent seu pertinere debent quovismodo;

Damus autem universis & singulis Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, ac omnibus aliis Ligeis, Fidelibus, & Subditis nostris, & aliis, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd præfato *Johanni*, in Præmissis & eorum quolibet faciendis & exequendis, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teste Rege apud *Castrum Regis d'Alenson*, in Ducatu Regis Normanniæ, primo die Novembris.

Per ipsum Regem.

---

* *Litera Magistri Generalis Teutonicorum.*

* IX. 508. Ann. D. 1417. *An. 5. H. 5. Ex Autogr.*

HUmillimâ Recommendatione Servitiorum, cum promptitudine ad quævis vestræ regalis Majestatis Beneplacita & Mandata.

SERENISSIME PRINCEPS, MAGNIFICE REX, & DOMINE GRACIOSE,

Non sine gravi Querela proposuit, coram nobis, fidelis noster, dilectus Civis in Danhk *Henrik Junge* quomodo, cum ipse, cum aliquibus aliis Mercatoribus, quendam Liburnum, vulgariter Kogken, cujusdam, nomine Schipper Lamrecht Dytrichs Sone de Campen, cum Sale & aliquibus aliis Mercantiis onustâsset,

Et, de propriis voluntate & arbitrio sui & aliorum Mercatorum, secum in eadem Navi existentium, ad vendendum dicta eorum Bona, ad Portum Valennidæ Navi cum eadem navigâsset,

Quæ ibidem, ut evidenter apparet in quadam Littera pluribus roborata Sigillis, fuerat arrestata,

Nichilominus tamen dicti Mercatores vendiderunt sua Bona, sollempnitatibus, inter Mercatores consuetis, adhibitis, quibus venditis, & solutione receptâ, quidam Homines vestri de Hawig, tunc in Civitate Valennidæ existentes, dictam Navim, sic arrestatam, unà cum Bonis in ea contentis, occupaverunt intendentes versus Hawig in Domos suas transfretare, eandem dictis Mercatoribus nostris tacita alienatione abstulerunt,

Demum, ventis prosperis flantibus, velis elevatis, qui se ad alta Maria misissent, expositis prius ad Littora Famulis dictæ Navis, divinâ permissione eadem Navis, contra quandam Rupem est destructa; ob quod Mercantias, Sistas, Arma, Vestes, & alia, quæ adinde ad alias Duas parvas Naves locare poterant, cum eisdem versus Hawig ad propria transfretantes, prout Lator Præsentium lucidius explicabit rei factum vestræ Majestati,

Quam studiosè supplicamus & devote quatinus ipsa animadvertere dignetur dictam Injuriam Mercatoribus nostris, ut præfertur, illatam, & tandem effectualiter disponere ut dicta Bona, vel eorum Recompensa, per vestros Homines de Hawig alienata, sine Minoratione & ulteriori quavis dilatione, Ostensori Præsentium, quolibet impedimento submoto, restituantur & etiam præsententur, nobis in hoc Gratiam & Complaciam exhibentes singulares,

Personam vestram dignissimam Altissimus conservare dignetur sanam & incolumem tempora per longæva.

Præsentium, Committimus Facultatem & Potestatem,

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid per vos, Nomine nostro, Actum, Gestum, sive Procuratum fuerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium* tertio die Novembris.

Per Concilium.

---

* *De salvo Conductu pro Abbate de Sees.*

* IX. 509. Ann. D. 1417. *An. 5. H. 5. Pat. Norm. 5. H. 5. m. 20.*

REX, per Literas suas Patentes, usque vicesimum secundum diem Novembris, proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. *Abbatem Sancti Martini de Sees*, in Ducatu Regis Normanniæ, usque Præsentiam Regis, ubicumque eum fore contigerit, cum Sexdecim Personis in Comitiva sua, ac Equis, Bonis, Rebus, & Hernesiis suis, veniendo, ibidem morando, & exinde transeundo;

Proviso semper quòd ipsi quicquam, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis d'Alenson*, in Ducatu Regis prædicto, quinto die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Præsentatione.

Ann. D. 1417. *An. 5. H. 5. Ibid.*

M*Athæus de Tonelier* Capellanus, habet Literas Regis de Præsentatione ad Capellam beatæ Mariæ de Ronceray, in Parochia de Say, Sagiensis Diœcesis, vacantem per Mortem Magistri *Roberti Jolis* Capellani, ultimi Possessoris ejusdem Capellæ, & ad Regis Donationem spectantem ut dicitur;

Et diriguntur Litteræ illæ *J. Episcopo Sagiensi*, seu ejus Vicario Generali.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis d'Alenson* in Ducatu Regis prædicto, octavo die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Protectione pro Confessore Regis.

Ann. D. 1417. *An. 5. H. 5. Franc. 5. H. 5. m. 9.*

REverendus in Christo Pater *Stephanus Patryngton*, Episcopus Menevensis, Confessor Regis, qui, in Obsequium Regis, ad partes Franciæ profecturus est, ibidem in Comitiva Regis moraturus, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *volumus*) per unum Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste *Johanne, Duce Bedfordiæ*, Custode Angliæ, apud *Westmonasterium*, octavo die Novembris.

Per Billam de Privato Sigillo.

De salvo Conductu pro Abbate de Trappa.

Ann. D. 1417. *An. 5. H. 5. Norm. 5. H. 5. m. 20.*

REX, per Literas suas Patentes, usque vicesimum secundum diem Novembris, proximò futurum, duraturas, suscepit in salvum, &c. *Johannem Abbatem beatæ Mariæ de Trappa*, usque Præsentiam Regis, ubicumque eum fore contigerit, cum Decem Personis in Comitiva sua, ac Equis, Bonis, Rebus, & Hernesiis suis, veniendo;

Proviso semper quòd ipsi quicquam, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis d'Alenson*, in Ducatu Regis Normanniæ, decimo die Novembris.

Per ipsum Regem.

Pro

Pro Ambassiatoribus Franciæ.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Pat. Norm. 5. H. 5. m. 20.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Sancti Andreæ, proximo futurum, duraturas, suscepit in salvum, &c. *Gulielmum de Meulhon* Militem, & *Gilbertum de Monstiers* Dominum de la Faieta Militem, in Villa Falesiæ, in Ducatu Regis Normanniæ, ut dicitur, existentes, ab eadem Villa, ad Conveniendum & Tractandum, unà cum certis aliis Personis Ambassiatoribus, & Nunciis specialibus *Consanguinei & Adversarii sui Franciæ*, cum *Commissariis Regis*, de & super certis Causis, Tranquillitatem ac Publicum & Universale Bonum, nedum Franciæ & Angliæ Regnorum, verùm etiam totius Christianitatis, firmiter, ut Rex sperat, concernentibus, cum Triginta Equis in Comitivâ suâ, ac Rebus, Bonis, & Hernesiis suis quibuscumque, transeundo;

Proviso semper quòd ipsi quicquam, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis d'Alenson* in Ducatu Regis prædicto, decimo die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Castigando, & de Recipiendo ad Gratiam.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibidem.

REX, carissimo Consanguineo suo, *Johanni de Nevill* Chivaler, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, probitate, & circumspectione vestris, pleniùs confidentes,

Dedimus vobis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem ad omnia & omnimoda Castra, Dominia, Fortalitia, Civitates, Villas firmatas, & alia Loca quæcumque, tam infra Ducatum nostrum Normanniæ, quàm Regnum nostrum Franciæ, in manus nostras Seisiendum & Capiendum, & ea Potestati & Ditioni nostris, cum suis Pertinentiis & Annexis quibuscumque, Subiciendum & Subdendum,

Et hujusmodi Loca per Pateas dimittere, quæ melius pro Commodo & Honore nostris, juxta sanam discretionem vestram, fore videritis Dimittenda,

Necnon ad Vigilias & Custodias de Capitaneis & eorum Solderiis, in Comitiva vestrâ existentibus, in Locis ubi melius expedire videritis, Ponendum, Assignandum, & Deputandum,

Ac Equitationes & alias Resistentias contra Proterviam Inimicorum nostrorum, quotiens & quando expediens fuerit & necesse, Faciendum & Ordinandum,

Ac illos omnes & singulos de Comitivâ vestrâ prædictâ (cujuscumque statûs, gradûs, seu conditionis fuerint) quos vobis in hac parte Inobedientes, Rebelles, vel Contrarios contigerit inveniri, Castigandum & Puniendum, sive fuerit per Incarcerationem Corporum suorum, aut alio modo licito quocumque, quemlibet (videlicet) juxta Statum, Gradum, & Demeritum sua,

Ac etiam ad omnes & singulas Personas, quæ se Gratiæ & Paci nostris submittere & sub Fide & Ligeantiâ nostris morari volunt & residere, ad Gratiam & Pacem nostras Recipiendum & Admittendum;

Proviso semper quòd Nos de toto Facto vestro in hac parte distinctè & apertè certificetis:

Damus autem universis & singulis Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, ac aliis Ligeis, Fidelibus, & Subditis nostris, & omnibus aliis, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quod vobis, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, ac vestris Mandatis Obedientes, quotiens & quando per vos, ex parte nostra, debite fuerint requisiti,

*IX. 511. * In cujus, &c quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teste Rege apud *Abbatiam Regis Sancti Stephani de Caen*, in Ducatu Regis Normanniæ, decimo quarto die Novembris.

Per ipsum Regem.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Norm. 5. H. 5. m. 18.

De Treugis cum Duce Britanniæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cum nuper, illustris Princeps, carissimus Frater & Consangui-

... mâ instantis Mensis Novembris, usque ad Festum Sancti Michaelis Archangeli proximò futurum, sub modo & formâ qui sequuntur,

INPRIMIS, Convenimus & Concordavimus, Convenimus & Concordamus, cum præfato Consanguineo nostro *Duce prædicto* quòd, durante præfato tempore, non faciemus, nec a Ligeis, aut Subditis nostris permittemus inferri aut fieri, in Terrâ, aut super Mare vel Aquas, *præfato Duci*, aut ejus Terris, Patriis, Dominiis, Ligeis, aut Subditis, de Ducatu suo Britanniæ supradicto, Dampnum aliquod, Præjudicium, Molestiam, sive Gravamen.

ITEM, quamcito fieri poterit, in Regnis, Terris, Patriis, Dominiis, & Locis, nobis subjectis, publicè prohibebimus, & prohiberi faciemus, omnibus & singulis Ligeis & Subditis nostris (cujuscumque gradûs, statûs, aut conditionis extiterint) ne quis eorum contra *præfatum Ducem*, vel ejus Gentes, Ligeos, aut Subditos antedictos, portet Arma, aut ad hoc alicujus Servitio se deputet seu committat, vel ad id in Auxilium alicujus personæ vadat, durante tempore supradicto.

ITEM, quòd *præfatus Dux*, infra Viginti & duos dies, proximò a die Datæ Præsentium, præcipiet & mandabit omnibus & singulis Ligeis & Subditis suis, de Ducatu Britanniæ prædicto, extra Ducatum ipsum de præsenti constitutis, quatinus, infra Vicesimum diem Decembris proximò futurum, in prædictum Ducatum se conferant & revertantur, ac quod has præsentes Guerrarum Abstinentias, in Personis eorum, in omnibus, & per omnia, inviolabiliter custodiant & observent.

ITEM, quòd *prænominatus Dux* non inferet, aut faciet, nec ab aliquo suorum Ligeorum aut Subditorum (habitantium seu commorantium in dicto Ducatu, vel infra dictum vicesimum diem Mensis Decembris in eundem Ducatum reversurorum) inferri aut fieri permittet, in Terrâ, aut super Mare, vel Aquas, Nobis, aut nostris Regnis, Terris, Patriis, Dominiis, Ligeis, aut Subditis supradictis, Dampnum aliquod, Præjudicium, Molestiam, Guerram, seu Gravamen, durante tempore supradicto.

ITEM, quòd *præfatus Dux* impediet, pro posse suo, ne quis Ligeorum, aut Subditorum Suorum, de Ducatu suo prædicto, extra eundem Ducatum existens, inferat aut faciat in Terrâ, vel supra Mare, vel Aquas, Nobis, Regnis, Patriis, Dominiis, Ligeis, aut Subditis nostris, Dampnum aliquod, Præjudicium, Molestiam, Guerram, seu Gravamen, ac eorum quemcumque, Contrafacientem in hac parte, puniet idem *Dux*, tanquam Violatorem Præsentium Abstinentiarum.

* ITEM, quòd, quamcito id poterit expediri, præfatus *Dux* *IX. 512.
in Ducatu suo, Terris, Dominiis, Patriis, & Locis, sibi subjectis, supradictis, publicè prohibebit, & faciet prohiberi omnibus & singulis Ligeis & Subditis suis, superius memoratis (cujuscumque statûs, gradûs, aut conditionis extiterint) ne quis eorum contra Nos, aut Ligeos, seu Subditos nostros faciat Guerram, aut Resistendo se opponat, seu portet aut levet Arma, durante tempore supradicto.

ITEM, quòd, durante Tempore supradicto, non receptabimus (videlicet, *Nosipsi*, seu *Dux antedictus*) in Terris, Patriis, Dominiis, aut aliis quibuscumque Locis antedictis, alicui nostrorum subjectis, aut Villis, Castris, seu Fortalitiis, in eisdem constitutis, nec receptari vel adunari permittemus aliquos ad Guerram, Dampnum, seu Præjudicium alicui nostrûm, aut ejus Terris, Patriis, Dominiis, Villis, Castris, Fortalitiis, Gentibus, Ligeis, seu Subditis antedictis, inferendum seu faciendum.

ITEM, quòd non permittemus (scilicet *Nosipsi*, nec *Dux antedictus*) per Terras, Patrias, & Dominia nostra supradicta transire, ultra numerum Centum Personarum, ad Dampnum, Guerram, seu Gravamen alii nostrûm inferendum, durante Tempore supradicto.

ITEM, quòd, si contingat Villam, Castrum, aut Fortalitium, aut alium Locum quemcumque supradictum *ipsius Ducis*, aut sibi subjectum, a Ligeis aut Subditis nostris, infra Tempus præsentium Abstinentiarum, contra ea quæ superius Appunctuata sunt, capi, vel ab eis aliquid aliud contra has Guerrarum Abstinentias attemptari, Nos Villam, Castrum, Fortalitium, seu Locum hujusmodi quemcumque, sic Captum in statu adeò competenti, sicut erat tempore Captionis ejusdem, nostris Laboribus & Expensis, præfato *Duci* restitui, & quod sic Attemptatum fuerit reparari faciemus indilate.

ITEM, quòd, si contingat Villam, Castrum, Fortalitium, aut alium quemcumque Locum, Nobis subjectum, à Ligeis aut Subditis *præfati Ducis* (in dicto Ducatu suo habitantibus, seu commorantibus, vel infra prædictum vicesimum diem Mensis Decembris in eundem Ducatum reversis) capi, aut aliquid aliud contra has Guer-

aut nostrum inferendum seu faciendum.

Item, quod, si aliquâ de Causâ contigerit Ligeos, seu Subditos nostros, Armatos, vel sine Armis, intrare aliquem Portuum *præfati Ducis*, illic manebunt & expectabunt salvò & securè, absque Impedimento quocumque, Molestatione, vel Gravamine dicti *Ducis*, aut Ligeorum, vel Subditorum suorum; & ministrabuntur eis, propriis eorum Sumptibus, à Subditis præfati *Ducis* Victualia necessaria, durante Tempore supradicto.

Item, consimili modo, si contigerit Ligeos, seu Subditos *præfati Ducis*, Armatos, vel sine Armis, intrare aliquem Portuum nostrorum, illic manebunt & expectabunt salvò & securè, absque Impedimento quocumque, Molestatione, vel Gravamine nostri, aut Ligeorum, vel Subditorum nostrorum; & ministrabuntur eis, propriis eorum Sumptibus, a Subditis nostris Victualia necessaria, durante tempore supradicto.

Item, quod, absque Impedimento quocumque, vel Molestatione, aut Gravamine, *à Nobis seu Duce prædicto*, aut alicujus nostrûm Ligeis, seu Subditis sæpedictis, inferendis, prætextu vel occasione Guerrarum, Hostilitatis, Reprisaliarum, vel Attemptatorum contra Treugas, inter Nos & *præfatum Ducem*, aut Prædecessores, seu Prædecessores nostros, prius initas, vel aliâ quacum-
* IX. 513. que * de Causâ, Ligei & Subditi nostri cum suis Navibus & Mercandisis, Portus, Terras, Patrias, Villas, & alia Loca supradicta quæcumque præfati *Ducis*; ac, e converso, Ligei & Subditi prædicti *Ducis*, cum Navibus & Mercandisis suis, Portus, Terras, Patrias, Villas, & alia Loca nostra prædicta ingredi poterunt & intrare, pro Victualibus, & aliis quibuscumque Mercandisis, illic Emendis & Vendendis, ac in eisdem securè morari & conversari, tam de Die quàm de Nocte, & abinde recedere cum eorum Bonis & Mercandisis quibuscumque, durante tempore supradicto; ita tamen quod de Facto Guerræ se non intromittant, nec intrent aliquod Fortalitium absque licentiâ Capitanei, vel alterius ad ejus Custodiam deputati.

Item, durante tempore supradicto, non faciemus aut ponemus, nec Gentes nostræ facient seu ponent, Guerram seu Insidias Villis clausis, Castris, au Fortalitiis, existentibus in & de Terris, Patriis, aut Dominiis *præfati Ducis* (superius non expressatis) infra Regnum Franciæ constitutis, nec Hominibus suis qui in eisdem Villis, Castris, aut Fortalitiis fuerint; dumtamen iidem Homines Nobis aut Gentibus nostris Guerram non faciant nec Adversarios nostros receptent ad Guerram Nobis aut Gentibus nostris faciendum.

Item, quòd, si contingat aliquem Ligeorum, aut *Subditorum nostrorum* aut *præfati Ducis*, contra præsentes Guerrarum Abstinentias Attemptantem, per Partem illam, contra quam sic attemptaverit, Capi, carebit omni commodo præsentium Abstinentiarum, nec eidem in aliquo debent suffragari.

Item, quod, si contingat aliquem præfatorum Ligeorum, aut *Subditorum nostrorum*, aut *præfati Ducis*, præmissis Conventionibus, aut eorum alicui, Contrafacere, seu Contravenire, per hoc præsens Guerrarum Abstinentia non irritetur; set ipse, sic Contraveniens, tanquam Pacis & Treugarum violator, sine morâ puniatur; præsentibus nichilominus Treugis & Guerrarum Abstinentiis in suis robore & vigore duraturis.

Quas quidem Treugas, seu Guerrarum Abstinentias, modo & formâ suprascriptis, in omnibus, & per omnia, bonâ fide, absque dolo, vel malo ingenio, inconcussè observare, & à Ligeis & Subditis nostris observari facere promittimus, in verbo Regio, ac sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis d'Alenson*, in Ducatu Regis Normanniæ, decimo sexto die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Treugis, cum Regina Jerusalem, ad Instantiam & in Persona Ducis Britanniæ, concordatis.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Pat. Norm. 5. H. 5. m. 18.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd,

Cùm nuper, Illustris Princeps Carissimus Frater & Consanguineus noster, *Johannes Dux Britanniæ* Comes Montis Fortis, certis de Causis, ipsum in ea parte moventibus, ad Nos personaliter accedens, inter alia, Nobis supplicaverit quatinus, ad Christiani Sanguinis Effusionem, & alia Mala (quæ brevis Sermo non capit) evitanda, ac suarum Precum intuitu, cum ipso Fratre & Consanguineo nostro, vice & nomine, præclarissimæ Dominæ, *Toland, Jerusalem & Ceciliæ Reginæ*, & *Ludowici Filii ejusdem Reginæ*, inituremus Treugas, seu Guerrarum Abstinentias, ad tempus de quo expedire videretur concordandum,

quod, a die datæ Præsentium, usque ad Festum beati Michaelis Archangeli, proximo futurum, non faciemus, nec per nostros Ligeos aut Subditos, fieri permittemus Guerram præfatis, *Jerusalem & Ceciliæ Reginæ*, aut *ejus Filio*, seu Terris, Patriis, vel Dominiis, eisdem in Ducatu Andegaviæ aut Comitatu Cenomanniæ de præsenti Subjectis, neque Villis, Castris, aut Fortalitiis, in eisdem constitutis, nec ipsorum Subditis, habitantibus in prædictis Terris, Patriis, seu Dominiis, quamdiu fuerint in eisdem.

Item, quòd præfata *Regina & ejus Filius* non facient, nec ab eorum Subditis supradictis fieri permittent Guerram *Nobis*, aut nostris Ligeis, vel Subditis, Terris, Patriis, Dominiis, Villis, Castris, Fortalitiis, aut aliis quibuscumque Locis, in dicto Ducatu & Comitatu vel alibi nobis subjectis, seu sub Obedientiâ nostrâ constitutis, durante Termino supradicto.

Item, quòd, infra prædictum Tempus, *præfati, Regina ac Filius ejus*, non receptabunt, nec receptari permittent, aliquos in Villis, Castris aut Fortalitiis eorum supradictis, ad Guerram, Gravamen, aut Præjudicium Nobis, aut Regno, Terris, Patriis, Dominiis, Villis, Castris, Fortalitiis, Ligeis, aut Subditis nostris supradictis faciendum, nec permittent suos Subditos antedictos exire Terras, Patrias, & Dominia eorum antedicta, ad Resistentiam contra Nos, aut Gentes nostras, faciendam.

Item, quod, si infra prædictum Tempus contingat Nos, aut Ligeos sive Subditos nostros, per prædictorum *Reginæ & Filii sui* Terras, Patrias, & Dominia supradicta Transire, liberè possint iidem Ligei & Subditi nostri capere Victualia, eis & animalibus eorum rationabiliter competentia: Et, si contingat aliquem Ligeorum, aut Subditorum nostrorum, in Victualium hujusmodi consumptione morosà nimis immoderatè se habere, satisfaciet sic Offendens, hoc cognito, secundum quod Nobis visum fuerit faciendum.

Item, quòd, si, durante Tempore prædicto, contingat Villam, Castrum, Fortalitium, vel alium quemcumque Locum supradictum, Nobis seu Parti nostræ, vel aliàs Parti præfatorum *Reginæ & Filii* sui Subjectum, a prædictis Ligeis, aut Subditis, unius vel alterius Partis prædictæ, Capi, vel Invadi, vel aliquid aliud contra has præsentes Treugas seu Guerrarum Abstinentias attemptari, Pars illa, cujus Ligei sive Subditi Invasionem hujusmodi fecerint, vel sic attemptaverint, Ipsum Castrum, Fortalitium, sive Locum Invasum, in statu adeo competenti, sicut erat Invasionis ipsius tempore, alteri Parti, Invasionem passæ, restitui ac quod, contra has Guerrarum Abstinentias, sic attemptatum fuerit, suis Laboribus & Expensis reparari faciet indilatè.

Item, quòd, si contingat aliquem dictorum Subditorum, vel Ligeorum nostrorum, aut præfatorum *Reginæ & Filii sui*, præmissis Conventionibus, aut earum alicui, Contravenire, per hoc præsens Securitas seu Guerrarum Abstinentia non irritetur; set Ipse, sic Contraveniens, sine morâ puniatur, tanquam Pacis & Treugarum Violator; ipsis nihilominus Treugis, seu Guerrarum Abstinentiis, in suis vigore & robore permansuris.

Item, quòd prædicti Regina & Filius ejus Vinculo Juramenti, ad Sancta Dei Evangelia, per eos corporaliter tangenda, præstandi, se astringent & obligabunt quòd præmissas Treugas & Guerrarum Abstinentias in omnibus & per Omnia inviolabiliter observabunt, & à suis facient Subditis supradictis observari; non obstante Juramento quocumque, vel Obligatione, ab eisdem *Regina* vel *ejus Filio*, cuicumque Personæ de Mundo, regalis status, vel inferioris, præteritis temporibus, facto, sive factâ.

Item, quod, si contingat aliquem dictorum Ligeorum, aut *Subditorum nostrorum*, aut prædictorum *Reginæ* vel *Filii sui*, contra præfatas Treugas seu Guerrarum Abstinentias Attemptantem, per Partem aliam (contra quam sic attemptaverit) Capi, Carebit omni Commodo Præsentium Abstinentiarum, nec eidem in aliquo debent suffragari.

Quas quidem Treugas, seu Guerrarum Abstinentias, modo & formâ suprascriptis, in omnibus & per omnia, bonâ fide, absque dolo, vel malo ingenio, inconcussè observare & facere Promittimus in verbo regio, sub Ypothecâ & Obligatione Omnium &
Singulorum * Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum. * IX. 515.

In cujus, &c.

Teste Rege *apud Castrum Regis d'Alenson* in Ducatu Normanniæ decimo sexto die Novembris.

Per ipsum Regem.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Norm. 5. H. 5. m. 19.

Super dictis Treugis, de Securitatibus recipiendis.

REX, dilecto & fideli suo, *Radulpho Leyntale*, ac, dilecto sibi, *Johanni Botiller*, Salutem.
Sciatis quòd Nos,

De

De Hospitali in Ducatu Normanniæ dato.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1417. Sciatis quòd Dedimus & Concessimus, dilecto Servienti
An. 5. nostro, *Lancelet Simon* Hospitale du Boishalbouit in Castellania
H. 5. nostra de Tury, juxta Villam de Caen, in Ducatu nostro Nor-
Ibid. manniæ,

Habendum, cum suis Juribus & Pertinentiis quibuscumque, si per Laicalem Personam occupari poterit & consueverit;

Proviso semper quòd ipse omnia Onera, Hospitali prædicto pertinentia sive spectantia, faciat & supportet, ac facere & supportare teneatur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis d'Alenson*, in Ducatu Regis prædicto, decimo sexto die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu pro Gentibus Reginæ Jerusalem.

Ann. D. REX, Universis & Singulis nostris Capitaneis, Castellanis, &
1417. eorum Locatenentibus, ac aliis Officiariis, Ligeis, & Sub-
An. 5. ditis nostris, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.
H. 5. Sciatis quòd,
Ibidem. Cùm, Præclarissima *Domina Toland, Jerusalem & Ceciliæ Re-*
m. 17. *gina*, & *Lodowicus Filius ejus*, pro certis Causis & Materiis, ipsos moventibus, intendant & sibi placeat usque ad præsentiam nostram mittere semel vel pluries de Militibus, Scutiferis, & aliis Gentibus suis,

Nichilominus quòd Treugæ & Abstinentiæ Guerrarum inter Nos & ipsos *Reginam & Lodowicum*, Patrias & Subditos nostros initæ & acceptæ sint usque ad Terminum Festi Sancti Michaelis Archangeli proximo futuri,

Ad Majorem Securitatem illos, quos dictis *Reginæ & Lodowico* ad Nos placuerit mittere, sub numero Viginti Personarum, Equestrium vel Pedestrium, cum eorum Equis, Hernesiis, Auro, Argento, Jocalibus, Literis ac aliis Bonis suis quibuscumque, veniendo ad Nos in Ducatum nostrum Normanniæ, vel alibi ubi Nos fore contigerit, ibidem morando, & abinde eundo, & redeundo, absque Dampno eis per Nos, Gentes, vel Subditos no-
* IX. stros faciendo * vel fieri patiendo, & absque Impetitione danda
516. in Corporibus sive Bonis quacumque de causa, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales Accepimus, & Tenore Præsentium, fidelem eis Securitatem damus;

Et ideo vobis Capitaneis, Castellanis, Officiariis, Fidelibus, Ligeis, & Subditis nostris prædictis, Præcipimus & Mandamus quatinus dictas Gentes ipsorum *Reginæ & Lodowici*, sub numero Viginti Personarum, ut dictum est, cum eorum Equis, Hernesiis, Auro, Argento, Jocalibus, & aliis Bonis suis quibuscumque, in Ducatum nostrum prædictum, vel alibi ubi Nos fore contigerit, veniendo, ibidem morando, & abinde salvo, ut præmittitur, redeundo, absque Dampno eis per Gentes vel Subditos nostros faciendo, vel fieri patiendo, & absque Impetitione danda in Corporibus sive Bonis, quacumque de Causa, Manuteneatis, *&c. ut in Similibus de Conductu Literis*,

In cujus, &c. usque ad Festum Sancti Michaelis proximo futurum duraturas.

Teste Rege apud *Castrum Regis d'Alenson*, in Ducatu Regis Normanniæ, xxii. die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Conductu pro Gentibus Ducis Britanniæ.

Ann. D. REX, Universis & Singulis nostris Capitaneis, Castellanis, &
1417. eorum Locatenentibus, ac aliis Officiariis, Ligeis, & Sub-
An. 5. ditis nostris, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.
H. 5. Sciatis quòd,
Ibid. Cùm, Carissimus Frater noster, *Johannes Dux Britanniæ*, pro
m. 18. certis Causis & Materiis, ipsum moventibus, intendat & sibi placeat usque ad præsentiam nostram mittere semel vel pluries de Militibus, Scutiferis, & aliis Gentibus suis,

Nichilominus quòd Treugæ & Abstinentiæ Guerrarum inter *Ipsum* & *Nos*, Patrias & Subditos nostros initæ & acceptæ sint usque ad Festum Sancti Michaelis Archangeli proximo futurum,

Ad Majorem Securitatem illos, quos *dicto Duci* ad Nos placuerit mittere, sub numero Triginta Personarum, Equestrium vel

Fide & Ligeantia nostris existentes, ac Equos, Res, Bona & Her- Ibid.
nesia sua quæcumque, m. 20. d.

Nolentes quòd de Bladis, Fœnis, Equis, Bobus, Vaccis, Ovibus, Carectis, Cariagiis, aut aliis Rebus, seu Bonis suis quibuscumque, quicquam contra Voluntatem suam ad opus nostrum aut aliorum, quorumcumque aliqualiter capiatur; Et hoc omnibus, quorum interest, innotescimus per Præsentes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis d'Alenson*, in Ducatu, &c. vicesimo tertio die Novmmbris.

Per ipsum Regem.

---

* *Pro Decano & Capitulo de Mortaigne.* * IX. 517.

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, concessimus, dile- 1417.
ctis nobis in Christo, *Decano & Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ om-* An. 5.
nium Sanctorum de Morteigne, quòd Ipsi & Successores sui, sub H. 5.
Fide & Ligeantia nostris existentes, habeant & teneant omnia & Pat.
singula Privilegia, Libertates, & Franchesias, quæ Ipsi seu Præ- Norm. 5.
decessores sui hactenus rationabiliter habuerunt & tenuerunt, nec- H. 5. m.
non omnia Maneria, Dominia, Terras, Tenementa, Redditus & 19.
Possessiones sua quæcumque, per eadem Redditus, & Servitia, per quæ ea ante hæc tempora tenere consueverunt.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis d'Alenson* in Ducatu Regis Normanniæ xxiv. die Novembris.

Per ipsum Regem.

Pro Burgensibus de Morseigne.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd de Gratia nostra speciali Concessimus *Burgensi-* 1417.
bus Villæ nostræ de Morteigne & omnibus aliis Villam prædictam An. 5.
Inhabitantibus & Inhabitaturis & sub Fide, *&c. ut supra usque ibi*, H. 5.
tenuerunt, *& tunc sic*, & quòd Ipsi & eorum quilibet habeant & Ibid.
teneant omnia Maneria, Terras, & Tenementa, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Sequitur Modus, Forma, & Series Tractatus, habiti apud Berneville, inter Tonque & Honiflieu.

IN PRIMIS, Vicesimo Octavo Die Mensis Novembris, An- Ann. D.
no supradicto, 1417.
Convenientibus in quadam Camera principalis Manerii Villæ de An. 5.
Bernevile, H. 5.
Reverendo in Christo Patre, Reginaldo Remensi Archiepisco- Tiberius
po, Magistro Johanne de Valy, in Curia Parliamenti Paritius B. 6. fol.
Præsidenti, Magistro Johan. Tuderti, Decano Ecclesiæ Parisien. 104. &c.
Magistris, Roberto de Tulerys, & Goutero Coll, pro parte præ- Ex Bibl.
fati Adversarii, Cot.

Ac Domino Waltero Hungerforde Senescallo, Thoma Chauciers, Magistris, Philippo Morgan, & Johanne Kempe, pro parte præfati Domini nostri Regis,

Ac collocatis ipsis omnibus in Sedilibus illic dispositis, confestim ac absque temporis intervallo, præfatus Archiepiscopus, illo sibi non imposito, suorum primordium & initium sermonum in se assumpsit, sub eo qui sequitur modo.

DOMINE SENESCALLE, ET VOS HONORABILES DOMINI,

Est ita quod, post adventum excellentissimi Principis Domini vestri Regis Angliæ in Ducatum Normanniæ, scripsit Literas suas supremo Domino nostro: quibus exposuit Adventum suum in Normanniam, & alia prout sibi placuit:

Post quas supremus Dominus noster suas, e converso, Literas transmisit Domino vestro Regi; quibus, tanquam Devotus & Christianus Princeps, Christiano sanguine præcompatiens, non verebatur nec erubuit, ad Christiani sanguinis effusionem evitandam, exponere Domino vestro quòd hactenus, omni tempore, totis viribus, desideraverat, & tunc in desideriis habebat, Pacem & Tranquillitatem, non solum Franciæ & Angliæ Regnorum, sed & generaliter totius Christianitatis, & quòd pro * bono Pa- * IX.
cis hujusmodi intendere & intendi facere, ac ob id suos Ambassia- 518.

tores

in sanguinis evitandâ, varii & diversi Tractatus & Prolocutiones in diversis Locis, tam in Francia, quàm in Anglia, habiti sunt, tam per mediationes Regis Romanorum & aliorum Principum, quàm aliorum Nobilium unius Partis, & alterius Ambassiatorum;

Ex quibus tamen speratus non sequebatur Effectus, neque fructus, quinimo Effectus ille semper dilatus erat & impeditus:

Et aliquotiens, cum Conventum & Concordatum fuerat de Loco & tempore Tractatuum hujusmodi habendorum, nichilominus, ante tempus adveniens, aliqua occasione Loci, aliquando ratione temporis, & aliis, Tractatus nimium extiterunt dilati, prout contigit pridem, videlicet,

Cum Conventum fuit, inter præfatos Duos Reges, de Tractatu Pacis hujusmodi, apud Harflieu, ad certum tempus, quod præfixum erat, habendo: ante quod tempus adveniens Dominus vester Rex, mutato consilio, misit partem suam excusando, ex Causis ipsum moventibus ab illis Loco & tempore; desiderans Tractatum hujusmodi ad alium Locum transferri, seu prorogari debere, prout extitit factum.

Hac etiam vice, post adventum Domini vestri Regis in Normanniam, postquam concordatum extitit, ut præmittitur, de tractando, & recepimus Literas Domini vestri Regis de salvo Conductu, misimus etiam e converso Vobis Dominis, per Heraldos nostros, Literas Domini nostri supremi de salvo Conductu, & venimus ad Villam de Honuflieu, jam stetimus, omni die parati ad tractandum, exspectando vestrum adventum per sex septimanas.

Et, quantum ad Heraldos nostros qui Literas hujusmodi de salvo Conductu vobis apportàrunt, nostis (& est res de quâ habemus vobis loqui) quod sunt ipsi per Dominum vestrum Regem detenti & arestati, de quo summè miramur, nec videtur aliquo modo debuisse fieri,

Inprimis, quia est contra vetustam & honestam Consuetudinem Armorum: Secundo, quia est contra Vim & Effectum salvi Conductûs Domini vestri Regis, in quo concessit nobis certum numerum Servitorum, de quo sunt ipsi comprehensi: Tertio, quia, si respiciantur Cronicæ & veteres Tractatuum Paginæ, non reperietur quòd, istis Centum Annis, aliquis Heraldus, veniens pro solempni Ambassiata habenda inter duo Regna, præsertim pro bono Pacis, sic arrestatus extiterit: Quarto, quia contra Bonum & Utilitatem hujusmodi Negotii Pacis pro quo venimus, in quo eorumdem Heraldorum opera potissimè indigemus, si fortè, aliquâ de causâ necessariâ, oportebit Nuncium aliquem mittere;

Quapropter vobis supplicamus quatinus dignemini scribere Domino vestro Regi pro Liberatione ipsorum Heraldorum nostrorum.

Et quia, *Domini mei*, vos & nos jam, gratias Deo, hic invicem venimus ad tractandum super Negotio prædictæ Pacis, parati sumus & erimus ad intendendum vobiscum super hujusmodi Tractatu; dummodo de bono, salvo, & securo Conductu, in ea parte necessario, faciatis nobis provideri, sicut & nos, e converso, vestris Reverentiis providebimus, quoniam, ut nostis, jam Die crastino expirabunt & vestræ & nostræ Literæ salvi Conductûs; & pro tanto videtur in primis ante omnia circa hoc providendum, ut, eâ provisione factâ, securè possumus ad alia transire.

Quibus, per præfatum Remensem Archiepiscopum sic dictis,
* IX. 519. & per præfatum Magistrum Philippum Morgan, * vice suâ & nostrâ Collegarum suorum, recitatis, respondebatur eisdem in hunc modum; viz.

In Primis, quòd verum erat, prout idem Remen. explicaverat, speratum Effectum & fructum nonnullorum Tractatuum, habitorum super Negotio Pacis & Tranquillitatis Angliæ & Franciæ Regnorum, non fuisse hactenus secutum, sed impeditum & dilatum:

Ac, Secundò, quod aliquotiens, cum de Tractatibus hujusmodi, ad certa Locum & Tempus habendis, concordatum extitit, Tractatus ipsi, per mutationem seu variationem Loci & Tempus, fuerunt dilati; quorum neutrum per partem Serenissimi Domini nostri unquam stetit: In quo posuimus Nos ad recordum omnium & singulorum Principum & Personarum indifferentium, qui Tractatuum hujusmodi aut Conventionum conscii fuerunt, & Scripturarum de eisdem remanentium:

Ac, insuper, quod verum erat & est quòd, postquam conventum erat, inter Partes prædictas, de Tractatu, ad certum & limitatum diem, super præmisso Negotio Pacis, & ipsam concernentibus, apud Hareflieu, seu in Anglia, habendo, Tractatus ipse differebatur; & nullatenus per Serenissimum Dominum nostrum, sed per Partem eorum adversam, qui, ante diem advenientem, suas Literas miserunt Serenissimo Domino nostro, se, certis de causis, ut asseruerunt, eos moventibus, ab utroque Locorum eorumdem excusando:

nec ipsi Ambassiatores Adversarii de eorum non adventu excusationes miserunt; asserentes se propter potentiam & per horrescentiam Ducis Burgundiæ, in eorum itinere existentis, tutè ad locum Tractatûs venire non posse: ac quod, insuper, post eorum adventum ad Honuflieu, miserunt aliis, & nobis Ambaxiatoribus Domini nostri in primis, Literas salvi Conductûs minus sufficientes, sub quarum fiducia non videbatur tutum venire:

Et quod, quamcito habebamus Literas alias eorum de salvo Conductu sufficientiores, cum omni celeritate properavimus venire; sic quod nichil dilationis Parti Domini nostri Regis poterit imputari, quinymmo Parti eorum si Tractatuum in hac parte habitorum, & Dilationum, circa eosdem habitarum Annalia revolvamus; quæ tamen nunc recitare magis reputamus laboriosum, quam utile.

Et quòd, quantum ad materiam detentionis Heraldorum, nullam habemus instructionem; novimus tamen indubitanter Dominus noster eorum Heraldos, nec contra sui salvi Conductûs vigorem, nec Armorum honestam Consuetudinem, ymmo non sine causa rationabili & honesta detinere.

Et, quantum ad bonum, salvum, & securum Conductum, quòd, qualitercumque ipsi nostræ Securitati providendum duxerint, simili modo & nos eorum curaremus Securitati providere; si Literas, sub Sigillo Domini eorum, de salvo Conductu nobis disponerent, nos, simili modo, eis disponeremus sub Sigillo Serenissimi Domini nostri; si, vigore alicujus Commissionis, eis factæ, nobis providerent, nos etiam, vigore Commissionis sufficientis, nobis factæ, eis providerimus.

Post quæ præfatus Remensis Archiepiscopus e converso respondit, quòd nec utile reputabant, nec intentionis eorum erat, Rememorationi Dilationum hujusmodi præteritarum insistere:

Et quòd, quoad Dilationem, de qua præfertur, factam apud Beauvois, nec per nos stetit, nec per ipsos, sed per Regem Romanorum, qui Copiam hujusmodi Appunctuatorum noluit eorum suppremo Domino liberare:

* Et quòd, quoad Securitatem nobis faciendam, quia Literas hu- * IX. 520.
jusmodi de salvo Conductu, sub Sigillo Domini sui, protunc non habebant, sed asseruerunt se pro illis infra Triduum apportandis misisse; idcirco exhibuerunt duplices eorum Commissionum Literas (scilicet) tam super principali Negotio, quam etiam super Treugis capiendis & salvis Conductibus concedendis;

Quarum Tenores sequntur & sunt tales,

Charles, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, a tous ceux, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Savoir faisons que,

Pour Honneur & Reverence de Dieu, & pour eschuer l'effusion de Sang Humain, & les aultres Maulx & Dommaiges, innumerables & irreparables, survenuz pour le fait & occasion des Guerres, qui le temps passe ont este entre noz Predecessors Rois de France & Nous, d'une Part, & nostre *Adversaire d'Angleterre*, d'autre Part, & qui vraissemblablement sont en Disposition, de Jour en Jour, d'avenir, se Provision & Remede covenable n'y estoient mis,

Desirans, de tout nostre Cuer, venir a bonne Paix & Concorde avecques nostre dit *Adversaire d'Engleterre, &c. prout supra Dat. Parisius secundo die Octobris, tunc sic* (viz).

Charles, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, a tous ceulx, qui ces presentz Lettres verront, Salut.

Savoir faisons que,

Pour Honeur & Reverence de nostre Seigneur & pour eschuer l'effussion de sang humain, & les autres Maulx & Dommaiges innumerables & irreparables, qui pur le fait & occasion des Guerres,

Qui le temps passe, ont este, en ce Roiaume, entre noz Predecessours, Roys de France & nous, d'une part, & nostre *Adversaire d'Engleterre* &, ses Predecessours, Roys d'Engleterre, d'autre part,

Et qui vraysemblablement sont en disposition a Venir, de Jour en Jour, se provision & remede covenable n'y estoient mis,

Desirans, de nostre cuer, venir, a bon Amour, Paix, & Concord avec nostre dit Adversaire d'Angleterre,

Par quoy le Puple, que Dieu nous a baille & commis a gouvernir, puisse, en nostre temps, & soubz nous, vivre en Paix & Tranquillite,

Confians a plain des Sens, Circonspections, Loiaultes, & Diligences de, noz Amez & Feaulx, *Reignault Arcevesque de Reins* Per de France, Maistre *Johan de Vaily* President en nostre Court de Parlement, Maistre *Johan Tudert* Doien de l'Eglise, *Guilbert des Monstiers* Seignur de la Fayette, *Guillaume de Meulhon* Chevaliers,

feurement & en plus amiable affection,

Dessusdites Comises & Deputes, ou aux Six, Cinq, Quatre, ou Trois d'eulx, plain Pouoir, Auctorite, & Mandement especial, de traitier, prendre, & accorder avec nostre dit Adversaire d'Engleterre, ou ses Comises, aians Pouoir suffiant depar lui, toutes manieres de Treues, generaulx, ou particuliers, en Mer, & en Terre, & en telz Pais & Limitations, en Mer, & en Terre, & a si long ou brief temps, come bon leur semblera, pour Nous, Noz Royame, Paiis, Subgez, & Seignuries, Amiz, Alliez, & Bienveillans, deca & dela la Mer, d'une part, & les Royaumes, Paiis, Subgez, & Seigneuries quelxconques, Amiz, Alliez, & Bienveillans, deca & dela la Mer, de nostre dit Adversaire d'Angleterre, d'autre part, par toutez honeurables voies & maneres que faire se purra,

Et de icelles Treues, par eulz prises & accordes, faire Crier & Publier, depar Nous, solempnelment par tout il appartendra,

* IX. 521. * Et aussy de ordonner, instituer, & commettre, pour Nous & en nostre Noun, par leurs Lettres, certains Gardeins, Conservateurs, & Juges d'icelles Treues, par eulx ainsy prises, en Mer, & en Terre, generales, ou particulieres, come dit est, telz & en tel nombre come bon leur semblera pour la seurte & permanence d'icelles Treues, & pour duement Reformer, Corriger, Reparer, & Amender tout ce qui contre la Teneur d'icelles Treues, par eulx ainsy prisez, auroit este ou serroit fait ou attempt, en Mer ou en Terre, en aucune maniere,

Et, avec ce, leur avons donne, & donnons, par la Teneur de ces Presentez, plain Pouoir, Auctorite, & Mandement especial, de donner bons, seurs, & loiaulx sauf Conduis, par Mer, & par Terre, par leurs Lettres, en Forme deue, seelles de leurs Seaulz, a toutez Parsonnes que nostre dit Adversaire vouldroit commettre & ordonner venir devers nous, ou ailleurs en nostre Royaume, de quelque Estat qu'ilz soient, y demourer, sejourner, & retourner seurement & sauvement, pour occasion Amour & Alliance de la Paix de Nous & de lui, &c.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Franciæ & Angliæ*, & *Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Licet ad compescenda Mala, quæ prædolenda Bellorum Calamitas, inter inclita Franciæ & Angliæ Regna, a diu, proch dolor! versata, totæ Cristianitati produxit, nostra hactenus solicitudo non defuerit; sed ad id totis desideriis operam adhiberi curaverimus indefessam; quæ tamen, Satore Zizaniæ, Pacis Æmulo, procurante, Effectum hucusque sortire nequeunt optatum;

Ea tamen Res nostræ Mentis conatus pacificos ebetari non valet, quin, ex causis prærecitatis, & præsertim ad effusionem Cristiani Sanguinis evitandam, ac Pacis semper optatæ Bravium consequendum, spe simulque desiderio feramur atque curramus inconcussè:

Quia, ex credulis relatibus, pro parte Serenissimi Principis *Karoli Consanguinei nostri Franciæ*, informamur quòd idem Consanguineus noster, Pacis salubri Consilio nuper cum suis habito, se totis viribus disponit ad prædictam Pacem finalem, toti Cristianitati à multis expectatam temporibus, nobiscum componendam, optans ut eâ de causâ quosdam de nostris ad suæ præsentiam mitteremus, per quos de nostræ mentis intentione finali, in Negotio Pacis prædictæ, valeat certiorari, & cum eisdem tractare, procedere, & pervenire ad Conclusionem finalem in eodem;

Idcirco Nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industriâ, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Gilberti Umframvile* Militis, & *Johannis Botiller* Armigeri Armigeriæ nostræ, plenariè confidentes,

Eisdem, eorumve Commissariis in eâ parte, seu Deputatis, apparendi & exponendi, pro Nobis & Nomine nostro, quòd, pro bono desideratissimæ Pacis & Concordiæ supradictæ, & Cristiani Sanguinis effusione, ut præfertur, evitandâ, sedandâque tempestate Guerrarum inter Franciæ & Angliæ Regna, cum ejusdem infausta Sequela, finaliter intendimus & parati sumus concordare, facere, implere, & observare ea quæ sequuntur,

In primis, quòd accipiemus & habebimus in Conjugem, præclarissimam Puellam, Dominam *Katerinam*, præfati Consanguinei nostri & illustrissimæ Consanguineæ nostræ Conthoralis suæ Filiam, absque onere aliquo ob id præfatis suis Parentibus, aut aliis suis quibuscumque Amicis, aut Subditis Regni Franciæ, imponendo; & quod, per eum modum, præfatos Illustrissimos, Consanguineum & Consanguineam, efficiemus nobis Patrem & Matrem nostros, habebimus & pro talibus venerabimur, ut decet veneran tantos, tales, & tam Illustrissimos Principem & Principissam, ymò præ cunctis aliis Temporalibus Personis Mundi.

Item, quòd non turbabimus, nec inquietabimus, seu impediemus præfatum Serenissimum Consanguineum nostrum Franciæ, ster tenetur ut plurimum (quod dolenter referimus) & præpeditur adversa valetudine, per eum modum quòd non commodè poterit, in Personâ suâ, intendere seu vacare disponendis Regni Negotiis; quòd idcirco, ad Vitam ejusdem Consanguinei nostri, Facultas & Exercitium Regendi & Disponendi Rem publicam prædicti Regni Franciæ, cum Consilio Nobilium & Prudentum ejusdem Regni, eidem Consanguineo nostro obedientium, qui Commodum & Honorem Regni prædicti amplius dilexerint, penes Nos sint & maneant; ita ut ipsam per Nos, & etiam per alios (quos cum Consilio præfatorum Nobilium ad hoc duxerimus deputandos) Regere possimus & Gubernare: quibus quidem Facultate & Exercitio penes nos taliter existentibus, efficaciter, diligenter, & fideliter, toto Posse nostro, Laborabimus & Intendemus ad id, quod esse possit & debeat ad Honorem Dei & præfatorum Consanguinei & Consanguineæ nostrorum, necnon ad Bonum Publicum Regni prædicti, & ad ipsum Regnum Defendendum, Transquilandum, & plenè Pacificandum, ac ad Exterminandum & Expugnandum Hostes, Inimicos, Adversarios, & Rebelles præfati Consanguinei nostri & Nostri, ac Subditorum Regni prædicti sibi obedientium, & eos omnes qui Pacem & Tranquillitatem ejusdem Regni impedire conabuntur seu perturbare.

Item, quòd Proceres, Magnates, & Nobiles, ac Status Regni prædicti, tam Spirituales, quàm Temporales, necnon Civitates & notabiles Communitates Villarum ejusdem Regni, præfato Consanguineo nostro obedientes, præstabunt Juramenta quæ sequuntur,

In Primis, quòd nobis, Facultatem & Exercitium Disponendi & Regendi dictam Rem publicam gerentibus, ac Jussionibus nostris humiliter & obedienter in omnibus & Parebunt & Intendent.

Item, quòd ea, quæ inter præfatum Consanguineum nostrum & Consanguineam nostram & Nos (cum Consilio eorum, quos iidem Consanguineus noster & Consanguinea ac Nos ad id duxerimus adhibendos) appunctuata fuerint & concordata, ipsi, quatenus eos & singulos eorum concernere poterit, in omnibus & per omnia, bene & fideliter observabunt, & pro Posse suo sic facient ab aliis quibuscumque observari; ita quòd continuè, ab Obitu & post Obitum dicti Consanguinei nostri Franciæ, erunt ipsi Fideles Homines Ligei nostri & Hæredum nostrorum, ac Nos pro Domino suo Ligeo & supremo ac vero Rege Franciæ, absque Oppositione, Contradictione, seu Difficultate, Recipient, & Admittent, & Obedient; & quod, præterquam dicto Consanguineo nostro, nulli umquam, post hæc, tamquam Regi aut Regenti Regni Franciæ, Obedient, nisi Nobis & Hæredibus nostris.

Item, quòd non erunt in Consilio, Auxilio, vel Assensu quòd Nos perdamus Vitam aut Membrum, seu Capiamur malâ captione, aut quòd Patiamur Dampnum seu Diminutionem in Personâ, Statu, Honore, seu Rebus; verùm, si quid tale contra Nos moliri seu machinari noverint, illud pro Posse suo impedient, & Nobis, quàm celerius poterint, per Seipsos, seu Nuncio, vel Literis, intimabunt.

Item, quòd præfatus Serenissimus Consanguineus noster, super Præmissis omnibus & singulis, ac aliis quibuscumque, inter Ipsum & Nos in hac parte concordandis, Nobis Dabit & Faciet, ac Dari & fieri Faciet, suas Literas Patentes, suo Magno Sigillo sigillatas; necnon Literas Patentes Approbatorias & Affirmatorias præfatæ Serenissimæ Consanguineæ nostræ Consortis suæ, & aliorum Procerum & Magnatum dicti Regni, eidem Consanguineo nostro Franciæ nunc vel in futurum Obedientium (quorum Literas, in ea parte, ab eodem Consanguineo nostro Franciæ exigere voluerimus) in meliori formâ, quæ per Consilia Partium poterit advisari, necnon omnimodas Securitates rationabiles, quas in hac parte velimus exigere.

Ac etiam Præmissa, pro Nobis & Nomine nostro, dicto Consanguineo nostro Franciæ offerendi, in Toto vel in Parte, quando & prout eis magis videbitur expedire, ac cum eodem concludendi & concordandi,

Omniaque alia & singula faciendi, exercendi, & expediendi, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Et promittimus, bonâ fide, & in verbo Regio, & sub cautione omnium Bonorum meorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, Firmum, & Stabile * perpetuò habituros totum & quicquid per præfatos, *Gil-* * IX.
bertum & *Johannem*, Actum, Factum, sive Gestum fuerit in 523.
Præmissis, & singulis Præmissorum,

Et quòd Nos Concedemus & fieri Faciemus Literas Confirmatorias, sub Magno Sigillo nostro de & super omnibus Articulis & Punctis, de quibus inter eos fuerit concordatum seu con-

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. Fol. 53. A.

MArtinus Episcopus, Servus Servorum Dei, carissimo in Christo Filio, Jacobo, Regi Scotiæ Illustri, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Summus omnium Creator & Opifex, ab alto prospiciens Sacrosanctam Romanam & universalem Ecclesiam, Sponsam suam,

Quæ, ferè per Quadraginta Annorum Curricula, ob nefandum Scisma lacrimabile ac pestiferum, variis & diversis Modis extitit miserabiliter lacessita,

Per Depositionem olim Johannis, XXIII. & illius, ac sequentis Gregorii, XII. in eorum Obedientiis nuncupatorum, Renunciationem, sponte factas, & per hanc Sacrosanctam Synodum Generalem Constantiensem solenniter approbatas, & Depositionem a Papatu de Benedicto, XIII. in ejus Obedientia nuncupato, etiam per ipsam Synodum ex tribus Obedientiis unitam, in unamque, Regum Rege pacifico misericorditer inspirante, confectam, canonicè factas,

Non est passus ulteriùs eandem Ecclesiam, diutiùs Pastore carentem, suæ Viduitatis incommoda deplorare:

Ac,

Post multos, varios, diuturnosque Tractatus ac Labores (illo insuper inspirante, qui ubi vult spirat & Aspirationis Radiis Corda Fidelium vivificat & illustrat) super Modo & Formâ eligendi tunc proximum futurum Romanum Pontificem,

Per quem, propter Obedientiarum diversitatem, omnis ubique Scismatis & Divisionis tolleretur Occasio, nullaque Retractatio, nullusque scrupulus in Mentibus Hominum cujuscunque Obedientiæ resideret,

De Voluntate & Consensu expressis, Venerabilium Fratrum nostrorum, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium (de quorum Numero tunc eramus) per idem Sacrum Concilium ORDINATUM EST & DECRETUM,

Quòd, eâ vice dumtaxat, ad Eligendum Romanum & Summum Pontificem, unà cum ipsis Cardinalibus, Sex Prælati, vel aliæ honorabiles Personæ Ecclesiasticæ, in Sacris Ordinibus constitutæ, de qualibet Natione protunc in eodem Concilio existentes & nominatæ, quos seu quas quælibet Nationum ipsarum pro se duceret eligendos, ipsis Cardinalibus adjungerentur, quibus idem Concilium, cum ipsis Cardinalibus, eligendi Romanum Pontificem tribuit Potestatem;

Ita quod ille, & non alter, absque ullâ Exceptione, ab universali Ecclesia Romanus Pontifex haberetur, qui a Duabus Partibus eorundem Cardinalium, & à cujuslibet Nationis Duabus Partibus eisdem Cardinalibus adjungendorum, Electus foret & Receptus.

Quibus, Triginta Numero, per ipsas Nationes Electis, & per idem Sacrum Concilium præfatis Cardinalibus cum Prædicta Potestate adjunctis, Die Lunæ, octavâ Novembris proximo præteritâ, circiter Horam Quartam post Meridiem, in illius Nomine, qui perpetuâ Mundum ratione gubernat Cardinales, Numero Viginti Tres, & adjuncti, hujusmodi cooperante Spiritûs Sancti Gratiâ, Decretum & Ordinatum ad hoc CONCLAVE, Libertate atque Securitate celeberrimâ ab extra Custodia munitissimum, ad Pacem præfatæ Ecclesiæ aspirantes, intrârunt,

Missarumque celebratis de More Solenniis, ac deinde Conciliis habitis repetitis, prout tantæ Rei Sublimitas exposcebat, Die Jovis, xi. dicti Mensis, Celebritatis Beatis Martini Confessoris atque

* IX. 524. Pontificis, de mane Horâ quasi * Decimâ (eodem Spiritu Paraclito Mentes nostras uniformiter ac etiam concorditer inspirante ad Altissimi Laudem, Gloriam, & Honorem, ac Statum ipsius Ecclesiæ, Evulsionemque totalem ex Agro Dominico pestiferi Scismatis, Cardinales & Adjuncti præfati in Nos (tunc Sancti Georgii ad Velum Aureum Diaconum Cardinalem) licet ex fragilitate Humanæ Conditionis ad tantum Onus Regiminis insufficientibus Humeris, eorum vota unanimiter (discrepante Nemine) direxerunt, nosque in Romanum & Summum Pontificem elegerunt, in Jubilo ymnum TE DEUM decantantes,

Moxque, juxta Ritum præfatæ Ecclesiæ, Cardinales, & Adjuncti hujusmodi, & alii, intra Conclave ipsum existentes, Nos supra Altare, ibi situm, Intronizantes, Adorantesque, cum Osculis, in Papam & Summum Pontificem (nostro prius requisito & humiliter adhibito Consensu) receperunt solempniter, ut est moris,

Ac deinde celeberrimis sacrisque, undecimo Kal. Decembris proximò præteriti, in Constanciensi Ecclesia, juxta Ritum præfatæ Ecclesiæ, cum Astantium Exultatione permaximâ, celebratis Solemniis,

Cardinalibus ipsis, necnon, carissimo in Christo Filio nostro, Sigismundo Romanorum & Hungariæ Rege Illustri Regalibus Infulis insignito, Prælatis, Principibus, Ducibus, Cleri, Nobilium, & Populi Multitudine, astantibus copiose, ad omnem Creatoris Laudem & Gloriam, Pacem ac Unionem præfatæ Ecclesiæ Orthodoxæ, Fidei Incrementa, Gregisque commissi Quietudinem & Salutem, nostræ Coronationis Insignia Cardinales ipsi, humiliter per Nos suscepta, exultantibus Animis peregerunt;

ejus Obedientia nuncupato, & per hoc Sacrum Generale Concilium Constanciense, suis culpis & demeritis exigentibus, ac justo Dei Judicio, sententialiter condempnato, & à Papatu deposito & privato, tam intra Regnum tuum quàm in Vicinis Partibus existentium, ut se ad Fidelitatem, Devotionem, & Obedientiam nostras & ipsius Ecclesiæ, pro incremento Pacis & Unionis hujusmodi, protinus se reducant,

Attento maximè quòd cæteri Reges & Principes Christianitatis, prout Mundo jam tandem debet esse compertum atque notorium, id concorditer & in Altissimi Gratiâ effecerunt, & Nunciis præfati Concilii jamdudum, pro parte, dilectorum Filiorum, Gubernatoris Scotiæ Avunculi tui, & aliorum Dominorum Regni tui Scotiæ prædicti, de mittendis ad ipsum Concilium, ad Obedientiam & Fidelitatem exhibendas, plenariè rescripserunt,

Id tua velit Serenitas Præmissa, Regalibus tuis studiis, salutari & votivâ Conclusione, perficere pro eadem Serenitate tua, Regno, Insulis, & cæteris Partibus, eidem Subditis, Prælatis & Reliquis, ut sic, Te Auctore, Unionis & Pacis Integritas in eadem Ecclesia, in sempiternam tui Nominis Gloriam & Honorem, concludatur celeriter ac votivè, nec possit (quòd emersurum nullatenus arbitramur) eandem Serenitatem tuam ab Unione Gregis Fidelium, cum Regno Dominiisque tuæ Celsitudinis, quomodolibet sequestratam,

Nos enim, ad instar Patris Luminum, quantum cum Deo & Honestate poterimus, eandem Serenitatem tuam, ac Regnum, Partesque alias, tibi subjectas, Apostolicis Gratiis, tam in Spiritualibus, quàm in Temporalibus, prosequemur, & continebimus in nostræ Visceribus Caritatis.

Dat. Constanciæ tertio Non. Decembris.

Scriptum Cadomi *secundum Copiam.*

---

* *Pro Religiosis, in Ducatu Normanniæ, de non molestando.* * IX. 525.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Norman. 5. H. 5. m 19. dor.

REX, dilecto & fideli suo, Johanni de Assheton, Senescallo nostro de Baieux, Salutem.

Ex parte Religiosorum Virorum Domûs Sancti Martini de Mondaie, Ordinis Sancti Augustini, juxta Civitatem nostram prædictam, nobis est, graviter conquerendo, monstratum ut,

Cùm omnia Temporalia sua in Manus nostras per vos, seu salteni alios Officiarios nostros Civitatis prædictæ, Seisita fuissent & Capta, & in Manibus nostris adhuc existunt, eâque occasione divinum Servitium ibidem sustineri nequeat, nisi sibi per Nos in hac parte gratiosius succurratur,

Nos,

Nolentes Divinum Servitium, occasione Captionis seu Seisinæ Temporalium prædictorum in Manus nostras prædictas impediri aliqualiter aut turbari, set potius, quantum in Nobis est, sustineri & augmentari,

Vobis Mandamus quòd omnia Temporalia Domûs prædictæ, in Manus nostras per vos, aut aliquos alios Officiarios seu Ministros nostros ibidem, ut præmittitur, Capta & Seisita, præfatis Religiosis Viris sine dilatione Restitui & Liberari faciatis, adeò liberè & integrè sicut ea, ante Captionem seu Seisinam prædictam, tenuerunt & habuerunt,

Et, si causa rationabilis subfuerit quare id facere non debeatis, tunc Nos inde, sub Sigillo vestro, distinctè & apertè, sine dilatione, reddatis certiores, unà cum hoc Brevi.

Teste Rege, in Exercitu suo, prope Villam Falesiæ, in Ducatu suo Normanniæ, quarto die Decembris.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literæ diriguntur præfato Johanni pro Religiosis Viris subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Religiosis Viris *Hospitalis Sancti Nicholai de Baieux.*

Religiosis Viris *Domus beatæ Mariæ de Longues*, Ordinis Sancti Benedicti, prope Civitatem Regis prædictam.

Per ipsum Regem.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, ob Reverentiam Dei & in sustentationem Cultûs sui, Concessimus *Abbati & Conventui de Cerisy*, Baiocensis Diœcesis in Ducatu nostro Normanniæ, omnimoda Temporalia sua, ubicumque infra Ducatum nostrum prædictum firmiter constituta, quæ ipsi temporibus retroactis habuerunt & tenuerunt, seu quibus melius usi fuerunt & gavisi,

In cujus, &c.

Teste Rege ut supra.

Per ipsum Regem.

Et

prædictum sub Gubernatione sua existunt, &c. quousque pro Gubernatione & Regimine ejusdem Abbatiæ, ad Laudem & Honorem Dei, aliter duxerimus Ordinandum.

In cujus, &c.

Teste Rege, in Exercitu suo, prope *Villam Falesiæ*, in Ducatu, &c. sexto die Decembris.

Per ipsum Regem.

• IX. 516. • Et Mandatum est Senescallo Regis de Cadomo, ac aliis Officiariis & Ministris Regis in Ducatu suo Normanniæ, & eorum cuilibet, quòd ipsos Religiosos omnia Temporalia sua ejusdem Abbatiæ, infra Ducatum Regis prædictum, sub Gubernatione habere permittant, juxta Tenorem Literarum Regis prædictarum, ipsos contra Tenorem earumdem, non Molestantes in aliquo seu Gravantes.

Teste ut proximo supra.

Per ipsum Regem.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis, *&c. ut supra usque ibi*, Abbatiæ, *& tunc sic*, *Sanctæ Barbaræ* in Ducatu, &c. quòd omnia Temporalia, *&c. ut supra.*

In cujus, &c.

Teste Rege ut supra.

Per ipsum Regem.

Et Mandatum est universis & singulis Officiariis & Ministris Regis in Ducatu, &c. ubilibet constitutis, quod ipsos Religiosos, *&c. ut supra.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, & ut divinum Servitium ac alia Pietatis Opera, quæ in *Hospitali sive Domo Dei Civitatis nostræ de Baieux*, in Ducatu nostro Normanniæ, fieri debeant, plus solito accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur & sustineantur, Concessimus *Religiosis Viris*, Hospitalis sive Domûs prædictæ omnia Temporalia, eidem Hospitali sive Domui infra Ducatum nostrum prædictum qualitercumque spectantia sive pertinentia, Habenda, in Sustentationem Divini Servitii & aliorum Pietatis Operum prædictorum, de dono nostro.

In cujus, &c.

Teste Rege, in Exercitu suo, prope *Villam Falesiæ*, in Ducatu, &c.

Per ipsum Regem.

Et Mandatum est Senescallo Regis de Baieux, ac aliis Officiariis & Ministris suis Ducatûs sui Normanniæ ubilibet constitutis, quod *ipsos religiosos* omnia Temporalia sua, eidem Hospitali sive Domui, infra Ducatum Regis prædictum, qualitercumque spectantia sive pertinentia, habere permittant, juxta Tenorem Literarum Regis prædictarum, ipsos contra Tenorem earumdem non Molestantes in aliquo seu Gravantes.

Teste Rege in Exercitu, &c.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas Regis Patentes habent subscripti; videlicet,

Prioratus Sancti Vigoris le Graunt, juxta Civitatem Regis de Baieux, in Ducatu Regis Normanniæ.

Teste Rege in Exercitu, &c.

Per ipsum Regem.

Et Mandatum est, &c.

Teste ut supra.

Prioratus de Fontenay le Pamel, in Ducatu Regis Normanniæ.

Per ipsum Regem.

Et Mandatum est universis & singulis Officiariis & Ministris Regis Ducatûs sui Normanniæ ubilibet constitutis, quòd *ipsos Religiosos*, *&c. ut supra.*

Per ipsum Regem.

Domus Sancti Stephani de Plesseiz Grimouls in Ducatu, &c.

Per ipsum Regem.

Domus beatæ Mariæ Dannay, in Ducatu, &c.

Per ipsum Regem.

REX, dilecto sibi, *Johanni Mosdale*, Servienti suo ad Arma, Salutem. Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Pat. 5. H. 5. m. 31. dorf.

Sciatis quòd,

Cum certæ Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, pro Nobis, Regnis, Terris, Patriis Dominiis, Ligeis, & Subditis nostris, cum, Illustri Principe, Carissimo Fratre & Consanguineo nostro, *Johanne Duce Britanniæ* & Comite Montis Fortis, pro Se, Ducatu suo Britanniæ, Terris, Patriis, Dominiis, Ligeis, ac Subditis suis factæ, initæ, concordatæ, & compositæ existant, duraturæ a Die Datæ, Sextodecimo Mensis Novembris, proximo præterito, usque ad Festum beati Michaelis Archangeli, proximo futurum, sub modo & forma, qui in quadam Cedula, præsentibus annexa, continentur,

Nos,

De fidelitate & circumspectione tuis plenius confidentes,

Assignavimus Te ad Treugas & Guerrarum abstinentias prædictas, in Singulis Portubus Regni nostri Angliæ, ab Ore aquæ Thamisiæ versus partes Boreales, ubi magis indiguerit, Proclamandum & Proclamari faciendum,

Et eas, sic Proclamatas, firmiter & inviolabiliter Teneri demandandum juxta vim, formam, & effectum earumdem;

Et ideo Tibi præcipimus quòd circa Præmissa diligenter intendas, ac ea facias & Exequaris in forma prædicta.

In cujus, &c.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonast.* quinto die Decembris.

Per Concilium.

REX dilecto sibi, *Roberto Saperton*, Servienti suo ad Arma, Salutem.

Scias quod,

Cum, *&c. ut supra usque ibi*, Angliæ *& tunc sic*, ab Ore Aquæ Thamisiæ versus partes Occidentales, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

REX, Locumtenenti Constabularii Castri nostri Dovorriæ, ac Custodibus Quinque Portuum nostrorum, Salutem.

Sciatis quòd,

Cum, *&c. ut supra usque ibi*, confidentes, *& tunc sic*, assignavimus vos ad Treugas seu Guerrarum Abstinentias prædictas, in Portubus prædictis, ac aliis Locis ubi indiguerit, proclamandum, *&c. ut supra*, *mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

REX Vicecomiti Suthamptoniæ, Salutem.

Scias quòd,

Cum, *&c. ut supra*, *mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

Super Treugis Burgundiæ, & de Proclamatione facienda.

REX, dilecto sibi *Roberto Saperton*, Servienti suo ad Arma, Salutem. Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid.

Scias quod,

Cum nuper certæ Treugæ sive Guerrarum Abstinentiæ, per Terram & per Mare, inter Nos, pro Terris, Dominiis & Subditis nostris, &, magnificum Principem, *Johannem Ducem Burgundiæ*, Carissimum Consanguineum nostrum, pro Terris, Dominiis, & Subditis suis, per certos Commissarios utriusque Partis, certis modis & formis, sub Data vicesimo quarto die Mensis Junii, Anni Domini Millesimi, Quadringentesimi, decimi sexti, captæ, & initæ fuissent, usque ad Festum Sancti Michaelis, jam proximo præteritum, & non ulterius, duraturæ,

Infra quas Treugas Comitatus Boloniæ super Mare, cum suis Juribus & Universis pertinentiis (qui post Treugas prædictas inchoatas, ad manus dicti nostri Consanguinei devenit) nostra Auctoritate specialiter est inclusus, prout in diversis Literis Commissariorum • nostrorum, per Nos confirmatis, expressiùs continetur, • IX. 518.

Ac, dilecti Clerici nostri, Magister *Henricus Ware* Custos Privati Sigilli nostri in utroque Jure Licentiatus, & Magister *Willielmus Lyndwode* Legum Doctor, Commissarii nostri ad hoc specialiter deputati, de voluntate & assensu Ambassiatorum præfati Ducis, easdem Treugas, cum omnibus & Singulis suis Declarationibus, Extensionibus, Additionibus, & novis Provisionibus, cum suis Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Con-

tus,

Ac iidem, *Henricus*, & *Willielmus*, ipsum Comitatum, cum suis Juribus & Pertinentiis, in ipsis Treugis, usque ad dictum Festum Paschæ, incluserint per expressum,

Ac insuper Treugas, inter *Nos* & dictum *Consanguineum nostrum*, pro Clericis, Peregrinis, Mercatoribus, & Piscatoribus, ac eorum Servientibus, Rebus, atque Bonis, alias captas (quæ jam in proximo expirârunt) fecerimus Innovari, usque in dictum Festum Paschæ, & abinde usque ad finem Anni proximò tunc sequentis, juxta Omnem Vim & Effectum earumdem, effectualiter duraturas,

Provisum quoque existit in Treugis antedictis quòd, ipsis durantibus, *nec Nos* pro Parte nostrâ Patiemur, *nec dictus Consanguineus noster* pro parte sua patietur, pro Posse suo, sine dolo & fraude, aliquas Carracas, Naves, aut Vasa navigabilia quæcumque, in Portubus, Ripariis, aut aliis Locis Partium suarum, Armari, aut Armaturas, sive Victualia, aut alia Præparamenta Guerrarum quæcumque, in eis poni, ad faciendum Guerram, Dampnum aut Gravamen Parti nostræ sive suæ,

Et, si aliquæ Carracæ, Naves, aut Vasa hujusmodi in Portubus, Ripariis aut Locis, unius vel alterius Partis, sic Armatæ, repertæ fuerint, ipse, infra cujus Districtum reperientur, ne Carracæ, Naves, aut Vasa hujusmodi, sic Armatæ, exeant, sine dolo & fraude impediet cum effectu,

Adjectum insuper est, inter cætera in Treugis antedictis quòd, quamdiu Guerræ fuerint inter *Nos* & *Civitatem Januensem* sive ipsius Civitatis Dominium, aut Reprisaliæ sive Marchiæ duraverint inter Nos & Januenses prædictos, nullus Flandrensis, aut alterius cujuscumque Nationis Conditionisve aut Patriæ existat, Bona sua sive Merces, etiam durantibus hiis Treugis sive Securitatibus, ponere possit aut valeat in Carracis, Galleis, aut Navibus Januensium,

Quòd, si quis fecerit, hoc ejus erit Periculum,

Et, si forsan quæcumque Bona in Carracis, Galleis, aut Navibus, hujusmodi, extra Portum & Patriam Flandriæ, per Nos aut nostros capta sint, harum Treugarum prætextu seu vigore, repeti non poterunt aut debent restitui,

Proviso etiam quòd, durantibus hiis Treugis, Bona Anglicorum in Flandria, aut Bona Flandrensium in Anglia, capi aut arrestari non debeant, nisi pro novo Debito, aut Delicto, post ultimum diem Mensis Julii proximò præteritum, inibi contracto, aut perpetrato, prout in Literis Commissariorum, inde confectis, & per Nos confirmatis, pleniùs continetur;

Et, quia Præmissa ad Notitiam omnium & singulorum, quorum interest, deduci volumus, Assignavimus Te ad ea, in Singulis Portubus Regni nostri Angliæ, ac aliis Locis ubi magis expediens fuerit & necesse, ab Ore aquæ Thamisiæ versus partes Occidentales, juxta Tenorem earumdem, publicè ex parte nostrâ Proclamandum & Notificari faciendum;

Et ideò tibi præcipimus quòd circa Præmissa diligenter Intendas, ac ea facias & exequaris in forma prædicta.

In cujus, &c.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium* Quinto die Decembris.

Per Concilium.

* IX. 529. * REX, dilecto sibi, *Johanni Mosdale*, Servienti suo ad Arma, Salutem.

Scias quòd,

Cum, *&c. ut supra usque ibi*, necesse, *& tunc sic*, ab Ore aquæ Thamisiæ versus partes Boreales, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

REX, Locumtenenti Constabularii nostri Dovorriæ, & Custodibus Quinque Portuum nostrorum, Salutem.

Cùm nuper certæ Treugæ, *&c. ut supra*, deduci volumus, *& tunc sic*, Vobis Mandamus quòd ea, in Portubus prædictis, ac aliis Locis ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè ex parte nostra Proclamari & Notificari faciatis, juxta Tenorem earumdem; Et hoc nullatenus omittatis.

Teste ut supra.

Per Concilium.

REX, Carissimo Avunculo nostro, *Thomæ Duci Exoniæ*, Admirallo Angliæ, & ejus Locatenentibus, Salutem.

Cùm nuper certæ Treugæ, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

REX, Vicecomiti Suthamptoniæ, Salutem.

Cùm nuper certæ Treugæ, *&c. ut supra usque ibi*, volumus *& tunc sic*, Tibi Præcipimus quòd ea, in singulis locis Comitatûs prædicti, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste Rege, in Exercitu suo, prope *Villam Falesiæ* in Ducatu, &c. Septimo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De recipiendo Tertias Regi debitas.

REX, dilecto & fideli suo, *Johanni de Radeclyf*, Salutem. Ann. D. 1417.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate & circumspectione vestris pleniùs confidentes, *An. 5.*

Assignavimus Vos ad omnes & singulas Tertias, nobis de quibuscumque Capitaneis de Garnesia nostra de Vernulle, & partibus ibidem vicinis, qualitercumque debitas, pro Nobis & Nomine nostro, Petendum & Recipiendum, & easdem Tertias ad opus nostrum Custodiendum & Conservandum; *H. 5. Pat. Norm. 5. H. 5. m. 17.*

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Capitaneis prædictis, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Vobis, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teste Rege, in Exercitu suo, prope *Villam Falesiæ* in Ducatu Regis prædicto, xii. die Decembris.

Per ipsum Regem.

---

* *De Regio Assensu.* * IX. 530.

EXcellentissimo Principi ac Domino, *Domino Henrico*, Dei gratiâ, *Regi Angliæ & Franciæ*, ac Domino Hiberniæ, sui humiles & devoti Capellani, *Johannes Engelond*, Superior, & Conventus Certeseyæ, veræ Salutis Augmentum, cum Æternæ Fælicitatis gaudio & honore. Ann. D. 1417. *An. 5. H. 5. infr. Turr. n. 5. H. 5.*

Quia Ecclesia nostra de Certeseya, post Mortem, bonæ memoriæ, Domini *Thomæ Culverdon*, nuper Abbatis ejusdem, erat Pastoris solatio destituta,

Petitâ Licentiâ à regia Majestate vestra alium Nobis Abbatem Eligendi, & liberaliter ac gratiosè optentâ,

Nos unanimi Assensu, Voluntate, & Consensu Fratrem *Johannem Hermondesworthe*, Commonachum nostrum & Priorem, Virum providum & discretum, Nobis & Monasterio nostro concorditer elegimus *in Abbatem*,

Quem, per Fratres, *Ricardum Merselde*, & *Johannem Panter* Commonachos nostros, Præsentium exhibitores, cum præsentibus Literis, vestræ Regiæ Celsitudini Præsentamus,

Humiliter Supplicantes quatinus prædictæ Electioni nostræ Regium Assensum liberaliter Impendentes, vestras Literas Regias, Venerabili Patri, Domino *Henrico*, Dei gratiâ, *Wintoniensi Episcopo*, seu ipsius Vicario in spiritualibus Generali, pro Confirmatione Electionis hujusmodi ab eodem Patre liberius optinenda, velitis gratiosè dirigere.

Valeat vestra Majestatis regiæ Dominatio metuenda semper in eo, per quem Reges regnant & Principes dominantur.

Dat. in *Domo nostra Capitulari* sub Sigillo nostro Communi xiv. Die Mensis Decembris.

Pro Canonicis de Baieux.

REX, dilecto & fideli suo, *Johanni de Assheton*, Senescallo nostro de Baieux, Salutem. Ann. D. 1417.

Cùm, de Gratia nostra speciali, Concessimus, dilectis nobis in Christo, *Canonicis Residentibus in Ecclesia Cathedrali, beatæ Mariæ Civitatis nostræ Baieux*, in Ducatu nostro Normanniæ, ac *Capellanis, Clericis, & aliis Ministris, ibidem* Deo Servientibus, & sub Fide & Ligeantia nostris existentibus, quòd Ipsi habeant & teneant omnes & singulos Hæreditates & Redditus, ad Corpus Ecclesiæ prædictæ, infra Ducatum nostrum prædictum, qualitercumque pertinentes, *An. 5. H. 5. Norm. 5. H. 5. m. 12. d.*

Ita quòd Ipsi de eisdem Hæreditatibus & Redditibus ad Onera, eidem Ecclesiæ incumbentia, supportanda, juxta Consuetudinem ibidem hactenus rationabiliter habitam & usitatam, disponere possint, quousque pro Regimine & Gubernatione ejusdem Ecclesiæ, ad Dei Laudem & Honorem, aliter duxerimus Ordinandum,

Prout in Literis nostris Patentibus inde confectis pleniùs continetur,

Vobis Mandamus quòd ipsos *Canonicos, Capellanos, Clericos*, & *alios Ministros*, ibidem Deo Servientes, omnes & singulos Hæredi-

1417. An. 5. H. 5. Pat. Norm. 5. H. 5. m. 47.

Sciatis quòd Nos,

Immensa Dei Beneficia, nobis ante haec tempora, & praesertim postquam in Ducatum nostrum Normanniae, pro Recuperatione & Conquestu Jurium nostrorum ibidem, suâ Clementiâ & Bonitate, pervenimus, variè infusâ & exhibitâ clarè intuentes,

Ad Gratiarum Actiones ipsi soli Deo, qui Justitias diligit & vidit aequitates, Impendendum solertiùs excitamur,

Ut igitur noster Affectus effectum sortiatur, ejusque Laudes & Servitia, qui Bona Nobis tribuit ubique Locorum Nobis Subditorum, plus solito vigeant & accrescant, de Gratiâ nostrâ speciali, Concessimus, dilectis Nobis in Christo, *Canonicis Residentibus in Ecclesia Cathedrali Beatae Mariae Civitatis nostrae de Baieux*, in Ducatu nostro Normanniae ac *Capellanis*, *Clericis*, & *aliis Ministris*, ibidem Deo Servientibus, & sub Fide & Ligeantia nostris existentibus, quòd ipsi habeant & teneant omnes & singulos Haereditates & Redditus, ad Corpus Ecclesiae praedictae, infra Ducatum nostrum praedictum, qualitercumque pertinentes,

Ita quòd ipsi de eisdem Haereditatibus & Redditibus ad Onera, eidem Ecclesiae incumbentia, supportanda, juxta Consuetudinem ibidem hactenus rationabiliter habitam & usitatam, disponere possint, quousque pro Regimine & Gubernatione ejusdem Ecclesiae, ad Dei Laudem & Honorem, aliter duxerimus ordinandum.

In cujus, &c.

Teste Rege, in Exercitu suo, prope *Villam Falesiae*, in Ducatu Regis praedicto, decimo quarto die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Praesentationibus.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid.

ROBERTUS *Rationis* Capellanus habet Literas Regis de Praesentatione ad Ecclesiam Parochialem beati Petri de Monte Forti, Lexoviensis Dioecesis, vacantem & ad Regis Donationem spectantem ut dicitur;

Et diriguntur Literae illae Capitulo Ecclesiae Cathedralis Civitatis Regis de Liseux.

In cujus, &c.

Teste Rege, in Exercitu suo, prope *Villam Falesiae*, in Ducatu Regis praedicto, decimo quinto die Decembris.

Per ipsum Regem.

CONSIMILES Literas Regis de Praesentatione habet idem *Robertus ad Capellam* Sancti Eustachii, Bajocensis Dioecesis, vacantem & ad Regis Donationem spectantem ut dicitur.

Et diriguntur Literae illae Capitulo Ecclesiae Cathedralis beatae Mariae Civitatis Regis de Baieux.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

De Praesentatione.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibidem. m. 14.

MACE *Letewelier* Capellanus habet Literas Regis de Praesentatione ad Ecclesiam Parochialem Sancti Vigoris de Atis, Baiocensis Dioecesis, vacantem per Mortem Magistri *Roberti Jolis*, ultimi Parsonae ibidem, ut dicitur, & ad Regis Donationem spectantem;

Et diriguntur Literae ille Capitulo Ecclesiae Cathedralis beatae Mariae de Baieux.

Teste Rege, in Exercitu suo, prope *Villam Regis Falesiae*, decimo sexto die Decembris.

Per ipsum Regem.

• IX. 532.

* *Appunctuamentum de Villa de Faloize.*

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ibid. m. 2.

C'ENSUIT LE TREITE ET APPOINTMENT, Dit, Fait, & Accorde, le xx. jour de Decembre, en l'An M. CCCC. & XVII. parentre Nous *Thomas Conte de Salesbury*, *Henry Sire Fitz Hugh*, *John Cornewaill*, & *William Harington* Chivalers, a ce Commys par le Tresexcellent *Roy de France & d'Engleterre*, nostre Soveraine Seigneur de l'une part, &, d'autre part, les Nobles Chivalers, Messieur *Guillem de Meulhou*, Messieur *Gilbert de Monstiers Seigneur de la Faiette*, Capitains des ... *Seigneur*, ou en les Mains d'autre depar luy a ce Commys, la suisdite Ville de Faloise; se ensy ne soit que la dite Ville soit Rescous par Bataille de sa Persone ou Persones *du Roy leur Seignour*, *le Dauphin* son Fitz Eisne, ou *le Constable de France*; & sur le Roy de mettre, ou fairre mettre, en la dite Ville telle Garnison come il luy pleira.

ITEM, est Dit, Traittez, & Accordez que tourz les Estraingiers, esteans pur le present dedens la dite Ville de Faloise, que ount est trouves, depuis la descent dessusdit *Roy nostre Soveraine Seigneur* en la Duchie de Normandie, en la Resistance de luy, ou des Siens, fuist en la Ville de Caen, ou en aucune autre Forteresse, ou Luy en sa Persone eit este devant, ou autres des ses Subgiz par son Commandement, icelles suisditz Estraingiers se mettront du tout en la Grace & Mercy du Roy nostre dit Soverain Seigneur.

ITEM, est Dit, Traittez, & Accordez que les suisditz Capitains des Gens d'Armes & du Trait soient tenuz, & de fait Acquiteront, Renderont, & Deliveront, a suisdit Jour de la Rendue de la Ville de Falloise, tourz les *Prisoners* Englois, Soubgiz, Vassaulx, Obesans, & autres Tenans la Partie *du Roy nostre dit Soveraine Seigneur*, que feurent, le primer jour de cest present Traitte & Appointment, en la Ville susdit; sans ce que aucun empeschement soit mis aux dits Prisoners par ascuns de leur Maistres a present, ou en temps avenir, soit par Sommer, requerir, ou demandre en aucune manere que ce suit; mais finalment tourz les Maistres des ditz Prisonners Renonceront a leur Prisonners tourz leur Foitz, Promesses, ou Serementz, que les ditz Prisoners puissent avoir faitz, a cause de leur dit Prinse, en aucune manere que ce soit, ou poet estre, & ce sans fraude ou mal engyn.

ITEM, est Dit, Traittez, & Accordez que les suisnomez Capitaines, ovecques les autres Capitaines, bailleront & deliveront, hors de la dite Ville de Falloise, en les Mains du Commises *le Roy nostre dit Soveraine Seigneur*, tourz les Englois Natifs, Galois, Irrois, & Gascoignes, que avant cestes heures ont tenuz la partie d'Engleterre, que sont pur le present dedens la dite Ville de Falloise, si ascuns en y a.

ITEM, est Dit, Traittiez, & Accordez que nuls des Capitains de Gens d'Armes & du Trait, Souldiers, Bourgoys, Communes, ne autres, pur le present esteantz & residens dedens la dite Ville de Faloise, n'en donront, ne souffreront estre donnez, Forteffiement des Gens d'Armes, ne du Trait, Socours ne Relevement des Armures, Artilleries, Trait, Poudre, Canons, ne autre Comfort quelque ce soit, a ceux du Chastel (hors mys Viures) pendant le dit Traitie & Appointment.

ITEM, est Dit, Traitez, & Accordez pareillement que nuls des Capitains, des Gens d'Armes & du Trait susdites, Souldeurs, Bourgois, Communes, ne autres de la dite Ville de Falloise, ne * receiveront, ne souffreront estre receus, ne tire hors du dit • IX 533.
Chastel de Falloise le Capitain d'icelles, ne nul d'icelle Garnison, ne outtes pur le present residentz au dit Chastel: & parillement serront les ditz suisnomez Tenuz, tant pour Eux, come pur les autres de lour Compagnie, de non Tirer hors du dit Chastel nuls des Biens de ceulx, soubz oumbre de leurs Biens, de la Ville ne soubz umbre de cest present Appointment & Traittie.

ITEM, sur ceo *le Roy nostre Soveraine Seigneur*, de sa Grace, a Ottroie aux suisditz Capitaines des Gens d'Armes & du Trait, auxi bien que aux Souldeours, & autres de la dite Ville de Faloise, leur Chevaulx, leur Hernoys, & tours leurs aultres Biens queconques; hors mises Artilleries, Trait, Pouldres, Canons, Arbalestiers, & Baudrois pour Arbalestres, qui demoureront en la dite Ville: Pourveu que les Estrangers (dount le second Article dessus fait mention en cest present Traitie) ne reccourront point de Benefice ne de Privilege de cest present Article, se non a la Grace & Mercy *du Roy nostre Soveraine Seigneur.*

ITEM, ont Promis les suidiz, *de Meulho*, *de la Faiette*, & *de Gawville*, sur leur Honnours, avecque le Consentement de touts les aultres Capitains de la Ville susdite, que, pendant cest present Appointment, ils ne ferront, ne suffieront estre fait, de ditz Artilleries susditz null Bruleries, Rumperies, Transportement, ne autre destruction queconque.

ITEM, est Dit, Traittez, & Accordez que, pendant cest Traitte, de la dite Ville de Faloise ne serra fait, ne suffre estre fait, nulle Reparemens, Forteffiement, ne Affiebissement des Murailles, en nulle manere que ce soit; mais demoureront la dite Ville & les Murailles en mesme l'Estat en quoy ils sont a Primer Jour de cest present Traitte & Appointement,

ITEM, est dit, Traittez, & Accordez que, pendant cest Traitte, les Estrangiers, qui sont en la Ville de Faloise, ne feront sur les Habitans de la dite Ville nulle Robberies, Pilleries, ne autres Effortmens queconques; &, s'aucuns Messaisours le font, les ditz Capitains des Gens d'Armes & du Trait soient tenuz de faire prest

Jus-

se, ovecques tourz yceux de leur Compaignie, voideront hors de la Ville de Faloise le dit second jour de Januer, en dedens Soleil couchant; se ainsi n'est que le Rescous se fait, come dessus est Declare.

Item, *le Roy nostre Soveraine Seigneur*, de sa Grace, a Ottroie a toutz & a chescun des Gens & Habitans en la dite Ville de Faloise, qui vouldront Demourer & faire Residence en la dite Ville, Licence de y Demourer & Attendre seurement, sanz ce que ascun Empeschement leur soit mis ne donne du lour Corps, n'en leur Biens Meubles & Heritages, ne Possessions, dedens la dite Ville; mes enjoiuront paisiblement, come leurs propre Choses, a present, & en temps avenir, come ils povoient faire au devant la Rendue de la dite Ville; par ainsi que les dits, ainsy vuellantz demurer & enheriter, demurent Gens Lieges & Obeisans au *Roy nostre dit Soveraign Seigneur*, & a ses Heires & Successours.

Item, est Dit, Traittez, & Accordez que, pendant la dit Traitte & Appointment nulle manere de Guerre ne serra fait entre ceux de l'Oost nostre *dit Soveraign Seigneur* & ceulx de la Ville & Garnison de Faloise; Pourveu qu'il soit toutdiz entendu que le Chastel de Faloise, ne nuls en icelle, soit, ne soient comprises en cest present Abstinence.

Item, est Dit, Traitte, & Accorde que, sur cest present Traitte & Appointment les suisnomez Messieurs, *Guillam de Meulhou*, Monsieur *Gilbert de Monstiers* Seigneur de la Faiette, ovec le consentement de tourz les autres Capitaines des Gens d'Armes &
* IX. 534. du Trait, * dedens la dite Ville de Faloise, bailleront & deliureront Dusze Gentilx Hommes, Chivalers & Escuiers notables, en Hostages; les quelx leur serront rebaillez au jour que dit est, les ditz *de Meulhou & de la Faiette* tenans ce qu'il ont Promis & Promettent en cest dit Traitte.

Et, pur cest Traitte & Appointment bien & loialment entertenir de nostre partie, avons les susdits, *Thomas Cont de Sarum*, *Henry Seigneur Fitz Hugh*, *John Cornewaille*, & *Guilliam Haryngton*, Chivalers, mises a cest Cedule d'Appointment noz Seaulx, pur greignur Affirmation de veritee & loiaultee, devant la Ville de Faloise, le susdit xx. jour du Moys de Decembre, & l'An susdit, &c.

Copia Literæ missæ per Cardinales, de Modo & Forma Electionis & Coronationis Martini Papæ.

Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6 fol 54. A.

SErenissimo Principi & Domino, Domino *Henrico*, *Regi Angliæ* Illustri, Miseratione Divinâ, Episcopi, Presbiteri, ac Diaconi, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, Salutem in Domino sempiternam.

Pater futuri Seculi, Princeps Pacis, de Throno ejus ineffabilis Pietatis atque Clementiæ ad statum Petri Naviculæ, variis & calamitosis Undarum turbinibus, ferè per Quadraginta Annorum angenda Curricula, ob Scisma pestiferum, lacrimabiliter lacessitæ, prospiciens, ac misertus jam tandem super illam,

Nec passus diutius Sacrosanctam Romanam Catholicam Ecclesiam,

Post Cessionem Juris Papatûs dudum per olim *Johannem*, XXIII. & subsequenter *Gregorium*, XII. in earum Obedientiis nuncupatos, factas, & Depositionem a Papatu de dicto olim *Johanne*, per Sacrosanctam & Generalem Synodum Constancienscm, ac deinde de *Benedicto*, XIII. in ejus etiam Obedientia nuncupato, & per ipsam Synodum legitime celebratas, suo Præsule viduatam,

In maximum & enorme Præjudicium Animarum & Corporum ac interitum deplorandum Fidelium Christianorum, ipsius Viduitatis ulterius deplorare Incommoda, per infusionem Spiritus Sancti Paracliti, diebus prætentis, in Corda Hominum inspirare, in maximo rerum Turbine (nam ubi vult spirat) inextimabiliter est dignatus ut,

Post multos, diutinos, varios, laboriososque Tractatus,

Inter Nos ac Deputatos per Communitates Nationum in præsenti Synodo existentium, quas divina Majestas, ad Pacem, & Reformationem, & Unionem dictæ Ecclesiæ, de universis Christianitatis & nonnullis aliis Partibus, in unum mirabiliter adunavit, super Electione Summi Romanique futuri *proximi Pontificis* habitos,

In ipsa Generali Synodo concorditer Provisum extitit & Conclusum, super Modo & forma Electionis ipsius Romani ac futuri proximi Pontificis,

Quòd Collegio nostro præfatæ Ecclesiæ Cardinalium Sex Collectores pro qualibet Quinque Nationum, in ipso Concilio seu Synodo existentium, ad peragendam, unà nobiscum, Electionem hujusmodi adjungerentur; ita tamen quòd Electus in Papam, per & dicti Coelectores, servatis de More servandis, decretum Conclave, in Domo Communitatis Constanciensis notabili, & accommodâ Libertate atque Securitate conplissimis * communitum, ad Dei Laudem & Gloriam, Pacem, Statum, & Unionem prædictæ Ecclesiæ, ac totalem Extirpationem Scismatis prædicti, in Spiritûs Sancti Nomine exultantes, intravimus. * IX. 535.

Illoque, qui de supero ubi vult spirat, ac Fidelium Corda vivificat & illustrat, Corda nostra & Coelectorum nostrorum inextimabiliter ac divinitùs inspirante, Die undecimâ dicti Mensis, circa Horam Decimam, & ad tam Sacratissimum Negotium eodem Spiritu humiliter, prout tam sublimis Materia exposcebat, ab intimis præcordiis invocato, una cum Coelectoribus præfatis, Consultatione & Deliberatione mature præhabitis, super Statu ipsius Ecclesiæ, Tranquillitate Fidelium, ac Electione hujusmodi, præfatique Scismatis Confusione universali, vota nostra, cum eisdem Coelectoribus, unanimi Consensu ac libera Voluntate (nemine discrepante) in Reverendissimum in Christo Patrem, Dominum *Oddonem de Columpna*, tunc *Sancti Georgii ad Velum Aureum Dyaconum Cardinalem*, Confratremque nostrum, ejusdem Ecclesiæ verum & indubitatum *Pontificem*, supremâ Cordium nostrorum Affectione direximus, ac ipsum Elegimus & *Pastorem*.

Moxque cum Ympnis & Canticis ipsum (*mutato Oddonis Nomine in Martinum Quintum*) solempniter Intronizavimus & Adoravimus juxta Morem, confectis super hiis omnibus, ad futuram Rei Memoriam, publicis Documentis, ac deinde, celeberrimis Sacrisque celebratis, circa Consecrationem ipsius, in Constanciensi Ecclesia,

Serenissimo Principe ac Domino, Domino *Sigismundo Romanorum & Hungariæ Rege*, &c. in Regalibus infulis ac Majestate, cum Prælatorum, Ducum, Procerum, ac Nobilium suorum illustrium Comitiva, Cleri Populique multitudine copiosâ, ibi astantibus,

In Jubilo præfati Domini nostri, undecimo Kal. Decembris proximo præterito, suæ Coronationis in Thalamo fuere de More, ad Altissimi Gloriam, Pacem, & Salutem ipsius Ecclesiæ, Solemnia, cum omnium copiosissimæ Multitudinis atque perceleberrimæ, tam Regis, nostrâ, Prælatorum, Principum, Cleri, ac reliquorum inexplicabili Lætitiâ, celebrata:

Quæ præfatæ Serenitati vestræ intimare decrevimus, ut rerum gestarum seriem possit cognoscere.

Et quantum Laborum Fructum uberimum apud Reges & cæteros esse concipimus, condigna Nunciorum illorum, ex fructuosis atque pervigilibus studiis, circa Præmissa exhibitis, satis laudare, Resonantis Stili aut Vivæ Vocis Ministerio, præclarissima Studia Nunciorum Celsitudinis vestræ, ad hoc præsens Constanciense Generaleque Concilium circa Unionem & Pacem ipsius Ecclesiæ directorum, ut præfatæ Ecclesiæ, sui Pastoris tanto Temporis spatio lacrimabiliter viduatæ, de unico, vero, ac indubitato Pontifice posset concorditer, celeriter, & salubriter provideri, prout Deo in Altissimis sit Laus & Gloria, ad instar Miraculi ac Divinitus est Provisum, exhibita mirifice, ac relationem quamvis superantia, exprimere non possemus:

Pro quibus eidem Serenitati vestræ, quantum cordialius & profusius valemus & possumus, assurgimus ad amplissimarum rependia Gratiarum; Rogitantes ab intimis ut præfatos vestræ Celsitudinis Nuncios in omnibus claritate Regiâ atque munificâ recommissos suscipere dignetur, in nostrorum Cordium Complacentiam singularem.

Dat. *Constanciæ* Provinciæ Maguntinæ, sub trium priorum nostrorum Sigillis, Die vicesimo secundo Decembris, ab Assumptione Pontificalis Culminis ipsius Domini nostri Anno Primo, Millesimo, Quadringentesimo, decimo septimo, Indictione Decima.

Scripta Cadomi *secundum Originale.*

Notificatio per ipsum Papam.

MArtinus Episcopus, Servus Servorum Dei, carissimo in Christo Filio, *Henrico Regi Angliæ* Illustri, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ann. D. 1417. An. 5. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6 Fol. 55. A.

Summus omnium Creator & Opifex, ab alto prospiciens Sacrosanctam Romanam & universalem Ecclesiam, Sponsam nostram,

Quæ, fere per Quadraginta Annorum Curricula, ob nefandum Scisma lacrimabile ac pestiferum, variis & diversis Modis extitit Miserabiliter lacessita,

Post Depositionem olim *Johannis*, XXIII. & illius, & subsequenter *Gregorii*, XII. in eorum Obedientiis nuncupatorum,

Re-

[...] per idem Sacrum Concilium ORDINATUM EST & DECRETUM,

Quòd, eâ vice dumtaxat, ad Eligendum Romanum & Summum Pontificem, unà cum ipsis Cardinalibus, Sex Prælati, vel aliæ honorabiles Personæ Ecclesiasticæ, in Sacris Ordinibus constitutæ, pro qualibet Natione protunc in eodem Concilio existente & nominata, quos seu quas quælibet Nationum ipsarum pro se duceret eligendas, ipsis Cardinalibus adjungerentur; quibus idem Concilium Eligendi, cum ipsis Cardinalibus, Romanum Pontificem tribuit Potestatem;

Ita quòd ille, & non alter, absque ullâ Exceptione, ab universali Ecclesia Romanus Pontifex haberetur, qui a Duabus Partibus Cardinalium, & a cujuslibet Nationis Duabus Partibus, eisdem Cardinalibus adjungendorum, Electus foret & Receptus.

Quibus, Triginta Numero, per ipsas Nationes Electis, & per idem Sacrum Concilium præfatis Cardinalibus cum Prædicta Potestate adjunctis, Die Lunæ, octavâ Mensis Novembris, circiter Horam Quartam post Meridiem in illius Nomine, qui perpetuâ Mundum Ratione gubernat, Cardinales, Numero Viginti Tres (de quorum eramus etiam tunc Numero) & adjuncti hujusmodi (cooperante Spiritûs Sancti Gratiâ) Decretum & Ordinatum ad hoc CONCLAVE, Libertate atque Securitate & celeberrimâ ab extra Custodia munitissimum, ad Pacem Ecclesiæ aspirantes, intrarunt;

Missarumque celebratis de More Solenniis, ac deinde Conciliis habitis repetitis, prout tantæ Rei Sublimitas exposcebat, Die Jovis, undecimâ dicti Mensis, Celebritatis Beati Martini Confessoris atque Pontificis, Horâ quasi Decimâ (eodem Spiritu Paraclito Mentes nostras uniformiter ac etiam concorditer inspirante) ad Altissimi Laudem, Gloriam, & Honorem, & Statum ipsius Ecclesiæ, Evulsionemque totalem ex Agro Dominico pestiferi Scismatis, Cardinales & Adjuncti præfati in Nos (tunc Sancti Georgii ad Velum Aureum Diaconum Cardinalem) ac, ut præfertur, tunc de ipsorum Numero, licet, ex fragillitate humanæ Conditionis ad tantum Onus Regiminis Universalis Ecclesiæ insufficientibus Humeris, eorum vota unanimiter (discrepante Nemine) direxerunt, nosque in Romanum & Summum Pontificem elegerunt, in Jubilo ympnum TE DEUM decantantes,

Moxque, juxta Ritum præfatæ Ecclesiæ, Cardinales, & Adjuncti hujusmodi, & alii, intra Conclave ipsum existentes, Nos, super Altare, ibi situm, Intronisantes, Adorantesque, Osculis, in *Papam & Summum Pontificem* (nostro prius requisito & humiliter adhibito Consensu) receperunt sollenniter, ut est moris,

Ac deinde celeberimis sacrisque, undecimo Kal. Decembris proximò præterito, in Constancienti Ecclesia, juxta Ritum præfatæ Ecclesiæ, cum Astantium Exultatione permaxima, celebratis Sollenniis,

Cardinalibus ipsis, necnon, carissimo in Christo Filio nostro, *Sigismundo Romanorum & Hungariæ Rege* Illustri Regalibus Insulis Insignito, Prælatis, Principibus, Ducibus, Cleri, Nobilium, & Populi Multitudine, astantibus copiosè,

Ad omnium Creatoris Laudem & Gloriam, Pacem ac Unionem præfatæ Ecclesiæ Orthodoxæ, Fidei Incrementa, Gregisque commissi Quietudinem & Salutem, nostræ Coronationis Insignia Cardinales ipsi, humillimè per Nos suscepta, sollenniter peregerunt;

Quæ, Serenitati tuæ ad lætitiam intimare providimus.

Scimus enim quanta fuerit, a diebus antiquis, Christianissimæ Domûs ac Celsitudinis tuæ ad Romanam & universalem Ecclesiam Devotio, quàm fortis & efficax illius Protectio.

* IX. 537. * *Novimus insuper quàm sinceris Affectibus, summisque Laboribus, Studiis, & Impensis Unionem perfectam Ecclesiæ (quam Deus in Personâ nostrâ hodie perficere dignatus est) tua fuerit Serenitas prosecuta,*

Et quàm Statum & Honorem ejusdem tuæ Celsitudinis atque Regni præcipuâ Cordis affectione dileximus, & continere sedulò intendimus in nostræ visceribus Caritatis, eandem Serenitatem tuam (quam Statûs & Honoris ejusdem Ecclesiæ ac nostri ab affectu didicimus ferventissimam) tenere volumus, pro constanti, quòd, quantum cum Deo & Honestate poterimus, erga Incrementa & Conservationem Regii tui Nominis, Regni Statûs pariter & Honoris, semper Curis Paternalibus exponemus Pastoralis Diligentiæ Partes nostras.

Laudabilem demùm Excellentiam Venerabilium ejusdem Serenitatis, ad hoc Sacrum Concilium Legatorum, & præclara illorum ad opus Pacis studia, & impensos Labores, dignis Laudibus apud Serenitatem tuam duximus extollendos.

Super quibus & nonnullis aliis arduis, Nostrum, & præfatæ Statum Ecclesiæ, Serenitatisque tuæ, Regni, ac Subditorum ipsius Prosperitatem & Pacem (ad quæ propensius aspiramus) undequaque cernentibus, ad ejusdem tuæ Serenitatis Præsentiam, Pacis Angelo

[...] Bona, & [...] sua quæcunque,

Proviso semper quòd ipsi quicquam, quod in Regis Contemptum vel Præjudicium, aut Populi sui Dampnum, aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu faciant aliqualiter attemptari, 17.

Quodque Personæ prædictæ Proditores Regis aut extra Regnum suum Angliæ Bannitæ seu Abjudicatæ non existant.

In cujus, &c.

Teste Rege, in Exercitu suo, prope *Villam Falesiæ*, in Ducatu Regis prædicto, vicesimo tertio die Decembris.

Per ipsum Regem.

Pro Episcopo Eligendo, de Licentia.

EXcellentissimo in Christo Principi, & Domino nostro, Domino *Henrico*, Dei gratiâ, *Regi Angliæ & Franciæ*, & Domino Hiberniæ Illustri devoti Oratores vestri, Locumtenens (Decano absente) & Capitulum Ecclesiæ vestræ Cicestrensis omnimodos Reverentiam & Honorem Regiæ debitos Majestati. Ann. D. 1418. An. 5. H. 5. Infra Turrim.

Vacante nuper Ecclesiâ Cicestrensi per Mortem, bonæ memoriæ, Domini *Roberti, ejusdem Ecclesiæ Episcopi*, petitâque a vestrâ Excellentiâ Regiâ, prout moris est, Licentiâ Eligendi futurum nostrum Episcopum pariter & obtentâ, observatis omnibus, tam de Jure, quàm de Consuetudine, hujusmodi Electionis Negotium contingentibus,

Reverendum in Christo Patrem & Dominum, Dominum *Stephanum Patryngton*, *Menevensem Episcopum*, Nobis & eidem Ecclesiæ in Episcopum futurum concorditer postulavimus pariter & Pastorem.

Jamque idem Postulatus noster, ante ipsius Ecclesiæ Cicestrensis assecutionem, prout Altissimo placuit, ab hac Luce est subtractus,

* Nè igitur Ecclesia nostra diutius maneat Pastoris solatio destituta, ac in Spiritualibus & Temporalibus, per ipsius diuturniorem Vacationem, in futurum gravius patiatur detrimentum, eidem Excellentiæ vestræ Regiæ, cum eâ quâ possumus humilitate & instantia, supplicamus quatinus nobis ejusdem Ecclesiæ nostræ Episcopum Eligendi iterum Licentiam concedere dignetur vestra Regia Magnificentia; quam, ad Regni vestri tutelam, custodiat Altissimus per tempora longiora. * IX. 538.

Dat. in *Domo nostra Capitulari Cicestrensi*, sub Sigillo nostro Communi ad Causas, tertio die Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo, Decimo septimo.

Copia Literæ Domini Regis Romanorum, in qua mandat Comiti Palatino quod Balthasarum Cossa, olim Papam Johannem XXIII. nuncupatum, ponat ad Manus Summi Pontificis.

SIgismundus, Dei gratiâ, *Romanorum Rex* semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rex Illustri *Ludovico Comiti Palatino Reni*, Sacri Imperii Archidapifero, & Principi Electori, ac Duci Bavariæ, Avunculo nostro carissimo, Gratiam Regiam & omne bonum. Ann. D. 1418. An. 5. R. 5. Penes Camer.

ILLUSTRIS PRINCEPS, AVUNCULE CARISSIME,

Quamvis dudum præsens Sacrum Constanciense Concilium, post Balthasaris Cossa (olim Johannis Papa XXIII. in suâ Obedientiâ nuncupati) à Papatu Depositionem (quæ per diffinitivam ejusdem Concilii Sententiam canonicè facta est) Personam ejusdem Balthasaris nobis deputaverit, in certo, tuto, & honesto loco, nomine dicti Concilii, sub fideli Custodiâ conservandam, quamdiu eidem Sacro Concilio pro bono unionis Ecclesiæ utile & expediens videretur:

Cujus Custodiæ onus, ad firmandam unionem Sanctæ Dei Ecclesiæ, suscepimus benivolè atque promptè:

De tuâ quoque sincerâ fide & zelo (quam ad Sacrum Concilium & Sanctam Universalem Ecclesiam evidentissimis argumentis in te vigere cognovimus) indubitanter confisi, Dilectioni tuæ (tamquam, præ cæteris Sacri Imperii Principibus, ad hujus rei executionem, magis sufficienti & ydoneo) Personam præfati Balthasaris assignavimus; quem in loco honesto tui Dominii (veluti Unionis & Pacis Ecclesiæ Amator eximius) fidelissime conservâsti; pro quo apud Omnipotentem Deum Præmia, & apud Homines

homines

clesiæ laborasse, ac etiam in Custodia dicti *Balthasaris* per Biennium & Sex Menses unà tecum laboriosè vigilâsse considerans, Petitionem nostram gratiosè admisit; decrevitque & ordinavit (Sacro Concilio approbante) Personam præfati *Balthasaris* Sanctitati suæ, aut Deputato, vel Deputatis, Deputando, vel Deputandis, ab eo, assignandam fore & tradendam:

Declarans nichilominus & Statuens (eodem approbante Concilio)
* IX. 539. Nos dilectionemque tuam, post Assignationem * & Traditionem hujusmodi, Sanctitati suæ, aut Deputando, vel Deputandis, ab eo, per Nos, aut Dilectionem tuam, seu alium, vel alios, tuo nomine faciendas, quàm cito factæ fuerint, ab omni Onere, Debito, & Obligatione dictæ Custodiæ, & aliàs, occasione illius contractis, apud Sanctitatem suam, & idem Sacrum Concilium, ac Universalem Ecclesiam esse ac perpetuò remanere liberos, solutos penitùs, & immunes, prout id ipsum Bullâ Apostolicâ, per Sanctitatem suam Nobis datâ desuper, clarissimè attestatur.

Qua propter Dilectionem tuam, Tenore Præsentium, requirimus & hortamur, desiderantes ex animo, ac Mandantes eidem, quatinus, Præmissis omnibus diligenter pensatis, Personam dicti *Balthasaris* dicto Domino nostro *Summo Pontifici*, Deputato vel Deputandis, ab eo, absque dilatione & excusatione quibuslibet, assignare & tradere velis ac debeas, & assignari & tradi Procures cum effectu:

Non obstante quòd aliàs, dum Iter transeundi ad Regnum Aragoniæ caperemus, Dilectioni tuæ commisimus, Colloquio sub Secreto, ut nulli omnino hominum, etiam Literas nostras, sub quocumque tenore, tuæ Dilectioni afferenti, Personam dicti *Balthasaris* assignare deberes & tradere, nisi ante omnia, vocis vivæ oraculo, hoc fieri tuæ Dilectioni præsentialiter mandaremus;

Volumus enim, ex certâ nostrâ scientiâ, hanc præsentem nostram paginam vivæ Vocis nostræ officium Supplevisse.

Dilectionem quoque tuam a præmisso, de non assignandâ alicui hominum Personâ præfati *Balthasaris*, nisi, per Vocale verbum nostrum, prius Mandatum receperis, Serenitati nostræ secretè facto, virtute Præsentium absolvimus, & imperpetuum liberam & absolutam esse declaramus.

Agat igitur Dilectio tua circa Præmissa sic sollicitè & obedienter, quòd, fine laudabili Principium comitante, zelus fidei tuæ ubilibet proclametur, quòdque corda Fidelium & Voces ad magnificè extollendum nomen tuum quasi per debitum astringantur.

Nam, si secus, quod absit, contingeret, timemus verisimiliter Sinistram suspitionem cordi prædicti Domini nostri *Summi Pontificis* posse illabi, nos Sanctitati suæ ex Proposito & scienter illudere voluisse.

Præsentium sub nostræ Majestatis Sigillo appensione Testimonio Literarum.

Dat. *Constan.* Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo Octavo, Septimâ Die Januarii, Regnorum nostrorum Anno Hungariæ, &c. Trigesimo Primo, Romanorum verò Octavo, &c.

Ad Mandatum Domini Regis.

Jo. KIRCHEIM.

De Restitutione Temporalium.

Ann. D. 1418. An. 5. H. 5. Pat. 5. H. 5. m. 6.

REX, Escaetori suo in Comitatibus Suthamptoniæ & Wiltesiæ, Salutem.

Cùm, Venerabilis Pater, *Henricus Archiepiscopus Cantuariensis*, totius Angliæ Primas, Electionem, nuper factam in Ecclesia Cathedrali Sarum, de, Venerabili Viro, Magistro *Johanne Chaundeler*, Decano ejusdem Ecclesiæ, *in Episcopum* Loci ipsius (cui prius regium Assensum adhibuimus & Favorem) Confirmaverit, sicut per Literas Patentes ipsius *Archiepiscopi*, Nobis inde directas, Nobis constat,

Nos, Confirmationem illam acceptantes, cepimus Fidelitatem ipsius *Electi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem.

Et ideò Tibi Praecipimus quòd eidem *Electo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, Liberes in formâ prædictâ.

Teste præfato Custode apud *Westm.* viii. die Januarii.

Per ipsum Regem & Concilium.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eâdem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Comitatu Somers. & Dors.

Martinus Episcopus, Servus Servorum Dei, Carissimo in Christo Filio, *Sigismundo*, *Romanorum Regi* illustri, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Dudum præsens sacrum Generale Constantiense Concilium Personam *Baldasaris Cossa* (olim *Johannis Papæ* XXIII. in suâ Obedientiâ nuncupati) post illius à Papatu, per diffinitivam Sententiam ejusdem Concilii, Canonicam Depositionem, per eandem Sententiam, ad standum & morandum, in aliquo bono & honesto Loco, sub custodiâ tutâ tuâ, nomine dicti Sacri Concilii, quamdiu eidem Sacro Concilio, pro Bono Unionis Ecclesiæ Dei, videretur, condempnavit:

Quem hucusque fideliter & diligenter, tam per Te, quàm, dilectum Filium, Nobilem Virum, *Ludovicum Ducem Bavariæ*, & Comitem Palatinum Reni, tuo nomine, sub Fidâ & tutâ custodiâ, honestè & debitè, tamquam Unionis & Pacis Ecclesiæ zelator devotus, conservasti:

Cùm autem nuper Nos & nonnullos Nationum, in eodem Concilio existentium, Deputatos instanter & sæpe requisiveris, quatinus Personam dicti *Baldasaris* prædictam de tuâ Custodiâ recipere, Teque & eundem *Ducem* de ejusdem *Baldasaris* præfatâ Custodiâ liberare & exonerare vellemus; Nos,

Attendentes quantis Laboribus & Studiis Unionem Ecclesiæ Dei fueris prosecutus, satisque esse quòd tu Onus dictæ Custodiæ jam per Biennium & penè Sex Menses laboriosè, quod pro magno habemus Beneficio, Subiisti,

Volentes *Te* & eundem *Ducem*, ut justum est, ab hujusmodi Onere liberare,

Eodem Sacro approbante Concilio, Decernimus & Ordinamus Personam eandem dicti *Baldasaris* Nobis aut Deputandis à Nobis fore tradendam & assignandam:

Declarantes, decernentes, ac volentes, eodem approbante Concilio, per Traditionem & Assignationem hujusmodi, Deputandis à Nobis, per te aut dictum Ducem, vel alium, seu alios, tuo nomine faciendas, eo ipso quod illas fieri continget, te ac Ducem eundem ab omni Onere, Debito, & Obligatione dictæ Custodiæ, & aliàs, occasione illius contractis, apud Nos, & idem Sacrum Concilium, ac Ecclesiam universalem, esse ac perpetuo remanere Liberos, Solutos penitùs, & Immunes.

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostri Decreti, Ordinationis, Declarationis, & Voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contra ire; siquis autem hoc attemptare præsumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Datum *Constanciæ* v. kal. Januarii, Pontificatûs nostri Anno primo.

Nos (cupientes præmissa, in dictis contenta Literis, ad effectum perduci posse) Fraternitati tuæ,

De quâ, ob fidei puritatem Operaque præclara, per ipsius tuæ Fraternitatis industriam, erga Pacem ac Unionem Universalis Ecclesiæ Sanctæ Dei, Statumque nostrum, gesta hactenus, & quæ sedulò gerere non tepescit, in hiis, & aliis, gessimus & gerimus fiduciam specialem quòd illa, quæ eidem Fraternitati committenda duxerimus, altitudine Concilii, exequetur, Summâ cum diligentiâ, fideliter & prudenter,

Nostro, & Ecclesiæ Romanæ, necnon Concilii prædictorum Nominibus, à præfato *Ludovico Comite Palatino*, Duceque Bavariæ, præfatum *Baldasarem* recipiendi,

Necnon, præfatis Nominibus, Regem ac Ducem prædictos, & eorum utrumque, necnon Hæredes, Jura, & Bona quæcumque eorum, & utriusque ipsorum, ab Assignatione ac Receptione dicti *Baldasaris*, olim *Johannis*, & à quibusvis Promissionibus & Obligationibus, Pœnarum Adjectionibus,

Super receptione & custodiâ ipsius olim *Johannis*, aut Dependentibus, sub quavis verborum forma, per publica Documenta, vel Litteras, seu aliter * quomodocumque, aut qualitercumque (quorum omnium Tenores & Formas hic aliàs haberi volumus pro sufficienter expressis) hactenus factis, * IX. 541.

Ac Juramenta, si quæ emersissent, super hiis præstita, relaxandi,

Ac etiam prædictum olim *Johannem præfato Duci*, nostro & ipsius Ecclesiæ nomine, parteque nostrâ, postquam ipsum *Johannem* consignatum habueris, Recommendandi & Assignandi, Tenendum & Conservandum sub dicti *Comitis* Custodiâ, in forma congrua & oportuna,

Et, super Receptione dicti olim *Johannis* & ejus Custodiâ, Promissiones & Juramenta ab ipso *Duce*, sub Membris & Capitulis oportunis, etiam dicto nomine Recipiendi,

Contractus quoque & Instrumenta quæcumque, unum & plura, cum Membris & Capitulis oportunis, & de quibus Fraternitati

tuæ

De Thesaurariatu dato.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1418. Sciatis quòd Dedimus & Concessimus, dilecto Clerico no-
An. 5. stro, *Roberto Rationis* Thesaurariatum, Canonicatum, & Praeben-
H. 5. dam de Ganray, in Ecclesia Cathedrali Baiocensi vacantem, & ad
Norm. 5. Regis Donationem spectantem, ut dicitur, habenda cum suis Juri-
H. 5. m. bus & Pertinentiis quibuscumque.
15. In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam Regis Falesiae* Duodecimo Die Januarii.

Per ipsum Regem.

ET Mandatum est Capitulo Ecclesiae praedictae quòd ipsum *Robertum* ad Thesaurariatum, Canonicatum, & Praebendam praedicta admittant, & ei Stallum in Choro & Locum in Capitulo, ratione Praebendae illius, prout moris est, assignent.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

Appunctuamentum pro Castro de Faloize.

Ann. D. CY S'ENSUIT LE TRAITTE ET APPOINTEMENT,
1418. DIT, FAIT, ET ACCORDE le Primer Jour de Fevrier,
An. 5. l'An Mille, Quatrecens, xvii. par moy *Oliver de Manny* Chiva-
H. 5. ler, Capitayne du Chastell & Dongon de Falloise, en ma propre
Norman. Persone Promettantz, pur Moy & tourz ceux de ma compaignie
5. H. 5. a Garnison, a Treshault & Puissant Prince, Monsieur *le Duc de*
m. 2. *Clarence*, de Rendre, de xvi. Jour de cest present Moys, le dit Chastell & Dongon de Falloise es Mains du Tresexcellent *Roy d'Engleterre*, ou es Mains d'aultre, depar luy a ce Commys a le Recevoir, si ainsi ne soit ou adviegne que le suisdit Chastell & Dongon de Faloise soit Rescoux, le suisdit Jour, de Deux heure de Mydye par Bataille de la Personne, ou Personnes du Tresexcellent *Roy mon Soveraine Seigneur*, mon Tresredoubte Seigneur *le Dauphyn* son Fitz Aisne, ou Monsieur le *Counte d'Armaignac* Constable de Fraunce; Et sur ce le suisdit Tresexcellent *Roy d'Engletrrre* demettre, ou faire mettre, en dit Chastell & Dongon tielle Garnison qu'il luy plaira.

ITEM, est DIT, TRAITE, ACORDE, & PROMYS, par moy dessusdit *Oliver de Manny*, au jour de la RENDUE du dit Chastell & Dongon de Faloize, Moy & tourz ceulx de ma
* IX. Compaignie & Garnison nous RENDRONS touz * Prisoners
542. au suisdit Tresexcellent *Roy d'Engleterre*;

Hors mys *Geffrey des Chasteaulx*, qui demurra, de tourz Poins, son Corps, sa Vie, & tourz ses Biens, a la Grace & Mercy de suisdit Tresexcellent *Roy d'Engleterre*; & luy, de sa benignegrace, de commander sur le dit *Geffrey* son bon plaisir.

ITEM, est DIT, TRAITE, &c.

De Veniendo ad Pacem Regis.

Ann. D. REX, Vicecomiti Cadomi, Salutem.
1418. Praecipimus Tibi, firmiter Injungentes, quòd statim, visis
An. 5. Praesentibus, in locis, in Balliva tua consuetis, publicè, ex parte
H. 5. nostra, Proclamari facias,
Ibid. Quòd omnes & singuli Milites, Armigeri, & alii (cujuscumque
m. 18. d. Status, Gradûs, seu Conditionis fuerint) qui ad Pacem & Obedientiam nostras venire desiderant & affectant, pro Literis nostris salvi Conductus, sibi in hac parte necessariis, cum ea celeritate qua poterunt, prosequantur; Ita quòd omnes illi, qui ad hujusmodi Pacem & Obedientiam nostras venire volunt, ad Personam nostram, citra Tertiumdecimum Diem Martii, proximò futurum, veniant & festinent.

Teste Rege apud *Villam Regis Falesiae* quarto die Februarii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Vicecom. de Algia.
Vicecom. de Sancto Silvino.
Vicecom. Falesiae.
Vicecom. de Argenthomo.
Vicecom. de Exinis.
Vicecom. de Borneio.
Vicecom. Alenconiae.
Vicecom. Baiocen.
Vicecom. de Condeto supra Nigram Aquam.
Vicecom. de Auribeto.

Ac indicendi, sub spe Pacis, Treugas, Inducias, & Sufferentias quaslibet temporales, necnon Pacem & Concordiam, perpetuò duraturas, sub illis Capitulis, Pactis, Modis, Conditionibus, atque Formis, Pœnarum Adjectionibus, Juramentis, Obsidibus Personarum, Jurium, & Bonorum Obligationibus, Promissionibus, Cautelis, Clausulis, & Solempnitatibus, atque Membris, de quibus eidem Circumspectioni vestræ conjunctim quomodolibet videbitur expedire; & inter Partes ipsas, quomodolibet diffidentes, poteritis concordare seu componere quovismodo,

Necnon Validandi, Roborandi, Observari & Exequi mandandi, ac faciendi, Auctoritate nostrâ, omnia & singula, quæ inter Reges, aut habentes facultatem ab eis, firmata vel conclusa fuerint per vos, sub illis Censuris & Pœnis Ecclesiasticis, in quascunque Ecclesiasticas Personas & Seculares (etiam si Regali aut Reginali, Cardinalatu, Pontificali, vel alia quavis præfulgeant Dignitate) necnon Civitates, Provincias, Diœceses, Terras, Castra, & Loca alia, seu Universitates, de quibus, ut præfertur, visum fuerit quomodolibet convenire,

& Sententias, super hiis aut eorum aliquo factas & latas, semel & pluries,

Ac etiam Invocandi, quotienscunque noveritis oportere, Seculare Brachium quorumcumque Regum, Principum, & Dominorum, tam Spiritualium, quàm Temporalium, necnon Universitatum & singularium quarumcunque Personarum, contra quoslibet Recusantes observare firmata, vel in aliquo contrafacere per se vel alios præsumentes,

Et omnia & singula alia, in prædictis, & circa ea, ac pro Præmissis, Gerendi, Faciendi, & Exercendi, & Exequendi, etiam si talia essent quæ Mandatum exigerent speciale, & in Generali Commissione non caderent; quæ eidem vestræ Circumspectioni (hujusmodi Regum accedente tamen, ut præfertur, consensu) oportuna videbuntur,

Quibuscunque Privilegiis, Indulgentiis, Exemptionibus, & Literis Apostolicis, generalibus vel specialibus, sub quacumque Forma vel Expressione Verborum Actis,

Per quæ nullum cuicunque, cujuscunque Statûs, Gradûs, Conditionis, vel Ordinis, etiam Cisterciensis, Cluniacensis, Præmonstratensis, Gradimontensis, Calatravensis, Cartusiensis, Valisumbrosensis, Camaldulensis, Humiliatorum, Sanctorum Benedicti & Augustini, Hospitaliumque Sancti Johannis Jerosolimitanensis, Sanctæ Mariæ Theutonicorum, Sancti Jacobi de Spalata, seu quorumcumque aliorum Ordinum existant, in hac parte volumus afferri Suffragium,

Nequaquam obstantibus,

Plenam & liberam concedimus, Tenore Præsentium, Facultatem:

Quocirca Circumspectioni vestræ, per Apostolica Scripta, Tenore Præsentium, Committimus & Mandamus, quatinus, injunctum vobis Ministerium Laboris hujusmodi, pro Divinâ & dictæ Sedis ac nostrâ Reverentiâ, devotè suscipientes, sic illud utiliter, sicque solicitè & laudabiliter, juxta Datam à Deo vobis prudentiam, exequamini, quòd de vestris laboribus, divinâ favente Clementiâ, desiderati atque pacifici Fructus adveniant, quos speramus, vosque illam, quæ pias pacificasque Causas gerentibus cœlesti retributione impenditur, feliciter consequi Palmam Gloriæ mereamini,

Nos enim Sententias, quàs ritè & conjunctim tuleritis, & Pœnas, quas inflixeritis in Rebelles, Ratas habebimus, & faciemus, Auctore Domino, usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari.

Ut ergo Præmissa omnia pleniùs & efficaciùs sortiantur Effectum, per Viscera Misericordiæ Dei nostri obsecramus ipsos Reges,

Patriarchis verò, Archiepiscopis, & Episcopis, Electis, Administratoribus, & Abbatibus, cæterisque Ecclesiarum & Monasteriorum Prælatis, & Ordinum quorumcumque Prioribus, Præceptoribus, & Magistris, Exemptis & non Exemptis, Capitulis & Conventibus, & eorum Locumtenentibus in ipsis Regnis Francorum & Angliæ, in Virtute Sanctæ Obedientiæ districtè præcipimus,

Quatinus vobis, aut Deputandis conjunctim à vobis, circa Conclusionem & Observantiam omnium Præmissorum, & cujuslibet eorumdem, quotiens requiri contigerit, faveant modis omnibus & assistant; ut per salutaris Concordiæ Ministerium inter Partes ipsas refloreant Pax & Quies, prout in Desideriis gerimus cordis nostri; ut, ultra nostram & præfatæ Sedis Benedictionem & Gratiam, ab Actore Pacis valeant æternæ Beatitudinis Munera promereri.

Dat. *Constanciæ* decimo quinto Kal. Aprilis, Pontificatûs nostri Anno primo.

Scriptum Cadomi, *per* Johannem Sponar, *secundum Copiam Commissionis Originalis.*

---

* *Pro Duce de Bourbonia.*

* IX. 561.

Ann. D. 1418. *An.* 5. *H.* 5. *Norm.* 5. *H.* 5. *m.* 9.

REX, per Literas suas Patentes, per unum Mensem proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. *Lodowicum de Bruyl*, Armigerum *Ducis de Barbon*, Prisonarii Regis, cum Duobus Famulis ac Quatuor Equis in Comitivâ suâ, versus Civitatem Parisii transeundo, & exinde penes Præsentiam Regis redeundo, ac Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quòd ipsi quicquam, quòd in Regis Contemptum vel Præjudicium, aut Populi Regis Dampnum, aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu faciant attemptari,

Quodque ipsi nullum Castrorum Regis, seu Villarum Regis firmatarum, absque speciali Licentia Capitaneorum eorumdem, intrent quovis modo.

Ecclesiæ ministrant, de Ecclesia Vitam habeant:

Nullus autem verius existimandus Ecclesiæ servire, quam qui Ecclesiæ Romanæ (cæterarum Matri & Magistræ) fideli Ministerio deservit.

Cum itaque, Venerabilis Frater *Johannes*, *Episcopus Bajocensis*, Cubicularius noster ac Familiarius continuus existat, in dictoque Cubiculariatûs Officio diligenter & obsequiose nobis die Noctuque incessanter serviat, quem, propter ipsius Ydoneitatem, Industriam, & Prudentiam, & alia plurima merita, ad dictum duximus Officium eligendum,

Tuam Regalem Magnificentiam cordiali rogamus Affectu ut Fructibus ac Proventibus universis sui Bajocensis Episcopatûs ipsum, absque ullo Impedimento, per te, vel tuos, apposito, aut imposterum quomodolibet apponendo, pacificè gaudere permittas.

Et, si ipsum, aut ejus Procuratores, vel Officiarios alios, contingeret per aliquem turbari, aut de Facto jam turbatos esse, tuâ Regiâ Auctoritate, nostri ac Sedis Apostolicæ Contemplatione Filialique Reverentiâ, omne quamtociùs jubeas impedimentum amoveri, sibique & suis facias quæcunque, alias quam per suos, inde forent, quovis Titulo, aut quacunque Occasione, percepta, integraliter restitui, a quibuscumque fuerint seu detenta seu occupata; in quo tua Regia Celsitudo nobis plurimum complacebit, nosque ad sua reddet Postulata proniores.

Et insuper, Venerabili Fratri nostro, *Jordano Episcopo Albanensi*, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali, in his, quæ circa hanc Materiam nostra ex parte referabit, Fidem velis certam & indubiam adhibere.

Dat. *Constanciæ* duodecimo Kal. Aprilis, Pontificatûs nostri Anno primo.

De Potestate ad Prorogandum Trengas Flandriæ.

REX, Universis, ad quorum notitiam Præsentes pervenerint, Ann. D. 1418.
æternam in Christo Salutem.

Cum nuper fuerint initæ & concordatæ certæ Treugæ seu Ab- *An.* 6.
stinentiæ Guerræ inter *Nos*, ex unâ, &, Serenissimum Princi- *H.* 5.
pem & Dominum, Consanguineum nostrum carissimum, * *Jo-* *Norm.* 6.
hannem Ducem Burgundiæ, ex alterâ, partibus, duraturæ usque ad *H.* 6. *p.* 1.
Festum Paschæ proximo venturum, *m.* 41.

Notum facimus quòd Nos, * IX.

De fidelitate & industriâ, carissimi Consanguinei nostri, *Richar-* 561.
di Beauchamp Comitis Warrwicæ merito confidentes,

Ipsum Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus per Præsentes nostrum verum, legitimum, generalem, & irrevocabilem Commissarium, Procuratorem, Actorem, & Factorem,

Dantes & Concedentes eidem speciale Mandatum ac plenariam & omnimodam Potestatem Conferendi, Tractandi, & Concludendi cum *Guillermo de Camp d'averjo* Milite, Consiliario & Cambellano ipsius Ducis, ac Ambaxiatore, Commissario, Procuratore, Actore, Factore, & Nuncio speciali ejusdem Ducis, de & Super Renovatione & Prorogatione dictarum Treugarum seu Abstinentiarum Guerræ, necnon Facti Securitatis Communis Mercantiæ habentis Cursum inter Patrias Angliæ & Franciæ, prout sibi videbitur expedire,

Omniaque & singula, ut præmittitur, Tractata, Concordata similiter, & conclusa, cum Securitate debitâ & honestâ, Nomine nostro, Firmandi,

Ac omnes & omnimodas Securitates, Obligationes, & Cautiones, reales & personales, pro Nobis & Nomine nostro, super hiis Faciendi & Promittendi,

Jurandique in Animam nostram quòd Tractata, Conclusa, & Concordata hujusmodi Rata habebimus & Grata, nec aliquid procurabimus, nec faciemus, per quod Tractata & Concordata hujusmodi Effectu debito frustrari possint, seu quomodolibet impediri,

Securitates, insuper, Obligationes, & Cautiones, ac Juramentum, consimiles ab eodem *Guillermo*, Nomine *ipsius Ducis*, in hac parte, Petendi, Exigendi, Stipulandi, & Recipiendi,

Cæteraque omnia & singula Faciendi, Exercendi, & Expediendi quæ in Præmissis & circa eadem convenientia fuerint, seu necessaria vel quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura hujusmodi Negotiorum exigunt & requirunt, & quæ nosmet ipsi facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia forent quæ Mandatum exigerent propterea magis speciale,

Committentes *eidem Comiti*, in Præmissis, & circa Præmissa, ac Dependentibus, Emergentibus, & Connexis eorumdem, totaliter & plenarie Vices nostras,

Promittentesque, Tenore Præsentium, bonâ fide, & in verbo Re-

8. Seel, & donnees a Baieux le xxi. jour de Mars darrain passe, puet apparoir (des quelles la Tenure est encorpree en la fin de ces Presents) Salut.

Come, pour bon Paix, Amour, & Tranquillite avoir & trouver entre mon dit Soverain Seigneur *le Roy*, ses Royaumes, Subgys, Pays, Terres, & Possessions, &, le hault & Puissant Prince, *le Duc de Burgoigne*, ses Subgys, Paiis, Terres, & Possessions, & pour eschuir toute voie de Fait & de Guerre, qui long temps y ont este ou tresgrande Dammage & Prejudice des Subgiz de l'un & l'aultre Partie, certains Trieues & Abstinences de Guerre ayent este prinses, come par les Lettres d'iceulx Seigneurs, seeles de lour Seeles, & baillez de l'un a l'autre, puet pluis au plain apparoir,

* IX. 563. * Et depuis ayent les dites Trieues & Abstinences de Guerre, par yceulx Seigneurs, ou leurs Gens suffisaument fondez, prolongees & Alongies finablement jusques a cest Fest de Pasques, que l'en Dira l'An Mille, & cccc. & xviii.

Savoir faisons que nous, en usant du Povoir & Mandement de mon dit Soveraign Seigneur, & pour les causes contenues es Lettres des Trieues & Abstinences de Guerre desusditz, & Prorogation d'icelles, avons Prorogiez & Relongiez, Prorogons & Relongons, par ces Presentes, les dites Trieues & Abstinence de Guerre jusques au jour de la Fest Saint Michel prouchain venant (saunz aucune Renovation ou Extension des dites Trieues, ou Abstinences de Guerre, ou d'aucuns Articles d'icelles, autresfoiz, come devant est dit, Prorogiez & Relongies, forsque seulment en la Relongation ou Prorogation du temps) tout en la fourme & manier qu'il ont este & sont faites & appointes, durantz encores jusques au dit Pasques,

Les quelles Trieues & Abstinence de Guerre, ainsi Prorogiez & Relongiez, Nous Promettons, ou nom que dessus, estre d'autelle force & vigeur come se les Lettres des dites Trieues, Abstinences, & Prorogations d'icelles (qui durent jusques au dites Pasques) fuissent encorporees, de mot a mot, en cestes,

Et Promettons & Jurons, en l'Alme de mon dit Soveraine Seigneur *le Roy*, que bien & loialment y gardera, & fera garder les dictes Trieues & Abstinence de Guerre, saunz les enfraindre, ne suffrir enfraindre en quelque manier que ce soit, jusques au dit Jour de Seint Michel, que l'en Dira l'An Mille CCCC. & xviii.

Et, oultre, Promettons & Jurons, en l'Alme de mon dite Soveraign Seigneur, que, si tost qu'il aura resceuz les Lettres Patentes du *dit Duc*, Confirmatoirs & approvanz ces Presentes Prorogation & Prolongation des Trieues & Abstinence de Guerre, *le Roy*, mon dit Soveraigne Seigneur, ferra bailler, dedens le Cynkysme jour de May, *a Vernoille les Senes*, Lettres Pareilles ou Portour d'icelles.

C'ensuit la Teneur du Povoir & Commission dont dessuisdit est fait mention,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Franciæ & Angliæ*, & Dominus Hiberniæ, Universis, ad quorum notitiam præsentes pervenerint, æternam in Christo Salutem.

Cum nuper fuerint initæ & concordatæ Treugæ, seu Abstinentiæ Guerræ, inter *Nos*, ex unâ, &, Serenissimum Principem & Dominum, Consanguineum nostrum carissimum, *Johannem Ducem Burgundiæ*, ex altera partibus, duraturæ usque ad Festum Paschæ proximo venturum,

Notum facimus quòd Nos,

De Fidelitate & Industriâ, carissimi Consanguinei nostri, *Richardi Beauchamp Comitis Warrwicæ* meritò confidentes,

Ipsum Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus, Facimus, Constituimus, & Ordinamus, per præsentes, nostrum verum legitimum, generalem, & irrevocabilem Commissarium, *&c. prout supra de Dat. apud Baieux 21 Martii.*

En Tesmoignance de ce Nous avons Seel ces Presentes de nostre Seel.

Donnes a Baieux le xxiv. jour de Mars, l'An du Grace Mille, cccc. xvii. & du Regne mon dit Soveraigne Seigneur le Roy l'An Sisme.

La Teneur du Povoir & Comission dont dessusdit est fait Mencion.

JOhannes, *Dux Burgundiæ*, Comes Flandriæ, Arthesii, & Burgundiæ, Palatinus Dominus de Salains & de Maclina, universis, ad quorum Notitiam Præsentes pervenerint, æternam in Christo Salutem.

Cum nuper fuerint initæ & concordatæ certæ Treugæ seu Abstinentiæ Guerræ inter, Serenissimum Principem & Dominum, Consanguineum nostrum Carissimum, *Henricum*, Dei gratiâ, *Regem Angliæ*, ex unâ, *Nosque*, ex alterâ, partibus, duraturæ usque ad Festum Paschæ proximò venturum,

Notum facimus quòd Nos,

De fidelitate & industria, dilecti & fidelis Consiliarii Cambellani nostri, Domini *Guillermi de Campodiverso* Militis merito confidentes,

Ipsum Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus, Facimus, Constituimus, & Ordinamus, per Præsentes, nostrum verum, legitimum, generalem, & irrevocabilem Ambaxiatorem, Commissarium, Procuratorem, Actorem, Factorem, & Nuncium specialem,

Dantes & Concedentes eidem speciale Mandatum, ac plenariam & omnimodam Potestatem, Comparendi coram dicto Serenissimo Principe Consanguineo nostro Præcarissimo, aut ejus in hac parte sufficienter Deputatis seu Deputandis,

Necnon ibidem Conferendi, Tractandi, & Concludendi de & super Renovatione & Prorogatione dictarum Treugarum seu Abstinentiarum Guerræ, necnon Facti Securitatis Communis Mercantiæ habentis Cursum inter Patrias Angliæ & Flandriæ, prout sibi videbitur expedire,

Omniaque & singula, ut præmittitur, Tractata, Concordata simul, & Conclusa, cum omni Securitate, debita & honesta, Nomine nostro, Firmandi,

Ac omnes & omnimodas Securitates, Obligationes, & Cautiones, reales & personales, pro Nobis & Nomine nostro, super hiis Faciendi & Promittendi,

Jurandique in Animam nostram quòd Tractata, Conclusa, & Concordata hujusmodi Rata habebimus & Grata, nec aliquid procurabimus nec faciemus, per quod Tractata & Concordata hujusmodi Effectu debito frustrari possint seu quomodolibet impediri,

Securitates, Insuper, Obligationes, & Cautiones, ac Juramentum, consimiles ab eodem Serenissimo Principe, seu suis in hac parte Deputatis, ut præmittitur, seu Deputandis, Petendi, Exigendi, Stipulandi, & Recipiendi,

Cæteraque omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis & circa eadem convenientia fuerint, seu necessaria vel quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura hujusmodi Negotiorum exigunt & requirunt, & quæ nosmet ipsi facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia forent quæ Mandatum exigerent propterea magis speciale,

Committentes eidem Consiliario & Nuncio nostro, in Præmissis, & circa Præmissa, ac Dependentibus, emergentibus, & connexis eorumdem, totaliter & plenarie Vices nostras,

Promittentesque, Tenore Præsentium, bonâ fide, & in verbo Principis, ac sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, Præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictum Ambaxiatorem, Commissarium, & Procuratorem nostrum, ut præmittitur, Actum, Dictum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus rei testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Sigilli nostri secreti, in absentia Magni ordinati, munimine fecimus roborari.

Datum *Trecis*, die Vicesimo Septimo mensis Februarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo Septimo.

En Tesmoignance de ce nous avons Sealle ces Presentes de nostre Seal, & Signe de nostre Signe manuel.

Donnes *a Baieux*, le xxiv. jour de Mars, l'An du Grace Mille, Quatrecens, xvii.

ac alia Onera & Pietatis Opera inibi facienda & supportanda, de Dono nostro.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem Regis de Baieux* xxiv. die Martii.

Per ipsum Regem.

ET Mandatum est universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, Servientibus, ac aliis Officiariis & Ministris Regis Ducatûs Regis Normanniæ ubilibet constitutis, quòd ipsas *Priorissam & Conventum* Temporalia prædicta habere permittant juxta Tenorem Literarum, &c. ipsas, &c.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

De Auxilio pro Muris Falesiæ reparandis.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid. m. 37.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, De Gratiâ nostrâ speciali, & ad Supplicationem *Burgensium Villæ nostræ Falesiæ*, Concessimus eis quòd ipsi, in Auxilium Reparationis & Fortificationis Murorum & Turrium Villæ prædictæ, habeant & percipiant de Potibus, ad Retalliam venditis, tam infra Villam prædictam, quam Suburbia ejusdem, Subsidium subscriptum; videlicet,

De qualibet Pipa Vini de Burgoigne, d'Orliens, & Bassirete, Viginti & quinque Solidos Turonenses, & de qualibet Pipa Vini aliarum Partium Viginti Solidos Turonenses,

Necnon de qualibet Pipa Cisaræ Cervisiæ, & Boscheto Quinque Solidos Turonenses,

Ac etiam de Quolibet Minoto Salis Quindecim Denarios Turonenses;

Proviso semper quòd Proficua, de Subsidio prædicto levanda & colligenda, circa Reparationem & Emendationem Murorum, Turrium, Horologii, & Fontium prædictorum, per Supervisum Capitanei nostri Villæ prædictæ, vel ejus Locumtenentis ibidem, applicentur & convertantur.

In cujus, &c. per unum annum duraturas.

Teste Rege apud *Civitatem Regis de Baieux* xxiv. die Martii.

Per ipsum Regem.

Appunctuamentum de Seint Sauver le Visconte.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. a. m. 6.

CY ENSUYT LE POINTMENT Dit, TRAITE, & ACORDE, le xxv. jour de Marcz, en l'An Mille, Quatrecens, & Dix huit,

Parentre Nous, *Johan Robessart*, & *Guillem de Beauchamp*, Chivalers, Commis par le Treshault & Puissant Prince nostre Tresredoubte Seigneur le *Duc de Gloucestre*, d'une Part, &, d'autre part Noble Home *Monsieur Robert de Freville* Chivaler & Capitayne du Chastel de Seint Sauveur le Viscont est Dit, Traictie, Promis & Accorde, taunt de l'une part come de l'autre, par le forme & manere que ensuyt,

• IX. 566.

* PRIMEREMENT, est Dit & Accorde que le dessusdit Monsieur *Robert de Freville* Chivaler, par le Consentement de touz les Chivalers, & Escuiers, de sa dite Garnison & Fortereſſe, que il Rendra es mains de nostre tresredoute Seigneur *le Duc de Gloucestre*, ou es Mains de ses Commis, le dessusdiz Chastell & Fortereſſe Seint Sauveur le Visconte, nostre dit Seigneur a le recevoir pour & en Nom *du Roy* son Soveraine Seigneur & Frere; sur la quelle Rendue nostre dit Tresredoute Seigneur y ferra mettre tiel Garnison ou dit Chastell & Fortereſſe come il luy plairra.

Et, quant est du Terme & de Jour de la dite Rendue, Monsieur *Robert de Freville* Chivaler & Capitayne du dit Lieu lui Submettra, d'icellui Jour & Terme, a la Grace, Volente, & bon Plaisir *du Roy* nostre Soveraigne Seigneur, & de nostre dit tresredoubte Seigneur *le Duc de Gloucestre*.

ITEM, est Dit, Traicte, & Accorde que les dessusdiz, Capitayne, les Chivalers, & Escuiers, de la dite Garnison, qi s'en voudront partier, le Jour de la Rendue de la dite Fortereſſe, partiront franchement, lour Corps sauf, avecque lour Chivaulx, Armures, & touz leur autres Biens propres queconques;

Hors mis lour Artillerie & les autres Armures, que proprement sont ordennez pour l'Estuffe, Defense, & Sausegarde du dit Lieu:

Du quelle Artillerie le dessusdit Capitayne Prometra, sur la Foye & honneur, que, entre cy & l'Eur de la Rendue, ne ferra

[...] de RENDRE es mains de nostre dit Tresredoute Seigneur le Duc de Gloucestre, ou a son Commis le dessuidit Chastell, a telle heure qu'il plairra a nostre dit Seigneur luy Ordonner & Commander; & sur ce luy de faire Pourveour du dit Chastell, come a sa hault Signurie bonnement plairra.

ITEM, est Dit, Traite, & Accorde que les dessusdit Capitayne, Chivalers, & Escuiers de la dite Garnison, qui s'en vouldront Partir, Partiront franchement, le jour de la Rendue, lours corps sauf ovec leurs Chevaulx, armures & vestures; hors mis leur Artilerie, *&c.*

Super Investitura Comitatuum Hollandiæ, Zelandiæ, & Hannoniæ.

SIgismundus, Dei Gratia, *Romanorum Rex* semper Augustus, ac Hungariæ, Dalmaciæ, Croaciæ, &c. Rex, universis & singulis Comitibus, Nobilibus, Baronibus, Militibus, Clientibus, Magistris Civium, Judicibus, Consulibus, Juratis, Communitatibus, & Incolis Civitatum, Terrarum, Villarum, & Dominiorum Comitatuum Hollandiæ, Zeelandiæ, & Hannoniæ, Nostris & Imperii Sacri Subditis & Fidelibus dilectis, Gratiam regiam & omne Bonum. Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. Fol. 58. A.

Nobiles & Fideles Dilecti,

Ad hoc Nobis Omnipotens Deus, Auctor Justitiæ, Dispositor Æquitatis, & Reipublicæ pro sua Voluntate Director, Romani Regni fastigio, licet immeritos, voluit sublimare, ut ipsam prosequamur Justitiam, Æquitatem * sectemur, &, quantum ipse concesserit, in Sacro Romano Imperio Rem publicam dirigamus. • IX. 567.

Ne igitur a solicitudine, nobis commissa divinitus, tepescentes Jura Imperii negligere videamur, attentâ Acie Mentis, longe lateque prospicimus qualiter Sacri Romani Imperii Demania & Feuda justo Dispensationis Ordine releventur, & Obsequia, eidem Imperio de hujusmodi Feudis debita, nullatenus ex Oblivionis umbraculo supprimantur.

Cum itaque illustris quondam *Willielmus Comes Palatinus Reni*, Dux Bavariæ, ac Hollandiæ, Zelandiæ, & Hannoniæ Comes, noster & Imperii Sacri Vasallus & Socialis, ab hac Luce migraverit, legitimis Hæredibus Masculis post se non relictis,

Propter quod Comitatus Hollandiæ, Zeelandiæ, & Hannoniæ prædicti, cum Terris, Castris, Dominiis, Subditis, & Pertinentiis universis, ad Nos, velut Romanorum Regem, sint & esse debeant legitime devoluti,

Licet denique nostra Serenitas Comitatus & Terras supradictos (sic, ut præmittitur, ad Nos & Imperium legitime devolutos) Illustri *Johanni Comiti Palatino Reni*, & Duci Bavariæ, Fratri dicti *Willielmi*, Principis & Avunculo nostro carissimo, in Feudum a Nobis & Imperio possidendos, ex certa Scientiâ & Auctoritate Romanâ Regiâ, gratiosius concesserit, ipsumque investiverit de eisdem,

Nichilominus tamen Illustris *Johannes*, Illustris quondam *Anthonii de Burgundia* Filius, & *Jacoba*, præfati quondam Ducis *Willielmi Filia*, præfatos Comitatus & Terras, in nostram & Imperii Sacri contumeliam & injuriam, præter Consensum & Voluntatem nostram, detinent & occupant usque modo.

Quapropter vobis universis & singulis supradictis, Tenore Præsentium, auctoritate Romanâ Regiâ supradictâ, seriosè Præcipimus & Mandamus quatinus præfato *Johanni Comiti Palatino*, & Bavariæ Duci, ac legitimis Hæredibus suis Masculis, de Lumbis suis dumtaxat descendentibus, tanquam vestris veris, naturalibus, & ordinariis Dominiis, & nulli alteri, parere, obedire, & intendere, ac ipsos Respectum habere, ipsis quoque Fidelitatem & Obedientiam promptam exhibere, modis omnibus debeatis, prout nostram & Imperii Sacri Indignationem gravissimam volueritis artius evitare.

Nam in casu, quo forsan vos, aut aliqui, seu aliquis ex vobis, præfatis, *Johanni*, *prædicti Anthonii Filio*, & *Jacobæ*, Fidelitatis & Obedientiæ Juramenta præstassent, seu præstasset, communiter, vel divisim, hos, Auctoritate Romanâ Regiâ, ab hujusmodi Juramentis, ac aliis Promissionibus, tanquam illicitis & indebitis, Absolvimus, & Liberos dicimus & declaramus, decrevimus & pronunciamus, de certa nostra Scientia, per Præsentes, Præsentium sub nostri Regalis Sigilli Appensione Testimonio Literarum.

Dat. *Constanciæ* Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, decimo octavo, tricesimo die Martii, Regnorum nostrorum, Anno Hungariæ tricesimo secundo, Romanorum vero octavo.

Potestatem;

Reservantes Nichilominus semper nobis Renovationem Homagii & Fidelitatis Sacramenti hujusmodi, ab eodem Reverendo Patre Nobis, seu Locum nostrum tenenti, infra Mensem continuum * postquam dictus Reverendus Pater primò ad dictam Ecclesiam Bajocensem seu Diœcesim declinaverit, corporaliter faciendi & præstandi:

• IX. 568.

Et quid feceritis in Præmissis Nos, aut Locum nostrum tenentem, sub Sigillis vestris, ac Signo & Subscriptione Notariorum Publicorum, per vos in hac parte assumptorum, citra Festum Sancti Petri ad vincula, proximò jam futurum, certificetis, seu certificent illi qui præsentes nostras Literas duxerint exequendum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem Regis de Baieux* primo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Arraiatione facienda contra Invasiones in Absentia Regis.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Pat. 6. H. 6. m. 31. d.

REX, dilectis & fidelibus suis *Richardo Tempest* Chivaler, *Johanni Pudsay* Chivaler, *Thomæ Nevyll* Chivaler, ac, dilectis sibi, *Roberto Waterton*, *Thomæ Sayvill*, *Thomæ Clarell*, *Edmundo Fitz William*, *Laurentio Hamerton*, *Richardo Fairefax*, *Henrico Hertlyngton*, ac Vicecomiti Eborum, Salutem.

Quia Nos, in propriâ personâ nostrâ, ut vobis satis constat, in Partibus Exteris, pro Recuperatione & Adeptione Hæreditatum & Jurium Coronæ nostræ, a diu, ut cunctis liquet, injuriosè detentorum, moram trahimus in præsenti,

Volentes proinde, pro Salvatione & Defensione Regni nostri, Angliæ contra Malitiam Inimicorum nostrorum Exterorum (si illud, Nobis in Remotis sic agentibus, ingredi (quod absit) & invadere præsumpserint) prout votis astringimur præcipuis, providere,

Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad omnes & singulos Homines ad Arma, ac alios Homines Defensabiles, tam Hobelarios, quam Sagittarios, infra Westrithingum in Comitatu Eborum, tam infra Libertates, quam extra commorantes, Arraiandum & Triandum,

Et eos, sic Arraiatos, continue in Arraiatione hujusmodi, ut in Millenis, Centenis, & Vintenis & aliter prout conveniens & necesse fuerit, Teneri & Poni faciendum,

Ac etiam ad eos, tam ad Costeram Maris, quam alia Loca, ubi & quotiens necesse fuerit, ad dictos Inimicos nostros Expellendum, Debellandum, & Destruendum, de tempore in tempus, cum aliquod Periculum immineat, Ducendum & Duci faciendum,

Et ad Monstrum sive Monstrationem eorumdem Hominum ad Arma, Hobelariorum, & Sagittariorum, de tempore in tempus, quotiens indiguerit, diligenter Faciendum & Supervidendum;

Et ideo vobis, & cuilibet vestrum, districtius quo possumus, Injunginius & Mandamus quòd statim, visis Præsentibus, vos ipsos Arraiari & Armari,

Ac omnes & singulos Homines Westrithingi prædicti, ad Laborandum potentes, coram Vobis venire, & juxta sanas Discretiones vestras Arraiari, Armari, & Muniri,

Ac eos, sic Arraiatos, Armatos, & Munitos, in Arraiatione hujusmodi teneri faciatis,

Et, insuper, *Signa vocata Bekyns*, in Locis consuetis, per quæ Gentes Patriæ de Adventu Inimicorum hujusmodi Exterorum poterunt congruis temporibus præmuniri, poni,

Et eosdem Homines, sic Armatos, Arraiatos, & Munitos, cum Periculum immineat, in Defensionem & Salvationem Regni & Patriæ prædictorum, de tempore in tempus, tam ad Costeram Maris, quam alia Loca, ubi magis necesse fuerit, prout hactenus in casu consimili rationabiliter fieri consuevit, & necessitatis eventus exegerit, duci faciatis,

Ita quòd, pro Defectu Defensionis & Arraiationis seu Ductionis dictorum Hominum, vel per Negligentiam vestram, Dampna Patriæ prædictæ aut alias per Inimicos nostros amodo non eveniant ullo modo:

Damus autem universis & singulis Comitibus, Baronibus, Militibus, Majoribus, Ballivis, Ministris, & aliis Fidelibus & Ligeis nostris, Westrithingi prædicti, tam infra Libertates, quam extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, & cuilibet

... noster, *Sigismundus*, *Rex Romanorum* Illustris ac semper Augustus, ad Præsentiam nostram venit, & nobiscum vehementer conquestus est quòd vos, ad Tractandum, & (cooperante Altissimo) Componendum, & Firmandum Pacem atque Concordiam inter, carissimos in Christo Filios nostros, *Karolum*, *Francorum*, & *Henricum*, *Angliæ*, *Reges* Illustres Regalesque, Regno Franciæ miserarmus, nullâ de ipso Romanorum Rege Mentione factâ quòd in Pace & Concordiâ hujusmodi includeretur; cùm nos scire debueramus eundem *Regem Romanorum* præfatum *Francorum Regem* Diffidâsse & inter eos inimicitias fore,

An. 6. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. fol. 52. A.

Nos enim, auditâ intellectâque Querelâ prædictâ, eidem Romanorum Regi Responsum dedimus, quòd audiveramus eum dictam hactenus Diffidationem fecisse, sed tamen, propter illam, inter *Ipsum* & prænominatum *Francorum Regem* non arbitramur Inimicitias, nisi verbales, vigere; sed, inter prænominatos, *Francorum* & *Angliæ Reges*, Actis & Armis, reales Inimicitias agitari:

Quòd, si id, quòd nobis exposuerat, ante vestrum Discessum, in nostram Notitiam deduxisset, de ipso per Nos, in Tractatu & Conclusione Concordiæ & Pacis hujusmodi, vobis specialis principalisque Mentio facta fuisset.

Quapropter, cùm nedum inter tot tantosque Catholicos Reges & Principes (in quorum Pace & Quiete multorum versatur salus) sed inter quoscunque Christi Fideles Concordiam vigere toto Corde cupiamus, & Paternâ Benevolentiâ ac indefessâ diligentiâ & solicitudine libentissimè procuremus, vos per Præsentes strictissimè in Domino exhortamur, atque volumus quatinus, in Pace & Concordiâ supradictis tractandis, &, Deo favente, firmandis, præfatum Romanorum Regem nominetis & principaliter includatis.

Dat. *Constantiæ* sub Anulo Piscatoris, Die tertiâ Aprilis, Pontificatûs nostri Anno primo.

De Orando pro Rege & Exercitu.

HEnricus, Permissione Divinâ, *Cantuariensis Archiepiscopus*, totius Angliæ Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus, Dilecto in Christo Filio, Venerabilis Fratris nostri, Domini *Richardi*, Dei gratiâ, *Londoniensis Episcopi*, in Remotis agentis, Vicario in Spiritualibus Generali Salutem, Gratiam, & Benedictionem.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ex Registro Clifford, Episc. London fol. 90. b.

Nuper vobis scripsisse meminimus, in Domino quantum potuimus exhortando, quatinus pro salubri Statu, Christianissimi Principis, Regis nostri, in partibus Transmarinis ad tunc existentis, ac Illustrium Principum, Fratrum suorum, Dominorumque & totius Exercitûs, secum in Expeditione suâ degentium, Preces devotas à Clero & Populo Londoniensis Diœcesis faceretis effundi, ac per vos omnes & singulos Suffraganeos nostros, eorumque Suffraganeos, ad id idem faciendum, in virtute Obedientiæ, qua Nobis tenentur, induceretis.

Jamque non modicum admiramur vos, singulique nostri Suffraganei, in Orationibus & Processionibus consuetis, contra Doctrinam Apostoli (qui sine intermissione jubet exorari) estis multum negligentes.

Quare, cum, ingruenti Bello, fortioribusque Adversariorum Molitionibus, * devotiùs instantiùsque sit Orandum, instanteque jam Æstate contra ipsum Dominum nostrum Regem & suos in partibus Transmarinis, prout à fidedignis audivimus, ipsius Domini nostri Regis Inimici Bellum fortius conantur ingerere, ac Fines Angliæ in diversis Locis invadere se disponunt, vobis, in virtute Obedientiæ, etiam ad præfati *Serenissimi Regis* exhortationem, firmiter injungendo, Mandamus quatinus, cum omni celeritate possibili, omnibus & singulis Confratribus & Suffraganeis nostris, per vestras Literas, auctoritate nostrâ, detis in Mandatis (quibus etiam Nos, Tenore Præsentium, sic Mandamus) quòd ipsi Processionibus, Letaniis, & Orationibus hujusmodi devotiùs insistant, & suos Subditos sic insistere faciant, juxta formam & effectum Literarum nostrarum, dicto Venerabili Fratri nostro super Præmissis aliàs directarum,

• IX. 570.

Vosque Processiones, Letanias, ac alias Preces hujusmodi per Civitatem & Diœcesim Londoniæ observari & modo præmisso fieri faciatis.

Singuli insuper Capellani, tam Religiosi, quàm Seculares, Exempti & non Exempti, Provinciæ nostræ prædictæ, in singulis Missis suis, Collectam pro præfato *Domino nostro Rege* (quæ incipit, *Quæsumus Omnipotens Deus, ut famulus tuus, Rex noster*) cum Secreto, & post Communione subsequentibus, habeant & dicant,

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Scot. 6. H. 5. m. 6.

[R]EX Custodi Westmarchiæ versus Scotiam, & ejus Locumtenenti, ibidem, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, Circumspectione, & Industriâ vestris pleniùs confidentes,

Vobis plenam, Tenore Præsentium, Committimus Potestatem ad Treugas, pro Nobis, Terris, Dominiis, Subditis, Ligeis, Amicis, & Fidelibus nostris ibidem, cum *Adversario nostro Scotiæ*, pro Se, Hominibus, Terris, & Dominiis suis, de Duobus Mensibus in duos Menses duraturas, particulariter, & generaliter Capiendum, & Nomine nostro Custodiendum, & custodiri faciendum,

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid, Nomine nostro, in formâ prædictâ, feceritis in Præmissis;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter Intendatis, & ea effectualiter faciatis & expleatis in forma prædicta.

In cujus, &c. quamdiu vos (præfate *Johannes*) Custos Westmarchiæ prædictæ fueritis, duraturas.

Teste præfato *Custode apud Westmonasterium*, quinto die Aprilis.

Per Concilium.

Pro Famulis Ducis Aurelianensis, super Financia ejusdem Fratris, ad Præsentiam Ducis Clarenciæ venturis.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 39.

REX, Universis & singulis Admirallis, &c. Salutem.

Sciatis quòd suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Magistrum *Cudardum de Foulliaco*, Secretarium *Ducis Aurelianensis* Prisonarii nostri, *Aubertinum Bollifcues*, Aurifabrum, & *Johannem Mercerii*, Famulum Cameræ dicti Ducis, & eorum quemlibet, ad Præsentiam, carissimi Fratris nostri *Thomæ Ducis Clarenciæ*, cum Octo Personis in Comitiva sua, veniendo, &

• IX. 571.

* exinde in Regnum nostrum Angliæ, cum Personis prædictis, in quadam Navi seu Balingera, ad Exequendum Tractatum de Financia, factum pro *Johanne Fratre dicti Ducis Aurelianensis* cum dicto Fratre nostro, aut suis Consiliariis, Servitoribus, aut aliis pro eo Deputatis aut Deputandis, transeundo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, ac Navem seu Balingeram prædictam, necnon Navigatores & Marinarios ejusdem, ac etiam Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque, Financiam, Jocalia aurea, Gemmas, & alia, cujuscumque Pretii, Valoris, Æstimationis, Formæ, seu Facturæ sint, tam in Navi sive Balingera prædicta, quàm extra, qui & quæ cum prædictis *Cudardo*, *Aubertino*, & *Johanne Mercerii*, aut uno ipsorum, sunt & erunt, portantur & portabuntur, pro Facto Financiæ dicti *Fratris præfati Ducis Aurelianensis:*

Et ideo. *&c. ut in cæteris de Conductu Literis usque ibi*, deferentes, *& tunc sic*,

Absque hoc quòd prædicti, *Cudardus*, *Aubertinus*, & *Johannes Mercerii*, aut unus ipsorum, teneantur, qualitercumque sit, propter Financiam & Jocalia prædicta, quæ secum habuerint & portabuntur, aliqua solvere Tributa, Pedagia, Redevancias, Passagia, Theolonia, aut alia hujusmodi Jura & Consuetudines in Regno nostro vel extra, tam per Mare, quam per Terram, Nomine nostro aut alterius cujuscumque:

Volumus enim quòd liberè & securè prædicti, *Cudardus*, *Aubertinus*, & *Johannes Mercerii*, aut unus eorumdem, possint & valeant dictam Financiam, & prædicta Jocalia, Cedulas, Literas, & Memorialia secum portare, & ad propria, si eis videbitur expediens, reportare seu reportari facere, absque aliquo Impedimento, Molestatione, Exactione, aut Arrestamento quocumque, liberè & absque Solutione aliquâ, prout prædictum est,

Non inferentes eis, aut eorum alicui, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, nec Impedimentum aliquod, seu Gravamen, Causa & Occasionibus antedictis, nec etiam Causâ & Occasione aliquarum Marcharum, Reprisaliarum, Intercursûs, Obligationum, Ypothecæ, erga Nos aut aliam quamcumque Personam, Mercatorem, seu aliam, in Regno nostro Angliæ, aut extra, nec alia quavis Causâ seu Occasione qualicumque,

Et, si quid eis, aut eorum alicui, Forisfactum sive Injuriatum fuerit, id eis, & eorum cuilibet, sine dilatione, debitè corrigi & reformari faciatis;

Proviso semper quòd ipsi quicquam, quod in nostri contemptum vel præjudicium, aut Populi nostri Dampnum, aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu faciant quomodolibet attemptari.

& aliorum Pietatis Operum prædictorum, de Dono nostro.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem Regis de Baieux* septimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Cancellario Normanniæ constituto.

MEMORANDUM *quòd, octavo die Aprilis, ultimò præterito,* Dominus Rex *Constituit & Ordinavit Magistrum* Philippum Morgan *Cancellarium suum Ducatus Normanniæ:* Ann. D. 1418. An. 6. Ibid. m. 36. d.

Et eodem Die, in Camera sua, apud Civitatem suam de Baieux, idem Dominus Rex liberaverit eidem Magnum Sigillum suum, quamdiu sibi placuerit custodiendum.

---

* *De Restitutione Temporalium Sancti Gervasii de Sees.* • IX. 572.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

De Gratia nostra speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pietatis Opera, quæ in *Prioratu Sancti Gervasii de Sees* fieri debeant, plus solito accrescant, & ibidem laudabiliùs manuteneantur & sustineantur,

Concessimus Religiosis Viris Prioratûs prædicti omnia Temporalia, eidem Prioratui, infra Ducatum nostrum Normanniæ, spectantia sive pertinentia,

HABENDA, in Sustentationem Divini Servitii & aliorum Pietatis Operum prædictorum, de Dono nostro.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem Regis de Baieux* decimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium Sancti Ebrulphi.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 38.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

De Gratia nostra speciali, & ut divinum Servitium ac alia Pietatis Opera, quæ in *Abbatia Sancti Ebrulphi*, quæ de Fundatione Progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ, & nostro Patronatu existit, fieri debeant, plus solito accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur & sustineantur,

Concessimus Religiosis Viris Abbatiæ prædictæ omnia Temporalia, eidem Abbatiæ, infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentia sive spectantia,

HABENDA, in Sustentationem Divini Servitii, ac ad Exorandum specialiter pro bono Statu nostro dum vixerimus, & pro Anima nostra cùm ab hac Luce migraverimus, ac Animabus Progenitorum & Successorum nostrorum, & omnium Fidelium Defunctorum, necnon ad alia Onera & Pietatis Opera inibi faciendum & sustentandum, de Dono nostro.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem Regis de Baieux* decimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium de Tailleville.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

De Gratia nostra speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pietatis Opera, quæ in *Prioratu de Tailleville*, in Comitatu nostro de Cadomo, fieri debeant, plus solito accrescant, & ibidem laudabiliùs manuteneantur & sustineantur,

Concessimus, dilecto nobis in Christo, *Richardo de la Fosse*, Priori Prioratûs prædicti, omnia Temporalia, eidem Prioratui, infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentia sive spectantia,

HABENDA in Sustentationem Divini Servitii, *&c. prout supra de verbo ad verbum.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem nostram de Baieux* decimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Pro

chans, Bourgois, Laborers, Gens de Paiis, & autres, de quelque estat ou Condition qu'ils soyent,

Tenans, de leurs Heritages & Possessions, Soixante Livres Tournois de Terres ou Rentes par chescun An, & au dessoubz, dedenz noz diz Paiis,

Qui voudront venir a bonne & vraye Obeissaunce a Nous & a nostre Seignurie, dedeins le premier jour de Juign prouchein venant, & estre & demourer en nostre dit Paiis & Duchie, avecque leurs Fames, Enfans, & Biens,

Soyent & demeurent en leurs Maisons & en leurs diz Heritages, & jouissent de leurs dites Terres, Rentes, & Pocessions, come ilz sesoient au devant de nostre darraine Dessente en dit Paiis & Duchie de Normandie;

Sauf & Excepte ceulx qui avoyent Maisons ou Heritages en nostre Ville de Caen, & aussi les Nobles & autres qui sont noz Rebelles & Disobeissans, qui occupent, detiennent, & sont Residens & Demourans es Chasteaulx & Forteresses de Chierebourt, Daufront, Lebec, Helloum, & Nailly Levesque; que Nous n'entendons pas estre compris en ceste generale Proclamation: & les Terres ou Heritages que Nous avons Donnees a aucunes Personnes au devant du Dabte de ces Presentes Lettres: Et aussy les Maisons, Terres, & Rentes assises entour & es Fourbours de nostre Ville de Faloise, que Nous Retenons a Nous pour en faire nostre Plaisire:

Et les quelles Personnes, qui voudront venir a nostre Obeissance, seront tenuz venir devers Nous, ou noz Commis, dedens viii. jours apres leur Venue, pour Nous faire les Seremens & Obeissances, telles que bon & loiaux Homes & Subgiz doivent faire a leur droit & Soverain Seigneur; & l'en leur baillera leurs Bulletes, des quelles ilz ne Payeront que diz Deniers Tournois seulement:

Et, en tant que serra as Subdiz, tenanz Rentes ou Heritages jusques a la dicte Summe de lx l. Tournois, ou au desoubz, ilz vendront devers nostre Chancellyer, qui leur en baillera noz Lettres Patentes pour Enjouir paisiblement, come ilz faisoient par avant:

Et, oultre, pour ce qu'il est venue a nostre Cognoissance, que plusours de noz diz Subgiez, qui avoient este prins par aucuns de noz Gens d'Armes ou de Trait, & tenuz comme Prisonners, se sont abscentez & eschappes de lours diz Maistres, & deffinz de nostre dit Paiis, & n'oseroyent Retourner a lours dictz Maisons & Heritages pour la doubte d'estre Rencontrez & Reprins de leurs dis Maistres, Nous voulons, & Nous plaist, de nostre Auctorite & Grace especiale, que ilz puissent venir & retourner seurement a nostre Grace & Obbeissance, & estre & demourer en lour Masons & Heritages, come les dessus diz, saunz estre Prins ne Empeschez par leurs diz Maistres en aucune maniere;

Excepte toutvois les Gens Nobles, qui auroyent Jure & Promis, par leurs foiz & loyautez, a tenir a leurs Maistres bonnes & loyalles Prisonns, qui se seroient abscentez cauteleulement & faulcez leurs Sermens; les quielz nous voulons estre tenuz & gardez en Paix, apres ce que ilz se seront revenuz a Nous & a nostre Grace & Obbeissance, & sans estre Prins de faitz, ne Emprisonnez par leurs diz Maistres; mes, se leurs diz Maistres les veullen porsuir, les facent Aprouchier devant noz Juges, a qi il appertendra, & les requirent ainsy qu'il est a faire par Droit & Lay d'Armes:

Et se aucuns, de quel Estat ou Condicions qu'ils soyent, voulloyent avoir Saufconduiz pour venir bien seurement, leurs Biens, leurs Fames, & leurs Enffans, a nostre bonne & vraye Obbeissance, viennent ou envoient devers nostre dit Chancelier, & il leur baillera bon & loial Saufconduit soubz nostre Grant Seal:

Et aussi, pour ce que, de tout nostre cuer & volunte, nous desirons l'Esglise estre sur toutes choses Honoures & Gardes, & le Service de Dieu nostre Creatour estre chescun jour fait & celebre le mielx & plus notablement que faire se pourra. Nous voulons, & Nous plaist, que toutes Gens de Esglise, de quelque Estat ou Condicion qu'ils soient, qui se seront abscentez pour doubte de ceste present Guerre, & qui voudrount retourner &
• IX. 574. venir a nostre bon Grace & vrai * Obeissance (comme vraiz & loyaulx Subgiez deuvient faire a leur Droiturier & Souveraigne Seigneur) puissent venir seurement en nostre Protection & Garde, come desus est dit, pour estre & demourer en leurs Maisons, Rentes, & Heritages, qui ne soient ou excedent greigneur Somme que les diz lx l. Tournois; ou cas que leurs diz Heritages n'avroient estre donnez au devant du Dabte de ces ne ne les Arresteni ou Empeschent, en aucune maniere, sur peine d'en estre Pugniz rigoureusement, come Rompeurs & Fraiteurs de Paix, & de nostre Saufconduit;

Car ainsy le voulons, & nous plait estre fait, & le avons Ordonne, de Grace especiale, par ces Presentes, non obstant quelconques autres Mandemens ou Defences & Lettres Subjectices ad ce contraires.

Tesmoing Maistre *Phelipe Morgan*, Chanceler de toute nostre dite Duchie de Normandie.

Donne, soubz nostre Grant Seal, a nostre *Citee de Baieux*, le xii. jour d'Auril, l'An de nostre Regne Sixiesme.

Par mesme le Roy.

Semblables Lettres, & du Dabte devantdit, ont este envoices a Monsieur de Clarence, *pour faire Proclamer les dites Lettres es Viscontes d'Auge, du Ponteau de Mer, & d'Orbec.*

Par mesme le Roy.

Semblables Lettres, & du Dabte devantdit, ont este envoices aux Baillifs de Constentin, & de Alencon, pour fere Proclamer icelles Lettres es Mettes de leur Bailliage.

Par mesme le Roy.

De Restitutione Temporalium de Brecuso.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd, Ann. D.
De Gratia nostra speciali, & ut divinum Servitium ac alia Pie- 1418.
tatis Opera, quæ in *Prioratu de Brecuso* fieri debeant, plus soli- An. 6.
to accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur & sustinean- H. 5.
tur, Norm. 6.
Concessimus Roberto Heron, Priori Prioratûs prædicti, ut dicitur, H. 5. p. 1.
omnia Temporalia, Prioratui prædicto, infra Ducatum nostrum m. 38.
Normanniæ, qualitercunque pertinentia sive spectantia,

HABENDA, in Sustentationem Divini Servitii, & ad Exorandum specialiter pro bono Statu nostro dum vixerimus, & pro Anima nostra cùm ab hac Luce migraverimus, necnon Animabus Progenitorum nostrorum, & omnium Fidelium Defunctorum, necnon ad alia Onera & Pietatis Opera, inibi faciendum & supportandum, de Dono nostro.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem Regis de Baieux* decimo tertio die Aprilis.

Per ipsum Regem.

---

* *Pro Decano de Baieux.*

• IX. 575.
REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd, de Gratia nostra speciali, Concessimus dilecto Ann. D.
nobis, *Decano Ecclesiæ Cathedralis Bajocensis* omnia Temporalia 1418.
sua, Decanatui suo, infra Ducatum nostrum Normanniæ, quali- An. 6.
tercumque pertinentia sive spectantia, H. 5.
Et quod ipse Jurisdictione suâ Spirituali uti & gaudere possit, Ibid.
prout illâ, ante ultimum Adventum nostrum prædictum, rationabiliter uti & gaudere consuevit.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem nostram de Baieux* decimo tertio die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Custodia Temporalium beatæ Mariæ de la Trappe.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1418.
De Gratia nostra speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pie- An. 6.
tatis Opera, quæ in *Abbatia beatæ Mariæ de la Trappe* fieri de- H. 5.
beant, plus solito accrescant, & ibidem laudabiliùs manuteneantur Ibid.
& sustineantur, m. 39.
Concessimus, dilectis nobis in Christo, *Religiosis Viris Abbatiæ prædictæ* Custodiam omnium Temporalium, eidem Abbatiæ infra Ducatum

1418. Sciatis quòd,
An. 6. De Gratiâ nostrâ speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pie-
H. 5. tatis Opera, quæ in *Abbatia beatæ Mariæ de Montmorell*, Ordi-
Norm. 6. nis Sancti Augustini, Abrincensis Diœcesis, fieri debeant, plus
H. 5 p. 1. solito accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur & sustinean-
m. 38. tur,

Commisimus Religiosis Viris Abbatiæ prædictæ Custodiam omnium Temporalium, eidem Abbatiæ, infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentium sive spectantium, *Habendum* quamdiu nobis placuerit,

Percipiendo de Exitibus & Proficuis Temporalium prædictorum tantum, quantum pro rationabili Sustentatione sua necessarium fuerit & oportunum; Ita semper quòd de Superplusagio Exituum & Proficuorum prædictorum, ultra Sustentationem suam prædictam, Nobis, ad Cameram nostram Compotorum, singulis Annis, respondeatur quamdiu iidem Religiosi Custodiam habuerint supradictam.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem Regis de Baieux* decimo quarto die Aprilis.

Per ipsum Regem.

---

* IX. 576.

* *De Restitutione Temporalium Beatæ Mariæ de la Came.*

Ann. D. 1418. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
An. 6. Sciatis quòd,
H. 5. De Gratia nostra speciali, & ut divinum Servitium ac alia Pie-
ibidem. tatis Opera, quæ in *Prioratu beatæ Mariæ de la Came*, in Diœcesi
m. 37. de Baieux, fieri debeant, plus solito accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur & sustineantur,

Concessimus, dilectæ Nobis in Christo, *Maturine Pillichone*, Priorissæ Prioratûs prædicti omnia Temporalia, eidem Prioratui infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentia sive spectantia,

HABENDA, in Sustentationem Divini Servitii ibidem, ac ad Exorandum specialiter pro bono Statu nostro dum vixerimus, & pro Anima nostra cùm ab hac luce migraverimus, ac Animabus Progenitorum & Successorum nostrorum, & omnium Fidelium Defunctorum, necnon ad omnia Onera & Pietatis Opera, inibi fieri consueta, faciendum & sustentandum, de Dono nostro.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem Regis de Baieux* xv. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Papa ad Ducem Clarentiæ super Tractatu Pacis.

Ann. D. 1418. MArtinus Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilecto Filio,
An. 6. Nobili Viro, *Thomæ Duci Clarenciæ*, &c, claræ Memoriæ,
H. 5. *Henrico Regis Angliæ* Illustris Secundo Genito, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Ex Bibl. Cot. Tiberius B 6 Fol. 61. B. Et si de Concordiâ atque Pace omnium Christi Fidelium, ex injuncto Nobis de super Onere Ministerii Pastoralis, Nobis jugiter atque salubriter cogitare conveniat, de Pace tamen & Tranquilitate inclitorum Dominiorum atque Regnorum Franciæ & Angliæ, & ut inter, Carissimos in Christo Filios nostros, *Karolum*, *Franciæ*, & *Henricum*, *Angliæ* Reges illustres, necnon Duces, Principes, & Dominos, Universitates, & reliquos Dissidentes in Regnis ipsis, vigeat indissolubile Vinculum Concordiæ atque Pacis, eò tenemur vigilantioribus Studiis insudare, Quò ex illorum Discordiis atque Guerris (quas Pater ille Malignantium seminavit & produxit in Lucem) majora possunt, non solùm Subditis eorumdem, tam Animarum quàm Corporum, sed exteris dispendia provenire, etiam contra Statum nostrum & Ecclesiæ Sanctæ Dei.

Cupientes igitur Calamitatibus & Pressuris, ex Dissidiis & Guerris hujusmodi provenientibus, & etiam proventuris, quantum cum Deo possumus, obviare: & ut omnis Discordiarum Guerrarumque præfatarum Materia in Pacis pleniudinem commutetur; Venerabilem Fratrem, *Jordanum Episcopum Albanensem*, &c, Dilectum Filium, *Guillielmum Tituli Sancti Marci Presbyterum*, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, nostros & Apostolicæ Sedis Legatos ac Nuncios, tamquam Pacis Angelos, ad Reges ac Regna ipsa, necnon, Dilectos Filios, Nobiles Viros, *Johannem Burgundiæ*, reliquosque Duces & Dominos Regnorum hujusmodi, providimus destinandos.

... exinde apud Altissimum (qui in Pacis pulcritudine delectatur) valeat 577. eadem *tua Nobilitas*, ultra nostram & Apostolicæ Sedis Benedictionem & Gratiam, sempiternæ Vitæ Munera promereri.

Super quibus eisdem Cardinalibus, vel eorum alteri, adhibere placeat Credentiæ plenariam Fidem.

Dat. *Constantiæ* xv. die Aprilis Pontificatûs nostri Anno Primo.

Pro Nicholao de Clemangiis.

MArtinus Episcopus, Servus Servorum Dei, carissimo in Chri- Ann. D.
sto Filio, *Henrico*, *Regi Angliæ* Illustri, Salutem & Apostolicam Benedictionem. 1418.
An. 6.

Tuus ad Nos & Romanam Ecclesiam zelus fidelissimus pro- H. 2.
pensiorque Affectus fiduciam Nobis ingerunt amplissimam, id a Ex Bibl.
tua Regia Serenitate leniter assequendi quòd, æquum ac rationi Cot. Ti-
consentaneum, ab illa requirendum esse duxerimus: neque e- berius
nim a Te aut quovis altero aliud quippiam vellemus exigere. B. 6. fol.

Cùm igitur, dilectus Filius, Nicholaus de Clemangiis, Bacalla- 61. A.
rius in Theologia & Secretarius noster, Cantoriam ac Præbendam Ecclesiæ Bajocensis possideat, & jam dudum pacifico Jure possiderit, Fructusque ejusdem Beneficii, a Tempore adeptæ Possessionis, liberè hactenus & absque ulla controversia perceperit:

Nunc autem, memorata Civitas in tuam dicatur esse redacta Potestatem, tuæque subjecta Ditioni, tuam Carissimam in Christo Sublimitatem attentiori rogamus Affectu, quatinus eidem nostro Secretario, in Literis ac Eloquentia non mediocriter hic & alibi commendato,

Qui pro Pace ac Unitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, tempore termini Scismatis, nuper cœlesti miseratione aboliti, abundanter & fructuose laboravit,

Quem præterea, propter Famam sui Nominis, ad nostrum & Ecclesiæ Servitium nobis accersire placuit,

Nullum permittas, per quoscunque tuos Officiarios, aut alios quoslibet tibi subjectos, in perceptione Proventuum atque Emolumentorum sui prænominati Beneficii, tam debitorum, quam debendorum, Impedimentum afferri:

Et, si quòd esset sibi fortassis, per Ignorantiam, aut aliàs quomodolibet, appositum, id tuo Regali Imperio prorsus auferri atque aboleri præcipias; singulosque (cujuscumque Gradûs, Status, vel Auctoritatis) qui, a Tempore tuæ in illa Civitate Dominationis, aliquid inde, quavis Occasione, præter Auctoritatem vel Mandatum memorati Secretarii, percepisse reperientur, ad integram & plenariam Restitutionem, sibi vel suo Procuratori faciendam, Tua Regia velis Auctoritate, nostrâ ac Sedis Apostolicæ contemplatione, compellere; & tantum circa hoc agere quòd præfatus noster Secretarius prorsus indempnis efficiatur, nostrasque in hac Parte Preces apud tuam fuisse Illustrem magnificentiam sibi sentiat efficaces; quâ in Re Nobis abundè complacebis, Nosque ad tua reddes Beneplacita promptiores.

Quis enim congruentiori debet Titulo suorum, in Absentia, Beneficiorum Fructus & Jura percipere, quam nostri ac Sedis Apostolicæ Officiarii? qui personaliter Nobiscum adsunt, Nobis & Ecclesiæ, non absque magnis Laboribus, assiduè serviunt.

Denique, si Tibi cæterisque Catholicis Regibus Sedes Apostolica, Mater piissima, liberaliter indulgere consuevit, ut nostri Ecclesiastici, Familiares suorum Jura Beneficiorum in Famulatu nostro percipiant, ac si in Ecclesiis propriis dictorum Beneficiorum residerent; quanto magis æquum esse videbitur ut tu & Illi solicitam detis Operam, ne in Regnis vestris vel locis aliis, vobis Subditis, Familiares ejusdem Sedis in suo quolibet Jure perturbentur: &, ut, Nobis ac Sedi ipsi famulando, suorum liberè Titulorum Ecclesiasticorum Proventus atque Emolumenta percipiant? Super hac autem re de nostra Intentione, de dictique Secretarii Meritis ac sufficientia, & nostro ad suam Personam Affectu, Venerabilis Frater, *Jordanus*, *Episcopus Albanensis*, &, Dilectus Filius, *Guillermus Tituli Sancti Marci Presbyter*, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ *Cardinales* (quos ad tuam Sublimitatem transmittimus) plenius informabunt; quibus eadem velit Sublimitas fidem certam atque indubiam adhibere.

Dat, *Constantiæ* xvii. die Aprilis, Pontificatûs nostri Anno Primo.

De

Tenore Præsentium, Concedimus & Confirmamus, prout Literæ prædictæ exigunt & requirunt.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Castrum suum de Cadomo* xx. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Pro Episcopo Sagiensi Jurato Ligeo Regis.

Ann. D. 1418. *An.* 6. *H.* 5. *Norm.* 6. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 36.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
De Gratia nostra speciali, ad Supplicationem, Venerabilis Patris, *J. Episcopi Sagiensis*, jurati Ligei nostri,
Concessimus ei omnia Temporalia sua, ubicumque infra loca nobis Subdita & Subjecta existentia,
Volentes quòd ipse Fructibus, Redditibus, & Proventibus, de Temporalibus illis provenientibus, gaudeat & utatur pacifice & quiete, absque Molestatione vel Gravamine Nostri, vel aliorum Officiariorum, seu Ministrorum nostrorum quorumcumque.
In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* xxiii. Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Ad Regem, Nuncii Cardinales, super Tractatu Pacis venturi, de Salvo Conductu eis Concedendo.

Ann. D. 1418. *An.* 6. *H.* 5. *Ex Bibl. Cot. Tiberius B.* 6. *fol.* 57. *A.*

ILlustrissime Princeps, & Potentissime Domine,

Post Recommendationem, Bellum id Pestiferum, quòd inter Florentissima Regna Franciæ & Angliæ, tot jam Annos miserabiliter viguit, non absque maximâ molestiâ, cuncta Christianitas tulit: Quis enim est ità ab omni Religione, Fide, Pietate, Humanitate denique alienus, qui tantis tamque atrocibus Malis, quæ inde contigerunt, non vehementer doleat? Nemo sanè posset Sparsum propterea Sanguinem describere: Nemo dinumerare Hominum utriusque Mortes: Nemo Incendia atque Rerum omnium Ruinas recensere.

Itaque, ut tanta Pestis tamque Flagitiosa aliquando finem haberet, *Summus Pontifex* (cui omnium Christi Fidelium Pax Summæ Curæ est) Nos ad *Regem Francorum* atque ad *Celsitudinem vestram* Legatos misit, ut omni Operâ, Studio, & Diligentiâ nostrâ (Ipso tamen Deo auxiliante) hujusmodi nocentissimum Bellum in Quietem Salutiferam convertere niteremur.

Nos verò, hujusce Pacis faciendæ studiosissimi, cum securo Conductu Illustris Domini *Ducis Burgundiæ* hucusque tandem ambo pervenimus,

Verum quia expedit, ob hanc ipsam Causam, ut Ego *Cardinalis de Ursinis* ad Serenitatem vestram, atque item Ego *Cardinalis Sancti Marci* ad Illustrissimum Regem Franciæ, separatim quidem accedamus, deinde ambo simul ad utrumque vestrum, id quòd de Mandato *Domini nostri Papæ* fit; sed Iter ipsum,
• IX. 579. propter Armorum Gentes, tam vestras, * quam Regis Franciæ, non satis tutum videtur, Idcirco vestram Majestatem suppliciter precamur ut Nobis, cum Centum Equitibus, atque Rebus nostris singulis, securum vestrum Conductum concedere dignemini, quòd possimus ad Vos tute venire, atque inde redire.

Pridiè verò misimus Parisius, ad Illustrissimum *Regem Franciæ* impetraturi similiter salvum Conductum suum, ob eam Rationem quòd facile possemus in aliquas ex suis Gentibus incidere.

Verùm salvus Conductus vester ut extimamus, duplicandus esset, ut nostrûm uterque unum penes se habere possit.

Atque unum hoc non est omittendum, quòd tanta nostra de vestrâ Majestate Fides est, ut nullo modo vereamur vestram Celsitudinem adire; sed quòd non omnibus forte vestris cogniti sumus, qui possent inconsultè Nobis aliquid in viâ facere, quod vestræ etiam Serenitati displiceret.

Idcirco decrevimus, antequam veniamus, vestrum securum Conductum impetrare; quem possimus, si necessitas urgeret, ostendere, ne Nobis aliquid accidat quod contra Voluntatem vestram & Salutem nostram esset.

Itaque securum vestrum Conductum, ut diximus, expectamus; quem cum habuerimus, tum confestim versus Serenitatem vestram ipse *Cardinalis de Ursinis* dirigam gressus meos.

Propterea Nos ipsos vestræ Celsitudini, quanto cum studio possumus, commendamus.

tur,
Concessimus, dilectis Nobis in Christo, *Abbati & Conventui* *m.* 37. *Abbatiæ prædictæ* omnia Temporalia, eidem Abbatiæ infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentia, sive spectantia,
Habenda, in Sustentationem Divini Servitii, & ad Exorandum specialiter pro bono Statu nostro dum vixerimus, & pro Anima nostra cum ab hac Luce migraverimus, ac Animabus Progenitorum & Successorum nostrorum, & omnium Fidelium Defunctorum, necnon ad alia Onera & Pietatis Opera inibi Faciendum & Supportandum, de Dono nostro.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* xxvi. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Consimiles de Restitutione Literæ concessæ.

Pro *Domo Sancti Johannis Jerusalem de Breteville l'Arabel.* *Ibid. m.* 37.
Pro *Abbatia Beatæ Mariæ de Belestoille.* *Ibid. m* 39.
Pro *Abbatia Beatæ Mariæ Dammenesobes.* *Ibid. m.* 36.
Teste ut supra.

De Custodia Temporalium Commissa, Lessay.

Ann. D. 1418. *An.* 6. *H.* 5. *Norm.* 6. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 35. • IX. 580.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd,
De Gratiâ nostrâ speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pietatis Opera, quæ in *Abbatia Sanctæ Trinitatis de* * *Lessay*, in Diœcese de Constances, fieri debeant, plus solito, accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur & sustineantur,
Commisimus Religiosis Viris Abbatiæ prædictæ Custodiam omnium Temporalium, eidem Abbatiæ, infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentium sive spectantium,
HABENDAM quamdiu Nobis placuerit, Percipiendo de Exitibus & Proficuis Temporalium prædictorum tantum, quantum pro rationabili Sustentatione sua necessarium fuerit & oportunum;
Ita semper quòd de Surplusagio Exituum & Proficuorum prædictorum, ultra Sustentationem suam prædictam, Nobis, ad Cameram nostram Compotorum, singulis Annis, respondeatur, quamdiu iidem Religiosi Custodiam habuerint supradictam.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* xxvi die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Ad Custodem Angliæ Litera Ducis Bavariæ pro Succursu habendo.

Excellenti ac Potenti Principi & Domino, Domino Johanni Duci Bedfordiæ, *Comiti Richemondiæ & de Kendale, Angliæ Constabulario, necnon Domino Insularum de Jersie & Gernesey, Domino ac Consanguineo nostro Carissimo.*

Ann. D. 1418. *An.* 6. *H.* 5. *Ex Bibl. Cot. Tiberius B.* 6. *fol.* 57. *B.*

ILlustris Princeps, Domine, ac Consanguinee Carissime,

Sincerâ Recommendatione, cum mei continui promptitudine Famulatûs pro Salute præmissâ,

Vestræ Excellentiæ in Parte fore non dubito manifestatum qualiter, post Obitum, dilectissimi quondam Domini ac Fratris mei *Willielmi Comitis Hannoniæ, Hollandiæ, & Selandiæ*, ad *suam Filiam, Neptem meam*, vehementi solicitudine habui hucusque multas, diversas, ac varias, gratiosissime tamen ac caritativas (prout Deo Testor) Prosecutiones: eandem Neptem meam, tam per meipsum, quam per alios meos Amicos, gratiosè quamplurics diversimodè requirentes, quatinus Ipsa, ut meis Juribus Hæreditariis, michique per Patrimonialem Successionem consiscatis, uti quiete valerem, suum attribuere dignaretur Assensum & Consensum realiter cum Effectu; Attento (salvo pluri) quòd ipsarum Terrarum Hannoniæ, Hollandiæ, & Zeelandiæ non est proximior Me Masculus Hæres.

Quo tamen non obstante, post multos Tractatus caritativos, tandem, inter cætera, sibi optuli Meipsum, & Jus meum, ac totam Causam subjicere & submittere velle Dispositioni & Ordinationi Serenissimi ac Invictissimi Principis, Domini *Romanorum*

Regis,

lio quondam Anthonii de Burgundia,

Qui, licet sibi invicem Secundo Consanguinitatis & Tertio Affinitatis gradibus attineant, Matrimonium pariter consummârunt, citra tamen Literas Apostolicas Inhibitorias ipsis perantea desuper
• IX. directas (quarum etiam • Copiam transmitto Præsentibus inclu-
581. sam) quod summe michi displicet,

Præfatus Terras meas & Dominia, in Sacri Imperii Contumeliam & Injuriam, præter etiam dicti Domini *Romanorum Regis* consensum, ac in meum præjudicium non modicum & gravamen, detinent de facto, & Detinere non formidant & occupare, minus justè:

Denuò verò, respiciens omnem meam diligentiam supervacuam extitisse, cum ad Pacem tanta fecissem quod bono Modo concipere nequeo quomodo sanâ Conscientiâ fecisse potuerim ampliora, extremâ necessitate compulsus, sub Umbra Divinitatis, quæ Negotium gerentibus æquitatis brachium supernæ Virtutis extendit, vim Armatam jam Convocavi pro Jure meo hæreditario prosequendo; arbitrans cœlesti Divinitati minime displicere, quòd Justitiam prosequar, per Armorum remedia, ubi pacifica & caritativa minimè profuerunt.

Idcirco (*Illustris Domine*, & *Consanguinee sincere dilecte*) vestræ Excellentiæ & Consanguinitati (quam multipliciter confido michi favorabilem in agendis) supplico Precibus seriosis atque Instantiâ quâ valeo potiori, quatinus michi, hac vice, Quingentis Archiftis Sagittariis, citius, post Præsentium perceptionem, quo poteritis, illos in Opidum meum *Brielis* sive *Dordracum* transmittendos, meæ Considerationis intuitu, absque Notabili Mora, in hac justa Causa mea, quam prosequor favore Divino, dignemini & velitis impendere Assistentiam & Succursum; quibus, per Dei Gratiam, de suis stipendiis & Expensis, in Itinere huc veniendo factis & faciendis, taliter providebo, quòd vestræ Excellentiæ ac Michi desuper habebunt meritò regratiari.

In hiis dignetur *vestra Excellentia* se michi in hac causa mea talem effectualiter exhibere, ut, per prædictæ Excellentiæ Subventionem, veluti cæterorum Amicorum meorum & Confœderatorum, mea Jura hæreditaria & Patrimonialia (quibus dicta *mea Neptis*, & *Johannes*, dicti quondam *Antonii Filius*, me spoliare nituntur & defraudare) valeam, Deo etiam auxiliante, recuperare, prout eidem vestræ Excellentiæ plenarie confido, & sicuti vobis, in casu simili vel majori, si casus se offerret, libentissimè posse tenus Subvenirem; in quibus revera minimè parcerem meis Expensis, Laboribus, & Amicis, Teste Altissimo; qui vobis adaugeat Dierum longitudinem cum Salute.

Scriptæ in *Opido meo Dordracensi*, Mensis Aprilis Die Vicesima Septima.

Dux Johannes de Bavaria, *Electus Leodiensis*, *Comes Hannoniæ*, *Hollandiæ*, & *Zeelandiæ*.

De Proclamatione super Gravatis contra Treugas Burgundiæ.

Ann. D. REX, Ballivo suo de Cadomo, Salutem.
1418. Cum certæ Treugæ inter *Nos*, & Carissimum Consangui-
An. 6. neum nostrum, *Johannem Ducem Burgundiæ*, usque Festum
H. 5. Sancti Michaelis proximo futurum duraturæ, initæ & captæ exi-
Norm. 6. stant,
H. 5. *p.* 1. Vobis Mandamus quòd in locis, infra Ballivam vestram, ubi
m. 35. *d.* magis expediens fuerit & necesse, publicè Proclamari faciatis,

Quòd omnes & singuli Ligei nostri, qui se contra formam Treugarum prædictarum sentiunt gravatos, sint apud villam nostram de Vernulle, Quinto die Maii proximò futuro, coram certis Commissariis nostris, quos pro Reparatione Attemptatorum contra Treugas prædictas assignavimus, Justitiam in hâc parte consecuturi.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* xxviii die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Ann. D. *De Conservatoribus Treugarum prædictarum Constitutis.*
1418.
An. 6. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
H. 5. Sciatis quod,
Ibidem. Cum nuper Inierimus, Fecerimus, & Concordaverimus Treu-
m. 36. gas & Abstinentias Guerrarum, sub certis modo & • forma,
• IX. cum, Carissimo Consanguineo nostro, *Johanne Duce Burgun-*
582. *diæ*, prout ex earum Tenoribus clariùs liquere poterit, in eventum,

Nos,

nem, & Reformationem faciendum, & eas fieri Petendum, Requirendum, & cum effectu Optinendum,

Ac utriusque Partis Querelas, ultro citroque propositas & proponendas, cum suis Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, & Connexis, Audiendum, Examinandum, & Fine debito Terminandum, summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura Judicii, legalibus Terminis (si eis videbitur expedire) non servatis, aut aliàs, de consensu Partium, recissis aut abbreviatis, inspectâ solâ Facti veritate,

Necnon ad Concedendum, Petendum, & Optinendum quibuscumque Personis salvi Conductûs Literas, quatenus Negotii Natura, qualitas, & expeditio exigit & requirit,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint aut quomodolibet oportuna, Ipsos Tres aut Duos eorum (quorum præfatum *Johannem Kemp* unum esse volumus) nostros veros & legitimos Ambassiatores, Commissarios, Deputatos, Procuratores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales Facimus, Ordinamus, Creamus, & Constituimus per Præsentes;

Promittentes, in verbo regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid per eosdem Ambassiatores, &c. aut Duos eorum (quorum, &c.) Actum sive Gestum fuerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* xxiii. Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Restitutionibus Temporalium.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1418.
De Gratia nostra speciali, & ut divinum Servitium ac alia Pie- *An.* 6.
tatis Opera, quæ in *Abbatia de Mounteboure*, in Patria nostra de *H.* 5.
Constentin (quæ de Fundatione Progenitorum nostrorum, quon- *Norm* 6.
dam Regum Angliæ, & nostro Patronatu existit) fieri debeant, *H.* 5. *p.* 1.
plus solito accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur & sus- *m.* 34.
tineantur,

Concessimus, dilectis Nobis in Christo, *Abbati & Conventui Abbatiæ prædictæ* omnia Temporalia, eidem Abbatiæ infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentia, sive spectantia,

Habenda, in Sustentationem Divini Servitii ibidem, & aliorum Pietatis Operum supradictorum, de Dono nostro.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum nostrum de Cadomo* xxx. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas de Restitutione habent *Abbas & Conventus Abbatiæ Sancti Salvatoris le Viconte*, in Balliva Regis de Costentyn, sub eadem Data, & eodem Waranto.

---

* *Pro Canonicis de Auranches.*

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, 1418.
Immensa Dei Beneficia, Nobis ante hæc tempore, & præser- *An.* 6.
tim postquam in Ducatum nostrum Normanniæ, pro Recupe- *H.* 5.
ratione & Conquestu Jurium nostrorum ibidem, suâ clementiâ *Norm.* 6.
& benitate pervenimus, varie infusa & exhibita, clarè intuen- *H.* 5. *p.* 1.
tes, *m.* 35.

Ad Gratiarum Actiones ipsi soli Deo, qui Justitias diligit, & videt æquitates, impendendas solertius excitamur:

Ut igitur noster Affectus effectum sortiatur, ejusque Laudes & Servitia, qui Bona Nobis tribuit ubique locorum nobis Subditorum, plus solito vigeant & accrescant, de Gratia nostra speciali, Concessimus, dilectis nobis in Christo, *Canonicis Residentibus in Ecclesia Cathedrali Civitatis nostri d'Auranches*, in Ducatu nostro Normanniæ, ac *Capellanis*, *Clericis*, & *aliis Ministris ibidem* Deo Servientibus, & sub Fide & Ligeantia nostris existentibus, quòd ipsi habeant & teneant omnes & singulos Hæreditates & Redditus, ad Corpus Ecclesiæ prædictæ, infra Ducatum nostrum prædictum, qualitercumque pertinentes:

Ita quod ipsi, de eisdem Hæreditatibus & Redditibus, ad Onera, eidem Ecclesiæ incumbentia, supportanda, juxta Consuetudinem ibidem hactenus rationabiliter habitam & usitatam, disponere possint, quousque pro Regimine & Gubernatione ejusdem

Ec-

Operum prædictorum.

Et, ulterius, de uberiori Gratia nostra, *Dedimus* & *Concessimus* eidem *Abbatissæ & Conventui* omnia Redditus, & Proficua, ac Exitus Temporalium prædictorum a retro existentia, quæ ad usum nostrum nondum Levata seu Recepta existunt, Habenda de Dono nostro.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* xx. die Maii.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas habent,

Abbas & Conventus Abbatiæ Sancti Stephani de Cadomo.
Abbatissa & Conventus Abbatiæ Beatæ Mariæ de Lisieux.

De Impositione Salis & Gabelo delendis.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid. m. 25. d.

HEnry, &c. A tout ceulx, &c. Salut.

Savoir faisons que Nous,

Aians cognoissance que, par la Grace & Soveraine puissance de nostre Creatour, Nous aions recouvert nostre Paiis & Duche de Normandie, & aultres Lieux & Paiis appartenans a nostre Coronne & Seignorie Roial de France,

Avons receu nostre Povre People de diz Paiis a nostre Grace, Subjection, & Obeissance,

* IX. 584.

* Par les queulx Nous avons Entendu que, es temps passez, Nous adversaires & Enemiz, qui en temps passe, injustement & sans nul bon Tiltre, contre la volente de Dieu, ont occupe & detenu nostre dit Paiis & Roialme de France, & injurieusment, contre Dieu & Saunte conscience, Traictes, Oppresses, & Greues noz poures Subjects, & leur ont impostes Gabelles & Imposts de Sel en grand griefues Sommes de Deniers, & a grans & divers Priz, par granz & injustes Contraintes,

Et, qui pis est, a contrains a prendre & paier Sel a leur Governier, contre leur plaisir, & volente, en certaines Sommes Imposees a leur plaisir, montans a plus grans Sommes, la Moitee ou les Deux Pars que le dit Sel ne povait valour,

Et sur ce mis & cituez Officiers & Plusieurs Commissairs, les quielx, en grans Tirannies & Maulvaises Justices, on Contrains & Traitte nostre dit poure Poeple tellement que il en est tout Destruit & Cheu en grans Pouretes & Necessitees, dont Dieu nostre Createur s'est courouchie, & si doit faire chescun bon & loial Christien,

Nous,

Voulans a ce Pourveoir, releuer, & hoster nostre dit poure Poople de telles & si miserables Contraintes & Subjectiohes, & iceux Traictier & Governer selon Dieu & bon Justice, Preimerement, Considerants le grant Grace, & Auctorite, & Puissance, que Dieu nostre Createur, qui est Largiteur & Donneur de toutes Biens, Nous a faiz & donnes, fait & donne chescun jour,

Et en especial pour le Recouvrement de noz Terres & Seignories appertenes a nostre dite Coronne de France,

En l'onneur, reverance, & loange de Saunte Trinitie, de la benoiste glorieuse Vierge Marie, de tous les Sains de Paradis, & en l'onneur de mon Seigneur Saint Georg, nostre verroy & Singular Patron,

De nostre Grace especiale, & de nostre propre & verroy Mouvement, ou jour de la Solempnite & Fest du dit Monseigneur Seint Georg, avons icelles Gabelles & Impostes Hostes, Remie, Relaches, & Pardonnees, pour nous, & pour noz Heirs & Successours, a touz & chescun de noz Subjects, qui a nostre Obeissance sont venuz, & qui vendront dedenz le Premier jour de Juing prochein venir, tant, eulx, que pour leur Heirs & Successours, tant de nostre dit Paiis & Duche de Normandie, que de queconques autres Lieulx & Paiis de nostre dit Roialme de France, qui sont & serout en nostre Obeissance dedens le dit temps, & icelles Gabelles & imposts Adnullez & Aboillez, sans jamais avoir cours pur le temps avenir, en aucun mannere, en noz ditz Paiis & Seignories,

Mais voulons & Nous plaist que ditz Hommes & Subjects, tant Marchanz, que aultres, leurs Heirs & Successeurs Puissent chescun de soy, pur le temps avenir, Prendre, Achatter, & Marchander du dit Sel, tant Blanc que Noir, quant il leur plerra, sanz nulle Contrainte, & ou il leur plerra, es Lieux, Villes, & Places sur ce par nous ordonnez, ou que nous Ordonnerons & ferrons Ordonner par noz Genz & Officiers.

nous serra Ordonne:

Et que nul de noz Genz, qui auroient Prins & Gaigne Sel en nostre Ville de Caen, ne soit Comprins en nostre presente Ordonnance.

Mais,

Pour ce que plusours & grandes Fraudes & Malices pourroyent estre faitz & commises, en nostre Prejudice & Damage, & aussi de nostre dit Peuple, tant pour le Paiement de nostre dite Quarte partie pour Custume, que pour * les Mesures, qui sont muables en plusours & diverses parties de nostre dite Paiis, de quoy plusours & grans Larcins & Inconveniens purroyent avenir * IX. 585.

Nous avons Ordonne, & Ordonnons, par ces Presentes, que tout le Sel, qui pour le temps avenir serra Apporte en nostre dit Paiis, soit mis & apporte tout entier en Garniers es Lieux, Villes, & Places, qui par Nous seront a ce nomes & ordonnes, & illoeques Vendue & Mesure par noz Mesureurs jures, a ee ordonnes, aux Mesures qui de present y sont ordonnes; Les quelles nous voulons estre tenues & gardees, sans croistre, ne apeticher, en nulle des Parties de noz diz Paiiz & Duchie.

Item, voulons & ordonnons que nul de noz Subjectz, Marchanz, ne autres, ne facent Assembles ou Guerners de Sel, si non es Villes que Nous ordonnerons; & les Marchanz, ausquelx nous donnerons Congie qu'ils puissent Achater Sel hors des Parties de noz diz Paiiz, le quel ils seront tenuz Apporter es Lieux & Villes par nous a ce ordonnez, & que ce soit fait en la presence de noz Gens & Officers a ce par nous Commis.

Item, avons Ordonne & Ordonnons, que se aucun rompt ou enfraint nostre dite Ordonnance, que il soit pugni par parsone & par amende voluntaire, a la volente & arbitracion de Nous ou de noz Officers; & le Sel, avecques les Chares Sall-fees, Chevaulx, Cherettees, & Harnois, soyent Forfaiz, & appliquies a nous; de la quelle Forfaiture & Amende les Prenours auront la Moitie.

Item, & se, Pour le temps avenir, il estoit Regarde ou Advis, par Nous, ou noz Successours, que nostre dit present Ordonnance fust Trope Grieve, tant pour les Marchans, que pour les Lieux & Places ou le dit Sel sera Vendu, que aultrement Nous reservons a Nous & a noz Successours de les amender & corriger, comme il plairra a Nouz & a noz Successours, & par nostre Conseil, pur le bien & en le faveur des Marchans & de noz diz Subjects.

Item, &;

Pour ce que nous Sommes duement acertenes que, en temps passe, plusours Officers, estans en nostre Paiis & Duchie de Normandie, soubz nostre *dit Adversaire*, ont fait plusours & grands Oppressions & Charges a nostre pouere People,

Et Prins, Pillie, & Exigie sur nostre dit Peuple, par Raoson de leurs Offices, plusours Sommes de Deniers, & appliquie a eulx & a leur Profit,

Quelle chose Nous desplaist, & ne voulons, pour le temps avenir, telles Oppressions & Charges estre faitz a nostre dit poure Peuple, par nul diz Officers, Mais voulons & Nous plaist que par noz diz Officers, nostre poure Peuple, & touz noz Subgiez soient tractez & governez Sauntement & justement, aux Usages & Coustumes qui estoyent en nostre dit Paiis au temps de noz Predecessours,

Et, Pour ce que Nous voulons touz les Poins & Articles dessusdiz declariez & deuisez, & les Circumstances, & dependences estre tenuz & gardez sanz enfraindre ne aller encontre en aucune manere, Mandoms & commandoms a touz noz Baillis, Viscontes, & Officers, que nostre dite Ordonnance & Volente ils facent tenir & garder, & icelles Crier & Publier notoirment par touz les Lieux & Places, de lour diz Bailliages, accustumez a faire Criz:

Et defendons a touz noz Subjects que nul, de quelque estat ou Condicion que ce soit, ne face ou attempte en aucune maniere a contraire de noz dit Volente & Ordonnance, sur paine d'en estre griefment Pugny; Car ainsy Nous plaist il estre fait de Grace especiale par ces presentes; non obstant queconques aultres Lettres, Ordonnances, Mandemens, ou Deffences a ce contraires.

Tesmoin. &c.

Don. a *Caen* l'An Mille, Quatrecens, Dix Oept, le Quart Jour de Maii, & le Sisme de nostre Regne.

ra, es Mains du dit Treshault & Puissant Prince Monsieur *le Duc de Gloucestre*, pour & en noum du Treshault, Tresexcellent, & Trespuissant Prince, *le Roy de France & d'Angleterre*, le dit Chastell & Dongeon d'Ivry le xiv. jour de ce present Moyz de May, & ce sanz fraude ou mal engyn.

Item, est Accorde que touz les Viures, qui pour le present sont en le dit Chastell & Dongeon du dit lieu d'Ivry, demourreront illoeques, sans riens d'iceulx estre transportes hors: Et ont les dessusdiz Pierres Dorgessin, les Chivalers, Escuiers, Bourgoiz, & Inhabitans en le dit Chastell & Dongeon promis que, entre cy & l'entre de la ditte rendue, ne serra fait, ne souffert estre fait, des diz Vivres gaste ne destruction queconque, mainz en useront raisonablement, come ilz fesoient devaunt ceste present Composition.

Item, est Acorde que toute l'Artillerie de diz Chastell & Dongeon (cestassavoir) Lances, Haches, Arcs, Arbalestes, Fleches, Viretons, & touz autres Abillemens pour Arbelestres, Poudres, Canons, & autres habillemens queconque de la Guerre, *&c.*

Donnez a *Yvry* le x. Jour de May, l'An de Grace M. CCCC. & dix Neuf.

Pro Episcopo Sagiensi.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1418. Sciatis quòd,
An. 6. De Gratia nostra speciali, & ad Supplicationem, Venerabilis
H. 5. Patris, *Episcopi Sagiensis*,
Norm. 6. Concessimus ei quòd ipse omnem Jurisdictionem suam Spiritua-
H. 5. *p.* 1. lem, infra Diœcesim suam, habere & excercere, ac eâ uti &
m. 34. gaudere possit, prout eâ meliùs & liberiùs, ante ultimum Adventum nostrum in Ducatum nostrum Normanniæ, rationabiliter uti & gaudere consuevit, absque Impetitione seu Impedimento qualitercumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam Regis de Cadomo* sexto die Maii.

Per ipsum Regem.

De Salva Gardia.

Ann. D. REX, per Literas suas Patentes, usque Primum Diem Augusti
1418. proximò futurum duraturas, suscepit in Protectionem, Tui-
An. 6. tionem, & Defensionem, ac salvam Guardiam suas speciales Ca-
H. 5. *pellanos Hospitalis Dei de Confort juxta Mans*, quod de Fundatio-
Ibid. ne Progenitorum Regis, quondam Regum Angliæ, & suo Patronatu existit, ut dicitur, Homines, Terras, Res, Redditus, & Possessiones ejusdem Hospitalis, ac Bona & Catalla sua quæcumque;

Et ideò, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam Regis de Cadomo* septimo die Maii.

Per ipsum Regem.

De Præsentatione.

Ann. D. THomas Filleul Capellanus habet Literas Regis de Præsentatione
1418. ad Ecclesiam Sancti Laurentii de Chesneduit de Greys, Le-
An. 6. xoviensis Diœcesis, vacantem, ut dicitur, per Mortem *Johannis*
H. 5. *Saundrey* ultimæ Personæ ibidem, & ad Regis Donationem spe-
Ibid. ctantem;
m. 35. Et diriguntur Literæ illæ Vicario Generali Episcopi Lexoviensis, ipso Episcopo in Remotis agente.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* decimo die Maii.

Per ipsum Regem.

---

* IX.
587.
Ann. D. * *De Libera Capella Data.*
1418.
An. 6. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
H. 5. Sciatis quod Dedimus & Concessimus *Johanni Maillardy*,
Ibidem. Magistro in Artibus, Capellano Liberam Capellam Sancti Simonis
m. 34. in Parochia Sanctæ Honorinæ in Vicecomitatu de Baieux, vacan-

sicut per Literas [illegible] ipsius [illegible] Pontificis, nobis indè directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Episcopus* omnibus & singulis verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis contentis, coram nobis palam & expresè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit,

Volentes cum eo in hac parte agere gratiosè, cepimus Fidelitatem ipsius *Episcopi*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Episcopo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, Liberes in forma prædicta; salvo jure cujuslibet.

Teste præfato Custode apud *Westmonasterium* decimo tertio die Maii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eâdem Data; videlicet,

Richardo Merlowe *Majori Civitatis Regis Londoniæ & Escaetori suo in eâdem Civitate.*
Escaetori Regis in Comitatibus Kantiæ & Middlesexiæ.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Pro Abbate Sagiensi de non molestando.

REX Universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, ac aliis Of- Ann. D.
ficiariis & Ministris nostris, infra Ducatum nostrum Nor- 1418.
manniæ, Salutem. *An.* 6.
Sciatis quòd, *H.* 5.
Cùm *Abbas Sancti Martini de Sees* Juramentum Fidelitatis, No- *Norm.* 6.
bis, pro Temporalibus suis, quæ de Nobis infra Ducatum no- *H.* 5. *p.* 1.
strum prædictum tenet, debitum, nobis, in propria Personâ no- *m.* 36. *d.*
strâ, apud Castrum nostrum de Cadomo, fecit,

Vobis & cuilibet vestrûm Mandamus quòd ipsum Abbatem Fructibus, Redditibus, & Proventibus, de Temporalibus suis prædictis provenientibus, uti & gaudere permittatis pacificè & quietè, & ipsum, occasione Fidelitatis prædictæ, non molesteris in aliquo seu graveris.

Teste Rege apud *Castrum prædictum* decimo tertio die Maii.

---

* *Pro Cardinali de Ursinis.* * IX.
588.
REX, per Literas suas Patentes, per Sex Menses proximò futu- Ann. D.
ros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum, 1418.
&c. Venerabilem Patrem, *Jordanum Albanensem Episcopum*, ac *An.* 6.
Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinalem *de Ursinis* vulgariter *H.* 5.
nuncupatum, penes Præsentiam Regis, cum Centum Personis ac *Norm.* 6.
totidem Equis in Comitivâ suâ, quotiens opus fuerit, veniendo, *H.* 5. *p.* 1.
ibidem morando & perhendinando, & exinde ad propria redeun- *m.* 33.
do, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Et ideò, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* decimo quarto die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro Comite Vendocinensi.

REX, per Literas suas Patentes, usque duodecimum Diem Julii Ann. D.
proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. *Johan-* 1418.
nem Lesvealle, Servientem *Comitis de Vendosme* Prisonarii Regis, in *An.* 6.
Regnum Regis Angliæ, ad Præsentiam prædicti Comitis trans- *H.* 5.
eundo, ibidem morando, & exinde ad Partes suas proprias re- *Ibidem.*
deundo; *m.* 31.

Proviso semper, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* decimo sexto die Maii.

Per ipsum Regem.

De

dum, similiter Conficiendum & Consignandum.

In cujus, &c. quamdiu nobis placuerit duraturas.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* vicesimo die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro Reformatione Treugarum cum Regina Cecilia.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid. m. 25.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper, ad Honorem Dei, & Christiani Sanguinis effusionem evitandam, inierimus, fecerimus, & concordaverimus Treugas & Abstinentias Guerrarum, sub certis Modo & Formâ, cum, Præclarissima Domina, *Toland Regina Jerusalem & Ceciliæ*, ac *Lodowico Filio suo*, prout ex earum Tenoribus clarius liquere poterit, in eventum,

Nos,

Ipsa Pacis seu Treugarum Fœdera, quantum in nobis est, inviolata & illibata observari cupientes, ac quicquid in contrarium actum est, aut fuit, ultro citroque, debita cum celeritate reformari,

De fidelitate, circumspectione, & industria, Fidelium & dilectorum nostrorum, *Johannis Tiptoft* Chivaler, & *Rolandi Leyntale* Chivaler, plenius confidentes,

• IX. 589. * Ad Conveniendum cum Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, Procuratoribus, sive Nunciis præfatorum *Dominæ Toland Reginæ & Lodowici Filii sui*, sufficientem in hac parte Potestatem exhibentibus, in quocumque Loco ad hoc capto & congruo,

Audiendumque Ambassiatorum, Commissariorum, Procuratorum, sive Nunciorum hujusmodi Voluntatem de & super omnibus & singulis, præfatarum Treugarum seu Abstinentiarum debitam & fidelem observantiam concernentibus,

Necnon ad Tractandum & Communicandum cum eisdem de & super omnibus & singulis, Liberationem Incarceratorum utriusque Partium prædictarum ac Reparationem Attemptatorum circa præfatas Treugas & Abstinentias qualitercumque concernentibus,

Et Attemptatorum hujusmodi Corectionem, Punitionem, Reparationem, & Reformationem faciendum, & eas fieri Petendum, Requirendum, & cum effectu Optinendum,

Ac utriusque Partis Querelas, ultro citroque propositas & proponendas, cum suis emergentibus, incidentibus, dependentibus, & connexis, Audiendum, & Examinandum, ac Fine debito Terminandum summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura Judicii, legalibus Terminis (si eis expedire videbitur) non servatis, aut alias, de Consensu Partium, recissis aut abbreviatis, inspectâ solâ Facti veritate,

Necnon ad Concedendum, Petendum, & Optinendum quibuscumque Personis Salvi Conductûs Literas quatenus Negotii Natura, qualitas, & expeditio exigit & requirit,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint aut quomodolibet oportuna,

Ipsos *Johannem & Rolandum*, nostros veros & legitimos Ambassiatores, Commissarios, Deputatos, Procuratores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales, Facimus, Ordinamus, Creamus, & Constituimus per Præsentes;

Promittentes in verbo Regio Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid per eosdem Ambassiatores nostros Actum sive Gestum fuerit in Præmissis, aut aliquo Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* vicesimo die Maii.

Per ipsum Regem.

ITEM, Consimiles Literæ Regis diriguntur *Johanni Arundell* de Licher Mautravers Chivaler, *Johanni Tiptoft* Chivaler, & *Johanni de Assheton* Chivaler, de Treugis *inter Regem* & *Ducem Britanniæ* conservandis.

Teste Rege apud *Villam de Bernay* primo die Junii.

Per ipsum Regem.

CY ENSSUIT L'APPOINTMENT Fait, Traictie, & Acorde, par ces LETTRES ENDENTES le xx. jour de May, l'An Mille, Quatrecens, & Dixhuit, parentre Nous *Jehan le Blont*, *Jehan Scrop*, *Thomas Carrew*, & *Jehan Carbonnell* Chivalers, Assignes pour le Treshault & le Puissant Prince, *le Duc d'Excestre*, Conte de Dorsete, Admirall d'Engleterre, Guyen, d'Irland, de l'une * Partie, & les Gens de Saint Esglise, & *Guillam de Crane* Bailli, les Burgois & Habitans, en la Cite, Ville, & *Soubourrs d'Eureux*, d'autre Parte. Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 2. m. 3. • IX. 590.

PRIMEREMENT, que la dite Citee d'Eureux serra rendue es mains du dit *Duc d'Excestre*, en Nom de Tresexcellent Prince & nostre Tresredoute & Soveraine Seigneur *le Roy de France & d'Engleterre.*

ITEM est Appointe & Acorde que le dit Baillif de la dite Cite & touz les Soudeours, auss bien les Estranges, come autres, de toute manere Nation, deffensibles, estans dedens la dite Citee, se Rendront au dit *Duc d'Excestre* en la fourme & manere cy apres escripez;

C'estassavoir, ceulx, qui sont Burguegnons, ou d'aucune Terre, ou Seignurie du *Duc de Burgonge*, a la Grace du Roy nostre dit Soveraigne Seigneur, ou autermènt advenir ses Homes Lieges come au *Roy de France & Duc de Normandie*, le quel qu'il plerra, au *Roy nostre Soveraigne Seigneur*; & touz aultres Soudeours, de quelque Nation q'ils soient, estans en ycelle Citee, de faire Serement au dit *Duc*, ou nom du Roy *nostre dit Soveraine Seigneur*, pour lui servir bien & loialment contre tous les Gens de ce Monde (c'estassavoir) en les Guerres de France durans ycelles, ou autrement d'estre Prisoners au dit *Duc d'Excestre.*

ITEM, est Appointe & Acorde que tourz Traictures Rebelles; soient ilz Angloys Natifs, Galloys, Iroys, & Gascoignes, ou Francoiz, cy devant Jures au *Roy nostre dit Soveraine Seigneur*, estans dedeins la dite Cite, seront Delivres a ycellui *Duc d'Excestre*, pour attendre la Grace & Ordonnance *du Roy* nostre dit Soveraine Seigneur.

ITEM, est Appointe & Acorde que tous & chescun des Bourgoys & Habitante de la dite Cite *d'Eureux* demouront & seront Residence en icelle: Et aussy feront Sermentes d'estre vrayz Lieges & Subgez au Roy nostre dit Soveraigne Seigneur, ses Heires & Successiours, come au Roy de France & Duc de Normandie.

ITEM, &c.

De Præsentatione.

JOhannes *Foberti* Capellanus, juratus Ligeus Regis, habet Literas Ann. D.
ejusdem Regis Patentes ad Ecclesiam beatæ Mariæ Magdalenæ 1418.
de Bouge, Ebroicensis Diœcesis, vacantem & ad Regis Donatio- An. 6.
nem, &c. H. 5.
In cujus, &c. Norm. 6.
Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* vicesimo secundo H. 5. p. 1.
die Maii. m. 31.

Per ipsum Regem.

Et diriguntur Literæ illæ *Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Ebroicensis.*

De Prebenda Data.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, DEDIMUS & CONCESSIMUS, Dilecto nobis, 1418.
Gervasio Gignet Capellano, Jurato Ligeo nostro, Præbendam sive An. 6.
Canonicatum in Ecclesia Collegiata Omnium Sanctorum de Mor- H. 5.
taigne, in Vicecomitatu nostro de Perche, quam vel quem Magi- Ibid.
ster *Andreas Foullenfant*, jam Defunctus, ut dicitur, ultimo tene- m. 30.
bat & habuit in eadem, vacantem & ad nostram Donationem spectantem, ut dicitur, HABENDAM cum suis Juribus & Pertinentiis quibuscumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Cadomo* vicesimo tertio die Maii.

Per ipsum Regem.

H. 5. m. 28. d. cepto) pro Denariis nostris, in hac parte rationabiliter solvendis, per Te, & Deputatos tuos, pro quibus respondere volueris, Capiendum & Arestandum;

Et ideò Tibi præcipimus quòd circa Præmissa diligenter intendas, & ea facias & exequaris in formâ prædictâ:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris ac aliis Fidelibus & Subditis nostris, Tenore Præsentium firmiter in Mandatis quòd tibi, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste præfato *Custode apud Westmonasterium* vicesimo quarto die Maii.

Per Concilium.

De Restitutione Temporalium Meneven.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid. m. 19.

REX, dilecto sibi, *Richardo Merlawe*, Majori Civitatis suæ Londoniæ, & Escaetori suo in eadem Civitate, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex Benedictum*, nuper *Bangorensem Episcopum*, a vinculo, quo eidem Ecclesiæ tenebatur, absolverit, ipsumque ad Ecclesiam Menevensem, vacantem per Translationem *Stephani Patryngton*, nuper *Episcopi* ejusdem Ecclesiæ Menevensis, ad Ecclesiam Cicestrensem auctoritate Apostolicâ transtulerit, & in *Episcopum dictæ Ecclesiæ Menevensis* præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini Summi Pontificis, nobis inde directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Episcopus* omnibus & singulis verbis, in dictis Literis Bullatis contentis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, coram nobis palam & expresse renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem ipsius *Episcopi* & Temporalia dicti Episcopatûs Menevensis, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideo Tibi Præcipimus quòd eidem *Episcopo*, Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, unà cum Exitibus, inde a tempore Mortis prædicti *Stephani* perceptis,

Quos eidem *Episcopo*, eo quòd ipse nichil de præfato *Stephano* pro Reparatione Temporalium ejusdem Episcopatûs petet seu recipiet, de Gratiâ nostrâ speciali Concessimus,

Sine dilatione Liberes ut prædictum est; salvo Jure cujuslibet.

Teste præfato *Custode apud Westmonasterium* primo die Junii.

Per ipsum Regem.

Consimile Breve dirigitur Escaetori Regis in Comitatu Herefordiæ, ac Marchiis Walliæ, eidem Comitatui adjacentibus, sub eâdem Datâ.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Attemptatis Reformandis super Treugis Flandriæ.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Franc. 6. H. 5. m. 7. * IX. 592.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper Inierimus, Fecerimus, & Concordaverimus Treugas & Abstinentias Guerrarum, sub certis modis & formis, cum, Carissimo Consanguineo nostro, *Johanne Duce Burgundiæ*, tam pro Comitatu suo Flandriæ & Subditis suis de eadem, quam etiam pro aliis, tempore Captionis earumdem Treugarum seu Abstinentiarum, Terris, * Patriis, Dominiis, & Subditis suis, prout ex earum Tenoribus clariùs liquere poterit, in eventum,

Nos,

Ipsa Pacis seu Treugarum Fœdera, quantum in Nobis est, inviolata & illibata observari cupientes, ac quicquid in contrarium Actum est, aut fuit, ultro citroque, debita cum celeritate reformari,

De Fidelitate, circumspectione, & industria, dilectorum & fidelium nostrorum, *Willielmi Bardolf*, Magistrorum *Thomæ Feld*, *Johannis Stafford*, Legum Doctorum, *Johannis Michel* Civis Londoniæ, *David ap Rys*, *Thomæ Stevenys*, in Legibus Licenciatorum, *Johannis Cherche* Locumtenentis Stapulæ Villæ nostræ Calesii, & *Johannis Pykeryng*, pleniùs confidentes,

Ad Conveniendum cum Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, Procuratoribus, sive Nunciis *prædicti Ducis*, sufficientem

& figura Judicii, legalibus Terminis (si eis videbitur expedire) non servatis, aut aliàs, de consensu Partium, rescissis aut abbreviatis, inspectâ solâ Facti veritate,

Necnon ad Concedendum, Petendum, & Optinendum quibuscumque Personis salvi Conductûs Literas, quatenus Negocii Natura, qualitas, & expeditio exigit & requirit,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint aut quomodolibet oportuna,

Ipsos Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tres, aut Duos eorum (quorum aliquem præfatorum *Thomæ*, *Johannis Stafford*, *David* & *Thomæ* unum esse volumus) nostros veros & legitimos Ambassiatores, Commissarios, Deputatos, Negociorum Gestores, & Nuncios speciales Facimus, Ordinamus, Creamus, & Constituimus per Præsentes;

Promittentes, in verbo regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid per eosdem Ambassiatores, Commissarios, Deputatos, Procuratores, Negociorum Gestores, & Nuncios nostros speciales, aut Septem Sex, Quinque, Quatuor, Tres, aut Duos eorum (quorum aliquem prædictorum *Thomæ*, *Johannis Stafford*, *David*, & *Thomæ* unum esse volumus) Actum sive Gestum fuerit in Præmissis, aut aliquo Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam de Bernay* secundo die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro Comite Marchiæ, de Intendendo.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1418.

Sciatis quòd nos,

De fidelitate, probitate, & circumspectione, carissimi Consanguinei nostri, *Edmundi Comitis Marchiæ* plenius confidentes, An. 6. H. 5. Norm. 6.

Ordinavimus & Constituimus ipsum Comitem Locumtenentem & Custodem Generalem omnium Terrarum & Marchiarum totius Ducatus nostri Normanniæ, ac aliorum Dominiorum, Terrarum, & Marchiarum in manu nostrâ ad præsens existentium, seu esse contingentium, H. 5. p. 2. m. 34.

Habendum, Occupandum, Regendum, & Excercendum Officium prædictum quamdiu nobis placuerit;

Dantes universis & singulis Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, ac omnibus aliis Ligeis, Fidelibus, & Subditis nostris, Tenore * Præsentium, firmiter in Mandatis quòd præfato Comiti, tanquam Locumtenenti & Custodi nostro Generali Terrarum & Marchiarum prædictarum, in omnibus & singulis quæ ad Officium illud pertinent, pareant, obediant, & intendant, quotiens opus fuerit & necesse, & super hoc ex parte nostrâ fuerint requisiti. * IX. 593.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam de Berneye* Secundo Die Junii.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Temporalium Bangoren.

REX, dilecto sibi, *Richardo Merlawe*, Majori Civitatis suæ Londoniæ, & Escaetori suo in eadem Civitate, Salutem. Ann. D. 1418.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, nuper vacante Ecclesiâ *Bangorensi*, per Translationem, Venerabilis Patris, *Benedicti*, *ultimi Episcopi* Loci illius, ad Ecclesiam Menevensem, eidem Ecclesiæ Bangorensi, de Personâ, dilecti nobis, *Willielmi Barowe*, Electi Bangorensis, tunc Canonici Lincolniensis, Decretorum Doctoris, providerit, ipsumque in *Episcopum Loci illius* præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini Summi Pontificis, nobis inde directas, nobis constat, An. 6. H. 5. Pat. 6. H. 5. m. 22.

Nos,

Pro eo quòd dictus *Episcopus Bangorensis* omnibus & singulis verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in dictis Literis contentis, coram nobis, palàm & expresse Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit, volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem ipsius *Episcopi Bangorensis*, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Episcopo Bangorensi* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste

An. 6. De Gratia nostra speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pie-
H. 5. tatis Opera, quæ in *Prioratu Sancti Martini de Bonbon* fieri de-
Norm. 6. beant, plus solito accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur
H. 5. p. & sustineantur,
1. m. 24. *Concessimus Religiosis Viris Prioratûs prædicti* Custodiam omnium Temporalium, eidem Prioratui, infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentium sive spectantium,

Habendam quamdiu nobis placuerit, Percipiendo de Exitibus & Proficuis Temporalium prædictorum tantum, quantum pro rationabili Sustentatione sua necessarium fuerit & oportunum;

Ita semper quòd de Superplusagio Exituum & Proficuorum prædictorum, ultra Sustentationem suam prædictam, Nobis, ad Cameram nostram Compotorum, singulis Annis, respondeatur quamdiu iidem Religiosi Custodiam habuerint supradictam.

In cujus, &c.

Teste Rege, in Exercitu suo, prope *Villam de Louyers* nono die Junii.

Per ipsum Regem.

---

* IX. * *De Monstris capiendis.*

594. Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Pat. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 32. d. REX, carissimo Avunculo, *Thomæ Duci Exoniæ*, ac Magistro *Philippo Morgan*, Cancellario nostro Ducatûs nostri Normanniæ, Salutem.

Sciatis quòd Assignavimus vos ad Monstrum sive Monstrationem, carissimi Fratris nostri, *Thomæ Ducis Clarenciæ*, Constabularii Exercitûs nostri, ac Hominum ad Arma & Sagittariorum in Comitivâ suâ existentium, Capiendum, & eos in Arraiatione suâ ponendum,

Et Nos de Numero Hominum ad Arma, & Sagittariorum prædictorum, distinctè & apertè, sine dilatione, Certificandum;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ:

Damus autem universis & singulis, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, in executione Præmissorum, pareant, obediant, & intendant, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege in Exercitu suo, prope *Villam de Louers*, nono die Junii.

Per ipsum Regem.

REX, dilecto Clerico suo, *Henrico Ware* Custodi Privati Sigilli nostri, ac, dilecto & fideli suo, *Willielmo Porter*, Salutem.

Sciatis quòd Assignavimus vos ad Monstrum, &c. carissimi Consanguinei nostri, *Johannis Comitis Marescalli*, ac *Johannis Cornwaille* Chivaler, ac Hominum, *&c. ut supra.*

REX, dilecto & fideli suo, *Johanni Rothenale*, ac, dilecto sibi, Magistro, *Johanni Kempe*, Salutem.

Sciatis quòd Assignavimus vos ad Monstrum, &c. *Roberti de Wylughby*, *Johannis de Roos*, *Henrici Fitz Hugh*, *Johannis Blount*, *Willielmi Porter*, *Roberti Haryngton*, *Richardi Molyneux*, & *Richardi Rochefort*, Militum, ac *Johannis Botiller* Armigeri, & Hominum ad Arma & Sagittariorum in Comitivâ suâ existentium, necnon Hominum ad Arma & Sagittariorum de Hospitio nostro, Capiendum, *&c. ut supra.*

REX, dilectis sibi, *Thomæ Rokeby* Chivaler, & *Stephano Payn* Elemosinario Hospitii nostri, Salutem.

Sciatis quòd Assignavimus vos ad Monstrum, &c. *Johannis Rothenale*, *Roberti Babbethorp*, *Rogeri Fenes*, *Thomæ Rempston*, *Willielmi de Legh*, *Walteri Sandes*, *Johannis Griseley*, *Thomæ Felbrigge*, *Johannis Pilkyngton*, & *Terry Robessart*, Militum, ac Hominum, *&c. ut supra.*

REX, dilectis sibi, *Janico d'Artas* Armigero, & *Roberto Whitgreue*, Salutem.

Sciatis quòd Assignavimus vos, &c. *Thomæ Rokeby*, *Johannis Osbaldeston*, *Nicholai Peche*, *Johannis Styward*, *Roberti Shotesbroke*, *Ricardi Stafford*, *Nicholai Bowet*, & *Johannis Gra*, Militum ac Hominum, *&c. ut supra.*

REX, dilectis sibi, *Johanni Botiller* Armigero, & *Thomæ Gloucestre*, Salutem.

Sciatis quòd Assignavimus vos ad Monstrum, &c. *Johannis Baskerville*, *Walteri Beauchamp* Militum, ac *Nicholai Merbury*,

REX, dilecto & fideli suo, *Thomæ de Carreue* Chivaler, & *Ricardo de Shoteworth*, Salutem.

Assignavimus vos ad Monstrum, &c. *Gilberti Umfreville*, *Henrici Bromflete*, *Johannis Blaket*, *Ricardi Arundell*, *Edmundi Thorp*, Militum, ac Hominum, *&c. ut supra.*

Pro *Johanne Asshton*, ac

Ad Capiendum Monstrum Hominum ad Arma & Sagittariorum *Gilberti Umfreville*, & *Johannis Grey*. Ibid. m. 22. d.

Teste Rege apud *Castrum de Pont del Arche* vicesimo tertio Julii.

Pro *Johanne Typtoft*, & *Johanne Asshton*, ac *Johanne Golafre* Armigero.

Ad Capiendum Monstrum Hominum ad Arma & Sagittariorum *Humfridi Ducis Gloucestriæ*,

Ac *Edmundi Marchiæ* ac *Willielmi Suffolkiæ*,

Comitum,

Necnon, Dominorum *de Gray*, *de Bergevenny*, & *Clifford*,

Ac *Walteri Hungerford*,

Caroli de Navarre,

Lodowici Robessart,

Et *Johannis Mongomery*,

Militum,

Necnon Hominum ad Arma, & Sagittariorum, *Ricardi Comitis Warwicæ*,

Et *Hugonis Stafford Domini de Bourgchier*,

William Bourgchier,

Willielmi Haryngton,

Johannis Yedelyssh,

Willielmi de Mountenay,

Stephani de Gere,

Willielmi Courteney,

Et *Willielmi de Leigh*,

Militum,

Thomæ Chaucers,

Et *Hugonis de Morton*,

Armigerorum,

Necnon *Willielmi Stanley*,

Nicholai Bowet,

Johannis Osbaldeston,

Et *Willielmi Hoderson*,

Militum.

Teste Rege in Obsidione *Villæ de Louyers* decimo octavo Junii.

Pro Magistro *Philippo Morgan* & *Stephano Payn* Elemosinario Regis, Ibid. m. 20. d.

Ad Capiendum Monstrum Hominum ad Arma & Sagittariorum *Thomæ Comitis Sarum*,

Et *Canonis Robessart* Chivaler.

Teste Rege prope *Pont Larche* secundo die Julii.

Pro *Johanne Typtoft* Chivaler, *Johanne Asshton* Chivaler, & *Johanne Popham* Chivaler, ac *Johanne Golafre*,

Ad Capiendum Monstrum Hominum ad Arma & Sagittariorum *Reginaldi West*.

Pro Magistro *Johanne Kempe*, & *Laurentio Everard*,

Ad Capiendum Monstrum Hominum ad Arma & Sagittariorum *Johannis Gray* de Ruthyn Chivaler.

Pro *Willielmo Haryngton* Chivaler, & *Thomâ Chaucer*,

Ad Capiendum Monstrum Hominum ad Arma & Sagittariorum *Hugonis de Bourchier*.

Pro Magistro *Philippo Morgan* Clerico, & *Johanne Ogan* Chivaler, Ibid. m. 18. d.

Ad Capiendum, *ut supra*, *Thomæ Ducis Clarentiæ*.

Pro *Roberto Shotesbroke* Milite, & *Waltero Burton*,

Ad Capiendum, *ut supra*, *Johannis Comitis Marescalli*, *Johannis de Haryngton*, Militis, & *Johannis Cornwail* Militis.

Pro *Ricardo Merbury* Armigero, & *Stephano Payn* Clerico,

Ad Capiendum, *ut supra*, *Thomæ Ducis Exoniæ*, & *Thomæ Rokeby* Militis, ac etiam *Johannis Blount* Militis Defuncti.

Pro

Ad Capiendum *ut supra*, *Johannis* [illegible],
Roberti Babthorp,
Radulphi Rocheford,
Rogeri Fenys,
Johannis Styward,
Lodowici Robessard,
Militum,
Ac *Johannis Cheyne*,
Nicholai Merbury,
Willielmi Swynborn,
Ricardi Wodevyle,
Johannis Pyrent,
Et *Johannis Wynslowe*.

Pro *Thomâ Carewe* Milite, & Magistro *Johanne Stokes*,
Ad Capiendum *ut supra*, *Edwardi Comitis de Morteign*,
Thomæ Comitis Sarum,
Johannis Grey,
Rogeri Salveyn,
Philippi Leche,
Radulphi Shirley,
Willielmi Elmdon,
Et *Johannis Holland*,
Necnon *Nicholai Pecche* Chivaler.

Pro *Willielmo Swynborn* Armigero, & *Thoma Rokes* Clerico,
Ad Capiendum *ut supra*, *Henrici Fitz Hugh*,
Johannis de Roos,
Roberti de Willughby,
Willielmi Porter,
Thomæ Rempston,
Ricardi Molyners,
Et *Roberti Haryngton*,
Militum.

Pro *Radulpho Rocheford*, ac *Johanne Feryby*,
Ad Capiendum *ut supra*, *Johannis Comitis Huntingdoniæ*,
Et *Johannis Nevill*,
Willielmi Philip,
Et *Johannis Blaket*,
Necnon *Comitis Northumbriæ*,
Et *Edwardi Courtnay* Chivaler.

Pro *Willielmo Meryng* Chivaler, & *Thoma Gloucestre*,
Ad Capiendum *ut supra*, *Edmundi Ferrers* de Chartley Chivaler,
Gilberti Umfravill,
Ricardi Arundell,
Johannis Gray de Ruthyn,
Et *Henrici Bromflete*.

Pro *Janico d'Artas* Armigero,
Ad Capiendum Monstrum omnium Wallensium in Comitivâ *Thomæ de Carrewe* Chivaler.
Teste Rege in Exercitu prope *Civitatem de Roan*, nono die Augusti.

Per ipsum Regem.

De Custodia Temporalium d'Eureux.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 22.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quod,
De Gratia nostra speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pietatis Opera, quæ in *Monasterio Sancti Taurini d'Eureux* fieri debeant, plus solito accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur & sustineantur,
Commisimus, dilecto nobis in Christo, *Priori & Conventui Monasterii prædicti Custodiam* omnium Temporalium, eidem Monasterio, infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentium, sive spectantium,
Habendam quamdiu nobis placuerit, Percipiendo de Exitibus & Proficuis Temporalium prædictorum tantum, quantum pro rationabili Sustentatione sua necessarium fuerit & oportunum;
Ita semper quòd de Superplusagio Exituum & Proficuorum prædictorum, ultra rationabilem Sustentationem suam prædictam, nobis, ad Cameram nostram Compotorum Normanniæ, singulis Annis, respondeatur quamdiu Custodiam habuerint supradictam.
In cujus, &c.
Teste Rege in Obsidione *Villa de Louyers* decimo quinto die Junii.

Per ipsum Regem.

Cæteraque Faciendum, Exercendum, & Expediendum quæ in hac parte necessaria fuerint & consueta,
Vobis Tribus, aut Duobus vestrûm, Committimus Potestatem;
Reservantes nichilominus semper Nobis Renovationem Homagii & Fidelitatis Sacramenti hujusmodi, ab eisdem, *Johanne Filio & Herede prædicti nuper Comitis*, *Bernardo*, & *Karolo*, statim postquam ad Præsentiam nostram declinaverint, corporaliter faciendorum & præstandorum:
Et quid feceritis in Præmissis Nos, sub Sigillis vestris, ac Signo & Subscriptione cujusdam Notarii publici per vos in hac parte assumpti, sine dilatione Certificetis, seu Certificent illi vestrûm qui Præsentes Literas nostras duxerint exequendum.
In cujus, &c.
Teste Rege *in Excercitu suo prope Villam de Louiers* Decimo octavo die Junii.

Per ipsum Regem.

De Intendendo post Homagium factum.

REX, Universis & singulis Baronibus, Militibus, Armigeris, Probis Hominibus, ac omnibus aliis Ligeis, Fidelibus, & Subditis nostris totius Ducatûs nostri Aquitanniæ, Salutem. — Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid.
Cùm Nos,
De fidelitate & Circumspectione, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Galiardi Durefort* Domini de Duracio, *Bernardi de Lespar* Domini de la Barde, & *Johannis Seint Johan* Militis Majoris Civitatis nostræ Burdegaliæ, plenam fiduciam optinentes,
Dederimus eis plenam, Tenore Literarum nostrarum Patentium, Potestatem ad Sacramenta Homagii & Fidelitatis *Johannis Filii & Heredis Comitis d'Armynak* Defuncti, & *Bernardi Fratris ejus*, ac *Karoli de la Bryt*, meliori modo quo sciverint vel poterint, pro Nobis & Nomine nostro, in forma debita, Capiendum & Recipiendum, prout in Literis prædictis pleniùs continetur,
Vobis & cuilibet vestrûm, sub Fide & Ligeantia, quibus nobis tenemini, firmiter injungendo, Præcipimus & Mandamus quòd præfato *Johanni Filio & Heredi prædicti nuper Comitis*, & *Bernardo* Fratri ejus, ac prædicto *Karolo*, post Sacramenta Homagii & Fidelitatis suorum hujusmodi Nobis facta, tanquam veris Ligeis, Fidelibus, & Subditis nostris, pareatis, obediatis, & intendatis, & eos, ac eorum quemlibet, quantum in vobis & quolibet vestrûm est, vel erit, Fortificetis quotiens opus fuerit, & inde ex parte nostra fueritis præmuniti.
Teste Rege *in Excercitu suo prope Villam de Louiers* xviii die Junii.

Per ipsum Regem.

---

* *De Præsentationibus.* — * IX. 598.

WIllielmus Edsale Capellanus habet Literas Regis Patentes de Præsentatione ad Ecclesiam Sancti Martini de Harefleu, per Mortem Magistri *Johannis de Bordili* ultimæ Parsonæ ejusdem, Vacantem, & ad Regis Donationem spectantem, ut dicitur. — Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid. m. 22.
In cujus, &c.
Teste Rege *in Obsidione Villæ de Louvyers* xviii. die Junii.

Per ipsum Regem.

Et diriguntur Literæ illæ, Venerabili Patri *H. Archiepiscopo Cantuariensi*, totius Angliæ Primati.

Guillielmus le Peley, Magister in Artibus, & in Legibus Bacallarius habet Literas Regis Patentes de Præsentatione ad Ecclesiam Parochialem de Villebandon Constanciensi Diœcese, vacantem, & ad Regis Donationem spectantem, ut dicitur. — Ibid.
In cujus, &c.
Teste Rege *in Obsidione Villæ de Louyers* xviii. die Junii.

Et diriguntur Literæ illæ, Dilectis sibi in Christo, *Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Constanciensis*, aut *Vicario Generali Episcopi Constanciensis*, ipso Episcopo in Remotis agente.

Per ipsum Regem.

De

[illegible] commorandum, tantum, quantum necessarium fuerit & oportunum;

Proviso semper quòd omnes & singuli Tenentes Abbatiæ prædictæ, ac aliæ Personæ Parochiarum ibidem vicinarum, quæ CUSTODIÆ Abbatiæ illius, temporibus Guerrarum, intendere solebant, necnon omnes aliæ Personæ, quæ temporibus Guerrarum hujusmodi, pro Defensione sua ac salva Custodia Bonorum suorum imposterum accedent, Solutionibus Vadiorum prædictorum contribuant, & contribuere teneantur in futurum;

Et quòd iidem *Prior & Conventus* de Superplusagio Exituum & Proficuorum prædictorum, ultra Onera supradicta, ad Cameram nostram Compotorum Normanniæ Annuatim respondeant, quamdiu Custodiam habuerint supradictam.

In cujus, &c.

Teste Rege *in Obsidione Villæ de Lowvyers* xix. die Junii.

Per ipsum Regem.

• IX. 599. ✱ *De Restitutionibus Temporalium Leprosariæ juxta Baieux.*

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

De Gratia nostra speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pietatis Opera, quæ in *Leprosaria Sancti Nicholas juxta Baieux* (quæ de Fundatione Progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ, & nostro Patronatu existit) fieri debeat, plus solito accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur & sustineantur,

CONCESSIMUS, Dilecto Nobis in Christo, *Priori & Fratribus Leprosariæ prædictæ* omnia Temporalia, eidem Leprosariæ, infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentia, sive spectantia,

HABENDA, in Sustentationem Divini Servitii ibidem, ac aliorum Pietatis Operum supradictorum, de Dono nostro.

In cujus, &c.

Teste Rege *in Obsidione Villæ de Lowvyers* xx. die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro Cardinale Sancti Marci.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid. m. 21.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos,

Ob Reverentiam Dei, &, Sanctissimi in Christo Patris nostri, *Martini, Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Summi Pontificis*, contemplatione, ac ad internam affectionem quam ad, Venerabilem Patrem, *Jordanem Episcopum Albanensem Cardinalem de Ursinis vulgariter nuncupatum*, Consanguineum nostrum Carissimum, gerimus & habemus,

Volumus, Permittimus, & Tolleramus quòd, Venerabilis in Christo Pater, *Guillermus, tituli Sancti Marci Presbiter dictæ Ecclesiæ Romanæ Cardinalis*, omnes Redditus & Proventus, ac alia Proficua & Emolumenta quæcumque, de Beneficiis suis, infra Ducatum nostrum Normanniæ, seu alibi infra Ditionem nostram, provenientia, habeat & percipiat, ac Jurisdictionem suam Spiritualem exerceat per Se, aut Deputatos, Ministros, seu alios servientes suos, Ligeos nostros (dummodo præfatus *Guillermus* Obsequiis præfati Sanctissimi Patris nostri intenderit) absque impetitione aut impedimento Nostri, Officiariorum, seu Ministrorum nostrorum quorumcumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam de Lowvyers* xxiv. die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro Duce Aurelianensi.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Franc. 6. H. 5. m. 6.

REX, *Universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c.* Salutem.

Sciatis quod *suscepimus in salvum & securum Conductum* nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Magistrum *Cudardum de Fovilliaco*, Secretarium *Ducis Aurelianensis* Prisonarii nostri, *Aubertinum Vallifeves*, Aurifabrum, & *Johannem Mercerii*, Famulum Cameræ dicti Ducis, & eorum quemlibet, ad Præsentiam, carissimi Fratris nostri, *Thomæ Ducis Clarenciæ*, cum Octo Personis in Comitiva sua, veniendo, &

Johanne Fratre prædicti Ducis Aurelianensis cum *prædicto Fratre nostro*, aut suis Consiliariis, Servitoribus, aut aliis pro eo deputatis, seu Deputandis,

Transeundo, ibidem morando, & exinde ad Propria redeundo, ac Navem sive Balingeram prædictam, necnon Navigatores & Marinarios ejusdem, ac etiam Bona, Res, & Hernesia quæcumque, Financiam, Jocalia aurea & argentea, Gemmas, & alia, cujuscumque Pretii, Valoris, Æstimationis, Formæ, seu facturæ sint, tam in Navi sive Balingera prædicta, quam extra, qui & quæ cum prædictis, *Cudardo, Aubertino, & Johanne Mercerii*, aut uno ipsorum, sunt & erunt, portantur & portabuntur pro facto Financiæ *dicti Fratris præfati Ducis Aurelian.* sicut prædictum est, manuteneatis, protegatis & defendatis,

Quæ Bona, Res, Jocalia aurea & argentea, Gemmas & alia quæcumque cujuscumque Pretii, Valoris, Æstimationis, Formæ, seu Facturæ fuerint, prædicti, *Cudardus, Aubertinus, & Johannes Mercerii*, aut unus ipsorum, possint Vendere, Impignorare, & loco Solutionis dare uni, aut pluribus Personis, Mercatoribus, si fuerit necesse & expediens, pro Financia prædicti *Johannis Fratris prædicti Ducis Aurelianensis*,

Absque hoc quòd prædicti, *Cudardus, Aubertinus, & Johannes Mercerii*, aut unus ipsorum, teneantur, qualitercumque iis, propter Financiam & Jocalia prædicta, quæ secum habuerint & portabuntur, vendentur, impignorabuntur, aut loco Solutionis dabuntur, ut prædictum est, aliqua solvere Tributa, Pedagia, Redevancias, Passagia, Theolonia, aut alia hujusmodi Jura & Consuetudines in Regno nostro vel extra, tam per Mare, quam per Terram Nomine nostro aut alterius cujuscumque:

Volumus enim quòd libere & securè prædicti, *Cudardus, Aubertinus, & Johannes Mercerii*, aut unus eorumdem, possint & valeant dictam Financiam & prædicta Jocalia, Cedulas, Literas, & Memorialia secum portare, vendere, impignorare, & loco Solutionis dare uni aut pluribus Personis, Mercatoribus, sive non Mercatoribus, ut prædictum est, & ad propria, si eis videbitur expediens, reportare seu reportari facere, absque aliquo impedimento, Molestatione, Exactione, aut Arrestamento quocumque, liberè & absque Solutione aliquâ, prout prædictum est,

Non inferentes eis, aut eorum alicui, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, nec Impedimentum aliquod, seu Gravamen, Causis & Occasionibus antedictis, nec etiam Causâ & Occasione aliquarum Marcharum, Reprisaliarum, Intercursûs, Obligationum, Ypothecæ, erga Nos aut aliam quamcumque Personam Mercatorem, seu aliam, in Regno nostro Angliæ, aut extra, nec alia quavis Causâ seu Occasione qualicumque,

Et, si quid eis, aut eorum alicui, Forisfactum sive injuriarum fuerit, id eis, & eorum cuilibet, sine dilatione, debitè corrigi & reformari faciatis;

Proviso semper quòd, si prædicti, *Cudardus, Aubertinus, & Johannes Mercerii*, aut eorum aliquis, seu aliquis alius eorum Nomine, Vendant seu Vendat, Alienet sive Alienari faciant, prædicta Jocalia aurea sive argentea, Gemmas, aut alia Bona quæcumque, sive aliquam Parcellam eorumdem, ad aliquem alium usum, præterquam pro Financia & Deliberatione prædicti *Johannis Fratris dicti Ducis Aurelianensis*, quòd tunc ipsi pro hujusmodi Bonis, Rebus, Jocalibus, Gemmis supradictis, sic Venditis, sive Alienatis, solvant, seu solvent Nobis Custumas, Subsidia, & alia Deveria, Nobis inde debita, & quòd ipsi quicquam, quod in nostri contemptum vel præjudicium, aut Populi nostri Dampnum, aliqualiter cedere valeat non attemptent, seu faciant quomodolibet attemptari.

In cujus, &c. per Quadraginta Dies proximò futuros duraturas.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium* secundo die Julii.

Per Concilium.

✱ *De Arraiatione Cleri facienda.* • IX: 601.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Pat. 6. H. 5. m. 24. dors.

REX, Venerabili in Christo Patri, *H.* eâdem gratiâ, *Archiepiscopo Cantuariensi*, totius Angliæ Primati, Salutem.

Quia Nos, in propria Persona nostra, ut vobis satis constat, in Partibus Exteris, pro Recuperatione & Adeptione Hæreditatum & Jurium Coronæ nostræ, a. diu, ut cunctis liquet, injuriosè detentorum, moram trahimus in præsenti,

Et volentes proinde, pro salva & secura Custodia & defensione Regni nostri & Ecclesiæ Anglicanæ, Matris nostræ, ac Fidei Catholicæ,

ctum, seu Vestri Negligentiam vel Tepiditatem, Dampnum in Præmissis non eveniat ullo modo,

Nec non ad Nos de Arraiatione, & Munitione, ac Numero Personarum Cleri Prædicti, sic Armandi, citra primum Diem Septembris proximò futurum, in Cancellaria nostra, sub Sigillo vestro, distinctè & aperte, Certificandum;

Et ideò Vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter Intendatis, ac ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ:

Damus autem Universis & Singulis Cleri prædicti, ac aliis Ligeis nostris (quos vobis similiter assistere volumus in hac parte) Tenore Præsentium, sub Forisfactura Omnium quæ Nobis forisfacere poterunt, firmiter in Mandatis quòd Vobis, in Executione Præmissorum, de tempore in tempus, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout necessitates eventus exigit & requirit.

In cujus, &c.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westm.* vi. die Julii.

Per Concilium.

Consimiles Literæ Regis diriguntur, H. *eadem gratia* Archiepiscopo Eborum Angliæ Primati *sub eadem Data.*

Appunctuamentum Dauffrount.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 2. m. 8.

C'EST L'APPOINTMENT ET ACORDE, fait parentre *Richard de Beauchamp Count de Warrewyk*, Seigneur de Lysle, & Capitaine de Calces, d'une part, & *Clement le Bigot*, Lieutenant du Capitayne de d'Affront, d'autre part, le x. jour de Juillet, l'An de Grace Mille, Quatrecens, & Dixhuyt.

PRIMEREMENT, que le dit *Clement de Bigot* Rendra le Chastell du Dauffrount, a present Asiege par *le dit Conte*, es Maines du dit Conte, en Non de Treshault & Tresexellent *Roy d'Engleterre & de France* Seigneur d'Irland, ou d'aultre a dite Recevoire par le *dit Conte* Commis, le xxii. jour du dit Moys de Juyllet, se le dit *Clement le Bigot*, Lieutenant du Capitayne du dit Chastell de Dauffront, & autres Gens de la dite Garnison du dit Chastell, n'ont Secours par *le Duc d'Alenson* en Personnes, ou par autres Gens ses Alies & Bienvueillantz: le quel Secours doit estre entendue par Bataile: la quelle Bataille est Ordonne entre les Brayds de la Ville de Daussrount & la Justice: la quelle Place le dit *Conte de Warrewyk*, ou ses Genz ont acceptee pour attendre la dite Bataille:

* IX. 602.

* Et accordent estre pur attendre le dit Secours, l'Espace de Troys Heures, apres ceo que, par le dit Secours par Herault, ou autre Personne sufficeant a ce Commys, leur avera estre fait assavoir dedens ycelluy temps, entre Soulleil levant & Soulleil recoussant, Troys Heures ou paravant de la dite Bataille.

Et, en cas par le dit *Conte de Warrewyk*, ou ses ditz Genz, auroit deffault de Yessier de la Ville de Dauffront, & d'attendre la dite Bataille, dedens le temps devaunt desclaree, & en la dite Place, ils serroient tenuz Rendre les Hostages frans & quiettes;

Et, pour ceo loialment accomplir, le dit *Clement* Liurera au dit Conte de *Warrewyk*, ou ses Commis, ou Nom que dit est, sept Hostages, bons & sufficeantz de la Garnison du dit Chasteil, *&c.*

De Treugis Vasconiæ.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ex Bibl. Cot. Caligula D. 5.

C*Harles, Seigneur de Lebret, Conte de Dreux*, a tous ceulx, qui cestes Lettres verront,

Savoir faisons que,

Sur le Tracte & Acoort, de le Sufferte & Abstinence de Guerre, qui est estee Fete & Accordee entre Nous, d'une Partie, & le Noble Chivaler Messieure *Jehan Tiptoft Senescall* de Guienne, ou son Lieutenant, *l'Erchevesques de Bordeux*, & les Barons de Bordelois, & autres Compris en le dicte Sufferte, d'autre Partie, en sertaine Forme & Maniere Contenue & Declaree en le dicte Sufferte,

De la quell Suffert le Date est tiel, Dadas a *Saint Maquayre* le xvii. jour du Moys de Julhet, & l'An Mille, Quatre Centz, & xviii.

Est este Accorde par entre Nous, Part & oultre les aultres, Contenues en le dicte Sufferte, ce qui s'ensuyt.

Que Nous ni alcun de Nous Subgiz, & Alies, ou aultres Compris & Nommes en le ditel Sufferte, des quielx Nous asseurons, de quelque Condition & Estate qu'il soient, ne ferons, ne soufferons estre fet, Guerre, Mal, ni Domage au *Roy d'Angleterre*, ni ad ascun de son Host, ni de sa Hobeissance, en quelque Part qu'il soient, ni ad arres de le Portie Asseurade, par Nous, durant le Terme de le dicte Sufferte.

REX, per Literas suas Patentes, usque Vicesimum Quintum Diem Julii proximo futurum exclusivè duraturas, suscepit in salvum, &c. *Johannem de Graville* Chivaler, & *Petrum de Rowville* Chivaler, ad quascumque Partes sibi placuerit, cum Mille Personis in Comitiva sua, vel infra Armatis, vel non Armatis, Equestribus vel Pedestribus, tam per Terram, quam per Aquam, transeundo; ac Bona sua propria (juxta formam cujusdam Appunctuamenti, de & super Redditione Castri & Villæ de Ponte de l'Arche Nobis liberandorum, nuper facti & concordati) secum portando & ducendo, aut portari seu duci faciendo: Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 17.

Proviso semper quòd ipsi quicquam, quòd in nostri Contemptum vel Præjudicium, aut Populi nostri Dampnum, seu in Appunctuamenti prædicti contrarium, aliqualiter cedere valeat, non attemptent, nec faciant quomodolibet attemptari;

Quodque ipsi nullum Castrorum seu Villarum Regis firmatarum, absque * Licentia Capitaneorum eorumdem, intrent quovis modo. * IX. 603.

In cujus, &c.

Teste Rege in exercitu suo prope Villam *de Pont de Larche*, Decimo nono die Julii.

Per ipsum Regem.

Pro Regina Angliæ.

REX Collectoribus Subsidii, Trium Solidorum de Dolio, & Duodecim Denariorum de Libra, in Portu Londoniæ, Salutem. Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Claus. 5. H. 5. m. 17.

Mandamus vobis quòd, Carissimam Matrem nostram, *Johannam Reginam Angliæ* Sexaginta Pipas Vini, Septem Calathos de Lampredis, Duos Pannos de Joucelyn, & unum Barellum d'Aloses, ad Portum prædictum, in quadam Navi vocata nostre Dame Sancti Nicholai de Nauntes, ad opus ejusdem Reginæ adductos, absque Subsidio inde ad opus nostrum Capiendo, habere permittatis.

Teste *præfato Custode* apud *Westm.* vicesimo die Julii.

Per Concilium.

Pro dicta Regina.

REX Custumariis ac Custodibus Passagii in Portu de Plymmouth vel Dertemouth Salutem. Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid.

Mandamus vobis quòd, *Johannem de Morin*, versus partes Britanniæ, cum Octo parvis Barellis Vini de Tire & de Maluesey, quæ, Carissima Mater nostra, *Johanna Regina Angliæ* penes Filium suum *Ducem Britanniæ*, per ipsum *Johannem*, mittit de præsenti, in altero Portuum prædictorum, quo sibi placuerit, absque Impedimento, & absque Custuma, Subsidio, aut aliquo alio Deverio, ad opus nostrum, inde capiendis, transire permittatis.

Teste *præfato Custode* apud *Westm.* vicesimo die Julii.

Per Concilium.

Pro Regina memorata.

REX Custodibus Passagii ac Custumariis suis in Portu de Plymouth vel Dertemuth & eorum cuilibet Salutem. Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid. m. 15.

Mandamus vobis quòd *Johannem Moryn*, Servientem, Carissimæ Matris nostræ, *Johannæ Reginæ Angliæ*, cum una Papegay, quam eadem Regina ad præsens *Ducissæ Britanniæ* destinare intendit, simul cum tribus Equis prædicti *Johannis*, cum Robis suis, ac Tribus Paribus Utruum de Corio, Quinque Virgis de Scarleto, & Quinque Virgis Panni de Presblieu de Londinia, ad Jupes inde faciendas, ac Duobus Cornubus,

Et quòd *Jacotin de Hasseure*, Mercatorem Equorum prædictæ *Matris nostræ* & *Ducis Britanniæ* Filii sui, cum Quatuor Equis,

Petrum Calf, cum uno Equo,

Ac quendam Ministrallum ad Organa cum uno Equo;

In quadam Navi, vocata Seint Nicholas de Nauntes, vos (præfati Custumarii) absque Custuma sive Subsidio, aut aliis Deveriis, pro præmissis, vel aliquo Præmissorum, solvendis, liberè & absque impedimento aliquo transire permittatis.

Teste *præfato Custode* apud *Westm.* vicesimo die Julii.

Per Concilium.

* *Liter.*

Et quod, ob hoc, sacro Imperio ad Gloriam & commodum, & hujusmodi Abstractas Civitates, Castra, Terras, & Homines, ad Regnum recuperandas, nos Dilecto Fratri nostro, *Regi Angliæ* adversum Francigenas colligavimus, quod & tu una nobiscum nosceris sigillasse;

Icirco visum nobis non erat necessarium multa de talibus tuæ scribere Dilectioni.

Quia verò, ad præsens, in nostrum animum integre recipimus, quòd Nos ad, dilectum Fratrem nostrum, *Regem Wentzelaum* ad Boemiam sine morâ applicare, & ibidem Gentes de Hungariâ, Bohemiâ, & Alamaniâ congregare, ac quantocius poterimus, ad prænominatum *Fratrem nostrum de Anglia*, & in suum Campum (quem in Franciâ detinet) volumus itinerare, sperantes in Deo tali modo prædictas, de Imperio Abstractas, Civitates, Castra, Terras, & Homines Imperio Reincorporare.

Et quia Nos etiam taliter in Bohemia diligenter & seriose laborare intendimus, ut *Novitatem, quæ ibidem de Wickleffistis*, ut communiter refertur, exsurrexit, possimus eradicare; & nobis conveniens non foret, dum taliter de Bohemia cum Exercitu nostro ad Franciam iter facimus, in viâ diu tardare, ut tua Dilectio bene perpendit: Ac etiam nos invitus de Alamaniâ recederemus, nisi nostras & Imperii causas ibidem secundum melius disposuimus: & ex quo hoc utique cum tuo & aliorum tuorum Coelectorum Principum Concilio facere, & nos etiam ob hoc, taliter cum in prædicta ad Franciam erimus Itineratione, ad te & ipsos in Treverim applicare, & Nos ibidem, una vobiscum, de illa & aliis Imperii imminenobus Causis & Necessitatibus interloqui, & cum vestro Concilio tractare & disponere intendimus, ac etiam integre proponamus;

Ea propter à tuâ Dilectione cupimus, & Rogamus illam singulariter seriosè, cum Nos erimus in Viâ, & hoc tibi nunciamus, ad nos in Treverim venire velis; nobis, una cum aliis tuis Coelectoribus Principibus (quibus & Nos de hoc in simili formâ scripsimus) Concilium & Auxilium prædictam dispositionem fieri adjuvare ut tunc Imperio utile & dignum est; in quo dilectionem & Complacentiam Nobis facies.

Et nos volumus etiam extunc tibi, & aliis tuis Coelectoribus Principibus, prænominatam Diem, quâ Nos taliter in Treveri esse volumus, ad Quindenam in antea, notificare, tuam præscriptam Intensionem.

Datum *Hagenaw* proximâ die Lunæ ante Festum Beatæ Margarethæ, Regnorum nostrorum Hungariæ, &c. xxxii. & Romanorum viii. Annis.

Sequitur Cedula Præsentibus inclusa.

SIcut Nobis etiam noviter scribebas, & rogabas tibi unam Dietam, coram nostris & sacri Imperii Principibus Electoribus, in convenientem Locum assignari, ad quem tunc omnes vel Majorem partem eorumdem conveniri contingat, Tunc & tu ad illum velis venire & in illâ Dietâ, coram ipsis de nostrâ inculpatione, ut ad notitiam tuam devenit, nos tibi fecisse debemus, & tua de super Responsione stare Juri, ac facere quantum Nobis, secundum ipsorum vel majoris partis eorumdem Declarationem, de Honore & Justitiâ, ad faciendum eris Obligatus; ita tamen quòd Nos, coram eisdem Principibus Electoribus, si te minus juste inculpassem, etiam pro eo faciamus secundum ipsorum vel majoris partis eorumdem Declarationem, &c. Volumus in illa Dieta, præsentibus Litteris comprehensa, etiam Tibi Respondere.

---

* IX. 605. * *De Prebenda, Jure Regalia in manibus Regis existente.*

Ann. D. 1418. REX, dilectis sibi in Christo, *Cantori & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Constanciensis*, Sede Vacante, Salutem.

An. 6. Vobis, Tenore Præsentium, significamus quòd *Præbendam de*

H. 5. *Traillie*, nunc Liberam & Vacantem, in Manibus nostris, JURE

Norm. 6. REGALIÆ, existentem (cujus quidem Præbendæ, sic Vacantis,

H. 5. p. 1. Præsentatio, Collatio, & omnimoda Dispositio Nobis noscuntur

n. 11. pertinere) Dilecto & Fideli Consiliario nostro, Magistro *Ivoni de Bosco Denast* Presbitero Contulimus, HABENDAM cum suis Juribus & pertinentiis quibuscumque;

Vobis Mandantes quatinus ipsum *Ivonem*, vel ejus Procuratorem, Recipiatis in Canonicum & Fratrem cum solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

præfato *Ludovico* Consimilem Litteram nostram dare deberemus, audivimus & intelleximus.

Sanè & Nos non possumus inibi considerare quòd, super Ambaxiatâ nostrâ prætactâ, ita plenariè sit Responsum, secundum quod illam fieri Jussimus per præfatos; nominatim, quia, in eâdem Ambaxiatâ, coram vobis, eidem *Ludovico* nunciavimus quòd ad Nos pervenisset, quòd ipsius Capitanei & Servitores nostros & Imperii Cives in Sels privassent Turribus, Portarum Clavibus, ac Portis, & illas ad Manus ipsorum recipissent:

Et eosdem Cives ad alia Juramenta, quam hucusque Consueta fuissent, angariari cepissent:

Et quòd misissemus ad Sels, ad sciendum hujus Facti veritatem, Ambaxiatam nostram; & quòd illam Servitores *Ducis Ludovici* intrare permittere noluerunt: & quomodo, ex post, eadem Ambaxiata nostra rogasset quòd dictos Cives de Sels extra Castrum exire permitterent, ut ipsi possent cum eisdem habere Colloquium; & quòd illud ipsis etiam fuisset denegatum:

Et quòd, in fine, *Wolf vom Steine* de Clingenstein Miles prædicti *Ludovici* Magister Curiæ, *Eberhardus de Mengingen* Miles & Advocatus in Sels, ad prædictam nostram Ambaxiatam venissent, & dixissent quòd Dominus ipsorum *Dux Ludovicus* haberet Inimicitias, & commisisset ipsis Castrum Sels sibi, vel alteri cui ipse hoc mandaret ad recipiendum, assignare, & nulli alteri, & hoc ipsi vellent facere eo modo, &c.

Et illa omnia videntur Nobis aliena & iniqua, secundum quòd Nobis & Sacro Imperio Sels pertinet & merito deberet Nobis esse apertum,

Et secundum hoc quod præfatus *Ludovicus* Nobis est astrictus,

Et nos etiam illud non credidissemus, quia Nos sibi, vel cuicumque alteri, Invitus aliud facere vellemus quam Juris esset, &c.

Sed quia, in prædicti *Ludovici* Responsione interclusâ, taliter est conceptum, quòd ipse habeat unam impignorationem ad Sels, propter quam ipse etiam habeat Literas nostras Sigillatas) & ipse habeat confidentiam quòd Nos sibi, in tali Impignoratione,

* nichil vellemus innovare & inferere; sed quòd ipsum, circa prædictam Impignorationem, manere permittamus secundum Tenorem nostrarum Litterarum quas de super habet; &, si quis alius ipsum in eâdem molestare vel perturbare vellet, quòd tunc ipsum contra illos defensare & manutenere deberemus, &c. * IX. 606.

In qua Responsione Nos omnimo nichil intelligere possumus, quare nostram Ambaxiatam ad prædictum Castrum Sels intromittere noluerunt: vel quare nostri Cives ad tales Causas compulsi sint: & quare Sels taliter contra Nos sic sit fulsitum Hominibus; Nam, utique Nos nunquam habuissemus voluntatem, nec ad præsens haberemus, prædicto *Ludovico*, vel cuicumque alteri, aliquam Injustitiam vel Potestatem facere, sed nos benè habuissemus confidentiam quòd nobis prædictum Castrum Sels, ex quo ad Nos & Imperium pertinet, taliter non fuisse præclusum.

Secundum quod vos nobis, in vestrâ Litterâ, etiam supplicastis quòd, secundum Tenorem unius Cedulæ, inibi interclusæ, præfato *Ludovico* nostras Litteras Sigillatas dare vellemus; Nescimus aliquam causam propter quam nos sibi talem nostram Litteram dare debeamus; tamen secundum quod se omnia facta in Præmissis habuerunt, tunc volumus illa etiam permittere stare usque ad Dietam in Treveris, quam vobis notificare intendimus, secundum quod prius etiam vobis descripsimus.

Dat. *Baden*, proximo die Martis post Festum Beati Petri ad vincula, Regnorum nostrorum Hungariæ Anno xxxii. & Imperii ix.

Apud Regem, de gravaminibus, sibi per Imperatorem illatis; Querelam Comes Palatinus deducit.

INvictissime Gloriosissimeque Regum, Sacra & Metuendissima Corona, Ann. D. 1418.

Illustris Princeps, Dominus *Ludovicus Comes Palatinus*, &c. An. 6. Dominus noster Gratiosus, cum omni affectione serviendi complacendique, Se, Illustrem Principem Dominum *Rupertum Filium* suum præcarissimum, vestræ Serenitatis Nepotem, & quicquid altissimus sibi in hoc Seculo contulit, offert ad Mandata vestræ Majestatis, & Subjective recomendat, deditque nobis in Mandatis infra scripta vestræ Majestati distinctius, sui parte, proponere & declarare, H. 5. Ibid.

etiam suam & præfati Filii sui Personam (si Omnipotens Deus Marchionem prædictum e medio non tulisset) dispendiis & Periculis irrecuperabilibus viriliter & impavide submisit; seque cum eodem *Rege Sigismundo* contra omnes Homines, ipsum in Imperio molestare conantes, strictissime colligavit.

CONSTAT etiam quod in hujusmodi Colligantia, summâ quoque Fidelitate, & Obedientiâ, ejusdem Domini *Regis Sigismundi* constanter permansit sibique servivit, adhæsit, & in quibus unquam sibi potuit complacere studuit inconcusse: Nam, percepto ejus Adventu de Italia ad Alemaniam, statim dedit sibi Obviam: & in Civitate Argentinensi, cum Navigiis & aliis, quantum potuit ipsum honorificè, cum Duobus Fratribus suis, suscepit, & Expensis Classeque suis propriis perduxit
* IX. 607.
* usque ad Spirealem Civitatem: & ibidem dies aliquot cum ipso permansit, & eum consequenter ad Opidum Confluentiæ (ubi Principes Electores convenerant, & aliquamdiu steterant) sociavit: & Hæc & alia fecit super suis propriis Sumptibus & Expensis; Et hæc quantæ fuerint, quantæque hiis in Itineribus, eundo & Navigando per Opida & Fortalitia *Domini nostri Ducis*, & in Reno, & extra Renum, supercreverint, multis notum est.

CONSTAT, ultra, quomodo ipsum *Dominum Regem*, personaliter & cum Ducentis Lanceis, iterumque suis Sumptibus & expensis, sequutus est pro recipiendo Coronam Regiam in Aquis grani: quam cum Rex ibidem accepisset, iterum *Dominus noster Dux*, tanquam fidelis Princeps suis, volens suæ Majestati in omnibus servire & complacere, Constantiam se transtulit; ibidemque non modicis Sumptibus suis propriis, & Servitiis, & aliis quibuslibet Complacentiis Regalibus se aptavit, nec eum reliquit Donec, Illustris *Dux Fredericus Austriæ*, olim *Papam Johannem xxiii*. nunc vero *Balthazarem Cossa*, de Civitate Constanciensi clam seduxit:

Quamobrem *Dominus Rex* Guerras movit eidem, & instanter supplicavit *Domino nostro Duci* quod, cum suâ Potentiâ, vellet sibi contra *præfatum Ducem* dare Succursum:

Ad quod iterum idem *Dominus noster* ad Voluntatem *Domini Regis* Magnificè aptavit; & proprium Campum contra *præfatum Ducem* (non obstante quod Sororem *Domini nostri* habuerat in Uxorem) sumptuosè posuit & tenuit; ac omnes Terras, Dominia, Civitates, Opida, & Fortalitia (ad quæ ultra Quingentæ Villæ Rurales pertinebant) quæ *idem Dux* in Terris Elsatiæ, Brisetgaudia, & Sunkawia possederat, nullo dempto, Manu forti & cum Maximis Sumptibus (nam omni die ultra Quadraginta Magna Vasa Vini exposuit) & aliis cum infinitis Periculis & Laboribus, Ditioni Regiæ subjugavit.

Quibus peractis, & Domino nostro adhuc exeunte in Campis, idem *Dominus Rex* fecit Concordiam cum eodem *Duce Austriæ*; & scripsit Domino nostro *Duci* quòd vellet dimittere Campum, & se disponere ad hoc quòd cum ipso iret ad Regna Aragoniæ, Franciæ, &c.

Quibus intellectis Dominus noster Iterato paratus affuit, & præsentavit se personaliter in Constantia conspectui suo.

Et,

Postmodumque *Dominus Rex*, propter sui absentiam, Locumtenentem, pro Defensione & Manutenentione sacri Concilii, ponere debebat,

Et nullum inter Principes, qui ibidem aderant, propter graves & Magnos Sumptus & Expensas, & accuratam & pervigilem curam, ad prædictam Defensionem necessarias, habere poterat, qui illud onus vellet acceptare,

Iteratò idem *Dominus Rex* accessit *Dominum nostrum Ducem*, supplicando eidem, quatinus Onus illud, ob Honorem suum & Sacri Imperii, & etiam Custodiam *Balthazaris Cossa*, olim *Papæ Johannis xxiii* nuncupati in sua Obedientiâ, vellet suscipere.

Ad quæ iterato paratum se exhibuit, & onus tam conservandi, quam custodiendi sacrum Concilium, & etiam personam præfati *Balthazaris Cossa*, impavide suscepit, & suis propriis Sumptibus & Expensis ferè per Duos Annos, cum adjutorio Dei, tam laudabiliter præfuit & custodivit, quòd in quietâ & pacificâ tranquillitate, usque ad reditum ejusdem *Domini Regis*, permansit; prout hæc omnia & multa, quæ *Dominus noster Dux* pro honore *præfati Domini Regis* laudabiliter & magnificè peregit, vestræ Majestatis Ambaxiatores & Prælati viderunt, &, sicut speramus, Excellentissimæ vestræ Majestati latiùs exposuerunt.

CONSTAT etiam quòd, tempore quo *Dominus noster Rex Romanorum* fuit in Regno vestro Angliæ penes Majestatem vestram, & Ligam una vobiscum concluserat; *Domino nostro Duci* Copiam præfatæ Ligæ transmisit, supplicando sibi quod circa Principes Electores taliter vellet co-operari, quòd ad Ligam ipsam vellent dare consensum, ipsamque ipsorum Sigillis sigillare: Ad quæ iterato Dominus noster paratum se exhibuit, sperans ex hoc Majestati vestræ magnam Assistentiam contra Inimicos vestrum Lancearum, sibi assignatum, paratum disposuit; & tamdiu in Apparatu sic stetit, donec, illustres Duces, *Ernestus*, *Wilhelmus*, & *Henricus de Bavaria*, & *Marchio Brandenburgensis*, Avunculi Domini, nostri nunciarunt eidem *Domino nostro*, quòd ipsi hostiliter vellent invadere *Ducem Ludovicum de Bavaria* Comitem de Morcey; & requisiverunt præfatum *Dominum nostrum Ducem*, quòd ipsis ad hoc vellet dare Succursum:

Istis auditis, *Dominus noster Dux*, timens per hoc Impediri Succursum, quem *Rex* Majestati vestræ facere debebat, scripsit Regi præfato; eidem humiliter & seriosè Suplicando, quòd ipse taliter dignaretur se in Facto interponere, quod præfati *Duces* & *Marchio* desisterent ab Inceptis:

Et licet *Dominus Rex* super Materiâ prætactâ præfatis Principibus satis seriosè scribebat, cum ipsi Duces scripta Regia non advertebant, sed continuarunt Transitum ipsorum Hostilem; istis per Dominum nostrum perceptis tunc idem *Dominus noster* se pariter transtulit Constantiam, & circa *Regem* tam continuò institerit, quòd ipse *Dominus Rex* dixit ad eum,

Ex quo præfati *Duces* scripta sua nollent advertere, sed Transitum ipsorum continuare, tunc ipse in Personâ propriâ vellet accedere eosdem, & materiæ, quam haberent præ manibus, brevem dare finem: quo facto vellet, cum Gentibus prædictorum Dominorum, & alio prædisposito Apparatu, invadere Francigenas, & dare Succursum Majestati vestræ:

Dominus noster Dux, sperans illa venire ad effectum, stetit continuò paratus & accinctus affuit, cum Gentibus suis, donec & quousque idem *Dominus noster Rex* præfatum *Ducem Ludovicum de Bavaria*, Comitem de Mortney, vocavit & citavit, per *Marchionem de Baden*, ad Curiam suam Regalem: ad quam supradicti *Duces & Marchio* convenerant; &, auditis judicialiter hincinde Partibus, taliter factum extitit, quòd Materia ac Querelæ inter præfatos Dominos mansuerunt Indecisæ, &c.

Et, licet præfatus *Dominus noster Dux* ab initio, postquam conclusum fuit quomodo & qualiter *Dominus Rex* deberet invadere Francigenas, &c. paratus cum Numero Lancearum, sibi deputato continuò affuit, sic quòd sui parte nullus defectus aderat,

Prout hæc Majestati vestræ, per Consiliarios & Ambaxiatores ejusdem Majestatis, qui in Castro suo Oppenheim & alibi secum fuerunt, diversis Vicibus nunciavit,

Tamen devenit ad auditum *Domini nostri* prætacti, qualiter idem *Dominus noster Rex* dixerit, qualiter præfatus *Dominus noster Dux* præfatum Transitum suum versus Francigenas impediverit, in quo Dominus noster indignanter inculpatur; nam secundum quod ipse & Filius suus sunt Majestati vestræ & Regno astricti in Affinitate & Consanguinitate, tunc idem Dominus noster potius & libentius, secundum Posse, promoveret Negotia vestra, quam impediret;

Supplicat igitur Dominus noster Majestati vestræ ex animo, si ita esset quòd talia venissent ad auditum vestrum Regium, quod illis non velitis adhibere fidem (nam veritati non subsistunt) & ipsum pie habere excusatum.

Præfatus Dominus noster Dux, quamcitò prætacta ad Auditum suum pervenerunt, in præsentia, Reverendissimi Domini nostri, *Episcopi Wintoniensis*, personaliter & veridicè se excusavit; & rogavit eundem quòd præfato *Domino Regi* vellet sui parte dicere, in casu quo ipse Rex non vellet Majestati vestræ dare Succursum, tunc ipse *Dominus noster Dux*, suis propriis Sumptibus & Expensis, personaliter velit se conspectui vestro præsentare in Succursum: postquam *Dominus Rex* a præfato Domino *Episcopo Wintoniensi* intellexit hæc, indignantur illa suscepit, &c. prout idem Dominus poterit Majestatem vestram distinctiùs informare, peractâ votivâ suâ Peregrinatione:

CONSTAT etiam quòd expost, de die in diem, multas & magnas Ingratitudines & Molestias Domino nostro ostendit; nam, ad Instantiam prænominati *Domini Ducis Ludovici de Bavaria*, præfatum Dominum, Dominum nostrum, indebitè & aliter quam fieri consuetum est, Literis suis Citatoriis, ad Curiam suam vocavit:

* Ad quæ Dominus noster responsivè sibi rescripsit, quòd nun- * IX.
quam aliquam Querelam vel Impetitionem intellexisset, quas præ- 609.
fatus *Dux Lodovicus* contra ipsum Dominum nostrum haberet; quia nec Verbo vel Scriptis nunquam ipsum impetivisset; nec esset requisitus per Regem, prout Principes Electores requiri & trahi deberent, ad standum Juri, prout Rex hoc non ignoraret, &c.

Sed, in casu quo idem Dominus *Dux Lodovicus* Dominum nostrum absque Impetitione non posset nec vellet dimittere, & Materiam propter quam eidem Domino nostro daret intelligi, quamcito tunc Dominus Rex Romanorum eundem Dominum nostrum Ducem coram Se & Electoribus ad Dietam certam vocaret,

rum suis, tanquam Comites Palatini, obtinent, debuisset impetivisse, & amovisse si potuisset: quod tamen Dominus noster Dux nunquam promeruit, &c.

CONSTAT denique, quod idem Dominus noster Rex, postquam Dominus noster Dux omnia Castra, Civitates, Terras, & Dominia, quæ Dominus *Dux Fridericus Austriæ* in Elsatia, &c. obtinebat, graviter & sumptuosè expugnaverat, & ad manus Regis liberaliter posuerat, quod eadem Castra, Civitates, &c. certis Dominis, Communitatibus, & aliquibus certis Rusticis totaliter & integrè dedit & vendidit; sic quod nullum Domino nostro, qui ut est tactum, cum magnis Laboribus & Expensis acquisiverat, dimisit.

CONSTAT etiam quod Dominus noster Dux quandam Coronam Regiam, quam habebat, propter magnas Instantias & Preces (quas idem Dominus Rex Romanorum fecerat Domino nostro Duci ad habendum eandem) eidem Domino Regi tradidit; quam postea Dominus Rex vendidit, non tamen pro tantâ Summâ secundum quod fuit Extimata: Et ideo, quamcito de Regno vestro revenit Constantiam, tunc dixit præfato *Domino nostro Duci*, quod Coronam prænominatam vendidisset pro minori Summâ (videlicet) duorum Milium Florenorum, quam extimata fuisset; & sic vellet quod *Dominus noster Dux* refunderet sibi illa duo Millia Florenorum sine dilatione; ad quod Dominus promptum se exhibuit, & imediate persolvit Summam prænominatam duorum Milium Florenorum; de quo tamen multi amirabantur quòd Dominus Rex tam modicam Summam postulabat, ex quo tot Sumptus, Labores, & Expensas Dominus noster fecisset pro eodem.

CONSTAT iterum, Invictissimè Regum, innumeris & fere omnibus Almanniæ Principibus, Nobilibus, & Plebeis (ut brevius multa comprehendamus) *Dominum nostrum Ducem* prædictum majores Labores, Sumptus, & Expensas, pro Honore & utilitate præfati *Domini nostri Regis Sigismundi*, fecisse, quam omnes totius Imperii Principes (sic loqui publice præsumimus & manifeste) & in Genere & in Specie fecerunt usque modo.

Qualis igitur finis, & quid qualeve Præmium propter hæc omnia, ac etiam Labores, & Expensas, necnon Fidelitates, promptaque Servitia, per ipsum Dominum nostrum Ducem præfato Domino Regi, sicut præmittitur, facta & exhibita, secutum sit, invitus, & revera quasi tractus, cogitur idem Dominus noster ad vestram Majestatem deducere querelas.

Ecce! itaque, Invictissime Regum, ubi Dominus noster Dux Benignitatem & Clementiam, aliaque Bona, ac etiam Præmium non modicum, ob intuitum antedictorum, reportare speraverat; ibi (quòd dolenter referimus) Indignationem permaximam, Objurgationes graves, & appertas Injurias, & Vituperationes intolerabiles reportavit:

* IX. 610. * Nam cùm, hiis diebus, idem Dominus Rex pervenisset ad Civitatem Basiliensem, tunc, unâ dierum, in præsentiâ multorum Comitum, Nobilium, & Prælatorum, publicè dixit,

Quod Dominus noster Dux *fecisset quandam Ligam contra ipsum, & quod non servâsset Juramenta sibi per Dominum nostrum præstita:*

Quæ verba & dicta idem Dominus noster graviter recepit ad Animum, ex quo tangunt Famam suam & Honorem:

Et quum Dominus Rex illa verba protulit, tunc aderat ibidem quidam Magister *Conradus de Susata*, Subdiaconus Sanctissimi Domini nostri Papæ, qui est etiam de Concilio & Familiâ ejusdem Domini nostri Ducis; ad quem Dominus Rex se vertebat, & dixit eidem, *dicas Domino tuo*, *Comiti Palatino*, *verba quæ diximus:*

Ad quod Magister *Conradus* respondit, Serenissime Domine Rex, Doleo Majestatem talia verba de Domino meo, Comite Palatino, protulisse: nam manifestum est quòd ipse est Probus & Deificus Princeps, qui Fidelitates, Promissiones, & Juramenta illæsa hucusque constanter servavit, & manutenuit, coram quibuscunque, etiam in minoribus constitutis, non infringeret ullo modo, &c.

Quibus verbis per Dominum nostrum graviter intellectis, immediate scripsit Regi Litteram vulgarem, in formâ sequenti; quæ Translata est in Latinam, & reperitur in secundo Sexterno.

Ex post Dominus Rex scripsit Domino nostro Comiti unam Litteram, cum Cedulâ unâ interclusâ, &c. quæ Littera sequitur præcedentem in eodem Sexterno.

Deinde misit Dominus noster Rex Nobilem Comitem de Lupfiâ, in Ambaxiatam, ad Dominum nostrum Ducem, & fecit sibi supplicare quòd vellet venire ad Majestatem suam in Opido Hagnalo: & *Balthazarem Cossa* secum adducere, & ipsum ad manus suas ponere; ut ipsum posset ulterius Domino nostro Papæ assignare, &c.

recipiendum Personam præfati *Balthazaris*, &c qua propter ipse Dominus noster Dux Personam *Balthazaris* nulli alteri vellet neque deberet assignare, nisi Domino nostro Papæ, vel illi cui Sanctitas sua hoc committeret per Bullam, secundum quod inter prædictum Dominum Episcopum Wintoniensem & ipsum esset condictum:

Sed, si Dominus noster Rex præfatum *Balthazarem*, eo tempore, quum de Mandato suo habebat in Custodiâ, & antequam ipsum de singulis Juramentis & secretis Promissionibus absolvisset, postulâsset, ipse libenti animo & indilatè Personam præfati *Balthazaris* Majestati suæ præsentâsset; sed, ex quo modo Domino nostro Papæ promisisset & jurasset præfatum *Balthazarum Cossa* sub fidâ Custodiâ conservare, donec & quousque idem Dominus noster Papa ipsum publicè per Bullam suam postularet, tunc non vellet aliquo modo præfatum *Balthazarem* Majestati Regiæ præsentare.

Post Recessum præfati *Comitis de Lupfia*, venit ad Dominum nostrum Ducem, Reverendissimus Dominus, Episcopus Leodiensis cum Litteris Credentialibus prætacti Domini Regis, &c, sub credentiâ sibi injunctâ, simili modo, nunciavit Domino nostro Duci, ex parte Domini Regis, sicut Comes prædictus habuit in Mandatis;

Et, ultra illa, addebat unum (videlicet) quod, si Dominus noster Personam præfati *Balthazaris* vellet restituere & assignare Domino nostro Regi, tunc idem Dominus Rex velit Triginta sex * Milia Florenorum Domino nostro Duci, pro Expensis * IX. 611.
& Fatigis, quas cum eodem *Balthazaro* habuisset, realiter persolvere:

Ad quæ idem Dominus noster Dux respondebat, prout superius *Comiti de Lupfia* respondit.

ITEM, Copia Bullæ, quam, Dominus noster Reverendissimus, *Episcopus Wintoniensis* habuit, & penes Dominum nostrum Ducem dimisit, comprehenditur in prætacto Sexterno.

CONSTAT etiam quòd *Dominus Rupertus*, divæ memoriæ, Genitor Domini nostri Ducis, tamquam *Rex Romanorum*, Quadraginta Milia Florenorum prænominato *Domino nostro Duci*; super quòd Castrum & Civitatem nomine Sels, & quibusdam aliis Civitatibus, assignavit, &c. prout in Litteris, desuper confectis, plenius continetur; quarum Litterarum Copia in jam dicto Sexterno, de verbo ad verbum, continetur,

Quam Assignationem Cives & Incolæ prædictarum Civitatum liberaliter admiserunt, & eidem *Domino nostro Duci* Fidelitatem jurarunt & Obedientiam, secundum Tenorem Litterarum desuper confectarum.

CONSTAT etiam quod prædictus Dominus noster, *Rex Sigismundus*, post suam Coronationem, præfato Domino nostro *Comiti Palatino* dictam impignorationem Castri & Civitatis Sels, &c. & etiam alias, quas ab Imperio habet & possidet, ratificavit & confirmavit, secundum Tenorem Litterarum suarum, sub Sigillo Majestatis suæ desuper confectarum & Sigillatarum, quas præfato *Domino nostro Duci* dedit; Quarum Copia in Sexterno sæpius nominato, de verbo ad verbum, continetur.

CONSTAT demum quod, ultra illa omnia, idem Dominus noster *Rex Sigismundus* prædicto Castro & Civitati Sels tale dedit Privilegium, secundum Tenorem Copiæ sequentis, quæ de vulgari Alemanico translata est in Latinum.

Nos, *Sigismundus*, Dei gratiâ, *Romanorum Rex* semper Augustus, ac Hungariæ, &c. Rex, RECOGNOSCIMUS, ac per Præsentes universis, eas Videntibus, aut legere volentibus, publicè NOTIFICAMUS,

Quamvis ex debito astringamur, & ad hoc simus inclinati, quod publicam Utilitatem, quâ Terræ & Homines in Pace conserventur, omni tempore præponimus; verumtamen multum ac majori desiderio ad hoc noscimur ordinati, ut nostras & Imperii Civitates sub nostrâ Regiâ Custodiâ & Protectione sponte conservemus, nec eas ab Imperio (per quòd dictarum Civitatum quies & tranquillitas debilitari possent) non sinamus separari ullo modo.

Ea propter PERSPEXIMUS claram Promptitudinem ac voluntaria Servitia, quæ Prædecessoribus nostris, & Nobis ae etiam Imperio prænominatis, Cives & Communitates Civitatum Hagnalo, Colmar, Sleczstat, &c. & Sels, Nostri & Imperii fideles dilecti, sæpius & pluries impenderunt, ac Nobis & Imperio in antea utiliter & futuris temporibus facere debent & possunt,

Et idcirco, deliberato animo, fideli Consilio, & certâ scientiâ, Civitatibus & Communitatibus prædictis, & etiam ipsarum cuilibet sigillatim, Promisimus, & virtute præsentium promittimus, & spondemus de plenitudine Romanæ Regiæ Potestatis, pro Nobis, & aliis Romanorum Imperatoribus & Regibus, nostris

validæ & nullius roboris, sed impotentes & invalidæ esse debent & anichilatæ,

Nam seriosa & integra nostra extat intentio, quòd prælibatæ Civitates & Communitates Nobis, & Successoribus nostris præfato Imperio, ad Honorem & Utilitatem, penes Nos, sæpe dictos Successores nostros, & Imperium, perpetuis temporibus, inseparabiliter debeant permanere, sub testimonio præsentium Litterarum, Sigillo nostræ Regiæ Majestatis Sigillatarum.

* IX. 612. * Dat. *Hagualo*, post Christi Nativitatem Anno M. CCCC. XVIII Regnorum verò Hungariæ, XXXII. & Roman. octavo, &c.

Isto præcedenti Privilegio, dicto Castro Sela & aliis Civitatibus prætactis dato, præfatus *Dominus noster Rex* misit aliquos de suis, & etiam Marchionis Badensis, Consiliarius & Familiaribus, ad prætactum Castrum & Civitatem Sels, qui ex parte suæ Majestatis petiverunt Introitum;

Et isto modo institit præfatum Dominum nostrum *Comitem Palatinum*, & etiam Dominum nostrum *Rupertum Filium suum*, ad quem prætata Impignoratio, post Mortem Patris pertinet, deprimere ab eodem ultra Literas Confirmatorias, quas *Dominus noster* desuper habet, & a præfato Domino *Rege Sigismundo*, & aliis Romanorum Regibus Prædecessoribus suis; quod tamen idem *Dominus noster Dux* nec Filius suus erga Regiam Majestatem nunquam promeruerunt.

Serenissima & gloriosa Majestas,

Dominus noster Dux, hiis diebus, diversis vicibus, scripsit & nunciavit Majestati vestræ, quòd in propria Personâ suâ vellet se Conspectui vestro Regio in Succursum præsentare; quod utique, teste Deo, posse tenus perfecisset, si *Dominus noster Rex* ipsum, tam in Famâ, quàm etiam in Honore & Bonis, tali modo, ut prætactum est, non invasisset.

Sed, ex quo Famam, Honorem, & Bona sua, &c. prædicta tangunt, tunc humili & puro corde supplicat idem *Dominus noster Dux* Majestati vestræ, & Nos, ex parte sui, depresso vultu, subjectivè, instanter, & instantissimè supplicamus, quatinus, prædictis consideratis, eadem vestra sacra Majestas eundem *Dominum nostrum Ducem* habere velit hâc vice excusatum: Nam Famam, Honorem, & Bona sua, quæ justis Titulis possidet, eum adjutorio Dei, intendit posse tenus Defensare.

Et idcirco suplicat iterum Majestati vestræ idem *Dominus noster Dux*, & Nos, humiles Servitores ejusdem, ex Parte sui, humiliter supplicamus quòd in casu quo præfatus *Dominus Rex* continuare vellet prædictum Dominum nostrum in Famâ & Bonis opprimere & difamare, quòd tunc *vestra Majestas* sibi, tam in Consilis, quam favorabili Assistentia, succurrere vellet & assistere, quemadmodam eandem Majestatem vestram facturam firmiter sperat, & dubitare non potest ullo modo.

Nam in Potestate & Manibus ejusdem vestræ Majestatis esse debet, & est, eundem *Dominum nostrum Ducem*, ad standum Juri, contra præfatum *Dominum Regem* (sive hoc tangat Honorem, Famam, Vitam, & cuncta Bona sua) exhibere eo modo, quo se idem Dominus noster, ad standum Juri coram suis Coelectoribus, litteratoriè exhibuit, &c. cujus Litteræ Copia in alio Sexterno continetur, prout prius etiam est tactum.

INSUPER, *Illustrissime Regum*, NUNTIAT Majestati vestræ præfatus Dominus noster *Comes Palatinus*, quòd in casu quo *Dominus noster Rex Romanorum* se de partibus Alemaniæ alienaret, & ad Regna sua transferret, vel Majestati vestræ veniret in Succursum; aut si *Dominus noster Dux* præfatus eum eodem concordaretur, tunc idem *Dominus noster Dux* personaliter, & quamtocius hoc fieri poterit, vult se disponere quòd Majestati vestræ veniat in Succursum;

Et ideo supplicat quatinus dignetur sibi consulere, quomodo & per quam Viam, commodius & securius, ad vestram sacram Coronam possit Transitum suum facere & implere.

SUPPLICAT insuper *Majestati vestræ* idem *Dominus noster Dux*, quatinus dignum haberet recordium, ubi & de quâ Domo Illustri Principi Domino *Ruperto Filio suo*, Nepoti ejusdem vestræ Majestatis (qui de Gratiâ Omnipotentis, tàm in Persona, quam Moribus, laudabiliter crescit) de Nobili Sociâ provideatur; nam idem Dominus noster Dux non intendit eidem Filio suo providere de Conjuge, nisi cum Consilio, Scitu, & voluntate vestræ Sacræ Majestatis, tamquam Supremi Patris & Domini ejusdem Filii sui.

ULTIMO, NUNCIAT idem Dominus noster *Comes Palatinus* Majestati vestræ quòd ipse libenter videret quòd eadem *vestra Majestas Dominum Archiepiscopum Maguntinum* in Servitorem susciperet & ad se traheret, & propter hoc unam annuam Pensionem daret, &c. & Divisam ac Societatem vestræ Majestatis transmitteret, prout hæc alias etiam vestræ Majestati nunciavit: nam quanto plures Amicos & Servitores vestra Majestas in partibus A-

pluribus Comitibus, Dominis, Militibus, Clientulis, ac aliis honorificis hominibus publice steterit, & me aliqualiter indignanter, grosso modo, & graviter in Honore meo inculpaverit, & dixerit quòd ego me contra vestram Gratiam Colligaverim, & non Servaverim illud quod ego vobis ad Sanctos Juraverim; quod michi est magna & gravis causa, & benè putassem quòd ego mehora a vestra Gratia deservissem, quia spero ad Altissimum quod ego Fidem, Promissiones, & Juramenta versus vestram Regalem Gratiam, ac etiam omnibus aliis, cum adjutorio Dei, usque nunc servaverim, & etiam servare velim.

Et, *gratiose Domine*, quia esset michi valde inconveniens in tam magna & gravi Inculpatione stare, & me de illa non excusare: ea propter rogo *vestram Regalem Gratiam* promptissimè & seriosè michi unam Dietam, coram vestris & Sacri Imperii Principibus Electoribus ad unum convenientem Locum assignare, ad quem ipsi tunc omnes vel major Pars eorumdem convenire contigerit, tunc ego etiam ad eandem venire volo; & in Dietâ, coram ipsis, de tali Inculpatione, & meâ desuper Responsione vestræ Gratiæ, stare Juri, & facere illud, quod, secundum ipsorum, vel majoris Partis eorundem, declarationem, de Honore & Justitiâ obligatus ero.

Ita tamen quod michi *vestra Gratia*, coram eisdem vestris & Sacri Imperii Principibus Electoribus, in casu quo me injustè inculpassetis, ea propter etiam faciat juxta ipsorum vel majoris Partis eorundem Declarationem: Et peto, super hiis, vestrum Responsum cum præsenti Nuncio.

Datum, &c.

De Prorogatione Treugarum Britanniæ.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1418.

Sciatis quòd Nos, An. 6. H. 5.

Cùm alias inierimus & firmaverimus Treugas seu Treugarum Abstinentias cum, carissimo Fratre nostro, *Johanne Duce Britanniæ*, pro Nobis, Regnis, Patris, Terris, Ligeis, & Subditis nostris, ac præfato Duce, Ducatu, Terris, Ligeis, & Subditis suis, a Sexta decima Die Mensis Novembris ultimò præterito usque ad Festum Sancti Michaelis Archiangeli proximò futurum, ut latiùs in dictis Treugis, quarum Tenor sequitur, plenius continetur, Nova 6. H. 5. p. 1. m. 16.

HEnricus, Dei gratiâ *Rex Franciæ & Angliæ*, & Dominus Hiberniæ, omnibus, ad quos Præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quod,

Cùm nuper, illustris Princeps, carissimus Frater & Consanguineus noster, *Johannes Dux Britanniæ* & Comes Montis Fortis,

Certis de causis, ipsum in ea parte moventibus, ad Nos personaliter accedens,

Inter cætera, Nobis suaserit quòd, ad Christiani Sanguinis effusionem, & alia Mala (quæ compendiosa nequeunt narratione comprehendi) vitandum, ac spe multiplicis Boni inde, ut asseruit, secuturi, eum ipso Consanguineo nostro Treugas seu Guerrarum Abstinentias iniremus ad tempus, de quo videretur expedire moderandum,

Nos, Precibus & Instantiis, Excellentissimæ & Præclarissimæ Dominæ, Reginæ Matris nostræ, *&c. prout supra dat. apud Castrum Regis d'Alenson in Ducatu Regis Normanniæ*, 16. *Novembris, tunc sic*,

NOTUM FACIMUS, per Præsentes, quòd dictas Treugas, modo & formâ quibus supra Prolongavimus seu Prorogavimus, ac per Præsentes Prolongavimus, & Prorogamus, a dicto Festo Sancti Michaelis, usque ad Festum omnium Sanctorum proximò futurum, & ultra, usque ad Revocationem nostram vel dicti Ducis,

Quam, si facere voluerimus, vel idem Dux facere voluerit, per Literas nostras * Patentes, faciemus, vel idem Dux, per Literas suas Patentes faciet, * IX. 614. Quâ Revocatione sic factâ, ac Nobis seu præfato Duci cuilibet respective notificatâ, adhuc, post dictam notificationem Revocationis, usque ad Quadraginta dies durabunt dictæ Treugæ, & undequaque inviolabiliter observabuntur,

Et hæc omnia & singula, pro parte nostra, bonâ fide, & in verbo Regio, promittimus.

Dat. in Exercitu nostro apud *Civitatem Rotomagensem*, quarto die Augusti.

Per ipsum Regem.

De

præfati Ducis, sufficientem in hac parte Potestatem exhibentibus, quocumque Loco ad hoc apto & congruo,

Audiendumque Ambassiatorum, Commissariorum, Procuratorum, sive Nunciorum hujusmodi voluntatem de & super omnibus & singulis, præfatarum Treugarum seu Abstinentiarum debitam & fidelem Observantiam concernentibus,

Necnon ad Tractandum & Communicandum cum eisdem de & super omnibus & singulis, Liberationem Incarceratorum utriusque Partium prædictarum ac Reparationem Attemptatorum circa præfatas Treugas & Abstinentias qualitercumque concernentibus,

Et Attemptatorum hujusmodi Correctionem, Punitionem, Reparationem, & Reformationem faciendum, & eas fieri Petendum requirendum, & cum effectu Optinendum,

Ac utriusque Partis Querelas, ultro citroque propositas & proponendas cum suis emergentibus, incidentibus, dependentibus, & connexis Audiendum & Examinandum, ac fine debito Terminandum, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura Judicii, legalibus Terminis (si eis expedire videbitur) non servatis, aut aliàs, de consensu Partium, rescissis aut abbreviatis, inspectâ solâ Facti veritate,

Necnon ad Concedendum, Petendum, & Optinendum quibuscumque Personis salvi Conductûs Literas, quatenus Negotii Natura, qualitas, & expeditio exigit & requirit,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint aut quomodolibet oportuna,

Ipsos, *Johannem*, & *Johannem*, seu Deputatos suos, nostros veros & legitimos Ambassiatores, Commissarios, Deputatos, Procuratores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales, Facimus, ordinamus, creamus, & constituimus per Præsentes;

Promittentes, in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuo habituros quicquid per eosdem Ambassiatores nostros, vel Deputatos suos prædictos, Actum sive Gestum fuerit in Præmissis, aut aliquo Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege, in Exercitu suo, prope *Civitatem Rotomagensem* septimo Die Augusti.

Per ipsum Regem.

---

* IX. 615.

* *Plena Remissio pro Rege.*

Ann. D. 1418. *An. 6. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. fol. 44. B.*

MArtinus *Episcopus*, Servus Servorum Dei, carissimo in Christo Filio, *Henrico Regi Angliæ* Illustri, Salutem & Apostolicam Benedictionem.

Eximiæ Devotionis & Sinceritatis Affectus, quem ad Nos & Romanam geris Ecclesiam, meritò Nos inducunt ut, Personam tuam Apostolicis Favoribus prosequentes, illa per quæ, Deo propitio, Animæ tuæ Saluti uberius consulere valeas, favore tibi benivolo concedamus.

Hinc est quòd Nos (tuis Supplicationibus inclinati) ut Confessor tuus (quem duxeris eligendum) omnium Peccatorum tuorum, de quibus Corde contritus & Ore confessus fueris, semel in singulis Annis quoad vixeris, & etiam semel in Mortis Articulo, plenam Remissionem Tibi,

In Sinceritate Fidei, Unitate Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, ac Obedientiâ & Devotione nostrâ, vel Successorum nostrorum, Romanorum Pontificum, canonicè intrantium, persistenti,

Auctoritate Apostolicâ concedere valeat, Devotioni tuæ Tenore Præsentium *Indulgemus:*

Sic tamen quòd idem Confessor de hiis, de quibus fuit alteri Satisfactio impendenda, eam tibi, in Vitâ per te si supervixeris, vel per Hæredes tuos, si tunc forte transieris, faciendum injungat; quam tu vel illi facere teneamini, ut præfertur.

Et nè, quod absit, propter hujusmodi Gratiam, reddaris proclivior ad illicita imposterùm committenda, volumus quòd, si ex Confidentiâ Remissionis hujusmodi aliqua forte committeres, quoad illa prædicta Remissio nullatenus suffragetur.

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Concessionis & Voluntatis infringere, &c.

Dat. Gebennis decimo quinto Kal. Septembris, Pontificatûs nostri Anno Primo.

Positis in vestra, ac Ducum Comitum, Baronum, & aliorum Nobilium, necnon Familiarium vestrorum, cæterorumque, in Comitivâ seu Exercitu vestro existentium seu concurrentium, Clericorum, & Laicorum, Præsentia,

Etiam separatim, & in diversis hujusmodi congruentibus & honestis Locis, in vestro Palatio vel alibi, ubi vos cum hujusmodi Comitivâ vel Exercitu Moram trahere contigerit,

In Locis (viz.) hujusmodi Interdicto suppositis, Januis clausis, Excommunicatis & Interdictis exclusis, non pulsatis Campanis, & submissâ Voce,

Per proprios vel alios Sacerdotes ydoneos, Missas & alia Divina Officia, sine Juris alieni præjudicio, facere celebrari,

Dummodo vos vel illi Causam non dederitis Interdicto, nec id vobis vel illis contigerit specialiter Interdici,

Tibi, & eisdem Successoribus, Auctoritate Apostolicâ, Tenore Præsentium, de speciali Gratiâ, *Indulgemus:* Proviso quòd hujusmodi Concessione, quoad Missarum Celebrationem ante Diem, parcè utamini; quia cum, in Altaris Officio, immoletur Dominus noster Jesus Christus, Dei Filius, qui Candor * est Lucis æternæ, congruit hoc non Noctis tenebris fieri, sed in Luce. * IX. 616.

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire; si quis autem hoc attemptare præsumpserit, Indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Petri & Pauli, Apostolorum ejus, se noverit incursurum.

Dat. *Gebennis* xv. Kal. Septembris Pontificatûs nostri Anno Primo.

Indulgentia, super Reliquiis transferendis.

MArtinus *Episcopus*, Servus Servorum Dei, Carissimo in Christo Filio, *Henrico*, *Regi Angliæ* Illustri, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ann. D. 1418. *An. 6. H. 5. ibid. fol. 43.*

Non solum præclara tuæ Regalis Celsitudinis Sinceritas, quâ Nos & Romanam Ecclesiam Revereris, sed & illa affectuosa puræ Mentis Dilectio, quam ad cunctorum Sanctorum eorumque Venerabilium Reliquiarum Venerationem humili devotoque Corde incessanter habere dinosceris, merito Nos inducunt ut Votis tuis, illis præsertim quæ ob Venerationem eandem ex Caritate desideras, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

Hinc est quod Nos (tuis devotis in hac Parte Supplicationibus inclinati) ut, de quibusvis Metropolitanis, Cathedralibus, & aliis Ecclesiis, seu Locis Ecclesiasticis, Ducatûs Normanniæ, & aliarum Partium Gallicarum (Tibi ad præsens subjectarum, aut imposterum subiciendarum) aliquam Sanctorum Reliquiarum Partem (de quâ Tibi, juxta tuæ Conscientiæ dictamen, videbitur) ad alias Ecclesias & Loca Sacra, ubi Tibi placuerit, pro earum devota Veneratione, transferre, seu per devotas Ecclesiasticas Personas decenter transferri facere, liberè & licitè Possis (Constitutionibus & Prohibitionibus Apostolicis, & aliis quibuscumque contrariis, nequaquam obstantibus) Devotioni tuæ Auctoritate Apostolicâ, Tenore Præsentium, INDULGEMUS.

Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc Paginam nostræ Concessionis infringere, &c.

Dat. *Gebennis* xv. Kal. Septembris Pontificatûs nostri Anno Primo.

Licentia concessa Regi ut Decanus Capellæ Hospitii sui possit audire Confessiones Ipsius Regis & totius Exercitus.

MArtinus *Episcopus*, Servus Servorum Dei, Carissimo in Christo Filio, *Henrico Regi Angliæ* Illustri, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ann. D. 1418. *An. 6. H. 5. ibid. fol. 44.*

Regalis Majestatis tuæ probata Sinceritas ac Fidei & solidatæ Constantiæ Puritas, quas ad Nos & Romanam geris Ecclesiam, non indignè merentur ut Votis tuis, illis præsertim per quæ Tu & Fideles tui Pacem & Salutem Animarum, Deo propitio, consequi valearis, favorabiliter annuamus,

Hinc est quòd Nos (devotis tuis, in hâc Parte, Supplicationibus inclinati) ut Decanus Capellæ Hospitii tui (existens pro Tempore, qui Magister vel saltem Bacallarius in Sacra Theologia existat) tuam ac omnium & singulorum Christi Fidelium, Te in

Exer-

* IX. 617.

** Approbatio Fundationis Domus de Syon & Appropriatio duarum Ecclesiarum ad eandem.*

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid. fol. 41.

MArtinus Episcopus, Servus Servorum Dei, Cariſſimo in Chriſto Filio, *Henrico*, *Regi Angliæ* Illuſtri, Salutem & Apoſtolicam Benedictionem.

Eximiæ Devotionis & Sinceritatis affectus, quem ad Nos & Romanam geris Eccleſiam, promeretur ut piis deſideriis tuis gratum adhibeamus Aſſenſum; & illis, quæ ſacræ Religionis & Divini Cultûs augmentum reſpiciunt, ut votivis continuè proficiant Incrementis, Apoſtolicæ Sedis præſidium benivolis favoribus præbeamus.

Cùm itaque (ſicut exhibita Nobis nuper pro Parte tuâ Petitio continebat) Tu, inter alia Monaſteria & Loca religioſa, in Regno per Te Fundata, Venerabile Monaſterium de Syon, Ordinis Sancti Auguſtini Sancti Salvatoris nuncupati, Londonienſi Diœceſe;

Pro unâ Abatiſſâ, quæ Ipſi Monaſterio de Syon pro tempore Præeſſe debeat, & uno Confeſſore, ac aliis utriuſque Sexûs Perſonis, inibi pro Tempore religioſè, ſub Regula & ſecundum Inſtituta Sanctæ Brigittæ, perpetuò Domino ſervituris,

Solempniter ſumptuoſeque, in Dei Omnipotentis laudem, Divini Cultûs Augmentum, Religioniſque Propagationem, ac pro Tuæ, & Progenitorum tuorum, Divæ Memoriæ, Angliæ Regum, Animarum Salute, fundaveris & erigi feceris;

Nonnulláque etiam alia ejuſdem Ordinis, Monaſteria & Loca, Deo tibi propitio, Fundare & Dotare Proponas,

Pro Parte tuâ Nobis fuit humiliter ſupplicatum ut Fundationem & Erectionem prædictas Auctoritate Apoſtolicâ ratificare & approbare, ac tibi hujuſmodi alia Monaſteria & Loca, ejuſdem Ordinis, fundandi & dotandi Licentiam concedere, necnon de Yeuele & de Crofton, Wellenſi & Lichfeldenſi Diœceſi, Parochiales Eccleſias (Quarum Jus Patronatûs, quod ad te pertinere dinoſcitur, ad hoc liberè donare paratus es) cum omnibus Juribus & Pertinentibus ſuis, in Subſidium & Partem Dotis eidem Monaſterio de Syon, quod nondum dotatum eſt, & quod tu, Domino concedente, ulteriùs de Bonis tuis ſufficienter dotare intendis, appropriare, & imperpetuum incorporare, annectere, & unire, de Benignitate Apoſtolicâ dignaremur;

Nos igitur (tuum pium & laudabile Propoſitum plurimùm in Domino commendantes) hujuſmodi Supplicationibus inclinati, Fundationem & Erectionem prædictas, Auctoritate Apoſtolicâ, Ratificamus & Approbamus; ac tibi hujuſmodi alia Monaſteria & Loca dicti Ordinis fundandi & dotandi plenam Licentiam, Preſentium Auctoritate, elargimur,

Et nichilominus *de Yeuele* (quæ perpetuum Vicarium ab antiquo habere dinoſcitur) & cujus Ducentarum, necnon *de Crofton*, cujus Centum & Quadraginta Marcharum Sterlingorum, Fructus, Redditus, & Proventus, ſecundum communem Extimationem, Valorem Annuum, ut aſſeritur, non excedunt, Parochiales Eccleſias prædictas, cum omnibus Juribus & Pertinentibus ſuis, eidem Monaſterio de Syon, in Subſidium & Partem Dotis hujuſmodi, eadem Auctoritate, Appropriamus ac Incorporamus, Annectimus & Unimus;

Ita quòd liceat Abbatiſſæ ipſius Monaſterii, quæ tunc fuerit, earumdem Eccleſiarum, cùm, cedentibus vel decedentibus earum Rectoribus, vel Eccleſias ipſas aliàs quomodolibet dimittentibus, vacaverint, ſeu ad præſens vacent, corporalem Poſſeſſionem (Diœceſanorum Locorum & alterius cujuſcunque Licentia ſuper hoc minimè requiſitâ) Auctoritate propriâ apprehendere & perpetuò in ſuos & dicti Monaſterii uſus retinere;

Non obſtantibus ſi aliqui, ſuper Proviſionibus, ſibi faciendis de hujuſmodi Parochialibus Eccleſiis, aut aliis Beneficiis Eccleſiaſticis in illis Partibus, ſpeciales vel generales prædictæ Sedis, vel Legatorum ejus, Literas impetrarint,

Etiamſi per eas ad Inhibitionem, Reſervationem, & Decretum, vel aliàs quomodolibet, ſit Proceſſum,

Quas quidem Literas & Proceſſus, habitos per eaſdem, ad dictas Eccleſias volumus non extendi; ſed nullum per hoc eis, quoad aſſecutionem Parochialium Eccleſiarum, aut Beneficiorum aliorum, præjudicium generari,

Et quibuſcunque Privilegiis, & Indulgentiis, ac Literis Apoſtolicis, generalibus vel ſpecialibus, quorumcumque * Tenorum
* IX. 618. exiſtant, per quæ Præſentibus non expreſſa vel totaliter non inſerta, effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus, quorumcumque totis Tenoribus, Datis habenda ſit in noſtris Literis Mentio ſpecialis.

Volumus tamen quòd, de hujuſmodi Fructibus, Redditibus, & Proventibus ipſius Eccleſiæ de Crofton, congrua pro perpetuo Vicario, inibi pro Tempore inſtituendo, per Loci Ordinarium reſervetur Portio; de quâ idem Vicarius valeat congruè ſuſtentari, Epiſcopalia Jura ſolvere, & alia ſibi incumbentia Onera ſupporta-

APPOINTMENT & tout Faite, Paſſe, & Conſonne entre Noble & puiſſant Prince *Emon*, *Conte de la Marche* & d'Oulceſtre, Seigneur de Wingemor & de Clare, *John Sire de Cliffort*, *Waulter de Hungreford* Maiſtre d'Oſtel du Roy noſtre Soveraine Seigneur, *Gerard Uſflete*, *Johan de Robeſart*, & *Guillaume de Brauchamp*, Chivalers, Commis du Treſhault & Puiſſant Prince *le Duc de Glouceſtre*, Lieutenant en ceſte Partie de Treſhault Treſexcellent & Treſpuiſſant Prince *le Roi d'Engleterre*, d'une part, & *Johan Piquet* Eſcuier Capitayne de Chaſtell & Ville de Chierbourg, les Chivalers, Eſcuiers, Burgoys & Habitans d'icelle & Chaſtell, d'autre Part. Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 2. m. 8.

Et, PRIMEREMENT, eſt Promis & Accorde par les deſſuſdit *Johan Piquet* Capitayne des diz Chaſtell & Ville, par le Conſentement de touz les Chivaliers, Eſcuiers, Burgoys, & Habitans des ditz Chaſtell & Ville, que il RENDRA, & de fait baillera, es mains de Treſhault & Puiſſant Prince *le Duc de Glouceſtre*, pour & en nom de Treſhault Treſexcellent & Treſpuiſſant Prince *le Roy d'Engleterre*, les diz Ville Chaſtell, & Dongon de Chierbourg, le jour Saint Michell (c'eſtaſſavoir) le xxix. jour de Septembre prouchein venant, a quelle heure qu'il plairra a mon dit Seigneur;

Par auſſi que le dit Treſhault & Puiſſant Prince *le Duc de Glouceſtre* ne ſoit leve du dit Siege, par la Puiſſance du Roy noſtre Soveraine Seigneur, par entre le Dabte d'iceſtes & le dit Jour de Saint Michell.

Et, en cas que aucune puiſſance, ou ſecours, nous vendroit pur faire le dit ſecours, dedens le dit Terme, quel jour que ce ſoit que la bataille ſerra, & q'il ſoit enſy que le dit Treſhault & Puiſſant Prince *le Duc de Glouceſtre* obtaigne & ait Victoire (que Dieu ne vueille) les diz Capitayne, Chivalers, Eſcuiers, Burgoys & autres ſerront tenuz de bailler & deliurer les diz Ville, Chaſtell, & Dongon, es mains du dit Treſhault & Puiſſant Prince *le Duc de Glouceſtre*; non obſtant le jour Saint Michel aſſis pour le, *&c.*

Guillem de Tully, *John Patry*, *Guillem Hamon*, *Roger Subart*; & *Nicholas de Gennes*, avons mys nos Sealx a ceſt preſent Trayte le xxii. jour du Moys d'Aouſt, l'An Mille CCCC. & Dixhuit.

De Reſtitutione Temporalium Louley.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1418.
Sciatis quòd,

De Gratia noſtra ſpeciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pietatis Opera, quæ in *Abbatia de Louley* (quæ de Fundatione Progenitorum noſtrorum quondam Regum Angliæ, & Noſtro Patronatu exiſtit) fieri debeant, plus ſolito accreſcant, & ibidem laudabilius manuteneantur & ſuſtineantur, An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 14.

* CONCESSIMUS, dilecto Nobis in Chriſto, *Abbati & Conventui Abbatiæ prædictæ* omnia Temporalia, eidem Abbatiæ, infra Ducatum noſtrum Normanniæ, qualitercumque pertinentia ſive ſpectantia, * IX. 619.

HABENDA, in Suſtentationem Divini Servitii ibidem, ac aliorum Pietatis Operum ſupradictorum, de Dono noſtro.

In cujus, &c.

Teſte Rege in *Exercitu ſuo prope Civitatem Rothomagenſem* Viceſimo Nono Die Auguſti.

Per ipſum Regem.

Appunctuamentum de Seint Katerine.

C'ENSUIT LE TRAITYE ET APPOINTMENT Dit, Fait, Promis, & Accorde, le Penultiſme jour du Moys d'Auguſt, en l'An Mille, CCCC. xviii parentre *Edward Conte de Mortaign*, *Thomas Conte de Salisbury*, & *Henry Sire le Fitz Hugh*, ad ce Commis par le Treſexcellent *Roy de France & d'Engleterre* & Seigneur d'Irland noſtre Soverrigne Seigneur, de l'une Part, &, d'aultre Part, *John Noblet* Eſcuier Lieutenant a Meſſieur *Guy Bowteiller* Capitayne de l'Abbaie & Fortereſſe de Seint Katherine pres de Rouen, *Johan de Buiſſon*, & *Pierres de Graville* Eſcuiers, de la Garniſon du dit Lieu, pur & en nom de touz les aultres Gens, a preſent eſteantz dedenz la dite Abbaie & Forterelle, par la fourme & manere que s'enſuit, Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5 p. 2. m. 7.

PRIMEREMENT, eſt Dit, Traitie, Promis, & Accorde par les diz *Johan Noblet*, *Johan de Buiſſon*, & *Pierres de Graville*, & pur tout ceuz de lour Compaignie, que ilz Rendront la ſuſdit Ab-

An. 6. Vobis, Tenore Præsentium, significamus quòd Præbendam de
H. 5. Vautier apud Kiebon, nunc liberam & vacantem, in Manibus
Norm. 6. nostris *Jure Regaliæ* existentem,
H. 5. p. Cujus quidem Præbendæ sic vacantis Collatio & omnimoda
1. m. 13. Dispositio Nobis noscuntur pertinere,

Dilecto nobis *Johanni Feret* Capellano Contulimus & Donamus,

Habendam, cum suis juribus & pertinentiis quibuscumque;

Vobis Mandantes quatinus ipsum *Johannem*, vel ejus Procuratorem, Recipiatis in Canonicum & Fratrem, cum Solempnitatibus in talibus fieri consuetis,

In cujus, &c.

Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagen.* secundo die Septembris.

Per ipsum Regem.

Thomas le Hardy Capellanus habet Literas Regis de Præsentatione ad Ecclesiam Sancti Thomæ Apostoli de Littehaire Constanciensi Diœcese, vacantem & ad Regis Donationem spectantem ut dicitur;

• IX. 620. * Et diriguntur Literæ illa Cantori & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Constanciensis, Sede vacante.

In cujus, &c.

Nicholaus de Hetebowe habet Literas Regis de Præsentatione ad Capellam beatæ Mariæ de Goville Constanciensi Diœcese, *&c. ut supra.*

Magister *Ricardus le Plummer* habet Literas Regis de Præsentatione ad Ecclesiam de Gorgez Constanciensi Diœcese, *&c. ut supra.*

Nicholaus Chanoyne Capellanus habet Literas Regis de Præsentatione ad Ecclesiam Parochialem Sancti Alnumphi de Coulongis prope Danwillam Ebroicensi Diœcese, vacantem per mortem *Guillelmi Morant* ultimæ Parsonæ ibidem, & ad Regis Donationem spectantem ut dicitur:

Et diriguntur Literæ illæ *Decano & Capitulo* Ecclesiæ Cathedralis Ebroicensis, Sede ibidem vacante.

Johannis Pilatoris Magister in Artibus habet Literas Regis de Præsentatione ad Capellam de Conillarville, situatam in Parochia de Smarville, Ebroicensi Diœcese, vacantem per Mortem *Johannis du Buz*, ultimi Capellani ibidem, *&c. ut supra.*

Appunctuamentum de Caudebec.

Ann. D. 1418. TRAITE ET APPOINTMENT, fait entre les Commissairs
An. 6. du *Roy d'Engleterre* pour la Compaigne de la Ville de Caude-
H. 5. bec; c'estassavoir, *Richart Beauchamp Conte de Warrewyk* Sei-
Norm. 6. gneur de Lisle & Capitayne de Caleys, *Guillebert Seigneur de*
H. 5. p. 2. *Thalebot*, Messire *Guillem Harenton*, Comis a ce de par le dit
m. 7. Roy d'Engleterre par Lettres de luy, donnees le vii. Jour de ce present Moys de Septembre, d'une part, & Messire *Robert le Conte* Chivaler Capitayne de Caudebec, *Thomas Dugal*, *Georget de Livet*, *Henry de Lourchamp*, *Guillem d'Ausonuille*, *Guillem de Rochefort*, Escuiers; *Guillem Thouronde*, *Greffin le Breton*, *Jebinet le Maignen*, *Guillem Girault*, *Guillem Poisson*, *Thomas Malet*, *Hubert Morel*, *Johan Debaleterre*, *Martyn Debyteby*, pour eulx, & eulx faisans fors des autres Gens d'Armes, Bourgois, & Habitans de la dite Ville de Caudebec, d'autre part; en la manere qui ensuit.

PREMEREMENT, pour ce que les dis Capitaine, Nobles, Bourgois, & Habitans de la dite Ville ont este & sont refusans de Rendre eulx & la dite Vile *au dit Roy d'Engleterre*, disans icelle Ville estre & appertenir a lour Soveraine Seigneur *le Roy de France*,

Mes se vouldroyent en ce Regler, Ensuyr, & Gouverner, a leur pouair, solonc la fourme & manere de la Citee de Rouen, qui est leur mere Ville, Chevetaine de la Duchie de Normandie, devant la quelle ycelluy *Roy d'Engleterre* tient son Siege pour le present, come il fait devant ceste Ville,

Rouge Croix, Poursuiant du dit Roy d'Engleterre, pour & en

Loci illius elegerit, prout ex eorum Literis Nobis constat,

* Nos Electioni illi sic factæ Regium Assensum adhibuimus pariter & Favorem; • IX. 621.

Et hoc omnibus, quorum interest, innotescimus per Præsentes.

In cujus, &c.

Teste Rege *in Exercitu suo prope Civitatem Rothomagensem* duodecimo die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Officio portandi Nigram Virgam.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1418.
Sciatis quòd,
De Gratia nostra speciali, & pro bono & gratuito Servitio, An. 6.
Nobis per, dilectum Armigerum nostrum, *Johannem Clifford* im- H. 5.
penso & Impendendo, Norm. 6.
Concessimus ei Officium Virgarii, ad portandum *Nigram Virgam*, H. 5. p.
coram Nobis, in Comitiva de la Garter, infra Castrum nostrum 1. m. 13.
de Wyndesore,

Habendum & Occupandum Officium prædictum pro Termino Vitæ suæ, cum omnimodis Vadiis, Feodis, & Proficuis, ad idem Officium debitè pertinentibus sive spectantibus, una cum quadam Domo infra Castrum nostrum prædictum, eidem Officio spectante ut dicitur, eodem modo quo *Willielmus Hardegrove* Officium illud habuit & occupavit dum vivebat,

Eo, quòd expressa mentio de aliis Donis & Concessionibus, per Nos præfato *Johanni* ante hæc tempora factis, aut de valore eorumdem, hic facta non existit, non obstante.

In cujus, &c.

Teste Rege, *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagen.* Decimo Septimo Die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Præbenda Data.

REX, Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Ebroicensis, Ann. D.
Sede ibidem Vacante, Salutem. 1418.
Vobis, Tenore Præsentium, significamus quòd Præbendam, An. 6.
quam optinere solebat Magister *Nicholaus le Frane* in Ecclesia H. 5.
prædicta, nunc liberam & vacantem, in Manibus nostris *Jure* Ibid.
Regaliæ existentem,

Cujus quidem Præbendæ, sic Vacantis, Collatio & omnimoda Dispositio Nobis noscuntur pertinere,

Dilecto nobis *Nickolao de Holande* Contulimus & Donamus,

Habendam, cum suis Juribus & pertinentiis quibuscumque;

Vobis Mandamus quatinus ipsum *Nicholaum*, vel ejus Procuratorem, Recipiatis in Canonicum & Fratrem cum Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagen.* decimo octavo die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Pœnitentiaria concessa.

REX, dilectis sibi in Christo, *Decano & Capitulo* Ecclesiæ Ca- Ann. D.
thedralis Ebroicensis, Sede vacante, Salutem. 1418.
Cùm Pœnitentiaria Ecclesiæ prædictæ a diu est vacaverit, & An. 6.
adhuc vacet ut accepimus, Nos Pœnitentiariam prædictam, sic H. 5.
Vacantem, & ad nostram Donationem spectantem, dilecto nobis, Ibidem.
Magistro *Petro Francisci*, Canonico Ecclesiæ prædictæ, *Dedimus & Concessimus*;

Vos Rogantes quatinus, ipsum *Petrum* ad Pœnitentiariam illam admittentes, eundem *Petrum* ipsam Pœnitentiariam, cum suis Juribus & Pertinentiis quibuscumque, habere permittatis.

In cujus, &c.

Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagen.* Decimo Octavo Die Septembris.

Per ipsum Regem.

& Regnis nostris Utilis & Fidelis existat.
In cujus, &c.
Teste Rege *in Exercitu suo, ante Civitatem Rothomagen.* Decimo Octavo Die Septembris.

Per ipsum Regem.

Pro Duce Aurelianensi.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Franc. 6. H. 5. m. 4.

REX, &c. Salutem.
Sciatis quòd suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Magistrum *Cudardum de Fovilliaco*, Secretarium *Ducis Aurelianensis* Prisonarii nostri, *Aubertinum Voillifeues*, Aurifabrum, & *Johannem Mercerii*, Famulum Cameræ dicti Ducis, & eorum quemlibet ad Præsentiam, carissimi Fratris nostri, *Thomæ Ducis Clarenciæ*, cum Octo Personis in Comitiva sua, veniendo, & deinde in Regnum nostrum Angliæ, cum Personis prædictis, in quadam Navi sive Balingera,
Ad Exequendum Tractatum de Financia, factum pro *Johanne Fratre dicti Ducis Aurelianensis* cum dicto Fratre nostro, aut suis Consiliariis, Servitoribus, aut aliis pro eo Deputatis aut Deputandis,
Transeundo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, *&c. ferè prout supra Dat. apud Civitatem Regis de Baieux 7 Die Aprilis.*
In cujus, &c. usque ultimum diem Octobris proximò futurum duraturas.
Teste *Johanne Duce Bedfordiæ*, *Custode Angliæ*, apud *Aukelande*, vicesimo die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Custodia Temporalium.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 12.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd Commisimus, dilecto nobis, *Stephano Noble*, Custodiam Castri, Villæ, & Dominii de Condy sur Hou, in Manibus nostris per Mortem Episcopi Ebroicensis existentium,
HABENDAM Custodiam prædictam, cum omnibus Proficuis, Commoditatibus, & Pertinentiis quibuscumque, quamdiu Temporalia Episcopatûs prædicti in Manibus nostris contigerit Remanere, absque aliquo Nobis inde reddendo.
In cujus, &c.
Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagen.* vicesimo secundo die Septembris.

Per ipsum Regem.

Pro Gentibus Aragoniæ.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ex Bibl. Cot. Vespas. C. 12. * IX. 623.

HEnri, par la Grace de Dieu, *Roy de France & d'Engleterre*, & Seigneur d'Irlande.
Au, Reverent Pere en Dieu, *l'Evesque de Duresme*, nostre Chanceller, Saluz.
Nous vous Mandons que, veues les Lettres Patentes de, nostre Treschier * Frere, *Alfonse Roy d'Arragon & de Sicile*, faites de souz son Seal,
Par les quelles, le xxx, Jour d'Augst, l'An de Grace Mille, Quatre Centz, & Dys, & Septisme, & de son Regne Second, Il prist en ses seure & sauf Conduyt, Protection, & Defense especiales, pur le Terme de Troys Ans, alors, prochain ensuantz, tous noz Marchant & Soubgitz de nostre Roiaume d'Engleterre, ou ses Regnes & Seigneuries, ovesque leur Niefs, Carracks, Galeyes, & Vessels quelconques, Patrons, Meistres, & Mariners d'icelx, a Cause de Marchandie, & d'autres Causes, Loysibles & Honestes, venantz, illoeques demorantz Marchandement, & a leur propres Pays retournantz, ovesque leur Biens & Choses quelconques, si come par les dictes Lettres Patentes vous poura pluis plainement apparoir,
Faites faire autielles noz Lettres Patentes, desouz nostre Grand Seal, & de mesme la Fourme, d'estre Grantez pur tous les Marchants & Soubgitz de nostre dit Frere, de ses ditz Royaumes & Seignuries, a durerer parraillement pour autant de temps, come les Lettres Patentes de nostre dit Frere se dureront.
Donnes souz nostre Prive Seal, en *nostre Hoost devant Roan*, le xiv. Jour de Septembre l'an de nostre Regne Sisme.

Nobis, ad Cameram nostram Compotorum Normanniæ, singulis Annis, respondeatur quamdiu Custodiam habuerint supradictam.
In cujus, &c.
Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagensem* vicesimo sexto die Septembris.

De Custodia Commissa.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1418.
De Gratia nostra speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pietatis Opera, (quæ in *Abbatiâ Sancti Vigoris de Cerisie* fieri debeant) plus solito accrescant, & ibidem laudabilius manuteneantur & sustineantur, An. 6. H. 5. Ibid.
Commisimus Religiosis Viris Abbatiæ prædictæ Custodiam omnium Temporalia, eidem Abbatiæ, ac Prioratibus de Seint Frosmour & de Sancto Martino de Deux Jumeux, Abbatiæ suæ prædictæ, ut dicitur, pertinentium, infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentium sive spectantium,
Habendam quamdiu nobis placuerit, Percipiendo de Exitibus & Proficuis Temporalium prædictorum tantum, quantum pro Sustentatione necessarium fuerit & oportunum;
Ita semper quòd de Superplusagio Exituum & Proficuorum prædictorum, ultra Sustentationem suam prædictam, Nobis, ad Cameram nostram Compotorum Normanniæ, singulis Annis, Respondeatur quamdiu Custodiam habuerint supradictam.
In cujus, &c.
Teste Rege, in Exercitu suo, ante Civitatem *Rothomagen.* vicesimo sexto die Septembris.

* *De Licentia eligendi Abbatissam.*

* IX. 614.

REX, dilectis sibi in Christo, *Priorissæ & Conventui Ecclesiæ Sancti Salvatoris d'Evreux*, Salutem. Ann. D. 1418.
Ex parte vestra Nobis est humiliter Supplicatum ut, An. 6.
Cùm Ecclesia vestra prædicta, per Mortem, bonæ memoriæ, H. 5.
Dominæ *Johannæ de Carentieres*, ultimæ Abbatissæ, sit solatio destituta, Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 6.
Aliam vobis Eligendi in Abbatissam ejusdem Domûs Licentiam concedere Dignaremur;
Nos, precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati, Licentiam illam vobis, Tenore Præsentium, duximus Concedendam; Mandantes quòd talem vobis eligatis in Abbatissam, quæ Deo Devota, Ecclesiæ vestræ prædictæ necessarius, nobisque & Regnis nostris Utilis & Fidelis existat.
In cujus, &c.
Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagen.* nono Die Octobris.

Per ipsum Regem.

De Conductu pro Magistro Hospitii Dolphini.

REX, per Literas suas Patentes, usque Tertium decimum diem Octobris proximò futurum inclusivè duraturas, suscepit in salvum, &c. *Guillielmum de Banis*, Magistrum Hospitii *Dolphini*, usque Præsentiam Regis, cum Duodecim Personis in Comitiva sua, vel infra, armatis vel non armatis, ac Equis, Hernesiis, Auro, Argento, Jocalibus, Libris, Literis, & aliis Bonis suis quibuscumque, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abindè ad partes suas proprias salvò & securè redeundo; Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Pat. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 11.
Proviso semper quòd ipsi quicquam, *&c. prout in Similibus de Conductu Literis.*
In cujus, &c.
Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagensem* Tertio die Octobris.

Per ipsum Regem.

Pro Secretario Reginæ Ceciliæ.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum omnium Sanctorum proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. *Guiotum de Presby*, Secretarium *Reginæ Ceciliæ*, usque Præsentiam Regis, cum Duabus Personis in Comitiva sua, Armatis vel non Ar-

Præsentiam Regis, cum Quatuor Famulis & Equis suis in Comitiva sua, &c.

• IX. 625.

* Pro Gentibus Vasconiæ.

Le Roy de France & d'Engleterre & Seigneur d'Irlande.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ex Bibl. Cot. Caligula D. 5.

TReschier & bien Amez Foialx, Nous Vous *Saluons* souvent.

Et Savoir Vous faisons que Nous avons Receuz voz Lettres, faictes a Burdeaux le Primier Jour de Septembre darrein passez;

Par les quelles Nous avons apparceuz les bonne Voluntee & grande Affection, quelles vous, come noz foialx Liges & Soubgis, avez, par Manere comme toutdis vous avez porte, a les bonne Estat & Prosperitee de Nous & de nostre Coronne; & par especial, a la bonne Gouvernance de nostre Paiis de Guyenne, & de noz Liges & Soubgis d'icel; d'ont Nous Vous savons tresespecialment bon Gree; Aiantz pour certain que vous les vueillez a tout Temps loiaument continuer.

Et, entre autres Choses, contenues en voz dictes Lettres, Nous avons entenduz comenr, d'entre Nous pur Nous, noz Paiis, Liges, & Soubgitz, d'une Part, & *les Conte d'Armynynak*, & *Sire de le Bret*, pur Eulx, leur Paiis, & Soubgitz, d'autre Part, Vous avez prins certaines Trieues par Manere comme en l'Article d'icelles (Lequel Vous Nous avez envoie) plainement est contenuz;

De la Forme de quel Article Nous Nous tenons pur contentz, en Commendant moult voz Discretion en icelles;

Vuillantz que, si vous semble expedient pur nostre dicte Paiis, que mesmes les Trieues soient pur plus longue Terme Prorogees en la Forme sus dicte.

Et, touchant nostre Ame Esquier, *Robert Holme*, Liquel Vous avez Recommendez a Nous, Nous avons Entenduz, si bien par voz dictes Lettres, Comme par les Lettres du, Tresreverent Pere en Dieu, *l'Ercevesque de Bourdeaux*, & de nostre chere & foial Chevalier, *Johan Seint Johan* Maire de mesme nostre Citee, & d'autres, que le dit *Robert* Nous ad fait, & uncore fait, bon & agreable Service; d'ont Nous lui aurons bien Recommendez, & a lui volons estre bon Seigneur par celle Cause.

Et, quant a les autres Matieres, de les quelles Vous Nous Escrivez de present, & toutes autres Choses, concernentes Nous & la bonne Gouvernance de nostre dicte Paiis de Guyenne, nous Vous signifions que Nous avons Ordennez une Persone, suffisante & notable, d'estre Conestable de nostre Chastell de Bourdeaux; a le quel il se transportera, en toute haste, plainement Enformez de nostre Avys & Intention, touchantz si bien les Matieres, de les quelles Vous Nous avez Escrit par voz dictes Lettres, Comme d'autres Matieres touchantes nostre dit Estat, & la bonne Gouvernance de nostre Paiis susdicte: Proposantz auxi de y envoier nostre Seneschall de Guyenne si tost come bonnement faire se pourra.

Et nostre Seigneur, &c.

Donn. &c. *devant Roan* le xv. Jour d'Octobr.

Dors.

A, noz Treschiers & bien Amez foialx, Les Lieutenant de nostre Seneschall de Guyenne, & Gens de nostre Conseille esteantz a nostre Citee de Bourdeaux.

Pro servientibus Comitis Vandocinensis.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Franc. 6. H. 5. m. 6.

REX, per Literas suas Patentes per Tres Menses proximò futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Johannem Destroys Chivaler*, *Johannem de la Marche*, Magistrum *Johannem Bernarde*, & *Johannem Lesneille* de Francia, Servientes *Comitis de Vendome* Prisonarii Regis, cum Quatuor Servientibus suis in Comitiva sua, versus partes Franciæ transeundo, & abinde in Regnum Regis Angliæ veniendo, ibidem morando, & exinde versus partes suas prædictas redeundo, necnon Aurum, Argentum Jocalia, Bona, Res, & Hernesia quæcunque, cujuscunque Pretii, Valoris, sive Æstimationis sint, quæ cum

HEnricus, &c. Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem. Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 5. Fol. 10. B.

Sciatis quòd,

Cùm, Illustris & Potens Princeps, Consanguineus noster Carissimus, & Adversarii nostri Franciæ Filius, *Dauphinus de Vienna*, Regens Franciæ ut dicitur, desideraverit, prout ex quorumdam suorum relatione accepimus, communicare & tractare Nobiscum, seu aliis per Nos Deputandis, de & super nonnullis Materiis, amorem mutuum, Amicitias, Confœderationes, & Alligantias firmas, reales, & perpetuas, inter *Nos*, & dictum *Dauphinum*, Consanguineum nostrum, Regentem ut dicitur, firmandas & concludendas, concernentibus,

Hinc est quòd Nos,

De Legalitate, Prudentiâ, & Fidelitate, Reverendissimi in Christo Patris, *Domini Henrici* Dei Gratiâ, Cantuariensis Archiepiscopi Totius Angliæ Primatis, & Sedis Apostolicæ Legati, Venerabilis in Christo Patris, Domini *Henrici*, eâdem Gratiâ, *Episcopi Cicestrensis*, Carissimorum Consanguineorum nostrorum, *Richardi Comitis Warwicæ*, & *Thomæ Comitis Sarum*, ac, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis de Gray*, & *Henrici Fitzhugh* Camerarii nostri, *Walteri Hungerford* Seneschalli Hospitii nostri, *Willielmi Bourgchier*, Magistri *Philippi Morgan* Cancellarii nostri Normanniæ, *Rouland Leyntale*, Magistri *Johannis Kempe* Custodis Privati Sigilli nostri, necnon, Dilectorum nostrorum, *Thomæ Chaucers*, *Willielmi Alyngton*, Armigerorum, & Magistri *Johannis Stokes* Legum Doctoris, Consiliariorum nostrorum, & eorum cujuslibet, plenariè confidentes,

Ad conveniendum in omnibus & singulis Locis, quotiens & quando eis, Quatuordecim, Sex, Quatuor, aut Tribus eorumdem, videbitur expedire, ac ad Tractandum, & Concordandum, ac finaliter Concludendum cum dicto Illustri Principe *Dauphino*, Consanguineo nostro, Regente ut dicitur, sive cum quibuscunque aliis ad hoc per eum deputatis seu deputandis, Mandatum in ea Parte sufficiens habentibus, de & super quibuscunque Ligis, Confœderationibus, & Amicitiis,

Inter Nos, & Successores nostros, Subditos, & Vassallos, Regnum, Terras, & Dominia nostra quæcunque de præsenti Nobis subdita, seu imposterùm subicienda, ex unâ, & dictum *Dominum Dauphinum*, Regentem ut dicitur, Consanguineum nostrum, Successores suos, subditos, & vassallos, præsentes & futuros, & Dominia sua præsentia & futura, ex alterâ parte, contrahendis & ineundis perpetuò vel ad tempus,

Etiam de Modo, & Formâ, & Quantitate Auxilii, Subventionis, Succursûs, seu Subsidii, hinc inde ministrandorum:

Necnon de & super Communicationibus, inter subditos unius & alterius Partis, in Mercimoniis & aliis Licitis, benè & securè ac amicabiliter faciendis,

Ac omnibus & singulis Articulis, quantumcumque specialibus, qui Ligas, Confœderationes, seu Amicitias, inter Nos & *dictum Dauphinum*, Consanguineum nostrum, contrahendas & firmandas, concernere poterunt quovismodo, cum eorum Incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis,

Ac omnia & singula, quæ sic Tractata, Conventa, & Concordata fuerint, cum omni Securitate, debitâ & honestâ, Nomine nostro, Firmandum,

Ac omnes & omnimodas Securitates, * Obligationes, & Cautiones, reales & personales, pro Nobis & Nomine nostro, Offerendum, Dandum, & Exponendum, • IX. 627.

Jurandumque in Animam nostram quòd Tractata, Conventa, & Concordata hujusmodi Rata habebimus & Grata, nec aliquid procurabimus vel faciemus per quod Tractata & Concordata hujusmodi effectu debito frustrari poterunt, seu quomodolibet impediri,

Ac Juramentum consimile, necnon omnes & omnimodas Securitates, Obligationes, & Cautiones, reales & personales, ab eodem *Dauphino*, Consanguineo nostro, seu Ipsius in ea parte Deputatis, seu Deputandis, Petendum, Stipulandum, Exigendum, & Recipiendum,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum quæ in Præmissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ Nosmetipsi facere possemus si personaliter interessemus, etiamsi talia forent quæ Mandatum exigerent quantumcumque speciale,

Ipsos, Reverendissimum Patrem *Henricum*, Venerabilem Patrem *Henricum* Carissimos Consanguineos nostros, *Ricardum*, & *Thomam*, dilectos & fideles nostros, *Johannem & Henricum*, *Willielmum*, *Philippum*, *Roulandum*, *Johannem*, *Thomam*, *Wil-*

De Tractando super Sponsalibus.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius 13. A.

HEnricus, &c. Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Prudentiâ, Reverendissimi in Christo Patris, Domini *Henrici*, Dei Gratiâ *Cantuariensis Archiepiscopi*, totius Angliæ Primatis, & Apostolicæ Sedis Legati, Venerabilis in Christo Patris, Domini *Henrici*, eadem Gratia, *Cicestrensis Episcopi*, Carissimorum Consanguineorum nostrorum, *Ricardi Comitis Warwicæ*, & *Thomæ Comitis Sarum*, ad dilectorum & fidelium nostrorum, *Johannis de Gray*, *H. Fitzhugh* Camerarii nostri, *Walteri Hungerford* Seneschalli Hospitii nostri, *Willielmi Bourgchier*, Magistri *Philippi Morgan* Cancellarii nostri Normanniæ, *Rouland Leyntale*, Magistri *Johannis Kempe* Custodis Privati Sigilli nostri, nec non, dilectorum nostrorum, *Thomæ Chaucers*, *Willielmi Alynton* Armigeri, & *Johannis Stoke* Legum Doctoris, Consiliariorum nostrorum, plenariè confidentes,

Ad Tractandum & Communicandum cum Procuratoribus, Parentibus, & Amicis, Inclitæ Pupillæ, Dominæ *Katerinæ*, *Filiæ Consanguinei & Adversarii nostri Franciæ*, & præsertim cum, illustri Principe, *Dauphino Viennæ*, Consanguineo nostro, Regente Franciæ ut dicitur, suisve Ambassiatoribus, Nunciis, seu Procuratoribus, Potestatem ab eo sufficientem in eâ Parte habentibus de & super Sponsalibus aut Matrimonio, inter Nos & dictam Dominam *Katerinam* contrahendo,

Necnon de Dote, Dotalitio, Donatione propter Nuptias, ac Arris in hac parte dandis & constituendis, & eorum singulorum qualitate & quantitate, ac etiam de Terminis, Modis, & Locis Solutionum & Satisfactionum de eisdem, & quanto Tempore Expensis Parentum & Amicorum debeat sustentari, Necnon ad quem Locum prædicta Dominia, ac quando, & cujus Expensis, & sub quâ formâ per Parentes & Amicos debeat transmitti, Conveniendum & Concordandum,

* IX. 618. * Et ea, que sic Tractata, Conventa, & Concordata fuerint, quatinus ad Nos attinet, omnimodâ Securitate, honestâ & legitimâ, Nomine nostro Firmandum,

Similemque Securitatem Nomine nostro Petendum, Stipulandum, & Recipiendum,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint vel oportuna, & quæ qualitas hujusmodi Negotii & Natura exigunt & requirunt, & quæ Nos faceremus seu facere possemus si personaliter ibidem præsentes essemus, etiamsi Mandatum exigerent quantumcumque speciale,

Prædictos, Reverendissimum in Christo Patrem *Henricum*, Venerabilem *Henricum*, Carissimos Consanguineos nostros *Ricardum* & *Thomam*, dilectus & fideles nostros *Johannem*, *Henricum*, *Walterum*, *Philippum*, *Roulandum*, *Johannem*, *Thomam*, *Willielmum*, & *Johannem*, xiv. vi. iv. aut tres eorum, nostros veros, legitimos, & indubitatos Procuratores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales Facimus, Ordinamus, Creamus, & Constituimus per præsentes,

Promittentes, in verbo Regio, Nos Ratum & Gratum perpetuis Temporibus habituros quicquid per Procuratores nostros prædictos xiv. vi. iv. seu Tres eorum Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum,

Ipsosque Procuratores, & Nuncios nostros, & eorum quemlibet, ab omni onere satisdandi expressè, Tenore Præsentium, Relevamus.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso in Exercitu nostro ante Civitatem Rothomagensem, Vicesimo Sexto Die Octobris, Anno Regni nostri Sexto.

STURGEON.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5 Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. fo. 13. A.

Instructio data & facta super Commissionibus præcedentibus.

INSTUCTIONS Yeven by the King to, the Right Worshipful Fadir in God, th'Archbishop of *Cauntirbury*, *Primat of all England, and Legat of the Apostolick See*, and to, the Worshipfull Fadir in God, the *Bishop of Chechestre*, and, to his Cousyns, Th'Erlys *of Warwic*, and *of Saresbury*, his trusti and welbeloved

RIGHT, and also the goode and gracious SPEDE that God of his Myght hath sent unto him, he is ay redy to entende to the TRETYE of the said REST and ACCORDE, and to accept all reasonable WEYES and MEANS that shall be offred him yerin: To opening of whiche WEYES and MEANSE, the King's Ambaxatour shal dryve him by all Motives and Reasons that they can make and fynde; and yeruppon abide till that oyir Partye open.

AND whanne they have opened, yf it so be that thay PROFRE the Duchie of Normandy, or any other thing, that the King hath now in his Handes, be it said to them, that the PROFRE is voide: For, freer yan that that God hath yeve the King this Day in his Handes, may noo Man yeeve him: And forasmuche be it desired of them that thecy wolde forber all such voide Offres, and only to profir him suche Things as he hath not in his Handes.

AND, yf thay PROFIR any thing less than is contened in the GREAT PEAS, Be it said unto them that, afore this Tyme, grettir PROFRES have be * made by Persones of notable Astate, havyng sufficieant Power, othir than the King's Ambaxatours felyn yet that thay have. * IX. 619.

AND, whan thay have PROFRED al that may be geten of hem, without speciale DEMANDS on the King's behalve, yt their PROFERS stretche to all that is contened in the GRET PEES or more, than mowe the King's Ambaxatours REHERSE unto them what hath be axed of thaire Partie lesse than the Corone of Fraunce herafor; *that is to say*,

The Soverayntee and Lordship of Tureyne, Anjoy, Mayn,

The Countrey and Th'Erldome of Flaundrys, with all that, that the King shuld have had betweene the Waters of Somme and of Gravelyng, of the whiche the King's Auncestres have be possesed;

AND be it AXED of them whether thay wol graunt it to the King; to the whiche be thay meoved by suche Resons, as the King's Ambaxatours yenken best.

AND, whan thay have dryve thaim to the utmost PROFIR that may be had of them in this wise, than be it AXED of them, how thay mow make the King sure of the PEES that thay PROFRE and DESIRE?

AND than be it SHEWED unto them, by the Resons that now be made therein, that, standing the Case as it is, it semyth that it is not in her Power to make the King sure of suche a PEES; the whiche Reson, as it semeth, shuld dryve them to fall to a TREWE.

AND, aftir it hath be clerely SHEWED them that thay ne mow make the King sure of the said PEES, beyng the Case as it is on her said, and that the King's Seurte to themward is both parfait and sufficeant; it may be said unto them, sith thay desire so much the REEST and FRENDSHIP to be had berween the King and her Lord, that thay came fro, and that the King is for his Partye wele disposed thereto, lat them se what othir WEY resonable thay can fynde thereto.

AND, yf so be that thay desire to have a PEES appointed, the whiche shuld be affirmed, engrossed, and put in Execution as soone as thay myghth come to sufficeant Power, and in the meane tyme a TREW with suche Landes as may be accorded betwen the King's Ambaxatours and them, the King wol that, if the PROFRIS, that thay make to have this PEES appointed by Gret and Notable and suche as the King wol agree to, that it be sayd unto them that thay be not in doute but that the King is fully disposed to have and appoint a PEES with their Partye, so that they make him PROFREES acceptables, and that therewith he sawe a sure Grounde to sett this PEES upon; neverthe-les, yf this PEES shuld be appointed, like as thay desire, the Matiere is soo greet and soo high of it self, the grettist that may be yrthly, that it fittith not, ne yet dar noo Persones, oleste than thay be inly nygh of the Kingis Blode, take upon them to appoint theryn; wherfor be it said, be the King's Ambassatours, unto them that they wol sende unto her Soverayn Lorde of thair PROFRES, and desire and wete ther upon his WILL.

AND, yf the Ambaxatours, for that othir Partye, open the WEY of a long TREWE, wele is: Els be it opened be the Kingis Partye (thay taking Occasion and Colour of openyng of this WEY, forasmuch as it was onys opened and entred at Wynchestre) in Processe of the whiche Wey, if Th'Ambaxatours of that othir Partye wold melde the Matier of Allyance with the Matier of the said TRUE, be it said unto them, puttyng them out of douet that they have full an sufficient Power of the King to Trete and Commune with them upon her Matier of ALLIANCE and to graunt them suche that by Resoune they shal be plesed and content;.

Ne-

the Tyme of this TREWE; and to suffir the Partie adverso to occupie as he doth: the which, it is noo doubte, the King wol not doo it in noo wise, olesse that thay doo soo to him therefor as he wol hold him content; an OYER, for ther Eise and the Seurete that thay shal have therby.

AND also, considering that that the KING allieth not with ther contrary Partye, that in such Case, as it semyth have more Power than thay; so doo, be they out of doute that the King, being now redy herewith his Host, wol dryve them ther to Joporde with them all on a day; trusting to Goddis Grace and his Mercy that, like as he hath begonne with him, he wol contynue in pursuyng of his Right.

AND, over thes, that the Kingis Ambaxatours make suche Motyves and Resons in thes Matiers, as God wol send to there Deserecions for the Tyme.

AND, yf it happen that the Partie adverse OFFRE to the KING all that is contened in the Gret PEES, with that Partie of Normandy that thay have in ther Hands, and the Countie of Perch, and thair Labour and Socour to help to gete to the King that Partie of Normandy that is occupied be the Burgoynes, with all the ROYALTEEZ and SOVERAYNTEEZ, and all other APPORTENANCES, longing thereto of olde Tyme, or els all that is abovesaid (save the Countye of Ponqif) the King wol that his Ambaxatours aske of them whan these Landes shal be delivered unto the King? and in what wise?

AND, aftir that thea have OPENED suche WEYES of Deliveraunce, lat the Kingis Ambaxatours IMPUGNE them in suche Wise as thaim think Resonable, and soo dryve them to fynding of the WEYES such as may be both sure and hasty; lating them WETE that, till that be doo, thay cannot fele that the King wol graunt them that they DESIRE.

The which WEYES Herd and Comuned, the KING wol be certified be his Ambaxatours; in the whiche Certification be it also Wist of the King, so be that his Ambaxatours shal appoint in the Tyme whom he wol have CONSERVATOURS for his partye.

AND, aftir that Appointment made in the Matier of TREWE, yf the said Ambaxatours descende to the TRETY of the Matier of ALLIANCE and Socours, be it asked of that other Partie, what Socours thay wold desire, personell, Socours of the King? Be it aunswered unto them, that their Desire is discrete; and of the most notable Socours that may be had, and moost likly with long delaye to set them in Reste; Nevertheles, to bynde the KINGIS Persone in especial, thay dar nought, ne ought not take uppon them:

But, yit suche thinges myght they Offre to the King, over that that thay have Offred him afore, that thay wol take upon them to TRETE with them, and graunt them a Socours of a Royal Power, havying therof the Capitaine noo lesse Persone than oon of notable Estate of the Kingis Blod.

And thereuppon, be it enquired of them ayens, whom thay desire thees Socours? and of the Manner and of the Tyme? and of all other Circumstances thereof; and whan it shuld bigynne and ende? and what they wold doo to the King, over that thay have profred afore, if it so be that the King wol grant them that Socours? Considering how gret a thyng it is, and how greet Coost it wold draw to, and the grete Profite and Seurtye shuld fall to them thereby.

AND, yf thay desire a lesse Socours than is said above, be it said unto them, that, forasmuche as the Maner of Werreying of Fraunce hath be wont to have long Tarryng and Delayes (the whiche the Kingis entent is to eschew, as them ought also, by Resoune, as nowe for Mony Skilles) therefore it is the Kingis Will, yf he shall any Socours Graunt them, to Graunt them suche as shuld sonest sett both them, and thaim, and the both Reaums in Quiete and Reste.

AND, yf soo be that thay desire thes Socours in especiall ayens the Duc of Borgoigne, and with that make difficult in grauntyng eny more than thay dave doo before, be they moved to consider the gret Profitt that they be like to have by these Socours, and
* IX. 631. by * the Destruction of ther Enemys; whiche Profitt is more than thay have profred to the King above: Wherthrow it shall wel mow be that the King have othir Landes than thay have proffred afor, without eny grett Charge to them; the whiche as it semyth them ought not by reason to refuse, yf them luste to have the Kingis Frendship and Socours.

AND, yf soo be that that othir Partie, after thees Motyves a-

Circumstances and Tyding that fallen therin or otherwise.

Yeven under the Kingis Grett Seale, his Pryve Seall, and his Signett, in his *Hooste afore Roane*, the xxvi. Day of October the Yere of his Regne the sixte.

Litera ad Regem ab Adversario Franciæ.

A Haut & Puissent Prince, *Henry Roy d'Engleterre*, nostre Cousin & adversary, *Charlez*, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, Esprit & Desire de Paix. Ann. D. 1418. *An.* 6. *H.* 5. *Tiberius. B.* 6. *fol.* 29. *A.*

HAUT ET PUISSANT PRINCE, NOSTRE COUSIN ET ADVERSARY,

Nous avons veu certaines Lettres Closecz, donnees le xxvi. Jour d'Octobre derreine passe, que envoices avez a, nostre treschiere & tresame Cousin, *le Duc de Bourgoine*, per, nostre ame & feal Chivaler Conseilleer & Chambellain, *le Sire de Camp divers*,

Esquelles entre autres Chosez, estoit contenu que, se Nous envoyons aucunz de noz Genz pour traictier Peax entre les deux Royaumes, de les orriez, & feriez oir, &c, a la Grace de nostre Seigneur, entenderiez toutes Chosez Raisonnablez & effectuellez, & qui pouront tourner a l'onneur & plaisir de Dieu & au Bien de toute la Christianite.

Et pour ce Nous, qui tous jours avons desire, & desirons de tout nostre cuer, de parvenir au dit Bien, a fin que a Nous ne teigne que bonne Peax ne soit, avons concluds d'envoier par devers vous, ou voz Commis, noz amez & feaulx Conseillers, *lez Evecques de Beauvais* & *d'Arras*, Maistre *Philip de Norvillier* Primier President nostre Parlement, le dit *Seigneur de Champ divers*, *Regnault de Sollevillle* nostre Chivaler & Chamberlain, Maistre *Thierre le Roy* Maystres dez Requestez de nostre Hostel, *Michael de Laillier*, *Eduart Rousseau*, Bourgois de Paris, &, nostre Ame & feal Secretarie, Magister *Band dez Border*.

Si vous prions que, pour lez dessus diz, vous nous vuelliez envoier bon & loial Saufconduit, jusques au Nombre de iic. Persoins & iic. Chyvaulx, ou a dessoubz (le dit Saufconduit durant pour tout ce Moys de Novembre) selon la contenu de certain Copie que le Roy d'Armes d'Artois vous porte.

Donne *a Paris* le Primier Jour de Novembre.

CHARLEZ.

BORDEZ.

---

* *Pro Ambassiatoribus Franciæ.* * IX. 632.

REX, Universis & singulis Capitaneis, Castellanis, & eorum locatenentibus, ac aliis Officiariis, &c. ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1418. *An.* 6. *H.* 5. *Norm.* 6. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 7.

Sciatis quod,

Ad Laudem & Honorem Dei & evitationem effusionis Sanguinis Christiani, ac Malorum quamplurium, quæ compendiosa nequeunt narratione comprehendi, necnon ad specialem rogatum Consanguinei & Adversarii nostri Franciæ,

Qui etiam, ut asserit, ad Laudem & Honorem Dei, & totius Christianitatis bonum, nobiscum, seu nostris Commissariis, per certos Ambassiatores suos, ob Bonum Pacis tractare & communicare desiderat,

Suscepimus, Venerabiles Patres, *Episcopos de Beauvais* & *d'Arras*, Magistrum *Philippum de Morvillier*, *Reginaldum de Follevillle* Camerarium dicti *Adversarii nostri*, Magistrum *Thierry le Roy*, *Michaelem de Laillier*, *Everardum de Rousseau* Burgensem Parisius, & Magistrum *Baude les Bordes* Secretarium Adversarii nostri prædicti, Ambassiatores, Commissarios, & Nuncios speciales ipsius Adversarii nostri in hac parte, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, pro veniendo usque, & non in Villam nostram de Loviers, cum Ducentis personis in comitiva sua vel infra, Armatis vel non Armatis, & in dictam Villam nostram, cum Sexaginta Personis tantùm, & non pluribus, ac Equis, Bonis, Rebus, Jocalibus, Libris, Literis, Catallis, & Hernesiis

Quódque ipsi nullum Castrorum seu Villarum nostrarum firmatarum, absque speciali Licentia Capitaneorum eorundem, intrent quovis modo.

In cujus, &c. usque Primum Diem Decembris proximo futurum exclusivè duraturas.

Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagensem* quinto Die Novembris.

Per ipsum Regem.

Actorum, in Tractatibus cum Dauphino, Alenconii habitis, Diarium.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ex antiquo Cod. M. S. Infra Bibl. Asmol. Oxon. f. 789. ANNO ab Incarnatione Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo Octavo, & Regni Regis *Henrici*, *quinti post Conquestum*, *Angliæ* sexto, decimo die Mensis Novembris,

Infra Villam Alenconii convenerunt Nobiles & Egregii,

Dominus *Thomas Comes Saresboriæ*, *Johannes Dominus de Grey*, *Walterus Hungerford* Seneschallus Hospitii Regis, Magister *Philippus Morgan* Cancellarius Normanniæ, *Roulandus Leyntale*, *Willielmus Alington*, & Magister *Johannes Stokes* Legum Doctor, Ambassiatores & Nuncii, excellentissimi Principis, Domini *Henrici Regis Angliæ & Franciæ*, &c. pro parte sua,

Et Reverendissimus Pater Dominus *Johannes Archiepiscopus Senonensis*, * Dominus *Ludovicus de Chalons Comes de Tonere*, *Robertus de Braquemont* Admirallus Franciæ Miles, Magister *Johannes de Vaily* Præsidens in Parliamento, *Johannes Tuderti* Decanus Parisiensis, & *Johannes de Villebresme* Secretarius, Ambassiatores & Nuncii, Illustris Principis, Domini *Dalphini de Vienna*, Regentis Franciæ ut dicitur, pro parte sua, * IX. 633.

De & super Pace finali, inter Duo Franciæ & Angliæ inclita Regna, Deo propicio, habendâ, Tractaturi,

Ac, sedentibus illis in quadam Camera ibidem, tenuerunt omnes silentium per spatium aliquod; & quælibet Pars alteri imponebat ad PRIMO ostendendum Causam seu Causas Conventionis eorumdem.

Tandem Magister *Philippus Morgan*, habens organum vocis Ambassiatorum Regis Angliæ, de eorum Consensu, taliter Ambassiatoribus pro parte altera affatus est;

Reverendissime Pater, & *Vos Nobilis Domine Comes*, ac *cæteri præstantissimi Domini*,

Vestris Reverentiis fore incognitum Domini mei, hic præsentes, non arbitrantur quomodo, inclitus Dominus vester, *Dominus Dalphinus de Vienna* (a quo venistis) nuper misit certos suos Nuncios metuendissimo *Domino nostro Regi*, supplicando eidem quatinus dignaretur *sua Serenitas* Ambassiatores suos, sufficienter instructos, ad aliquem Locum congruum, pro Tractatu Pacis, habendo inter ipsum & præfatum Consanguineum suum *Dalphinum* destinare:

Idem quòd Christianissimus Dominus noster,

Ob Reverentiam Dei Auctoris Pacis, ac Bonum commune utriusque Regnorum suorum, Sanguinisque Christiani effusionem, necnon alia Dampna irreparabilia, quæ diræ Guerrarum Voragines verisimiliter sunt inducturæ, evitanda, suis Petitionibus benevole inclinatus,

Nobilem & Potentem Dominum meum, *Comitem Saresburiensem*, suum Consanguineum, hic præsentem, ac, Dominos meos, *Dominum de Grey*, necnon suum Magnum Seneschallum Hospitii, cæterosque meos Dominos & Magistros hic præsentes, & *Me*, suos Ambassiatores, Nuncios, & Commissarios *destinavit*, ad Audiendum ea quæ Vos, Reverendissime Pater, ac cæteri Domini Collegæ vestri, pro parte præfati incliti Domini vestri duxeritis aperienda in hac parte, necnon ad ulterius procedendum in Materia Principali, cum omnibus suis incidentibus, dependentibus, & connexis, prout justum fuerit & consonum rationi;

Unde peto, Nomine Dominorum meorum, a *vestris Nobilitatibus* ut Causam Adventûs vestri, ac Intentionem illustris vestri Domini, quam habet ad Pacem, cæteraque quæ vobis visa sunt ad hanc Pacem effectualiter inducendam oportuna, Dominis meis hic præsentibus intimetis.

Quibus dictis, Ambaxiatores Domini Dalphini traxerunt se ad Partem, & habitâ inter eos Communicatione separatâ, redierunt.

Et, post magnas Altercationes, hinc inde pro tunc habitas,

An (videlicet) deberent ipsi Sermonem proferre in Linguâ eorum vulgari? an in Linguâ communi Latinâ?

Reverendissime Pater, & vos, *Domini mei Ambassiatores*,

Magnificus *Dominus meus hic Comes*, *&c ut supra*, effectum vestræ Commissionis Tria in se continentem perceperunt,

PRIMO, quemdam Locum Conventionum:

SECUNDO, de declarando intentionem quam habet Dominus vester, a quo venistis, ad Pacem:

* TERTIO, ad Tractandum, Communicandum, & Concludendum super hujusmodi Pace, & ejus dependentiis, *&c.* * IX. 634.

Quantum ad PRIMUM, videtis, *Reverende Pater*, *&c. ut supra*, quomodo (Deo laudes) completum est:

Unde Petunt *Domini mei* quatenus dignarentur *vestræ Nobilitates* descendere ad SECUNDUM; videlicet, ad declarandum intentionem Domini vestri quam habet ad Pacem, necnon ad aperiendum vias & media quibus commode poterit perveniri ad eandem; sciendes quòd per metuendissimum *Dominum nostrum Regem* non stabit (quoniam Pacem hujusmodi, diu desideratam, cum bonis Mediis acceptabit) ita quòd vos, pro parte vestra ea taliter faciatis, unde meritò valeat & debeat contentari.

Super qua Materia Ambaxiatores *Domini Dalphini*, usque in crastinum ad viii. horam, voluerunt deliberare, ad dandum tunc eorum Responsum super eadem,

Et sic discesserunt ambæ Partes pro illo die.

Quo die crastino adveniente, Partes prædictæ, in Loco ubi prius, convenerunt; & per magnum temporis intervallum sedebant sine loquela; Demum præfatus Magister *Philippus Morgan* primò eosdem Ambaxiatores alloquebatur;

Declarando eis, in effectu, ea quæ prius Nocte proximò præterita declarabat, quomodo (viz.) Commissio eorum Tria continebat; petendo quòd, ex quo perventum est ad Conclusionem partis primæ, quatenus dignarentur intrare Vias & Media, quibus possit perveniri ad secundam; addendo quòd (quia eorum *Dominus Dalphinus*, per Nuncios suos, penes Serenissimum *Dominum Regem*, pro hujus Pacis Tractatu, institit) conveniens erat & consonum rationi, quòd ipsi aperirent Media perveniendi ad hanc Pacem.

Quibus dictis, iidem Ambassiatores *Dalphini* traxerunt se ad partem, &, habito ibidem Colloquio, redierunt;

Recitantes, in eorum vulgari, Proposita per Magistrum *Philippum*; dicente *Archiepiscopo* quòd, quoad Instantiam talem, factam per eorum Dominum *Dalphinum* ad Pacem captandam, fuit & est iis incognitum; sed quia audierunt quòd Dominus *Rex Angliæ* fuit bene dispositus ad Tractandum de Pace (Prout etiam erat eorum Domino *Dalphino* datum intelligi) ob hanc causam ad Pacem consequendam missi sunt: Quare petebant ipsi quòd Ambassiatores Regis (quia prætendebant quòd eorum erat petere) aperirent.

Unde oriebatur Dissensio subsequenter, quia nolebant ipsi loqui in indifferenti Linguâ Latinâ.

Quo facto Domini Ambassiatores Regis retraxerunt se ad partem, &, habitâ aliquali Deliberatione, sunt reversi,

Et Recitavit Magister *Philippus*, sub compendio, proloquta per Dominum *Archiepiscopum*: &, replicando, affirmavit quòd, ad instantem Petitionem eorum Domini *Dalphini*, Serenissimus *Dominus Rex* inclinatus, misit Dominos suos, ibidem præsentes suos Ambassiatores, ad Tractandum de Pace, ut prædixit: an sciebant tamen Ambassiatores *Dalphini* ipsum fecisse tantam Instantiam, hoc ignorârunt ipsi; Ita tamen se habuit & habet veritas.

Et sic, super ista habitâ aliquali Altercatione, petebant Ambassiatores *Dalphini* quòd, omissis rebus particularibus, consensu eorum mutuo, descenderetur ad Materiam principalem.

Unde subsequenter respondebat Magister *Philippus*, primo PROTESTANDO in effectu ut sequitur.

Nos, hic præsentes, per metuendissimum Dominum nostrum *Regem* missi, Primò & ante omnia, publicè & solemniter Protestamur quòd, si contingat Nos, vel aliquem nostrûm, durante præsenti Tractatu aliqua proponere, dicere, seu scribere, generaliter vel particulariter, quæ, aliquo exquisito Colore, directè vel indirectè, Jura metuendissimi Domini nostri *Regis* possent

... Altercationibus, condescendit Pars *Dalphini* (novâ Protestatione præhabitâ) pro Bono Pacis & Negotii, de quo agitur, ut asseruit, inducendo, aperire & offerre Regi Dominia & Castra, conscripta ibidem in Scedula, ut hic apparet.

La Cite & Chastel de Xaintes, & tout la Terre & Paiis de Xaintonge per dela la Charant:
La Cite & Chastel d'Agen, & la Terre & le Paiis d'Agenoiz:
La Cite, le Chastel, & tout la Contre de Perregort, & la Terre & le Paiis de Perregeux:
La Cite & Chastel de Lmoges, & la Terre & le Paiis de Lymosin:
La Cite & le Chastel de Caours, & la Terre & le Paiis de Caoursin:
La Cite, le Chastel, & la Terre de Tarbe:
La Terre, le Paiis, & le Conte de Bigorre:
Le Conte, la Terre, & le Paiis de Gaure:
La Citee & le Chastel d'Angelesme, la Contre, la Terre, & le Paiis d'Angolemois:
La Cite, Paiis, & le Chastel de Rodes:
La Contre & Paiis de Rovergue, Avecques les Cites, Chasteaux, Paiis, & Terres que ils tiennent de Pictieu en Paiis de Guienne.
La Conte de Poiteu:
Le Chastel & Ville de Calais:
Le Chastel, la Ville & Seigniorie de Merque;
Les Villes, Chasteaux, & Seigniories de Sangate, Hames, Wales, & Caye:
Le Chastel, Ville, & le Conte de Guynes, avec ce qu'ils tiennent de Pictieu en dit Paiis;
C'estassavoir, CE QU'EST EN FIEF EN FIEF, ET CE QU'EST EN DEMAIN EN DEMAIN.

Quo facto Partes discesserunt, post Prandium horâ Tertiâ reversuri.

Ubi Recitabant Ambassiatores *Regis* quòd Oblata per Partem adversam Duo in se de Facto Continebant,

PRIMUM Continebat Dominia & Castra quæ non sunt adhuc in manu Regis,

SECUNDUM Continebat certa Dominia & Castra per Dominum Regem jam Possessa, &c.

Et, quantum ad PRIMUM, Replicabant quòd illa erat omnimodo insufficiens, non acceptanda, quia longè major OBLATIO facta fuerat per Viros magni status & notabilis, habentes sufficientiorem ab ipsorum Domino supremo prætenso *Potestatem* quàm credebant ipsos habere de præsenti.

AD SECUNDUM dicebatur, quòd illa OBLATIO erat inanis & vacua (*scilicet*) dare Regi quod suum est; quia quod suum est amplius ejus de Jure fieri non potest.

Quare petebatur quòd dignaretur Pars adversa ab hujus vacuis Oblationibus se abstinere, & solùm *Regi* offerre talia quæ non possidet aut habet in sua Manu.

Quibus Impugnationibus per Ambassiatores *Dalphini* auditis & intellectis nitebantur ipsi eorum OBLATA magnificare; inter cætera asserentes quòd magis continebant quam Regnum Arragoniæ aut Navarræ.

Ad SECUNDUM Respondebant quòd offerebant Possessa per Regem ad evitandum omnem scrupulum & remorsum Conscientiæ suæ, quem habere debet in ea parte.

Quibus replicârunt Ambassiatores *Regis*, dicentes quòd, si prima Pars OBLATIONIS eorum magis aut minus continebat quam Regnum Arragoniæ aut Navarræ, hoc nesciverunt ipsi; sed hoc sciverunt, quòd, faciendo Comparationem ad Regnum Franciæ cum Pertinentiis, omnino erat modica & insufficiens.

* IX. 636. * Et quoad Secundam partem, voluerunt ipsos, pro Parte adversa, scire quod non petebant, nec petent, ab adversa Parte Justificationem aliquam seu Serenationem Conscientiæ *Regis*, cum ipse fuerit & erit verus & legitimus Hæres indubitatus ejusdem, secundum quod Nobiles sui Progenitores fuerunt suis temporibus successivis.

Quare petebant quòd, cum Nox haberet Consilium, placeret se melius avisare, & erga diem Crastinam, ad horam Tandem, mutuo consensu Partium, in hora consueta post Meridiem convenerunt; ubi, habitis, ut prius, magnis Altercationibus (videlicet, quæ Pars primò aperiret) tandem, inter cætera, dicebant Ambassiatores *Dalphini* quòd hucusque in omnibus communibus Tractatibus Consimilibus solebat semper, pro modo & forma, observari quòd, postquam Pars una aperuit, subsequenter deberet & altera aperire, & quòd, ita aperiret una Pars sicut alia, Ordo rationis expostulat & modus etiam antiquitùs procedendi.

Cui responderunt Ambassiatores *Regis*, quòd, quantum ad illam OBLATIONEM (si dici debeat OBLATIO) per illos factam, illam reputabunt ipsi omnino vacuam, inanem, & quasi nullam, consideratis omnibus prout de Jure debeant considerati,

Quare petebant ab eis, quatenus Dignaretur Vias & Media aperire rationabilia, quæ ad hanc Pacem inducenda valere queant, scientes quòd, facto illo, parati erant ipsi talem modum in Procedendo observare, unde merito debeant contentari:

Et sic, hiis & aliis Suasionibus & Argumentis, Diem sine fructu ulteriori ad Noctem deduxerunt, in Octavam horam diei sequentis conventuri.

Quâ horâ conventi in Loco solito, post silentium tentum, ut solebant, qualibet Pars alteri, ut Vias Pacis aperiret, imponebat;

Tandem, post multa in hac re reciproca Argumenta, Dominus *Archiepiscopus*, pro Parte *Dalphini*, dicebat,

Dominus Comes Sarum & *vos cæteri Domini*, quia videmus vos nullo modo Vias Pacis velle aperire, non advertentes quòd Nos, pro parte nostra, primò & ultimò aperuimus & fecimus debitum nostrum, Miramur valdè; nam sic non solet perverti debitus Ordo & Forma Tractandi: verumtamen nos (qui supra omnia Pacem desideramus, & ad effectum quod per Partem nostram non stabit quin fiet Pax firma & indubitata) volumus iterato alias Vias Pacis & Media aperire, de quibus non hæsitamus vos meritò contentari; ita tamen quòd, ante omnia, vos Dicatis, an Illustrissimus Dominus *Rex* vester sic se proposuerit, aut voluerit cum Domino nostro *Dalphino* alligare, & adjuvare ipsum ad Debellandum & Puniendum Inimicos suos, & adversarios, & Rebelles in Regno Franciæ?

Ad quod Domini Ambassiatores *Regis* (habito prius inter se Colloquio separato) dixerunt, allegando per rationes quòd respondere ad præmissa esset pervertere Ordinem Processûs & Modum procedendi: quæ cùm fuerant in se duæ materiæ multùm diversæ, & propterea petebant quòd ad Materiam Principalem Pacis (ut alias dicebant) primò & ante omnia dignarentur intendere, quasi ad Fundamentum super quo omnes cæteræ debeant ædificari; & sic suas OBLATIONES augmentare, ut, secundum Ordinem, ad ulteriora valeant procedere, ut affectant, prout visum erat partibus opportunum.

* Quo audito, Pars altera ulterius offerre aut procedere difficultavit, desiderans ante omnia Responsum congruum ad Quæsita. * IX. 637.

Ac demum Magister *Philippus* posuit eos in bona spe & extra omnem dubitationem, quod *Dominus suus Comes* & *cæteri Domini sui* sunt plenè & sufficienter dispositi & inducti ad tractandum, Communicandum, & Concludendum super Petitis ab eisdem, secundum Ordinem tamen, & pro loco & tempore opportunis; dum tamen talia *Domino Regi* propterea offerantur, de quibus valeat & debeat contentari.

Quibus auditis gaudenter, ut apparuit, per Partem adversam, idem *Reverendissimus Pater* petebat ab *Ambassiatoribus Regis* dari Securitatem quòd ea, quæ diceret, servarentur in secretis.

Quâ Securitate promissâ, protestabatur in effectu ut prius, & ultra quòd solùm propter sinceram Affectionem, quam habet eorum *Dominus Dalphinus* ad *Regem*, & suam piam intentionem, quam habet ad Pacem (non obstante, quòd ante OBLATA per ipsum sunt grandia & magna satis) voluit SECUNDO aperire & offerre Regi ultra Contenta in Scedulâ per ipsum prius traditâ; videlicet, *totam illam Partem Normanniæ quæ est situata ultra Flumen Secanæ; Civitate Rothomagensi & ejus Vicecomitatu duntaxat exceptis:*

Et

insufficientem, habita deliberatione inter *Ambassiatores Regis*, diversis & vivacibus Rationibus, fuit Replicatum; & sic tandem (post diversas in ea parte Controversias, Responsiones, & Argumenta) discesserunt.

Subsequenti verò Die Mercurii proximo Horâ Octavâ, in Loco solito convenerunt; ubi, post alia, *Dominus Archiepiscopus* in hunc modum Ambassiatores Regis affatus est,

Dominus Comes Sarum, & vos Domini,

Vos in memoria satis habere non dubitamus illas magnas *Aperturas* & OBLATIONES, aliàs per Nos Domino vestro supremo factas pro Bono Pacis; &, eo non obstante quòd sunt magna & maxima, quæ unquam ante hæc tempora pro parte nostra fuerunt facta, Vos tamen ad ea adquiescere nec ea admittere non curatis; sed penitùs (de quo mirari cogimur) recusatis: dicentes quòd majora fuerunt vobis aliàs pro parte nostra Oblata; quod minimè fieri credimus nec verisimile esse fatemur.

Et semper pro vobis Allegatis contenta in magna Pace; & tamen pro Parte vestra nichil vultis aperire; talem Ordinem procedendi non vidimus usque modo.

Sed, quia per Nos, nec per Partem nostram, non stabit quin Pax ista ad finem deduceretur efficacem,

Illa Protestatione, aliàs per me propositâ, stante in suo robore & effectu, & etiam protestando quod dicenda per modo nunquam, futuris temporibus, Allegentur contra Partem nostram in exemplum, sed, si Pax non sequatur, sint quasi non Dicta nec Cogitata,

Vobis OFFERIMUS, *ultra* OBLATA *in prima Apertura, omnes Terras contentas in magna Pace; exceptis illis Terris & Dominiis citra flumen de Charent & Comitatum Pictaviæ; &, loco eorum, habebitis, ad valorem eorumdem, de Terris & Dominiis infra Ducatum Normanniæ.*

Et quia ista in sua Lingua vulgari, non clarè sed aliqualiter diffusè, proferebat, tum Recitavit Magister *Philippus*, &, an contenta in magna Pace Obtulit, Quæsivit? *Archiepiscopus* Respondebat, quòd sic.

* IX. 638. * Et sic tandem eidem Supplicavit quatenus omnia ista sua Dignaretur *Paternitas*, in Scriptis, post Prandium Parti eorum mittere; quod ipse annuit,

Et, post ea, recesserunt; & post Prandium, ferè ad Noctem, eis ista subscripta, per *Vellebresme* Secretarium, transmiserunt in quadam Cedula, sic continente,

TIERCIE OUVERTURE, *les Terres contenues en la* PRIMIERE OUVERTURE, *avecques la Ville de Monstrel & ses appartenances, & toutes les aultres Terres declarees en Traictie fait l'An Mille, CCC. Seizante; excepte la Ville de la Rochel.*

Le Pais de Xainctonge, qui est par deca la Charant:

Les Cite, Chastel, & Conte de Poittiers, & tout la Terre & le Pais de Poitou, comprinse einz les Fiefs de Touarres & de Belleville:

Et, en oultre, en delaissera autant en Valeur de Terres en la Duchie de Normandie, come montent les dictes Cite, Chastel, & Conte de Poittiers:

Et tout la Terre & Paiis de Poictou, comprinse eins les Fiefs de Touare & Belleville,

La Ville de la Rochelle, & les Pais de Xantonge, estant par deca le Charant comme dit est;

C'estassavoir; CE QU'EST EN FIEF EN FIEF, ET CE QU'EST EN DEMAIN EN DEMAIN.

Et postea verò præfati Ambassiatores, die proximè sequenti, post Prandium, convenerunt.

Et PRIMO Magister *Philippus* Parti adversæ intimavit, quod Domini sui ibidem benè viderunt & intellexerunt Contenta in Cedulâ eis missâ: quæ, ut eis apparet, longè discrepat ab eorum dictis Ore die præcedenti: & sibi, per Extensum, declaravit in quibus eis apparuit: nam, ut asseruit, Domini sui non intelligunt quid ipsi vellent Innuere per illos Terminos *omnes Terras contentas*, &c.

Quare quæsivit planè iteratò, an ipsi innuunt (ut aliàs promittebant) offerre omnia contenta in magna Pace?

Et ulteriùs, quantum ad hujusmodi Recompensationes, per ipsos motas, non percipiebant Domini sui, quum ipsi eligebant optimum, & dabant eis *pessimum* & vastata utriusque Ducatûs; ac si quis, dividendo Ovum, caperet sibi Vitellum, Socio relinquendo Testam vel Albumen; nam quid innuebant, sic dividendo Ducatum novit ille, ut asseruit, qui nichil ignorat, quia non percipiebant

Quæsivit ab ipso, qualiter vellet quia *Rex* TENERET istas Terras? qui Respondit quod TENERET effectualiter,

At, ille *Philippus*, scis quod effectualiter, nam sic TENET Vasallus; sed nunquid Innuitis vos quod *Rex* TENEBIT illas Terras, sic oblatas, ut Vicinus, vel qualiter? & *Archiepiscopus* Respondit, gravis est ista Quæstio; propterea petimus Deliberationem in Crastinum ad Horam consuetam Conveniendi.

Quâ horâ adveniente Convenerunt; &, sedentibus illis, Incepit *Archiepiscopus* Recitare ea quæ per Magistrum *Philippum* fuerant præterita ante dicta;

Et, quantum ad Quæstionem prædictam, Respondit, quod videbatur eis magis expediens & necessarium prius de aliis pertractare (quæ secundum eos fuerunt multæ & variæ) antequam descenderetur ad tam arduam Quæstionem altam satis:

Et ultra asseruit quod quia firmiter tenebatur *Regem Angliæ* Dominum in se ita justum & bonæ opinionis & conscientiæ, quod aliter, quam sui Nobiles Prædecessores illas Terras TENEBANT, nec ipse vult nec affectat TENERE; &, quod consimiliter & eodem modo * ipsas teneret ipse, ipsi pro tunc finaliter Responderunt. * IX. 639.

Cui per dictum Magistrum *Philippum*, Replicabatur, dicendo quod aliter TENERET ipse de Jure, & aliter sui Prædecessores; nam ipse habet *Jus indubitatum* ad *Coronam* & *Regnum Franciæ*; & ita non habuerunt omnes sui Prædecessores.

Et, quoad hoc, insuper eis Declaravit quod, antequam metuendissimus eorum *Dominus Rex* descendit in Ducatum suum Normanniæ, intentionem suam in ea parte Dominis *Archiepiscopis, Remensi*, & *Bituricensi, Domino de le Bret*, & *Comiti de Vendosme*, & aliis Franciæ Ambassiatoribus, intimavit; prout quidam eorum bene noverunt, & etiam eadem dixit *Domino de Severac* & *Guitardo*, nuperimè in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagensem secum existentibus; ad effectum ut ipsi illud id, ante adventum vestrum huc, Domino vestro *Dalphino* notificarent,

Quare volumus vos poni extra omnem hæsitationem & firmiter teneatis (omnibus dubietate & quæstione semotis) quod invictissimus Dominus noster Rex, pro aliquibus Terris aut Dominiis, sibi in eventum restituendis seu liberandis, non vult recognoscere in Terris suum Superiorem, nec ea TENERE nisi de solo Deo; & propterea vos hortamur in Domino quatenus,

Attentis istis, & etiam quod *Rex* non vult aliqualiter recompensari de modò per ipsum habitis & possessis, secundum quod eis sæpe sæpius dicebat, & etiam quod, ut concredabatur, ipsi habent super istis de voluntate eorum Domini sufficientem & plenam instructionem, quod ipsi se expedirent & offerrent talia per quæ ista Pax valeat comprehendi.

Quibus dictis, Traxerunt se *Ambassiatores Dalphini* ad partem, & ista præloquuta, post eorum Reditum, breviter Archiepiscopus Recitavit; respondendo quod ista Materia, in qua versantur, est in se ita gravis & alta nimis, quod ipsi non audent nec possunt in ea aliquo modo loqui aut tractare, nec sciunt intentionem Domini sui in eodem, quomodocunque fuerit de aliis minoribus: Nichilominus tamen credebant, quod si *Rex Angliæ* & eorum Dominus possent in aliquo loco decenti convenire, cum eorum Consanguineis & Conciliis, quod tunc ipsi in hac Materia facerent Finem utrique Parti placabilem; quin, quantum ad ipsos, petierunt se excusari, quia in ista Materia noluerunt alia loqui aut tractare quam fecerant; quam quidem Conventionem, inter cætera, ut apparuit, instantiùs desiderant.

Et, his Dictis, *Ambassiatoribus Regis* tractis priùs ad partem, redeuntes dixerunt, Prælocuta per Partem adversam recitando, &, quoad hujusmodi Conventionem tantorum Principum, per eos desideratam, videbatur eis etiam fore expediens, præviis certis Mediis, & etiam pro Loco & Tempore opportunis; veruntamen, ut benè noverint, Materia ista Principalis Pacis nondum erat inter eos (qui sunt minores) Trita aut Digesta; ita quod Finis optatus inde sequi valebit; &, à multo majori, ad effectum quod tales Principes convenirent in eadem sine Præparatoriis, magis maturis quam sunt adhuc; propterea, ante omnia, videbatur eis quod ulterius ipsi, consensu mutuo, magis solidè & maturè digererent & appunctuarent istam Materiam, & antequam concludatur per eos super Majoribus, unde volunt quod Conventio Principum aut Majorum fiat in Dei Nomine, & quod ipsi concludant super appunctuatis nunc secundum quod eis visum fuerit tunc expedire; unde, sine aliis præviis, petebatur ab adversa Parte, quod, cum ipsi noverant ipsos cum eorum OBLATIS non contentari, quia invalida, quod, ea non cum Possessis à

Do-

ta coram eis legebantur, & sunt ista,

S'ensuiet certains OUVERTURES, *factes aux Ambaxiatours d'Angleterre, par* Monsieur de *Severac & Guitarde, &c.*

PREMIEREMENT, *pour le bien du Paix, qui Serra, se Dieu plese, entee le dit* Roy d'Angleterre *& son Cousin le* Daulphin de Viennois, *aura le dit Roy toutes les Terres contenues en la Grand Paix, fait l'An Mille, CCC. & Seixante; horspris les Terrees & Seignuories deca la Riviere de Charant:*

Et, avec ce, aura le dit Roy les Contees d'Artois & de Flandres; Issuit qu'il laisse le Duchie de Normandie.

ITEM, *s'ensuit* AULTRE OUVERTURE; *c'estassavoir,*

Que le Roy *aura le Duchie de Guienne, excepte tout ce qu'est deca la Riviere de Charant; pour la quelle Il aura autant, en Recompensacion de Terres à la Value, dedans la Duchie de Normandie: &, avec ce, aura le Contee de Flandres.*

ITEM, AULTRE OUVERTURE;

Que le Roy *aura le dit Duchie de Guienne par de la Charant, & Recompeuse tout au long par le Rivere de Somme, par la Sourvau de Trois ou Quatre Chivaliers de chescun Coustie pour celle Partie qu'est de ca Charant; &, avec ce, aura les Contees d'Artois & de Flandres.*

ITEM, *aultre;*

Que le Roy *aura le Duchie de Guienne de la Charant, & tout ce en la Duchie de Normandie qu'il a de present; en laissant les Contees d'Artois & de Flandres.*

ITEM, *aultre,*

Que le Roy *aura la Grant Paix, fait en Traictie l'An Mille, CCC Seixante.*

ITEM, *Ilz desirent, pour la greindre Bien qui pourra estre a cest Pees, la Convencon* du Roy d'Angleterre *& de son Cousin* le Daulphin, *& que pourrouent estre prinses Treues pour Deux Moys; pendans les quelles ce pourra estre fait.*

Postea verò, die Lunæ, proximè sequenti (videlicet) Vicesimo primo Die Novembris, prædictis Ambassiatoribus in loco solito comparentibus, præsentibus ibidem *Dominis de Severac* & *Guitard*, præfatus *Reverendissimus Pater* taliter *Ambassiatores Regis* affatus est,

Domine Comes Sarum, & vos cæteri Domini,

Adhærendo semper Protestationibus, aliàs per me factis (*quas tunc iterum publicè recitavit*) vestris Reverentiis fore notum non ambigimus de illis magnis Mediis & Aperturis quas Nos vobis fecimus ad istam Pacem inducendam; quæ licet de se sint magna, rationabilia, & plusquam rationabilia, tamen vos non estis ad ea aliquatenus inclinati, nec vultis aliquibus, ut apparet, satiari, & nichil vultis petere aut dicere pro parte vestra, per quæ via Pacis poterit aperiri, Nos temptantes Insidiatoris more, de quo miramur:

Verumtamen, quia ex latis præcordiis latisque desideriis nostri cordis vellemus quod omnino fieret ista Pax & non ficta, offerimus vobis pro eadem omnes Terras, contentas in magna Pace, si & quatenus Domino nostro (à quo venimus) placuerit in eventum; quæ, ut æstimamus, Oblata vos contentabunt, si unquam in hoc seculo volueritis contentari.

Quibus dictis *Ambassiatores Regis* appellaverunt *Severac & Guitard* ad partem, & eis Replicàrunt contra illos Terminos, *si & quatenus placeret eorum Domino*, & etiam contra illud quod Pars altera nolebat planè dicere *Nos offerimus omnia Contenta in magna Pace*,

Qui *Severac & Guitard* post Partem adversam de istis sunt alloquuti, ac redeuntes ad *Ambassiatores Regis*, dixerunt quod nullo modo poterat adversa Pars offerre Contenta in Magna Pace, quia
* IX. super hoc non habuerunt Instructionem; quia talia in illis verbis
641. erant contenta, super quibus nullus * auderet nec assumeret in se

quæ non; & quæ Conventioni Dominorum, in eventum fiendæ, videbantur eorum prudentiæ reservanda.

Cui *Ambassiatores Dalphini*, post alias Altercationes, super istis hinc inde habitas, dixerunt quòd vellent, post Prandium, videre Tractatum de Magna Pace, & super his in hora Tertia dare Responsum.

Quâ horâ adveniente, idem *Archiepiscopus* talem & tam duplicem dedit *Responsum*, Proloquuta per ipsum ultimò importans, ita quòd inde mirati sunt Ambassiatores Regis, qui quidem per hoc vellet innuere non perceperunt; quem iterum in lingua Latina recitare petierunt:

Et sic, post magnas Altercationes, tandem dicebat Pars adversa, quòd superioribus Resortum & Homagium meritò Conventioni reservari, & quòd cætera omnia, quæ tangunt Terras, deberent transire ut jam Oblata, & etiam quòd *Rex* haberet merum & mixtum Imperium, Advocationes Ecclesiarum, Boscos, Stagna, Piscarias, & hujusmodi, & generaliter omnia exceptis Proloquutis.

Et subsequenter quæsitum erat ab eis, incidenter per partem Regis quòd, in casu talis fieret Conventio ut affectant, an ipsi credunt quòd exinde sequeretur Concordia inter Dominos? attento quòd metuendissimus eorum *Dominus Rex* nunquam vult tenere Dominium aliquod, Magnum vel Minimum, de aliquo vivente, nisi de solo Deo, ut alias eis dixerunt, & est verissimum.

Qui *Ambassiatores Dalphini*, cum difficultate aliquali, Responderunt quòd benè credebant ipsi quòd, si convenirent Domini, sequeretur Pax & Fructus.

Postea verò præfatus Magister *Philippus*, adhærendo semper, ut publicè tunc asseruit, prævius Protestationibus suis factis (quarum effectum tunc protestando Recitavit) *Ambassiatoribus Partis adversæ* dicebat,

Reverendissime Pater, &c.

Ex quo vos de Dominis meis hic sæpe sæpius estis conquesti, quod ipsi, ut asseritis, adhuc aliqua noluerunt aperire, licet Vos, pro parte vestra, feceritis vestrum Debitum, & diversas Vias & Media aperuistis, quæ vos, ut maxima, adhuc statis justificantes; quanquam de se non sint talia, nec ita facta, ut de se digne valeant Afferre istam Pacem; nam Majora multum quam illa metuendissimo *Domino nostro* antea, ut alias diximus, Oblata erant, ante Descensum suum in Ducatum suum Normanniæ; & tamen adhuc non sequebatur Pax: & quòd non sit intentionis nostræ Minora unquam petere quam Coronam & Regnum Franciæ; fortassis tamen idem metuendissimus *Dominus noster*, pro Bono Pacis, Minoribus contentaretur: nichilominus, ante hæc tempora, in Tractatibus aperta fuit Via ad Pacem, & petita certa Dominia hic inferius conscripta (quæ ibi recitavit ore tenus) de quibus omnibus Nobiles Progenitores Serenissimi *Domini nostri* fuerunt pacifice Seisati & Possessi;

* Quare petimus quòd vos concedatis Domino nostro ista, * IX.
ultra Possessa, quæ jam habet, & etiam, ultra Oblata per 641.
vos facta.

Quæ Dominia ipsi pro parte altera petebant sibi dari in scriptis, quod fuerat incontinenti, in quadam Cedula, sub eo modo, qui sequitur, verborum.

APERTURA,

Ultra Possessa, Habita, & Oblata, Superioritates & Dominia Ducatum Turoniæ & Andegaviæ:

Comitatûs & Patria Flandriæ:

Comitatûs Senomanna:

Dominia & superioritates de Beaufort & Nogent, cum omni eorumdem Partium, &c.

Et sic recesserunt in Crastino conventuri.

Quo die post prandium convenerunt; &, recitatis ibidem per *Archiepiscopum* in longum omnibus illis Aperturis, prius per ipsos *Domino Regi* factis, & quomodo Pars Regis aperuit Viam quæ non est verisimilis istam Pacem inducere, petendo ut continetur

mirari, & pluſquam mirari, compelluntur Domini ſui, quare ſuper hujuſmodi ſic inſtant: Partem eorum ſemper Juſtificantes; Partem Regis ſic vituperando ſine cauſa; nam in *Apertura* priùs per ipſum facta, nichil ibi declarabat, niſi ea quæ Nobiles Progenitores *Regis* pacifice Jure hæreditario obtinebant; & propterea videbatur Dominis ſuis quòd altera Pars ipſos in multa patientia audiret, quem admodum ipſi audierunt ipſos irrationabilia offerentes; ſed non dubito quin ille juſtus Judex reſtituet unicuique Injuriato ſuum Jus.

Et conſequenter ſuper iſtis erat magna Controverſia; & poſtea ambæ Partes traxerunt ſe ad Partem, & cum *Ambaſſiatoribus Regis Dominus de Severac & Guitard*, quos ipſi fecerunt petere ab adverſa Parte Quæſtionem (viz.)

Quod, dato quòd ipſi *Ambaſſiatores Regis* vellent providere Parti Adverſæ de ſalvo Conductu, longioris Dati quam habent à *Domino Rege* de præſenti, nunquid ipſi vellent propterea magis efficaciter & effectualiter vacare ad iſtam Pacem inducendam?

Qui abeuntes, ad Partem alteram, poſt magnum ſpatium, ſunt reverſi, Reſpondentes quòd, ſine dubio, *Ambaſſiatores Dalphini* ad præſens plura non offerrent, quam ea quæ Regi antea obtulerunt; & quòd ad ulterius procedendum non habebant, ut aſſerunt, Poteſtatem; & etiam quòd dicunt quòd *Dominus Dalphinus* eis dedit in Mandatis, quod omninò, ante expirationem ſalvi conductus, quem jam habent, ei redirent.

Poſt hæc verò Ambaſſiatores utriuſque Partis redierunt ad Sedilia conſueta; quo facto *Magiſter Philippus* Partem alteram alloquebatur ſub his verbis,

Reverendiſſime Pater, &c.

Vos ſemper nitimini dicere, pro Parte veſtra, quòd Obtuliſtis Nobis magna & maxima pro iſtâ Pace: & quomodo eſt de veritate, novit ille qui nihil ignorat dixi vobis ſæpiùs, ſed non creditis; veruntamen, omiſſis iſtis, gratiâ Collationis, vellem petere a vobis Quæſtionem; ſi fortaſſis Dominus *noſter Rex* de Oblatis veſtris, modo ſibi factis, vellet contentari, quomodo & ſub qua forma poſſetis vos ipſum Aſſecurare de illis & de Pace?

Ad quòd *Archiepiſcopus*, poſt magnum ſpatium, reſpondebat quòd omnes Terræ, per ipſos Oblatæ, erant ad Gubernationem & ſub poteſtate *Domini* * *Dalphini*; ita quòd ipſe de eis omnibus liberè poteſt facere velle ſuum. * IX. 643.

Cui Magiſter *Philippus* Replicavit, attentâ Minori Ætate ſuâ, ita quòd jam facta per ipſum poteſt alias de jure revocare cum voluerit: & etiam quòd Pater ſuus vivit, qui ſcribit in Francia ſub ſuis propriis nomine & Sigillo, cui ſoli omnes obediunt de Facto: & etiam, dato quòd ipſe *Dalphinus* eſſet Locum tenens, ut prætendit, adhuc vivente Patre, ubi Tractatur de Liberatione ſeu Alienatione Terrarum, nihil poteſt de Jure facere, quum Poteſtatem ſive Officium Locumtenentis poteſt Pater ad placitum Revocare: & etiam quòd maxima pars Nobilium Franciæ favent Parti ſibi contrariæ, qui hujuſmodi Concordiam pro poſſe impedirent: & quòd, ut *Dalphinus*, modicum poſſit facere, quia Dalphinatus ſibi datur, aut ſuæ familiæ Suſtentationem, ita in tantum quòd, ſi ipſe decederet, non poteſt Uxor petere Dotem in Dalphinatu; quare videbatur eis quòd, niſi Pax iſta collocaretur ſuper ſtabilius Fundamentum & firmam Petram, incaſſum laborarent ipſi ulterius Communicando.

Ad quæ *Pars adverſa* Reſpondebat (fundantes ſe magis ſuper Factum, quam ſuper Jus) & dixerunt, inter cætera, quod eorum *Dominus Dalphinus* eſt ſufficientis Ætatis aſcendere ad Coronam, etſi Pater ſuus in craſtino decederet: & etiam quod eſt Filius unicus Patris ſui: & quòd omnia iſta OBLATA habet in Poteſtate ſua: ac etiam quòd omnes Nobiles Franciæ,

Recitando *Duces Andegaviæ*, *Aurelianenſem*, *Burbonii*, *Alenconiæ*, *Comites de Vendoſme*, *Armeniaci*, *Ducem Bavariæ*, Dominam *Duciſſam Vituricenſem*, *Reginam Siciliæ*, & plures alios nominatim & in ſpecie, & ferè omnes præter *Ducem Burgundiæ*,

Qui omnes, ut aſſeruerunt, obediunt *Domino ſuo Dalphino*, in indubie facta ſua confirmabunt: & etiam quòd ipſe Literis ſuis Promittit ea omnia fieri & confirmari; quare videbatur eis *Ambaſſiatores Regis*, de & ſuper hujuſmodi Securitate Oblatorum & Pacis, in nullo habere cauſam dubitandi;

Sed quare *Ambaſſiatores Regis* tantum ſuper his dubitarunt, aſſeruerunt ſe valde mirari, ex quo nolunt, ut dicunt, de aliquibus ſuis Oblatis contentari.

quæ amorem mutuum & Amicitias inducerent, ad Communicandum cum eis, mittere non recuſavit:

Non obſtante quòd hujuſmodi Amicitia, Tractatus Pacis, & Alligantiæ, ac in multo Majores Oblationes quam ſunt, ſuo Metuendiſſimo Domino eorum *Regi* per Partem eis adverſam fuerunt factæ, Ipſe tamen, ob ſingularem affectionem quam habet ad eorum *Dominum Dalphinum*, ea admittere renuit & recuſat; credens ipſum, ut ſibi fuerit relatum, fore ad Pacem non minoris deſiderii affectione inclinatum;

Cùm ergo per partem ipſorum, *Ambaſſiatores Regis*, nihil in hoc Tractatu reſtat fiendum, quin factum ſit, invocabant Celum, & Terram, & omnes Creaturas in Teſtimonium contra illos, quòd non ſtat nec ſtabit per ipſorum *Dominum Regem* & Partem ſuam quin fiet Pax firma in virtute; ita quòd *Pars adverſa* talia ſibi offerret unde meritò valeat contentari; quod ſi Mala vel Homicidia, ut eſt veriſimile, eveniant in futurum, in eorum Defectum ſibi facere Juſtitiam, minus juſtè eis illa cotam ſummo Judice imputabant, ut ipſi inde tunc in diſtricto examine reſponderent, & non ipſe, cum alias non poſſit ſibi Jus ſuum adquirere niſi Vi armata, unde dolet;

Quare ergo *Partem Dalphini* requirebant, per viſcera Jeſus Chriſti, quòd, ſi ulterius in Materia iſta Pacis procedere non curârunt, ſaltem in aliis * communicarent & tractarent, ſi & quatenus ad id habeant Poteſtatem. * IX. 644.

Ad quod *Archiepiſcopus* Reſpondebat quòd habebant ad Alia etiam ſufficientem Poteſtatem, & quòd bonum videbatur eis tractare de Approximatione Parentelæ, inter *Dominum Regem Angliæ* & inclitam Puellam *Dominam Katerinam*, Filiam Domini eorum Superioris *Regis Franciæ*; verumtamen, ex quo *Ambaſſiatores Regis* Vias inductivas ad Pacem non aperiebant, in vacuum laborarent Tractando de Aliis, Pace non præhabitâ & firmatâ: &, quia non reſtant Sex dies, quin eorum Salvus conductus finem caperet, & quòd habuerunt in Mandatis redire *ad Delphinum* antequam dictus Salvus conductus exſpiraret, non videbatur eis ulterius in hoc Tractatu immorandum; cum ipſi ulterius neſciebant aperire quam fecerunt.

Et ſic, ſuper iſtis habitis aliquibus Controverſiis,

Ipſis, pro *Parte Dalphini*, Quærentibus, ut apparuit, Subterfugia & Dilationes,

Et illis, pro *Parte Regis*, ipſos ad ulterius Procedendum, in aliquibus Materiarum prædictarum, viis poſſibilibus & motivis, inducentibus,

Nullâ dictarum Partium ulterius aperire curante, receſſerunt, die craſtino conventuri.

Quo die Horâ Octavâ præfatis Ambaſſiatoribus in Loco ſolito comparentibus ac ſedentibus, diu ſine loquela, qualibet Parte alteri ad ulterius aperiendum imponente, Magiſter *Philippus Ambaſſiatores Dalphini* taliter affatus eſt,

Reverendiſſime Pater, &c.

De illa pura Chriſtianiſſima & interna Intentione, quam ſemper habuit & habet *Sereniſſimus Dominus noſter* ad Pacem, & ſpecialem Affectionem quam, hucuſque habuit erga Perſonam conſanguinei ſui *Domini veſtri*, Nos mittentes, vobis ſæpe ſæpiùs per antea declaravimus ut noviſtis; & quomodo vos ad illum & iſtam Pacem (quam proſequimur) eſtis diſpoſiti, ipſa, vera Magiſtra, efficax Experientia docet: Dicitis Ore vos eſſe ad Pacem benè diſpoſitos; ſed quomodo hoc Factis oſtenditis benè percepimus per Geſta veſtra.

Non dubitetis quin Oblata veſtra, quæ vos Magna & Maxima prædicatis, & quæ vos non præterire aſſeritis, *Domino noſtro*, ante Deſcenſum ſuum in Ducatum ſuum Normanniæ (& benè noverint aliqui veſtrûm) fuerant facta: ſtetiſtis hic Nos temptantes per ſpatium Dierum xv. dicentes Pacem volumus, ſed quomodo Pacem Procuraſtis novit ille Dominus Deus Pacis; quum unum minimum Jota non obtuliſtis, quum illud & majora fuerunt Metuendiſſimo *Domino noſtro* prius facta.

Unde clarè percipimus veſtram Diſpoſitionem ad Pacem; & ſcitote finaliter quòd pro illis Oblationibus, quas feciſtis, nunquam Pacem habebitis Nobiſcum diebus veſtris; & fortaſſis alias quæretis Pacem, quando non tam cito vobis aperietur Via Pacis.

Et vos (*Reverendiſſime*, &c.) etſi non propter vos Majores, Saltem propter Minores pauperes, qui cotidiè, more Pecudum, Trucidantur & Laniantur, eſſetis magis Diſpoſiti, more Bonorum Chriſticolarum, ad hanc Pacem; ſed non eſt aliud quam illum, Chriſti Militem & Pauperum Amatorem, *Dominum noſtrum* vos pro Juſtitia quærere compellitis Vi Armatâ, & ſecum veniet ut ſperamus, & Pacem firmabit, in quo Summe confidit, Pacis Auctor,

[illegible] ad Pacem, & propter hanc Consequendam fecimus ea quæ fecimus & obtulimus, & alias sine dubio tanta non fecissemus, quum talia & tanta nunquam fuerunt facta diebus nostris, quæ, ut apparet, vos non consideratis neque appenditis eorum Magnitudinem: sed quia, ut diximus, habemus in Mandatis redire ad *Dominum nostrum* ante Expirationem Salvi Conductûs nostri, & quòd clarè percipietis quòd non stabit per nos quin Pax ista sequetur, Deo dante, bonum visum est nobis quòd, capiantur Treugæ non longæ, quibus poterit ista Pax firmari & concludi: & quia proloquutum fuerat *Domino vestro Regi*, & etiam vobis suis Ambassiatoribus hic, per Personam mediam (videlicet) per *Guitardum* de hujusmodi Literis hinc inde proponendis & faciendis, volumus & placet nobis quòd dentur hinc inde tales Literæ, & non solum ad Festum Circumcisionis Domini, ut erat dictum, sed ad Festum Purificationis Beatæ Virginis duraturæ.

Et, his dictis, traxerunt se *Ambassiatores Regis* ad Partem, &, redeuntibus illis, Magister *Philippus* Recitavit *Archiepiscopum* sub compendio dixisse Tria,

Et quantum ad *Primum* (videlicet) ad Dispositionem eorum *Domini Dalphini* ad Pacem, quod constanter asserebat, Respondit quòd, nisi clarius illud percipiant Domini sui, quam per ipsos suos Ambassiatores perceperunt, non credent ipsum ad Pacem ita Dispositum ut ipsi prædicant,

Et, quantum ad hujusmodi Treugas capiendas, si eis videatur expedire, possunt mittere *Domino Regi*, & notificare sibi Causam & Causas talium Treugarum; &, si Dominus *Comes Sarum*, & cæteri Domini sui Ambassiatores ibidem, possent in aliquo suo disponere & desiderio valere, quòd ipsi facient debita sua assecurare, & quòd consimiliter possent ipsi facere, si vellent ad hujusmodi Literas Abstinentiæ tractare; quod, non obstante quòd iidem Domini sui habebant sufficientem Potestatem tales Literas Concedendi, adhuc, nisi viderent ipsos ad Pacem melius dispositos, quam sunt de facto, ut apparet, tales non concederent benè scivit, & quòd ipsi *Ambassiatores Dalphini* ulterius immorari vellent in Tractatu, & plura & alia offerre quam fecerunt.

Quibus dictis iterum se traxerunt præfati *Ambassiatores Delphini* ad Partem; & redeuntes dixerunt,

Domine Comes, *&c.*

Novistis quomodo in isto Tractatu jam a diu stetimus sine fructu, & quomodo effectualiter fecimus Debitum nostrum ad eundem novit Deus; nihilominus, quia oportet Nos transire, & etiam quòd vobis obtulimus Maxima, in tantum quòd ad majora ascendere non possumus, sicuti nec debemus (cum illa de omni ratione vos debeant contentare) & quia *Dominus vester Rex* est Princeps sapientissimus & se rationi, ut audivimus, solet inclinare; ecce! per *Dominum de Severac* & *Guitard* (qui penes ipsum habent, ut asserunt, alia Peragenda) Committimus Facta nostra suæ Serenitati, quantum ad hujusmodi parvas Treugas & Literas declarandas, qui *Domino nostro Delphino* superinde afferrent Responsum suum.

Et, post ista, Magister *Philippus* dixit,

Reverendissime Pater, *&c.*

Non mittatis, quæsumus, ad Suggestionem nostram, *Domino nostro Regi*; sed, si vobis videatur expediens, mittatis & non aliter; &, quantum ad Nos, non dubitetis quin semper ad Pacem firmandam procurabimus, & ad omnes Vias rationabiles Hujusmodi Pacis, sicut hucusque fecimus, ut bene scitis, seu saltem scire debetis per facta nostra, & sic faciemus, omnibus diebus vitæ nostræ perseverando: &, qui vos scimus Dominos magni Statûs & Prudentiæ, vos requirimus (& absit alias à vobis ut aliter ubicunque locorum reportetis) quin Nos pro parte nostra fecimus omnia quæ Pacem istam de ratione possent inducere, & plura & alia faciemus si & quatenus vos vultis immorari, & offerre nobis talia, de quibus posset *Dominus noster Rex* contentari, nec per nos deficit quin fiet ista Pax, nec aliquando deficiet in futurum; & super hoc Deum assumimus nobis in Testem.

Et, his dictis, sine pluribus surrexerunt, &, valefacientibus se ad invicem, recesserunt, post Prandium ad suos, qui se miserunt, Dominos reversuri.

Ric. Caudray, *præmissorum Actorum Scriba & Notarius.*

Commissio ad Promittendum quod non debeant firmari Alligantiæ cum Duce Burgundiæ.

HEnricus, &c. Hiberniæ, Reverendissimo In Christo Patri, *Henrico*, eâdem Gratiâ, *Cantuariensi*, &c. Venerabili Patri, Domino *Henrico Cicestrensi Episcopo*, carissimis Consanguineis nostris, *Ricardo Comiti Warwicæ*, & *Thomæ Comiti Sarum*, ac dilectis & fidelibus nostris, *Johanni Domino de Gray*, *Henrico Fitz Hugh* Camerario nostro, *Waltero Hungerforde* Senescallo Hospitii nostri, necnon, dilectis sibi, *Thomæ Chauciers*, *Willielmo Alynton*, & Magistro *Johanni Stoke* Legum Doctori, Salutem. Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. fol. 13. A.

Ad Promittendum & Concordandum, pro *Nobis* & nomine nostro, Illustri Principi, *Dauphino de Vienna*, Consanguineo nostro carissimo, & cum eo, ac aliis quibuscunque Ambassiatoribus suis, Potestatem in hac parte habentibus, ac Literas ipsius Consanguinei nostri, sub Sigillo suo similem Promissionem continentes, exhibentibus, quòd, a Die Datæ Præsentium, usque ad Festum Circumcisionis proximò futurum, non Concludemus, neque Firmabimus, cum *Johanne Duce Burgundiæ* Alligantias, Confœderationes, seu Amicitias, sed quòd a Concludendo sive Firmando Alligantias seu Amicitias hujusmodi qualescunque, cum præfato Duce, usque dictum Festum Circumcisionis, Nos omnino abstinebimus,

Et quòd Præmissa & Concordata hujusmodi benè & fideliter Observabimus in Animam nostram jurandi,

Cæteraque omnia & singula Faciendi, Exercendi, & Expediendi quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, vobis Sex, Quatuor aut tribus vestrum (de quorum Fidelitate, Circumspectione, & Industriâ plenam fiduciam gerimus & habemus) committimus Vices nostras, ac plenam, Tenore Præsentium, Potestatem:

Promittentes, bonâ Fide, & Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid, per Vos, Sex, Quatuor, aut Tres vestrûm, Actum sive Gestum fuerit in Præmissis.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso, in Exercitu nostro, ante *Civitatem Rothomagensem* Decimo quarto Die Novembris, Anno Regni nostri Sexto.

STURGEON.

Commissio, ad Promittendum Dauphino, Alligantias cum Duce Burgundiæ non concludendas.

REX, Reverendissimo in Christo Patri *Henrico*, eâdem gratiâ, *Cantuariensi Archiepiscopo*, totius Angliæ Primati, & Apostolicæ Sedis Legato, Venerabili in Christo Patri, Domino *Henrico Cicestrensi Episcopo*, carissimis Consanguineis nostris, *Richardo Comiti Warwicæ* & *Thomæ Comiti Sarum*, ac, Dilectis & Fidelibus nostris, *Johanni Domino de Gray*, *Henrico Fitz* * *Hugh* Camerario nostro, *Waltero Hungerford* Senescallo Hospitii nostri, *Willielmo Bourgchier*, Magistro *Philippo Morgan* Cancellario nostro Normanniæ, *Rolando Lental*, Magistro *Johanni Kemp* Custodi Privati Sigilli nostri, necnon, dilectis sibi, *Thomæ Chaucers*, *Willielmo Alyngton*, & Magistro *Johanni Stokes* Legum Doctori, Salutem. Ann D. 1418. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 8. * IX. 647.

Ad Promittendum & Concordandum, pro Nobis & Nomine nostro, Illustri Principi, *Dauphino de Vienna*, Consanguineo nostro carissimo, & cum eo, ac aliis quibuscumque Ambassiatoribus suis Potestatem in hac parte habentibus, aut Literas ipsius Consanguinei nostri, sub Sigillo suo, similem Promissionem continentes, exhibentibus, quòd, à Die Datæ Præsentium, usque Festum Circumcisionis proximò futurum, non Concludemus neque Firmabimus, cum *Johanne Duce Burgundiæ*, Alligantias, Confœderationes, seu Amicitias, sed quòd, à Concludendo sive Firmando Alligantias, Confœderationes, seu Amicitias hujusmodi qualescumque, cum præfato Duce, usque dictum Festum Circumcisionis, Nos omnino Abstinebimus,

Et, quòd Præmissa & Concordata hujusmodi benè & fideliter observabimus, in Animam nostram Jurandi,

Cæteraque omnia & singula Faciendi, Exercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, vobis, Sex, Quatuor, aut Tribus vestrûm (de quorum Fidelitate, Circumspectione, & Industriâ, plenam fiduciam

1418. An. 6. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. fol. 15.

ce, *Daulphin de Viennoys*, Duc de Berrye, & de Touraine, & Conte de Ponteu, & Lieutenant General de Monseigneur en son Royaulme, Salut en esperance de Paix, &, apres les Perilleux Divisions, Reduction d'Amour & de Unite.

Treshault, &c. Prince,

Que,

Apres que il eust plieu a Dieu Nous leisser seul Filz de Mon dit Seigneur, qui en son Empashment Representons sa Personne, & que la Soveraingte en la Cure des Besoinges de son Roialme nous feust Survenu, Nous voulons, sus tous chosez, employer nostre Labour a acquerir Paix, & pour Nous acquiter vers Dieu, a ycelle fyn que Nous Affaires succedent en mieulx, faysons nostre Comencement de la pourfitt d'icelles;

Nous avons envoyez n'adguers par devers Vous, nostre bien Ame Escuier, *Guillame de Bous*, en vous signifiant sur ce nostre volente,

Le quelle de vostre Courtesëye, pour l'onneur de sa Legation, & Faveur du dit bien, avez grandement Receu & liberalment, en faisant Respons que avecques Nous, plus que avecques nul autres (qui de ce vous ait tenu Parolle le Temps passe) estez tresvolentaire & en bonne Affection a Entrer en Traicte de cest Matiere, & jusques a bon & entier Effecte; des quelles Chosez Rendons Graces a Dieu, que en un mesmes desire Nous a conjoins: plese a lui que la Fin & Conclusion soit de pareille Unite & Concorde! & Nous en Mercions tresardentes:

Et depuis ouy le Rapport du dit *Guillem*, & a fin de remonstrer nostre bon voloir par oeuvre, envoyasmez n'adguers noz Ambaxateurs au lieu d'Alencon (au quel semblablement devoient convenir aucunes de vostres) pour trouver Moien d'appaysement entre lez deux Roialmez; les quels, comment nous pensons, sont a present ensemble; vuille Dieu que l'Issue en soit, selonc vous Desirs & lez nostres, au bien commun de chascun Partie:

Mais pour certain le Desir que nous avons au bien dessusdit, le quelle est si graund qu'il passe toute esperance d'y parvenir, & la necessite qu'est a de abregier cest chose, pour Nous donner Confail, ainsi que Dieu Nous administera, Nous esmeut de Rechief

* IX. 648. a vous * Escripre, en vous priant & requirant, de tout nostre Cueur, & Courage loial, & non faint, que, ou case que, pour la trop grand Affection, que vous Ambaxateurs & lez nostres covenent avoir chascun a Faire le prou de sa Part, ou pour la pesanteur & difficulte de la chose, il ne purroyent demourrer d'accourt ensemble, vous vuillez de plain foy, fermement, & ouvertement nous faire favour lez chosez, aus quellez finablement vuillez condescender;

Et vos Demandez faire si moderez, consonans au Rayson, & plus attrampees en faveur du Paix, que esleues par l'Avantage, que fortune variable, ou lez Divisions de ce Roiaume, vous ont donne, que rien ne soit a vous oultraige ne delaiement du Paix du demander, ne a Nous charge, pour le temps advenir, au regart de la Corone de Fraunce, & de noz Succellours, de l'ottroyer; mais, d'un pareil consentement, soit, par ce moien, trouve la conjoincte & commune Seurte & Prosperite de deux Royalmez:

Et, se possible estoit, que plus aisement, & sanz longueur mettre fin en ce chose, vous & nous peussons convenir ensemble (d'ont Nous ferrons tresdesireux) vostre hault sens & vous honnourables volentes, avecques nostre bonne vouloir, nous donnent esperance que le greigneur fruit s'en ensurroit, & a plus briefte.

Car, quant a Nous, ferrons trouvez se large en Ottroye, bryef en Accomplissement, & fermez a l'Enterement dez chosez touchanz le dicte Paix, que on appertenra nostre bonne Affection; en esperance que vous (qui desirez acquerer Renomees en honneurablez faiz) & voulez, comme a si hault Courage appartient, l'exaucement & exaltation de Noblesse & Seignurie Ayder a reparer & Reprimer lez grans & horriblez Maulx, & Crueltez, & Seductions, par le Duc de Burgoyne, faiz & esmez sus contre toute Noblesse & la Maison de France (de la quelle vous estez issus & procree) & que Nous semblement doions estre a vostre Aide, ou besoing ferra.

Et en ce vuilliez si raisonnablement, moderement, & en brief proceder, que vous soiez Cause & participant de l'Onneur, Profite, & Utilite, qui advenir peut aux deux Roialmes par la sedation de susdites Divisions, a l'Exaucement de Justice, & Repression des Mauvais.

Treshault, &c. Nous prions nostre Seigneur que, avecques l'accomplicement de vostre & nostre bon desire, au bien de Paix, vous doint de voz autrez Desirs parfaite Joy.

Escript, *en nostre Ost, sus lez Champes devant Gully*, le xv. Jour de Novembre.

Commissio Regis Franciæ ad Tractandum de Pace.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. fol. 19.

CHarlez, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, a tous ceulx qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Savoir faisons que,

Pour l'Onneur de Dieu, & pour eschever l'Effusion de Sang Christien, & les aultres Maulx & Dommagez irreparables, que pour le fait des Guerres, d'entre *Nous & nostre Adversaire d'Engleterre*, pourroient ensuier ou temps avenir, sicome sont advenuz ou temps passe,

Desirons de venir a bonne Peas & Concorde avec nostre dit Adversaire, & mettre noz Subgiez en Paix, Repos, & Tranquillite,

* IX. 649. * Confians a plain des granz Senz, Loiaultez, Avisemens, & Prudences de, noz Amez & Feaulx, *l'Evesque de Beauvais* Per de France le Primier President de nostre Parlement, lez *Seigneurs d'Autry & de Solrville*, *Audry de Valme* Chivalers, Maystir *Terre le Roy* Mayster de Requestez de nostre Hostell, tous noz Conseilliers, *Michiel de Lalier & Edward Rosseau*, Bourgois de nostre Ville de Paris, & Maistre *Baude de Bordees* nostre Secretaire,

Yceulx, ou Cinque d'eulx, avons Ordonnez & Commis, Ordonnons & Commettons, pour & ou lieu de Nous, pour avec nostre dit Adversaire, ou ses Commis & Deputez, aians suffisant Povoir de lui, sur lez Faiz que ensuient, Assembler en quelconques Lieux & Placez, dont bon leur semblera, pour le Fait du Traitie de la Paix dessus dicte,

Et avons Donne, & Donnons, par ces Presentes, a noz diz Conseilliers, & aultres dessus nommez, ou aux Cinque d'eulz, plain Pouvoir, Auctorite, & Mandement especial de Convenier, traitier, composer, transigier, pacifier, & plainement & finablement accorder, & venir a bonne Paix & Accorde sour tous Debes, Contentions, Questions, Guerres, Riottes, & Discors, meuz, & a movoir, ensemble tous leurs Articles, Circumstancez, Incidencez, Emergencez, & Dependences, entre *Nous*, noz Roiaume, Subgiez, Seignuriez, Amis, Allies, Aidans, & adherens quelzconques, d'une Part, & nostre dit Adversaire, son Royaume, Subgiez, Seignuriez, Amis, Allies, Aidans, & Adherens, d'aultre Part,

Et sour quanque fera ainsi Traitie, Compose, Transigie, Pacifice, & Accorde, pour Nous & nostre Partie, avec ceulx de la Partie adverse, aians a ce suffisant Povoir, de la Fermer & Assurer par Foy & Serement, sour les Saintes Euvangiles a donner en l'Ame de Nous & d'Ottroier, par Foy & Serement donner, sour ce & ses Dependences, toutez manieres de Cautions, Seurtez, Promesses, Obligations, & Lettres Seelez, tant & telx comme mestier ferra, ou bon leur semblera en tel cas,

Les quelles Nous voulons avoir tiel Effect, Vigour, & Fermete, come si Nous les eussions donnez & faitez en nostre propre Persone,

Et de faire, executer, expedier, & acomplir tous Articles, qui ferront accordez, de Point en Point, pour Nous & nostre Partie, sans fraud ou mal engin, se quant come Nous mesmez ferrons, se nostre propre Persone y estoit present,

Et de faire, executer, & expedier, tous altres Articles, que aucunement pourroient appartenir a la Bonne Perfection & Accomplissement dez diz Traitiez & Accors, de quel nature qu'ilz soient, suppose qu'ilz requissent plus especial Mandement,

Et avons Donne, & Donnons ainsi, par le Teneur de cestez, auz diz noz Conseilliers, & autres dessuz nommez, ou aux Cinque d'eux, plain Pouvoir, Auctorite, & Mandement especial d'accorder & prendre Treues, jusques a tel temps, & ainsi que bon leur semblera, entre *Nous & nostre dit Adversaire*,

Et Promettons loiaument, en bonne foy, & en Parole de Roy, avoir & tenir tousjours Ferme & Agreable quanque fait ferra, en nostre Noum, par noz diz Conseilliers, & autres devant nommez, ou lez Cinque d'eulx, sour toutez & chescun des Choses avant dictes,

Et de Donner noz Lettres Confirmatoires, seelees de nostre Grant Seal, sur tous lez Poinz, en tant que en nous est, sans fraude ou male engin,

Et ce Promettons sut Caution & Obligation de tous noz Bienz, presens & aveuir, sans jamais faire, dire, ne proposer, en jugement, ou debors, aucun chose au contraire,

En Tesmuigne de ce Nous avons fait mettre nostre Seal a ces Presentes.

Donnees a *Paris* le Dix septisme Jour de Novembre, l'An de Grace Mille, Quatrecens, & Dixhuit, & de nostre Regne xxxix.

Par le Roi en son Conseil.

De

...itrorum, quoad infrascripta, Gestores,

Dantes, Concedentes, & Attribuentes eis, seu Duobus eorumdem, melioribus modo & formâ quibus de jure possumus, plenariam Potestatem & Facultatem, Vice & Nomine nostris, cum præfata *Regina & Filio suo prædicto*, suisve Ambassiatoribus & Nunciis, ac aliis quibuscumque, quoad hæc ab eisdem Deputandis, Potestatem sufficientem habentibus, de & super omnibus & singulis Querelis & Quæstionibus, quæ tam pro parte nostra, quam prædictorum *Reginæ & Filii sui*, fieri & haberi possent, ad fiendam & habendam, prout decernerent, sufficientem Reparationem omnium & quorumcumque Excessuum, Criminum, & Delictorum, quæ, durante tempore Treugarum, existentium inter *Nos* & præfatos *Reginam & Filium suum*, præter & contra formam ipsarum, committi, perpetrari, & attemptari potuerunt,

Ineundi, Conveniendi, Tractandi, ac finaliter & conclusive Concordandi, sub Pactis, Conditionibus, Modisque & Formis, quibus melius & expedientius viderint faciendum,

Et, si nonnulla, super hæc, propter aliquas Causas, appunctuanda, complenda, & concludenda, restarent, prout opus fuerit, Locum & dilationis Terminum (de quibus dicti nostri Procuratores cum præfatis *Regina & Filio suo*, seu suis ad hæc per eosdem Deputandis, concordes Remanebunt) Acceptandi,

Promittendique quòd, ad Diem & Terminum, sic Acceptandos, nostros destinabimus Procuratores, plenariâ & sufficienti Potestate suffultos, ad Appunctuandum, Exequendum, Complendum, & finaliter Concludendum, respectu nostri, & in quantum nos tangere poterit, super hæc, quæ ratione dictorum Attemptatorum, exequi & concludendi restabunt,

Ita quòd quicquid per eosdem nostros Procuratores, seu Duos ipsorum, Vice & Nomine nostro, sic, ut præfertur, super præmissis tractari, componi, concordari, & firmari contigerit, teneat, & valeat, suumque totalem & plenarium sortiatur Effectum, ac si per Nos, in propria Persona, factum foret,

Similiter, pro Nobis & Nomine nostro, quæcumque Juramentorum genera, quoad hæc convenientia, in Animam nostri necnon quascumque Promissiones pœnales, ad Præmissorum executionem & effectum requirendas, Faciendi & præstandi,

Et generaliter omnia & singula, circa Præmissa & propterea oportuna & necessaria, cum Incidentibus & Dependentibus ex ipsis, Vice & nomine nostro, pro Nobis Dicendi, Concordandi, & Faciendi, quæ nos faceremus si in eisdem personaliter interessemus,

Promittentes, per Fidem nostram, ad Sancta Dei Evangelia per nos præstita Juramenta, ac sub omnium & singulorum Bonorum nostrorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, Obligatione, Nos omnia & singula, quæ per dictos nostros Procuratores, aut Duos ipsorum, ut præfertur, Vice & Nomine nostro, cum præfatis *Regina & Filio suo*, aut suis ad hæc per ipsos Deputatis, & Potestatem sufficientem habentibus, ratione, & ad Causam, ac prætextu, & occasione omnium & singulorum Præmissorum, ac Dependentium & Emergentium ex eisdem, Facta, Gesta Jurata & Promissa fuerint, Rata, Grata Stabilia & Firma habere, tenere & inviolabiliter observare, ipsaque per nostras Literas Ratificare, Laudare & Approbare, quotiens ac prout opus fuerit.

In quorum fidem & testimonium Præmissorum præsentes Literas magni Sigilli nostri Appensione fecimus communiri.

Dat. in *Exercitu Regis*, *ante Rothomagum*, xxiv. die Mensis Novembris.

Per ipsum Regem.

• IX. 651.

* *Ad Literas Dauphini pro Pace Responsio Regis.*

Ann. D. 1418. *An. 6. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. fol. 16. B.*

HEnricus, Dei Gratiâ, &c. Illustri Principi, *Karolo*, *Dauphino de Viennois*, Consanguineo nostro carissimo, desiderata simul & sperata Amicitiarum Concordiæ reformare Fœdera, cum Salute.

Illustris Princeps & Consanguinee carissime,

Pridie Literas vestras, decimo quinto die instantis Mensis Novembris scriptas, per Latorem Præsentium, Nos sciatis benivole recepisse, verba quædam in eorum exordio recensentes (quæ Seu-

...nati Casus necessitas id requirat, plenius instruemus; adeò quòd, divinâ favente Clementiâ, nobis non poterit apud Deum aut Homines imputari quin fœlix & efficax Concordia concludatur:

Desiderio desiderantes Ambassiatores vestros instructos esse ad talia nobis nullatenus offerenda, ex quorum Acceptione (si & quatenus tam improvisi redderemur) haberet Universitas unde nobis semper imposterum imputare possit ad notam quòd talibus Oblationibus condescendimus, quæ nostris Successoribus nimium (quòd Deus avertat) præjudicium irrogarent; aut illa Amicitia & Concordiæ Fœdera (in quibus vestra concurrunt Desideria votis nostris) ex Offerendorum modicitate, optato frustrentur exitu, quòd nollemus.

Et quia Personarum nostrarum Conventionem mutuam (tanquam priorem Fructum parituram) desiderabiliter affectatis; satis notorium Vobis esse putamus quòd ante Villam Rotomagensem Castra metati fuimus, & eam Obsidione constringimus de præsenti; à quâ, usque ad Consummationis finem, discedere non possumus, sicut nec intendimus Deo Dante: quo tamen Fine (ut omne convenit) expectato (quæ jam multò diutiùs, ut speramus in Domino, nos minimè retardabit) gratum valdè & acceptum Nobis erit, voluntariâ quacunque morâ post positâ, vobiscum personaliter convenire.

Et, si non grande Impedimentum nobis hac vice præstaret Obstaculum, promptâ quidem benivolentiâ Nos indilatè succingere curassemus ad conveniendum una vobiscum in Loco quocumque rationabili, de quo concordari mutuò contigisset.

Sed nichilominus, bonæ Voluntatis nostræ promptitudinem (quam ad mutuæ Visionis essentiam mente gerimus) remonstrare volentes, si quemquam ad nostri conspectum duxeritis destinandum, interim Tractaturum ubi & quando dicta personalis Conventio comodiùs sortiretur Effectum, nostram benevolentiam esse non dubitetis dispositam, non tam communicare, quam communicari facere cum eodem; ut erga tempus & Loci oportunitatem Præparamenta singula maturescant, & Providentiæ Consilio reddantur undique promptiora.

Verumtamen (*Consanguinee carissime*) sedulò contemplantes quantis subjacet Incomodis, per humanas Adinventiones, in longum protrahere Amicitiarum & Concordiæ Materiam principalem; vos ex corde rogamus & hortamur attente, quatenus incepti Tractatûs, in quo Ambassiatores vestri præfati cum nostris jam versantur, utcumque desideratur, Effectus, nostræ mutuæ * Conventionis occasione, vestri ex Parte minimè negligatur, aut eo • IX. 652.
prolixioris dilationis subeat detrimentum, quam per nostrates nichilomagis videbitur postergari, cujus purum & sincerum Processum, itaque finem Dilationum, occasionibus non quæsitis prælibatæ Conventionis, effectui tanquam medium potissimum, revera fore confidimus singulariter fructuosum, & contrarium procedendi modum votis arbitramur communibus nimium adversari.

Denique (*Consanguinee Carissime*) quòd speratis Nos propter Causas quas Probitati vestræ nobis placet ascribere, coadunare velle ad reparandum pariter & reprimendum nimia horrendaque Dispendia, atque Crudelitates, & Seditiones, quæ per *Ducem Burgundiæ* scribitis perpetrata; illud de Nobis firmiter & indubitabili ratione concipite, quod, postquam Altissimus (qui Concordiam facit in sublimibus) complacuerit quòd inter Nos & Consanguinitatem vestram Amicitiarum & Concordiæ Fœdera, velut ex corde speramus & cupimus, sint sperata, Nedum adversus dictum *Burgundiæ Ducem*, sed alium quemquam, juxta vim, formam, & effectum componendæ Concordiæ, Nos in singulis, quæ ad Dei Laudem, Honorem nostrum, & vestræ Consanguinitatis bonum felix concernere videbuntur, adeò fidum & efficacem vobis reperietis Amicum, sicut ullum decet Christianum Principem alium reperire.

Dat. sub Signeto nostro, in *nostro Exercitu ante Rotomagum*, Mense Novembris Die xxv.

Pro Ambassiatoribus Janue.

REX, per Literas suas Patentes, usque primum diem Aprilis proximo futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum, & Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Raphaelem de Spinolis*, & *Opizo de Flisco*, Sindicos & Ambassiatores *Ducis* & *Communitatis Januensium*, usque Villam Regis Calesii, & abinde in Regnum Regis Angliæ, cum Quindecim Personis ac totidem Equis in Comitiva sua, veniendo, ibidem morando, & exinde, pro eorum libito voluntatis, libere re- Ann. D. 1418. *An. 6. H. 5. Franc. 6. H. 5. m. 4.*

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westm.* vicesimo octavo die Novembris.

Per Concilium.

De Restitutione Temporalium.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1418. Sciatis quòd,
An. 6. De Gratia nostra speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pie-
H. 5. tatis Opera (quæ *in Abbatia beatæ Mariæ de Vou* prope Chierbur-
Norm. 6. ge fieri debeant) plus solito accrescant, & ibidem laudabilius ma-
H. 5. p. 1. nuteneantur & sustineantur,
m. 6. *Concessimus Religiosis Viris Abbatiæ prædictæ* omnia Temporalia, eidem Abbatiæ, infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentia sive spectantia,

• IX. • *Habenda*, in Sustentationem Divini Servitii & aliorum Pie-
653. tatis Operum prædictorum, de Dono nostro.

In cujus, &c.

Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagensem* Tricesimo die Novembris.

Per ipsum Regem.

Pro Cardinali de Ursinis.

Ann. D. REX, per Literas suas Patentes, usque Vicesimum Octavum
1418. Diem Decembris proximo futurum duraturas, suscepit in sal-
An. 6. vum, &c. Venerabilem Patrem *Jordanum Albanensem Episco-*
H. 5. *pum*, ac Sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ Cardinalem de Ursinis
Norm. 6. vulgariter nuncupatum, penes Præsentiam Regis, cum Centum
H. 5 p. 1. Personis ac totidem Equis in Comitiva sua, quotiens opus fuerit,
m. 6. veniendo, ibidem morando & perhendinando, & exindè ad Propria redeundo, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quod nullus Personarum, cum præfato Cardinali venientium, Inimicus aut Rebellis noster seu Inimicis nostris favens seu adhærens existat quovis modo.

In cujus, &c.

Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagensem* Tricesimo Die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Pennis Providendis.

Ann. D REX Vicecomiti Suthamptoniæ, Salutem.
1418. Scias quod, quibusdam certis de causis, Nos & Concilium
An. 6. nostrum specialiter moventibus, Assignamus Te ad Quadraginta
H. 5. Millia Pennarum, per te, vel Ballivos tuos, aut alios, quos ad hoc
Pat. 6. nomine tuo duxeris ordinandos & deputandos in singulis Villis &
H. 5. m alis locis Comitatûs prædicti, tam infra Libertates, quam extra
12. (Feodo Ecclesiæ dumtaxat excepto) pro Sagittis ad opus nostrum de novo faciendis, pro Denariis nostris, de Exitibus & Proficuis Comitatûs prædicti Provenientibus, in hac parte rationabiliter solvendis, Capiendum & Providendum,

Ac Pennas illas usque Londoniam, citra Festum Sancti Michaelis proximo futurum, cariari faciendum:

Et ideo tibi Præcipimus quod circa Præmissa diligenter intendas, ac ea facias & exequaris in forma prædicta.

In cujus, &c.

Teste *præfato Custode* apud Westm. primo die Decembris.

Consimiles Literæ Regis Patentes diriguntur subscriptis, in Comitatibus subscriptis, pro Numeris Pennarum subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Vicecom. Surr. & Sussex. pro xxx. m. Penn.
Vicecom. Somers. & Dors. pro c. m. Penn.
Vicecom. Wiltes. pro xl. m. Penn.
Vicecom. Glouc. pro xl. m. Penn.
Vicecom. Wygorn. pro xxx. m. Penn.
Vicecom. Warr. & Leyc. pro xl. m. Penn.
Vicecom. Oxon. & Berks pro xl. m. Penn.
Vicecom. Northt. pro xl. m. Penn.
Vicecom. Rotel. pro xxx m. Penn.
Vicecom. Staff. pro xxx. m. Penn.
Vicecom. Notyngh & Derb. pro xxx. m. Penn.
Vicecom. Eborum pro lx. m. Penn.

ria & Regno nostro Franciæ, quam aliis Terris, Dominiis, Juribus, & Rebus inter Nos & præfatum adversarium nostrum hactenus motis & pendentibus,

Ac pro Quiete, Tranquilitate, & Pace perpetuâ inter Franciæ & Angliæ Regna nostra,

Variæ & diversæ Prolocutiones & Tractatus habiti fuerint & facti,

Qui tamen, absque nostris dolo, negligentia, vel culpa, speratum nequaquam hactenus sortiti sunt Effectum,

Nos tamen,

Ut sæpius & semper, Dei Honorem, Exaltationem Fidei Catholicæ, & Evitationem effusionis Sanguinis Christiani, ac Quietem & Tranquilitatem inter præfata Angliæ & Franciæ Regna nostra, summis desideriis, quantum cum Deo possumus, affectantes,

Ac de fidelitate, circumspectione, & industria, Reverendissimi in Christo Patris, Domini *Henrici*, eadem gratia, *Cantuariensis Archiepiscopi*, totius Angliæ Primatis, & Apostolicæ Sedis Legati, Venerabilis Patris Domini *Henrici Cicestrensis Episcopi*, Carissimi Consanguinei nostri *Richardi Comitis Warrwicæ*, ac, dilectorum & fidelium nostrorum, *Henrici Fitz Hugh* Camerarii nostri, *Walteri Hungerford* Senescalli Hospitii nostri, *Willielmi Bourgchier* Magistri *Philippi Morgan* Cancellarii nostri Normanniæ, Magistri *Johannis Kemp* Custodis Privati Sigilli nostri, necnon, dilectorum nobis, *Thomæ Chaucers*, *Willielmi Alington*, & Magistri *Johannis Stokys*, Legum Doctoris, plenam gerentes fiduciam.

Ad Conveniendum, Communicandum, Tractandum, Componendum, Transigendum, ac plenè & fideliter Concludendum & Concordandum pro Nobis & Nomine nostro, cum Ambassiatoribus, & Deputatis, ac Nunciis *præfati Adversarii nostri*, plenam & sufficientem in hac parte Potestatem habentibus, de & super omnibus & singulis Debatis, Contentionibus, Petitionibus, Quæstionibus, Demandis, Discordiis & earum Materiis, cum suis Incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis, inter *Nos* & *præfatum Adversarium nostrum* qualitercumque pendentibus sive motis, vel movendis,

Et generaliter super Omnibus & Singulis, Quietem, Tranquilitatem, & Pacem præfatorum Regnorum concernentibus,

Ac de & super omnibus & singulis, ab eisdem Fidelibus nostris cum Ambassiatoribus, Deputatis, seu Nunciis dicti Adversarii nostri, in Præmissis, vel eorum aliquo, Appunctuatis, concordatis, conclusis, seu compositis, per Nos benè & fideliter observandis, in Animam nostram Jurandum,

Literas etiam Sigillatas, Obligationes, & alterius cujuscumque generis Securitates, in hac parte conventas, concordatas, seu requisitas, pro Nobis & Nomine nostro Dandi, Faciendi, & Exponendi, quas parem & eundem Effectum & vigorem habere volumus ac si Nos, in Persona nostra, eas Daremus, faceremus, seu exponeremus,

Ac quoscumque Tractatus, per eos cum dicti Adversarii nostri Ambassiatoribus, Deputatis, sive Nunciis ceptos sive habitos, prout eis expedire videbitur, Prorogandi & Continuandi,

Ac generaliter omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet utilia vel oportuna, & si Mandatum exigant magis speciale,

Plenam eisdem, *Archiepiscopo*, *Episcopo*, *Richardo*, *Henrico*, *Waltero*, *Willielmo*, *Philippo*, *Johanni*, *Thomæ*, *Willielmo*, & *Johanni*, necnon Undecim, Sex, Quinque, Quatuor, vel Tribus eorum, Dedimus & Concessimus, ac, per Præsentes Damus & Concedimus, Potestatem;

Insuper promittimus, bonâ fide & in verbo regio, Nos Ratum, Gratum, Firmum, ac Stabile perpetuò habituros quicquid in Præmissis, vel aliquo Præmissorum, per prædictos Commissarios seu Deputatos nostros, Undecim, Sex, Quinque, Quatuor, vel Tres ex eis, cum *dicti Adversarii nostri* Deputatis sive Nunciis Compositum, Conclusum, Conventum erit, seu Concordatum,

• Et quòd omnia & singula, sic Composita, Conclusa, Con- • IX.
venta seu Concordata, absque dolo, fraude, vel malo ingenio, 655.
quantum in Nobis est, Exequemur & exequi faciemus,

Ac quod super eisdem dabimus Literas nostras Confirmatorias, nostro Magno Sigillo Sigillatas,

Quæ omnia & singula supradicta Nos Facturos, impleturos, & observaturos, nec ullo unquam tempore eis vel alicui eorumdem Nos contra venturos, Promittimus sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, tam præsentium quàm futurorum,

In cujus, &c.

Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagensem* Primo Die Decembris.

Per ipsum Regem.

Pro

... ad Ecclesiam Sancti Martini de Boullont Abrincensi Diœcese, Vacantem per Mortem *Rogeri Boulee* ultimæ Personæ ibidem, & ad Regis Donationem spectantem ut dicitur; An. 6. H. 5. Ibid.

Et diriguntur Literæ illæ Vicario Generali Episcopi Abrincensis, ipso Episcopo in Remotis agente.

In cujus, &c.

Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagensem*, tertio Die Decembris.

Per ipsum Regem.

GUillielmus Morin Capellanus habet Literas Regis de Præsentatione ad Ecclesiam Sancti Martini de Vernys Abrincensi Diœcese, vacantem per Mortem *Oliveri Gambelin* ultimæ Parsonæ ibidem, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

RIchardus Morin habet Literas Regis de Præsentatione ad Ecclesiam Sancti Johannis de Maligny Lexovienti Diœcese, Vacantem per Mortem *Stephani de France* ultimæ Parsonæ ibidem, & ad Regis Donationem spectantem ut dicitur;

Et diriguntur Literæ illæ Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Lexoviensis, Sede Vacante.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Litera Regis, directa Cardinali de Ursinis, ut exhortetur Ambassiatores Partis adversæ ad tractandum & procedendum, more solito, in Ydiomate Latino.*

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. Fol. 22. B. * IX. 656.

HEnricus, Dei Gratia, &c. Reverendissimo in Christo Patri, *Cardinali de Ursinis*, Consanguineo nostro Carissimo, Salutem, & prosperos in Agendo ad Vota Successus.

* *Reverendissime Pater, Consanguinee Carissime,*

Intelleximus quod Ambassiatores *Adversarii nostri* omnino vellent in Ydiomate Gallico tractare: quod in præteritis, habitis cum eis, Tractatibus non est, nostris Temporibus, consuetum; sed ad semper Ambassiatores Franciæ (quotiens cum nostris, tractandi gratiâ, recoluntur insimul convenisse) in Latinâ Linguâ, quæ est indifferens omni Nationi, tractaverunt; & nostri similiter in eâdem Linguâ consueverunt, ex Consensu mutuo, scribere Facta sua, si quæ contingeret mutuæ Scripturæ committi.

Cujus mutationem Moris pristini, hactenus observati (cui satis favet summa Rationis Equitas) non velit vestra Consanguinitas, quæsumus, affectare; sed Ambassiatores Partis adversæ prædictos effectualiter exhortari ad tractandum & Procedendum, More solito, in Latino, cùm Doctiores Ambassiatæ nostræ, Vobiscum constituti, Gallicum non intelligant, sed nec penitus loqui Sciant.

Et credimus quod, si Ambassiatores Advesarii nostri adeò per effectum disponantur ad Pacem, sicut exteriori prætendere dicuntur effectu, in hac inusitata re diutiùs non instabunt; ymò, si omnino & ad extremum in hoc institerint, Moribus insolitis condescendere non intendimus, sicuti nec tenemur, & potissimè nisi Nostrates meliùs intelligerent & loquerentur Gallicam, quàm noverint.

Dat. &c. Mensis Decembris die Quarta.

Recepte a Pontelarche le iv. Jour de Decembre.

Alia Litera eidem Cardinali, de Controversia super Ydiomate, quo tractare debent Ambassiatores, exorta.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid. fol. 30.

HEnricus, Dei Gratiâ, &c. Reverendissimo in Christo Patri *Cardinali de Ursinis*, Consanguineo nostro Carissimo, Salutem, &c.

Reverendissime Pater, &c.

Receptis hodiernâ Die Paternitatis Vestræ Literis, intelleximus Controversiam, super modo procedendi inter nostros Commissarios & Ambassiatores adversæ Partis nuper esse exortam; Rogantes quod cuidam Schedulæ, propriâ Manu vestra scriptæ, consentire velimus.

Sed reverà satis miraremur quâ ratione quisquam Nos condescendere concupiret, quod cum nostris Commissariis in Ydiomate ... tiones, & Requestæ, ac Conclusiones hujusmodi in Ydiomate quod intelligunt (videlicet) Anglico vel Latino.

* ITEM, ad Tertium Articulum (videlicet) *Quòd omnia ea, quæ redigentur in Scriptis, redigi deberent in Ydiomate Latino & in Ydiomate Gallico: postquam ea, quæ redigentur in Scriptis primo, in Latinis conscribantur per utramque Partem*, Regi placet quòd Ambassiatores Gallici, si velint, pro suâ Parte, subsequentur in proprio Ydiomate Gallico: set Regia Serenitas omnino vult per suos Ambassiatores singula, quæ pro parte sua redigentur in Scriptis, non Gallico scribi; sed in Ydiomate quod loqui, intelligere, & scribere possint (videlicet) Anglico vel Latino. * IX. 657.

Et, quo ad Subscribenda vel Signanda, Rex inclinatur quòd Conscribenda in Ydiomate, Commissariis suis intelligibili (videlicet) Anglico vel Latino Sigillent, sui ut est Moris; Ita quod Ambassiatores Gallici consimiliter idem pro Parte suâ faciant in eodem Ydiomate, & quòd postea, si Ambassiatores Gallici velint, quod Regia Serenitas esse velit, conscribendis in Latino vel in Anglico dumtaxat adhærere.

De Medio, ad tollendam Controversiam prætactam, per Cardinalem Avisato.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Fol. 32. A.

JOhannes, Miseratione Divinâ, *Episcopus Albanensis*, Romanæ Sacrosanctæ Ecclesiæ Cardinalis, Apostolicæ Sedis Legatus, specialiter destinatus pro Pace tractandâ & mediandâ, inter Duo inclita Regna Franciæ (videlicet) & Angliæ, ipsorumque Regnorum Serenissimos Reges, Universis & singulis, præsentes Literas Inspecturis, Salutem in Domino.

Cum nuper Præsentes personaliter constituti essent spectabiles Oratores præfatorum in hâc Villâ de Pontelarche pro Pace dilectorum Regum & Regnorum, inter se diffidentium, reformanda: & inter eos exorta fuerit Controversia quomodo in Scriptis redigi deberent Appunctuanda & mutuò in dicto Pacis negotio Concludenda, aliquibus uno modo fieri petentibus, aliis verò alio; perpendentes quòd dicta Altercatio non poterat verisimiliter per dictos Oratores in Concordiam converti, ne tantum bonum ex hac Controversia impediretur, consequens Medium advisavimus (videlicet) in his, quæ redigentur in scriptis, fiant duæ scripturæ pariter subscriptæ per Secretarios, & signatæ pariter, & pariter autenticentur, Una in Latina, Altera in Gallico, & pariter detur Fides Ambabus; cum hoc, quod si aliqua Controversia orietur ex vocabulis Gallicis, quod tunc recurratur ad intellectum & Scripturam Latinam & secundum Scripturam Latinam debeat talis Quæstio vel Controversia decidi, super quo audivimus Serenissimum *Regem Angliæ*, instando penes suam Serenitatem diligenter quatinus hinc inde condescendere dignaretur; & præfatus Serenissimus Rex, nostri Amore, in hoc Medio condescendit; michi verbo Regio asserens pro Parte suâ prædicta faceret observari.

In cujus rei Testimon. &c.

Super dicta Controversia Litera Cardinalis ad Ambassiatores Franciæ.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Ibid. fol. 31.

R*Everende in Christo Pater, Magnifici & Nobiles viri.*

Applicui huc decimâ Horâ: fui locutus cum Rege Horâ duodecimâ; & steti in Debato circiter quatuor Horas.

Nam ipse allegabat Causas multas, quare non debeat tractare, nec in Scriptis redigere Tractatus, nisi in Latino.

Finaliter propter Tarditatem Horæ, pericula viarum, & mala itinera, Rex noluit hac Nocte me venisse; & Negotium stat in hoc quòd Ipse non vult dare illum salvum Conductum petitum, per totum præsentem Mensem: Ratio est, quia dicit se ligatum fore ad Tractandum per Mensem. Vos autem, neque *Regem Franciæ* minimè sibi obligatum fore, sed liberum.

Ipse autem, in Casu quo Tractatus rumperetur (modò considerato quòd reputat quòd sit ex Culpâ sua) dicit se velle cogitare, si deliberabit ampliùs tractare.

* Dicit tamen quòd, si vultis incipere Tractatum nunc, omni vice, quâ erit expediens, renovabit salvum Conductum pro vobis quantum erit necesse, & interim poteritis mittere unum ad *Regem Franciæ*, ad sciendum voluntatem suam finalem; * IX. 658.

Et

redire.

Rogo vos ut de prædictâ Literâ habeam Copiam, quando ero Vobiscum, pro Cautelâ meâ.

Dat. *in Monasterio Sanctæ Katerinæ apud Rotomagum*, Die Veneris, ix Decembris, Horâ quintâ post Meridiem, festinanter.

Johannes Episcopus Albanensis, Cardinalis de Ursinis, Apostolicæ Sedis Legatus.

Reverendo Patri, Magnificis Nobilibus, & Egregiis Viris, Dominis Oratoribus Serenissimi Regis Franciæ, commorantibus in le Pont de Larche, Amicis meis Carissimis.

Litera Ambassiatorum Responsiva ad Literam præcedentem.

Ann. D. 1418. *An.* 6. *H.* 5. *Ibid. B.*

R*Everendissime Pater & Domine noster Præstantissime.*

Omnimodâ Recommendatione præmissâ, dignetur scire vestra Reverenda Paternitas Quòd vestras Literas, heri scriptas in Monasterio Sanctæ Katerinæ apud Rotomagum horâ Quintâ post Meridiem, Tres de Collegiis nostris receperunt in secundâ Horâ post mediam Noctem proximè lapsam.

Et, quia Contenta in eisdem Nobis omnibus de Ambassiatâ erant communicanda, non potuimus tunc Responsionem nostram deliberare; sed Luce secuta majorem diligentiam, quam potuimus, conveniendi cepimus, & unanimiter in modum qui sequitur conclusimus;

Quantum ad hoc quòd *Rex Angliæ* condescendit, quòd in eis, quæ redigentur in scriptis, fiant duæ Scripturæ, pariter subscriptæ per Secretarios, & Signatæ pariter, & pariter auctenticentur (Una in Latino, Altera in Gallico) & pariter detur Fides Ambabus; cum hoc, quod si aliqua Controversia oriretur ex Vocabulis Gallicis (quæ Ipse dicit se perfectè non intelligere, nec suum Concilium) quòd tunc recurratur ad Intellectum & Scripturam Latinam, & secundum Scripturam Latinam debeat talis Quæstio Controversa decidi:

Nos intelligimus quòd, pro parte nostra, Nos habeamus Duas Scripturas (unam in Latino, & aliam in Gallico) & pariter *Rex Angliæ* duas, si velit:

Et dictâ Responsione dicti Regis, ob Reverentiam Dei, & vestræ Reverendæ Paternitatis quæ tantos Labores pro hac re sustinuit, & ut ipsi Labores non remaneant infructuosi, nichilque sit quòd Nobis debeat imputari, contentamur; proviso quòd, ante omnia, habeamus super hoc Literas dicti Regis, & etiam quòd habeamus Prorogationem Salvi Conductûs prout petivimus; cum tempus, quòd restat de nostro, sit valdè parvo tempore duraturum nec sufficeret ad enodandam & circumspiciendam Rem tam grandem & difficilem hinc inde.

Reverendam Paternitatem vestram conservare dignetur Altissimus feliciter & longævè.

* IX. 659. * Script. in *Ponte de l'Arche* die decimâ Decembris.

Reverendissimo in Christo Patri & Domino nostro Præstantissimo Domino Cardinali de Ursinis.

Vestri humiles Ambassiatores Domini nostri Regis Franciæ *in Ponte de l'Arche existentes.*

Super Controversia memorata.

Ann. D. 1418. *An.* 6. *H.* 5. *Ibid.*

MEMORANDUM *quòd nuper, in præsentiâ, Reverendissimi in Christo Patris*, Domini Cardinalis de Ursinis, *inter Commissarios supremi & metuendissimi* Domini nostri Regis *& Ambassiatores* Adversarii sui de Francia, *apud Pontem de l'Arche, adinvicem consistentes ad Tractandum de Pacificatione Regnorum, &c. quædam Controversia fuit exorta; videlicet,*

Quomodo deberent in Scriptis redigi Appunctuanda, & mutuò in dicto Pacis Negotio Concludenda,

Volentibus Commissariis præfati Domini nostri Regis *ea, quæ in Scriptura redigerent hinc inde, scribi, juxta Morem Regium solitum, in Latino,*

Ambassiatoribus adversæ Partis solidè instantibus quòd in proprio Ydiomate Gallico omnino deberent hujusmodi Appunctuanda & Concludenda conscribi.

Sed, perpendens præfatus Reverendissimus in Christo Pater, *&c. quòd dicta Altercatio non potuit, de verisimili, per Partes*

Pro Secretario Reginæ Siciliæ.

REX, per Literas suas Patentes, usque Quartum Diem Januarii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. *Gatotum de Pressy* Secretarium *Reginæ Ceciliæ*, cum Rege in Exercitu suo ad præsens existentem, abinde ad præfatam Reginam, cum uno Famulo in Comitiva sua, transeundo, & deinde usque Præsentiam Regis reveniendo, ac Equos, Res, Bona, & Hernesia sua quæcumque; Ann. D. 1418. *An.* 6. *H.* 5. *Norm.* 6. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 4.

Proviso semper quòd ipsi quicquam, &c. quodque ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste, &c. xv. die Decembris.

Per ipsum Regem.

Pro Casan de Aurea.

REX, per Literas suas Patentes, per Duos Menses proximò futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Casan de Aurea* de Janua, Prisonarium Regis, versus Januam transeundo; Ann. D. 1418. *An.* 6. *H.* 5. *Franc.* 6. *H.* 5. *m.* 4.

Proviso semper quòd idem *Casan* benè & honestè se habeat & gerat erga Regem & Populum suum,

Et quicquam, quòd in Regis Contemptum vel Præjudicium aut Populi sui Dampnum cedere valeat, non attemptet, aut facere vel attemptare præsumat quovis modo,

Teste præfato *Custode apud Westmonasterium* vicesimo primo Die Decembris.

Per Concilium.

* *De Licentia Eligendi.* * IX. 660.

REX, dilectis sibi in Christo *Priori & Conventui Abbatiæ de Saint Lieuffroy de la Croix*, Salutem. Ann. D. 1418.

Ex parte vestra nobis est humiliter supplicatum ut, cum Domus vestra prædicta Pastoris sit solatio destituta, alium vobis Eligendi in Abbatem & Pastorem ejusdem loci Licentiam vobis concedere dignaremur, *An.* 6. *H.* 5. *Norm.* 6. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 4.

Nos (Precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati) Licentiam illam vobis, Tenore Præsentium, duximus Concedendam,

Mandantes quòd talem vobis eligatis in Abbatem & Pastorem, qui Deo devotus, Domui vestræ prædictæ necessarius, Nobisque & Regnis nostris utilis & fidelis existat.

In cujus, &c.

Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagensem* vicesimo secundo die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Potestate ad Homagia recipienda.

REX, carissimo Consanguineo suo, *Edmundo Comiti Marchiæ*, Salutem. Ann. D. 1418. *An.* 6. *H.* 5. *Ibid.*

De vestris fidelitate & industriâ in Domino plurimum confidentes,

Ad Petendum & Exigendum Homagia & Fidelitatis Sacramenta, Vice & Nomine nostris, de omnibus & singulis Personis, quæ ad Gratiam & Obedientiam nostras venerunt, seu de cætero venient, cum omnibus & singulis suis Capitulis, in ea parte de jure debitis & consuetis,

Ipsaque Homagia & Fidelitatis Sacramenta (assumptis per vos Notariis Publicis) Nomine nostro Recipiendum & Admittendum personaliter ab eisdem,

Cæteraque Faciendum, Excercendum, & Expediendum, quæ in hac parte necessaria fuerint & consueta,

Vobis plenam Committimus Potestatem,

Et Nos de nominibus omnium & singularum Personarum, de quibus hujusmodi Homagia & Fidelitatis Sacramenta receperitis, sub Sigillo vestro distinctè & apertè, certificetis;

Reservantes nichilominus semper nobis Renovationem Homagiorum

In cujus, &c.
Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagen.* vicesimo quarto die Decembris.

Per ipsum Regem.

•IX. 651. ** De Prorogatione Treugarum cum Comite Armeniaci, & Domino de le Bret.*

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 4.

REX, ad notitiam omnium & singulorum, quorum interest, deducimus, per Presentes, quòd nos Treugas seu Guerrarum Abstinentias, cum omnibus & singulis suis Capitulis, per Consiliarios nostros Ducatûs nostri Aquitaniæ modo & forma ultimò captas & firmatas, & usque ad Festum Natalis Domini proximò futurum, ut accepimus, tantummodò duraturas, cum Consanguineo nostro Comite Armeniaci, seu cum quibuscumque aliis, ab eodem Comite Consanguineo nostro Potestatem sufficientem in hac parte habentibus, prolongamus, & usque ad Festum Paschæ proximò futurum, ex certa scientia nostra, prorogamus;

Proviso quòd idem Comes pariles seu consimiles Prolongationis seu Prorogationis Treugarum sive Guerrarum abstinentiarum hujusmodi Literas, Sigillo suo signatas, infra triginta dies, proximò & immediatè post Datam Præsentium sequentes, nobis ex parte sua curet destinare cum effectu.

In cujus, &c.
Teste Rege in *Exercitu suo ante Civitatem Rothomagen.* vicesimo quarto die Decembris.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literæ de Prorogatione fiunt pro Treugis, inter Regem & Consanguineum suum Dominum de le Bret, per tempus prædictum duraturis, & sub eadem Data.

Copia Novi Privilegii, quod Rex Romanorum dedit certis Opidis & Castris in Elsatia, Translata de Vulgari Alemanico in Latinum.

Ann. D. 1418. An. 6. H. 5. Pen. Camer.

NOS *Sigismundus*, Dei Gratiâ *Romanorum Rex* semper Augustus, ac Hungariæ, &c. Rex.

Recognoscimus, ac per Præsentes universis, eas videntibus aut legere audientibus, publicè notificamus, quamvis ex debito astringamur, & ad hoc simus inclinati, quòd Publicam Utilitatem (quâ Terræ & Homines in Pace conserventur) omni tempore præpendimus; verumtamen multum ac majori desiderio noscimur aptati, ut nostras ac sacri Imperii Civitates sub nostrâ Regia Custodiâ & Protectione sponte conservemus, ac etiam ipsas ab Imperio (per quod dictarum Civitatum Quies & Tranquillitas infirmari posset) separari non sinamus ullo modo; hiis perspeximus claram Promptitudinem ac voluntaria Servitia, quæ Prædecessoribus nostris, & Nobis, ac etiam Imperio prænominato, Cives & Communitates Civitatum Hagenaw, Colmar, Sextat, Witenburg, Monasterium in Valle Sancti Georgii, Mulhusen, Keysersperg, Obern, Ehenheim, Dorinckeim, Ratzheim, & Sels, Nostri & Imperii Fideles dilecti, sæpiùs & pluries impenderunt, ac Nobis, & Imperio, inantea, utiliter futuris temporibus debent & valent famulari:

Et idcirco deliberato animo, fideli Consilio, & certâ scientiâ, Civitatibus & Communitatibus prædictis, ac ipsarum unicuique sigillatim, promisimus, & virtute Præsentium Promittimus & Spondemus, de plenitudine Romanæ Regiæ Potestatis, pro Nobis & aliis Romanis Imperatoribus & Regibus, nostris Successoribus in Imperio quòd, nos Civitates prædictas communiter, nec aliquam ex ipsis singulariter, & etiam omnia ad dictas Civitates pertinentia communiter, seu ad ipsarum aliquam sigillatim, nunquam perpetuis temporibus à prædicto Romano Imperio vendemus, inpignorabimus, aut quovis modo (quo dictæ Civitates à præfato Imperio dividi possent aut separari) aliis tradere aut alienare volumus, nec debemus ullo modo.

Et, si esset quòd, cujusvis Tenoris, nostræ seu Prædecessorum nostrorum Litteræ emanassent, aut imposterùm emanarent seu invenirentur, in quibus prædictæ Civitates communiter, aut singulariter una ipsarum, seu quicquid ad ipsas noscitur pertinere, ut fu-

Pro Ambassiatoribus Dauphini.

REX, per Literas suas Patentes, usque vicesimum diem Januarii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. Venerabilem Patrem *Johannem de Norry* Archiepiscopum Senonensem, *Lodowicum de Chalon* Comitem de Tonnere, Magistrum *Johannem de Vaily* Præsidentem in Parliamento, Magistrum *Johannem Tudert* Decanum Parisius, *Guillielmum Seignet* Chivaler, & Magistrum *Johannem de Villebresme* Secretarium Consanguinei Regis *Dauphini de Vienna*, usque & in Villam Regis de Loviers, cum Centum Personis in Comitiva sua vel infra, Armatis vel non Armatis, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & exinde ad partes suas proprias salvo & securè redeundo, ac Equos, Res, Bona, Jocalia, Libros, Literas, Hernesia, & Caragia sua quæcumque; Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 6.

Proviso semper quòd ipsi & quælibet Personarum prædictarum, statim post Adventum suum in Villam Regis prædictam, Arma sua deponant, nec ibidem, nisi illo die quo eos ab eadem Villa Regis recedere oportebit, Arma gerant seu Armati incedant quovis modo,

Et quicquam, quod in Regis contemptum vel præjudicium, aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu faciant attemptari,

Ac quòd ipsi nullum Castrorum, Fortalitiorum, seu Villarum Regis firmatarum, absque speciali licentia Capitaneorum eorumdem, intrent aliqualiter.

In cujus, &c.
Teste Rege in *Exercitu suo ante Civitatem Rothomagensem*; primo die Januarii.

Per ipsum Regem.

Pro Ambassiatoribus Reginæ Siciliæ.

REX, per Literas suas Patentes, usque primum diem Februarii proximo futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. *Johannem Daureins* Militem, *Petrum de Breze* Militem, *Tristanum de la Jaille* Militem, *Johannem Belard* Decanum Cenomanensem, *Hernen Abbatis*, & *Theobaldum Regis*, Legum Doctores, Consiliarios *Reginæ Ceciliæ*, ac Duos eorum, & pro quolibet eorumdem Sex Servientes vel infra, usque Præsentiam Regis veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abinde salvò & securè redeundo, ac Equos, Res, Bona, Jocalia, Libros, Literas, & Hernesia sua quæcumque; Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Ibid. m. 3.

Proviso semper quòd ipsi quicquam, quod, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

In cujus, &c.
Teste Rege, in Exercitu suo, ante *Civitatem Rothomagensem*, tertio die Januarii.

Per ipsum Regem.

** De Prorogatione Treugarum cum Duce Britanniæ.* • IX. 663.

Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Pat. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 23.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quod,
Cùm aliàs inierimus & firmaverimus Treugas seu Treugarum Abstinentias cum, carissimo Fratre nostro, *Johanne Duce Britanniæ*, pro Nobis, Regnis, Terris, Ligeis, & Subditis nostris, ac præfato Duce, Ducatu, Terris, Patriis, Ligeis, & Subditis suis,
Quarum Tenor sequitur in hunc modum,

HEnricus, Dei gratiâ *Rex Franciæ & Angliæ*, & Dominus Hiberniæ, omnibus, ad quos Præsentes Literæ pervenerint, Salutem.
Sciatis quod,
Cùm illustris Princeps, carissimus Frater & Consanguineus noster, *Johannes Dux Britanniæ* & Comes Montis Fortis, *&c. ut supra hoc Anno usque ibi*, Anno Regni nostri Quinto, *& tunc sic*,

Et easdem Treugas seu Abstinentias Guerrarum expost prolongaverimus seu prorogaverimus usque ad Festum omnium Sanctorum ultimum elapsum,

Quam quidem Revocationem, si eam Nos facere contigerit, notificabimus per hujusmodi Literas nostras Patentes, *præfato Duci*:

Et durabunt nichilominus dictæ Treugæ & inviolabiliter observabuntur & inconcusse per Quadraginta Dies post Notificationem hujusmodi, per Nos, ut præfertur, in hac parte faciendam;

Et hæc omnia & singula, pro parte nostrâ, nos bonâ fide & in verbo Regio promittimus observare.

In cujus, &c.

Teste Rege in *Exercitu suo, prope Civitatem Rotomagensem*, Duodecimo Die Januarii.

Per ipsum Regem.

De conducendo Ducem Britanniæ ad præsentiam Regis.

Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 3. d.

REX, dilecto & fideli Militi nostro, *Gerardo Usflete*, Salutem.

Sciatis quòd Assignavimus vos ad, carissimum Fratrem nostrum, *Johannem Ducem Britanniæ* (qui usque Præsentiam nostram accedere desiderat & proponit) usque eandem Præsentiam nostram, cum Gentibus suis, salvò & securè Conducendum,

Et ad quoscumque Ligeos & Subditos nostros (cujuscumque Status seu Conditionis fuerint) quòd vobis in hiis, quæ sibi pro Commodo & Honore nostris per vos exponentur, intendant & obediant, Compellendum,

Et quem, vel quos, vobis, in hac parte, contrarium vel contrarios aut inobedientem, vel inobedientes, invenire poteritis, Arestandum & Imprisonandum, vel eos aliter, prout juxta discretionem vestram fore videritis Faciendum, Castigandum & Puniendum;

Et ideò vobis Mandamus quod circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ:

Damus autem universis & singulis Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Ballivis, Vicecomitibus, ac aliis Officiariis, Ministris, & Subditis * nostris quibuscumque, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quod vobis, in Præmissis faciendis & exequendis, diligenter pareant, obediant, & intendant. * IX. 664.

In cujus, &c.

Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagensem* duodecimo die Januarii.

Per ipsum Regem.

Conventiones super Redditione Rothomagi.

Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Pat. Norm. 6. H. 5. p. 2. m. 5.

SEQUUNTUR DICTA, APPUNCTUATA, CONVENTA, & CONCORDATA, Tertio decimo die Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo octavo,

Inter Nos,

Richardum Comitem Warrewicæ,

Thomam Comitem Sarum,

Henricum Dominum de Fitz Hugh, Camerarium,

Walterum Hungreford, Senescallum Hospitii,

Johannem de Vasques de Almada,

Gilbertum Umfreville,

Et *Johannem Robessart*,

Milites,

Commissarios, *Christianissimi* & *Invictissimi Domini nostri*, *Henrici Regis* Dei gratiâ, *Regis Franciæ & Angliæ*,

Ex parta una,

Et, Religiosum Virum, *Johannem Abbe* Abbatem Sancti Georgii,

Magistrum *Stephanum de Roudemare* Officialem Rothomagensem,

Magistrum *Willielmum de la Sele*,

Magistrum *Johannem Alaspee*,

Clericos,

Dominum *Anthonium de Thoulongon*,

Dominum *Johannem de Ru*,

Dominum *Galfridum Martel*,

Milites,

Henricum Chaffour,

Johannem Baveux,

Jacobum de Valtravers,

Armigeros,

Rogerum Mustel Seniorem,

Johannem Tournour,

Domini nostri, Capitaneus Civitatis & Castri Rothomagensis (de Consensu Nobilium, Civium, & aliorum Inhabitantium in dictis Civitate & Castro) Reddet & Liberabit in Manus præfati Christianissimi & Excellentissimi Domini nostri, aut alterius cujuscumque in hac parte deputandi per eundem, Civitatem & Castrum Rothomagensia supradicta, absque dolo, fraude, seu malo Ingenio, quandocumque, (post Meridiem *Decimi noni Diei instantis Mensis Januarii*) idem Dominus noster Rex dictam Civitatem & Castrum sibi aut suis liberari voluerit, sub modo & formâ infrascriptis.

ITEM, *Conventum est* & *Concordatum* quòd, *die & horâ Mensis Januarii* supradictis, dicti Nobiles, Cives, & alii quicumque, Inhabitantes & Existentes in dictis Civitate & Castro Submittent se in omnibus Gratiæ dicti Excellentissimi Domini nostri Regis.

ITEM, *Conventum est* & *Concordatum* quòd, ab hac Horâ, usque ad realem & effectualem Liberationem dictorum Civitatis & Castri, nullus præfatorum Nobilium, Civium, aut aliorum, Inhabitantium seu Existentium in dictis Civitate aut Castro, egredietur aut exibit eandem Civitatem aut Castrum sine Licentia speciali Excellentissimi Domini nostri Regis.

ITEM, *Conventum est* & *Concordatum* quòd, ab hac Hora, usque ad Liberationem Civitatis & Castri supradictorum, utraque Partium prædictarum abstinebit se & supersedebit ab omni facto Guerræ fiendo contra alteram earumdem.

ITEM, *Conventum est* & *Concordatum* quòd præfati Nobiles, Cives, & alii, existentes in dictis Civitate & Castro, solvent præfato Domino nostro Regi Trescenta Milia Scutorum (quorum Duo valebunt unum Nobile Anglicanum) vel, loco cujusque Scuti, Triginta * magnos Albos, aut Quindecim Grossos, * IX. 665.

Quorum Trescentorum Milium Scutorum una Medietas solvetur dicto Domino nostro Regi, aut Deputatis suis, infra Civitatem Rothomagensem antedictam, *Vicesimo secundo Die instantis Mensis Januarii*,

Et altera Medietas solvetur eidem Domino nostro Regi, seu Deputatis suis hujusmodi, in Festo Sancti Mathiæ Apostoli proximò futuro, quod erit *Vicesimo tertio Die Mensis Februarii* proximò futuro, absque ulteriori dilatione.

ITEM, *Conventum est* & *Concordatum* quod omnes & singuli Equi, Hernesia, Armaturæ, Artellariæ, Pulveres, & alia quæcumque Habilimenta Guerrarum, spectantia ad Soldarios seu alios Extraneos, existentes in Civitate & Castro supradictis, adducantur per eosdem, & reponantur in Duabus aut pluribus Domibus, prope Castrum ad hoc assignandis: & liberabuntur, per Capitaneum dictæ Villæ, præfato Domino nostro Regi, aut ipsius in ea parte Deputandis, quandocumque idem Capitaneus per Partem dicti Domini nostri Regis (post Meridiem dicti *Decimi noni Diei instantis Januarii*) super hoc fuerit requisitus.

ITEM, *Conventum est* & *Concordatum* quod omnes & singulæ Armaturæ, Artellariæ, Pulveres, & alia Habilimenta Guerrarum, dicti Castri, reponentur in unâ Domo infra idem Castrum; & liberabuntur præfato Domino nostro Regi, seu ejus in ea parte Deputatis, eo tunc quo ipsum Castrum eidem Domino nostro Regi contigerit liberari.

ITEM, *Conventum est* & *Concordatum* quod omnes & singulæ Armaturæ, Artellariæ, & alia Habilimenta Guerrarum, dictæ Civitatis, ac quorumcumque Civium & aliorum Inhabitatorum ejusdem, adducentur per eosdem, & reponentur in unâ Domo, seu pluribus ad hoc assignandis; & Liberabuntur, per Capitaneum dictæ Villæ, præfato *Domino nostro Regi*, aut ejus in eâ parte Deputandis, quandocumque idem Capitaneus, per partem dicti *Domini nostri Regis* (post Meridiem dicti *Decimi noni Diei instantis Januarii*) super hoc fuerit requisitus (Exceptis illis Armaturis quæ spectant ad Mercatores qui ea solent vendere) cessantibus fraude & malo ingenio quibuscumque:

Et, si contingat aliquos Mercatores aliquas Armaturas hujusmodi, quæ suæ non sunt, quomodolibet sub specie suorum palliare, ipsæ Armaturæ, sic occultatæ, & omnes aliæ, quæ suæ fuerunt, ipso facto Domino nostro Regi remaneant Confiscatæ, Corpusque ipsius Mercatoris ad Voluntatem dicti Domini nostri Regis puniendum.

ITEM, *Conventum est* & *Concordatum* quod nullo modo fiat Combustio, Occultatio, Deterioratio, Consumptio, sive Distractio Equorum, Armaturarum, Artillariorum, Pulverum, aut aliorum quorumcumque Habilamentorum Guerrarum, infra dictas Civitatem & Castrum existentium; set quod ea omnia & singula, absque dolo vel malo ingenio, conservabuntur integra & illæsa, præfato Domino nostro Regi, ut præmittitur, liberanda.

ITEM, quod omnes & singulæ Cathenæ, quæ duci solebant ex transverso Platearum & Vicorum dictæ Civitatis, Reponentur in unâ Domo, convertendæ in utilitatem Civium ejusdem Civitatis.

ITEM, *Conventum est* & *Concordatum* quod præfatus Dominus noster Rex habebit Locum, seu spatium Terræ, suæ Celsitudinis ar-

* IX. 666. pertinentia, infra dicta * Civitatem & Castrum existentia, integrè liberabuntur illi, quem Regia Serenitas, post Liberationem dictæ Civitatis, duxerit deputandum.

ITEM, *Conventum est & Concordatum* quod præfati Nobiles, Cives, & alii, infra dicta Civitatem & Castrum existentes, facient eadem Civitatem & Castrum ante præfatum *Decimum Diem instantis Mensis Jan.* sufficienter & honestè mundari, ac etiam Sepeliri & Humari diligenter & honeste Cadavera quorumcumque illic Mortuorum, & qui usque in diem illum sunt decessuri.

ITEM, *Conventum est & Concordatum* quod præfati Nobiles, Cives, & alii, existentes in dictis Castro & Civitate, incontinenter Recipient & Reintrare facient in eandem Civitatem omnes & singulos, existentes in Fossatis seu circa Fossata ejusdem Civitatis, qui, propter Penuriam, eandem Civitatem sunt egressi: quos Pascere tenebuntur usque ad *Decimum nonum Diem Januarii* supradictum, prout Deo & Regi voluerint respondere; præter quos nullam aliam Personam Recipient in eandem Civitatem seu Castrum, usque in prædictum diem, sine speciali Licentiâ præfati Domini nostri Regis: &, si fortè contigerit aliquem Nuncium Partis adversæ venire usque ad Portas seu Fossata eorundem Castri seu Civitatis, ipse in ipsa non Recipietur, sed Providebitur eidem per Dominum nostrum Regem de salvo Conductu.

QUÆ omnia & singula supradicta, sic, ut præmittitur, *Conventa & Concordata*, dicti Capitaneus, Nobiles, Cives, & alii, infra dicta Civitatem & Castrum existentes, benè & fideliter, absque dolo, fraude, seu malo ingenio, tenere & observare promittunt, & ad eadem observanda & implenda se obligant; nisi & quatenus contigerit præfatum Dominum nostrum Regem (quod absit) fore Devictum in Bello, sibi à *Karolo Adversario suo Franciæ*, aut *Duce Burgundiæ*, ante Meridiem præfati *Decimi noni diei instantis Mensis Januarii*, personaliter inferendo.

PROVISO semper quod, si contingat præfatum *Karolum Adversarium*, aut *Ducem Burgundiæ*, vel alium quemcumque, venire pro Removenda Obsidione ipsius *Domini nostri Regis* à Civitate prædictâ, neque præfatus Capitaneus, nec aliquis Nobilium, Soldariorum, Civium, aut aliorum, existentium infra Civitatem & Castrum antedicta, egredietur, nec Auxilium eidem, sic contra Dominum nostrum Regem venienti, præstabit aut impendet quovis modo.

ET, ut hæc omnia & singula, sic, ut præmittitur, *Appunctuata Conventa*, & *Concordata*, benè, fideliter, & inconcussè observentur, ac pro majori Securitate earumdem, *Conventum & Concordatum est* quod præfatus Capitaneus, Nobiles, Cives, & alii supradicti Liberabunt & Tradent ad statim in manus dicti Domini nostri Regis Octoginta Notabiles Obsides (quorum Viginti erunt Milites & Scutiferi, & reliqui Cives ipsius Civitatis) propriis eorum Sumptibus sustentandos.

Pro parte verò præfati metuendissimi Domini nostri Regis (Præmissa humilem Submissionem & Redditionem Civitatis & Castri & alia subscripta gratiosè & benignè considerantis) *Concessum* est, quod omnes & singuli (cujuscumque Statûs, Gradûs, seu Conditionis extiterint) infra dicta Castrum & Civitatem existentes (exceptis certis Personis inferiùs expressatis) qui devenire voluerint Ligei & Subditi ipsius Domini nostri Regis, & de cætero sub ejus Obedientiâ Remanere, habebunt omnia & singula Hæreditates ac Bona sua mobilia & immobilia, infra Ducatum suum Normanniæ constituta, quæ, ante Datam præsentium, per præfatum Dominum nostrum Regem, aliis Data & Concessa non fuerunt (exceptis Armaturis & Artellariis suprascriptis) faciendo pro Hæreditatibus & Bonis immobilibus hujusmodi præfato Domino nostro Regi Servitia, inde debita & consueta, seu aliis, ad quos hujusmodi Servitia, ex Concessione ipsius Domini nostri Regis, deberent pertinere.

ITEM, *Concessum* est, pro parte Domini nostri Regis, quod Cives & Inhabitatores Civitatis Rothomagensis, qui nunc sunt, aut in futurum erunt, habebunt omnia & singula Libertates, Franchesias, & Privilegia, quæ per, inclitæ memoriæ, Progenitores ipsius Domini nostri Regis, *Reges Angliæ*, *Duces Normanniæ*, eis & dictæ civitati Concessa fuerunt; in quorum Possessione fuerunt *Primo Die* quo venit idem Dominus noster Rex, ante dictam Civitatem; ymo &, ex ampliori suæ Benignitatis gratiâ, est *Concessum* quod habebunt iidem Cives & Inhabitatores omnia & singula Libertates, Franchesias, & Privilegia, in quorum Possessione fuerunt præfato *Primo Die*, ex Concessione quorumcumque Progenitorum suorum *Regum Franciæ*, qui fuerunt ante tempora *Philippi de Valoys*, Adversarii Progenitorum dicti Domini nostri Regis.

tenderunt.

ITEM, *Concessum* est, pro parte Domini nostri Regis, quod Guerram & etiam Obloquia, quæ (hac Obsidione durante) Gentes superiùs memoratæ (cujuscumque conditionis extiterint) adversus suam Regiam Serenitatem fecerunt, aut pollutis Labiis sunt loquutæ, idem Serenissimus Dominus noster Rex, ex instinctu Divinæ Pietatis, clementer Indulgebit; præterquam hiis Personis, quæ superius & in specie sunt exceptæ.

ITEM, *Concessum est*, pro parte Domini nostri Regis, quod præfatis Soldariis & Extraneis, juxta formam præsentis Tractatûs & Concordiæ recedere volentibus, idem Dominus noster Rex ordinabit & faciet bonum, salvum, & securum Conductum in forma consuetâ.

In quorum omnium & singulorum Fidem, Securitatem, & Testimonium, Nos, Magister *Stephanus Officialis* antedictus, *Guido Butiller* Capitaneus, *Willielmus Graunson* Dominus de Peines, *Anthonius de Thoulongeon*, *Johannes Bastardus* de Tineu, & *Johannes le Mason* Custos Sigilli Obligationum Vicecomitatûs Rothomagensis, Sigilla nostra Præsentibus apposuimus, ante dictam Civitatem Rothomagensem, *Die & Anno supradictis*.

De non intromittendo, in Spiritualibus, absque Licentia Regis.

REX, *Cantori & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Constantiensis*, Sede ibidem vacante, Salutem. Ann. D. 1419.

Quia datum est nobis intelligi, quod vos certas Personas Ecclesiæ prædictæ, de præsenti absentes, ad Præbendas & Beneficia sua in eadem Ecclesia sua Recipere, ac Fructus, Proficua, Reventiones, & Emolumenta eorumdem Levare & Percipere, necnon alia quamplurima intollerabilia permittere intenditis, Auctoritate propriâ & non nostrâ, An. 6. H. 5. Pat. Norm. 6. H. 5. p. 2. m. 38. d.

Nos,

Præmissa ponderantes, ac eis, quæ contra nostram Regiam Majestatem fiunt obviare volentes,

Vobis, districtius quo possumus, firmiter injungendo, Mandamus nè aliquam Personam (cujuscumque Gradûs, Statûs, seu Conditionis fuerit) in Episcopum Loci prædicti Eligere, Admittere, seu Recipere, vel aliquas Personas de absentibus prædictis, ad Præbendas seu Beneficia sua hujusmodi optinenda, aut Fructus, Proficua, Reventiones, & Emolumenta eorumdem levanda seu percipienda, permittere quovis modo curetis, absque speciali licentia nostra; & hoc, sub Periculo incumbenti, nullatenus omittatis.

Teste Rege *in Exercitu suo ante Civitatem Rothomagensem* decimo tertio Die Januarii.

Per ipsum Regem.

---

* *Instrumentum Autenticum, continens Transumptum quarundam Literarum tangentium Ducatum Acquitaniæ.* * IX. 668.

UNIVERSIS CHRISTI FIDELIBUS, præsentes Literas seu præsens publicum Instrumentum inspecturis, *Thomas*, permissione divinâ, *Dunelmensis Episcopus* Salutem in Domino & adhibere Præsentibus plenam fidem. Ann. D 1419. An. 6. H. 5. Pell.

UNIVERSITATI VESTRÆ NOTUM FACIMUS, per Præsentes, quod, prudens & egregius Vir, *Willielmus Kynwolmersh*, Clericus, Procurator, metuendissimi Domini nostri, Regis *Henrici*, Dei gratiâ, *Angliæ & Franciæ* illustrissimi, & Domini Hiberniæ, coram nobis Comparens, EXHIBUIT quandam INDENTURAM, Sigillis honorabilium virorum, *Jacobi Magni* in Sacra Pagina Professoris, *Electoris de Pontbriant*, *Petri Versallis* in Sacra Pagina Bacallarii formati, *Galesii de Acheyo* Militis, ac *Johannis Louveti* Domicelli, Procuratorum, Nunciorum, Legatorum, sive Ambassiatorum, nobilium & Potentium Dominorum, quondam *Johannis Ducis Bituriæ*, *Karoli Ducis Borbonii*, quondam *Johannis Comitis de Alanconio*, & *Johannis de Lopiaco* Militis Procuratoris sive Nuncii quondam *Bernardi Comitis Armaniaci*, in Cera rubea SIGILLATAM, cujus Tenor scribitur inferiùs.

Qua INDENTURA, ut asseruit dictus Procurator *Domini nostri Regis*, idem *Dominus noster Rex* multum indiget propter cer-

UNIVERSIS CHRISTI FIDELIBUS, ad quos præsentes Literæ pervenerint, *Henricus*, *Illustris Regis Angliæ & Franciæ Primogenitus*, *Princeps Walliæ Dux Aquitaniæ*, *Lancastriæ*, *& Cornubiæ*, ac *Comes Cestriæ*, *Thomas Secundogenitus Senescallus Angliæ*, *Johannes Tertiogenitus Angliæ Constabularius*, *Humfridus ejusdem Illustrissimi Principis Quartogenitus*, Salutem & fidem Præsentibus indubiam adhibere.

Cùm, nuper, honorabiles Viri, *Jacobus Magni* in Sacra Pagina Professor, *Ector de Pontbriant*, *Petrus de Versallis* Bacallarius formatus, *Galesius de Aibeys* Miles, ac *Johannes Louvet*, Domicellus, Procuratores, Nuncii, Legati, sive Ambassiatores, Nobilium & Potentum Dominorum, *Johannis Ducis Bituriæ & Alverniæ*, *Comitis Stamparum*, *Boloniæ & Alverniæ*, *Karoli Ducis Aurelianensis & Valesii*, *Comitis Blesensis & Bellimontis & Domini Conciaci*, *Johannis Ducis Borboniæ*, *Comitis Clarimontis & Forestarum ac Domini Belli Joci*, *Johannis Comitis de Alanconio & de Pertica*, *Domini Filgeriarum & Guerchiæ*, & *Johannes de Lopiaco* Miles, Procurator, Nuncius, Legatus, sive Ambassiator, Nobilis & Potentis Domini, *Bernardi Comitis Armaniaci*, Fesensiaci, Ruth & Pardiaci, in Præsentia, Illustrissimi Principis & Domini, Domini *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ*, Patris nostri personaliter constituti, Vice & Nomine dictorum Dominorum suorum, Optulerunt, Promiserunt, & Concesserunt præfato *Domino nostro Regi*, suis & Hæredibus, aut eorum Deputatis, omnimodam & quamlibet Partem Ducatûs Aquitaniæ, extra manus *Domini nostri Regis* prædicti jam de facto existentem, quam pro nunc optinent, Restituere & effectualiter Liberare, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, eam verò partem, quæ suæ Potestati aut Ditioni in præsenti supposita non existit, Conquestare seu ad Conquestam juvare fideliter & juxta Posse,

* IX. 669. * Nos, *Henricus*, *Thomas*, *Johannes*, & *Humfridus*, dicti Illustrissimi Principis Nati supradicti,

Considerantes & mente sedulà revolventes dictas Oblationes, & alias Promissiones, & Concessiones, pro parte dictorum Dominorum, præfato *Domino nostro Regi & Patri*, sicut præmittitur, in dictorum Domini nostri Regis & Regni Honorem & Commodum effectualiter cedere in futurum, & ut eo magis in eorum Benevolentia, Subjectione, Fidelitate, & Proposito dicto *Domino nostro Regi*, Hæredibus, & Successoribus suis animentur & consistant,

Promittimus, pro parte nostra, quòd *præfatos Dominos Duces & Comites*, fideles Subditos & Vassallos eidem *Domino nostro Regi & Patri* & Hæredibus suis existentes, in sua Justitia contra quoscumque, prout ad Nos attinet, Defendemus, ac eis Auxilium & Succursum debita impendemus, sicut & prout fidelibus Subditis & Vassallis dicti *Domini nostri Regis* impendere obligamur, quodque, in dictorum Dominorum *Johannis*, *Karoli*, *Johannis*, *Johannis*, & *Bernardi*, Ducum & Comitum prædictorum, ut præmittitur, Subditorum, & Vassallorum, præjudicium nullas, aliquo tempore, Confœderationes sive Concordias cum *Johanne Duce Burgundiæ*, Natis, Fratribus, aut cognatis suis Germanis quibuscumque, indebite faciemus;

Quæ omnia & singula UNIVERSITATI VESTRÆ deducimus per præsentes.

In quorum omnium Testimonium atque fidem Nos, *Jacobus*, *Ector*, *Petrus*, *Galesius*, *Johannes*, & *Johannes*, Nuncii, Procuratores, & Ambassiatores, antedicti, huic PARTI INDENTATÆ sigilla nostra apposuimus.

Dat. in *Civitate Londoniarum*, Anno Regni dicti metuendissimi Domini nostri Regis decimo Tertio, Mensis Maii die vicesimo.

Nos verò,

Reputantes Requisitionem dicti Procuratoris *Domini nostri Regis* fore juridicam & consonam rationi,

INDENTURAM prædictam INSPEXIMUS, PALPAVIMUS, ac, coram Notario & Testibus subscriptis, in nostra præsentia, examinari FECIMUS diligenter,

Ipsamque INDENTURAM ac ejus Sigilla, veridica & autentica per nos reperta, per *Ricardum Braunspath*, publicum Apostolica auctoritate Notarium, nostrumque Scribam, TRANSUMI & ad perpetuam plenamque fidem Mandavimus & Fecimus EXEMPLARI,

Et quia, factâ fideli Collatione de præsenti TRANSUMPTO cum INDENTURA Originali prædicta, ipsam in omnibus & per omnia concordare reperimus, Idcirco, Auctoritate nostra ordinariâ, præsens TRANSUMPTUM PUBLICAVIMUS, & per Notarium publicum, nostrum Scribam publicari, subscribi, & in hanc publicam Formam redigi FECIMUS,

Volentes & Decernentes huic TRANSUMPTO sive EXEMPLARI talem ac tantam fidem, ubique locorum, tam in Judi-

...Custode Rotulorum Domini nostri Regis supradicti, & Magistro *Ricardo de Holm* in utroque Jure Licentiato, Canonicis Eborum, & aliis Testibus, ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et Ego Ricardus Braunspath *Clericus*, *Dunelmensis Diœcesis*, *publicus Apostolicâ auctoritate Notarius*, *supradictique reverendi Patris Scriba*, INDENTURÆ *supradictæ Exhibitioni*, *Requisitioni*, *Inspectioni*, *Palpationi*, *Examinationi*, *Collationi*, *& Decreto*, *omnibusque aliis & singulis supradictis*, *dum sic*, *ut præmittitur & superius recitantur*, *per præfatum* Reverendum Patrem *& coram eo agerentur & fierent*, *sub Anno Domini*, *Indictione*, *Pontificatu*, *Mense Januarii* * *Die*, *& Loco*, *in Fine præsentis* * IX.
TRANSUMPTI *sive* PUBLICI INSTRUMENTI *superius descriptis*, *una cum prænominatis Testibus*, *præsens personaliter interfui*, *eaque omnia & singula sic exerceri & fieri vidi*, *audivi*, *& de Mandato prædicti* Reverendi Patris *præsens* TRANSUMPTUM *scripsi*, *publicavi & in hanc publicam Formam redegi*, *meisque Signo & Nomine consuetis*, *una cum præfati* Reverendi Patris *Sigilli appensione*, *signavi requisitus in fidem & testimonium præmissorum*. 670.

Constat mihi Notario prædicto de Rasura inter Dictiones, *obtinet & restituere*, & de una parva Rasura inter dictiones *Tertio decimo &* *Mensis*, & de Rasura Dictionum *nostrique Sigilli* supra in xxiii. & xxxiii. & xl. Lineis præsentis TRANSUMPTI à capite computandis,

Quos Defectus approbo Ego Notarius antedictus, Defectum ipsum corrigendo.

De Potestatibus Tractandi cum Ambassiatoribus Dauphini, super Pace finali, & super Conventione.

REX, Omnibus ad quos, &c. Salutem & fidem indubiam Præsentibus adhibere. Ann. D. 1419.

Cum, Illustris Princeps, *Dauphinus de Viennâ*, Consanguineus An. 6.
noster, & *Adversarii nostri Franciæ* Filius, ac Regens Franciæ H. 5.
ut dicitur, nuper desideraverit Tractare & Communicare una nobiscum, seu nostris Commissariis quos ad id duceremus eligendos, Pat. Norm. 6.
ea quæ Pacem perpetuam & Tranquillitatem utriusque Regni H. 5. p. 1. m. 13.
possunt concernere, prout ex suorum quorundam accepimus Relatione nobis factâ,

Nos,

Ob Reverentiam Dei, qui ad Pacem firmandam Bellum sponte neus iniit, ad Evitandum Sanguinis Christiani effusionem, aliaque Dampna irreparabilia quæ diræ Guerrarum Voragines deduxerunt, & deducent verisimiliter in futurum, si Remedium in ea parte congruum nullatenus apponatur, & ad finem quòd Nos, tempore nostro, nostris Subditis Pacem præparemus,

Ad Tractandum, Communicandum, & Procedendum, de & super hujusmodi Pace perpetuâ, cum Ambassiatoribus, Nunciis, & Commissariis *dicti Dauphini*, Consanguinei nostri Regentis ut dicitur, nostros præbemus Consensum & Assensum,

Unde Nos,

De fidelitate, prudentiâ, circumspectione, & Industriâ, Reverendissimi in Christo Patris, Domini *Henrici*, Dei Gratiâ, *Cantuariensis Archiepiscopi*, totius Angliæ Primatis, & Apostolicæ Sedis Legati, venerabilis Patris, Domini *Henrici Episcopi Wintoniensis*, Avunculi nostri Carissimi, Venerabilis Patris, Domini *Henrici*, eâdem gratiâ, *Episcopi Cicestrensis*, & dilecti & fidelis nostri, *Walteri Hungerford* Senescalli Hospitii nostri, ac Magistri *Johannis Kempe* Custodis Privati Sigilli nostri, & Magistri *Ricardi Caudray* Clerici Concilii nostri, & eorum cujuslibet plenariè confidentes,

Ipsos Sex, Quatuor, aut Tres eorum, nostros fecimus, ordinavimus, & deputavimus, ac facimus, ordinamus, & deputamus certos & indubios Ambassiatores, Nuncios, & Commissarios per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Sex, Quatuor vel Tribus eorumdem, plenam Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale, pro Nobis & nomine nostro, unà cum Ambassiatoribus seu Commissariis *dicti Dauphini*, Consanguinei nostri Regentis ut dicitur, plenam & sufficientem, in hac parte, Potestatem abeodem habentibus,

De & super hujusmodi *Pace finali*, ac omnibus & singulis Incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis, abeadem & generaliter super omnibus & singulis, Quietem, Tranquillitatem, & Pacem utriusque Regni concernentibus,

In omnibus & singulis locis, ac totiens quotiens eis Sex, Quatuor, aut Tribus eorumdem videbitur expedire,

Conveniendi, Communicandi, & Tractandi,

Eaque omnia & singula, pro Parte nostra, ad perpetuam rei me-

tas, seu concordatas pro Nobis & Nomine nostro, Dandi, Faciendi, & Exponendi; quas parem & eundem effectum & vigorem habere volumus ac si nos in Personâ nostrâ eas daremus, faceremus, & exponeremus,

Et consimile Juramentum in Animam *dicti Dauphini*, Consanguinei nostri, Regentis ut dicitur, Literas, Obligationes, Securitates, & Cautiones alias sufficientes, in hac parte Nobis necessarias, Nobis & Nomine nostro, ab Ambassiatoribus *Dicti Dauphini*, Consanguinei nostri, Petendi, Recipiendi, & Optinendi,

Ac quoscumque Tractatus, per eos cum *Dicti Dauphini*, Consanguinei nostri, Regentis ut dicitur, Deputatis, seu Nunciis, captos sive habitos prout eis Sex, Quatuor, vel tribus eorumdem expedire videbitur, Prorogandi & Continuandi,

Et generaliter omnia alia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis vel circa ea, seu eorum aliquod, necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna; etiam si de se Mandatum magis exigant speciale:

Et Promittimus, bonâ fide & verbo regio, ac sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuo habituros totum & quicquid per dictos nostros Ambassiatores, Sex, Quatuor, aut tres eorum Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* vicesimo primo die Januarii.

Consimiles Potestates ad Tractandum ut supra.

Ann. D. REX omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem
1419. & fidem indubiam Præsentibus adhibere.
Au. 6. Cum, illustris Princeps *Dauphinus de Vienna, &c. ut supra us-*
H. 5. *que ibi, Episcopi Cicestrensis, & tunc sic*, Dilecti & Fidelis Militis
Ibid. nostri, *Walteri Hungreford* Senescalli Hospitii nostri, Magistri
m. 19. *Johannis Kempe* Custodis Privati Sigilli nostri, *Willielmi Alyngton* Armigeri, & Magistri *Ricardi Caudray* Clerici Concilii nostri, Conciliariorum nostrorum, & eorum cujuslibet plenariè confidentes, *&c. ut supra usque ibi*, Damus, *& tunc sic*,

Insuper eisdem Ambassiatoribus nostris sex, quinque, quatuor, aut tribus eorumdem, plenam Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Ambassiatoribus & Commissariis *dicti Domini Dauphini*, Consanguinei nostri, Regentis ut dicitur, sufficientem, in ea parte, Potestatem habentibus ab eodem, ad Tractandum & Concordandum de & super CONVENTIONE nostrà & dicti Domini Dauphini, Consanguinei nostri,

Necnon de Modò, Tempore, & Loco CONVENTIONIS hujusmodi,

Ac de quibuscumque Securitatibus, ad dictam Conventionem necessariis, convenientibus, seu oportunis,

Necnon, *&c. ut supra usque ad Finem.*

In cujus, &c.

Teste Rege, *apud Castrum nostrum Rothomagi* xxii. die Januarii.

Per ipsum Regem.

• IX. 672. • *De Conductu pro Capellano, cum tota Parochia in Comitiva sua veniendo ad Jurandum Fidelitates Regi.*

Ann. D. REX, per Literas suas Patentes, per Septem Dies proximò
1419. futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum,
Au. 6. &c. *Guillielmum Gambart* Capellanum Parochialem *de Dez Inno-*
H. 5. *cens*, ducendo secum, in Comitiva sua, omnes & singulos Paro-
Pat. chianos suos, penes Præsentiam nostram pro eorum Fidelitatibus
Norm. 6. Regi faciendis & jurandis, salvò & securè Veniendo, ibidem
H. 5. p. 1. morando & perhendinando;
m. 38. d. Et Ideò Vobis, &c.

Provisò semper quòd ipsi quicquam, quod in Nostri contemptum, aut Populi nostri Dampnum, cedere valeat, non attemptent, seu faciant attemptari, quovismodo.

In cujus, &c.

Petrus Dell Capellanus Paroch. de Monelo Geffrey.
Matheus Dell Capellanus Paroch. de Menello Dordain.
Johannes Reginaldi Curatus de Boleo.
Petrus de Lekes Curatus de Nolean.
Johannes de Cevetty Curatus de Resey.
Robertus le Grayle Capellanus Paroch. de Seint Martin as Arbes.
Galfridus Fever Curatus Ecclesiæ Paroch. de Donneville l'Abbey.
Guillielmus Barote Curatus Ecclesiæ Paroch. de Houseya Berangerie.
Johannes de Mara Capellanus Paroch. de Vernevilla.
Johannes Berton Capellanus Paroch. de Delmanville.
Simon le Grant Curatus Ecclesiæ Paroch. de Croissy.
Petrus Manchon Capellanus Paroch Sancti Petri Veteris.
Matheus Bernard Capellanus Paroch. de Plena silva.
Michael Herys Capellanus Paroch. de Bearville.
Frater Johannes Sutoris Curatus Ecclesiæ Parochialis Sancti Luciani.
Johannes Simonis Curatus Ecclesiæ Paroch. de Venesta Villa.
Johannes Malerbe Capellanus Paroch. de Fontibus Duny.
Thomas Pynchon Curatus Ecclesiæ de Cedeville.
Johannes Abell Curatus de Breuteville
Guilhelmus Trenches Capellanus Paroch. de Trauffres.
Guillielmus le Machon Curatus de Capella supra Dominium juxta Neville.
Galfridus Vures Capellanus Paroch de Auramesvill.
Johannes de Gardino Capellanus Paroch. de Bretteuille.
Laurentius Machabre Capellanus de Reiville.
Guido Palefrey Capellanus Paroch. de Beavilla.
Nicholaus Gorneys Capellanus de Gunnetot.
Gilberto de Fraco Capellanus Sancti Victoris.
• *Antonius de Cantelon* Capellanus de Braquetint. • IX.
Guillielmus Piquet Curatus Sancti Petri de Vigrer, 673.
Thomas Lobier Curatus Ecclesiæ de Bosco Episcopi.
Petrus Caveler Capellanus Paroch. de Vibief.
Guillielmus Militis Capellanus de Limeray.
Stephanus Guersan Capellanus de Riquecourt.
Johannes de Kevermont Cappellanus Paroch. de Caravilla.
Gervasius Louvel Capellanus Paroch. de Basqueville.
Frater Johannes de Veorne Curatus Ecclesiæ de Beauvoir in Foresta.
Walterus de Poivilla Curatus de Sassetot.
Julianus Moryn Capellanus de Tonqueville.
Stephanus Godefray Cappellanus de Nongeon super Audele.
Johannes de Castro Capellanus Paroch. de Sussay.
Walterus de Somater Capellanus de Imbleville.
Nicholaus de Bourbel Capellanus d'Auffay.
Nicholaus Sutoris Capellanus Paroch. de Arkansi.
Guillielmus Nicholas Capellanus Paroch. Sancti Andoeni de Maugier.
Andreas Garet Curatus Ecclesiæ Paroch. d'Angu, ducendo secum omnes & singulos Parochianos suos, ac omnes & singulos Parochianos de Grisencourt, Veli, Noiers, Bretenonville, & Moulamcourt.
Alanus de Maris Capellanus Parochialis de Utrimontis.
Robertus Sergeant Capellanus Parochialis de Saint Ouen Debreul.
Guillielmus le Boteler Capellanus Parochialis Deguettevilla.
Johannes Herebout Capellanus Parochialis de Seint Victor en la Champaigne.
Robertus Ouyn Capellanus Parochialis de *Monsterolio.*
Radulphus le Vassent Capellanus Parochialis de Hocot Lauure.
Johannes de Plaster Cappellanus Parochialis de Roquetere.
Richardus de Londa Capellanus Parochialis de Homville.
Guillielmus Quesnel Capellanus Parochialis de Tionvilla.
Robertus Vmenew Capellanus Parochialis de Benedicta Villa.
Frater *Johannes de Hors* Curatus Parochialis Dauffreville subtus Montes.
Clemens Heben Curatus Parochialis de Gripovilla.
Johannes de Molins Capellanus Parochialis de Angiens.
Reginaldus Sanale Capellanus Parochialis de Hondetot.
Petrus Fabri Capellanus Parochialis de Sanavilla.
Jacobus de Monte Capellanus Parochialis Ecclesiæ Sancti Macuti de Folleville.
Guillielmus Vynemant Capellanus Parochialis Ecclesiæ beatæ Mariæ de Heberville.

Capellanus Parochialis de Blonevile.

Martinus Barate Capellanus Parochialis Sancti Albini supra Mare.

Robertus Diron Capellanus Parochialis de Lamervilla juxta Basquevilla.

Johannes Malepreste Capellanus Parochialis Sancti Martini de Siryaco Longuivilla.

Guillielmus de Alneto Capellanus Parochialis de Firellia.

Petrus Romain Curatus de Diaglevilla.

Alexander Habert Capellanus Parochialis Sancti Laurentii.

Johannes Costart Curatus Parochialis Sancti Justi.

* IX. 674. * *Natalis de Couldroy* Capellanus Parochialis de Nesville Reury.

Reginaldus de Harquevilla Capellanus de Tredeville.

Michael Everard Capellanus Parochialis Dauscuvilla.

Frater *Johannes le Bequ* Curatus Parochialis de Berreville.

Johannes Dondre Curatus Parochial. de Eailardia.

Nicholas Sobolis Capellanus Parochial. de Bourgoduny.

Ivo Thirrell Capel. Parochialis de Lilly.

Petrus Baudray Capellanus Parochial. de Longolis.

Guillielmus de Boscheroult Curatus Paroch. Delloury in Foresta.

Johannes Grandin Capellanus Parochialis de Morny.

Guillielmus Ven Capellanus Paroch. de Ouville.

Johannes Gardin Capellanus Parochial. de Telea.

Simon Rufy Capellanus Parochialis de Monsfeues.

Johannes Rufy Capellanus Parochialis de Veliers.

Johannes de Castro Curatus Parochialis de Flemnevelio.

Robertus Vadquit Capellanus Parochial. de Beburayn.

Petrus Lebury Capellanus Paroch. de Bosco Heredi.

Johannes Egidii Capellanus Parochialis de Royvilla.

Rogerus Daulonc Capellanus Parochialis de Byvilla in Riparia.

Johannes Carier Capellanus Parochialis de Bello monte de Harent.

Guillielmus Adam Curatus Parochialis Sancti Petri in Valle Dedino.

Frater *Johannes Diourne* Curatus Parochial. de Beauvoir.

Stephanus Parentis Capellanus Parochial. de Castellania de Longueville.

Guillielmus Chauchine Curatus Parochial. de Noyon le Sec;

Robertus Feron Curatus Parochial. de Lectegume.

Guillielmus Cauterel Curatus Parochial. de Longueville la Emfart.

Laurentius de Houst Capellanus Paroch. de Hotot.

Johannes Puchenerre Capellanus Paroch. de Coudreye.

Johannes le Prest Curatus Paroch. de Omframville.

Johannes de Halleur Capellanus Paroch. de Piris & de Parollio super Ripariam d'Audelle.

Conventiones super Redditione de Monstreuille.

Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 9. m. 2. C'EST LE TRAITEE ET APPOINTMENT, Fait & Acorde le xxiii. Jour de Januer, l'An M. CCCC. XVIII. par Nous *Guilliam Destrepintot*, *Johan Blangrenon*, *Robin de Bault*, & *Johan de Nerval*, Commises depar *Piers Raubault* Lieutenant, & touz les Burgeux, Souldeours, & Habitans *de la Ville de Monstreuill*,

Et noz propres Persones loialment Promettans, pour Nous, & les Burgeaux, Souldeours, & Habitantz dessusditz, a Monsieur *Hugh Luterell Chivaler Lieutenant de Harefleu*, Commys pour le Tresnoble *Roy d'Engleterre* a Treter & Concluyer du fait *de la Rendue de la dite Ville de Monstreuille*, que Nous *Rendrons ycell Ville de Monstreuille* es Mains *du Tresbault & Puissant Prince le Tresexcellent Roy d'Engleterre* dessusdite, ou es Mains d'autre depar *Roy* Commys de le *Recevoire*, *de Maine a Oept jours* prochein ensuant; le dit Tresnoble & Trespuissant Roy de le Tenir & Governer a son bon Plaisir pour tourz jours.

ITEM, est Acorde & Promis par Nous, *Guillem Destrepintot*, *Blangrenon*, *le Bault*, & *de Nerval* dessusditz, q'a jour de la *Rendue de la dite Ville de Monstreuille* Nous Lesserons les Vivres, Armures, & Artilleries (c'estassavoir Arbalestes, arcz, fleches, virettons, canons, poudres, & tourz aultres bastons & abillemens pour la Guerre Defens) *de la dite Ville de Monstreuille*, y esteantz presentment en ycelle, fauns aucunement riens du dit Estuff de Guerre transporter ou destruere entre cy & *la Rendue* desusditz; mais assemblerons & mettrons les ditz Armures, Artilleries, & Estuff en une seule Maison dedenz la dite Ville saufment, fauns riens d'icell aucunement despairer ou empairer.

ITEM, Acorde est & Promis par Nous, les Commises desusditz, que Nous *Sauverons* & *Renderons la dite Ville de Monstreuille*, sibien dedens come dehors, entier de Murall, Fosses, & aultres Deffences, *&c.*

leat, non attemptent, seu faciant attemptari.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* vicesimo sexto die Januarii.

Per ipsum Regem.

Pro Consiliariis Reginæ Siciliæ.

REX, per Literas suas Patentes, usque nonum diem Februarii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. *Tristanum la Jaelle* Militem, & *Philippum de Coicquiz* utriusque Juris Doctorem, Consiliarios *Reginæ Siciliæ*, usque Præsentiam Regis, cum Decem & Octo Personis in Comitivâ suâ, vel infra, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abinde salvò & securè redeundo, ac Equos, Res, Bona, Jocalia, Libros, Literas, & Hernesia sua quæcumque; Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Ibid. m. 41.

Proviso semper quod ipsi quicquam, quod in Regis Contemptum, *&c. ut in similibus de Conductu Literis.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem suam Rothomagensem* vicesimo sexto die Januarii.

De Regio Assensu.

EXcellentissimo in Christo Principi, ac Domino nostro gratiosissimo, Domino *Henrico*, Dei gratiâ, *Regi Angliæ & Franciæ*, & Domino Hiberniæ Illustri, ipsius Domini nostri Regis, in Remotis agentis, Locumtenenti & Regni Angliæ Custodi, vestri humiles & devoti Oratores continui, Frater *Edwardus Sutton*, Prior Conventualis sive Regularis Monasterii de Middleton, Ordinis Sancti Benedicti, Sarum Diœcese, & ejusdem Loci Conventus, Orationum Suffragia, & in eo gloriari per quem Reges regnant & Regnorum Gubernacula sustentantur. Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Infra Turrim.

Majestati vestræ Regiæ, Tenore Præsentium, intimamus quod,

Vacante nuper Monasterio sive Ecclesia Conventuali nostra prædicta, per Mortem, bonæ memoriæ, Fratris *Walteri Archer*, ultimi Abbatis ejusdem Loci, petitâque à vestrâ Regiâ Excellentiâ, prout moris est, Licentiâ Eligendi Nobis & Monasterio nostro prædicto futurum Abbatem & Pastorem pariter & obtentâ,

Præcedentibus & Occurrentibus ac legitimè observatis omnibus & singulis, tam de Jure, quàm de Consuetudine ipsius Ordinis nostri, Electionem hujusmodi concernentibus,

Invocatâ Spiritûs Sancti gratiâ, Religiosum Virum, Fratrem *Ricardum Cley*, Commonachum & Confratrem nostrum, Virum utique Deo devotum, nobis & dicto nostro Monasterio necessarium, Vobisque & Regno vestro utilem & fidelem, ac in Spiritualibus & Temporalibus plurimùm circumspectum, Nobis & dicto nostro Monasterio in Abbatem concorditer elegimus & Pastorem,

Quem, prout moris est, unà cum, Commonachis & Confratribus nostris, *Edwardo Kymerich*, & *Johanne Haselbery*, ad vestram Celsitudinem destinamus,

Omni, quâ possumus, humilitate, devotione, & instantiâ Supplicantes quatinus, ipsius Monasterii nostri Desolationi atque nostræ solito Pietatis affectu benignè compatientes, nostris Electioni & Electo prædictis Assensum * regium dignemini misericorditer impartiri, * IX. 676.

Ulteriusque, Reverendo in Christo Patri, Domino *Johanni*, Dei gratiâ, *Sarum Episcopo*, per vestras gratiosas Literas, Dare in Mandatis, ut ipse faciat & exequetur quod ad officium suum Pastorale pertinet in hac parte.

Dat. sub sigillo nostro communi, in Domo nostrâ Capitulari de Middleton, xxvii. die Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo Septimo.

Pro Ambassiatoribus Dalphini.

REX, per Literas suas Patentes, usque Quintumdecimum Diem Februarii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. Venerabilem Patrem, *Johannem de Norry* Archiepiscopum Senonensem, *Lodowicum de Chalon* Comitem de Tonnerre, Magistrum *Johannem de Vaily* Præsidentem in Parliamento, Magistrum *Johannem Tudert* Decanum Parisius, *Guillielmum Seignet* Chivaler, & Magistrum *Johannem de Villebresme* Secretarium Consanguinei Regis *Dauphini de Vienna*, in Civitate Regis Rotho- Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 2. m. 14.

sis Ebroicensis, Sede ibidem vacante.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagensem* xxxi. die Januarii.

Per ipsum Regem.

Philippus de Calvo Vico Capellanus habet Literas Regis de Præsentatione ad Ecclesiam Parochialem Sancti Petri de Susey, Rothomagensi Diœcese, vacantem per Mortem *Johannis de la Barre*, ultimi Rectoris ibidem, & ad Regis Donationem ut dicitur spectantem:
Et diriguntur Literæ illæ, Venerabili in Christo Patri, *L.* eâdem Gratiâ, *Archiepiscopo Rothomagensi*, seu ejus Vicario Generali, ipso Archiepiscopo in Remotis agente.
In cujus, &c.

Johannes Bolouthe Capellanus habet Literas Regis de Præsentatione ad Ecclesiam Parochialem de Buy Ecclesiæ Rothomagensis Diœcesis, vacantem per Mortem *Johannis Bernardi*, ultimi Rectoris ibidem, & ad Regis Donationem spectantem ut dicitur;
Et diriguntur Literæ illæ, *ut proximè supra.*

Karolus Bouquett Clericus habet Literas Regis de Præsentatione ad Ecclesiam Parochialem Sancti Martini de Roussevi'le, Rothomagensi Diœcese, vacantem, & ad Regis Donationem spectantem ut dicitur:
Et diriguntur Literæ illæ, *ut proximè supra.*

Nicholaus de Glorieux Capellanus habet Literas Regis de Præsentatione ad Ecclesiam Parochialem de la Coutture, Ebroicensi Diœcese, vacantem per Mortem *Johannis Leauchierre*, ultimi Rectoris ibidem, & ad Regis Donationem spectantem, ut dicitur:
Et diriguntur Literæ illæ *Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Ebroicensis*, Sede ibidem vacante.

* IX. 677. * *Appunctuamenta super Redditione Castrorum,*

De Lilebonne.

Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 2. m. 1.

CY ENSUIT L'APPOINTMENT, *Fait, Traitie,* & *Accorde, le Derraine jour de Janver, l'An Mille, Quatrecens, & Dixhuit*, parentre, le Tresfhault & Puissant Prince, *le Duc d'Excestre*, Commis en cest partie pour, le Tresvictorieux Prince & nostre Soveraine Seigneur, *Henry*, par la grace de Dieu, *Roy de France & d'Angleterre*, d'une part, &, honestes Personnes, *Guillem Duhamel*, *Jehan Detroussvill* & *Guilbert*, Escuiers, & Commis, ayant pouair par Lettre, donnee par Messire *Guillem de Malleville* Chivaler Capitayne du Chastelle de Lilebonne, d'autre part,

PRIMEREMENT, que le dit *Capitayne* & les diz *Commis*, *Rendront*, & *Liuerrent* es mains du dit Tresexcellent & Tresvictorieux *Roy*, ou d'autre quelconques Depute pour luy, en ceste Partie ordonne & commis, *le dit Chastell de Lillebonne*, le Vendredy le Tiers Jour de Feurier prouchein venant, a l'eure de Mydi, ou apres, a quelque heure qui leur ferra requis depar le dit Tresexcellent & Victorieux *Roy*, ou a son certaine Commis; & ce faunz fraude ou mal engyn.

ITEM, est *Appointe, Traictie,* & *Accorde* que le dit Capitane, & tous les autres Nobles, & autres (de quelque estat ou condition qu'ilz soient) pour le present estanz dedenz le dit *Chastell*, qui veullent venir en l'Obeissance du dit Tresexcellent & Victorieux Roy, auront leurs Corps, Biens, Heritages, & Pocessions quelzconques saufs & quittes (parainsy que nulx de leurs diz Heritages ne soyent par avant, par le dit Tresexcellent & Victorieux Roy, donnez & grauntez) & ceulx, qui ne voudront venir en la dite Obeissance, auront leurs Corps, Chevaulx, & Harnaiz, saufs & quittes tantsoulement, & bon Congie de eux en aller.

ITEM, est *Appointe, Traictie,* & *Accorde* que de cest heure, jusque a la Royall deliuraunce du dit Chastell, le dit Capitayne, ne autres de quelque condition q'ils soyent, de present y estans, ne partiront hors du dit Lieu, ne ne feront a estre, ne souffrir estre fait d'illecques Chevaulx, *&c.*

Cum, Consanguineus noster, *Johannes Comes Armeniaci* ad diversas Partes, tam Regni nostri Franciæ, quàm Ducatus nostri Normanniæ, ob certas & notabiles causas & materias, ipsum tangentes & moventes, accedere & declinare proponat ut accepimus,
Nos,
Pro Securitate ipsius Consanguinei nostri, ac quorumcumque secum Comitantium, prospicere volentes in hac parte, ad finem quòd ipse Viagium suum hujusmodi salvò, quietè, & securè facere valeat & implere,
Suscepimus dictum *Consanguineum nostrum*, ad quascumque partes dictorum Regni & Ducatûs nostrorum sibi placuerit, cum Trescentis Personis in Comitiva sua, vel infra, Armatis vel non Armatis, per omnia Dominia, Potestates, Jurisdictiones, & Districtus nostra quæcumque, tam per Diem quàm per Noctem, ac per Terram, Mare, & Aquas, Equestrè vel Pedestrè, transeundo, ibidem morando & perhendinando, & exinde ad partes suas proprias salvò & securè redeundo, absque Dampno, eis aut alicui eorum, in Personis aut Bonis, qualicumque de causa, per Nos, Gentes, Subditos, vel Alligatos nostros quoscumque faciendo vel fieri permittendo, necnon Equos, Res, Bona, Hernesia, Armaturas, Jocalia, Libros, Literas, & Cariagia sua quæcumque, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales,
Et eis, Tenore Præsentium, bonâ fide, & in verbo regio, fidelem Securitatem Damus & Promittimus;
Proviso semper quod ipsi, nec eorum aliquis, quicquam, quod in Nostri contemptum vel præjudicium aliqualiter cedere valeat, attemptent, nec præsumant aliqualiter attemptare,
Aut aliquod Castrorum, Fortaliciorum, seu Villarum nostrarum firmatarum, absque speciali Licentia Capitaneorum seu Custodum eorumdem, intrent quovis modo.
In cujus, &c. usque Quintumdecimum diem Maii proximo futurum duraturas.
Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, xv. die Februarii.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas Regis de salvo Conductu, per idem tempus duraturas, habet *Karolus Dominus de la Bret* pro se, & Ducentis Personis in Comitiva sua, *&c ut supra.*

Per ipsum Regem.

Gens d'Eglise, Nobles, Maire, Eschevins, Commun, & Habitans de la Ville de Eu, que come des autres Villes, Fortereffes, Hommes & Subges, Manans & Habitans de la Conte du dit Lieu de Eu de l'autre part,

* PRIMEREMENT, est *Appointe*, *Traictie*, & *Accorde* que les Procureurs garderont, ou ferront garder, *la Ville & Chastel de Eu*, *le Chastel de Monceaux*, *le Chastel de Saint Martin le Gaillera*, & *le Chastell de Guillaimcourt*, en l'Obbeissance de nostre dit *Soveraine Seigneur* jusques a tel temps qu'l luy plaira d'y envoyer a les Recepuer, & a quel Tems & Heure qu'ilz ou aucune d'eulx, feront requis par nostre dit *Soveraine Seigneur*, ou autre depar luy a ce Commis, a Delivrer les diz Ville & Chasteaulx, ou ascun d'iceulx que ilz feront; ce fans fraude ou male Engyn, & fur ce ont fait le Serement. * IX. 696.

ITEM, est *Appointe*, *Traictie*, & *Accorde* que touz les Vitailles, Artillerie, & Abillemens de guerre quelconques, appertenants aus diz Ville & Chasteaulx, feront fauvement gardes a nostre dit *Soveraine Seigneur*, & a luy delivres, ou a son certaine Commis, fans les Muchier, couvrir, empairer, ou degaster en nulle manere, ainsy come il en veullent autrefoiz respondre par leurs Seuremens, & par Inquisition sur ce fait de bonnes gens & voifyns.

ITEM, est *Appointe*, *Traictie*, & *Accorde* que touz les Prisonners Engloys, ou autres subgiz de nostre dit *Soveraigne Seigneur*, estans de present en yceulx Ville & Chasteaulx, & es Chasteaulx, & es Chastelleries d'icelles, ou qui ont este envoiez dehors, en autres Lieux queconques, par les diz Genz d'Esglise, Nobles, Maire, Cheivins, Commun, & Habitans, ou aultres d'iceulx Lieux (de quelque Estat ou condition q'ils soient) pour le present y estans, ou qui y vouldront venir & demourer soubz l'Obeissance de nostre dit *Soveraine Seigneur*, feront plainement deliures a lui, ou a son Commis, & lour Plegges, Cauxcions, &c.

De Neaufle.

C'EST APPOINTMENT, Fait le *xxiii. Jour de Feurier* parentre Treshault & Puissant Prince, *Thomas Filz du Roy d'Engleterre, & de France, Duc de Clarence*, Conte d'Aumarle, Grant Seneschall d'Engleterre, Chief Capitayne de l'Avangarde, & Constable de l'Ost de Treshaut & Tresexcellent Prince nostre *Soveraine Seigneur le Roy d'Engleterre & de France*, d'une Part, &, Noble Home, *Jaques de Lille* Capitayne de Neaufle, & la Garnison du Lieu, d'autre part, Ann. D. 1419. *An.* 6. *H.* 5. *Ibid.* *m.* 4.

PRIMEREMENT, est *Accorde* que le dit Chastel de Neaufle ferra Rendue du dit *xxiii Jour de Feurier* le jour ensuivant, xxiv du dit moys, a quelque Heure q'il plairra a Treshault & *Puissant Prince* devant dit le faire Demaunder, pour & ou nom de Treshault & Tresexcellent nostre *Soveraine Seigneur le Roy d'Engleterre & de France.*

ITEM, *Accorde* est, par le dit APPOINTMENT, que tous les Habitans du dit Chastell, Nobles, ou Aultres (de quelque Estat ou condition q'ils foyent) qui demouront Jurez & Subgiz de nostre *Soveraine Seigneur le Roy*, pour consideration qe humblement se font submis en son Obeissance, auront leurs Corps, leurs Biens, Heritages, & Possessions quelconques, quittes & delivres pour en faire a lour plaine volente, (parainsi que nulles de lours des heritages ne fussent donnes, par avant cest APPOINTMENT, par le dit Tresexcellent Roy nostre *Soveraine Seigneur*) en faisant leur homages au Roy nostre dit *Soveraine Seigneur*, ainsi qu'il appertient.

ITEM, *Accorde* est que touz ceulx, du dit Chastell, que ne voudront venir & demourer a la dit Obeissance de Roy nostre dit *Soveraine Seigneur*, seulment auront lours corps, *&c. prout in aliis supra.*

De Potestate ad Tractandum, super Debatis, cum Adversario Franciæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann.D. 1419.
Sciatis quod, *An.* 6.
Cum nuper *Consanguineus & Adversarius noster Franciæ*, suis Literis, nobis transmissis, exposuerit se velle & intendere quosdam suos Ambassiatores & Nuncios ad nos transmittere, *H.* 5. *Pat.*
* Ad Inveniendum Media Pacis, Unitatis, & Concordiæ inter Nos & *Ipsum Adversarium nostrum*, *Norm.* 6. *H.* 5. *p.* 2.
Ad evitandem effusionem Christiani Sanguinis, & Mala quæ Guerrarum Kalamitas introducit, *m.* 30. * IX.
Idcirco Nos, 697.

Do

De Potestate ad Tractandum cum eodem Adversario super omnibus, Pacem concernentibus.

Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. ibid. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cùm nuper *Consanguineus & Adversarius noster Franciæ*, suis Literis, nobis transmissis, exposuerit se velle & intendere quosdam suos Ambassiatores & nuncios ad nos transmittere,

Ad inveniendum media Pacis, Unitatis, & Concordiæ inter Nos & *ipsum Adversarium*, &c. *prout supra usque hæc verba*, *viz.*

Et generaliter super omnibus & singulis, Quietem & Tranquillitatem Regnorum nostrorum Franciæ & Angliæ concernentibus,

Ac de & super omnibus & singulis, ab eisdem Fidelibus nostris cum Ambassiatoribus, Deputatis, seu Nunciis *dicti Adversarii nostri*, in Præmissis, vel eorum aliquo, Appunctuatis, Concordatis, Conclusis, seu Compositis, per nos bene & fideliter observandis, in animam nostram Jurandi,

Literas etiam sigillatas, Obligationes & alterius cujuscumque generis Securitates & Cautiones, in hac parte conventas, concordatas, seu requisitas, pro Nobis & Nomine nostro, Dandi, Faciendi, & Exponendi, quas parem & eundem effectum & vigorem habere volumus ac si nos in Persona nostra eas daremus, faceremus, seu exponeremus,

Et generaliter omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & si Mandatum exigant magis speciale,

Plenam eisdem, *Comiti*, *Johanni*, *Johanni* & *Johanni*, aut Tribus eorumdem, Dedimus & Concessimus, ac, per Præsentes, Damus & Concedimus Potestatem;

Insuper Promittimus, bonâ fide, & verbo regio, Nos Ratum, Gratum, Firmum, ac Stabile perpetuò habituros quicquid in Præmissis, vel aliquo Præmissorum, per prædictos Commissarios seu Deputatos nostros, vel Tres eorum, cum dicti *Adversarii nostri* Deputatis seu Nunciis compositum, conclusum, conventum erit, seu concordatum,

Et quod omnia & singula, sic Composita, Conclusa, Conventa, seu Concordata, absque dolo, fraude, vel malo ingenio, quantum in nobis est, exequemur, & exequi faciemus,

Ac quod super eisdem dabimus Literas nostras Confirmatorias, nostro Magno Sigillo Sigillatas,

Quæ omnia & singula supradicta nos facturos, impleturos, & observaturos, nec ullo unquam tempore eis vel eorum alicui nos contraventuros, Promittimus sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, tam Præsentium, quàm futurorum.

In cujus, &c.

Teste Rege *apud Castrum suum de Roüen*. xxiii. die Februarii.

Per ipsum Regem.

• IX. 698. ** Consimilis Potestas cum secunda, ad Tractandum cum eodem.*

Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Pat. Norm. 6. H. 5. p. 2. m. 20. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industriâ, carissimi Consanguinei nostri, *Ricardi Comitis Warwicæ*, ac, dilectorum & fidelium nostrorum, *Johannis Gray*, *Gilberti Humframville*, *Willielmi Porter*, Magistri *Johannis Kempe* Custodis Privati Sigilli nostri, & Magistri *Johannis Stafford* Legum Doctoris, plenam gerentes fiduciam,

Ad Conveniendum, Communicandum, Tractandum, Componendum, Transigendum, ac plenè & finaliter Concludendum, & Concordandum, pro Nobis & Nomine nostro, cum Ambassiatoribus, Deputatis, & Nunciis *Consanguinei & Adversarii nostri Franciæ*, plenam & sufficientem in hac parte Potestatem habentibus,

De & super omnibus & singulis Debatis, Contentionibus, Petitionibus, Quæstionibus, Demandis, Discordiis, & earum Materiis, cum suis Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis,

In cujus, &c.

Teste Rege ut supra.

Appunctuamenta super Redditione,

De Honnefleu.

CY ENSUIT LE TRAICTIE ET APPOINTMENT, fait, *le Samady xxv. Jour de Fevrirr*, *l'An Mille*, *Quatrecens*, *& Dixhuit*, parentre Messire *Allen Buxhull*, Messire *Johan Kyqueley*, Chivalers, & *Waulter Inkebaron*, *Lancelot Lisle*, & *Jaques de Neville*, Escuirs, Commis en ceste partie par, Treshault & Puissant Seigneur, Monsieur *le Conte de Salesbury*, Lieutenant *du Roy* nostre Soveraine Seigneur en Normandie, d'une part, & Messire *Thomas de Carouges*, Messire *Guillem d'Ausernet*, Chivalers, *Guillem la Liserne*, *Durant le Tryuville*, *Brevit de Breurden*, *Robert de Berenchulle*, Escuirs, *Roullant Grey*, *Maricourt Arbalestries*, & *Michault Laire*, Burgoys de Honnefleu, Commis en ceste partie pour Messire *Jehan Bethas* Chivaler, Capitayne du dit Lieu de Honnefleu, & eulx faisans fors d'icellui, & tous les aultres Chivalers & Escuiers, Gens d'Armes & Trait, Bourgoys, Manans & Habitans d'icelle Ville, Promettans que ils auront agreable, & leur feront Ratifyer, se mestier est, sur le fait de la *Rendue* & *Livre* d'icelle Ville de Honneflu, d'autre, Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. ibid. m. 4.

PRIMERMENT, est *Dit*, *Traitie*, & *Accorde*, que le dit Messire *Bethas Rendra* & *Livra* la dite Ville de Honnefleu * es Mains de mon dit Seigneur *le Conte*, ou ses Commis & Deputes, pour & ou Noun de Treshault, Excellent, Redoubte, & Honoure Prince & nostre Soverame Seigneur *le Roy Henry*, par la Grace de Dieu, *Roy de France & d'Engleterre*, Seigneur d'Irland, & Duc de Normandie, *dedens xx. Jours*, accompter du Jour de la Date de ce present APPOINTMENT (c'est assavoir) *le xvi. Jour de Mars* prouchein venant; en cas que a icelluy Jour, par le *Roy Francoys*, ou *le Dauphin*, ou l'un de eux en Persone, ne serra baille as dessusdiz de Honnefleu Secours par Bataille: • IX. 699.

Pour le quele Secours mon dit Seigneur *le Cont* donnera Saufconduit a Monsieur *Thomas de Carrouges*, & Quatre Gentilz Homes, & Quatre Varles, & au dessoubz, & durer par le temps dessusdit, pour aler Sumner *le Roy Francois*, ou *le Daulphin*; & les dessusdiz, qui yront, seront tenuz retourner tous au dit Jour, au fin d'accompler ce que dessus est dit:

Pendant le quel temps toute Abstinence de Guerre sera fait d'une part & d'autre.

ITEM, que null Persone de quelconque estat, &c.

De Grant Goulet & Petit Goulet.

C'EST l'APPOINTMENT, *Faite*, *Prins*, *Traite*, & *Accorde*, *le xxvi Jour de Fevrier*, *l'An Mil*, *Quatrecent*, *Dixhuit*, parentre Treshault & Puissant Prince, *Thomas Filz le Roy d'Engleterre & de France*, *Dux de Clarence*, Comte d'Aumarle, Grant Seneschall d'Engleterre, Chief Capitaine de l'Avantgarde, & Constable de l'Ost de Treshault & Tresexcellent Prince nostre Soveraine Seigneur *d'Engleterre & de France*, d'une part, & Nobles Homes, Monsieur *Pierret de Jucourt*, & Monsieur *Charles de Longueval*, Chivalers, Capitaynes des Chasteaulx de Grant Goulet & de Petit Goulet, & la Garnison du dit Lieu, d'autre part, par la fourme & manere que s'ensuyent, Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. ibid.

PRIMEREMENT, est *Dit*, *Traite*, & *Accorde*, par *Nous*, & les susdiz *Capitaynes* des diz Chasteaulx, & *Promis*, pour Nous & noz Compaignons, de *Rendre* & *Deliuer* les dessusdiz Chasteaulx es mains du dit Treshault & Puissant Prince *le Duc de Clarence*, ou a tel qui lui plairra commettre a le Receivoir, pour & ou noun du dit Tresexcellent *Roy de France & d'Engleterre*, *le dit xxvi. Jour de ce present Mois de Fevrier*, & a telle Heure qu'il plairra a mon dit *Seigneur de Clarence*, & que adonques mettre ou fair mettre telle Garnison qu'il luy plairra.

ITEM, est *Dit* & *Accorde* que touz les Vivres & Artillerie, que de present sont es ditz Chasteaulx, y demourront au dit Monsieur de Clarence; Promettant les dit Capitaynes q'ils ne les Emporteront, ne ne soeffreront estre emportes, en aucune manere, debors des diz Chasteaulx; & auxi les diz Capitaynes ont *Promis* que,

Nos,

Ipsa Pacis seu Treugarum Fœdera, quantum in nobis est, inviolata & illibata observari cupientes, ac quicquid in contrarium actum est, aut fuit, ultro citroque, debita cum celeritate Reformari,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industriâ, Dilecti & Fidelis nostri, *Rolandi Lentale* Militis, ac Magistri *Johannis Holand* utriusque Juris Doctoris, pleniùs confidentes,

Ad Conveniendum cum Ambassiatoribus & Commissariis præ-
* IX. 700. fatorum *Reginæ* & *Lodowici*, in quocumque Loco * ad hoc apto & congruo, Audiendumque Ambassiatorum, Commissariorum, Procuratorum, sive Nunciorum hujusmodi Voluntatem de & super omnibus & singulis, præfatarum Treugarum sive Abstinentiarum debitam & fidelem Observantiam concernentibus,

Necnon ad Tractandum & Communicandum cum eisdem de & super omnibus & singulis, Liberationem Incarceratorum utriusque Partium prædictarum, ac Reparationem Attemptatorum circa præfatas Treugas & Abstinentias, qualitercumque concernentibus,

Et Attemptatorum hujusmodi Correctionem, Punitionem, Reparationem, & Reformationem Faciendum, & eas fieri Petendum, Requirendum, & cum effectu Optinendum,

Ac utriusque Partis Querelas, ultro citroque propositas, seu proponendas, cum suis Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, & Connexis, Audiendum & Examinandum, ac sine debito Terminandum, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura Judicii, legalibus Terminis, si eis expedire videbitur, non servatis, aut aliàs, de Consensu Partium, recisis aut abbreviatis, inspectâ solâ Facti veritate,

Necnon ad Concedendum, Petendum, & Optinendum quibuscumque Personis salvi Conductûs Literas, quatenus Negotii natura, qualitas, & expeditio exigit & requirit,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint aut quomodolibet oportuna,

Ipsos, *Rolandum* & *Johannem*, nostros veros & legitimos Ambassiatores, Commissarios, Deputatos, Procuratores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales Facimus, Ordinamus, Creamus, & Constituimus per Præsentes,

Promittentes, in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid per eosdem Ambassiatores nostros Actum sive Gestum fuerit in Præmissis, aut aliquo Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* vicesimo sexto die Februarii.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Ambassiatoribus Januæ.

Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Franc. 6. H. 5. m. 2.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos,

De fidelitate, circumspectione, & industria, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Willielmi Bardolf* Militis Locumtenentis Capitanei Villæ Calesii, Magistri *Johannis Escourt* in Legibus Bacalarii, *Richardi Bokelond* Vitellarii Calesii, & *Johannis Chirche* Locumtenentis Stapulæ Calesii, pleniùs confidentes,

Assignavimus, Deputavimus, & Ordinavimus, ac, Tenore Præsentium, Assignamus, Deputamus, & Ordinamus ipsos Quatuor, Tres, & Duos eorum (quorum præfatum Magistrum *Johannem Escourt* unum esse volumus) nostros Ambassiatores, Commissarios, & Nuncios speciales,

Ad Conveniendum, Tractandum, & finaliter Concludendum, cum Sindicis & Ambassiatoribus *Ducis ac Communis Januæ*, de & super omnibus & singulis Materiis, contentis in certis Articulis, Ambassiatoribus nostris, ex parte dictorum *Ducis ac Communis*, nuper in Civitate Constancienti, traditis & porrectis,

Necnon de quibuscumque aliis, Renovationem Pacis & Treugarum, inter *Nos*, Ligeos, & Subditos nostros, & præfatos *Ducem & Commune Januæ*, qualitercumque concernentibus, prout præfatis Ambassiatoribus, Commissariis, & Nunciis nostris, Quatuor, Tribus, aut Duobus eorum (quorum præfatum Magistrum *Johannem Escourt* unum esse volumus) meliùs videbitur faciendum,

Dantes & Concedentes eisdem Commissariis, Ambassiatoribus, & Nunciis nostris, Quatuor, Tribus, aut Duobus eorum (quorum præfatum Magistrum *Johannem Escourt* unum esse volumus) Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, Tractandi, Conveniendi, & cum præfatis Sindicis & Ambassiatoribus dictorum *Ducis ac Communis*, de & super

Personis.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 2. m. 23.

INSPEXIMUS quasdam Literas, Venerabilium Patrum, *Henrici Cantuariensis Archiep.* totius Angliæ Primatis, & Apostolicæ Sedis Legati, *Henrici Episcopi Cicestrensis*, Dilecti & Fidelis nostri, *Walteri Hungerford* Senescalli Hospitii nostri, ac Magistri *Johannis Kempe* Custodis Privati Sigilli, necnon, dilectorum nostrorum, *Willielmi Alyngton* Armigeri, & Magistri *Ricardi Coudray* Clerici Concilii nostri, certas Conventiones, de & super Materiis Pacis, inter Franciæ & Angliæ Regna faciendæ, continentes, in hæc verba,

NOS, *Henricus*, Permissione Divina, *Cantuariensis Archiepiscopus*, totius Angliæ Primas, & Apostolicæ Sedis Legatus, *Henricus*, eadem permissione, *Episcopus Cicestrensis*, *Walterus Hungerford* Senescallus Hospitii Regis, *Johannes Kempe* Custos Privati Sigilli Regis, *Willielmus Alyngton* Armiger, & *Ricardus Coudray* Clericus Concilii Regis, Illustrissimi Principis, Domini nostri, *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ*, & Domini Hiberniæ, ad Tractandum, Communicandum, & finaliter Concludendum, cum, Reverendissimo in Christo Patre, Domino *Johanne*, Dei gratiâ, *Archiepiscopo Senonensi*, *Ludovico de Chalon* Comite de Tonerre, *Johanne de Vayly* Presidente in Parliamento, *Johanne Tudret* Decano Ecclesiæ Parisiensis, *Guillielmo Seignet* Milite, & *Johanne de Vellebresme* Secretario, Ambassiatoribus, Nunciis, & Commissariis, Serenissimi Principis, Domini *Dauphini de Vienna*, Regentis Franciæ ut dicitur, ad Præsentiam præfati metuendissimi Domini nostri de præsenti transmissis, Commissarii specialiter deputati;

Commissionis Tenor sequitur, & est talis,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Franciæ & Angliæ*, *&c. prout supra*, *Dat. in Ecclesia Conventuali Fratrum Prædicatorum Rothomagi*, 12. *Mensis Februarii*, *tunc sic*, *viz.*

Nos autem, Literas prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, Rata habentes & Grata, ea pro Nobis & Hæredibus nostris, ex certa Scientia nostra, Acceptamus, Approbamus, &, Tenore Præsentium, Ratificamus & Confirmamus, prout Literæ prædictæ rationabiliter testantur & requirunt.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Rothomagi* vicesimo octavo die Februarii.

Per ipsum Regem.

Pro Duce Bedfordiæ, de Licentia assensum prebendi Adoptioni, per Reginam Apulea facienda.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Ibidem. m. 26.

Noveritis Nos, ex certis Causis rationabilibus, animi nostri motum ad hoc inducentibus, Dedisse & Concessisse, prout, Tenore Præsentium, Damus & Concedimus, carissimo Fratri nostro, *Johanni Duci Bedfordiæ*, Locumtenenti nostro Angliæ, Licentiam specialem ut Adoptioni sive Arrogationi, per, Serenissimam Dominam *Johannam Reginam Apuleæ*, in Filium & Hæredem ipsius Reginæ faciendæ, suum Consensum præbere valeat pariter & Assensum; ac omnia alia per se & suos facere & exercere poterit, quæ hujusmodi * Adoptionis sive Arrogationis Negotii qualitas exigit & requirit.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagense* xxviii. die Februarii.

Per ipsum Regem.

Pro Agencourt Rege Armorum.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Ibid. m. 15.

Sciatis quod, de Gratia nostra speciali, Concessimus, dilecto Nobis, *Agencourt Regi Armorum* Maneria, Terras, Redditus, & Reventiones, quæ cuidam *Colart du Gardin nuncupato* pertinebant, situata in Comitatu d'Eu, in Parochia de Criel, vel ibidem circa, qui quidem *Colart* Rebellis existit & ad Obedientiam nostram nondum venit ut dicitur,

Habenda prædicta Manerium, Terras Redditus, & Reventiones, quamdiu nobis placuerit, usque ad valorem Viginti Francorum per Annum,

Ita semper quod, si prædicta Manerium, Terræ, Redditus, & Reventiones Valorem Viginti Francorum per Annum excedant, tunc

Teste Rege apud *Castrum suum de Rouen* quarto die Martii.

De Arraiatione facienda, contra Armatam de Ispania.

Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Pat. 6. H. 5. m. 9. d. REX, dilectis & fidelibus suis, *Thomæ Cammoys* Chivaler, & *Thomæ Ponynges* Chivaler *Domino de Sancto Johanne*, ac, dilectis sibi, *Johanni Uvedale*, *Edwardo Coudray*, *Richardo Spycer*, & *Willielmo Brocas*, necnon Vicecomiti nostro Suthamptoniæ, Salutem.

Quia, prout informamur, *Rex Castellæ & Legionis* quandam magnam paraverat ARMATAM Navium & Vasorum de Ispannia, cum non modico numero Inimicorum nostrorum, & eam promptam & paratam ad Mala Nobis & Nostris (quod absit) perpetranda, & in speciali ad Naves nostras & Navigium Regni nostri, ac præsertim Naves nostras apud Suthamptoniam & Portesmuth existentes, pro viribus Comburendum & Destruendum, necnon Regnum nostrum prædictum Invadendum, ad Dampna quæ poterunt similiter Inferendum, destinare proponit infra Breve,

Nos (Malitiæ Inimicorum nostrorum prædictorum, in hac parte, Deo prævio, obviare volentes) Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad omnes & singulos Homines ad Arma, ac alios Homines Defensabiles, tam Hobelarios, quàm Sagittarios, infra Comitatum prædictum, tam infra Libertates, quàm extra, commorantes, Arraiandum & Triandum,

Et eos, sic Arraiatos, continuè in Arraiatione hujusmodi, ut in Millenis, Centenis, & Vintenis, & aliter, prout conveniens & necesse fuerit, teneri & poni Faciendum,

* IX. 703. * Ac etiam ad eos, tam ad Costeram Maris, quam alia Loca, ubi & quotiens necesse fuerit, ad dictos Inimicos nostros Expellendum, Debellandum, & Destruendum, de tempore in tempus, cum aliquod Periculum immineat, Ducendum, & duci faciendum,

Et ad Monstrum sive Monstrationem eorumdem Hominum ad Arma, Hobelariorum, & Sagittariorum, de tempore in tempus, quotiens indiguerit, diligenter Faciendum & Supervidendum;

Et ideo vobis & cuilibet vestrum, districtius quo possumus, injungimus & mandamus quod statim, visis Præsentibus, vos ipsos Arraiari & Armari, ac omnes & singulos Homines Comitatus prædicti, ad Laborandum Potentes, coram vobis venire, & juxta sanas discretiones vestras arraiari, armari, & muniri, in Arraiatione hujusmodi teneri faciatis,

Et insuper Signa, *vocata Bekyns*, in Locis consuetis (per quæ Gentes Patriæ de Adventu Inimicorum hujusmodi poterunt congruis temporibus præmuniri) poni,

Et eosdem Homines, sic Arraiatos, Armatos, & Munitos, cum Periculum immineat, in Defensionem & Salvationem Regni & Patriæ prædictorum, de tempore in tempus, tam ad Costeram Maris, quam alia Loca, ubi magis necesse fuerit, prout hactenus in Casu consimili rationabiliter fieri consuevit, & necessitatis eventus exegerit, duci faciatis;

Ita quòd, pro defectu Defensionis, & Arraiationis, seu Ductionis dictorum Hominum, vel per negligentiam vestram, Dampna Patriæ prædictæ, aut aliàs, per Inimicos nostros à modo non eveniant ullo modo;

Damus autem universis & singulis Comitibus, Baronibus, Militibus, Majoribus, Ballivis, Ministris, & aliis Fidelibus & Ligeis nostris Comitatûs prædicti, tam infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quod vobis, & cuilibet vestrûm, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste *præfato Custode apud Westmonasterium* quinto die Martii.

Per ipsum Regem.

Ibid. REX, dilecto & fideli suo, *Willielmo Cheyne* Chivaler, ac, dilectis sibi, *Roberto Andrewe*, *Willielmo Darell*, *Thomæ Bonham*, & *Thomæ Ryngwode*, ac Vicecomiti nostro Wiltesiæ, Salutem.

Quia, *&c. ut supra usque ibi*, Regni nostri, *& tunc sic*, pro viribus Comburendum & Destruendum, *&c. ut supra*.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

navimus, & Deputavimus, ac Facimus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus certos & indubios Ambassiatores, Nuncios, & Commissarios, per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Sex, Quatuor, aut Tribus eorumdem, plenam Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, una cum Ambassiatoribus seu Commissariis prædicti *Dauphini*, * Consanguinei nostri, Regentis ut dicitur, plenam & sufficientem in hac parte Potestatem ab eodem habentibus, de & super Treugis sive Guerrarum Abstinentiis, generalibus vel particularibus, per Mare, Terram, seu Aquas, ac tanto tempore duraturis, secundum quod inter eos melius & efficacius poterit concordari, pro Nobis, Regnis, Terris, Dominiis, Subditis, Vassallis, Amicis, Alligatis, & Confœderatis nostris quibuscumque, omnibus honestis modo, viâ, & formâ quibus inter se concordare poterunt, Tractandi, Communicandi, & Concludendi, * IX. 704.

Et ipsas Treugas, inter se Capiendas & Concordandas, per omnia Regna, Terras, & Dominia nostra proclamari & publicari Faciendi, ubicumque opus erit,

Ac etiam, ut eo firmius atque inviolabilius Treugæ prædictæ conserventur, tam per Terram, quàm per Mare, & per Aquam, ad Faciendum, Ordinandum, & Deputandum tot & tales Conservatores & Judices dictarum Treugarum, generales vel speciales, & in tanto Numero, prout eis Sex, Quatuor, aut Tribus eorumdem, melius expedire videbitur, ad Corrigendum & Reformandum totum & quicquid contra dictas Treugas fuerit attemptatum:

Et Promittimus, bonâ fide, ad Tenendum, & teneri faciendum, Ratum, Firmum, & Stabile totum & quicquid per dictos Ambassiatores, seu Commissarios nostros, Sex, Quatuor aut Tres eorumdem, in Præmissis seu aliquo Præmissorum factum fuerit,

Et quod Nos Concedemus, & Faciemus, seu fieri faciemus Literas Confirmatorias, sub Magno Sigillo nostro, de & super omnibus & singulis Articulis & Punctis, de quibus inter eos fuerit concordatum, & de Exequendo eadem cum debita diligentia, secundum Tenorem & Formam eorumdem in quantum ad nos dinoscitur pertinere,

Et hoc Promittimus etiam sub Cautione & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, ita quod nunquam, per Nos, vel alium nomine nostro, dicemus, faciemus, aut proponemus, in Judicio, vel extra, quicquam in contrarium;

Mandantes omnibus & singulis Justiciariis & Subditis nostris, quatinus dictis Commissariis nostris & Deputatis, ac eorum Literis & Mandatis, obediant & intendant in omnibus diligenter.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, octavo die Martii.

Per ipsum Regem.

De Potestate Conductus Ambassiatoribus Dauphini concedendi.

REX, Venerabilibus Patribus, Ann. D. 1419.

Henrico Archiepisco Cantuariensi, totius Angliæ Primati, & *Henrico Episcopo Wintoniensi*, Avunculo nostro carissimo, Salutem, An. 6. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 2. m. 20.

De vestris fidelitate, prudentia, circumspectione, & industria plurimum confidentes,

Ad Dandum & Concedendum Salvi Conductûs Literas quibuscumque Personis Consanguinei nostri *Dauphini de Vienna*, Regentis Franciæ ut dicitur, cujuscumque status fuerint, qui ex parte ejusdem *Dauphini* mittentur, prout juxta discretiones vestras fore videritis faciendum,

Vobis & alteri vestrûm, Tenore Præsentium, Damus & Concedimus plenam Potestatem & Auctoritatem;

Promittentes nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid Nomine nostro feceritis, seu alter vestrûm fecerit in Præmissis,

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Rouen* nono die Martii.

Per ipsum Regem.

Per ipsum Regem.

Pro Amadeo Cardinali, de Licentia Visitandi.

Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Ibidem. m. 15. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Monstraverunt nobis *Stephanus Caval & Nicholaus Caval* Capellani, Procuratores & Vicarii, Reverendissimi in Cristo Patris & Domini, Domini *Amedei, Sanctae Mariae Novae Diaconi Cardinalis*, Archidiaconi Rothomagensis, ut,

Cùm ipsi Procuratores & Vicarii Ecclesias, Monasteria, & alia Loca Ecclesiastica, in Archidiaconatu eodem existentia, eorumque Personas, in quibus sibi, ratione dicti Archidiaconatûs, Visitationis Officium competit, de Consuetudine vel Jure, temporibus praeteritis, visitaverunt, juxta & secundum Tenorem Literarum, eidem Domino Cardinali per sanctam Sedem Apostolicam concessarum,

Jamque metuant sibi iidem Procuratores & Vicarii Visitationis hujusmodi Officium, nisi primitùs nostram Licentiam super hoc habuerint specialem, quomodolibet excercere,

Unde Nobis supplicârunt sibi, de Gratia nostra, gratiosiùs impartiri,

Nos (Ecclesiasticam Jurisdictionem in omnibus observare, ac illaesam & indempnem prae caeteris praeservare, volentes, ut tenemur) Concessimus & licentiam dedimus praefato *Domino Cardinali*, quod Ipse, per praedictos Procuratores & Vicarios suos, Officium Visitationis praedictum, ac omnia illud concernentia, exnunc facere & excercere, eundemque *Dominum Cardinalem*, seu ejus Procuratores & Vicarios, Fructibus, Juribus, & Jurisdictione suis, juxta formam Literarum praedictarum, uti & gaudere valeant in futurum, absque impedimento nostri, vel Officiariorum nostrorum quorumcumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis de Reuen* decimo die Martii.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Regina Apuleae super Adoptione Johannis Ducis Bedfordiae.

Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Pat. Norm. 6 H. 5. p. 2. m. 16. REX, dilecto Clerico suo, Magistro *Thomae Polton*, ac, discreto Viro, *Augustino de Pisis*, Salutem.

De vestris Fidelitate, prudentia, & circumspectionis industria plurimùm in Domino confidentes,

Fecimus, Ordinavimus, & Deputavimus, ac, Tenore Praesentium, Facimus, Ordinamus, & Deputamus vos nostros certos & indubios Commissarios, Procuratores, & Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes vobis plenam Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale cum, Serenissima Domina, Domina *Johanna, Regina Apuleae*, aut Commissariis, Procuratoribus, & Nunciis suis, plenam ac sufficientem in hac parte Potestatem ab eadem habentibus,

De & super *Arrogatione sive Adoptione* per ipsam Reginam, de, carissimo Fratre nostro, *Johanne Duce Bedfordiae* in *Filium suum* adoptivum & *Haeredem* faciendo, ac omnibus & singulis ejus incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis,

Conveniendum, Communicandum, & Tractandum,

Ac omnia & singula, quae hujusmodi *Arrogationis* sive *Adoptionis* negotii qualitas & natura exigunt & requirunt, Faciendum, excercendum, & expediendum, & ea finaliter terminandum & concludendum,

Necnon ea omnia & singula, quae per praefatum Fratrem nostrum in hac parte acta fuerunt sive gesta, nos bene * & fideliter,

* IX. 706. quantum in nobis est, observaturos & impleturos nomine nostro promittendum;

Promittentes, verbo Regio, nos ratum, gratum, & firmum habituros totum & quicquid, in hujusmodi *Arrogationis* sive *Adoptionis* negotio, seu ejus Incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis quibuscumque, per nos, in hac parte, actum, gestum, procuratum, determinatum fuerit, seu finaliter conclusum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* duodecimo die Martii.

Per ipsum Regem.

ITEM, quod Expensis Reginae haec omnia omnino fiant:

Et Tractetur super hoc instantissimè, ita quod non videantur dicti Transituri aliquo modo ab hoc recedere velle:

Et finaliter, si ipsa non velit, neque possit hoc Onus sustinere, tunc videatur qualis propterea Recompensa fierit *Domino Duci*, & in quo Ducatu vel Dominio, &c. si hoc saltim Regiae Celsitudini placebit; sed quod non sit minoris Annui valoris quam LX. M. Ducatorum in Recompensationem Expensarum circa sui & suorum Adventum, & pro Manutenendo Statum suum & suorum postquam venerit ibidem.

ITEM, quod fiat, ante omnia, *Domino Duci* Status & Securitas Sufficiens in isto Ducatu seu Dominio; ita quod sui habeant etiam possessionem Ducatûs aut Dominii hujusmodi antequam se ponat ad Iter.

ITEM, quod dentur sibi certi Portus accomodi, de quibus sui habeant Possessionem; ita quod in Regnum liberum habeant Introitum & Exitum, quandocumque venerit in Personâ.

ITEM, Tractetur de Statu quem repraesentabit in Regno, & de Potestate quam ibi debet: & ad qualia facienda, & in quibus Locis, & contra quos; sed contra Romanam Ecclesiam nullatenus se debeat obligare.

ITEM, quanto tempore arrabitur ad standum in Regno personaliter, & quanto per sui Deputandum aut Locumtenentem, cum Gentibus suis; & cum quantâ Gente in uno Casu, & in alio.

ITEM, quod id, quod conquaeri poterit & obtineri, ex suis expensis & Laboribus, in Regno ab Inimicis Reginae, vel in Terris, aut Dominiis, Civitatibus ac Castris fuerit, aut in Bonis.

ITEM, quod sufficientissimè caveatur per *Reginam* quod quo ad Bona, Terras, & Dominia *Ducis adoptandi*, *Adoptionis* Tempore habita, aut ex tunc qualitercumque acquirenda, nullum sibi fiat Praejudicium *Adoptionis* hujusmodi vigore, nec per eam aliqua Libertas accrescat Reginae in eisdem: vel etiam in Ipsius Domini *Ducis* Personâ; quocumque Casu Necessitatis *Reginae* postmodùm occurrente; Ita quod nichil eorum, *Adoptionis* hujusmodi praetextu, nunquam Vendi, Capi, Distrahi, Impugnari, Obligari, aut Impignorari poterit per ipsam Dominam *Adoptantem*.

ITEM, ex quo *Domina Regina* Consensum Apostolicum habere desiderat post *Domini Ducis* Adventum, & non ante; quod Ducatus seu Dominium, de quo supra, perpetuò remaneat *Domino Duci* (etiam si Confirmatio Apostolica non sequatur) ex quo per eum non stabit, & quod Ipse in Reveniendo persecerit Debitum suum.

ITEM, quod super Praemissis vel eorum aliquo nichil penitus concludatur: aut quicquam certitudinaliter, *Domini Regis* ex parte, vel *Ducis*, fieri promittatur quovismodo; sed quod super his & aliis oportunis exactè & diligenter * solus Tractatus & Com- * IX. 707.
municatio fiat: Inducendo & alliciendo *Dominam Reginam*, in singulis Punctis, quantum possibile fuerit, ad majus Comodum, Utilitatem, & Honorem *Domini nostri Regis*, & Germani sui praedicti.

ITEM, Avisent se secretò Domini transituri, cum omni solertiâ possibili, quomodo stat inter *Dominam Reginam* & alios, priùs secum Tractantes (si qui sint) super *Adoptione* praedicta: & in quibus Terminis stant; & si quicquam cum ipsorum aliquo conclusum sit.

ITEM, quomodo stat inter *Dominam* & sui Maritum, & de Adherentiâ Dominorum, Civitatum, & Communitatum in Regno Uni vel Alteri, & Potentiâ utriusque.

ITEM, de Regno, & ejus Concordiâ, seu Divisione, &c. & de Cordibus & Affectione Populari, &c. ac de Famâ Domini vel Mariti, &c. & qualis Resistentia, &c. de verisimili, fiet in Adventum *Ducis*, & per quos, &c.

ITEM, de Ligis, si quae contra *Dominam* jam factae sint, & per quos, aut ex verisimili fiant.

ITEM, Habeatur Litera Testimonialis, aut Instrumentum, vel Scriptura Auctentica, super Voluntate *Reginae* quoad *Adventionem*, ut praemittitur, fiendam de Personâ *Domini Ducis*, &c. ut, eo habito, certiùs interpellari poterit Consensus ipsi quando videbitur oportunum.

ITEM, si aliqui ex Parte *Reginae* mitti debeant super Praemissis, Ordinetur quod sufficientissimam habeant Potestatem ad singula facienda, pertractanda, & finaliter concludenda, quae necessaria fuerint ad Expeditionem Materiae, de quâ Tractatur, in singulis Articulis & Punctis concernentibus eandem.

ITEM, cùm Praemissa solùm tradita sint pro Avisamento, & non aliter, nec ad alium Finem; quod nulli Personae aliquo modo detur Copia eorumdem.

Caetera verò suppleant Discretiones Transeuntium, & Maturitates eorumdem, &c.

ISTA

rum, post Consignationem dictorum Fortalitiorum, dicta *Domina Regina* possit expendere, distribuere, & dare, cui & qualiter Majestati suæ videbitur & placebit, sine Oppositione & Contradictione cujuscunque; &, factâ dictâ Consignatione, præfatus *Dominus Dux* teneatur venire personaliter infra Regnum infra Octo Menses ex tunc proximò secuturos: & quod dicti Commissarii habeant plenum Mandatum & Potestatem ad Obligandum & Promittendum, Nomine dicti *Domini Ducis*, prout & omne id quod in Præsentibus Capitulis continetur; hoc addito & expressè dicto, quod quia Civitates *Regii* & Blandusii in Manibus dictæ Dominæ Reginæ *ad præsens existunt*, Commissarii *dicti Domini Ducis habeant Possessionem* liberam & expeditam *earumdem* sine aliqua Dilatione.

ITEM, quod (si præfatus *Dominus noster Papa* Consentiet) præfata *Domina Regina Adoptabit* seu *Arrogabit* præfatum Dominum *Johannem Ducem* pro suo vero & legitimo Filio, cum pleno Jure Successionis hæreditariæ tam in præfatis Regnis quam in Comitatu Provinciæ & Forchalcherii, aut cujuslibet alterius Juris ad præfatam *Dominam Reginam* spectantis & pertinentis, cum omnibus Cautelis oportunis, juxta Consilium unius aut plurium Sapientum.

* IX. 708. *ITEM, quod præfata *Domina Regina* (pro Præmio dictæ *Adoptionis*) Faciet & creabit Præfatum *Dominum Johannem Ducem Calabriæ*; & sibi aut suis Commissariis faciet consignari omnia Fortalitia & Castra, quæ, ad præsens, sunt in manibus *Dominæ Reginæ* præfatæ.

ITEM, quod, postquam dicti Commissarii ceperunt Possessionem Civitatis Regii & Civitatis Blandusii, prout supra dicitur, præfatus *Dominus Dux* Teneatur & Obligatus sit infra Octo Menses, extunc proximò futuros, venire personaliter infra Regnum, & servire dictæ *Dominæ Reginæ*, postquam venerit infra Regnum, suis Sumptibus & Expensis, Mensibus Sex, cum Mille Hominibus Armorum, & Duobus Millibus Sagittariis: &, si expediret quod diutiùs serviret, dicta *Domina Regina* providebit de Expensis ad suam Possibilitatem; & dictus *Dominus Dux*, contemperando Expensas cum Introitibus, erit contentus eo quod Regina poterit sibi dare, sicut debent facere virtuosi & veri Filii erga eorum veras & legittimas Matres.

ITEM, quod dictus *Dominus Dux*, quando erit in Regno, non intromittet se de Regimine Regni, nisi si & quatenus præfata *Domina Regina* sibi committet; excepto Ducatu Calabriæ, quem gubernabit ad beneplacitum suum.

ITEM, quod, si dicta *Domina Regina* Convocaret ad sui Præsentiam, sive mitteret præfatum *Dominum Ducem* ad quascunque Partes Regni, Præfatus *Dominus Dux* habebitur in Honore & Reverentiâ, in Ceremoniis & quibuscunque aliis Actibus, tamquam *Verus*, *Legittimus*, ac *Unicus Filius* dictæ *Dominæ Reginæ*.

ITEM, quod omnia Bona, Mobilia & Immobilia, quæ præfatus *Dominus Dux* aut Gentes suæ acquirerent contra Rebelles aut Inimicos dictæ *Dominæ Reginæ*, cum Voluntate & Mandato ejus, intelligantur esse concessa præfato *Domino Duci* ex nunc, & suis Hæredibus IMPERPETUUM, in bonâ formâ.

ITEM, quod præfatus *Dominus Dux* promittet & jurabit quod omnes Principatus, Ducatus, Comitatus, Baronias, Castellanias, Capitanias, Officia, & Beneficia, quocumque Nomine nuncupentur, concessa, & quæ concedentur imposterùm, quocumque Tempore, quibuscumque Personis, cujuscunque Conditionis existant, & ex quacunque Causâ, per dictam *Dominam Reginam*, semper & imperpetuum observabit, & defendet & manutenebit animosè, sub Fide Militari, & favorabiliter, tamquam suum factum proprium, sine aliquâ Exceptione, Cavillatione, Allegatione Juris aut Facti, aut Oppositione, quæ in contrarium fieri posset, cum Clausulis & Cautelis, ad sensum unius aut plurium Sapientium; Ita quod de Jure benè valeat & teneat.

ITEM, quod per Prædicta non intelligatur esse Data quæquam Potestas cuicumque, esse Partibus supradictis, Vendendi, Pignorandi, aut obligandi aliam Partem, personaliter vel in Bonis, cuicunque Personæ, Loco, aut Universitati, ex quacumque Necessitate vel Causâ, nisi prout supra continetur.

ITEM, quod statim, quando *Dominus Dux* præfatus venerit infra Regnum, & prædicta erunt Facta, præfata *Domina Regina* faciet Quartari Arma suæ Majestatis cum Armis dicti *Domini Ducis*, tamquam sui *Veri* & *Legitimi Filii*, & illa faciet Depingi in Castris & aliis Locis publicis, ut est Moris.

* De Fidelitatibus Sacramento præstito. * IX. 709.

REX, Dilectis & Fidelibus suis Præsidenti & Gentibus de Camera nostra Compotorum, necnon Ballivis, Vicecomitibus, ac aliis Officiariis Ducatus nostri Normanniæ quibuscumque, vel eorum Locatenentibus, Salutem. Ann. D. 1419. *An. 6. H. 5.*

Notum vobis facimus quod, Dilectus nobis in Christo, *Egidius Duremorte*, Abbas Monasterii beatæ Mariæ de Beaubec, Sacramentum Fidelitatis (ad quod, ratione Temporalium dicti Monasterii, infra Ducatum nostrum prædictum existentium, nobis tenebatur) fecit & præstitit, *Pat. Norm. 6. H 5. p. 2. m. 15. dors.*

Ad quod quidem Sacramentum eundem Abbatem recepimus & admisimus, Nostro & Alieno Jure salvo,

Vobis & cuilibet vestrûm Mandantes nè *prædictum Abbatem*, prætextu dicti Fidelitatis Sacramenti nobis non præstiti, in præfato Monasterio, nec in ejusdem Pertinentiis quibuscumque perturbetis, molestetis, aut inquietetis, vel perturbari, molestari, seu inquietari permittatis à quocumque;

Et si prædictum Monasterium vel aliquid ejusdem sit ad hoc impeditum, id *Abbati antedicto* deliberetis seu deliberari faciatis indilate.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*. xiv. die Martii.

Consimiles Literas de Fidelitate habent subscripti; videlicet;

Nicholaus de Pers, Abbas Monasterii Sancti Michaelis de ulteriori Portu. *Ibid. m. 24. dor.*

Guillielmus Blondy, Abbas Abbatiæ Mariæ Fucardi Montis.
Alicia Fetout, Priorissa Ecclesiæ beatæ Mariæ de Seint Sean.
Guillielmus le Goes, Abbas de Cince Sancti Leuffredi.
Abbas Sancti Ebrulphi.
Abbas de Velasse.
Prior Sancti Laudi de Rothomago, &c.

De salvo Conductu pro Ambassiatoribus Franciæ.

REX per Literas suas Patentes, usque Primum diem Aprilis proximo futurum duraturas, suscepit in salvum Conductum, &c. *Johannem Vergii* Dominum Dautrey militem, *Regnerum Pot* Dominum de la Roche militem, *Anthonium de Thoulonjon* Militem, *Henricum de Chaufour* Armigerum, Magistros, *Johannem le Clerk*, *Guidonem Gelinier*, & *Johannem de Rinel*, usque & in Villam Regis de Mante, cum Quinquaginta Equis in Comitiva sua vel infra, ac Bonis, Rebus, & Hernesiis suis, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & exinde ad propria redeundo; Ann. D. 1419. *An. 6. H. 5. Ibid. m. 15.*

Et ideo, &c.

Proviso semper quod ipsi quicquam, &c. quodque ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Rouen*. xvii. die Martii.

Per ipsum Regem.

REX per Literas suas Patentes, per Viginti & Quatuor dies proximo futuros, duraturas, suscepit in salvum Conductum, &c. prædictos, *Johannem*, *Regnerum*, *Anthonium*, *Henricum*, *Johannem*, *Guidonem* & *Johannem*, in Civitate Regis de Rouen ad præsens existentes, abinde ad partes suas proprias, cum Quinquaginta Equis in Comitiva sua vel infra, ac Bonis, Rebus, & Hernesiis suis transeundo;

Et ideo, &c.

Proviso, &c. ut supra.

In cujus, &c.

Teste Rege ut supra.

per Sanguinis & Parentelæ Approximationem, affectuosius perpetuare,

Dilectum & fidelem Militem nostrum, *Johannem Colville*, ac, dilectum Clericum nostrum, Magistrum *Ricardum Leyot* Legum Doctorem, ac Decanum Ecclesiæ Cathedralis Assavensis, Nuncios, Commissarios, & Ambassiatores nostros, Tenore Præsentium, Deputamus, Facimus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem & eorum alteri, Potestatem generalem, & Mandatum speciale, ad Præsentiam, Magnifici Principis, *Frederici Burgravii Nurburginensis*, Subditi & Affinis dicti Fratris præcarissimi, se transportandi,

Ac coram eo, seu Commissariis vel Deputatis ejusdem, nostram Voluntatem & Intentionem nomine nostro declarandi.

Ac de Sponsalibus seu Matrimonio, inter, inclitum Principem, *Johannem Ducem Bedfordiæ*, Custodem & Locumtenentem nostrum Angliæ, Fratrem nostrum carissimum, & filiam unicam & Hæredem ipsius *Frederici*, divinâ inspirante Clementiâ, contrahendis, Tractandi, Interloquendi, & Concludendi, talibus modis & formis quibus dictis nostris Ambassiatoribus & eorum alteri videbitur expedire,

Necnon ad Faciendum & Expediendum omnia & singula, quæ in Præmissis, seu circa ea, & cum suis incidentibus, dependentibus, & connexis, necessaria fuerint sive quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale quàm aliquod Præmissorum, & quæ Nos ipsi facere poterimus si personaliter interessemus,

Et Promittimus, in bonâ fide, Nos Ratum, Gratum, Firmum, & Stabile, perpetuis temporibus, habituros totum & quicquid dicti Ambassiatores & nuncii nostri, seu eorum alter, egerint, vel egerit, in Præmissis seu aliquo Præmissorum, sub Ypoteca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium, & futurorum.

In cujus rei Testimonium has Litteras nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus consignari.

Dat. in *Palatio Regis Westmonasterii* decimo octavo die Martii.

Per Concilium.

De Tractando super Matrimonio, inter Ducem Bedfordiæ & Filiam unicam Ducis Lotoringiæ, contrahendo.

Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Ibidem. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Desiderantes Parentelam, quæ, antiquis temporibus, viguit inter inclitos Progenitores nostros & Progenitores, illustris & magnifici Principis, *Ducis Lotoringiæ*, Consanguinei nostri, per Sanguinis approximationem renovare,

De fidelitate, circumspectione, & industria, dilecti & fidelis Militis nostri, *Johannis Colville*, &, dilecti Clerici nostri, Magistri *Ricardi Leyot* Legum Doctoris, ac Decani Ecclesiæ Cathedralis Assavensis, plenariè confidentes,

Ipsos Nuncios, Commissarios, & Ambassiatores, Tenore Præsentium Deputamus, facimus, & ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem & eorum alteri, Potestatem generalem, & Mandatum speciale, ad præsentiam *præfati Ducis* se transportandi,

Ac cum *eodem Duce*, seu Commissariis, aut Deputatis suis de Sponsalibus * seu Matrimonio, inter, inclitum Principem, *Johannem Ducem Bedfordiæ*, Custodem & Locumtenentem nostrum Angliæ, Fratrem nostrum carissimum, & Filiam Unicam & Hæredem *ipsius Ducis Lotoringiæ*, divinâ inspirante Clementia, contrahendis, Tractandi, Interloquendi, & Concludendi talibus modis & formis quibus dictis nostris Ambassiatoribus, & eorum alteri, videbitur expedire, * IX. 711.

Necnon ad Faciendum & Expediendum omnia & singula, quæ in Præmissis, seu circa ea, & cum suis Incidentibus, dependentibus, & connexis, necessaria fuerint sive quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale quàm aliquod Præmissorum, & quæ Nos ipsi facere poterimus si personaliter interessemus,

Et Promittimus, in bonâ fide, Nos Ratum, Gratum, Firmum, & Stabile, perpetuis temporibus, habituros totum & quicquid dicti Ambassiatores & Nuncii nostri, seu eorum alter, egerint, vel egerit, in Præmissis, seu aliquo Præmissorum, sub Ypoteca & Obligatione Omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum.

In cujus, &c.

Dat. ut supra.

Per Concilium.

nem ejusdem Collegii nostri, in Signum perpetuæ Amicitiæ & sinceræ Fraternitatis, profitendo,

Volentesque eandem Amicitiam & Fraternalem Dilectionem, per Sanguinis & Parentelæ Approximationem, affectuosiùs perpetuare,

Dilectum & fidelem Militem nostrum, *Johannem Colevill*, & dilectum Clericum nostrum, Magistrum *Ricardum Leyot* Legum Doctorem ac Decanum Ecclesiæ Cathedralis Assavensis, Nuncios, Commissarios, & Ambassiatores nostros, Tenore Præsentium, Deputamus, Facimus, & Ordinamus,

Dantes & Concedentes eisdem, & eorum alteri, Potestatem generalem, & Mandatum speciale, ad præsentiam præfati præcarissimi Fratris nostri *Romanorum Regis* se Transportandi,

Ac coram Serenitate sua, seu Commissariis aut Deputatis ejusdem, nostram Voluntatem & Intentionem, concernentibus ampliationem & extensionem ulteriorem Fraternæ Dilectionis antedictæ, nostro nomine Declarandi,

Ac de & super quibuscumque viis & modis ampliationem dictarum Fraternitatis & Amicitiæ respicientibus & firmare valentibus, Communicandi,

Ipsasque vias & modos Aperiendi, & Aperiri audiendi, &, præsertim ac in specie, viam Sponsaliorum, seu Matrimonii inter, inclitum Principem, *Johannem Ducem Bedfordiæ*, Custodem & Locumtenentem nostrum Angliæ, Fratrem nostrum carissimum, & aliquam Consanguineam præfati præcarissimi Fratris nostri *Romanorum Regis*, Statui ipsius Fratris nostri *Bedfordiæ* congruentem, divinâ inspirante Clementiâ, contrahendi,

Deque & cum eisdem Tractandi, Interloquendi, & Concludendi talibus modis & formis quibus dictis nostris Ambassiatoribus, & eorum alteri, videbitur expedire,

Necnon ad Faciendum & Expediendum omnia & singula quæ in Præmissis, seu circa ea, cum suis Incidentibus, dependentibus, & connexis, necessaria fuerint sive quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale quàm aliquod Præmissorum, & quæ Nos ipsi facere poterimus si personaliter interessemus,

Et Promittimus, bonâ fide, Nos Ratum, Gratum, Firmum, & Stabile, perpetuis temporibus, habituros totum & * quicquid * IX.
dicti Ambassiatores & Nuncii nostri, seu eorum alter, egerint, 712.
vel egerit, in Præmissis, seu aliquo Præmissorum, sub Ypotecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum.

In cujus, &c.

Dat. ut supra.

Per Concilium.

De Præsentationibus. 55

JOhannes Paiot Capellanus habet Literas Regis de Præsentatione ad majorem Portionem Ecclesiæ de Basquevilla Rothomagensi Diœcesi, per Mortem Magistri *Johannis Bernardi*, ultimæ Personæ ejusdem, vacantem, & ad Regis Donationem, &c. Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Pat. Norm. 7. H.5.p.1. m. 81.

Et diriguntur Literæ illæ *L. Archiepiscopo Rothomagensi*, vel ejus Vicario Generali, ipso Archiepiscopo in Remotis agente.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* xxi. die Martii.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas Regis habent,

Robertus de Brecy, Magister in Artibus & Bacalarius in Decretis, ad Ecclesiam Parochialem de Daubolio dictæ Diœcesis;

Et diriguntur illæ Literæ, *ut supra.*

Petrus Hense Capellanus ad Ecclesiam Parochialem de Guenevilla Rothomagensis Diœcesis: Ibid.

Diriguntur Literæ illæ, *ut supra.*

Consimiles Literas habent,

Reginaldus Harelle Capellanus ad Ecclesiam Parochialem de Harquevilla dictæ Diœcesis, per Mortem Domini *Petri le Blanc*, ultimæ Personæ ejusdem:

Et diriguntur illæ Literæ, *ut supra.*

Petrus de Clyncham, Magister in Artibus, ad Ecclesiam Parochialem beatæ Mariæ de Beurant Constantiensis Diœcesis, per Mortem *Roberti Fosse*, ultimæ Personæ ejusdem, &c.

Et diriguntur Literæ illæ Cantori & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Constantiensis, Sede ibidem vacante.

Gullielmus Villequin, Magister in Artibus, ad Ecclesiam Parochialem de Lindebeuf Rothomagensis Diœcesis: Ibidem. m. 79.

Et

Ibid. m. 77. *Johannes Aumont* Clericus ad Ecclesiam Parochialem Sancti Juliani Dernevilla Rothomagensis Diœcesis, per Mortem Domini *Johannis Theronde* Capellani, &c.

Et diriguntur Literæ illæ *Archiepiscopo Rothomagensi.*

Ibid. m. 79. *Theobaldus Senescalli* Capellanus, Magister in Artibus, & Licentiatus in Legibus, ad Ecclesiam Parochialem Sancti Laudi de Bauvilla, Bajocensis Diœcesis, per Mortem Domini *Gulielmi le Touse*, ultimæ Personæ ejusdem, vacantem, & ad Regis Donationem spectantem;

Et diriguntur Literæ illæ, Venerabili in Christo Patri, *J.* eâdem Gratiâ, *Episcopo Bajocensi*, vel ejus Vicariis in Spiritualibus, ipso Episcopo in Remotis agente.

---

* IX. 713.

* *De admittendo ad Capellam.*

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1. m. 81.

REX, dilecto sibi in Christo, *Abbati de Fescamp*, vel ejus Vicariis in Spiritualibus, ipso Abbate in Remotis agente, Salutem.

Ad Capellam seu Capellaniam Sancti Sepulcri prope Fescamp vacantem, & ad nostram Donationem spectantem ut dicitur, dilectum nobis, *Anthonium de Insula*, Magistrum in Artibus, & in Legibus Licentiatum, vobis Præsentamus,

Intuitu caritatis rogantes quatinus ipsum *Anthonium* ad Capellam seu Capellaniam prædictam admittatis, ipsumque in Corporalem Possessionem ejusdem ponatis & inducatis, seu poni & induci faciatis, necnon Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis quibuscumque, ad eandem spectantibus, uti & gaudere permittatis, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Teste Rege *apud Castrum Regis Rothomagi* vicesimo primo die Martii.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas habet *Ricardus Postell* Capellanus ad alteram Portionem in Ecclesia Sancti Martini de Roussevilla Bajocensis Diœcesis.

De Permutatione Capellaniarum.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. ibidem.

REX, Ballivô suo de Caux, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

Sciatis quod,

Cum *Robertus Fabri*, Capellanus Capellaniæ Sancti Laurentii, in Capella Sanctorum Petri & Pauli, in Ecclesia Cathedrali Rothomagensi Fundatæ, & Magister *Guillielmus Figuli*, Capellanus Capellaniæ ad Altare beatæ Mariæ, in Castro de Longueville Guiffardi Fundatæ, intendant, ut asserunt, Capellanias suas prædictas adinvicem canonicè permutare,

Nos, ex causâ hujusmodi Permutationis faciendæ, prædictam Capellaniam, in Castro prædicto Fundatam, præfato *Roberto* Conferimus & Donamus,

Vobis mandantes quatinus præfatum *Robertum* in Possessionem Corporalem ejusdem Capellaniæ, in Castro prædicto Fundatæ, Ponatis & Inducatis, seu poni & induci faciatis, necnon Fructibus, Redditibus, ac Emolumentis universis, ad eandem spectantibus, uti & gaudere permittatis, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagense* xxi. die Martii.

Per ipsum Regem.

De Restitutionibus Temporalium.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid. m. 71.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

De Gratia nostra speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pietatis Opera (quæ in Abbatia beatæ Mariæ de Insula Dei fieri debeant) plus solito accrescant, & ibidem laudabiliùs manuteneantur & sustineantur,

Concessimus dilectis nobis in Christo, *Abbati & Conventui Ab-*

Ibid.

De Licentia Eligendi.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibidem. m. 71.

REX, dilectis sibi in Christo, *Priori & Conventui* Ecclesiæ Cathedralis Wygorniæ, Salutem.

Ex parte vestra nobis est humiliter supplicatum ut,

Cum Ecclesia vestra prædicta, per Mortem, bonæ memoriæ, *Thomæ*, ultimi Episcopi Ecclesiæ illius, Pastoris sit solatio destituta,

Alium vobis Eligendi in Episcopum & Pastorem ejusdem Ecclesiæ Licentiam concedere dignaremur,

Nos (Precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati) Licentiam illam vobis, Tenore Præsentium, duximus concedendam,

Mandantes quod talem vobis eligatis in Episcopum & Pastorem, qui Deo devotus, Ecclesiæ vestræ prædictæ necessarius, nobisque & Regno nostro utilis & fidelis existat.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem suam Ebroicensem* vicesimo quinto die Martii.

Per ipsum Regem.

De Hæreditatibus datis.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid. m. 72.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod, Auctoritate nostrâ Regiâ, & ad Supplicationem *Galfridi le Gour*, & *Girote* Uxoris ejus, Juratorum Ligeorum nostrorum, de Gratiâ nostrâ speciali, *Dedimus* & *Concessimus* eis Hæreditates, Redditus, & Possessiones quoscumque, quos ipsi, ante primum diem Augusti, Anno Regni nostri Quinto, infra Ducatum nostrum Normanniæ tenuerunt & possidebant,

Habendos & *Tenendos* Hæreditates, Redditus, & Possessiones prædictos præfatis, *Galfrido* & *Girote*, eisdem modo & formâ, quibus iidem *Galfridus* & *Girota* eos ante diem prædictam tenuerunt & possidebant, per Homagium, ubi debetur, faciendum secundum Consuetudinem Ducatûs nostri prædicti, ac faciendo alia Onera & Servitia inde debita & consueta,

Reservatis semper Nobis Hæredibus nostris alta & suprema Justicia, ac omni alio Jure quod ad nos poterit pertinere;

Proviso semper quod Hæreditates, Redditus, & Possessiones prædicti, seu aliqua Parcella eorumdem, de Dominico Ducatûs nostri prædicti, aut alicui alii Personæ per nos ante hæc tempora dati & concessi, seu aliqui de Terris & Possessionibus, quas subtus Villam nostram Falesiæ, ac infra Villam nostram de Cadomo, aut de Lapidicina seu Quarreris prope eandem Villam, ad opus nostrum specialiter Reservavimus, aut de Loco seu Spatio Terræ, pro Ædificando nobis Palatio, infra Civitatem nostram de Rouen, seu extra, prope Muros ejusdem, juxta Compositionem in hac parte factam, non existant.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem d'Evreux* xxviii. die Martii.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas Regis Patentes habent subscripti, de Hæreditatibus eis concessis; viz.

Guillielmus de Tabletre Magister in Artibus Capellanus.

Guillielmus de Botey.

Johanna de Gonys quæ fuit Uxor *Johannis le Feare* Armigeri defuncti.

Johanna de Creullet quæ fuit Uxor *Johannis de Vassy* Chivaler defuncti.

Guillielma de Beauchamp Vidua.

Petrus Raignos de Baieux.

Reginer le Caen de Baieux & *Johanna Uxor ejus.*

Petrus Lenglois de Baieux & *Johanna Uxor ejus.*

Guillielmus de Bures Chivaler.

* *Johanna de Gailconwille* quæ fuit Uxor *Petri de Hellenuille* Chivaler defuncti. * IX. 715.

Johannes le Vesie & *Thomasia Uxor ejus.*

Guillielmus de Bailleul Armiger.

Petrus Liebart Armiger.

Johannes Capre Capellanus.

Petrus de Grouchefont Armiger, & *Perota de Fontaines* Uxor ejus.
Thomas Amiot.
Robertus Levesque Burgensis de Caen.
Petrus de Giencourt & *Margareta* Uxor ejus.
Johannes de Banbourel & *Johan du Bloys* Uxor ejus.
Johannes le Saige Armiger & *Philippa* Uxor ejus.
Ricardus de Corday Armiger & *Johanna* Uxor ejus.
Robertus de Corda Armiger.
Ricardus le Moigne Armiger.
Simon Capellet & *Uxor ejus.*

De Canonicatu Dato.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1. m. 71.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod *Dedimus & Concessimus Johanni Guilbert* Capellano Canonicatum seu Cantariam in Ecclesia Collegiata de Sanqueville Rothomagensis Diœcesis, vacantem per Mortem *Stephani le Gros*, ultimi Possessoris ejusdem, & ad nostram, &c.

Habendum cum suis Juribus & Pertinentiis quibuscumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem suam d'Evreux* tricesimo die Martii.

Per ipsum Regem.

De Homagiis Maguntinensis & Treverensis Archiepiscoporum recipiendis.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid. m. 80.

REX, Illustri Principi, *Lodowico Comiti Palatino Reni*, Sacri Romani Imperii Electori, Archidapifero, ac Bavariæ Duci, Fratri nostro carissimo, Salutem & Fraternæ dilectionis continuum incrementum.

De vestrâ fraternali circumspectâ Providentiâ in Domino plurimum confidentes,

Ad Petendum & Exigendum Homagium & Fidelitatis Sacramentum, vice & nomine nostris, à, Reverendissimis in Christo Patribus, & illustribus Principibus, *Maguntinensi & Treverensi Archiepiscopis*, &c. seu eorum Procuratoribus, ab eisdem, seu eorum quolibet Potestatem sufficientem in hac parte habentibus, cum omnibus suis Capitulis in ea parte debitis, & in hujusmodi fieri consuetis, ratione cujusdam Provisionis sive Annuæ Pensionis, per Nos eis, & eorum cuilibet, ad ipsorum vitam & nostram, datæ & concessæ,

Ipsaque Homagium & Fidelitatis Sacramentum (assumptis per vos Notariis Publicis) nomine nostro Recipiendum, & Admittendum personaliter ab eisdem,

Cæteraque Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ hujusmodi Negotii Qualitas & Natura exigunt & requirunt,

Vobis, Tenore Præsentium, committimus Potestatem;

Reservantes nichilominus semper nobis Renovationem Homagii & * Fidelitatis Sacramenti hujusmodi, ab eisdem Reverendissimis Patribus Nobis, cum ipsi, vel eorum alter, ad Præsentiam nostram declinare contigerit, corporaliter faciendorum & præstandorum,

* IX. 716.

Et quid in Præmissis feceritis Nos, sub Sigillo vestro, ac Signo & Subscriptione Notariorum Publicorum, per vos in hac parte assumptorum, significare dignetur vestra Fraternitas prædilecta.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem d'Evreux* primo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Licentia, data Duci Gloucestriæ, Ordinandi Procuratores, ad Tractandum nomine suo, super Matrimonio, cum Regina Siciliæ contrahendo.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1. m. 70.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod, ex certâ Scientia nostrâ, Concessimus & Licentiam Dedimus, carissimo Fratri nostro, *Humfrido Duci Gloucestriæ* quod ipse, per Literas suas Patentes, quosdam veros, legitimos, & indubitatos Procuratores, & Negotiorum Gestores, & Nuncios suos speciales,

Ad Tractandum, Concordandum, & Concludendum pro Se & Nomine suo, cum, Serenissimo Principe, *Karolo Rege Navarræ*, Fratre nostro carissimo, ac, Serenissima Principissa, Dominâ *Blancheâ Reginâ Siciliæ*, ejusdem Regis Filiâ, naturali & *comprobatis.*

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem, & fidem indubiam præsentibus adhibere. Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid.

Sciatis quod,

Cum, Frater noster carissimus, *Humfridus Dux Gloucestriæ*, ex certâ Scientiâ nostrâ, & licentiâ, per Nos ad ad hoc eidem Fratri nostro concessâ, speciali,

Ad Tractandum, Concordandum, & Concludendum, pro Se & Nomine suo, cum, Serenissimo Principe, *Karolo Rege Navarræ*, Fratre nostro carissimo, ac, Serenissimâ Principissâ, Dominâ *Blancheâ Reginâ Siciliæ*, ejusdem Regis Filiâ, naturali & legitimâ, unicâ & Herede, seu eorum, aut alterius eorum Commissariis, Procuratoribus, seu Deputatis plenam & sufficientem Potestatem habentibus in hac parte, tam de & super Sponsalibus, quàm Matrimonio, inter *Fratrem nostrum* carissimum & *præfatam Reginam* Contrahendo,

Necnon de & super Dote, Dotalitio, & Donatione propter Nuptias, cum omnibus aliis & singulis, in ea parte necessariis, seu quomodolibet utilibus & oportunis, Conveniendum, Concordandum, & Concludendum,

Dilectum nobis, *Willielmum Beauchamp* Militem, Camerarium suum, & Magistrum *Johannem Stoket* Legum Doctorem, suos veros, legitimos, & indubitatos Procuratores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales Fecerit, Ordinaverit, Creaverit, & Constituerit per Literas suas Patentes,

Nos etiam, quatenus ad Nos attinet, ad eosdem finem & effectum, ipsos *Willielmum & Johannem* nostros veros, * legitimos, & indubitatos Ambassiatores, Procuratores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales Facimus, Ordinamus, Creamus, & Constituimus per Præsentes; * IX. 717.

Promittentes, bonâ fide, & verbo Regio, quatenus ad Nos attinet, Nos Ratum & Gratum, perpetuis temporibus, habituros totum & quicquid per Procuratores prædictos Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In quorum omnium Testimonium has Litteras Patentes Magni nostri Sigilli munimine fecimus roborari.

Data apud *Civitatem nostram d'Evreux* tertio die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Tractatus inter Regem & Adversarium suum Franciæ super CONVENTIONE PERSONALI.

Ex Parte Angliæ.

NOS, *Ricardus Comes Warwicæ*, *Johannes Gray*, *Gilbertus Umfranvill*, & *Willielmus Porter*, Milites, Magister *Johannes Kempe* Custos Privati Sigilli, & *Johannes Stafford* Legum Doctor, Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1. m. 60.

Invictissimi Principis & Domini nostri *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Franciæ*, *& Domini Hiberniæ*, Ambassiatores, Nuncii, & Commissarii, ad Tractandum, Communicandum, & Concludendum cum Ambassiatoribus seu Nunciis, Serenissimi Principis, *Consanguinei & Adversarii sui Franciæ*, de & supra infrascriptis, sufficienter ac legitimè deputati,

Prout ex ejusdem Invictissimi Domini nostri Commissionum Literis,

Quarum Tenores sequuntur, & sunt tales,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Franciæ & Angliæ*, *& Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Prudentiâ, Circumspectione, & Industriâ, carissimi Consanguinei nostri, *Ricardi Comitis Warwicæ*, ac, dilectorum & fidelium nostrorum, *Johannis Gray* Militis, *Gilberti Umframville* Militis, *Willielmi Porter* Militis, Magistri *Johannis Kempe* Custodis Privati Sigilli nostri, & Magistri *Johannis Stafford* Legum Doctoris, Consiliariorum nostrorum, & eorum cujuslibet plenariè confidentes,

Ipsos Sex, Quatuor, aut Tres eorum nostros Fecimus, Ordinavimus, & Deputavimus, ac Facimus, Ordinamus, & Deputamus certos & indubios Ambassiatores, Nuncios, & Commissarios per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Sex, Quatuor, vel Tribus eorumdem plenam Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, unà cum Ambassiatoribus, Nunciis, seu Commissariis Consanguinei & *Adversarii nostri Fran-*

• IX. 718. Et consimile Juramentum in Animam dicti *Adversarii nostri*, Literas, Obligationes, Securitates, & Cautiones alias, sufficientes & in hac parte nobis necessarias, pro Nobis & Nomine nostro, ab Ambassiatoribus ejusdem *Adversarii nostri* Petendi, Recipiendi, & Optinendi,

Ac quoscumque Tractatus, per eos, cum *dicti Adversarii nostri* Ambassiatoribus, Nunciis, seu Commissariis, captos sive habitos, prout eis Sex, Quatuor, vel Tribus eorumdem, expedire videbitur, Prorogandi & Continuandi,

Et generaliter omnia & singula Faciendi, Exercendi, & Expediendi quæ in præmissis, vel circa, seu eorum aliquod, necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si de se Mandatum magis exigant speciale,

Et Promittimus, bonâ fide, & verbo Regio, ac sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuo habituros totum & quicquid per dictos nostros Ambassiatores Sex, Quatuor, aut Tres eorum, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Civitatem nostram d'Evrenx*, Vicesimo Octavo Die Martii, Anno Regni nostri septimo.

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Franciæ & Angliæ. & Dominus Hiberniæ*, omnibus ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Prudentia, Circumspectione, & Industria, carissimi Consanguinei nostri, *Ricardi Comitis Warwicæ*, ac, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Johannis Gras* Militis, *Gilberti Umframville* Militis, *Willielmi Porter* Militis, Magistri *Johannis Kempe* Custodis Privati Sigilli nostri, & Magistri *Johannis Stafford* Legum doctoris, Consiliariorum nostrorum, & eorum cujuslibet, plenarie confidentes,

Ipsos *Sex*, *Quatuor*, aut *Tres* eorum nostros Fecimus, & Ordinavimus, & Deputavimus, ac Facimus, Ordinamus, & Deputamus certos & indubios Ambassiatores, Nuncios, & Commissarios per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem *Sex*, *Quatuor*, aut *Tribus* eorumdem plenam Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, unà cum Ambassiatoribus seu Commissariis Consanguinei & *Adversarii nostri Franciæ*, plenam & sufficientem in hac parte Potestatem ab eo habentibus, ad Tractandum & Concordandum de & super CONVENTIONE Nostra, & *dicti Adversarii nostri*, ac Præclarissimæ Principissæ *Consortis suæ*,

Necnon de Modo, Tempore, & Loco CONVENTIONIS hujusmodi,

Et de quibuscumque Securitatibus, ad dictam CONVENTIONEM necessariis, convenientibus, seu oportunis.

Ac etiam de & super Treugis seu Guerrarum Abstinentiis, generalibus vel particularibus, per Mare, Terram, seu Aquas, ac tanto tempore duraturis, secundum quod inter eos melius & efficacius poterit concordari, *pro Nobis*, Regnis, Patriis, Terris, Dominiis, Subditis, Vassallis, Amicis, Alligatis, & Confœderatis nostris quibuscumque, omnibus honestis Modo, Via, & Forma, quibus inter se concordare poterunt, Tractandum, communicandum, & concludendum,

Et ipsas Treugas, inter se Capiendas & Concordandas, per omnia Regna, Terras, & Dominia nostra Proclamari, & Publicari faciendum ubicumque opus erit,

Ac etiam, ut eo firmiùs atque inviolabiliùs Treugæ prædictæ conserventur, tam per Terram, quàm per Mare, & Aquam, ad Faciendum, Ordinandum, & Deputandum tot & tales Conservatores & Judices dictarum Treugarum, generales vel speciales, & in tanto Numero, prout eis *Sex*, *Quatuor*, au *Tribus* eorumdem melius expedire videbitur, ad Corrigendum & Reformandum totum & quicquid contra dictas Treugas fuerit attemptatum,

Et Promittimus, verbo Regio, ad Tenendum, & Teneri faciendum Ratum, Firmum, & Stabile totum & quicquid per dictos Ambassiatores, seu Commissarios nostros, *Sex*, *Quatuor*, aut *Tres* eorumdem, in Præmissis, vel aliquo eorum, factum fuerit,

Et quòd Nos Concedemus & Faciemus, seu Fieri faciemus, sentes, quod,

Henrico de Chaufflour Armigero, Magistro *Guidone de Gelmeris* Magistro Requestarum Hospitii, ac *Johanne Rivel* Secretario,

Ambassiatoribus & Nunciis præfati Serenissimi Principis *Consanguinei & Adversarii* dicti metuendissimi Domini nostri in hac parte Deputatis,

De & super Materiis Pacis finalis, inter Regna Franciæ & Angliæ prædicta faciendæ, nobiscum Tractantibus,

Expositaque per eos, in vim Potestatis eis attributæ, *Intentione* & *Voluntate* dicti Serenissimi Principis, Consanguinei, & Adversarii metuendissimi Domini nostri, & *Oblatione* quadam per eosdem factâ, ac nonnullis hincinde Communicatis, Tractatis, & Protestatis,

Tandem præfatis Ambassiatoribus & Nobis videbatur expediens,

Ad Effectum hincinde optatum, ac ut eo promptiùs & commodiùs Amor mutuus & sincera Dilectio inter Partes prædictas & earum Subditos introduci ac foveri valerent, & firmiora Pacis Fœdera copulari, nonnullaque ardua, quæ aliàs absque gravi difficultate terminari non possunt, feliciùs & faciliùs discuti poterint & diffiniri,

Quòd, præfati Illustrissimi Principes, metuendissimus *Dominus noster*, ac Consanguineus & *Adversarius suus*,

Aut, eo (quod absit) impedito, Serenissima Principissa *Consors & Conthoralis ejusdem*, Nobilissima Domina *Domina Katerina* Filia eorumdem, ac Illustris Princeps *Dux Burgundiæ*, Vice & Nomine ejusdem *Consanguinei & Adversarii*,

Colloquium habeant Personale,

Quòd etiam videtur expediens quòd intersit Illustris Princeps *Dux Brittanniæ*,

Hinc est quod, inter Nos, Ambassiatores & Commissarios supradictos, communicatâ deliberatione, *Conventum* est & *Concordatum* quod præfatus metuendissimus *Dominus noster*, ac Serenissima Principissa *Consors & Conthoralis* ejus, nobilissima Domina *Domina Katerina* Filia eorumdem, ac Illustris Princeps *Dux Burgundiæ*,

Aut, dicto Serenissimo Principe *Consanguineo & Adversario* (quod absit) impedito, saltem præfata *Serenissima Principissa*, ac Nobilissima Domina *Domina Katerina* ejus Filia, & *Dux Burgundiæ*,

Quintadecima Die Mensis Maii, proximò futuri, in aliquo certo Loco, inter Villas *de Medunta & Pontoyse*, ad hoc congruo (quem Locum, ante dictum *decimum quintum diem*, per suos Deputatos eligi facient) *personaliter* debent *convenire*,

De & super Materia Pacis finalis supradictæ, & aliis, de quibus eis videbatur, amicabiliter Tractaturi, ulteriusque Facturi & Disposituri quod eisdem censebitur oportunum,

Cui etiam CONVENTIONI speratur quòd intererit *Dux Brittanniæ* supradictus,

Et,

Ut Partes prædictæ, sine Periculo sui aut suorum, sic, ut præfertur, convenire commodè possint & valeant,

Nos Commissarii Invictissimi *Domini nostri Regis* supradicti,

Pro dicto Domino nostro Rege, Vassallis, & subditis suis,

Necnon Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Terris, Patriis, & Dominiis, in Regno Franciæ existentibus, citra Flumen Ligeris, ac etiam inter Flumina Secanæ & Summæ,

Necnon ultra Flumen Summæ, usque ad Marcheas Calesiæ inclusive, constitutis, sibique Obedientibus,

Una cum præfatis Ambassiatoribus & Nunciis,

Pro dicto Serenissimo Principe, *Consanguineo*, & *Adversario* dicti • metuendissimi Domini nostri, ac Vassallis, & Subditis • IX. 720.
suis,

Necnon Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Terris, Patriis, & Dominiis, inter Flumina Secanæ & Summæ, necnon in partibus Picardiæ, a Marchiis Calesiæ dicti metuendissimi Domini nostri inclusivè, usque ad Flumen Summæ supradictum etiam inclusivè, præfato *Consanguineo & Adversario* dicti metuendissimi Domini nostri in præsenti de facto Obedientibus,

Necnon pro quibuscumque Villis, Castris, & Fortalitiis, inter Flumina Secanæ & Ligeris constitutis,

Quæ dictus *Consanguineus & Adversarius* dicti metuendissimi Domini nostri, citra Vicesimum diem instantis Mensis Aprilis, suis Literis Patentibus, magno Sigillo suo sigillatis, certificaverit sibi de Facto obedire,

TREUGAS, seu Guerrarum Abstinentias, INIVIMUS, Fecimus, & Concordavimus, ac INIMUS, Facimus, & Concordamus:

Ipsi-

læ, Castra, Fortalitia, sive Loca, infra Ducatum Normanniæ constituta, quæ dicto Metuendissimo *Domino nostro* non obediunt (Exceptis Villa & Castro de Gisors) nec alia Loca, extra dictum Ducatum constituta, quæ per Gentes *Domini nostri Regis* sunt Obsessa,

Neque Personæ foventes *Partem illam quæ dicitur Armeniaci*, neque Villa, Castra, Fortalitia, sive Loca, per eosdem in Regno Franciæ occupata.

Et, si contingat prædictum *Dominum nostrum Regem* movere vel facere Guerram Personis, Villis, Castris, Fortalitiis, sive Locis supradictis, sub præsentibus Treugis non comprehensis, per hoc non debeant præsentes Treugæ Ruptæ vel Violatæ censeri, nec debent præfatus *Consanguineus & Adversarius* neque sibi Obedientes in hoc Metuendissimo *Domino nostro*, his Treugis durantibus, Impedimentum inferre.

Et, his Treugis seu Guerrarum Abstinentiis durantibus cessare faciet *Dominus noster Rex*, ex parte sua, & in Personis Subditorum suorum, omnes Prisas Personarum, Villatum firmatarum, Fortalitiorum, & aliorum Locorum: omnesque Pillerias, Roberias, Incendia, Demolitiones Domorum; ac omnia alia Facta Guerræ adversus Personas, ac per omnia Terras, Civitates, Villas, Castra, Fortalitia, & alia Loca quæcumque in prædictis Treugis comprehensa; Fraude, Dolo, & malo Ingenio cessantibus quibuscumque.

ITEM, *Concordatum* est inter nos, Ambassiatores & Commissarios Partium supradictarum, quòd per nullum Malefactum, Attemptatum, vel Interprisam, per Subditos unius Partis vel alterius, si qua (quod Deus avertat) eveniant contra superius expressata, debent præsentes Treugæ reputari aut haberi pro ruptis aut solutis; set in suo nichilominus vigore & robore debent permanere: nec Guerræ idcirco fieri debent, nec Prisæ Personarum, nec Obsidiones Villarum, Castrorum, aut Fortalitiorum, nec Homicidia, nec aliud quodcumque Gravamen, ab una prædictarum Partium alteri fieri vel inferri; set debent omnia Malefacta, Interprisæ, & Attemptata hujusmodi per Conservatores ipsarum Treugarum, hincinde deputandos, prout singulos concernit, debitè reparari, & in Statum pristinum reduci; ac ipsi Malefactores, juxta Facti qualitatem & exigentiam, condignè puniri:

Et,

Si contingat quòd aliqui unius dictarum Partium delinquant in Territorio alterius Partis, & consequenter abinde fugiant, & se retrahant impunè ad Loca illius Partis cujus sunt Subjecti,

Conservatores illius Partis, super hoc requisiti, tenebuntur liberare Personas hujusmodi, si capi poterint, alteri Parti, & reparare Dampna, sic illata, de Bonis ipsorum Malefactorum; &, si
• IX. 721. bona • hujusmodi Malefactorum ad Reparationem debitam non sufficiant, eos punire debent in Personis, secundum Casûs exigentiam, & eorumdem Malefactorum Demerita; in quo Casu Conservatores utriusque Partis se mutuò debent adjuvare:

Et, si aliqui, de una parte vel de alia, capiant Fortalitium super aliam Partem, ipse, super quem dictum Fortalitium captum fuerit, ipsum recuperare poterit per viam Facti, vel aliter quocumque modo melius poterit:

Et tenebuntur Conservatores Partis ipsius, quæ ipsum Fortalitium ceperit, succurrere & adjuvare eum, super quem captum fuerit, quam citius & quam diligentius hoc facere poterint, ad Expensas Partis Offendentis; vel, si magis placuerit Parti gravatæ, requirere poterit & summare Conservatores alterius Partis, quod ipsi faciant reddi & restitui dictum suum Fortalitium, & puniant Malefactores qui hoc ceperunt; quam quidem provisionem ipsi Conservatores perficere tenebuntur & complere secundum suum Posse:

Et, si contingat quod ipse, vel ipsi, qui ceperit, vel ceperunt, idem Fortalitium, noluerit, vel noluerint, ad id quod dictum est obedire, Conservatores unius Partis & alterius tenebuntur se mutuò adjuvare, & reducere Malefactores ad Obedientiam, & ipsos Punire secundum Casus exigentiam:

Et, quando idem Fortalitium Recuperatum fuerit, ipsum Restituetur & Reddetur ei super quem Captum fuerit; Dolo, Fraude, Difficultate, & Negligentia cessantibus quibuscumque.

Quæ omnia & singula præfatus Illustrissimus Princeps *Dominus noster Rex*, quatenus Se & Partem suam concernunt, se ex integro impleturum & observaturum, in præsentia prædictorum Ambassiatorum *Consanguinei & Adversarii* sui, personaliter promisit.

Et idcirco, ac ut Præmissa majori firmitate nitantur, *Concordatum* est quod præfatus Serenissimus Princeps *Consanguineus & Adversarius* dicti Domini nostri Regis, citra finem *Vicesimæ Diei Instantis Mensis Aprilis*, transmittet & tradi faciet præfato *Domino nostro Regi*, ejusve Deputato, ad & in prædictam *Villam de Medunta*, Literas suas Patentes, majori Sigillo suo sigillatas, necnon Literas Patentes, tam præfatæ Serenissimæ Principissæ *Consortis suæ*, quàm etiam præfati *Ducis Burgundiæ*, Ratificatorias & Confirmatorias omnium & singulorum Præmissorum:

tur, non transmitti & tradi, extunc, præfatus Metuendissimus Princeps, *Dominus noster Rex* non teneatur ad prædictas *Conventionem* Personalem & *Treugas* observandas.

Et, pari Modo, si contingat aliquam prædictarum Partium deficere in observatione *Conventionis* supradictæ, aut in electione Loci, quo, ut præfertur, *Conventio* hujusmodi fieri debeat, Pars alia, per quam non stetit, liberetur ab omni Obligatione prædictorum, nec extunc teneatur ad Treugas supradictas custodiendas seu observandas.

Promittimus igitur nos, Commissarii & Deputati præfati Invictissimi Principis *Domini nostri Regis*, Vice & Nomine ejusdem, secundum omnem Vim Potestatis nobis attributæ, quod *idem Dominus noster Rex* Præmissa omnia & singula, quatenus Ipsum & Partem suam concernunt, plenè, fideliter, & bonâ fide custodiet & observabit, aut ea faciet sic custodiri & observari.

Et, pro feliciori & promptiori expeditione *Conventionis* supradictæ, *Communicatum* est inter nos, Ambassiatores & Commissarios Partium prædictarum, de Literis salvi Conductûs, præfati Serenissimi Principis *Consanguinei & Adversarii* Metuendissimi Domini nostri, transmittendis, Illustri & Magnifico Domino, Domino *Comiti Warwicæ*, & aliis Ambassiatoribus *dicti Domini nostri Regis*, ad Numerum Quadringentarum Personarum, Armatarum vel non Armatarum, & totidem Equorum, ad Præsentiam dicti *Consanguinei & • Adversarii* Metuendissimi Domini nostri venturarum, per quos debeant ultra maturari & tractari Modus *Conventionis* supradictæ, & aliæ materiæ de quibus videbitur expedire. • IX. 722.

In quorum omnium & singulorum Præmissorum testimonium atque fidem Nos, *Ricardus*, *Johannes*, *Gilbertus*, *Willielmus*, *Johannes*, *& Johannes*, Ambassiatores, Nuncii, & Commissarii supradicti, Sigilla nostra Præsentibus apposuimus.

Dat. apud *Vernon super Secanam*, die septima Mensis Aprilis, anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo Octavo ante Pascha.

Pro parte Franciæ.

NOS, *Henricus de Chaufour* Armiger, *Guido de Geluner* in Legibus Licentiatus, Consiliarii, & *Johannes de Rynel* Secretarius, Serenissimi atque Christianissimi Principis, Domini nostri Metuendissimi, Domini *Karoli*, Dei Gratiâ, *Francorum Regis*, & sui Ambaxiatores & Nuncii, ad Tractandum, Communicandum, & Concludendum cum Ambaxiatoribus & Nunciis, Serenissimi atque Excellentissimi Principis, Consanguinei & Adversarii dicti Domini nostri, *Regis Angliæ*, de & super Infrascriptis, sufficienter & legitimè Deputati, sicut per ejusdem Domini nostri Metuendissimi *Francorum Regis*, Commissionum Literas, evidenter apparet, Ann. D. 1419. As. 7. H. 5. Ex Bibl. Cot. Titus B. 6. fol. 31. B.

Quarum Tenor sequitur, & est talis,

CHarles, par la Grace de Dieu, *Roy de France* A tous Ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Comme, ou Moys de Feurier derrenierement passe, Nous,
Pour l'Onneur & Reverence de nostre Seigneur,
Et Eschever l'effusion du Sanc Christien,
Et a fin de trouver Paix, Amour, & Concorde avec nostre *Cousin & Adversaire d'Angleterre*;
Pour le Repos & Tranquillite de noz Peuple & Subgez,
Eussions Commis & Deputez, nostre Trescher & Tresame Filz, *le Duc de Bretaigne*, noz Amez & feaulx, *Johan de Vergi* Seigneur Daucrey, *Reaier Pot* Seigneur de la Roche, *Antoine de Thoulonjon*, noz Chevaliers, Conseilliers, & Chambellans, Maistres, *Johan le Clerk*, *Guy Geluner*, Maistres des Requestes de nostre Hostele, *Henry de Chaufour* Escuier d'Escuierie, Maystre *George d'Ostand*, & *John Rynel*, noz Secretares, pour assembler avec nostre *dit Adversaire*, ou ses Commis & Deputez, sur les Faiz des Paix, Concorde, & Tracteez,

Et leur EUSSOINS DONNE plain Pouvoir, Auctorite & Mandement especial de Convenir, Tractier, Composer, Transiger, Pacifier plainement, & finablement Accorder & venir a bonne Peax & Concorde, sur tous Debaz, Contentions, Questions, Guerres, Riotes, & Discors, meuz & a mouvoir, ensemble tous leurs Articles, & Circumstances, Incidences, Emergences, & Dependences, *entre Nous*, nos Roiaumes, Subgiez, Seigneuries, Amis, Alies, Aidans, & Adherens quelxconques, de ca & de la la Mer, d'une Part, & *nostre dit Adversair*, ses Subgiez, & Seigneuries, Amis, Aliez, Aidans, & Adherens quelxconques, d'autre Part, si comme plus a plain ces choses & autres sont contenues en noz Lettres, sur ce faictes, & passes en nostre Grant Conseil, *a Provins* le xvi. Jour du Moys de Feurier derrenierement passe,

Et

Dieux amamez & a ses Heirs,

Et aussi que a nostre *dit Cousin le Adversaire* demeurent & soient Laisses tout le Duchie de Normandye, & les autres Terres, Seigneuries, Villes, Chasteaulx, & Lieux qu'il tient de present en nostre Royaume,

Et pour Traicter avec nostre dit *Cousin & Adversaire*, ou ces Commissaires, sur les autres Choses appartenans a la Couronne de France,

Savoir faisons que nous,

Qui de tout nostre Cuer desirons veoir & avoier Paix, Amour Concorde, Alliance, & Confederation, fermez & estables a tousjoursmais, avec nostre dit *Cousin & Adversaire d'Angleterre*, ses Royaumes, Paiis, & Subgiez, en esperance dicelle Paix finable & Aliance, par Mariages, & autrement, qui, au plaisir de Dieu, se feront pour le Repos & Tranquillite des Royaumes, Paiis, Peuple, & Subgiez de Nous & de Luy,

Et mesmement pour eviter effusion du sanc Christien & intolerables Maulx, Inconveniens, & Exces, qui par Guerres & Divisions se seulent ensuir, a la grant Displesance de nostre Seigneur,

Confians a plain des sens & loyaute de, noz amez & fiaulx Conseilliers, *Henry de Chaufour*, Maistres *Guy Gelymer*, & *Johan de Rinel* dessuz nommez,

Iceulx, ou les Deux d'iceulx, *Avons*, *Commis*, & Deputes, Commettons & Deputons, noz Ambassidours & Messaiges especiaulx, pour retournir au dit *Lieu de Mante*, ou ailleurs par devers nostre dit *Cousin & Adversaire*, ou sez Commis & Deputes en ceste Partie;

Et leurs *avons Donne*, & Donnons, plain Povoir, Auctorite, & Mandement especial de exposer a nostre dit Cousin & Adversaire, ou a ces diz Commis, que c'est nostre Voulent & Entention,

Que toutez les Choses (des quelles Concorde fu, ou dit Traicte de la Paix finable, faicte a *Bretingny*, qui demouroient & estoient Delaissees a nostre dit Cousin *le Roy Edouart*, & a ses Heirs) demeurent & soient Delaissees a nostre dit *Cosin & Adversaire d'Angleterre*, & a ses Heirs, avec toute la Duchie de Normandie,

Et toutes les Terres, Seigneuries, Villes, Chasteaulx, & Lieux qu'il tient de present en nostre Royaume,

Et de Faire, Conceder, & Conclurre, ou Nom de Nous, les Choses dessus dictes,

Et de Traictier sur les autres choses appartenans a la dit Coronne,

De Proceder aussi en ce mesme Traictie, & Conclurre en icellui,

Et de faire les autres Choses, que la Perfection d'icellui Traictie demande & requiert,

Pour la Confirmation & Seurte desquelles Choses Nous avons Donne, & Donnons, a noz dis Ambassadeurs, ou aux Deux d'iceulx, Plain Povoir, Auctorite, & Mandement especial de prendre, offrir, recevoir, ou eslire Lieu & Temps convenables de Convention,

Pourveu, toutes voyes, que les Ambassadeurs de nostre dit *Adversaire* aient plain & souffisante Puissance de nostre dit Adversaire de faire semblablement, & conclurre les Choses dessus dictes avec noz diz Ambassadeurs,

Et Promettons d'avoir Ferme & Agreable quanque sera fait, en nostre dit Nom, par les diz *Henry de Chaufour*, Maistre *Guy Gelymer*, & *Johan de Rinel*, ou les Deux d'iceulx, sur toutes & chascunes les Choses dessus dictes, & de donner noz Lettres Confirmatoires, seelees de nostre Grant Seal, sur tous les Poins qui ainsi seront accordez, & les faire executer, de Point en Point, en tant que a Nous sera, sanz fraude ou mal engin,

Et ce Promettons sur caution & Obligation de tous noz Biens, presens & advenir, sanz Jamaiz faire, dire, ne proposer, en jugement, ou dehors, aucun Chose au Contraire.

En Tesmoing de ce Nous avons fait mettre a ces Presentes nostre Seel, Ordonne en l'Absence du Grant.

Donne a *Provins*, le xxviii. Jour de Mars, l'An de Grace Mil, Quatre Cens, & Dixhuit, & de nostre Regne le xxxix.

Sic signatas,

Par le Roi en son Grant Conseil.

Barrau.

Serenissima Domina *Domina Caterina* Filia eorumdem, ac Princeps Illustris Dominus *Dux Burgundiæ*, Vice & Nomine præfati Metuendissimi Domini nostri,

Colloquium habeant personale,

Quod etiam videtur expediens quod intersit Illustris Princeps *Dux Britanniæ*,

Hinc est quod, inter Nos Ambassiatores, & Commissarios supradictos, communicatâ deliberatione, *Conventum est* & *Concordatum* quod præfatus Metuendissimus *Dominus noster*, & *Consanguineus & Adversarius ejus præd ctus*, necnon ipsa *Domina nostra Regina*, & prædicta Domina nostra *Domina Katerina* Filia eorumdem, & cum eis Dominus *Dux Burgundiæ* prædictus,

Aut, jam dicto Metuendissimo Domino nostro impedito, saltem præfata *Domina nostra Regina*, ipsa Domina nostra *Domina Katerina*, & *Dominus Dux Burgundiæ* prædictus,

Quintâ Decimâ die Mensis Maii, proximo futuro, in aliquo certo Loco, inter Villas *de Medontâ & Pontisarâ*, ad hoc congruo (quem Locum, ante ipsum *Diem Decimum quintum*, per suos Deputatos eligi facient) *personaliter debent convenire*,

Cui etiam Conventioni speratur quod intererit *Dominus Dux Britanniæ* supradictus,

De & super Materiâ Pacis finalis seu prædictæ, & aliis, de quibus eis videbitur expediri, amicabiliter tractaturi, ulteriusque facturi & dispositurí quod eisdem censebitur oportunum.

Et,

Ut Partes prædictæ, sine Periculo sui aut suorum, sic, ut præfertur, convenire commodè possint & valeant,

Nos Ambassiatores & Nuncii prædicti,

Pro præfato Serenissimo Principe & Domino nostro Metuendissimo *Domino Francorum Rege*, Vasallis & Subditis suis,

Necnon Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Terris, Patriis, & Dominiis, in Regno suo Franciæ existentibus, inter Flumina Secanæ & Sommæ,

Necnon, in Partibus Picardiæ, à Marchiis Calesii inclusivè, usque ad Flumen Sommæ supradictum etiam inclusivè, præfato Domino nostro Metuendissimo in præsenti de facto obedientibus,

Necnon pro quibuscumque Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Terris, Dominiis, atque Locis, inter Flumina Ligeris & Secanæ constitutis,

Quæ ipse *Metuendissimus Dominus noster*, citra *Vicesimum Diem instantis Mensis Aprilis*, suis Literis Parentibus, suo Magno Sigulo sigillatas, certificaverit sibi de Facto obedire,

Unà cum præfatis Ambassiatoribus & Nunciis,

Pro ipso Serenissimo Principe *Consanguineo & Adversario* dicti Domini nostri, Vassallis & Subditis suis,

Necnon Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Terris, Patriis, & Dominiis, in Regno Franciæ existentibus, citra Flumen Ligeris, & etiam intra Flumina Secanæ & Summæ,

Necnon, ultra Flumen ipsum Sommæ, usque ad Marchias Calesii inclusivè constitutis, sibi Obedientibus,

Treugas, seu Guerrarum Abstinentiam, inivimus, fecimus, & concordavimus, ac inimus, facimus, & concordamus:

Ac ipsi Ambassiatores, ipsius Serenissimi Principis & *Consanguinei & Adversarii* Metuendissimi Domini nostri prædicti, hujusmodi *Treugas*, in Formâ prædictâ, nobiscum fecerunt, inierunt, & concordarunt, faciuntque, ineunt, & concordant,

* Inchoaturas, in omnibus Locis, qui præsentibus Treugis comprehenduntur, *Quarto Die post Diem*, quo Parti ipsius Serenissimi Principis *Consanguinei & Adversarii* dicti Domini nostri tradentur Literæ Ratificatoriæ; * IX. 725.

Infrascriptis exceptis, Marchiis Calesii prædictis, & Picardiæ ultra Flumen Sommæ prædictum: in quibus incipient dictæ Treugæ a Tempore Publicationis & Proclamationis earumdem; quæ fiet, post Traditionem dictarum Literarum Ratificatoriarum, cum celeritate quâ commode fieri poterit.

Et durabunt dictæ Treugæ, a Tempore Inchoationis earumdem, usque ad præfatum *Quintum decimum Mensis Maii* inclusivè: & abinde per totum Tempus *Conventionis* prædictæ; necnon per Octo Dies integros post *Conventionem* prædictam finitam & terminatam:

Ita tamen quòd præsentibus Treugis non comprehenduntur Villæ, Castra, Fortalitia, sive Loca, infra dictum Ducatum Normanniæ constituta, quæ dicto Serenissimo Principi *Consanguineo & Adversario* dicti Metuendissimi Domini nostri non obediunt (exceptis Villâ & Castro de Gisortio) nec alia, extra ipsum Ducatum

O tum

que Pillerias, Roberias, Incendia, Demolitiones Domorum, ac omnia alia facta Guerræ, adversus Personas, & per omnia Terras, Civitates, Villas, Castra, Fortalitia, & alia Loca quæcumque, in prædictis Treugis comprehensa; fraude, dolo, & malo ingenio quibuscumque cessantibus.

ITEM, *Concordatum* est inter Nos, Ambassiatores & Commissarios supradictos Partium prædictarum, quòd, per nullum Malefactum, Attemptatum, vel Interprisam, per Subditos unius Partis vel alterius, siqua (quod Deus avertat) eveniant contra superius expressata; debeant præsentes Treugæ reputari aut haberi pro Ruptis sive Solutis; sed in suo nichilominus vigore & robore debeant permanere: nec Guerræ idcirco fieri debent, nec Prisiæ Personarum, nec Obsidiones Villarum, Castrorum, aut Fortalitiorum, nec Homicidia, nec aliud quodcunque Gravamen, ab una prædictarum Partium alteri fieri vel inferri; sed debent omnia Malefacta, Interprisiæ, & Attemptata hujusmodi per Conservatores ipsarum Treugarum, hinc inde deputandos, prout singulos concernit, debitè reparari, & ad Statum pristinum reduci; ac ipsi Malefactores, juxta Facti qualitatem & exigentiam, condignè puniri:

Et,

Si contingat quòd aliqui unius dictarum Partium delinquant in Territorio alterius Partis, & consequenter abinde fugiant, & se retrahant impunè ad Loca illius Partis cujus sunt subjecti,

Conservatores illius Partis, super hoc requisiti, tenebuntur liberare Personas hujusmodi (si capi poterunt) alteri Parti, & reparare Dampna, sic illata, de Bonis ipsorum Malefactorum; &, si Bona hujusmodi Malefactorum ad Reparationem debitam non sufficiant, eos punire debent in Personis, secundum Casûs exigentiam, & eorumdem Malefactorum demerita; in quo Casu Conservatores utriusque Partis se mutuò debent adjuvare:

Et, si aliqui, de unâ Parte vel de aliâ, capiant Fortalitium super aliam Partem, ipse, super quem dictum Fortalitium captum fuerit, ipsum Recuperare poterit per Viam Facti, vel aliter quocunque modo meliùs poterit:

Et tenebuntur Conservatores Partis ipsius, quæ ipsum Fortalitium ceperit, succurrere & adjuvare eum, super quem captum fuerit, quàm citiùs & quàm diligentiùs hoc facere poterit, ad Expensas Partis offendentis; vel, si magis placuerit Parti gravatæ, requirere poterit aut summare Conservatores alterius Partis, quòd ipsi faciant reddi & restitui dictum suum Fortalitium, & puniant Malefactores qui hoc ceperint;

* IX. 726. * Quam quidem Provisionem ipsi Conservatores perficere tenebuntur & complere secundum suum Posse:

Et, si contingat quòd ipse, vel ipsi, qui cepit, vel ceperunt, idem Fortalitium, noluerit, vel noluerint, ad id quod dictum est obedire, Conservatores unius vel alterius Partis tenebuntur se mutuò adjuvare, & reducere Malefactores ad Obedientiam, & ipsos punire secundum Casûs Exigentiam:

Et quando idem Fortalitium recuperatum fuerit, ipsum restituetur & reddetur ei, super quem captum fuerit; Dolo, Fraude, Difficulte, & Negligentiâ cessantibus quibuscumque.

Quæ omnia & singula præfatus Metuendissimus *Dominus noster Rex*, quatenus se & Partem suam concernunt, adimplebit & observabit, seu faciet adimpleri & observari.

Et idcirco, ac ut Præmissa majori firmitate nitantur, *Concordatum* est quòd Ipse Metuendissimus *Dominus noster*, citra Finem *Vicesimæ Diei instantis Mensis Aprilis* transmittet & tradi faciet præfato Serenissimo Principi *Consanguineo & Adversario suo*, ejusve Deputato, ad & in *prædictam Villam de Medonta*, Literas suas Patentes, Majori Sigillo suo sigillatas, necnon Literas Patentes, tam præfatæ Serenissimæ Principissæ *Dominæ nostræ Reginæ*, quàm etiam præfati Domini *Ducis Burgundiæ*, Ratificatorias & Confirmatorias omnium & singulorum Præmissorum:

In quibus etiam, inter cætera continebitur; (videlicet)

In Literis dicti Metuendissimi *Domini nostri*, quòd ipse in verbo Principis,

In Literis ipsius Serenissimæ *Dominæ nostræ*, quòd ipsa in verbo Principissæ,

Promisit,

Ac in Literis ipsius Domini *Ducis Burgundiæ*, quòd, tactis Sacrosanctis Euvangeliis, juravit,

Omnia & singula prædicta benè & fideliter adimplere & observare, ac facere impleri & observari.

Et, pari modo, ex parte dicti Serenissimi Principis, *Consanguinei & Adversarii* dicti Domini nostri, jurabunt Illustres Principes *Ducis Clarentiæ* & *Gloucestriæ*, Fratres ejusdem Serenissimi Principis *Regis Angliæ*, ad Sancta Dei Euvangelia, per eos corporaliter tangenda, de observando omnia & singula, dictam *Conventionem* concernentia.

Et, si contingat præfatas Literas Confirmatorias seu Ratificatorias, infra præfatum Terminum, ad hoc limitatum, Loco supradictæ, Communicatum est, inter Ambassiatores & Commissarios Partium prædictarum, de Literis salvi Conductûs, præfati Metuendissimi *Domini nostri*, transmittendis, Illustri & Magnifico Domino *Domino Comiti Warwici*, & aliis Ambassiatoribus ipsius Serenissimi Princ'pis, *Consanguinei & Adversarii* dicti Domini nostri, ad Numerum Quadringentarum Personarum Armatarum, & totidem Equorum, ad Præsentiam dicti Metuendissimi *Domini nostri* venturarum; per quos debeant ultra maturari & tractari Modus *Conventionis* supradictæ, & aliæ Materiæ de quibus videbitur expedire.

Et insuper Nos, *Henricus de Inche* Miles, Consiliarius & Cambellanus Illustris Principis Domini *Ducis Britanniæ*,

Ipsius Serenissimi Principis ac Metuendissimi Domini nostri *Regis Franciæ*, nuper in Materiâ Tractatûs Pacis hujusmodi, principalis Commissarii & Deputati, & qui ultimatè *in Rothomago* ipsum Tractatum Pacis jam promovit & in parte deduxit,

Commissarius, Ambassiator, & Nuncius ad supradicta Consentienda & Grata habenda, omnia & singula suprascripta Conclusa, Concordata, & Appunctuata, in Vim potestatis nobis datæ, & Nomine præfati Domini Ducis, consensimus, & illa Grata habuimus & habemus.

* In quorum omnium & singulorum Præmissorum Testimonium atque Fidem Nos, *Henricus de Chaufour*, & *Henricus de Inche*, Præsentes Literas nostris Sigillis sigillavimus, * IX. 727.

Et easdem Nos, *Guido le Goluner* & *Johannes de Rinel* supradicti, Signis nostris Manualibus, quibus utimur, signavimus.

Datum, *in Vernone super Secanam*, Die septimâ Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo octavo, ante Pascha.

Pro David Douglas.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1419.

Sciatis quòd, An. 7. H. 5.

De Gratiâ nostrâ speciali, & pro bono Servitio, quod, dilectus nobis, *David Douglas* Armiger nobis impendit, & impendet in futurum, Pat.

Dedimus & *Concessimus* ei omnia Terras, Tenementa, Redditus, Servitia, & Possessiones, cum omnibus suis Pertinentiis, infra Bailliagium de Caen, Norm 7. H. 5. p. 1. m. 79.

Quæ fuerunt *Petri de Villers*, qui hucusque contra Nos Rebellis existit ut dicitur,

Habenda & *Tenenda* omnia prædicta, Terras, Tenementa, Redditus, Servitia, & Possessiones, cum omnibus suis Pertinentiis, *præfato David*, & Hæredibus suis Masculis, de Corpore suo exeuntibus, ad Valorem Ducentorum & Quinquaginta Scutorum per Annum tantum, de Nobis, & Hæredibus nostris, per Homagium, ac Reddendo Nobis, & eisdem Hæredibus nostris, apud Castrum nostrum de Cadomo, unum Daggarium, ad Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ singulis Annis imperpetuùm;

Reservatis, &c.

Proviso semper quòd *prædictus David*, & dicti Hæredes sui, ad Equitandum Nobiscum, seu Hæredibus nostris, aut Locumtenente nostro, cum Lancea sua, & uno Sagittario, durante præsenti Guerrâ, ad Custus suos proprios, sint prompti & parati,

Finitâque Guerrâ, hujusmodi Onera & Servitia de Terris, Tenementis, Reddinbus, Servitiis, & Possessionibus prædictis, debita & consueta faciant imperpetuum,

Ac etiam quòd idem *David*, & Hæredes sui prædicti aut eorum Deputati ibidem, in absentia sua, Castro seu Villæ nostræ de Cadomo, cum Gentibus & Familia suis, benè & competenter pro Guerra Arriatis & Munitis, ad Custus suos proprios, sint Intendentes quotiens opus fuerit, & super hoc, ex parte nostra, vel dictorum Hæredum nostrorum, rationabiliter fuerint præmuniti,

Quòdque Terræ, Tenementa, Redditus, Servitia, & Possessiones prædicta, seu aliqua Parcella eorumdem, de Dominico Ducatûs nostri Normanniæ, seu alicui alii Personæ per Nos ante hæc tempora Data & Concessa, seu aliquæ de Terris & Possessionibus subtùs Villam nostram Falesiæ, ac infra Villam nostram de Cadomo, aut de Lapidicina seu Quarreris prope eandem Villam (quas ad opus nostrum specialiter Reservamus) non existant.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Vernon* septimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

... in Parochia beatæ Mariæ de Bris Constanciensis Diœcesis.

De Salvo Conductu pro Ambassiatoribus Reginæ Ceciliæ.

Ann. D. REX universis & singulis Capitaneis, &c. Salutem.
1419. Sciatis quòd,
An. 7. Ad Instantiam, Præclarissimæ Dominæ, Dominæ *Toland Reginæ Ceciliæ & Jerusalem*,
H. 5.
Ibid. Suscepimus Duos de Ambassiatoribus & Nunciis suis, quos penes Nos, certis de Causis, duxerit destinandos (quorum unus erit Miles, & alter Clericus) cum Decem & Octo Personis in Comitiva sua, ac Equis, Bonis, Libris, Literis, & Hernesiis suis, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & exinde ad propria redeundo, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales;

Et ideò, &c. non inferentes, &c. & si quid, &c. proviso semper quòd ipsi quicquam, &c. quodque ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c. per unum Mensem proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Castrum prædictum* decimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Proclamatione facienda.

Ann. D. REX, *Ballivo suo de Rouen*, vel ejus Locumtenenti, Salutem.
1419. Vobis, firmiter injungendo, Mandamus quòd, in singulis Locis, infra Ballivam vestram, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè ex parte nostra proclamari faciatis,
An. 7.
H. 5.
Ibid. m. Ne quis Soldarius, seu alius, in Castris, Villis, & Garnesiis, vel alibi, infra dictam Ballivam vestram, existentes (cujuscumque
80. dor. Statûs, Gradûs, seu Conditionis fuerit) aliqua Victualia, seu aliquas Pecuniarum Summas, de aliquibus Ligeis nostris Juratis, absque promptâ Solutione pro eisdem, præ manibus facienda,

Nec Equos, seu Animalia, dictorum Ligeorum nostrorum, ad Carectas, Carucas, & Cariagia sua pertinentia, sine eorum Voluntate,

Aut quæcumque Blada, seu Grana, eorumdem Ligeorum nostrorum,

Absque eo quod de speciali Waranto nostro hoc fecerit, quovis quæsito Colore, capiat, sub Pœna Imprisonamenti & Redemptionis ad Voluntatem nostram:

Et hoc, sicut Nos & Honorem nostrum diligitis, nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Castrum suum de Vernon* super Sayne decimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur Ballivis subscriptis, videlicet,

Ballivo de Caen, &c.	*Ballivo d'Eureux, &c.*
Ballivo de Coustentyn, &c.	*Ballivo de Caux, &c.*
Ballivo d'Alencon, &c.	*Ballivo de Gisors, &c.*

REX *Vicecomiti d'Auge*, Salutem.

Præcipimus Tibi, firmiter injungentes, quod in singulis Locis, infra Vicecomitatum tuum, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste Rege apud *Castrum suum de Vernon* super Sayne xv. die Aprilis.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis; videlicet,

Vicecomiti de Pontaudemer.
Vicecomiti Dorbec.

* IX.
729.

Ann. D. * *De salvo Conductu pro Duce Britanniæ.*
1419.
An. 7.
H. 5. REX, universis & singulis Alligatis nostris, Capitaneis, Ca-
Pat. stellanis, & eorum Loca tenentibus, ac aliis Officiariis, Mi-
Norm. 7. nistris, Ligeis, Fidelibus, & Subditis nostris, ad quos præsentes
H. 5. p. Literæ pervenerint, Salutem.
1. m. 69. *Tom. IV. P. III.*

Volumus etiam & Concedimus quod Ducatus seu Patria Britanniæ, & Subditi ipsius Ducis, in dictis Ducatu & Patria commorantes (durantibus dictis Viagio & salvo Conductu) à Nobis Gentibus, Subditis, & Alligatis nostris quibuscumque securi, absque ulla Molestatione Guerræ, permaneant, si Guerram interim contra nos aut nostros non fecerint seu inierint;

Et ideò vos Alligatos nostros prædictos Requirimus & Rogamus, vobisque Capitaneis, Castellanis, vestrisque Locatenentibus, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, Fidelibus, & Subditis nostris prædictis Præcipimus & Mandamus, quod ipsum Ducem, usque Præsentiam nostram prædictam, cum Gentibus suis, sub Numero Quingentarum Personarum in Comitiva sua, Equestrium vel Pedestrium, cum eorum Equis, Hernesiis, Auro, Argento, Jocalibus, Libris, Literis, Catallis, & aliis Bonis suis quibuscumque, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abinde salvò, ut præmittitur, redeundo,

Absque Dampno eis per Nos, Gentes, vel Alligatos nostros faciendo, vel fieri patiendo, & absque Impetitione dandâ, in Corporibus sive Bonis, quacumque de causâ vel occasione Temporis præteriti, occasione Treugarum vel Promissionum (quas homo dicere vellet fractas fuisse) vel aliter, qualitercumque fuerit, seu pro quacumque Re quæ accedere potest durante Viagio, per præfatum Ducem faciendo,

Manuteneatis, protegatis, & defendatis,

Non inferentes eis, seu quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen,

Et, si quid eis Forisfactum sive Injuriatum fuerit, id eis sine dilatione faciatis corrigi & debitè reformari;

Proviso semper quod *idem Dux* aliquem, vel aliquos, de Gentibus suis prædictis, ad præmuniendum Capitaneos nostros Locorum, ad quæ ipsum venire & declinare contigerit, de Adventu suo ad eadem Loca præmittat omnimodo,

Quodque Gentes aut Personæ prædictæ quicquam, quod in nostri Contemptum vel Præjudicium, aut Populi nostri Dampnum, aliqualiter cedere valeat, non attemptent, nec faciant quomodolibet attemptari;

Ita tamen quod, si contingat aliquem Personarum prædictarum aliquid, quod in nostri Contemptum vel Præjudicium, aut Populi nostri Dampnum, cedere valeat, attemptare vel facere attemptari, ipse, sic attemptans, seu attemptari faciens, per has Literas nostras de salvo Conductu à Pœna non excusetur, sed subjaceat & teneatur Pœnis in ea parte debitis & condignis; ipsis tamen Literis nostris de salvo Conductu omnibus aliis Personis supradictis, non attemptantibus, nec attemptari facientibus, valituris & profituris, ac in suis robore & firmitate duraturis & permansuris,

* Attemptato seu Attemptatis hujusmodi non obstantibus. * IX,

In cujus, &c. usque xvi. Maii proximò futurum duraturas. 730.

Teste Rege apud *Castrum suum de Vernon* supra Sayne undecimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De admittendo ad Gratiam in Curia Romana.

REX, Venerabili in Christo Patri, *J.* eâdem gratiâ, *Episcopo* Ann. D.
Coventrensi & Lichfeldensi, ac, dilecto Clerico suo, Magi- 1419.
stro *Thomæ Polton* Decano Eboracensi, Salutem. An. 7.
Sciatis quod Nos, H. 5.
De Fidelitate, Circumspectione, & Industria vestris pleniùs Pat.
confidentes, Norm. 7.
Dedimus vobis, ac plenam, Tenore Præsentium, Damus Po- H. 5. p. 1.
testatem & Auctoritatem, ad omnes & singulos Normannos (cu- m. 46. d.
jusçumque fuerint Statûs seu Conditionis) in Curia Romana de præsenti degentes, & sub fide & Ligeantia nostris morari volentes, ad Gratiam nostram Recipiendum & Admittendum,

Et ipsos, & eorum quemlibet, super Sacramento suo, nobis in hac parte debito, firmiter Onerandum (videlicet) quod ipsi, & eorum quilibet, Nobis, & Hæredibus, ac Successoribus nostris, Fideles, Ligei, & Subditi erunt, & erit, & in omnibus & per omnia, prout veri Ligei Dominis suis Supremis de jure tenentur, permaneant imperpetuum,

Omnibus quidem Sacramentis, sic præstitis, ac aliis Circumstantiis, in ea parte necessariis & oportunis, eorum singulis Literas

Capitula concordata pro Reformatione Ecclesiæ in Regno Angliæ.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. Fol. 8. B.

UNiversis & singulis, præsentes Literas Inspecturis, Nos *Branda*, Miseratione Divinâ, *Tituli Sancti Clementis Presbiter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis*, ac Cancellariæ Apostolicæ, pro, Reverendissimo in Christo Patre & Domino, Domino *Johanne*, Eadem Miseratione, *Episcopo Hostiensi*, *dictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinale* Vice Cancellario, in ejus Absentiâ, de Mandato, Sanctissimi in Christo Patris & Domini, Domini *Martini*, Divinâ Providentiâ, *Papæ Quinti*, Curam gerens, Salutem in Domino Sempiternam.

Si, juxta laudabilem Antiquorum Sententiam, & providum sapientum Consilium dignum est ea, quæ Majorum consultissimâ Prudentiâ in Subditorum Gratiam & Commoda geruntur, Scripturæ Testimonio redigere, dignum per Consequens est, & Rationi consentaneum, ut adeò nota fiat eorum Veritas, quod inde nec desit Pacificis oportuna Provisio, nec usquam, sub ignorantiâ variandi, supina facultas relinquatur.

Cùm itaque inter dictum Dominum nostrum, & Reverendos Patres, Prælatos, necnon Egregios & Circumspectos Ambassiatores, Procuratores, Doctores, & Magistros, cæterosque, venerabilem Nationem Anglicanam generaliter in Constantiensi Concilio repræsentantes & facientes, nonnulla CAPITULA concordata, & ab utraque Parte sponte suscepta, necnon, de dicti *Domini* * *nostri Papæ* Mandato, in Libro dictæ Cancellariæ in quo Romanorum Pontificum Constitutiones & Ordinationes solent conscribi) ad futuram Rei certitudinem, conscripta & registrata fuerint; quorum Tenorem Idem *Dominus noster Papa* de Libro ipso sumi, & sub Vice-Cancellarii dicti Literarum Testimonio indigentibus voluit concedi: * IX. 731.

Hinc est quod Nos (qui Cancellariæ prædictæ Curam gerimus, ut præfertur) ad, Reverendi in Christo Patris Domini *Johannis*, *Lichfeldensis & Coventrensis Episcopi*, ac Ambassiatoris Serenissimi Principis Domini *Henrici Regis Angliæ* Illustrissimi, per eum ad dictum nostrum Papam missi, Instantiam, CAPITULA & ORDINATA PRÆDICTA, ex integro, de Libro præfato, de Verbo ad Verbum, fideliter transcribi, & Præsentibus fecimus Annotari;

Quorum tenor sequitur in hæc Verba.

CONCORDATA & CONCESSA *per Sanctissimum Dominum nostrum, Dominum* Martinum Papam Quintum, *pro Reformatione Ecclesiæ Anglicanæ, ac Terrarum & Dominiorum Hiberniæ & Walliæ.*

IN PRIMIS, quod Numerus Cardinalium Sanctæ Romanæ Ecclesiæ adeo sit moderatus, quod non sit gravis Ecclesiæ, nec nimis Numerositate vilescat; qui indifferenter de omnibus Regnis & Provinciis totius Christianitatis, ac cum Consensu & Assensu Collegii Dominorum Cardinalium, vel majoris Partis Eorumdem, eligantur & assumantur.

ITEM, quòd,

Cum, occasione diversarum Indulgentiarum, ac Literarum Facultatum, a Sede Apostolicâ concessarum, ad Absolvendum quoscunque Visitantes sive Offerentes in certis Locis, & Quæstorum quamplurimorum, qui in Angliâ plus solito nunc habundant, nonnulli peccandi audaciam frequenter assumant, & contemptis suis propriis Curatis, ac Ecclesiis suis Parochialibus dimissis, ad ipsa Loca, spe Indulgentiarum & Confessionum, accedunt, Decimas, Oblationes, & Debita dictarum Ecclesiarum Parochialium subtrahunt, seu solvere differunt minus juste,

Committatur Diœcesanis Locorum ad inquirendum super qualitate earum, cum potestate suspendendi omnino, Auctoritate Apostolicâ, illas quas invenerunt Scandalosas, & illas Denunciandi *Papæ* ut illas revocet.

ITEM, de cætero nullæ fiant Appropriationes Ecclesiarum Parochialium Motu proprio, seu Committatur Episcopis Locorum ad Inquirendum de veritate suggestionum: &, in eventum quo, per debitam & juridicam Notionem, constare poterit quod Causæ Appropriationum veræ sint & legitimæ, procedatur ad Approbationem prout fuerit Juris: Illarum autem, quæ jam sortitæ sunt Effectum, nulla fiat Revocatio, si ex Revocatione sequi possit Scandalum; alias vero Committatur Ordinariis quod inquirant, & quas invenerint meritò non debuisse (vocatis tamen ad hoc vocandis) Cassent,

ITEM, omnes Uniones, Incorporationes, Appropriationes, & Consolidationes Vicariarum perpetuarum in Ecclesiis Parochialibus, ex quibuscumque Causis factæ à tempore Scismatis, indistincte Revocentur; & Vicarii perpetui in eisdem, per Ordinarios Locorum, hac Vice Ordinentur & Instituantur: ac in singulis Ecclesiis Parochialibus sit unus Vicarius perpetuus, qui Cu- maneant, nisi forte aliquæ fuerint quæ sint scandalosæ; de quibus fieri Mandamus Concessionem Locorum Ordinariis, & Ordinarii certificent, & revocentur Scandalosæ.

ITEM, quod,

Modernis Temporibus, plus solito, cum diversis Personis, infra Regnum & Dominia prædicta Beneficia Curata obtinentibus, per Sedem Apostolicam, contra Jura communia, dispensatum * existit, ut per Tres, Quatuor, Quinque, Sex, & Septem Annos, vel ultra aut Imperpetuum, Beneficiati prædicti ipsa Beneficia possidere & occupare valeant, sic ut ad Ordines debitos interim ordinari minime teneantur, in grave Scandalum Ecclesiæ, * IX. 731.

Omnes Dispensationes hujusmodi indistinctè Revocentur, & Beneficiati hujusmodi Ordinatione Juris communis in hac Parte omnino subdantur, si tamen Beneficiati prædicti sint alias habiles ad hujusmodi Ordines suscipiendos.

ITEM, quod,

Propter Dispensationes Sedis Apostolicæ, nonnullis Personis, infra Regnum & Dominia prædicta super non Residentiâ, necnon Archidiaconis ad Visitandum per Procuratores, factas, non solum Animarum Cura negligitur, sed etiam Potestas Episcopalis per impetrantes Dispensationes hujusmodi contempnitur,

Nullæ Dispensationes tales deinceps fiant absque Causa rationabili & legitimâ, in Literis Dispensationum hujusmodi exprimendâ, Concessæ autem absque Causâ rationabili vel legitimâ Revocentur; de quibus fiat Commissio Ordinariis.

ITEM, omnes Literæ Facultatum, concessæ Religiosis quibuscunque infra Regnum & Dominia prædicta, de optinendo Beneficia Ecclesiastica, Curata vel non Curata, quæ non sunt sortitæ effectum, indistincte Revocentur; & abstineatur de cætero ab hujusmodi Literis Facultatum concedendis,

ITEM, quod aliqui, qui sunt de Natione Anglicanâ, dum tamen sint ydonei, ad singula Officia Curiæ Romanæ assumantur una cum aliis de cæteris Nationibus indifferenter:

Et, ne a quoquam super hoc hæsitari valeat, has præsentes Literas exinde fieri, nostrique Sigilli jussimus munimine roborari.

Dat. *Florentiæ*, in Domo Habitationis nostræ, sub Anno à Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo Nono: Indictione Duodecimâ: Die Decimâ Septimâ Mensis Aprilis; Pontificatûs Sanctissimi Domini *Martini Papæ* prædicti Anno Secundo.

Confirmatio Tractatus, *super* CONVENTIONE* PERSONALI, *Per Regem Franciæ.*

CHarles par la Grace de Dieu, *Roy de France*, A tous Ceulx, qui ces presentes Lettres verront Salut. Ann. D. 1419.

Come pour le Bien de Paix & Concorde, & appaisier les Discors, Guerres, & Querels, qui de Piecą ont este, si comme encores sont de present, entre *Nous* d'une Part, & notre Cousin & Adversaire, d'Angleterre d'autre, An. 7. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. fol. 31. B.

Et continuant certain Appointment passe en la Ville de Rouen, par, nostre Treschere & Tresame Filz, le *Duc de Bretaigne*, & autres noz Ambassadours & Deputes avecques Lui, ou Nom de Nous, & les Ambassadours & Deputes de nostre dit Cousin & Adversaire, ou Nom de Lui, ayons darrenierement Envoye deverse nostre Cousin & Adversaire, & ses Ambassadours, tant a *Mant* comme a *Vernon*, noz Amez & Feaulx Conseillers, & Ambassadeurs en ceste Partie, *Henry de Chaffour* Escuier Maistre *Guy Gelmer* Licencie en Loys, & Maistre *Johan Rinel* nostre Secretaire,

Lesquelx,

Apres ce que aux Ambassadeurs de nostre *Cousyn & Adversaire* ont expose, par vertue de la Puissance que leur avions baillie, nostre Volente & Entention sur la Matier d'icelle Paix, & fait certainnes Offres de nostre Coste, & aussi apres pleusers Choses Traictees, Communiquees, & Protestees d'une Partie & d'autre,

Finablement, pur le plus expedient & prouffitable, & pur plus legierment parvenir a la Fin desiree d'icelle Matier, certains *Appointments* ont este prins au Leu *dit de Vernon*, tant par noz dit Ambassadeurs, come par ceulx de nostre dit Cousin & Adversaire, ainsi comme par les Lettres de noz diz Ambassadeurs, faites sur les diz *Appointments*, Nous est deuement apparu,

Des quelles la Tenuer s'ensuit,

NOS

Abstinences de Guerre, & tous les Poins, contenues en icelles, avons conferme & confermons, & icelles Garderons & ferons Garder, de nostre Coste, par noz Vassaulx, Obeisans, & Subgiez, ainsi que Accorde a este par noz diz Ambassadeurs, Sans venir ou contraire en quelque Maniere que ce soit; Purveu que de Coste de nostre dit Cousin & Adversaire soit fait pareillement.

En Tesmoing de ce Nous avons fait mettre nostre Seel a ces Presens.

Donne a *Provins*, le xviii. Jour d'Auril, l'An de Grace Mille, Quatre Cens, & Dix Neuf, apres Pasque, & de nostre Regne le xxxix.

Par le Roi en son Grant Conseil.

Collation est faite.

BARRAU.

Receptæ apud Vernon super Sayne xxiv. die Aprilis.

De Dotibus concessis.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1419. Sciatis quod,
An. 7. Auctoritate nostra Regia, & ad Supplicationem *Johannæ de*
H. 5. *Hodenc*, quæ fuit Uxor *Guillielmi de Jeucourt* Armigeri Defuncti,
Pat. juratæ Ligeæ nostræ,
Norm. 7. De Gratia nostra speciali *Concessimus* ei rationabilem *Dotem*
H. 5. p. 1. suam, Eam contingentem, de Hæreditatibus, Redditibus, & Pos-
m. 65. sessionibus, quos prædictus *Willielmus*, ante Primum diem Augusti, Anno Regni nostri Quinto, infra Ducatum nostrum Normanniæ, tenuit & possidebat,

Habendam & Tenendam, pro Termino Vitæ suæ, secundum Consuetudinem Ducatûs nostri prædicti, per Onera & Servitia inde debita & consueta;

Reservatis semper nobis, altâ & supremâ Justiciâ, ac omni alio Jure quod ad nos poterit pertinere.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Vernon super Sayne* xx. die Aprilis.

Consimiles Literas habent

Adamia Donnetant, quæ fuit Uxor *Johannis de Mesnil dicti le Galois* Defuncti.

Isabella Martell Vidua de Hæreditatibus, Redditibus, & Possessionibus, quos *Robertus de la Chapelle* Chivaler, & *Johannes de Mellemont*, nuper Viri sui ut dicit, &c.

Johanna Martell Vidua, quæ fuit Uxor *Hugonis de Bensuilie* Chivaler Defuncti.

Margareta Martell, quæ fuit Uxor *Guillielmi Martell* Chivaler Defuncti.

Margareta Martell Vidua, quæ fuit Uxor *Johannis Senescalli de Eu* Chivaler Defuncti.

• IX. * *Tractatus super* CONVENTIONE PERSONALI *Confirma-*
734. *tio per Regem.*

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1419. Cùm, post nonnullos Tractatus & Communicationes,
An. 7. Inter Commissarios, Ambassiatores, & Deputatos nostros, *pro*
H. 5. *Nobis* & Nomine nostro, ex parte una, & Ambassiatores, Com-
Pat. missarios, Nuncios, & Deputatos *Consanguinei & Adversarii no-*
Norm. 7. *stri Franciæ*, pro eo ac Nomine ejusdem, ex parte altera, in Vil-
H. 5. p. 1. la nostra *de Vernon*, super Secanam, pro Bono Pacis & Concor-
m. 60. diæ, nuper habitas,

Quædam *Appunctuamenta* super hiis, quæ inter eosdem Commissarios, Ambassiatores, & Nuncios Tractata, Communicata, Gesta, Conclusa, & Concordata hinc inde fuerunt, in scriptis facta extiterunt, prout ex eorumdem Commissariorum, Ambassiatorum, & Deputatorum nostrorum Literis apparet evidenter,

verbo Regio, ac sub Ypotheca & Obligatione omnium & singulorum Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, quod Præmissa omnia & singula, suprascriptis Literis contenta, pro parte nostra, plenè, & fideliter, & bonâ fide observabimus & implebimus, ac eadem sic faciemus observari & impleri,

Præsertim quod Treugas seu abstinentias Guerrarum supradictas, à Subditis & Vasallis nostris, per modum quo à dictis Commissariis, Ambassiatoribus, & Deputatis nostris est *concordatum*, pro parte nostra, plenè & fideliter in omnibus observabimus, & faciemus observari; Proviso quod consimiliter fiat ex parte *Consanguinei nostri* supradicti.

In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Castrum nostrum de Vernon* super Secanam, vicesimo secundo die Mensis Aprilis, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo, Quadringentesimo, Decimo Nono, & Regni nostri Septimo.

De Potestatibus ad Tractandum de CONVENTIONE *&* PACE.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quod Nos, 1419.
De fidelitate, Circumspectione, & Industria, carissimi Consan- *An. 7.*
guinei nostri *Ricardi Comitis Warwicæ*, ac, dilectorum & Fide- *H. 5.*
lium nostrorum, Magistri *Johannis Kempe* Electi Roffensis • *ibidem.*
Custodis Privati Sigilli nostri, *Johannis Gray*, *Gilberti Umfram-* *m. 48.*
ville, & *Willielmi Porter*, Militum, ac Magistri *Johannis Staf-* • IX
ford Legum Doctoris, Consiliariorum nostrorum, necnon Ma- 735.
gistri *Willielmi Hayton* Secretarii nostri, plenam gerentes fiduciam,

Ad personaliter eundum ad Præsentiam *Consanguinei & Adversarii nostri Franciæ*, ac ad Conveniendum, Communicandum, Tractandum, Componendum, Transigendum, ac plene & finaliter Concludendum & Concordandum, pro Nobis & Nomine nostro, cum eodem Consanguineo & Adversario nostro, seu Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, sive Nunciis, plenam & sufficientem in hac parte Potestatem ab eodem habentibus,

De & super omnibus & singulis Debatis, Contentionibus, Petitionibus, Quæstionibus, Demandis, Discordiis, & earum Materiis, cum suis Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis, *inter Nos & præfatum Consanguineum & Adversarium nostrum* qualitercumque pendentibus, sive motis, vel movendis,

Et generaliter super omnibus & singulis, Quietem, Tranquillitatem, & Pacem Regnorum Franciæ & Angliæ concernentibus,

Necnon de & super *Personali Conventione* nostra & dicti Consanguinei & Adversarii nostri, ac præclarissimæ *Consortis suæ*, aliorumve suorum in ea parte Deputandorum,

Ac de Modo, Forma, & Loco *Conventionis* hujusmodi,

Et de quibuscumque Securitatibus, in ea parte necessariis, seu quomodolibet oportunis,

Ac de & super omnibus & singulis,

Ab eisdem Consanguineis & fidelibus nostris cum Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, seu Nunciis dicti *Consanguinei & Adversarii nostri*, in Præmissis, vel eorum aliquo, Appunctuatis, Concordatis, Conclusis seu Compositis,

Per Nos benè & fideliter Observandis, in Animam nostram Jurandi,

Literas etiam sigillatas, Obligationes, & alterius cujuscumque generis Securitates & Cautiones, in hac parte conventas, concordatas, seu requisitas, pro Nobis & Nomine nostro, Dandi, Faciendi, & Exponendi, quas parem & eundem effectum & vigorem habere volumus, ac si nos in Persona nostra eas daremus, faceremus, seu exponeremus,

Ac generaliter omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet utilia vel oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale,

Plenam eisdem Septem, Sex, Quinque, Quatuor, vel Tribus

eorum

tum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Vernon super Sayne* Vicesimo Secundo Die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Ad Tractandum de Matrimonio.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1419. Sciatis quod nos,
An. 7. De Fidelitate, Prudentia, Circumspectione, & Industria, ca-
H. 5. rissimi Consanguinei nostri *Ricardi Comitis Warwicæ*, ac, dile-
Pat. ctorum & Fidelium nostrorum, Magistri *Johannis Kempe* • E-
Norm. 7. lecti Roffensis Custodis Privati Sigilli nostri, *Johannis Gray* Mi-
H. 5. p. 1. litis, *Gilberti Umfraville* Militis, *Willielmi Porter* Militis, & Ma-
m. 48. gistri *Johannis Stafford* Legum Doctoris, Conciliariorum nostro-
• IX. rum, ac Magistri *Willielmi Hayton* Secretarii nostri, & eorum
736. cujuslibet, plenariè confidentes,

Ad Tractandum & Communicandum cum Parentibus, Procuratoribus, & Amicis Inclitæ Puellæ *Dominæ Katerinæ* Filiæ *Consanguinei & Adversarii nostri Franciæ*, suisve Ambassiatoribus, Nunciis, seu Procuratoribus, Potestatem ab eodem Consanguineo & Adversario nostro sufficientem in ea parte habentibus,

De & super Sponsalibus aut Matrimonio, inter Nos & dictam *Dominam Katerinam* contrahendis,

Necnon de Dote, Dotalitio, Donatione propter Nuptias, ac Arris, in hac parte dandis & constituendis, & eorum singulorum qualitate,

Ac etiam de Terminis, Modis, & Locis Solutionum & Satisfactionum de eisdem, & quanto tempore Expensis Parentum & Amicorum debeat sustentari,

Necnon super Præmissis omnibus & singulis, ac quando & cujus Expensis, & sub quâ Formâ, per Parentes & Amicos debeat transmitti,

Conveniendi & Concordandi,

Et ea, quæ sic Tractata, Conventa, & Concordata fuerint, quatenus ad Nos attinet, omnimodâ Securitate, honestâ & legitimâ, Nomine nostro, Firmandi,

Similemque Securitatem, Nomine nostro, Petendi, Stipulandi, & Recipiendi,

Cæteraque omnia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint vel oportuna, & quæ qualitas hujusmodi Negotii & Natura exigunt & requirunt, & quæ Nos faceremus seu facere possemus si personaliter ibidem præsentes essemus, etiam si mandatum exigant quantumcumque speciale,

Prædictos, *Comitem Johannem*, *Johannem*, *Gilbertum*, *Willielmum*, *Johannem*, & *Willielmum*, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorum, nostros veros, legitimos, & indubitatos Procuratores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales, Facimus, Ordinamus, Creamus, & Constituimus per Præsentes,

Promittentes, in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum, perpetuis temporibus, habituros quicquid per Procuratores nostros prædictos Septem, Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorum, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum,

Ipsosque Procuratores & Nuncios nostros, & eorum quemlibet, ab omni Onere Satisdandi expresse, Tenore Præsentium, Relevamus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Vernon super Sayne* xxii. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Concedendo Salvos Conductus quibuscumque Personis Adversarii Franciæ.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1419. Sciatis quod Nos,
An. 7. De Fidelitate, Prudentiâ, Circumspectione, & Industriâ, ca-
H. 5. rissimi Consanguinei nostri *Ricardi Comitis Warwicæ*, plenariè
Ibid. confidentes,

Dedimus ei, ac plenam, Tenore Præsentium, Damus Potestatem & Auctoritatem, ad Dandum, & Concedendum Literas salvi Conductûs, sigillo suo signatas, quibuscumque Personis *Consanguinei & Adversarii nostri Franciæ*, cujuscumque Status fuerint, quos ex parte ejusdem Adversarii nostri usque Præsentiam

Personis ac totidem Equis, salvo & secure veniendo, ibidem mo- *Pat.*
rando & perhendinando, & exindè ad propria redeundo, necnon *Norm. 7.*
Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque: *H. 5. p. 1.*
Et ideò, &c. proviso semper quod ipsi quicquam, &c. quod- *m. 46.*
que ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Vernon super Sayne* xxiv. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Procedendo contra non Residentes.

REX, Venerabili in Christo Patri, *J.* eâdem Gratiâ, *Episcopo* Ann. D.
Bajocensi, vel ejus Vicariis in Spiritualibus, ipso in Remotis 1419.
agente, necnon Decano & Capitulo Ecclesiæ prædictæ, Salu- *An. 7.*
tem. *H. 5.*
Vobis Mandamus quod omnes & singulas Personas Ecclesiasti- *Ibidem.*
cas de Civitate & Diœcese Bajocensi, extra Obedientiam no- *m. 46.*
stram de præsenti existentes, ad Residendum super Beneficiis suis, *Intus.*
juxta Canones in hac parte factos, Moneatis & venire Compellatis,

Ac contra ipsos & eorum quemlibet, hoc facere Renuentes, secundum Juris exigentiam, legitimè procedatis,

Necnon de Bonis Spiritualibus ipsorum & aliorum quorumcumque ordinetis & disponatis, prout vobis videbitur faciendum, & Nobis respondere volueritis in futurum:

Mandavimus enim Præsidenti & Gentibus de Camera nostra Compotorum, quod ipsi de aliquibus Bonis Spiritualibus de cætero nullatenus intromittant, nec quicquam per Ballivos, Officiarios, seu Ministros nostros Ducatûs nostri Normanniæ quoscumque aliqualiter fieri permittant.

Teste Rege apud *Castrum suum de Vernon super Sayne* xxiv. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia, sub eadem Data, & eadem Forma, diriguntur subscriptis; videlicet,

Venerabili Patri, *L. Archiepiscopo Rothomagensi*, vel ejus Vicario Generali, ipso Archiepiscopo in Remotis agente; ac Decano & Capitulo ejusdem Ecclesiæ.

Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Constanciensis, Sede vacante.

Venerabili Patri *Episcopo Abricensi*, vel ejus Vicario Generali, ipso Episcopo in Remotis agente; ac Decano & Capitulo ejusdem Ecclesiæ.

Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Lexoviensis, Sede vacante.

Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Ebroiciensis, Sede vacante.

De non Intromittendo.

REX, Dilectis & Fidelibus suis, *Præsidenti* & Gentibus de Ca- Ann. D.
mera nostra Compotorum, Salutem. 1419.
Cùm, per Brevia nostra, inter alia, Mandaverimus *Archiepi-* *An. 7.*
scopo Rothomagensi, *Episcopis Bajocensi*, *Abricensi*, & *Sagiensi*, seu *H. 5.*
eorum Vicariis, necnon *Decanis & Capitulis* Ecclesiarum Cathe- *Ibid.*
dralium totius Ducatûs nostri Normanniæ, quod ipsi de Bonis Spiritualibus, infra Diœceses suas, quibuscumque ordinent & disponant, prout eis de jure videbitur faciendum,

Vobis Mandamus quod vos de Bonis Spiritualibus, ac Rebus Ecclesiasticis quibuscumque, per totum Ducatum nostrum Normanniæ, vel alibi infra Potestatem nostram, de cætero nullatenus Intromittatis;

• Prohibentes firmiter, ex parte nostrâ, universis & singulis • IX.
Ballivis, Vicecomitibus, Officiariis, & Ministris nostris Ducatûs 738.
nostri prædicti, & aliis, quorum interest, quod ipsi quicquam in contrarium hujusmodi Mandatorum nostrorum non faciant, nec fieri permittant quovis modo, sub Periculo quod incumbit, & sicut gravem Indignationem nostram evitare voluerint in futurum.

Teste Rege ut supra.

Per ipsum Regem.

Pro

Procurato-rum, sive Nunciorum hujusmodi Voluntatem de & super omnibus & singulis, præfatarum Treugarum seu Abstinentiarum debitam & fidelem Observantiam concernentibus,

Necnon ad Tractandum & Communicandum cum eisdem de & super omnibus & singulis, Liberationem Incarceratorum utriusque Partium prædictarum, ac Reparationem Attemptatorum, circa præfatas Treugas & Abstinentias, qualitercumque concernentibus,

Et Attemptatorum hujusmodi Correctionem, Punitionem, Reparationem, & Reformationem Faciendum, & eas fieri Petendum & Requirendum, & cum Effectu Obtinendum,

Ac utriusque Partis Querelas, ultro citroque propositas & proponendas, cum suis emergentibus, dependentibus, & connexis, Audiendum, & Examinandum, ac Fine Debito Terminandum, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura Judicii, legalibus Terminis, si eis expedire videbitur, non servatis, aut aliàs, de Consensu Partium, rescissis aut abbreviatis, inspectâ solâ Facti Veritate,

Necnon ad Concedendum, Petendum, & Obtinendum quibuscunque Personis Salvi Conductûs Literas, quatenus Negotii Natura, qualitas, & expeditio exigit & requirit,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint aut quomodolibet oportuna,

Ipsum Ducem nostrum verum & legitimum Ambassiatorem, Commissarium, Deputatum, Procuratorem, Negotiorum Gestorem, & Nuncium specialem Facimus, Creamus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Promittentes, in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid per eundem Ambassiatorem nostrum Actum sive Gestum fuerit in Præmissis, seu aliquo Præmissorum.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Castrum nostrum de Vernon super Sayne* vicesimo quinto die Aprilis, Anno Regni nostri Septimo.

Per ipsum Regem.

STURGEON.

• IX. 739. * *Pro Comite Sarum, super Comitatu de Perche ei concesso.*

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1. m. 63.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos, Congruâ consideratione pensantes cunctorum Actus & Gesta, qui nobis laudabiliter serviunt, deliderare debeamus ipsos Honoribus extollere, & juxta Merita pro viribus præmiare,

Certè magis avidiùs illos, quos pro Recuperandis Juribus nostris alios præcellere conspicimus, & quanto magis Obsequiosos in hac parte Nobis se exhibent, tanto eis majoribus Gratiis, Præmiis, & Honoribus uberius prærogemus.

Considerantes itaque grata & maximè laudabilia Obsequia, Nobis per carissimum Consanguineum nostrum *Thomam Comitem Sarum* ante hæc tempora multipliciter impensa, & præsertim in Acquirendis Juribus nostris infra Ducatum nostrum Normanniæ, & alibi infra Comitatum de Perche,

Volentesque proinde, prout Regiæ convenit Dignitati, ipsum pro Meritis suis in hac parte condigne præmiare,

De Gratiâ nostrâ speciali *Dedimus* & *Concessimus eidem Consanguineo nostro* totum Comitatum de Perche, in quantum in omnibus se extendit tam in Capite quam in Membris & Feodis Nobilibus quibuscumque,

Habendum & *Tenendum præfato Consanguineo nostro*, & Hæredibus suis Masculis, de Corpore suo exeuntibus,

Cum omnimodis Feodis Militum, Advocationibus Ecclesiarum, Abbatiarum, Prioratuum, Hospitalium, Cantariarum, Capellarum, & aliorum Beneficiorum quorumcumque, Wardis, Maritagiis, Homagiis, Releviis, Escaetis, Forisfacturis, Reversionibus, Justiciis altis, mediis, & bassis, ac aliis Feodis, Nobilitatibus, Dignitatibus, Jurisdictionibus, Pertinentiis, & Commoditatibus quibuscumque, ad Comitatum prædictum seu Membra ejusdem aliqualiter pertinentibus seu spectantibus,

sum Consanguineum nostrum Locumtenentem nostrum Generalem Ducatûs nostri Normanniæ, ac omnium & singularum Marchearum ejusdem, ex illâ parte Aquæ de Sayne, quâ situatur Villa nostra de Vernon super Sayne, m. 65.

Dantes & Concedentes *eidem Consanguineo nostro* plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem omnia & singula Faciendi, Exercendi, Exequendi, & Expediendi quæ ad hujusmodi Locum nostrum tenentem debite pertinent seu pertinere debent;

Mandantes insuper universis & singulis Ducibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Capitaneis Castrorum, Fortalitiorum, & Villarum firmatarum, Gentibus Armorum & de Tractatu, ac omnibus aliis Ligeis & Subditis nostris quibuscumque, prout ad eorum quemcumque pertinuerint, quod *præfato Consanguineo* nostro, tanquam Locumtenenti nostro hujusmodi, in omnibus, prout decet, intendant, pareant, & obediant quotiens per ipsum • IX.
seu * Deputatos suos ex parte nostra fuerint requisiti. 740.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teste Rege apud *Castrum suum de Vernon super Sayne* xxvi. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Tractando cum Regina Siciliæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid.

Sciatis quod Nos,

De Fidelitate & Circumspectione providâ, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Rolandi Leyntale* Militis, & Magistri *Thomæ Felde* Legum Doctoris, plenius confidentes,

Ipsos, *Rolandum* & *Thomam*,

Ad Treugas seu Guerrarum Abstinentias, pro Nobis & Nomine nostro, ac Subditis, Ligeis, Vassallis, Regnis, Terris, Patriis, & Dominiis nostris, cum Præclarissima Domina *Toland Regina Jerusalem & Siciliæ*, ac *Lodowico Filio suo*, eorumve in hac parte Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, Procuratoribus, seu Nunciis, sufficientem in hac parte Potestatem exhibentibus, pro Se, Terris, Patriis, & Dominiis suis, melioribus Modis, Viâ, & Formâ, quibus pro Commodo & Honore nostris fore viderint faciendum,

Cum omnibus & singulis Clausulis & Articulis, in hac parte debitis & requisitis,

Incundum, Faciendum, & Concordandum,

Ac ad Conveniendum cum Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, Procuratoribus, seu Nunciis præfatorum *Toland* & *Lodowici*, Potestatem habentibus, in quodam Loco certo, mutuo consensu Partium prædictarum ad hoc eligendo,

Audiendumque Ambassiatorum, Commissariorum, Procuratorum, sive Nunciorum hujusmodi Voluntatem de & super omnibus & singulis, Treugarum seu Guerrarum Abstinentiarum, alias initarum & captarum, debitam & fidelem Observantiam concernentibus,

Necnon ad Tractandum & Communicandum, cum eisdem, de & super omnibus & singulis, Liberationem Incarceratorum utriusque Partium prædictarum, ac Reparationem Attemptatorum, circa præfatas Treugas & Guerrarum Abstinentias, ultimo captas, qualitercumque concernentibus, & Attemptatorum hujusmodi Correctionem punitionem, Reparationem, & Reformationem Faciendum, & eas fieri Petendum, Requirendum, & cum effectu Optinendum,

Ac utriusque Partis Querelas, ultro citroque propositas & proponendas, cum suis Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, & Connexis, Audiendum & Examinandum, ac Fine debito Terminandum, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura Judicii, Legalibus Terminis, si eis expedire videbitur, non servatis, aut alias, de Consensu Partium, rescissis aut abbreviatis, inspectâ solâ Facti veritate,

Necnon ad Concedendum, Petendum, & Optinendum quibuscumque Personis salvi Conductûs Literas, quatenus Negotii Natura, qualitas, & expeditio exigit & requirit,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint aut quomodolibet oportuna,

Ipsos, *Rolandum* & *Thomam*, nostros veros & legitimos Ambassia-

Ann. D. 1419. *An. 7. H. 5. Ex Bibl. Cot Caligula D. 5.*

TResbault & Trespuissant Prince & mon Treshonnoure & Tresredoupte Seigneur,

J'ay resceu vostres Treshonnourables Lettres, que par *Jehanin*, Pouteur de cestes, vous a pleu me Escrire, &c.

Et quant au fair que vostre Seigneurie scet, pour le quel vous me fectes savoir que vous envoyes vostres Embaxeurs par deca, &c. se onc devant ces Ores, par le dit *Jehanin*, vous avoye envoye Notifier, *le Roy* mon Tresredoupte & Souverain Seigneur a este tant apresse par les Estas de son Royaume, voyant la longue demeure & dillation que vostre Seignorie faisoit en cest Cas, que li a convenu oyr & parler du Mariage *de la Royne sa Fille* avecque *l'Inffant Don Johan d'Aragon*, ja soit que, a mon Povoir, j'ay dillatte & destorbe la Conclusion du dit Mariage tant come j'ay peu; tant que (Dieu Merci) jucques ore n'est riens Conclus.

Et, pour ce, que je eusse meilleur Coleur & Maniere de Entretenir ceste Matiere, & destorber les autres, vous envoyay supplier qu'il vous pleust de me envoyer dire quelles Terres voudries donner a Monseigneur *vostre Frere* en Guiaigne.

Et est verite (*mon Treshonnoure & Tresredoupte Seigneur*) que, apres que le dit *Jehanin* Partit, devant Noel, pour aler devers vostre Seignurie, vindrent yci les Ambaxeurs du dit Inffant, & de *la Royne d'Aragon* sa Mere.

Et, quant le dit *Jehanin* ariva par deca a ceste derreniere Foiz, je estoye Dispose, & avoye Ordene un mien Homme pour envoyer a vostre Seigneurie, a vous Notifier la grant Haste & Diligence que *le Roy de Castelle*, *le Roy d'Aragon*, & le dit *Inffant Don Johan*, & *la Roynne* sa Mere, & les siens, metoyent au dit Mariage.

Et, pour ce qu'il estoyent venus Nouvelles certaynes, que les dis Ambaxeurs, que avoyent este yci, Retornes a Castelle, avant ces ores, avecques aucunes Responsses & Tredties, Retournoyent autre Foy, par deca, j'ay detenu yci *le dit Jehanin* aucuns Jours, pour ce que je peusse plus certaynement vous Escrire l'Estat des dictes Matieres; *Pleise a vostre Seignourie* de le avoir pour escuse de sa longue Demeure; Car par ma voulente *le dit Jehanin* eust demoure encore aucuns Jours, pour ce que il se dit certaynement que, dedens viii. Jours, les dis Embaxeurs seront yci.

Toute foiz *le dit Jehanin*, pour aucuns a faires, qui dit que tient en Charge de vostre Seignorie, n'a peu demourer: Et pour ce je ne vous puis Escrire nulle autre certaynete sus la dicte Matiere; sauvaunt que je metre poynne & trevaillere a Dillatter & Destorber le dit Mariage, se je puis, jucques a tant que vostre Seignourie ait fait autres Diligences & plus brieves, qui n'ont este faites jucques yci,

Et pleust a Dieu que vostres Embaxeurs fussent yci, avecques plein Povoir compli, pour le Temps que les autres Embaxeurs y seront, ou avant; a fin que, avecques eulx ensemble, je peusse Dilatter & Destorber le dit Mariage.

Car moy tout Seul je aure asses a fere, especielment par Raison que, jucques ore, n'aves fait savoir par deca, quelles Terres voudres donner en Guiaigne a Monseigneur *vostre Frere*; Toute foiz *mon Tresredoupte Seigneur* je fere tout mon plein Povoir.

Et come les diz Embaxeurs du dit *Inffant* seront partis d'ici, je Notifiere a vostre Seignourie hastivement l'Estat de la dite Matiere, &c. le plus briefment que je porre bonement.

Je me Recomans en vostre bonne Grace tant humblement come je puys; Et Prie Dieu que il vous doint bonne vie & longue.

Escript, *a Olit*, le xxviii. Jour d'Avrill.

Vostre humble & obeissant Serviteur.

CHARLES DE BEAUMONT.

---

* IX. 742.

* *Ab eodem Carolo Litera ad Regem.*

Ann. D. 1419. *An. 7. H. 5. Ex Bibl. Cot. Caligula D. 5.*

TResbault & Trespuissant Prince, *Mon Treshonnoure & Tresredoupte Seigneur*,

Pleise vous savoir que j'ay resceu vostres Treshonnourables Lettres, qu'il vous a pleu me Escrire par *Jehanin*, & faire savoir par ycelles vostre Tresnoble Estat & Sante, & la grant & belle Conqueste que vous aves fait sur vostres Aveyssaires par la Grace de Dieu, & par les Bonnes Vertus de Valentise, & de tous par qui je le vous puisse envoyer plus seurement, que par vostres Embaxeur, se ils vienent briefment par deca; &, se non, je le vous envoyere par le primier seur Vaxel que je porre trover.

Mon Tresredoupte Seigneur, autre foiz je vous ay suplie moy meismes, & vous ay envoye suplier par une Bille, que je vous ay envoyera de par *ma Fame*, pour son Droir & de mes Enffans, qu'ils ont en la Terre de Lesparre: Et encore, de rechief, je vous suplie, tant humblement come je puis, qu'il vous Pleise, de vostre benigne Grace, de comander a vostres Officiers, a qui le Cas apartient, que ils facent Justice, a *ma Fame* & a mes Enffans, selonc la Loy, Elus, & Costumes de vostre Duchie de Guiayne:

Et, se-a vostre Seignorie plest de me fere Justice, si come j'ay Confiance en vous, je n'ay point de pour de perdre la Moytie de tote la Terre de Lesparre:

Et vous, que ne faillastes i ovecques de Justice a nul qui la vous demandast, ma Creance n'est pas que vous vueilles comencer a denier Justice en l'en Dret de *ma Fame* & de mes Enfans;

Si vous supli humblement que il vous Pleise de me fere Resposte, se il vous plest de cest ma Supplication que je vous Faiz.

Mon Tresredoupte Seigneur, autre foiz je vous ay supplie, moy estant en Anglaterre, qu'il vous pleust, de vostre benigne Grace, Marier *Charlot mon Filz* en vostre Royaume d'Angleterre; mes je me doupte que il ne soyt tiel, qui ne vous face pas tiels Services; pour quoy il vous doye souvenir del' en Droit son Mariage: Mes je vous suppli, tant humblement come je puis, que vous ne vueilles pas Regarder a la simplesce de li, mes vueilles Regarder a ma petite Suplication, que je vous faiz en Esperance de son Avancement; Car j'ay este toute ma Vie Angles, & suys Angles, & morray vray Angles; & einssit voudroye je *Charlot mon Filz*, & tous mes autres Enffans, vetquissent vrays Angles, & servissent a vous & a vostre Corone.

Et, pour ce que aucuns m'ont parle du Mariage *du dit Charlot* avecques la Fame de vostre *Conestable de Burdeux*, qui derrenierement est Mort, se c'est Chose convenant pour li, il vous supli humblement que il vous Pleise de li doner ceste Fame; car aucuns m'ont dit que c'est bon Mariage: & de ceste Matiere je Escris au *Sire de Sant Per*, qu'il vous en parle pluis au lonc.

Et, quant est du fet *du Mayre de Bayone*, vueilles Croire *Jehanin*, Porteur de Cestes, de ce que il vous dira de mes Pars.

Je me Recomans, tant humblement come je puys, en vostre bonne Grace & * Seignorie; & prie Dieu que il vous doint bonne vie & longue, & vous doint acomplir tous vostres bons Desirs. * IX. 743.

Escript a *Olit* le xxviii. Jour d'Avril.

Vostre humble & obeissant Serviteur.

CHARLES.

Arthuri de Britannia, pro Reditu in Angliam, Obligatio.

Ann. D. 1419. *An. 7. H. 5. Ex Autogr.*

IN DEI NOMINE AMEN.

Per præsens Publicum Instrumentum constet omnibus manifestè quòd,

Anno ab Incarnatione Domini, secundum Cursum & Computationem Ecclesiæ Anglicanæ, Millesimo, Quadringentesimo, Decimo nono,

Indictione Duodecimâ,

Pontificatûs, Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini *Martini*, Divinâ Providentiâ, *Papæ Quinti*, Anno secundo,

Mensis Aprilis Die ultimo,

In Domo Capitulari Collegii Liberæ Capellæ Regis de Wyndesore, Sarum Diœcesis,

In mei Notarii Publici & Testium subscriptorum Præsentiâ personaliter constitutus, Nobilis Vir, *Arthurus de Britaniâ*, *Filius quondam Ducis Britaniæ*, in Bello inter Metuendissimum *Dominum nostrum Regem* & *Inimicos suos Franciæ* nuper Captus, & pronunc existens in Regno Angliæ,

Affectans, ut asseruit, ad partes Franciæ accedere & pertransire pro Provisione Redemptionis suæ, præfato *Domino nostro Regi* faciendæ & persolvendæ,

Ex suâ merâ, liberâ, & spontaneâ voluntate, tactis per eum Sacrosanctis Euvangeliis, in fide militari, & sub Pœnâ perpetuæ Reprobationis & Dedecoris, ac suorum Armorum Reversationis, & perpetuæ Infidelitatis,

Ju-

tentes, seu præsens Publicum Instrumentum, firmiter se Obligat, & sub Juramento, in Animam suam præstito, assecuravit, & per Præsentes assecurat.

PROTESTABATUR tamen *præfatus Arthurus* quòd, non obstantibus omnibus supradictis, postquam ad Præsentiam prædictam *Domini nostri Regis* pervenerit, & in ejus fuerit Potestate, extunc præsens Instrumentum nullius sit Roboris vel Momenti.

In quorum omnium Testimonium atque fidem *prædictus Arthurus* hiis præsentibus Literis, seu præsenti Publico Instrumento, Signetum suum apposuit, & Manu sua propria se subscripsit.

Ac Me, Notarium Publicum infrascriptum, requisivit & effectualiter rogavit quatenus super omnibus & singulis supradictis Publicum conficerem Instrumentum.

Acta fuerunt hæc, prout suprà scribuntur & recitantur, sub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, Mense, Die, & Loco supradictis.

* IX. 744. * Præsentibus,

Illustri & Magnifico Viro *Radulpho Comite Westmerlandiæ*,
Et,
Nobilibus Viris,
Thomâ Domino de Camoys,
Thomâ Erpyngham,
Et *Symone Felbrygge*,
Militibus Norwicensi Diœcese,
Testibus ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis.

ARTHUR.

Et ego Ricardus Brunspath, *Clericus Dunolmensis Diœcesis, Publicus Apostolica & Imperiali Auctoritatibus Notarius, præmissis Juramenti Præstationi, Obligationi, Assecurationi, Subscriptioni, & Signeti Appositioni, Omnibusque aliis & singulis supradictis, dum sic, ut præmittitur, sub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, Mense, Die, & Loco supradictis, agerentur & fierent, unà cum prænominatis Testibus, præsens personaliter interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi, audivi, scripsi, publicavi, & in hanc Publicam Formam redegi, meisque Signo & Nomine consuetis, unà cum prædicti* Arthuri *Signeti appensione, signavi, rogatus & requisitus, in Fidem & Testimonium omnium Præmissorum.*

Constat michi Notario prædicto de Interlineari istarum Dictionum,

PROTESTABATUR *tamen præfatus* Arthurus *quòd, non obstantibus omnibus supradictis, postquam* ad præsentiam præfati Domini nostri Regis *pervenerit, & in ejus fuerit Potestate, extunc præsens Instrumentum nullius sit roboris vel momenti.*

Supra xiii. & xiv. Lineas præsentis Instrumenti, a Capite computando; quem defectum ego approbo Notarius antedictus.

BRAUNSPATH.

Consimilis Obligatio Caroli de Artoys.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ex Autogr.

IN DEI NOMINE AMEN.

Per præsens Publicum Instrumentum constet omnibus manifestè quòd,

Anno ab Incarnatione Domini, secundum Cursum & Computationem Ecclesiæ Anglicanæ, Millesimo, Quadringentesimo, Decimo nono,

Indictione Duodecimâ,

Pontificatûs, Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini *Martini*, Divinâ Providentiâ, *Papæ Quinti*, Anno secundo,

Mensis Aprilis Die ultimo,

In Domo Capitulari Collegii Liberæ Capellæ Regis de Wyndesore, Sarum Diœcese,

In mei Notarii Publici, & Testium subscriptorum præsentiâ

do; sed, quam citius poterit, ad Præsentiam * & Potestatem præfati *Domini nostri Regis* in Personâ propriâ redibit; Dolo, Fraude, & Excusatione cessantibus quibuscumque: * IX. 745.

Interimque, antequam ab ipso Domino nostro Rege Licentiatus & plenariè Quietatus extiterit, non erit Armatus contra dictum *Dominum nostrum Regem*, vel suos, nec Consilium, Auxilium, vel Favorem cuicumque præstabit in Præjudicium *Domini nostri Regis* supradicti,

Et, ad omnia prædicta fideliter & integraliter observandum, sub Pœnis prædictis se obligabit, & per præsentes Litteras, seu præsens Publicum Instrumentum, firmiter se Obligat, & sub Juramento, in Animam suam præstito, assecuravit, & per Præsentes assecurat.

PROTESTATUR tamen *præfatus Carolus* quod, non obstantibus omnibus supradictis, postquam ad Præsentiam præfati Domini nostri Regis pervenerit, & in ejus fuerit Potestate, extunc præsens Instrumentum nullius sit Roboris vel Momenti.

In quorum omnium Testimonium atque fidem *supradictus Carolus* hiis præsentibus Literis, seu præsenti Publico Instrumento, Signetum suum apposuit, & Manu sua propria se subscripsit.

Ac Me, Notarium Publicum infrascriptum, requisivit & effectualiter rogavit quatinus super omnibus & singulis supradictis Publicum conficerem Instrumentum.

Acta fuerunt hæc, prout supra scribuntur & recitantur, sub anno Domini, Indictione, Pontificatu, Mense, Die, & Loco supradictis.

Præsentibus,

Illustri & Magnifico Viro *Radulpho Comite Westmerlandiæ*,
Et,
Nobilibus Viris,
Thomâ Domino de Camoys,
Thomâ Erpyngham,
Et *Symone Felbrygge*,
Militibus Norwicensi Diœcese,
Testibus ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis.

CHARLES.

Et ego Ricardus Braunspath, *Clericus Dunolmensis Diœcesis, Publicus Apostolica & Imperiali Auctoritatibus Notarius, præmissis Juramenti Præstitioni, Obligationi, Assecurationi, Subscriptioni, & Signeti Appositioni, Omnibusque aliis & singulis supradictis, dum sic, ut præmittitur, sub anno Domini, Indictione, Pontificatu, Mense, Die & Loco supradictis, agerentur & fierent, unà cum prænominatis Testibus, præsens personaliter interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, hocque præsens Instrumentum, Manu propria scriptum, Publicavi, & in hanc Publicam Formam redegi, meisque Signo & Nomine consuetis, unà cum supradicti* Caroli *Signeti appensione, signavi rogatus & requisitus, in Fidem & Testimonium Præmissorum.*

Constat michi Notario prædicto de Interliniari istarum Dictionum,

PROTESTABATUR *tamen præfatus* Carolus *quod, non obstantibus omnibus supradictis, postquam* ad præsentiam præfati Domini nostri Regis *pervenerit, & in ejus fuerit Potestate, extunc præsens Instrumentum nullius sit roboris vel momenti.*

Supra xii. & xiii. Lineas præsentis Instrumenti, à Capite computando; quem defectum ego approbo Notarius antedictus.

BRAUNSPATH.

Pro Palatio de novo ædificando infra Civitatem de Rouen.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1. m. 53. dor.

REX, dilecto sibi, *Jehanson Saluart*, Salutem.

Scias quod assignavimus Te ad tot Operarios, quot pro Ædificatione & Constructione cujusdem Palatii nostri, infra Civitatem nostram de Rouen, de novo ædificandi, necessarii fuerint & opor-

1419. - - Cum nuper,
An. 7. Per nostros Commissarios & Deputatos, ac Ambassiatores &
H. 5. Nuncios *Consanguinei & Adversarii nostri Franciæ*,
Pat. Certæ Treugæ & Guerrarum Abstinentiæ, certis modo & for-
Norm. 7. mâ, captæ fuerint & concordatæ,
H. 5. p. 1. Quibus pendentibus *dictus noster Adversarius*, & *Isabella nostra*
m. 59. *Consanguinea Franciæ*, & Inclita Puella *Domina Katerina Filia eorumdem*, & *Johannes Dux Burgundiæ*,

In Loco, inter Villam nostram Meduntam & Pontisaram, per nostros & dicti Consanguinei & Adversarii nostri Deputatos eligendo,

Ad Tractandum, Communicandum, & finaliter Concludendum de & super Pace finali, inter Inclita Regna Franciæ & Angliæ feliciùs consequendâ,

Debuissent unà Nobiscum, *Quintodecimo Die præsentis Mensis Maii*, personaliter *convenire*,

Prout hæc omnia in singularibus Literis dicti *Consanguinei & Adversarii nostri*, & *Isabellæ Consanguineæ nostræ Franciæ*, & dicti *Johannis Ducis Burgundiæ*, ipsorum Sigillis Magnis, Sigillatis, latiùs continentur,

Jamque in proximo, superveniente dictæ *Conventionis* Die, dictus noster *Consanguineus & Adversarius*, Viros providos & circumspectos, Ambassiatores suos egregios, Dominos *Anthonium de Thoulonjon*, & *Gullielmum de Digny*, Milites, ac Magistrum *Guidonem Gelnier*, ad Nos, versus *Conventionem* prælocutam, Iter suum dirigentes, in Castro nostro de Vernon super Secanam, *Sexto Die istius Mensis Maii*, destinare curavit,

Qui, ad nostram Præsentiam accedentes, nobis cum instantiâ supplicârunt quatinus, pro Bono tanti Negotii Pacis, & ad dictarum *Isabellæ & Katerinæ* Consanguinearum nostrarum specialem Rogatum, dictas *Conventionem*, *Treugas*, seu Guerrarum *Abstinentias* ad Terminum ulteriorem Elongare seu Prorogare dignaremur,

Nos igitur,

Qui sumus, &c, Deo volente, semper erimus ad dictum Pacis Negotium ferventissimo zelo dispositi, & ad Dei Laudem & Honorem, ac ad effusionem Sanguinis humani evitandam, necnon ad dictarum Consanguinearum nostrarum precatum singularem,

Dictorum Ambassiatorum instantibus Supplicationibus inclinati,

Præmissâ PROTESTATIONE, quod non intendimus, per hanc præsentem Prorogationem sive Dilationem, recedere ab aliquibus Obligationibus, ratione Lapsûs Primi Termini antedicti & non Servati, aut aliis Juris vel Facti Remediis, ratione Lapsûs hujusmodi, nobis competentibus vel competituris, set eisdem firmiter adhærere in eventum quo hujusmodi Secundus Terminus non sit observatus, perinde ac si nulla Prorogatio sive ulterior Dilatio dictæ *Conventionis* facta fuisset,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industria, Dilectorum & Fidelium nostrorum, Dominorum, *Walteri Hungerford* Senescalli Hospitii nostri, & *Gilberti Umfrevilie*, Militum, ac Magistri *Johannis Stafford* Legum Doctoris, Consiliariorum nostrorum, & ipsorum cujuslibet, pleniùs confidentes,

Ad Elongandum seu Prorogandum dictas *Conventionem*, *Treugas*, seu Guerrarum *Abstinentias*, cum omnibus Clausulis necessariis & oportunis, pro Nobis & Nomine nostro, cum Ambassiatoribus & Nunciis dicti Consanguinei & *Adversarii nostri*, plenam & sufficientem ab eodem in ea parte Potestatem habentibus, usque ad tempus longius, quod prædictis dilectis & fidelibus nostris, aut Duobus eorumdem, videbitur oportunum,

Ac præfatas Treugas & earum Prorogationem, si eis aut duobus eorumdem videbitur expedire, proclamari faciendum, ac Confirmationes Prorogationis & Conventionis hujusmodi, per nos fiendas, Nomine nostro, promittendum,

• IX. 747. • Et consimiles Confirmationes ab Ambassiatoribus dicti Consanguinei & Adversarii nostri, sub ipsius sigillo magno, petendum & optinendum,

Ceteraque omnia & singula, in præmissis vel circa ea oportuna vel necessaria, excercendum, faciendum, & expediendum,

Ipsius Tribus, aut Duobus eorumdem, Tenore Præsentium, speciale Mandatum ac plenam & liberam Concedimus facultatem,

Promittimus, insuper, in bonâ fide & Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per ipsos Tres Commissarios & Deputatos nostros, aut Duos eorumdem, factum fuerit in Præmissis & singulis Præmissorum,

Et si *Treugas*, & Guerrarum *Abstinentias*, ac *Conventionem* prædictas per ipsos Tres, aut Duos ipsorum, elongari & prorogari contingat, *Treugas*, seu Guerrarum *Abstinentias*, & *Conventionem* ipsas, sic Elongatas & Prorogatas, per Literas nostras Patentes, Sigillo nostro Magno Sigillatas, Confirmabimus, Servabimus, &

Concludendum, cum Ambassiatoribus, Commissariis, seu Nun- ... p. 1.
ciis Serenissimi Principis *Consanguinei & Adversarii sui Franciæ*, m. 58.
de & super infrascriptis sufficienter & legitime Deputatis,

Prout ex ejusdem Metuendissimi Domini nostri Commissionum Literis (quarum Tenor sequitur, & est talis) evidenter apparet,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Franciæ & Angliæ*, *& Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Cum nuper,

Per nostros Commissarios & Deputatos, ac Ambassiatores & Nuncios Consanguinei & Adversarii nostri Franciæ,

Certæ Treugæ & guerrarum abstinentiæ, certis modo & forma, captæ fuerint & concordatæ,

Quibus pendentibus dictus noster Adversarius, & Isabella nostra Consanguinea Franciæ & inclita puella Domina Katerina Filia eorumdem, & Johannes Dux Burgundiæ,

In Loco, inter Villam nostram Medontam & Pontisaram, *&c. prout jam supra dat. 6. Maii. tunc sic; viz.*

Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem, & hiis Literis nostris fidem indubiam adhibere.

Ad Universitatis vestræ notitiam deduci volumus per Præsentes, quod,

Cum nuper,

Inter Commissarios dicti *Metuendissimi Domini nostri*, ac Ambassiatores, Nuncios, seu Deputatos *Consanguinei & Adversarii sui Franciæ supradicti*,

Concordatum fuisset quod dictus *Metuendissimus Dominus noster Rex*, & *Consanguineus & Adversarius suus supradictus*, necnon Serenissima Principissa *Consors & Contboralis ejusdem*, ac Inclitissima Domina *Domina Katerina Filia eorumdem*, & Illustris Princeps *Dux Burgundiæ*,

Aut saltem (ipso Adversario impedito) dicta *Serenissima Principissa*, & *Domina Katerina*, ac *Dux Burgundiæ*, supradicti, Vice & Nomine dicti *Consanguinei & Adversarii* Domini nostri supradicti,

Quintodecimo Die hujus Mensis Maii, in aliquo certo Loco, inter Villas de Medunta & Pontisara, ad hoc congruo, eligendo,

Deberent personaliter *convenire*,

Et, pro Securitate dictæ *Conventionis* inter Partes prædictas, certæ Treugæ initæ fuerint & concordatæ,

Prout in Literis Commissariorum, de *Data Septimi Diei Mensis Aprilis ultimi præteriti*, pleniùs continetur,

Quam quidem *Conventionem*, *personaliter faciendam*, tam *Dominus noster Rex*, quam *dictus Adversarius suus*, in verbis Regiis,
ipsaque Inclitissima * Principissa in verbo Principissæ, observare • IX.
& sic *personaliter convenire* promiserunt, præfatusque *Dux Bur-* 748.
gundiæ, tactis per eum Evangeliis Sacrosanctis, eandem observare & *personaliter convenire* promisit & juravit,

Prout in eorum Literis singularibus, eorum Magnis Sigillis sigillatis, pleniùs continetur,

Ad quam quidem *Conventionem*, dictis Die & Loco realiter faciendam, Metuendissimus *Dominus noster Rex* paratus est, & erit Deo duce,

Jamque, ex relatione *Anthonii Thoulonjon*, & *Gullielmi Digni*, Militum, & Magistri *Guidonis Gelnuer* Licentiati in Legibus, Commissariorum & Nunciorum dicti *Consanguinei & Adversarii Domini nostri*,

Qui ad Præsentiam suæ Serenitatis, *Sexto die instantis Mensis Maii*, ad Castrum suum de Vernon super Secanam, personaliter accesserunt,

Idem Metuendissimus *Dominus noster* percepit & intellexit quod dicti, *Consanguineus & Adversarius suus*, *Consors & Contboralis ejusdem*, & *Dux Burgundiæ*, supradictus, *ipsis Die & Loco*, ut præfertur, ex certis causis, eos moventibus, *personaliter*, ut asserunt, commodè *convenire* non possunt,

Unde dicto *Domino nostro Regi*, ex parte dicti *Consanguinei & Adversarii sui*, ac illustrissimæ Principissæ *Consortis ejusdem* ac *Ducis Burgundiæ* supradicti, extitit cum instantia deprecatum, quatenus *dictum Quintumdecimum diem* usque ad ulteriorem Terminum elongare sive prolongare sua Serenitas dignaretur,

Nos igitur, Commissarii prædicti, Præmissâ PROTESTATIONE quod non intendimus, nec intendit Dominus noster per hanc præsentem Elongationem sive Prolongationem, recedere ab aliquibus Obligationibus, ratione Lapsûs Primi Termini antedicti & non servati, aut aliis Juris vel Facti Remediis, ratione Lapsûs hujusmodi, eidem Domino nostro competentibus vel competituris, set eisdem firmiter inhærere in eventum quo hujusmodi Secundus Terminus non fuerit Observatus,

Scientes quod *dictus Dominus noster Rex* ad Bonum Pacis & Concordiæ, & omnia Media rationabilia ejusdem semper fuit & est Zelo ferventissimo inclinatus,

Ob

cto Die Septimo Mensis Aprilis captæ fuissent & concordatæ, & Tenor earumdem Præsentibus de verbo in verbum fuisset insertus,

Et Promittimus nos, Commissarii antedicti, Vice & Nomine Metuendissimi Domini nostri, secundum omnem Vim Potestatis Nobis attributæ, quod idem *Dominus noster* Præmissa omnia & singula, quatenus ipsum & Partem suam concernunt, plenè, & fideliter, ac bonâ fide custodiet & observabit, ac ea faciet sic custodiri & observari,

Quodque ipse Serenissimus Princeps & Dominus noster metuendissimus in verbo Regio, necnon, Incliti Principes *Thomas Dux Clarenciæ*, & *Humfridus Dux Gloucestriæ*, sui Fratre Germani, tactis per eos Sacrosanctis Evangeliis, quatenus ipsos & quemlibet ipsorum concernunt, facere, complere, & inviolabiliter observare, ac bonâ fide, plenè, & fideliter custodire, promittent,

• IX. 149. * Et quod, pendente Tempore supradicto, dictæ Partes Principales per Se, vel per suos, non attemptabunt, aut facient, quovis quæsito Colore, directè vel indirectè, quomodolibet attemptari, quod posset dictis mutuæ *Conventioni* & *Treugis* præfatis aliquo modo præjudicare, seu eandem *Conventionem* & *Treugas* supradictas quomodolibet impedire seu differre; cessantibus Dolo, Fraude, Dilationibus, & malo Ingenio quibuscumque,

Et super his, præfati Illustres Principes, *Duces Clarenciæ & Gloucestriæ*, suas dabunt Literas, *infra Vicesimum nonum diem instantis Mensis Maii*,

Et, ut Præmissa majori firmitate nitantur, *Concordatum* est, quod *dictus Consanguineus & Adversarius* Domini nostri supradicti, citra finem *Quinti decimi diei instantis Mensis Maii*, transmittet & tradi faciet præfato Metuendissimo *Domino nostro*, ejusve Deputato, Literas suas Patentes, Majori Sigillo suo sigillatas, necnon Literas Patentes præfatæ Serenissimæ Principissæ *Consortis ejusdem*, ac etiam præfati *Ducis Burgundiæ*, Ratificatorias & Confirmatorias omnium & singulorum Præmissorum,

In quibus etiam, inter cætera, continebitur; videlicet,

In Literis ipsius *Consanguinei & Adversarii* Domini nostri, quod ipse in verbo Regio,

In Literis ipsius *Inclitissimæ Principissæ*, quod ipsa in verbo Principissæ,

Promisit,

Et in Literis ipsius Domini *Ducis Burgundiæ*, quod ipse, tactis Sacrosanctis Evangeliis, juravit & promisit,

Omnia & singula supradicta benè & fideliter implere & observare, ac facere impleri & observari; cessantibus Fraude, Dolo, Dilationibus, & Malo Ingenio quibuscumque.

Et, si contingat præfatas Literas Ratificatorias seu Confirmatorias, *infra præfatum Decimum quintum diem*, ad hoc limitatum, ad & in Villas de Medunta seu Vernona, sic ut præfertur, non transmitti atque tradi, extunc præfatus Metuendissimus *Dominus noster* Liber existat, nec teneatur ad prædictas *Conventionem Personalem* & *Treugas* observandas.

In quorum omnium & singulorum fidem & Testimonium Nos, *Walterus*, *Gilbertus*, & *Johannes*, Commissarii & Deputati prædicti, Sigilla nostra Præsentibus apposuimus.

Dat. apud *Vernonam* super Secanam, Octavo Die Mensis Maii, Anno Domini, Millesimo, Quadringentesimo, Decimo nono, & Regni Metuendissimi Domini nostri supradicti Septimo.

De Potestatibus ad Tractandum cum Commissariis Adversarii Franciæ,

Super Loco CONVENTIONI *congruo.*

Ann D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1. m. 43.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industria, dilectorum & Fidelium nostrorum, *Henrici Fitz Hugh* Camerarii, *Walteri Hungerford* Senescalli Hospitii nostri, *Gilberti Umframvile*, & *Johannis Tiptoft*, Militum, ac Magistri, *Ricardi Caudray* Clerici Concilii nostri, plenam gerentes fiduciam,

Ad Conveniendum, Tractandum, Communicandum, & finaliter Concludendum,

Cum Ambassiatoribus, Procuratoribus, Commissariis, & De-

Teste Rege apud *Castrum suum de Vernon* super Sayne viii. die Maii.

Per ipsum Regem.

Super Matrimonio.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibidem. m. 80.

REX, omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis, *&c. ut supra usque ibi*, Confidentes, *& tunc sic*,

Ad Tractandum & Communicandum,

Cum Procuratoribus, Parentibus, & Amicis Inclitæ Puellæ *Dominæ Katerinæ Filiæ Consanguinei & Adversarii nostri Franciæ*, suisve Ambassiatoribus, Nunciis, & Procuratoribus, Potestatem ab eodem Adversario nostro sufficientem in ea parte habentibus,

De & super Sponsalibus aut Matrimonio, inter *Nos* & *dictam Dominam Katerinam* Contrahendis,

Necnon de Dote, Dotalitio, Donatione propter Nuptias, ac Arris in hac parte dandis & constituendis, & eorum singulorum qualitate & quantitate,

Ac etiam de Terminis, Modis, & Locis Solutionum & Satisfactionum de eisdem,

Et quanto tempore Expensis Parentum & Amicorum debeat sustentari,

Necnon ad quem Locum *prædicta Domina*, ac quando, & cujus Expensis, & sub qua forma, per Parentes & Amicos debeat transmitti,

Conveniendi & Concordandi,

Et ea, quæ sic Tractata, Conventa, & Concordata fuerint, quatenus ad Nos attinet, omnimodâ Securitate, honestâ & legitimâ, Nomine nostro Firmandi,

Similemque Securitatem Nomine nostro Petendi, Stipulandi, & Recipiendi,

Cæteraque omnia & singula Faciendi, Exercendi, & Expediendi quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint vel oportuna, & quæ qualitas hujusmodi Negotii & Natura exigunt & requirunt, & quæ nos faceremus, seu facere possemus, si personaliter ibidem præsentes essemus, etiam si Mandatum exigant quantumcumque speciale,

Prædictos, Comitem, &c. Sex, Quatuor aut Tres eorum, nostros veros, legitimos, & indubitatos Procuratores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales Facimus, Ordinamus, Creamus, & Constituimus per præsentes,

Promittentes, in verbo Regio, Nos Ratum & Gratum, perpetuis temporibus, habituros quicquid per Procuratores nostros prædictos Sex, &c. Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum,

Ipsosque Procuratores & Nuncios nostros, & eorum quemlibet, ab omni Onere satisdandi expresse, Tenore Præsentium, Relevamus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem suam Devereux*. xxviii. die Martii.

Per ipsum Regem.

Super Pace. *

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis, *&c. ut supra usque ibi*, ab eodem habentibus, *& tunc sic*,

De & super Pace finali, ac omnibus & singulis Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis ab eadem,

Et generaliter super omnibus & singulis, Quietem, Tranquillitatem, & Pacem utriusque Regni Concernentibus,

* In omnibus & singulis Locis, ac totiens quotiens eis Sex, • IX.
Quinque, Quatuor, vel Tribus eorumdem videbitur expedire, 751.
Conveniendi, Communicandi, & Tractandi,

Atque omnia & singula, pro parte nostra, ad perpetuam rei memoriam, & Pacis perpetuæ firmitatem plenariam, finaliter Terminandi, & Concludendi,

Necnon de & super omnibus & singulis,

Ab eisdem Ambassiatoribus nostris Sex, Quatuor, aut Tribus eorumdem, cum Ambassiatoribus, Nunciis, seu Commissariis

dare videbitur, prorogandi & continuandi,

Et generaliter omnia alia & singula faciendi, exercendi, & expediendi quæ in præmissis, vel circa ea, seu eorum aliquod, necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si de se Mandatum exigant magis speciale.

Et Promittimus, bonâ fide & verbo Regio ac sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos nostros Ambassiatores Sex, Quinque, Quatuor, aut Tres eorum, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum,

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

De Potestate Concedendi Salvos Conductus.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Prudentiâ, Circumspectione, & Industriâ, carissimi Consanguinei nostri *Ricardi Comitis Warwicæ*, plenariè confidentes,

Dedimus ei, ac plenam, Tenore Præsentium, Damus Potestatem & Auctoritatem, ad Dandum, & Concedendum Literas salvi Conductûs, quibuscumque Personis *Consanguinei & Adversarii nostri Franciæ*, cujuscumque Status fuerint, qui ex parte ejusdem Adversarii mittentur, prout juxta sanam discretionem suam fore viderit faciendum;

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid prædictus Consanguineus noster, nomine nostro, fecerit in Præmissis.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

De Loco pro CONVENTIONE *concordato.*

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. fol. 22. A.

NOS, *Henricus Dominus de Fitzhugh* Camerarius, *Walterus Hungerford* Senescallus Hospitii, Illustrissimi Principis & Domini nostri, Domini *Henrici*, Dei Gratia, *Regis Franciæ & Angliæ, & Domini Hiberniæ*, & *Johannes Tiptoft* Senescallus Acquitanniæ, Milites,

Præfati Illustrissimi Principis Domini nostri Regis Commissarii, & per suas Literas Patentes ad Infrascripta sufficienter & legitimè Deputati,

* IX. 752. * Quarum Literarum Tenor sequitur, & est talis,

HEnricus, Dei gratia, *Rex Franciæ & Angliæ, & Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quod Nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industriâ, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Henrici Fitzhugh* Camerarii nostri, *Walteri Hungerford* Senescalli Hospitii nostri, *Gilberti Umfravyle*, & *Johannis Tiptoft*, Militum, ac Magistri *Ricardi Caudray* Clerici Consilii nostri, plenam gerentes fiduciam,

Ad Conveniendum, Tractandum, Communicandum, & finaliter Concludendum, cum Ambassiatoribus, Procuratoribus, Commissariis, & Deputatis Consanguinei & Adversarii nostri Franciæ, *&c. prout supra Dat.* 8. *Die Maii, tunc sic; viz.*

OMnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem, & hiis Literis nostris Fidem indubiam adhibere.

Ad Universitatis vestræ notitiam deducimus, per Præsentes, quod,

Cùm nuper,

Inter Commissarios & Deputatos ejusdem *Domini nostri Regis*, ac Ambassiatores & Nuncios *Consanguinei & Adversarii sui Franciæ*, habentes ad hoc sufficientem & legitimam Potestatem,

Fuisset *Concordatum* quod dictus Serenissimus *Dominus noster Rex*, & præfatus *Consanguineus Adversarius suus Franciæ*, *Domina Regina Consors sua*, *Domina Katerina Filia eorumdem*, & *Johannes Dux Burgundiæ*,

Quinto decimo Die hujus Mensis Maii, in aliquo certo Loco, inter Villam de Medontâ & Villam de Pontiserâ, ad hoc per Commissarios utriusque Partis eligendo & assignando,

Deberent *personaliter convenire*,

Ac postea, ad instantem deprecationem Nunciorum & Commissariorum *dicti Adversarii Franciæ*, *Dies ipse Quintus decimus* fuit & assignatus,

Pro *Conventione* antedictâ,

Et *Concordavimus* quod metuendissimus Dominus noster *Rex Angliæ* habebit pro se totam Partem Campi prædicti versus Medontam, incipiendo a Lacu magno ibidem situato, & progrediendo ad Tres Arbores Avellanas simul situatas, & ab illis Arboribus progrediendo ad Duos Palos, ibidem, de Consensu nostro & Nunciorum prædictorum, pro *Conventione* Partium prædictarum positos, & ab illis Palis per Transversum Campi prædicti, & totius Rivi Secanæ, & cujusdam Insulæ inclusæ in eodem Rivo ex opposito dicti Campi, per quamdam Sepem in eâdem Insulâ, & sic extendendo ultra totam Insulam & Rivum prædictum,

Et dictus *Adversarius Franciæ* totum Residuum dicti Campi, Insulæ, & Rivi Prædictorum, à Limitibus prædictis versus Pontisaram supradictam, habebit pro Parte suâ,

Et *Concordavimus* Nos, Commissarii prædicti, cum dictis Ambassiatoribus & Nunciis Partis adversæ, qui etiam Nobiscum unanimiter *concordarunt*, quod dictus *Dominus noster Rex*, *præfato penultimo Die Maii*, à Villa de Medonta usque ad & in Locum dictæ *Conventionis* superiùs expressatum veniet,

Et dictus *Consanguineus Adversarius suus Franciæ*, *dicta Principissa Consors sua*, *Domina Katerina Filia eorumdem*, *dictus Dux Burgundiæ*, ab illâ Villâ de Pontisâra ad & in Locum *Conventionis* prædictæ perveniet,

Et quilibet eorum perveniet Primo Die *Conventionis* supradictæ.

* In quorum omnium & singulorum Præmissorum Testimonium atque Fidem Nos, *Henricus*, *Walterus*, & *Johannes*, Commissarii supradicti, Sigilla nostra Præsentibus apposuimus. * IX. 753.

Dat. in dicto *Campo de la Chat*, Nono Die Mensis Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo nono, & Regni dicti Domini nostri Septimo.

Confirmatio Tractatus super CONVENTIONE *prorogata.*

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Tiberius B. 6. fol. 39. A.

HEnricus, &c. Omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS quædam Tractata, Communicata, & Conclusa per, Dilectos & Fideles nostros, *Walterum Hungerford* Senescallum Hospitii nostri, *Gilbertum Umfravil*, Milites, ac Magistrum *Johannem Stafford* Legum Doctorem, Commissarios nostros in hac parte, cum Ambassiatoribus, Commissariis, seu Nunciis *Consanguinei & Adversarii nostri Franciæ*, apud Villam nostram de Vernon super Secanam, octavo Die Maii ultimò præterito in hæc Verba,

NOS, *Walterus Hungerford* Senescallus Hospitii Regil, & *Gilbertus Umframville*, ac Magister *Johannes Stafford* Legum Doctor, Illustrissimi Principis, & Domini nostri Metuendissimi, *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Franciæ & Angliæ*, & Domini Hiberniæ, Commissarii, & Deputati ad Tractandum, Communicandum, & Concludendum cum Ambassiatoribus, Commissariis, seu Nunciis Serenissimi Principis Consanguinei & *Adversarii sui Franciæ*, *&c. prout in Tractatu*, *Dat. apud Vernonam super Secanam octavo Die Maii, tunc sic; viz.*

Nos autem, omnia & singula, per præfatos Commissarios nostros, cum Ambassiatoribus, Commissariis, seu Nunciis *dicti Consanguinei & Adversarii nostri*, in Formâ prædictâ, Tractata, Communicata, & Conclusa, Rata habentes & Grata, ea, quantum in Nobis est, Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus per Præsentes,

Et Promittimus, in Verbo Regio, quòd Nos ea omnia & singula in Personâ nostrâ tenebimus & observabimus, & per quoscunque Ligeos & Subditos nostros firmiter teneri & custodiri faciemus.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Villam nostram de Vernon super Sayne* duodecimo die Maii, Anno Regni nostri Septimo.

De Admirallo Normanniæ constituto.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1. m. 55.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Probitate, & Circumspectione providâ, carissimi Consanguinei nostri, *Willielmi de la Pole*, *Comitis Suffolciæ*, plenam gerentes fiduciam,

Ordinavimus, Constituimus, & Præfecimus, ac Tenore Præsen-

[…] in Legibus Baccalario Curiæ Cantuarienſis
H. 5. Examinatori Generali, *Richardo Bokelond* Vitelario Caleſiii, Ma-
Franc. 7. giſtro *Willielmo Bray*, *Johanni Chirche* Locumtenenti Majoris
H. 5. Stapulæ Caleſii, & *Johanni Pyberyng*, Salutem.
m. 9. Sciatis quòd,

Cùm nuper, inter Nos ex una, & Magnificum Principem *Johannem Ducem Burgundiæ* cariſſimum Conſanguineum noſtrum parte ex altera, certæ Treugæ ſive Guerrarum Abſtinentiæ Tractatæ & Concluſæ fuerint, necnon certæ Securitates generales pro Mercatoribus, Piſcatoribus, & Peregrinis, tam Regni noſtri Angliæ, quàm Patriæ *dicti Ducis Comitis Flandriæ*, & generaliter pro omnibus Mercandiſis hinc inde excercendis, aliàs Concluſæ fuerint & Firmatæ, ac etiam ſubſequenter Reſumptæ, Prorogatæ, & Prolongatæ, per certos alios Ambaſſiatores noſtros, uſque ad Feſtum Paſchæ ultimò jam effluxum, quæ per Lapſum ejuſdem Temporis notoriè expirârunt & finierunt,

Nos igitur,

Bonum Pacis & Quetis ac Concordiæ hujuſmodi ſinceris affectibus ſemper deſiderantes,

De veſtris fidelitate probata & circumſpectione providâ plurimùm confidentes,

Vos Sex Facimus, Conſtituimus, & Ordinamus noſtros Commiſſarios, Deputatos, Factores, Procuratoreſque, ac Nuncios ſpeciales,

Dantes & Concedentes vobis & Tribus veſtrûm (quorum alterum veſtrûm vos, præfati *Johannes Eſtcourt & Willielme Bray*, unum eſſe volumus) Poteſtatem generalem & plenariam, ac Mandatum ſpeciale, pro Nobis & Nomine noſtro, cum Ambaſſiatoribus, Commiſſariis, Procuratoribus, ſive Nunciis dicti cariſſimi Conſanguinei noſtri, ad hoc ſufficiens Mandatum habentibus, ſuper Treugis & Guerrarum Abſtinentiis, Securitatibus, aliiſque Rebus & Materiis de novo occurrentibus, Tractandi, Conferendi, Concordandi, Appunctuandi, & Concludendi,

Dictaſque Treugas, Guerrarum Abſtinentias, & Securitates, ac Terras, Dominia, & Loca alia, tam ipſius Ducis quàm noſtra, Commutandi, Prorogandi, & Extendendi, & præſertim quaſcumque injuſtas ſive illicitas Captiones Mercandiſarum, ſeu aliarum Rerum aut Bonorum quorumcumque, Subditorum noſtrorum, per quoſcumque Subditos dicti Ducis, durantibus Treugis aut Abſtinentiis hujuſmodi, quibuſcumque per modum Piratiæ, aut aliàs qualitercumque, ſeu alia Dampna & Injurias quæcumque, facta & illata, reparari & reformari Petendi & Obtinendi,

Necnon hujuſmodi Mercandiſas, Res, & Bona, ſic injuſte Capta ſive Deprædata, aut ipſorum verum Valorem, unà cum Dampnis & Intereſſe dictorum Deprædatorum ſeu Dampnificatorum, integraliter Recuperandi, ſeu ſatisfieri Obtinendi cum effectu,

Ac de & ſuper eiſdem, ſi neceſſe fuerit, Paciſcendi, Tranſigendi, Conveniendi, ſeu amicabiliter Componendi;

Omniaque & ſingula, quæ, ut præmittitur, Tractata, Concluſa, Appunctuata, Comutata, Prorogata, & Concordata fuerint, cum omni Securitate, debita & honeſta, Nomine noſtro, Firmandi,

Ac omnimodas Securitates, Obligationes, & Cautiones, tam reales quàm perſonales, pro Nobis & Nomine noſtro, ſuper hiis Faciendi & Promittendi,

Jurandique in Animam noſtram quòd Tractata, Concluſa, Appunctuata, & Concordata hujuſmodi Rata habemus & Grata, nec aliquod procurabimus aut faciemus, per quod Tractata, Concluſa, Appunctuata, vel Concordata hujuſmodi Effectu debito fruſtrari poſſent, aut quomolibet impediri,

Securitates, inſuper, Obligationes, & Cautiones, ac Juramentum conſimilia ab eodem Duce, ſeu ipſius in hac parte Commiſſariis, ſive Deputatis, Petendi, Exigendi, Stipulandi, & Recipiendi,

Cæteraque omnia & ſingula faciendi, exercendi, & expediendi, quæ in Præmiſſis, vel aliquo Præmiſſorum, & circa ea, ſeu eorum aliquod, neceſſaria fuerint ſeu quomodolibet oportuna, & quæ qualitas ac natura Negotiorum hujuſmodi exigunt & requirunt, etiamſi talia ſint quæ Mandatum magis exigant ſpeciale, & quæ Nos ipſi facere poſſemus etiam ſi perſonaliter intereſſemus,

* IX. 555. * Committentes vobis & Tribus veſtrûm (quorum alterum vos, præfati *Johannes Eſtcourt & Willielme Bray*, unum eſſe volumus) circa Præmiſſa omnia & ſingula, unà cum eorum Incidentibus, quomodocumque facta, illata, & perpetrata, debitè reparari, reſtaurari, reſarciri, & reformari, alioquin verum & legitimum Intereſſe prædictorum Captivatorum & Injuriatorum, necnon verum Valorem ſive Æſtimationem prædictorum Mercandiſarum, Rerum & Bonorum, unà cum Dampnis & Intereſſe in hac parte, Petendi, Exigendi, & cum effectu Obtinendi,

Et conſimiliter, è converſo, ſi hujuſmodi Captivitates injurioſæ, aut Captiones, ſive Deprædationes, aut alia Dampna & Præjudicia, ex parte Ligeorum aut Subditorum noſtrorum quorumcumque, durantibus Treugis ſive Guerrarum Abſtinentiis prædictis, perpetrari ſeu inferri reperiantur, eas & ea conformiter Reparandi & Reformandi, &, ſi expediens viſum fuerit aut oportunum, pro hujuſmodi Reparamentis & Reformationibus, ex parte dictorum Subditorum noſtrorum fiendis, cum partibus adverſis Paciſcendi, *&c. ut ſupra.*

Teſte *Johanne Duce Bedfordiæ* Cuſtode Angliæ apud *Weſtmonaſterium* viceſimo die Maii.

Per ipſum Regem & Concilium.

De Officio Venandi Lupos conceſſo.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, de Gratiâ noſtrâ ſpeciali, Conceſſimus, di- 1419.
lecto Armigero noſtro, *Johanni Burghope* Officium Venandi Lu- An. 7.
pos per totam Ballivam noſtram de Caux, H. 5.
Habendum & Occupandum Officium illud quamdiu nobis pla- Pat.
cuerit, cum omnimodis Feodis, Proficuis, & Commoditatibus, Norm. 7.
eidem Officio pertinentibus & antiquitùs conſuetis, H. 5. p. 1.
Dantes univerſis & ſingulis Ligeis & Subditis noſtris, quorum m. 42.
intereſt, Tenore Præſentium, firmiter in Mandatis quòd præfato *Johanni*, in Executione Officii prædicti, ſint Intendentes, Conſulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Caſtrum ſuum de Vernon ſuper Sayne* xxiii. die Maii.

Per ipſum Regem.

De Juramentis Recipiendis.

REX, dilecto ſibi, Magiſtro *Nicholao Habard*, Salutem. Ann. D.
De veſtris fidelitate & prudentiâ in Domino plurimùm con- 1419.
fidentes, ad Juramenta Fidelitatis & Ligeantiæ, nobis debita, ab An. 7.
omnibus & ſingulis * Viris Eccleſiaſticis infra Ballivam de Con- H. 5.
ſtantin, qui ad Præſentiam noſtram, propter Paupertatem & diver- Ibid. m.
ſas Infirmitates accedere non valent, ut accepimus, cum omnibus 55.
& ſingulis ſuis Capitulis in ea parte de jure debitis & conſuetis, * IX.
Vice & Nomine noſtris, Recipiendum & Admittendum, vobis, 556.
Tenore Præſentium, Committimus Poteſtatem,

Ita ſemper quòd Nos de Nominibus omnium & ſingularum Perſonarum, de quibus hujuſmodi Juramenta receperitis & admiſeritis, diſtinctè & apertè certificetis.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Caſtrum ſuum de Vernon ſuper Sayne* xxiii. die Maii.

Per ipſum Regem.

De Campo, pro Perſonali CONVENTIONE, *& Pavillionibus Ordinandis.*

REX, Dilectis & Fidelibus ſuis, *Johanni Tiptoft*, & *Willielmo Philip*, Salutem. Ann. D.
1419.
Sciatis quòd Nos, An. 7.
De Fidelitate, Diſcretione, & circumſpectione veſtris plenius H. 5.
confidentes, Ibid. m.
Aſſignavimus & Ordinavimus vos, aut alterum veſtrûm, ad 54.
Campum & Locum, prope Villam noſtram de Medunta, ex parte noſtra, ordinatum & diſpoſitum,

Ubi cum *Adverſario noſtro Franciæ*, ſeu aliis ejus Nomine, pro Materia Pacis finalis, inter Franciæ & Angliæ Regna noſtra firmiter, ut ſperamus, Tractandâ & Concludendâ, in proximo Conveniemus,

Con-

Per ipsum Regem.

De Commissariis, ad videndum & audiendum Consanguineum Franciæ Jurare, super dicta CONVENTIONE, *constitutis.*

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c Salutem.
1419. Sciatis quòd nos,
An. 7. De Fidelitate, Prudentia, & Circumspectionis Industria, Re-
H. 5. verendissimi in Christo Patris, *Henrici*, eâdem gratiâ, *Cantua-*
Ibid. m. *riensi Archiepiscopi*, totius Angliæ Primatis, & Apostolicæ Sedis
43. Legati, carissimi Avunculi nostri, *Thomæ Ducis Exoniæ*, carissimi Consanguinei nostri *Ricardi Comitis Warwicæ*, ac, Dilectorum & Fidelium nostrorum, Magistri *Johannis Kemp* Roffensis Electi Custodis Privati Sigilli nostri, & *Gilberti Umfraville* Militis, plenam gerentes fiduciam,

Ad Transportandum Se ad Præsentiam Serenissimi Principis *Caroli Consanguinei nostri Franciæ*, & Serenissimæ Principissæ *Isabellæ Consortis ejus* Consanguineæ nostræ præclarissimæ,

Ac ad Videndum & Audiendum eos, & Illustrem Principem *Johannem Ducem Burgundiæ*, & eorum quemlibet, Jurare ad Sancta Dei Evangelia, per eos corporaliter tangenda, juxta modum, inter Ambassiatores & Commissarios nostros, ac Commissarios seu Deputatos ipsius Consanguinei nostri Franciæ, nuper Appunctuatum, in Villa de Provins,

• IX. * Necnon ad Communicandum, Tractandum, & Concordan-
757. dum cum præfato Consanguineo nostro Franciæ, suisve Commissariis seu Deputatis, sufficientem in ea parte Potestatem habentibus, de & super omnibus aliis & singulis, Modum *Conventionis* Personalis, inter Nos concordatum, concernentibus, de quibus præfatis, *Archiepiscopo*, *Duci Exoniæ*, *Comiti*, *Johanni*, & *Gilberto*, Quinque, Quatuor, aut Tribus eorumdem, videbitur expedire,

Ipsos Quinque, Quatuor, aut Tres eorumdem nostros Fecimus & Constituimus, ac, per Præsentes, Facimus & Constituimus Ambassiatores, Procuratores, Negotiorum Gestores, & Commissarios speciales,

Promittentes, in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per prædictos, *Archiepiscopum*, *Ducem*, *Exoniæ*, *Comitem*, *Johannem*, & *Gilbertum*, Quinque, Quatuor, aut Tres eorum, Actum, Gestum, Procuratum, seu Concordatum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* vicesimo octavo die Maii.

Per ipsum Regem.

Forma Juramenti, per Regem Franciæ præstiti.

Ann. D NOS Karolus, &c. JURAMUS, *ad hæc Sancta Dei Evan-*
1419. *lia, per Nos corporaliter tacta, quod, sub umbra seu Colore*
An. 7. Conventionis Personalis, *inter* Nos *ac*, *Serenissimum Principem*,
H. 5. Henricum Consanguineum nostrum Angliæ *concordatæ*, *nichil*
Ex Bibl. *Fraudis*, *Doli*, *neque Mali Machinabimur*, *Proponemus*, *aut Facie-*
Cot. Ti- *mus*, *fierive permittemus*;
berius B. *Sed*, *absque Dolo*, *Fraude*, *vel Malo Ingenio*, *benè & fideliter*
6 fol. *Observabimus*, *& à nostris faciemus observari*, *omnia & singula*
23. B. *Appunctuamenta dictam* Conventionem *concernentia*:

Ac quod, *toto tempore* Conventionis *supradictæ*, *dicto* Consanguineo nostro, *præbebimus Auxilium*, *eundemque* Consanguineum nostrum, *pro Posse nostro*, *Defendemus & Adjuvabimus adversus quemcunque*, *qui ipsum* Consanguineum nostrum, *in Disturbium seu Impedimentum* Conventionis supradictæ, *invadere nitetur aut impugnare*.

De Restitutione Temporalium.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1419. Sciatis quod,
An. 7. De Gratia nostra speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pie-
H. 5. tatis Opera (quæ in Monasterio beatæ Mariæ du Val fieri debeant)
Pat. plus solito accrescant, & ibidem laudabiliùs manuteneantur & sus-
Norm. 7. tineautur,
H. 5. p. CONCESSIMUS, dilectis Nobis in Christo, *Abbati & Con-*
1. m. 41. *ventui*, *Monasterii prædicti* omnia Temporalia, eidem Monasterio, infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentia sive spectantia,

strum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras
speciales, *Raphaelem de Spinolis*, & *Opizo de Flisco*, Sindicos & Frau. 7.
Ambassiatores *Ducis & Communitatis Jannensium*, usque Villam no- H. 5. m.
stram Calesii, & abinde in Regnum nostrum Angliæ, cum Quin- 10.
decim Personis ac totidem Equis in Comitiva sua, veniendo, ibidem morando, & exinde, pro eorum Libito voluntatis, liberè recedendo & abeundo, ac Equos, Bona, & Res sua quæcumque,

Non obstantibus aliquibus Debitis, Publicis & Privatis, Guerris, Homicidiis, Delictis, Bannis, Excessibus, aut Injuriis, vel offensis quibuslibet, quomodocumque perpetratis, commissis, aut gestis per ipsos, *Raphaelem*, *Opizo*, *Personas*, seu *Communitatem prædictam*, vel eorum aliquem;

Et ideò vobis Mandamus quod ipsos, *Raphaelem* & *Opizo*, cum Personis prædictis, ac totidem Equis in Comitiva sua, veniendo, ibidem morando, & exinde, pro eorum Libito voluntatis, ut prædictum est, liberè recedendo & abeundo, ac Equos, Bona, & Res sua quæcumque,

Non obstantibus Debitis, Publicis & Privatis, Guerris, Homicidiis, Delictis, Bannis, Excessibus, aut Injuriis, vel Offensis quibuslibet, quomodocumque perpetratis, commissis, aut gestis per ipsos, *Raphaelem*, *Opizo*, *Personas*, seu *Communitatem prædictam*, vel eorum aliquem,

Manuteneatis, protegatis, & defendatis,

Non inferentes eis, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes, Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen;

Et, si quid eis, seu eorum alicui, forisfactum sive injuriatum fuerit, id eis, & eorum cuilibet, sine dilatione, corrigi & debitè reformari faciatis,

Nolentes quod iidem, *Raphael*, & *Opizo*, *Personæ*, seu *Communitas prædicta*, aut eorum aliquis, ratione Præmissorum, aut alicujus eorumdem, sive ratione aliquarum Marquarum sive Reprisaliarum, ante hæc tempora, versus *Ducem* & *Comunitatem Januensium* concessarum quomodocumque capiantur, arestentur, in aliquo, seu graventur, aut capiatur, arestetur, imprisonetur, molestetur in aliquo, seu gravetur;

Proviso semper quod prædicti, *Raphael*, & *Opizo*, *Personæ*, & eorum quilibet, benè & honestè se habeant & gerant erga Nos & Populum nostrum,

Et quicquam, quod in Nostri seu Populi nostri Præjudicium, Dampnum, vel Malum cedere valeat, non attemptent, aut attemptari faciant, quovis modo.

In cujus, &c. per Duos Menses proximò futuros duraturas.

Teste præfato *Custode apud Westmonasterium* vicesimo septimo die Maii.

Per Concilium.

De Salvo Conductu.

REX, universis & singulis Capitaneis, Gentibus Armorum & Ann. D.
de Tractu, ac aliis Ligeis, Subditis, & Vasallis nostris qui- 1419.
buscumque, ad quos, &c. Salutem. An. 7.
Sciatis quod, H. 5.
Cùm Consanguineus noster Franciæ intendat, & sibi placeat, Pat.
certis de Causis, ipsum moventibus, Consanguineos nostros, *Co-* Norm. 7.
mitem de Saint Pol, & *Karolum de Bourbon*, ac *Johannem de* H. 5. p. 1.
Saulx Militem, *Archambault de Fouix* Militem, *Claude de Cha-* m. 37.
stelluz Militem, *Johanem Verg* Militem, *Reginer Pot* Militem, Magistrum *Johannem le Clerc*, & Magistrum *Guidonem Colmer*, Consiliarios prædicti Consanguinei nostri, ac Magistrum *Johannem de Rinel* Secretarium ejusdem Consanguinei nostri, usque Præsentiam nostram mittere, ut accepimus,

Nos,

Pro Securitate prædictorum, *Comitis*, *Karoli*, *Johannis*, *Ar-*
chambault, *Claude*, * *Johannis Reguner*, *Johannis*, *Guidonis*, & • IX.
Johannis, prospicere volentes in hac parte, 759.
Suscepimus ipsos, *Comitem*, *Karolum*, *Johannem*, *Archambault*, *Claude*, *Johannem*, *Reguner*, *Johannem*, *Guidonem*, & *Johannem* usque Præsentiam nostram, cum Trescentis Personis in Comitiva sua, vel infra, Armatis vel non Armatis, veniendo, ibidem morando, & exindè salvò & securè redeundo, ac Equos, Res, Bona, Jocalia, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quod ipsi quicquam, quod in nostri Contemptum vel Præjudicium aliqualiter cedere valeat, non attemptent, nec faciant quomodolibet attemptari,

In cujus, &c. usque Occasum Solis Diei Martis proximò futuri duraturas.

Teste Rege apud *Villam suam de Maunt* xxix die Maii.

Per ipsum Regem.

De

[illegible] vacare aut intendere, Nos eidem Consanguineo nostro Franciæ, per Octo Dies, ante nostrum totalem Discessum *de Medonta*, per Literas nostras Patentes, Magno Sigillo nostro sigillatas, notificare tenebimur,

Et ipse Consanguineus noster Franciæ Nobis, per Octo Dies, ante ipsius totalem Discessum de Pontisara, per Literas suas Patentes, Magno Sigillo suo sigillatas, notificare tenebitur:

Quibus Octo Diebus durantibus, necnon per alios Octo Dies, post & immediatè sequentes, Treugæ & Abstinentia Guerræ inter Nos & prædictum Consanguineum nostrum Franciæ durabunt, & per Nos & ipsum Consanguineum nostrum Franciæ, per modum inter nostros & ipsius Ambassiatores & Commissarios alias Conclusum & Concordatum, servabuntur;

Quod quidem Appunctuamentum Tenere & Observare, ac per nostros facere Teneri & Observari, bonâ fide, Promisimus, atque Promittimus per Præsentes.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Magni Sigilli nostri Appensione fecimus roborari.

Dat. in *Loco prædicto* propè & subtùs *Meullent* vicesimo nono die Maii.

Per ipsum Regem.

• IX. 760.

* *Super Tractatu Flandriæ.*

INSTRUCTIO, *data* Willielmo Bardolf *Militi Locumtenenti Capitanei Villæ Calesii*, *Magistro* Johanni Escourt *in Legibus Baccallario*, Ricardo Bokeland *Vitellario Calesii*, *Magistro* Willielmo Bray *Clerico*, Johanni Chirche *Locumtenenti Majoris Stapulæ Calesii*, *&* Johanni Pykeryng, *Commissariis per Dominum nostrum Regem Deputatis ad Tractandum*, *&* *Renovandum Securitates Mercandisarum*, *Mercatorum*, *Clericorum*, *&* *Peregrinorum*, *&* *Piscatorum*, *&* *Familiarum eorumdem*, *cum Deputatis ex Parte adversa pro Parte Flandriæ.*

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Penes Cleric. Pell.*

IN PRIMIS, quod videant Potestatem Partis Adversæ fore sufficientem ad omnia inter eos concludenda, tam pro *Adversario Franciæ*, quam *Duce Burgundiæ*, ac etiam *Quatuor Membris Flandriæ prædictæ*.

ITEM, quod Securitates, nuper captæ, & jam in Festo Paschæ ultimo præterito finitæ, transferantur fideliter *de Lingua Gallica ad Latinam*: & quod dicti Commissarii, pro parte Domini nostri Regis, omnia & singula, concernentia Tractatum hujusmodi, Tractent, Communicent, Scribant, & Concludant in *Lingua Latina*, & non in *Gallica*, sicut aliàs factum fuerat.

ITEM, attento quod Flandrenses multum instant pro Renovatione Securitatum prædictarum, & quod expediat Mercatoribus Angliæ quod ipsæ Securitates cum Bonis Provisionibus habeantur, quas Provisiones cum Bona maturitate fieri oportebit; vult Dominus noster *Rex* quod Commissarii sui pro nunc renovent, & de novo capiant Securitates pro Mercatoribus, Mercandisis, Clericis, Peregrinis, & Piscatoribus, ac eorum Familiaribus, sub eisdem modo & forma in dictis Securitatibus expressatis, à Die Conclusionis eorumdem usque ad Festum omnium Sanctorum proximò futurum duraturis; additis tamen Provisionibus infrascriptis; viz.

Quod, durante Tempore Securitatum prædictarum, nulli Flandrenses, aut Inhabitantes Patriam Flandriæ, faciant Guerram Domino nostro *Regi* per Terram vel per Mare: nec aliquam Armatam facient, aut fieri permittent, in Partibus, Portubus, Ripariis, Hauris, aut aliis Locis quibuscumque Partium Flandriæ, aut exire de eisdem ad faciendum Guerram contra Dominum nostrum Regem antedictum, aut Subditos ejusdem.

ITEM, in Casu quo aliquæ Gentes Armorum, super Mare laborantes contra Dominum nostrum Regem, in Portus, Hauras, Riparias, aut Loca Partium Flandriæ prædictarum applicuerunt, ipsæ ibidem nullatenus receptabuntur; nec Gentes Partium Flandriæ prædictæ aliqua Victualia, Artelarias, aut alia Guerrarum

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Pat. Norm.* 7. *H.* 5 *p.* 1. *m.* 43.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm inter Nos & Consanguineum nostrum Franc. nuper Appunctuatum fuisset de simul Conveniendo, ad Communicandum, Tractandum, & Concordandum super nonnullis Rebus, unde inter certos Commissarios & Deputatos nostros ac Ambassiatores & Deputatos prædicti Consanguinei nostri per antea prælocutum fuit,

Ac idem Consanguineus noster, Prout per Literas suas Patentes plenariè accepimus, de præsenti extet impeditus, quo minus ipse ad Conveniendum unà Nobiscum Personaliter interesse non possit,

Nos igitur,

De fidelitate, circumspectione, & industria, Carissimorum Fratrum nostrorum, *Thomæ Ducis Clarentiæ*, & *Humfridi Ducis Gloucestriæ*, ac Reverendissimi in Christo Patris *Henrici Cantuariensis Archiepiscopi*, necnon, Carissimorum Avunculorum nostrorum, *Thomæ Ducis Exoniæ* & *Henrici Episcopi Wintoniensis*, plenius confidentes,

Ipsos Quinque, Quatuor, aut Tres eorum Constituimus & Ordinavimus, ac, Tenore Præsentium, Constituimus & Ordinamus, nostros veros & indubios Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales,

Ad Conveniendum, Tractandum, Componendum, Transigendum, Paciscendum, ac plenariè & finaliter Concordandum cum Ambassiatoribus seu Deputatis prædicti Consanguinei nostri, sufficientem in hac parte Potestatem habentibus, in quibuscumque Locis & Placeis, ubi, pro CONVENTIONE prædicta, & pro Facto Tractatûs Pacis inter Nos & eundem Consanguineum nostrum, melius eis videbitur, super omnibus & singulis Contentionibus, Quæstionibus, Guerris, Riotis, & Discordiis, motis vel movendis, unà cum omnibus suis Articulis, Circumstantiis, Incidentibus, Emergentibus, & Dependentiis, inter Nos, Regna, Subditos, Dominia, Amicos, Alligatos, Auxiliantes, & Adhærentes nostros quoscumque, tam citra, quàm ultra Mare, ex una parte, & prædictum Consanguineum nostrum, Subditos, Dominia, Amicos, Alligatos, Auxiliantes, & Adhærentes suos quoscumque, ex altera,

Et ulterius Facimus, Constituimus, & Ordinamus, per Præsentes, præfatos Fratres nostros, Archiepiscopum, & Avunculos nostros, Quinque, Quatuor, aut Tres eorum, nostros veros Procuratores & Nuncios speciales,

Et ipsis Quinque, Quatuor, vel Tribus eorumdem Damus plenam & liberam Potestatem, & Mandatum speciale, ad Tractandum, Nomine nostro, cum prædictis Ambassiatoribus seu Deputatis prædicti Consanguinei nostri, de & super Sponsalibus per verba de futuro, seu Matrimonio per verba de præsenti, inter *Nos* & Inclitam Puellam Dominam *Katerinam* Filiam ejusdem Consanguinei nostri, prout magis commodè, firmiùs, & convenientiùs fore viderint faciendum,

Necnon ad omnia & singula, pro Nobis & Parte nostra, cum Ambassiatoribus seu Deputatis prædicti Consanguinei nostri, sufficientem in hac parte potestatem habentibus, Tractata, Composita, Transacta, & Concordata, per Nos benè & fideliter Observanda, in Animam nostram Jurandi,

Literas etiam sigillatas, Obligationes, Promissiones, & alterius cujuscumque generis Securitates & Cautiones, in hac parte conventas, concordatas, seu requisitas, Dandum & Concedendum, quas parem & eundem Effectum & Vigorem habere Volumus, ac si Nos in Persona nostra eas Daremus, faceremus, seu exponeremus,

Et generaliter omnia & singula Faciendum, exercendum, & expediendum quæ in præmissis, vel circa ea, necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale.

Promittentes, bonâ fide & in verbo Regio, Nos Firmum & Gratum perpetuò habituros quicquid per præfatos Commissarios seu Deputatos nostros Quinque, Quatuor aut Tres eorum, Nomine nostro, Actum fuerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum, & quòd dabimus Literas nostras Confirmatorias, nostro Magno Sigillo sigillatas, super hiis quæ sic Concordata erunt, & ea, quantum in nobis est, absque fraude vel malo ingenio, in omnibus exequi faciemus, nec unquam Dicemus, faciemus, seu proponemus, in Judicio, vel extra, quicquam in contrarium,

* Dat.

Ex Bibl. sub Modis & Conditionibus quæ sequuntur; inhærendo PROTESTATIONI jam Nomine nostro factæ, &c.
Cot. Tiberius B.

6. fol. 25. B. IN PRIMIS, quòd DIMITTANTUR, remaneant, & fiant Nobis, Hæredibus, ac Successoribus nostris IMPERPETUUM, Omnia & singula, de quibus in Tractatu MAGNÆ PACIS, inchoato apud *Bretigny* juxta *Carnotum*, Concordatum erat quòd, inclitæ Memoriæ, Progenitori nostro, *Edwardo* Regi, & Hæredibus suis, DIMITTERENTUR, remanerent, & fierent.

ITEM, quòd DIMITTANTUR & remaneant Nobis, & Hæredibus nostris IMPERPETUUM, totus Ducatus Normanniæ, cum suis Juribus & Pertinentiis, etiam cum hiis quæ de Præsenti in Manibus nostris non existunt; unà cum Civitatibus, Villis, Fortalitiis, Terris, Patriis, Dominiis, atque Locis quibuscumque, per Nos infra Regnum Franciæ pro Tempore Guerræ nostræ obtentis, seu per eam adquisitis, HABENDA Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris integrè & pacificè, ità quod inde liberè possimus disponere quomodocumque Nobis placuerit.

ITEM, quòd Nos, Hæredes, & Successores IMPERPETUUM, Præmissa omnia & singula, unà cum eorum Homagiis, Obedientiis, Ligeantiis, Feodis, Vassallis, Recognitionibus, Superioritatibus, Resortis, mero & mixto Imperio, ac omnibus & singulis eorum Juribus & Pertinentiis, etiam hic non specificatis (licet sint talia quæ de suâ Naturâ seu propter eorum Excellentiam non transeunt sub generalitate verborum, sed specialem Expositionem requirant) HABEAMUS pacificè & quietè, & teneamus tanquam Dominus Ligeus & Supremus eorum, ac omnium & singulorum Hominum, seu Subditorum, de Civitatibus, Terris, Patriis, & Locis supradictis, tamquàm Vicinus Regis Franciæ, & non ab aliquo Hominum, sed a solo Deo; Ita quòd liberè ab omni Subjectione, Jurisdictione, Obedientiâ, Superioritate, Recognitione Regis & Coronæ Franciæ & cujuscunque alterius, sicut per Nos & Concilium nostrum advisari poterit & scribi: Ita quòd nec *Rex Franciæ* quiscunque, pro tempore existens, ratione Coronæ Franciæ, aut alio quocunque, Titulo seu Colore, nec alius quiscunque, nisi Nos, & Hæredes, aut Successores nostri, seu habentes Causam a Nobis, aliquid Juris, seu Jurisdictionis, aut Superioritatis vendicare poterit, seu debeat, aut habere Rebus aut Personis supradictis.

Et debent Præmissa omnia, sic generaliter & in grosso expressata, redigi per extensum in Scripturam, & Nos inde securari sic per viam Cessionis, Transportationis, Liberationis, Renunciationis, & aliis quibuscunque Modis & ita sub bonis, claris, specialibus, securis, & apertis Modo, Formâ, & verbis, sicut Nos & Concilium nostrum sciverimus scibere seu advisare.

Et, pro eo quòd quædam ex prædictis, quæ Nobis per Præsentem TRACTATUM remanere & liberari deberent, absque Guerrâ inferenda Possessoribus eorumdem, verisimiliter haberi non debeant; videtur Nobis quod, si pro illis per Nos Guerras fieri oporteat, quòd ea omnia, quæ per hujusmodi Guerras, per Nos faciendas, obtinebuntur, Nobis remanere debeant per Ipsos Modum & Formam, quibus alia superius expressata Nobis remanere debent.

* IX. 763. * *Petitiones factæ pro parte Franciæ, cum Responsionibus.*

Ann. D. 1419. PRÆSUPPOSITIS semper PROTESTATIONIBUS in hac Materiâ FACTIS,

An. 7. H. 5. Pro Bono Pacis finalis & Tranquillitatis perpetuæ, inter Christianissimum & Serenissimum Principem & Dominum nostrum

Ex Bibl. Cot. Tiberius. B. 6. fol. 26. A. Metuendissimum Dominum *Karolum* Sextum, Dei Gratiâ, *Francorum* Regem, & Excellentissimum Principem *Henricum*, eâdem Gratiâ, Regem *Angliæ*, Successores, Regna, Patrias, & Subditos eorumdem, videtur esse Rationi & Justitiæ congruum, ymò necessarium, quòd, ut ad Pacem ipsam perveniatur, Ipse Rex *Angliæ* illa concordet quæ sequuntur;

Petitio 1. PRIMO, quòd Ipse Rex *Angliæ*, pro Se, suis Hæredibus, Successoribus, & ab eo Causam habentibus, Renunciet omnibus & singulis Juribus, Causæ, Querelæ, Actioni, & Titulo, quæ hactenus Ipse & sui Prædecessores habuerunt, aut prætenderunt, seu prætendit Ipse habere aut habuisse, NOMINI & CORONÆ *Regni Franciæ* & in eisdem, Causâ, Colore, seu Titulo Prædecessorum suorum, sui vel alterius cujuscunque, tam pro Se, quàm pro suis Successoribus, & ab eo vel eis Causam habentibus, Jusve Titulum in eisdem habere prætendentibus nunc vel in futurum, ad Utilitatem, Commodum, & Profectum dicti Domini nostri *Francorum* Regis, Hæredum, & Successorum suorum, ac ab eo Causam habentium; Omnibusque Juri & Titulo, ratione & Causâ Successionis, Conquestæ, Acquisitûs, Emptionis,

… *mis, qui Sibi & Concilio suo videbuntur expedire, in Genere & in Specie Reservabit.*

Vel sic,

EXCEPTIS *tantummodo illis, quæ* præfato Regi Angliæ *per præsentem Pacem remanebunt, poteruntque & debebunt competere & pertinere, tam ratione & Causâ* Tractatûs de Bretigny, *quàm* Captionis & Redemptionis Regis Johannis Franciæ: *& etiam omni Jure, quod possit petere vel inquirere ratione Trium Millionum Scutorum, de quibus in dicto* Tractatu de Bretigny *Mentio facta fuit; necnon omnibus & singulis Guerris & Processibus, ab inde ortis, seu oriendis in futurum, in Curiis quibuscumque, tam Ecclesiasticis, quàm Secularibus, in quocumque statu decisæ vel indecisæ forent, aut per Appellationem non suspensæ.*

ITEM, Renunciabit idem *Rex Angliæ* Feodis, Superioritatibus, & Domaniis Ducatuum *Turonensis*, *Andegaviæ*, & *Britanniæ*, & Comitatuum ac Patriarum *Flandriæ & Cenomaniæ*; & generaliter omnibus Petitionibus, quæ *Rex Angliæ* fecit, aut facere potuit, aut potest, *Regi Franciæ*, quacunque de Causâ Hoc sit vel fuerit; Exceptis hiis, quæ ad præsentem TRACTATUM sibi debent remanere. Petitio 2.

ISTE ARTICULUS *non placet Domino nostro Regi.* Respons.

ITEM, Jurabit & Promittet, in verbo Regio, Idem *Rex Angliæ*, pro suis Hæredibus, Successoribus, & ab eo Causam habentibus, quòd non recipiet, aut acceptabit in futurum, Cessionem aut Transportum *Juris* vel *Tituli Regni* seu *Coronæ Franciæ* de & à quacunque Personâ, quæ nunc vel in futurum speret, aut spectet, seu habeat, aut habere prætendat Jus, Titulum, sive Causam in dictis *Regno* & *Coronâ*, Titulo successorio, hæreditario, vel alio quocunque; nec etiam Principatibus * & Dominiis, nunc, vel in futurum, *dicto Domino nostro Regi*, aut suis Hæredibus, vel Successoribus pertinentibus: Petitio 3. * X. 764.

Exceptis tamen illis quæ per Tractatum & Pacem hujusmodi sibi debent remanere.

Et, si tempore jam transacto, vel in futurum, aliquæ tales vel consimiles Cessiones aut Transportus essent vel forent Factæ, Tractatæ, sive Promissæ, aut Facti, Tractati, sive Promissi, illis, exnunc prout extunc, & extunc prout exnunc, Renunciat, & Renunciabit, ad Utilitatem, Commodum, & Profectum *præfati Domini nostri Regis*, suorumque Hæredum, Successorum, & Causam ab eo habentium, quotiens fuerit expediens & opportunum.

ISTE ARTICULUS *placet Domino nostro Regi; dum tamen Pars Consanguinei sui Franciæ, eodem Modo, pro Parte suâ, faciat Confirmari, Ratificari, Jurari, & Promitti.* Respons.

ITEM, quòd omnes & singulas Promissiones, Renunciationes, Transportus, & omnia contenta in illis, ac cætera Bonum dictæ Pacis concernentia, quæ per ipsum Dominum nostrum & ejus Consilium poterunt meliùs advisari atque scribi, Idem *Rex Angliæ*, per Dominos Fratres suos, & alios Propinquiores sui Sanguinis, ac Tres Status Regni Angliæ, faciet Confirmari, Ratificari, Jurari, & Promitti. Petitio 4.

ISTE ARTICULUS *non placet Domino Regi.* Respons.

ITEM, quòd, pro Comitatu de Pontieu, & aliis Rebus, quæ dictus *Rex Angliæ* se dicit habere in villâ de Monsterolio super Mare, & ejus pertinentiis, sit licitum dicto Domino nostro *Regi*, quantumcumque sibi placuerit, dare & assignare dicto *Regi Angliæ*, aut ejus Hæredibus, vel Successoribus, Terras & Dominia Valoris æquivalentis in Finibus Ducatûs Aquitanniæ, & prope ipsum Ducatum. Petitio 5.

ISTE ARTICULUS *non placet Domino nostro Regi.* Respõs.

ITEM, Considerato quòd dictus *Rex Angliæ Ducatum Normanniæ* per præsentem Tractatum habiturus est: in quo quidem Ducatu sunt quædam Villæ, Terræ, atque Castra, quæ per eundem nondum sunt Conquisitæ seu conquisita; Ipse *Rex Angliæ* dicto Domino *nostro Regi* Dimittat omnes Terras, Villas, atque Castra, per eum, extra Ducatum prædictum, pro Tempore præsentis Guerræ, acquisitas seu acquisita. Petitio 6.

ITEM, quòd omnes & singulæ Personæ, tam Ecclesiasticæ, quàm Seculares, possint in suis Redditibus, Hæreditagiis, & Beneficiis quibuscunque reverti liberè, pacificè, & quietè, & eisdem, atque Universitates Studiorum Regni Franciæ suis Privilegiis, uti & gaudere quemadmodum ante tempus Guerræ faciebant.

ITEM, quòd tales Confœderationes & Alligantiæ, quales fuerint advisatæ, fiant inter Partes & eorum Confœderatos & Alligatos.

ISTE

…, ut quibus non poterit sic rationabiliter *exonerari, Respondeatur ut supra.*

Petitio 8. Et redigentur Præmissa, sic generaliter & in grosso expressata, per extensum, in Scripturam; & dictus *Dominus noster Rex*, & sui Hæredes inde Securari sic per bonos, claros, speciales, securos, & opertos Modos, Formas, atque verba, sicut Ipse Dominus noster & ejus Concilium sciverint advisare.

Respons. QUOAD ISTUM ARTICULUM, *veniat qui de Jure petere possit, & sibi rationabiliter respondeatur.*

• IX. 765.

* *Pro Commissariis Franciæ.*

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Pat. Norm.* 7. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 37.

REX universis & singulis Capitaneis, Gentibus Armorum, & de Tractu, ac aliis Ligeis, Subditis, & Vassallis suis quibuscumque, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quod,

Cùm Consanguineus noster Franciæ, ac Consanguinea nostra Consors sua, & *Johannes Dux Burgundiæ* intendant, certis de Causis ipsos moventibus, de Militibus, Scutiferis, & Gentibus suis, semel, aut sæpius, usque Præsentiam nostram mittere, ut accepimus,

Nos,

Pro Securitate illorum, qui sic mittentur, prospicere volentes in hac parte,

Suscepimus illos omnes & singulos (cujuscumque Statûs seu Conditionis fuerint) sub Numero Quinquaginta Personarum, quos prædicti Consanguinei nostri & *Dux Burgundiæ*, aut eorum aliquis, nobis mittere voluerint, vel voluerit, usque Præsentiam nostram prædictam, insimul, vel per Partes, Armatos vel non Armatos, veniendo, ibidem morando, & exinde salvo & securè, quotiens sibi placuerit, redeundo, ac Equos, Res, Bona, Jocalia, & Hernesia sua quæcumque,

Proviso semper quod ipsi quicquam, &c.

In cujus, &c. usque Festum Sancti Johannis Baptistæ proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Villam suam de Maunte* septimo die Junii.

Per ipsum Regem.

De Victualibus extra Normaniam non traducendis.

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Ibid. m.* 31. *d.*

REX Ballivo nostro de Constantine Salutem.

Quia certitudinaliter informamur quod, pendentibus certis Treugis, seu Guerrarum Abstinentiis, inter Nos & Adversarium nostrum Franciæ, quidam Habitantes Parisius & aliorum Locorum diversorum, de Obedientia nostra non existentium, ad diversas Partes Ducatûs nostri Normanniæ, sub umbra & colore Treugarum prædictarum, jam noviter se diverterunt, ac plura & diversa Victualia, tam Boves, Oves, Vaccas, Bacones quàm Vina & Grana quæcumque, extra dictum Ducatum nostrum secum trahunt & abducunt, quæ, si amplius fieri permitterentur, in nostri grave Dampnum & Præjudicium cederent manifestè,

Nos, de Remedio, quo congruit, in hac parte, Ordinare volentes & providere, ut tenemur, vobis Mandamus, firmiter injungentes, quod statim, visis præsentibus, in Locis infra Ballivam vestram, ubi melius expedire videritis, publicè proclamari faciatis, nè quis Subditorum aut Ligeorum nostrorum (cujuscumque statûs fuerit) aliqua Victualia, qualiacumque fuerint, alicui, de Obedientia nostra non existenti, sub Forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poterit, Vendat, nec ea sibi in Escambio, seu alio quovis quæsito colore, Tradat seu Deliberet quovis modo.

Teste Rege apud *Villam suam de Maunte* decimo die Junii.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis, sub eadem Data, videlicet,

Ballivo de Maunt.	*Ballivo de Rouen.*
Ballivo d'Evreux.	*Ballivo de Caen*
Ballivo de Caux.	*Ballivo d'Alencon.*
Ballivo de Gisors.	

& Armorum Strenuitatem, aliaque diversa probitatis Merita, ad Honoris Culmen producere dignum ducimus,

Et eidem *Guastoni* Nomen & Honorem *Comitis* dedimus, ac ipsum *in Comitem de Longueville* præficimus, necnon de eisdem Nomine & Honore per *Cincturam Gladii* eundem Guastonem investimus.

Et, quia, crescente Statûs Celsitudine, consequenter crescunt diversa Sumptus & Onera, pro Statu suo Comitis in hac parte decentiùs sustinendo, totum Comitatum de Longueville, in quantum se extendit cum omnibus pertinentiis & dependentiis suis, eidem *Guastoni*, Tenore Præsentium, Damus & Concedimus,

HABENDA & TENENDA sibi & Hæredibus suis Masculis, de Corpore suo exeuntibus, de Nobis & Hæredibus nostris, per Homagium, quod idem *Guasto* personaliter Nobis fecit, & Reddendo Nobis & eisdem Hæredibus nostris unum Equum singulis Annis imperpetuum;

Ita semper quod idem *Guasto*, & dicti Hæredes sui, ad portandum Trenam nostram, & Hæredum nostrorum, annuatim, die Solemnitatis Sanctæ Trinitatis, si præsentes in Ducatu nostro personaliter interfuerimus, prompti sint & parati.

Hiis Testibus,

Præcarissimis Fratribus nostris,
Thomâ Clarentiæ,
Et *Humfrido Gloucestriæ*,
Ac, carissimo Avunculo nostro, *Thomâ Exoniæ*,
Ducibus:
Edmundo Marchiæ,
Johanne Huntingdoniæ,
Ricardo Warrwicæ,
Johanne Comite Marescallo,
Et *Willielmo Suffolciæ*,
Consanguineis nostris carissimis,
Comitibus:
Johanne de Roos,
Johanne de Clifford,
Johanne de Beauchamp de Bergeveny,
Roberto de Wylughby,
Henrico Fitz Hugh Camerario nostro,
Waltero Hungerford Senescallo Hospitii nostri, Militibus,
Magistro Philippo Morgan Cancellario nostro Normanniæ.
Magistro Johanne Kempe Custode Privati Sigilli nostri,
Willielmo Alyngton Thesaurario nostro Normanniæ;
Et aliis.

Dat. per Manum nostram apud *Villam nostram de Maunte* undecimo die Junii.

Per ipsum Regem.

Super Gestu & Submissione Johannis nuper Papæ Notificatio.

MArtinus Episcopus, Servus Servorum Dei, carissimo in Christo Filio, *Henrico*, *Regi Angliæ*, Illustri, Salutem & Apostolicam Benedictionem. Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5.

Divina Providentia, humanas Actiones in melius, ac in Veritatis & Justitiæ Iter, ineffabili suâ bonitate, disponens, tanto majoris Dilectionis ardore suæ Clementiæ Oculos in Ecclesiam suam dirigit, quanto, juxta successus Rerum & Temporum, magis suæ ædificationi viderit expedire; quod & vetera Exempla Nos edocent, & Diebus nostris, in facto Unionis Ecclesiæ, possit manifestiùs apparere. *Ex Bibl. Cot. Tiberius B.* 6. *fol.* 63. *B.*

Nuper enim, cùm *Baldassar Cossa*, olim *Johannes* XXIII. in sua tunc Obedientiâ nuncupatus (quem assignari Nobis debere Concilium Constantiæ decrevit) per quosdam, à Nobis Deputatos, ad Nos humanissimè duceretur, applicans ad Castrum Felini Parmensis Diœcesis, Timore concepto ad Carceres duceretur (quod tamen veritate carebat) Noctis tempore fugiens, divertit ad Sarzavam, Opidum, Amicissimo sibi, *Duci Januæ* subjectum;

* Ubi benigne susceptus, & de veritate certificatus, receptis etiam à Nobis & à Communitate Florentinorum salvis Conductibus, sponte & sine morâ Iter arripuit, & hodie, Florentiam intrans, priusque alio diverteret, ad Nos, in generali Consistorio, astantibus Venerabilibus Fratribus nostris Sanctæ Romanæ Eccle- • IX. 767.

Litera dicti nuper Papæ ad Regem.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid. fol. 64. d. SERENISSIME PRINCEPS ET EXCELSE DOMINE,

Post Recommendationem, meminisse puto Serenitatem vestram quod eam semper singulari Affectionis zelo colui vestrosque Successus & Incrementa summis votis desideravi; de quo eadem Serenitas, in quocumque Statu fueram, Experimenta suscepit.

Nunc verò, post tantos Casus, quibus pro dandâ Pace Ecclesiæ Dei, michi semper desideratissimâ, me sponte objeci, Cardinalis factus, eodem zelo ad eandem Serenitatem constanter insisto: Et, quamdiu in humanis agam, indesinenter insistam omni Studio officiosus; ut quicquid ei Comodum vel Gratum sensero quam cupide faciam: cui me totis Affectibus recommendo.

Dat. *Florent.* duodecimo die Julii.

Serenitatis vestræ præfatus Zelator,

B. COSSA *Episcopus Tusculanus Cardinalis Florentiæ.*

Commissio Ducis Burgundiæ ad Tractandum super intercursu Mercandisarum.

Ann. D. 1419. An. 6. H. 5. Pent. Camer. JOhan *Duc de Bourgoigne*, Conte de Flandres, d'Artois, & de Bourgoingne, Palatyn, Seignour de Salins & Malines, Commis ceste Partie de *Monsieur le Roi*, a touz ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Come de piece,

Par vertu taunt des Licence & Auctorite, a Nous ottroiez de mon dit *Seigneur le Roi*, pour Traictier & Accorder dez Maniers, Seurtes, & Provisions, par les quelles Merchandise pourront avoir Cours & estre Excerce seurement entre lez Merchantz d'Angleterre & de nostre dicte Paiis de Flandres & lours Alies, Facteurs, Gens, & Famille, ou cas que la Guerre fust ou ferroit ouverte entre mon dit *Seigneur le Roi* & son Roialme d'un part, & la Partie d'Angleterre, d'aultre, & des circumstances & dependences des Choses dessusdites, & de chascun d'icelles,

Comme autrement,

Ait este, pour Traictier four ce, eu de Nos Gentz & Commis avec lez Ambassateurs & Commis de la dicte Partie d'Angleterre, Accorde Primiers un An, & depuis, par Continuations & Intervales de plusours Ans Merchandise, par Maniere de Provision par Terre & par Mier, entre Angleterre & Flandrie, lez Pelerins faire d'un coste & d'autre lour Pelerinages, lez Clers du dite Roiaulme d'Angleterre aler & returner de Rome pour lours Busoingnes, & les Pescheurs generalment aler Peschier four Mier, suppose & non obstant que la Guerre feust entre mon dit *Seigneur le Roi* & son dit Roiaulme & la dite Partie d'Angleterre,

* IX. 768. * Et pour ce que la Darreiniere Continuation, four ce Prinse, est n'adguers expires,

Et que Nous voloms & desiroms icellui Traitie estre Remis sus, & entretenu par toutes lez bons Maniers & Seurtes, que faire se purra, pour l'avancement de la dite Merchandise & le Prouffit Commune de nostre dite Paiis, & de la Chose Publique,

Confiantz pleinement des sens, & loiaultes, & bonnes diligences de, nos Ames & Foiaulx, le *Provost de l'Esglise de Saint Donas a Brugez*, Messire *Jaques de Licbernelt Seignour de Goolstamp*, Messieur *Roland Unckerke*, Messieur *Felix Seigneur d'Estebuse* Soverain Bailly de Flandres, Messieur *Guillame Descaule* Chastelan de Furnes, Messieur *Jaques Seigneur de la Chapelle*, Messieur *Jehan de Ghistelle* Seigneur de Kelsboque, & Messieur *Gorart de Maldeghem* Seigneur Desconde, Maistre *Henri Goodbals* Doien de Liege, Messieur *Simon de Fourmelles* Docteur, Maistre *Thers le Roi* Licence en Lois, Maistre *Sherry Gherbode*, *Guillame de Rabeque* Escuier, nos Conteillers, Maistre *Lenin de le Wyffle*, *Simon Vtenhoue*, *Johan Houin*, Maistre *Bauderyn de la Porte*, Maistre *Ancell le Boicteiller*, *Michel le Wyffle*, *Johan le Versenare*, & Mestre *Pierre Bye*.

Iceux ensamble, lez Vingt, lez Disnoefz, lez Dixhuit, lex Dixsept, lez Seize, lez Quinsze, lez Quatorze, lez Tresze, lez Duize, lez Unsze, lez Dix, lez Noef, lez Huit, lez Seopt, lez Sis, lez Sing, ou lez Quatre d'iceulx (en nombre de queulx Six, Cink, ou Quatre voulons que, du mains, lez Troiz ou lez preations necessaires & convenables,

Comme de Traictier & Accorder le plus expedientment q'ilz pourront, de touz aultres Maniers de Seurtes & Provisions generalment, & particulerment four la Fait du Cours de la dite Merchandise, pour estre excerce seurement, par Terre & par Mier, entre lez Subjectez, Merchantz, & Habitantz de nostre dite Paiis de Flandres, & ceulx du dicte Roiaulme d'Angleterre, & dez nulles aultres Paiis, Terres, & Seignouries, Subjectz & Obeisantz *au Roi d'Angleterre*, decea le Mier & dela, & lours Allies, Facteurs, & Famille,

Et, ovec ce, de touz Seurtez, Treues, ou Abstinences de Guerre, ad ce servantz & convenables,

Ja soit ce que Guerre soit a present, ou que elle feust, ou ferroit, Ouverte entre mon dit *Seigneur le Roi* & son Roialme, d'un part, & la dite *Partie d'Angleterre*, d'aultre,

Avec ce de Traitier & Accorder, avec lez ditz Ambassateurs ou Commis d'Angleterre, de & four la Reparation & Restitution des Excesses, Attemptes, Prinses, & Damages, qui ount este, ou pourront estre, faitz, & faites, par lez Subgis, Habitantz, Maronners, Escumers, & aultres du dit Roiaulme & de Nous, par la Partie d'Angleterre four lez Merchantz, Subgitz, Habitantz, & aultres de nostre dite Paiis de Flandres, & samblablement par ceulx d'icelli nostre Paiis de Flandres four ceulx de la Partie d'Angleterre,

Taunt des Attemptes, Prinses, & Dampmages, dount l'en ad aultre foiz baille Compleintz & Requestes, & tenu Journes, & fait Enformations & aultres Diligences, comme aultres quelxconques Faitz, ou que Faitz ferroient,

Et des circumstances & dependences des Choses dessusdites & de chascun d'icelles,

De Faire, Convenir, & Contraindre a faire Restitution & Amende touz ceulx, qui pour ce ferront a contraindre,

Parties Appelles & oyes, ou Busoigne ferra de Sentencier, Arbiter, Composer, Pacificer, Accorder, Appointer, & finablement Concluer,

Et generalment de faire tout ce que y appartiendra estre fait de Justice & de Reason,

* Et des Traities & Accordes, qui ferront Faits, Pourparlez, avisez, & appointes, bailler Lettres tiels qu'ilz appartiendra, en prenant four ce Lettres souffisantz de la dite Partie d'Angleterre, & de lez Publier par tout ou Busoingne ferra, * IX. 769.

Et Promettons par le Foi de nostre Corps, & sur nostre Honeur, d'avoir Ferme, & Aggreable, & faue Tenir & Accomplier, tout ce que par Nos ditz Commis, les Vingt, lez Dixnoef, lez Dixsept, lez Sesze, lez Quinsze, lez Tresze, lez Dousze, lez Unsze, lez Dix, lez Noefz, lez Huit, lez Sept, lez Six, lez Cinque, ou lez Quatre d'iceulx, ainsi que dit est, ferra Traitie, Promis, Accorde, Conclut, & Appointe es Choses dessusdites & chascun d'icelles, de Bailler four ce noz Lettres, & lez faire Confermer par lez Lettres Patentes de mon dit *Seigneur le Roi*, si avaunt que mestier ferra, & requis en ferons,

Si Donnons en Mandement, par ces mesmes Presentes, a touz noz Justicers, Officers, Subjectz, lours Lieutenantz, & a chascun d'eulx, sicome a lui appertiendra, que a Nous ditz Commis, par la maniere que dit est, es Choses dessusdites, en ce qui requira execucion, Obeissent & Entendent diligentement.

En Tesmoigne de ce Nous avoms fait mettre nostre Seel a ces Presentes.

Donne a *Pounroise* le xix. Jour de Juing, l'An de Grace Mille, Quatrecens, & Dixnoef.

Articuli, pro Parte Regis propositi, addendi Tractatui super Intercursu Merchandisarum pratractarum.

PRÆSUPPOSITIS PROVISIONIBUS, super Securitatibus Merchandisarum, sive Mercaturarum, Subditorum Regni Angliæ & Partium Flandriæ, hinc inde nuper Factis, & in Festo Paschæ ultimò jam præterito expiratis (quas præsentialiter pro hic insertis haberi volumus & expressis) sequuntur Additiones subscriptæ, sine quibus præsens Tractatus non videbitur effectualiter expediri.

INPRIMIS (videlicet) & ante omnia quod fiat sufficiens Securitas sive Cautio idonea per Dominos Commissarios sive Ambassiatores ex parte Flandriæ, in præsenti Tractatu interessentes, de Appunctuando & Concludendo effectualiter, atque finaliter, & ultimatim, certis Die & Loco, per Nos ultro citroque concorditer assignandis, super plenariam Satisfactionem Decem Milium Librarum, Nomine diversorum Bonorum & Merchandisarum, quorundam Mercatorum Regni Angliæ & Partium Hiberniæ, in Portu de Sclusa dudum injustè Arestatorum, & post-

…, & alia Loca ubi eis necessarium vel expediens videbitur, absque aliqua Contradictione, aut Scrutatione, aliove Obstaculo, aut Impedimento, in hac parte quomodolibet faciendis; Statutis, Ordinationibus, sive Consuetudinibus dictarum Partium Flandriæ, hactenus in contrarium editis, aut observatis, vel in posterum observandis, non obstantibus quibuscumque.

* IX. 770. * ITEM, quod, pendentibus Induciis antedictis, nulli Flandrenses, aut Inhabitantes Patriam Flandriæ, faciant Guerram contra præfatum Serenissimum Dominum nostrum *Regem Angliæ & Franciæ*, per Terram, vel per Mare, nec aliquam Armatam facient aut fieri permittent in Partibus, Portubus, Ripariis, Havris, aut aliis Locis quibuscumque Partium Flandriæ, aut exire de eisdem, ad faciendum Guerram contra Dominum nostrum Regem antedictum, aut Subditos eorumdem.

ITEM, in Casu quo aliquæ Gentes Armorum, super Mare Laborantes contra Dominum nostrum Regem, in Portus, Havras, Riparias, aut Loca Partium Flandriæ prædictæ applicuerint, ipsi ibidem nullatenus receptabuntur: nec Gentes Partium Flandriæ prædictæ aliqua Victualia, Artellarias, aut aliarum Guerrarum Præparamenta, eisdem ministrabunt, aut Favores alios adhibebunt quovismodo.

ITEM, quod neque præfatus Illustris Dominus *Dominus Dux Burgundiæ* & Comes Flandriæ, neque sui Subditi Flandrenses, aut Inhabitantes Quatuor Membra Flandriæ, possint aut debeant, durante hujusmodi Treuga, dare nec mittere aliquas Naves, vel aliqua Vasa Navigabilia, aut Balistarios, in Favorem, Auxilium, vel Juvamen Gallicorum; nec pro Gallicis, in Guerra ipsorum, contra præfatum Serenissimum Dominum *nostrum Regem*, aut Subditos vel Districtuales ejusdem, se aliqualiter intromittere aut subvenire.

Istæ sunt Responsiones Commissariorum, Illustris Principis, Domini Ducis Burgundiæ, *& Comitis Flandriæ, &c. super prædictis Articulis, exhibitis per, Honorandos & Magnificos Dominos, Dominos Ambassiatores, Serenissimi Principis,* Domini Regis Angliæ, *quas addi requirunt Tractatui Securitatis Merchandisiæ.*

PRIMO, *ad Primum Articulum*, quo cavetur Securitatem & Cautionem fieri per Commissarios prædictos, de Appunctuando & Concludendo super Satisfactione Bonorum, quondam Arrestatorum in Portu de Sclusa, ad certam Diem, per utramque Partem Concordandum, &c.

RESPONDENT DICTI COMMISSARII, quod parati sunt assumere & concordare certam Diem, ad Procedendum super hoc, secundum formam ultimi Appunctuamenti: & ulterius non possent nec auderent dare Securitatem seu Cautionem super dictâ Satisfactione; quia necesse est prius super hæc Quatuor Membra Partium *Flandriæ* habere Collationem super dicto Domino *Duce Burgundiæ*, sicut aliqualiter Cavetur in dicto ultimo Appunctuamento, & prout latiùs pridie ejusdem Dominis Ambassiatoribus fuit ore tenus declaratum; set, pro Bono Concordiæ, libenter promittent bonâ fide facere omnimodam eorum diligentiam, quod Dies, sic assumpta & concordata, tenebitur secundum formam ejusdem Appunctuamenti.

ITEM, *ad Secundum Articulum*, Continentem quod liceat Mercatoribus Angliæ, & aliis quibuscumque Mercatoribus, secum deferre omnem modum Monetæ versus Stapulam Caletii; non obstantibus quibuscumque Ordinationibus, in contrarium factis sive editis, &c.

RESPONDENT DICTI COMMISSARII, quod Moneta, quam de præsenti facit cudere *præfatus Dominus Dux* in Patria sua Flandriæ, fuit ordinata longâ & maturâ Deliberatione, nedùm de Consilio Dominorum de Consilio suo & Quatuor Membrorum Flandriæ, verùm etiam de Consilio Communium Merchatorum tunc existentium in Flandria, unà cum Ordinationibus, super dicta Moneta & ejus observatione editis; quare iidem Commissarii dictam Ordinationem, seu eorum aliquam, non auderent neque possent infringere, sicut nec eis liceret; attento quod, pro Communi Utilitate omnium Mercatorum, & totius Reipublicæ, fuit Ordinatum & Conclusum; prout etiam latiùs eisdem Dominis Ambassiatoribus fuit pleniùs oretenus expressum.

ITEM, *ad Tertium Articulum*, qui continet quod, durantibus …dem.

ITEM, *ad Quartum Articulum*, quoad ejus Primum Membrum, cavetur quod Gentes Armorum, super Mare laborantes contra dictum Dominum Regem Angliæ, non recipiant in Portubus Flandriæ, &c.

RESPONDENT DICTI COMMISSARII, quod isto Articulo satis provisum est per quendam alium Articulum, contentum in Securitatibus præteritis.

ITEM, *ad Quintum Articulum*, cum Secundo Membro Quarti Articuli, in quibus cavetur quod Gentes Partium Flandriæ non ministrent Gallicis Victualia, vel Armorum sive Guerrarum Præparamenta, quodque dictus *Dominus Dux Burgundiæ*, Comes Flandriæ, nec sui Subditi possint mittere Naves stipendiarias, Architenentes, Balistarios, in Juvamen aut Subsidium Gallicorum, &c

RESPONDENT DICTI COMMISSARII, quod ista indigerent Confirmatione Regiâ, quam obtinere dicti Commissarii sciunt esse impossibile; quia, ut declaratum fuit dictis Ambassiatoribus, cum maxima difficultate obtenta fuit Confirmatio Regia super Victualibus dumtaxat; & debet sufficere Provisio super Quarto Articulo.

ITEM, *quod, dictis Securitatibus durantibus, Flandrenses, vel Inhabitantes Patriam Flandriæ, non facient Guerram, per Mare, vel per Terram, Excellentissimo Principi,* Regi Angliæ, *aut Patriis & Dominiis sibi subjectis; hoc salvo, quod Nobiles Flandriæ, & alii Infeodati, Excellentissimo Domino,* Regi Franciæ, *Domino suo superiori, si eis placuerit, servire potuerint extra Patriam Flandriæ, & se acquittare, prout ratione Feodorum suorum tenentur:*

Nec etiam facient Armaturam aliquam in Partibus, Portubus, Ripariis, Havris aut aliis Locis quibuscumque Flandriæ; neque permittetur exire ex eisdem ad faciendum Guerram prædicto Regi Angliæ, *Regno suo aut Subditis suis:*

Et consimiliter non fiet Guerra, per Mare, vel per Terram, per prædictum Dominum Regem Angliæ, *aut Subditos suos, vel Confœderatos, prædictæ Patriæ Flandriæ, neque Subditis & Inhabitantibus ejusdem:*

Etiamque non faciet, aut fieri permittet per alios, Armaturam aliquam in Partibus, Portubus, Ripariis, Havris, aut aliis Locis quibuscumque Regni Angliæ, Villæ Calesii, & aliis Patriis & Dominiis sibi subjectis; aut exire ex eisdem, ad faciendum Guerram antedictæ Patriæ Flandriæ, neque Subditis & Inhabitantibus ejusdem.

ITEM, *quod nulli Piratæ, sive Gentes Armorum, supra Mare laborantes, permittentur intrare in Portubus, Havris, Ripariis, seu aliis Locis quibuscumque Partium Flandriæ; vel de eisdem exire: nec etiam in Portubus, Havris, Ripariis, seu aliis Locis quibuscumque Regni Angliæ, Calesii, & aliorum Locorum quorumcumque* Regi Angliæ *Subditorum: ad faciendum Guerram eidem Regno Angliæ vel dictæ Patriæ Flandriæ, nisi vi ventorum aut Tempestate Maris ibidem fuerint depulsi; quo Casu, quam primum Aura fuerit temperata, exire tenebuntur.*

ITEM, *quod, durantibus Securitatibus, & ut tanto firmius teneantur, Serenissimus Princeps,* Rex Angliæ, *nec aliquis Vassallorum sive Subditorum suorum, aut sibi vel Regno Confœderati, poterunt facere Guerram Patriæ Flandriæ, per Terram, neque per Mare, nec in eandem intrare cum Flota Navium, nec alias per Potentiam quamcumque, ad Nocendum vel Gravandum Patriam vel Subditos ejusdem:*

Et, simili modo Dominus Dux Burgundiæ, *Comes Flandriæ, nec Patria * Flandriæ, poterunt facere Guerram de Patria Flandriæ* * IX.
Regno Angliæ, vel Terris quas habent circa Mare, nec ibi intrare 772.
cum Multitudine Navium, nec aliter per Potentiam quovismodo, ad Nocendum dicto Regno nec Subditis ejusdem:

Et licet dictus Dominus Burgundiæ, *tanquam Comes Flandriæ, vel Nobiles ejusdem Patriæ, iret, vel irent, ad Servitium* Regis Francorum *faciendum debitum suum, sicut tenentur ratione Feodorum suorum, contra Anglicos, quod propter hoc præsens Securitas seu Tractatus non esset Fractus nec Violatus, nisi dictus* Dominus Dux Burgundiæ *& sua Patria Flandriæ haberent vel facerent Guerram Principaliter, & tanquam caput Guerræ, dicto* Regi Angliæ *& suis Subditis.*

Hujusmodique Sacramentis præstitis eis, & earum cuilibet, Bilnetas suas, Sigillo ipsius *Comitis* sigillatas, Dandum & Liberandum,

Ita semper quod idem *Comes* de hiis, quæ Nobis de hujusmodi Bilnetis pertinent, Nobis respondere teneatur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* decimo nono die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro Comite de Longueville.

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Ibid. m.* 35.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cum nuper, per Cartam nostram, Dederimus & Concesserimus, dilecto & fideli nostro, *Gastoni de Foix*, Comiti de Longueville & Capitali de Buch, totum Comitatum de Longueville, in quantum se extendit, cum omnibus Pertinentiis & Dependentiis suis,

HABENDUM & TENENDUM eidem *Gastoni*, & Hæredibus suis Masculis, de Corpore suo exeuntibus, sub certâ formâ, in Cartâ prædictâ specificatâ, prout in eâdem Cartâ nostrâ pleniùs continetur,

Nos,

Ut Donum & Concessio nostra hujusmodi clariora & appertiora præfato Comiti fiant & habeantur,

De Gratia nostra speciali Dedimus & Concessimus eidem Comiti totum Comitatum prædictum, ac omnia Terras, Tenementa, Redditus, & Possessiones qualcumque, cum Pertinentiis ad Comitatum prædictum pertinentibus seu spectantibus, una cum alta Justitia, media, & bassa, ac cum Arreragiis, quæ de eodem Comitatu, ac Terris, Tenementis, Redditibus, & Possessionibus, eidem Comitatui pertinentibus, debentur, si ad opus nostrum levata, collecta, & soluta non existant,

HABENDA & TENENDA eidem *Comiti*, & Hæredibus suis Masculis, de Corpore suo exeuntibus, juxta Vim, Formam, & Effectum Cartæ nostræ supradictæ, IMPERPETUUM.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* vicesimo die Junii.

Per ipsum Regem.

---

* IX. 773.

* *Pro Marescallo Bouciquaut, & Domina de la Roche.*

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Pat. Norm.* 7. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 36.

REX, per Literas suas Patentes, usque septimum Diem Augusti proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. *Tomnet de Bermayan*, in Regnum Regis Angliæ, usque Præsentiam Marescalli Bouciquaut Prisonarii Regis, transeundo, ibidem morando, & exinde ad propria redeundo, ac Res, Bona, & Hernesia sua quæcumque,

Proviso semper quòd ipse quicquam, &c. quodque ipse nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Maunt* vicesimo die Junii.

Per ipsum Regem.

Ibid.

REX, per Literas suas Patentes, usque Quintum Diem Julii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. Dominam *Pierettam de la Riviere*, Dominam de la Roche se dicentem, usque Præsentiam Regis, cum Sexaginta Personis, vel infra, in Comitiva sua, veniendo, ibidem morando, & exinde salvò & securè redeundo, ac Equos, Res, Bona, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quòd ipsi quicquam, &c. quodque ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege ut supra.

Per ipsum Regem.

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Ex Bibl. Cot. Tiberius B.* 6. *fol.* 64. *A.*

Pro Nuncio Papæ.

INvictissime Regum, Princeps, & Metuendissime Domine,

Accedit ad vestræ Celsitudinis Præsentiam, Dominus *Henricus Grenefels*, Apostolicæ Sedis Prothonotarius, *Archiepiscopi Maguntini & Ducis Bavariæ Comitis Palatini Reni* Consiliarius, Lator Præsentium, per Dominum nostrum *Summum Pontificem*

Pro Regina Siciliæ.

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Pat. Norm.* 7. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 35.

REX, Universis & singulis Castellanis, & eorum Loca tenentibus, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm *Regina Jerusalem & Siciliæ*, certis de causis, ipsam moventibus, quosdam de Gentibus suis usque Præsentiam nostram mittere proponat ut accepimus,

Nos,

Pro Securitate illorum, quos eadem Regina in hac parte mittet, prospicere volentes,

Suscepimus Unum Militem & unum Clericum de Gentibus præfatæ Reginæ (cujuscumque Status seu Conditionis fuerint) usque Præsentiam nostram prædictam, cum Viginti Personis in Comitiva sua, vel infra, Armatis, vel non Armatis, ac Equis, Bonis, Rebus, & Hernesiis suis quibuscumque, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & exinde salvò & securè redeundo;

* Proviso semper quòd ipsi quicquam, &c. quodque ipsi nullum Castrum, &c. * IX. 774.

In cujus, &c. usque Tricesimum Primum diem Julii proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Villam suam de Maunte* secundo die Julii.

Per ipsum Regem.

De eundo ad Præsentiam Consanguinei Franciæ.

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Pat. Norm.* 7. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 34.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industriâ, Reverendissimi in Christo Patris *Henrici Archiepiscopi Cantuariensis totius Angliæ Primatis & Apostolicæ Sedis Legati*, ac *Carissimi Consanguinei nostri Ricardi Comitis Warrwicæ*, necnon, dilectorum & fidelium nostrorum, *Guastonis de Foix Comitis de Longueville*, Magistri *Philippi Morgan Electi Wygorniæ Cancellarii nostri Normanniæ*, *Gilberti Umfraville* Chivaler, *Willielmi Porter* Chivaler, & Magistri *Johannis Stafford* Legum Doctoris, plenam gerentes fiduciam,

Ipsos Septem, Sex, Quinque, aut Quatuor eorumdem nostros Fecimus, Ordinavimus, & Deputavimus, ac Facimus, Ordinamus & Deputamus, certos & indubios Ambassiatores, Nuncios & Commissarios, speciales, per præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Septem, Sex, Quinque, aut Quatuor eorumdem, plenam Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, ad personaliter eundum ad Præsentiam Consanguinei nostri *Franciæ*,

Et ibidem cum dicto Consanguineo nostro, ejusve Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, seu Nunciis, plenam & sufficientem potestatem ab eodem habentibus,

De & super Pace Finali, ac omnibus & singulis Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis ab eadem,

Ac super omnibus & singulis, Quietem, Tranquillitatem, & Pacem utriusque Regnorum Franciæ & Angliæ concernentibus,

In Omnibus & singulis Locis, ac totiens quotiens eis Septem, Sex, Quinque, aut Quatuor eorumdem videbitur expedire, Communicandum & Tractandum,

Ac omnia & singula, pro Parte nostra, ad perpetuam rei memoriam, & Pacis perpetuæ firmitatem plenariam, finaliter Terminandum & Concludendum,

Necnon de & super omnibus & singulis Debatis, Contentionibus, Petitionibus, Quæstionibus, Demandis, Discordiis, & earum Materiis, cum suis Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis, inter *Nos* & *præfatum Consanguineum nostrum* qualitercumque pendentibus, habitis, sive motis, vel movendis,

Ac etiam de Die, quo *Nos*, & *Isabella* Consanguinea nostra Franciæ, ac Illustris Princeps *Johannes Dux Burgundiæ* Consanguineus noster, in Loco, aliàs ordinato & disposito, *Conveniemus*,

Necnon tam de quibuscumque Denariorum summis, nobis ratione Financiæ & Redemptionis *Johannis Olim Regis Franciæ* debitis & pertinentibus, quàm aliis Summis quibuscumque, quas prædictus *Consanguineus noster Franciæ*, per Se, seu ejus in hac parte Commissarii, seu Deputati Nomine suo, contra Nos se habere prætendit, seu prætendunt,

Respondendum, Communicandum, Tractandum, Componendum,

... , prout eis expedire videbitur, Prorogandum & Continuandum,

Et, generaliter, omnia alia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis & circa ea seu eorum aliquod necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si de se Mandatum exigant magis speciale,

Et promittimus, bonâ fide, & in Verbo Regio, ac sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, Firmum, ac Stabile perpetuò habituros totum & quicquid per dictos Commissarios, seu Deputatos nostros, Sex, Quinque, aut Quatuor eorumdem, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum, ita quòd nunquam per nos, vel alium Nomine nostro, Dicemus, faciemus, aut proponemus, in Judicio, vel extra, quicquam in contrarium.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* Quinto die Julii.

Per ipsum Regem.

De Tractando super Matrimonio, cum Katerina, Filia prædicti Consanguinei Franciæ, contrahendo.

Arm. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd nos,

De Fidelitate, Prudentia, Circumspectione, & Industria, Reverendissimi in Christo Patris, *Henrici*, *Archiepiscopi Cantuariensis*, totius Angliæ Primatis, & Apostolicæ Sedis Legati, ac carissimi Consanguinei nostri *Ricardi Comitis Warwicæ*, necnon, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Guastonis de Foix Comitis de Longueville*, Magistri *Philippi Morgan Wygorniæ* Electi Cancellarii nostri *Normanniæ*, *Gilberti Umfreville* Chivaler, *Willelmi Porter* Chivaler, & Magistri *Johannis Stafford* Legum Doctoris, plenariè confidentes,

Ad Tractandum & Communicandum, cum Consanguineo nostro *Franciæ*, suive Ambassiatoribus, Nunciis, seu Procuratoribus, Potestatem ab eodem Consanguineo nostro sufficientem in ea Parte habentibus, de & super Sponsalibus, aut Matrimonio, inter *Nos* & Inclitam Puellam Dominam *Katerinam* Filiam prædicti Consanguinei nostri contrahendis,

Necnon de Dote, Dotalitio, seu Donatione propter Nuptias, ac Arris, in hac parte Dandis & Constituendis, & eorum singulorum qualitate & quantitate,

Ac etiam de Terminis, Modis, & Locis Solutionum & Satisfactionum de eisdem,

Et quanto Tempore, Expensis Parentum & Amicorum, debeat Sustentari,

Necnon super Præmissis omnibus & singulis, ac quando & cujus Expensis & sub qua forma per Parentes & Amicos debeat transmitti, Conveniendum & Concordandum,

Et ea, quæ sic Tractata, Conventa, & Concordata fuerint, quatenus ad Nos attinet, omnimodâ Securitate, honestâ & legitimâ, Nomine nostro Firmandum,

Similemque Securitatem a prædicto Consanguineo nostro, seu ejus Ambassiatoribus, aut Procuratoribus prædictis, Nomine nostro, Petendum, Stipulandum, & Recipiendum,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint vel oportuna, & quæ qualitas hujusmodi Negotii & natura exigunt & requirunt, & quæ Nos faceremus seu facere possemus si personaliter ibidem præsentes essemus, etiam si Mandatum exigant quantumcumque speciale,

Prædictos, *Archiepiscopum*, *Comites*, *Philippum*, *Gilbertum*, *Willelmum*, & *Johannem*, Septem, Sex, Quinque, aut Quatuor eorum, nostros veros, legitimos, & indubitatos Procuratores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales, Facimus, Ordinamus, Creamus, & Constituimus per Præsentes,

* IX. 776. * Promittentes, in verbo Regio, nos Ratum & Gratum, perpetuis temporibus, habituros quicquid per Procuratores nostros prædictos, Septem, Sex, Quinque, aut Quatuor eorum, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum,

Ipsosque Procuratores & Nuncios nostros, & eorum quemli-

... Berry & de Touraine, & Conte de Poitou,

1419. An. 7. H. 5. Ex Bibl. Cot. Titerius B. 12 fol. 138. B.

Et *Johan*, *Duc de Bourgoigne*, *Conte de Flandres*, *d'Artois*, & *de Burgoigne*, *Palatin*, *Seigneur de Salins & de Malines*,

A Tous Ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Comme, a l'Occasion des grans Divisions, qui, depuis certaine Temps en ca, ont Regne en ce Royaume, aucunes Suspisions se seront engendres es cuers de Nous & de pluseurs noz Officiers, Servitours, & Vassaulx, les uns envers les autres,

Par quoy, & pour plusieurs Ymaginations, que a celle Cause avons conceues, Avons este Empechies de Concordament vacquer, & entendre aux grans Fais & Besoignes, touchans *Monsieur le Roy* & son dit Royaume, & de ensemble Resister a la dampnable Enterprinse de, ses Anciens Ennemis & les nostres, les Englois,

Qui, soubz Umbre & Par le Moyen des devandictes Divisions, se sont enhardis d'eulx ainsi avant vouier en ce dit Royaume, & de fait y ont *Conqueste*, & de present occupent & usurpent une bien grant Partie de la Seignourie, & purroient encore plus faire, les Choses estans en telle & semblable Disposition,

SAVOIR faisons que NOUS,

Considerans & Attendans les tres grans & innumerables Maulx & Inconveniens, qui par le fait des dites Divisions, se Appaisies n'estoint, les pourroient encor plus ensuir, a la tresgrant foule, & par aventure perdition totale de ceste dicte Seigneurie, qui Nous redondroit, & a chascun de Nous, a qui la Chose puet plus toucher apres Mon dit Seigneur que a nul Autre, a tresgrant Charge & Deshonnour,

Desirans de toute Affection, ainsi que toutes tenus y Sommes, y Remedier & Pourveour,

Et Pour ce, a ceste Fin, apres plusers Traictemens, sur ceulx Pourpales, Entre aucuns des nostres, d'une Parte & d'autre, Nous soyons de puis N'agueres & au Jourduy derechief Assemblez & Convenues ensemble,

AVONS, d'une Commun Accort & Assentement,

Pour Honnour & Reverence de Dieu Princepalment,

Aussi pour le bien de Paix, au quel ung chascun bon Catholique doit estre enclin,

Et pour Relever le pour Peuple des Grans & si dures Oppressions, que a la Cause avant dicte l'en a souffire,

PROMIIZ, & JURE, & en CONVENANCE, es Mains de, Reverend Pere en Dieu, *Alain Evesque de Leon*, Legat envoies devers Nous depar nostre *Saint Pere le Pape* pour le Fait de la dicte Union & Paix de ce dit Royaume, sur la vraye Croix & Sains Evaungiles de Dieu, pour ce Manuelment touchees de noz Mains, par la Foy & Serement de noz Corps, pour ce prestez l'Un a * l'autre, sur nostre Part de Paradis, en Parole de Prince, * IX. 777.
& autrement le plus avant que faire se puet, les Choses qui cy apres s'ensuit,

Et, PRIMIEREMENT, Nos *Johan Duc de Bourgoigne* que, toutes les Choses passez mises en oubly, tant comme Nous vivrons en ce Monde, Nous, apres la Personne de mon dit *Seigneur le Roy*, Honnourerons, Servirons, & de tout nostre Cuer & Pensee, plus & devant que nul autre, Cherirons & Amerons la Personne de mon dit *Seigneur le Daulphin*,

Et, comme a son Estat appartient, luy obeyrons,

Et ne ferons, ne ne soufferons estre fait, a nostre Povoir, nulle Chose qui soit a son Prejudice,

Et de toute nostre Povoir Luy Aiderons a garder & maintenir son Estat & Prerogatyves en toutes Manieres,

Et luy serrons tousjours vray & loyal Parent,

Son Bien & Honneur porterons,

Son Mal & Dommage escheverons par toutes voyes a Nous possibles, & d'icelluy le advertirons,

Et, s'il avenoit que auquns, de quelque Estat qu'ilz feussent, Lui vouldissent faire ou porter Guerre, ou autre Dommage, Nous, en ce Cas, le Secourrons, Aiderons, & Servirons, de toute nostre Puissance, envers tous & contre tous, & en ce Nous emplirons comme pour nostre propre fait.

Et, pareillement, Nous *Charles Daulphin* devant Nomme que, tant qu'il plaira a Dieu Nous donner Vie en Corps, & a quelque Estat, Seignourie, ou Puissance que puissons parvenir le Temps avenir, Nous, tout les Choses passees mises en oubly, amerons & de bonne & loyal Affection cherirons nostre Treschier & Tresame Cousin le *Duc de Bourgoigne* dessus Nomme,

Et

diz, & autres quelxeonques, qui Grever ou Dommagier le vouldroient.

Item, que Nous, *Charles Daulphin* & *Johan Duc de Bourgoigne*, entenderons & vacquerons deformais, par bonne Unite & Aliaunce, chascun selon son Estat, a tous les grans Fais de ce dit Royaume, sans vouloir Riens entreprendre, ne avoir aucune envie l'un sur l'autre.

Et, s'aucun Rapport Nous estoit fait, par aucun de noz Officers, ou autres, qui feust a la Charge de l'un ou de l'autre, & pour engendrer aucune nouvelle Division, Nous en advertirons, de bonne Foy, l'un l'autre, ne ny adjousterons aucune Foy,

Et, comme bons & loyaulx Parens & prochains de mon dit *Seigneur le Roy* & de la Couronne de France, Nous emploirons principalment, d'une mesme volente, sans Fiction aucune, a la Repulsion de ses diz Ennemiz & nostres, a la Reparation de ceste dicte Seigneurie, & au Relevemens dez Subgez d'icelle,

Ne ne prendrons avec les diz Enemiz aucun Traicte ou Aliance, se ce n'est par le bon Plaisir & Consentement l'un de l'autre, & pour l'evident Bien de ce dit Royaume.

Et aussi ne Prendrons aucuns Traictiez ou Aliances avec Roys, Princes, Communautez, ou autres Personnes quelxconques, soient de nostre Sang & de Linage, ou autres, qui feront ou puissent estre prejudicïables l'un a l'autre,

Et, que plus est, en tous Traicties & Aliances, que ferons d'ores en avant, y Comprendrons l'un l'autre de bonne Foy,

Et, s'aucuns Traicties ou Aliances avoient este fais, par avant ces presentes, avec les diz noz Ennemis, ou avec autres, prejudiciables a l'un ou a l'autre de Nous, desmaintenant y Renoncons, & les voulons estre dictez nulles & de nul Effect.

Et toutes ces Choses avons *Promis*, & *Promittons* comme dessus, tenir firmes & entieres, sans jamais aler ou venir en aucune Maniere ou contraire.

* IX. 778. * Et, s'aucuns de Nous, de sa Volente, autrement Rompoit ou Enfraingnoit (que Dieu ne vueille) le dit *Traictie* & ceste presente *Aliance*, Voulons, & Nous plaist, & a chascun de Nous, que les Gens, Vassaulx, Subgez, & Servitours, presens & a venir, de celui qui enfraindra la dicte *Paix*, ne feront tenus, apres la dicte Infraction, de le Servir, mais serviront l'autre des Parties.

Et, en ce Cas, feront Absoilz & Quietes de tous Seremens de Feaultez, & autres, & de toutes Promesses & Obligations de Services, & les quelx, ou dit Cause, desmaintenant, pour lors, Nous en Tenons Quietez, Absolez, & Delivres, sans ce que, pour le Temps avenir, y leur puisse estre impute a charge ou reproche, ne que aucune Chose leve ou puisse estre demandez.

Et, pour greigneur Seurte & Conservation, & a ce que ne doyons avoir aucune Ymagination sur les Officers & Serviteurs l'un de l'autre, avons voulu & ordene que noz plus Principaulx Officers & Serviteurs Jurent, & de fait, en nostre Presence, es Mains du dit *Evesque de Leon*, ont Jure, tenir de leur Part, & en tant que eulx poutra touchier, les choses devant dictes;

Et especialment que, de tout leur Povoir, ilz nous entretendront en bonne & vraye Unite & Amour l'un envers l'autre, ne ne feront ou procurreront Chose qui ce doyt Empeschier; mais, se aucuns Empeschemons y appertenoient, Nous advertiront: & de ce, & de toutes les Choses devant dictes, feront leur Loyal Devoir, & en bailleront leur Seelle,

Et mesmement ont ce *Jure* & *Promis* sur les Evangiles de Dieu, de la Part de *Nous Daulphin*,

Nos amez & feaulx,
Messire *Jaques de Bourbon Sire de Thury*,
Maister *Robert le Neaton nostre Chanceler*,
Le Viconte de Narbonne,
Le Sire Barbazan,
Le Sire d'Arpason,
Le Sire du Bostage,
Le Sire de Beaunol,
Le Sire de Montenay,
Le Sire de Gamaches,
Messire *Tanguy de Chastel*,
Messire *Johan Louvet President de Province*,
Guillem d'Auaugour,
Huguet de Voyers,
Johan du Mesnil,
Pierre Fratier,
Guitard de Bosredont,
Et *Colart de la Bingne*,

Et de la Part de *Nous Duc de Bourgoigne*,

Philippe Manier dit Jossequin,
Et Maistre *Nicholas Raoulin*.

Et outre, pour plus Grant Seurte des Choses dessus dictes, Voulons & Consentons que les Seigneurs du Sang & Lignage de mon dit Seigneur Jurent & Promettent pareillement de Tenir & Garder ceste presente Amitie, Bienvueillance, Union, & Concord, ainsi par entre nous faicte:

Et semblablement les Gens d'Esglise, Nobles, & Gens de Bonnes Villes de noz Pais & Seigneuries, & de mon dit *Seigneur le Roy*.

Et, avec ce, Nous soubmettons, & chascun de Nous, pour les Servation & Acomplissement des Choses dessus dictes, a la Cohertion & Contrainte de nostre *Mere Saincte Eglise*, de nostre Saint *Pere le Pape*, & de ses Commis & Deputes,

Par les quelx Nous Voulons & Consentons estre contrains, & chascun de Nous, en Droit Soy, a Observer & Acompler les Choses dessus dictes, & chascune d'icelles, par voye d'Excommeniement, Anathematizations, Aggravations, Reaggravations, Interdict en nos Pais & Terres, & autrement, par la Censure de l'Eglise, le plus avant que faire ce pourra.

En Tesmoing des quelles Choses Nous, & chascune de Nous, avons * escript noz Noms, de noz propres Mains, a ces Presentes, & a icelles fait mettre & apposer noz Sealx. * IX. 779.

Donne, *au Lieu de nostre Convention & Assemble sur le Ponteau*, que est a une Lieu de Meleun, ou droit Chemin de Paris, assez prez de Poille le Fort, le Mardi xi. Jour de Juillet, l'An de Grace Mille, Quatrecens, & Dixneuf.

Signee,

Charles, *par Monsieur le Daulphin.*
J. Campion.

Item,
Johan, *par Monsieur le Duc.*
J. Signinat.

De Fide Francorum in Tractando, & de Alligantia Delphini & Ducis Burgundiæ prænotata.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ex Bibl. Cott. Caligula D. 5.

lowly as y can or may.
And lyke it You for to wete th

blessed be God, and han been many Tymes and ofte with the

that Souverain Lord hath be his Toun
of hopyng full
if th Promesse hadde be perfourmed on the said Frensh Partie;

Which Promesse was that our Souverain
Hymn, and to his Heirs, all that That was contened in the *Greet Pees*, between Kyng *E.* and Kyng *John of France*, the Duchie of Normandie hool, and all That that the Kynge hadde goten on the Frensh Ground, to Holde all thise Things of God only, and nat of noon Erthly Creature.

And, whanne it was broughte to the Point for to have ben Engrossed, and fullyth to be maad an Ende of, The saide Frensh Partie hath comen with diverses Demandes and Questions, in Lettyng and Taryyng of that Matere, so ferforthe that, now at this Tyme, it is nat knowen whethir we shall have Werre or Pees.

But, withynne six Dayes after the Date of this Lettre, y suppose that ther wole be redy Word of Pees or of Werre; Whethir that it be as soone, as that Tyme cometh, y shall certifie You in all haste.

Moreover (*Worshipful Master*) duryng al this Tyme of Convention betwene our *Souvereyn Lord* and the *Frensh Partie*, *the Daulphin* and the *Duc of Burgoine* han had here Place of *Convention* and *Metyng* togeder beside Parys; and thaire Counseil han laboured on other Partie, that they have sette hem Tweyne in Reste and in Accorde; and Proclamed in Parys, that noon an so hardy to make noon Querel on eynes other, because of the Name of Burgoignon or Armaignac, *vel e Converso*.

For which Accord, it is y supposed in the Kynges Host rather Werre than Pees.

Tydyngges as yit, *Worshipful Maister*, y can Write You no mo;

nem Rykeryng,

780. Ambassiatores pro parte Angliæ, ex parte unâ,

Ac, Nobilem, & Circumspectos Viros, Dominum *Jacobum Dominum de Capella* Militem, Magistros, *Simonem de Fourmellos* Legum Doctorem, *Theodoricum Gherbode*, *Livinum de Huffle*, *Balduinum de le Poele*, *Ancelmum Boucelgier*, & *Petrum Bye*,

Commissarios pro parte Flandriæ, parte ex altera,

Pro Reparatione & Reformatione Attemptatorum & Dampnorum, tam per Mare, quàm per Terram, hinc inde factorum & illatorum, contra formam Sufferentiarum, Securitatum, & Provisionum jamdudum tractatarum, adinvicem & concordatarum, super communi Cursu Mercandisarum inter Angliam & Flandriam, nuperque in Festo Paschæ proximò elapso finitarum & expiratarum, necnon pro dictarum Sufferentiarum, Securitatum, & Provisionum Prorogatione, aut rursus seu iterum, & de novo earundem Resumptione & Renovatione, specialiter destinatos,

Testatur quod,

Cùm præsens Tractatus jampridem solenniter, & alias, ut decebat per præfatos Ambassiatores & Commissarios inchoatus, & per aliquot Dies, Locis & Temporibus ad hoc communiter captatis, super Præmissis tentus & continuatus,

Propter arduitatem & difficultatem receptionis seu admissionis quorundam Articulorum, per præfatos Ambassiatores pro parte Angliæ de novo exhibitorum,

Quos ipsi Ambassiatores pro uberiori concordiâ Partium prædictarum, ut dicebant, infra cæteros Articulos prædictarum Sufferentiarum, Securitatum, & Provisionum inseri, addi, & contineri desiderabant,

Et de quibus novis Articulis, sicut præmittitur, recipiendis, addendis & admittendis, prædicti Commissarii pro parte Flandriæ, propter ipsorum Articulorum magnitudinem, Vires Commissionis seu Potestatis ipsorum Commissariorum excedentem, se excusabant,

Perfici & adimpleri, seu ad finem optatum perduci non possit, de præsenti,

Inter præfatos Ambassiatores & Commissarios de ipsorum communi consensu & assensu, virtute Potestatis eis per Dominos suos utriusque Partis attributæ, extitit & est Appunctuatum & Concordatum in modum qui sequitur,

Primo (viz.) quod, propter difficultatem & arduitatem prædictas, præsens Negotium, sive præsens Tractatus, ejusque totus Processus, cum suis dependentiis & connexis, continuabitur, & de præsenti continuatur, à Die Datæ Præsentis Appunctuamenti inantea, usque ad Festum Omnium Sanctorum proximò jam futurum, ad hunc finem; viz.

Quod, tempore interim pendente, tam Excellentissimus Princeps Dominus *Rex Angliæ* per præfatos suos Ambassiatores, aut eorum Nuncium vel Nuncios, quàm etiam Illustris Princeps Dominus *Dux Burgundiæ*, Comes Flandriæ, per prædictos suos Commissarios, aut eorum Nuncium vel Nuncios, super dictis novis Articulis, admittendis, vel non admittendis, adiri possit & consuli, valeantque ipsorum Dominorum voluntates, Quintâ decimâ Die Mensis Octobris proximò jam sequente, super hoc, in dictâ Villâ Calesii, reportari, ad finem procedendi in & super eisdem secundum Voluntatem seu dispositionem concordem Dominorum antedictorum.

Item,

Ut Dampnis, Periculis, & Incommodis, interim & in ulterius tempus occurratur, quæ occasione Guerrarum emergunt, tam in corporibus, quàm in rebus, & ut mutua Commerciorum vicissitudo inter Angliam & Flandriam, abolim exercitata, non omnino quiescat & depereat, sed resuscitata potius magis magisque vigeat & crescat, usque cæteræ Personæ, in Sufferentiis, Securitatibus, & Provisionibus antedictis comprehensæ, de præsenti Tractatu & Congregatione fructum suis temporibus reportent,

Appunctuatum & Concordatum est quod Sufferentiæ, Securitates, & Provisiones, jamdudum inter Partes prædictas super Communi cursu Merchandisarum, Transitu Clericorum & Peregrinorum, ac Negotiatione Piscatorum factæ, initæ, & concordatæ, ac sæpius prorogatæ, & quæ in Festo Paschæ ultimò elapso finierunt & expiraverunt, quasque pro hic expressis & repetitis habere volumus, rursus ac iterum, & de novo resuscitentur, renoventur, & resumantur; quæ etiam in præsenti Tractatu, & per præsens Appunctuamentum resuscitantur, renovantur, & resumuntur sub eisdem, seu consimilibus, Modo, Forma, ac Conditionibus, prout in eisdem latius continetur; ...

bassiatores & Commissarii, quos ab utriusque dictarum Partium Dominis ad hoc assumi & destinari continget, simul conveniant in dictâ Villâ Calesii, fideliter afferentes & referentes omnia & singula Documenta & Munimenta, quæ in & super Reformatione & Reparatione omnium & singulorum hinc inde Attemptatorum, & præsertim de & super Determinatione Restitutionis Bonorum quorundam Mercatorum, Regni Angliæ, & Partium Hyberniæ, dudum in Scluse Arrestatorum, ad Valorem decem Milium Librarum, ut dicitur, & eorum quolibet, ipsorum & Partium querelantium sollertiis mediantibus, perquiri continget & haberi:

Et quòd circa expeditionem & determinationem finales dictarum Querelarum, de & super Præmissis traditarum & tradendarum, & Processuum eorundem, quantum possibile erit, secundum Casuum exigentias, continuò intendent & vacabunt,

Et primò & ante omnia circa Determinationem Arresti supradictorum Bonorum, dudum ut præfertur facti in Scluse, necnon aliarum Causarum, Negotiorum, & Querelarum, quæ per Sententias, vel Transactiones, seu Appunctuamenta, vel alia Liquida fore constiterit,

Et de hiis omnibus & singulis debitum & effectuale facient Justitiæ in omnibus complementum; suas Sententias, Ordinationes, seu Appunctuamenta quævis, ut Querelantes dampnificati Bonorum ab eis ablatorum, seu aliàs injuste detentorum, Restitutionem seu Satisfactionem consequantur, executioni debitæ demandando, prout decebit, absque ulteriori Dilatione frustratoriâ quacumque,

Prout in quodam Appunctuamento, Die Duodecimo Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Sextodecimo, Calesii per Ambassiatores utriusque Partium prædictarum, adtunc ibidem personaliter existentes, facto, pleniùs continetur.

Item, quòd omnes & singuli, qui Querelas suas & Petitiones, super Attemptatis, Ablatis, aut injustè Detentis, aliàs tradiderunt, per se, aut suos in hac parte Deputatos, poterunt, & eis licebit, dictas Querelas & Petitiones, dicto Quintodecimo Die Mensis Octobris, & aliis Diebus tunc sequentibus, mutare, & emendare, seu reformare, prout eis videbitur expedire:

Omnesque alii & singuli Dampnificati utriusque Partis, conqueri & agere volentes, poterunt etiam pro tunc suas Petitiones proponere, ac Munimenta, Probationes, & Evidentias quascumque exhibere pro consecutione Restitutionis Dampnorum, eis illatorum, ac Justitiæ complemento.

Item, est Appunctuatum & Concordatum quòd, in dictâ primâ futurâ Congregatione, Ambassiatores & Commissarii utriusque Partis, quos ad hoc assumi & destinari contingat, de & super ulteriori Prorogatione prædictarum Sufferentiarum, & Securitatum, & aliarum, quas utiles putaverint, tractabunt (si prædictis Dominis, *Regi Angliæ* & *Duci Burgundiæ*, adtunc placuerit) & super hiis concordare & concludere poterunt, ad Terminum, seu Terminos, de quo, seu de quibus, eis adtunc videbitur expedire:

Et quòd dicti Ambassiatores & Commissarii, seu alii loco ipsorum deputandi, Voluntates & Deliberationes dictorum Dominorum suorum, super omnibus & singulis Præmissis, secum tenebuntur * reportare, dicto Quintodecimo Die Mensis Octobris, * IX.
ad Procedendum, Firmandum, Determinandum, & finaliter 781.
Concludendum, super omnibus & singulis Reparationibus, Sufferentiis, Provisionibus, & Securitatibus antedictis, prout meliùs & utiliùs, pro Cursu & communi Utilitate Mercandisarum prædictarum, expedire videbitur; in omnibus & singulis semper fraude, dolo, & malo ingenio exclusis:

Proviso semper quòd, vigore & prætextu Continuationis, Resumptionis, seu Renovationis prædictarum, Excellentissimus Dominus *Rex Angliæ* antedictus nullatenus astringatur, quin sibi liceat, Præmissis non obstantibus, ab eisdem, si Magestati Regiæ placuerit, resilire & divertere; ita tamen quòd, ex parte ejusdem Regiæ Magestatis, per unum Mensem, ante Ingressum alicujus Guerræ Exercendæ contra Flandrenses, fiat Præmunitio hujusmodi Discessûs sive Divertentiæ Capitaneo de Gravelinghez, aut ejus Locumtenenti cuicumque:

Proviso etiam, consimiliter, quòd, vigore & prætextu Continuationis, Resumptionis, seu Renovationis, prædictarum, Illustris Dominus *Dux Burgundiæ*, *Comes Flandriæ prælibatus*, nullatenus astringatur, quin sibi liceat, Præmissis non obstantibus, ab eisdem, si sibi placuerit, resilire & divertere; ita tamen quòd, ex parte ipsius *Domini Ducis*, per unum Mensem, ante In-

1419. ...itia, &c, Dilectis & Fidelibus suis, *Guasconi de Foix Comiti*
An. 7. *de Longueville*, Magistro *Johanni Kempe* Roffensi Electo Custo-
H. 5. di Privati Sigilli nostri, *Gilberto Umfraville* Chivaler, *Willielmo*
Pat. *Porter* Chivaler, & Magistro *Johanni Stafford* Legum Doctori,
Norm. 7. Salutem.
H. 5. *p.* 1. Cùm jampridem, inter nostros Commissarios & Deputatos,
m. 33. ac Ambassiatores & Nuncios Consanguinei nostri Franciæ, certæ fuerint Treugæ initæ & firmatæ, usque ad Vicesimum Nonum Diem instantis Mensis Julii proximò futurum tantummodo duraturæ,

Et aliqua Negotia, inter *Nos* & præfatum Consanguineum nostrum pertractanda interim, occurrunt, quæ citra prædictum vicesimum nonum diem non poterunt, ut creditur, verisimiliter terminari,

Idcirco,

Ad Prorogandum Treugas prædictas, in Tenore & Formâ quibus jam factæ & firmatæ sunt, cum omnibus suis Clausulis, prout vobis Sex, Quinque, vel Quatuor vestrûm, visum fuerit opportunum,

Ac præfatas Treugas, & earum Prorogationem, si vobis expedire videbitur, Proclamari faciendum,

Ac Confirmationem Prorogationis hujusmodi, per nos fiendam, nomine nostro Promittendum,

Cæteraque omnia & singula, in Præmissis vel circa ea oportuna vel necessaria, Excercendi, Faciendi, & Expediendi,

Vobis Sex, Quinque, vel Quatuor vestrûm, Tenore Præsentium, speciale Mandatum ac plenam & liberam Concedimus facultatem,

Promittimus insuper, bonâ fide & in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid Vos Sex, Quinque, vel Quatuor vestrûm feceritis in Præmissis,

Et, si Treugas prædictas per Vos, ut præmittitur, Prorogari contingat, Treugas ipsas, sic Prorogatas, per Literas nostras Confirmabimus, Servabimus, & servari faciemus, perinde ac si per Nos fuissent in propriâ Personâ Prorogatæ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* xix die Julii.

Per ipsum Regem.

• IX. 783. * *Extractus Literarum Alligantiæ, factæ inter Delphinum & Ducem Burgundiæ.*

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Ex Bibl. Cot. Tiberius B.* 12. *Fol.* 138. *B.*

K*Arolus*, Dei Gratiâ, *Francorum Rex*, universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Notum facimus quòd Nos, de Registeriis Parliamenti Curiæ, extrahi fecimus quasdam Literas, in eadem Curia, Die Vicesima Julii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo Nono, Lectas & Publicatas,

Quarum Tenor talis est,

Charles, Filz du Roy de France, Daulphyn de Viennoiz, Duc de Beroy, & de Touraine, & Conte de Poitou, & *Johan Duc de Burgoigne*, Conte de Flandres, d'Artois, & de Burgoigne, Palatin, Seigneur de Salins & de Malines, a tous ceulx, qui ces Presentes Lettres verront, Salut.

Come, a l'Occasion des Grans Divisions, *&c. prout supra in Literis Alligantiarum Dat.* 11. *Die Jul.*

In cujus Extractûs Testimonium Præsentibus Literis nostrum jussimus apponi Sigillum.

Dat. Extractus hujusmodi *Parisius* in Parliamento nostro Vicesima Die Julii Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Vicesimo, & Regni nostri Quadragesimo.

Pro Consiliariis Regis Franciæ.

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Pat. Norm.* 7. *H* 5. *p.* 1. *m.* 32.

REX, per Literas suas Patentes, usque vicesimum nonum diem Julii proximò futurum inclusivè duraturas, suscepit in salvum, &c. *Reginaldum Pot* Militem, *Anthonium Thoulinjon* Militem, Magistrum *Henricum Goedbals* Decanum du Liege, & Magistrum *Guidonem Gelnuer*, Consiliarios Consanguinei nostri Franciæ, usque & in Villam Regis de Mante, cum Quinquaginta Personis in Comitiva sua, vel infra, & totidem Equis, Armatis vel non Armatis, Equestrè vel Pedestrè, tam per Diem, quàm per Noctem, totiens quotiens sibi placuerit, durante præsenti salvo Conductu Regis, unà cum Auro, Argento, Manticis, Jocalibus, & aliis Bonis suis quibuscumque, Insimul vel per Partes,

T... *vereign Seigneur*, 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Pell.*

Treshumblement Nous Recomandons a vostre Royal Mageste.

A laquelle Pleyse savoir que hun nostre Balener Arme a pris hun Clerc & Escrivein *du Roy de Castele*, & de sa armee, qui a empris a fere contre Vous & contre touz les Vostres.

Ovecque lequel Clerc avons troube le Ordenance de le dicte Armee, c'estassavoir, Que le *dit Roy de Castele* Arme xl. Nefs, & a Mande az Geans d'icelles que a *my tout debot* a Bele Ysle,

Et illuecques demourent Diz Jours, & Recevent dedanz lez Geans qui vostre Adversaire *de France* & *le Daufin* leur remetra; e de illuecque ensore fassent Guerre Mortal.

Et s'en alent en Escossi, & illuecques recevent dedens leur Nefs tous lez * Geans d'Armes, qui dedans voudront Entrer & alent en France contre Vous. • IX. 784.

Et ne fassent Guerre ni Domage a le Terre du *Duc de Borgoigne*, pour Mandament que vostre *Adversaire* ni *le Daufin* leur fassent.

Et, en otre, sumez Avisez & Enformez plenement que le *dit Roy de Castele* est en Prepous de mettre le Siege en ceste vostre Citee: Et a Ordene de a taler & mettre a fut lez Heritages & tout le Paiis adjacent; & sur le tout Vous Pleyse avoir bon Aviz & Conseil:

Et Nous remetoms devers vostre Lieutenant & Conseil d'Angleterre lez Escriptures & Ordenances du *dit Roy de Castele*, touchantes le surdicte Armee & Guerre, aussi que yls Vous avisent & fasent aucune bone Provision contre le dicte Armee & Emprise.

Ni Vous ausoms Escrire plus largemant, doubtant que par voz Enemiz nostre Present Lettre soit Prise: ni Seeller de nostre Grant Seel, come avoms Acostume; mais d'une nostre Previ Seel, a fin que nostre Present Lettre soit Portee plus Segretemant.

Et de voz Estaz & Sainte (Lezquels Pleyse a Dieux que soient vons) Pleyse a vostre dicte Royal Majeste Nous Certifier, le quele Dieux, pour sa Marci, Mantinge en tresbone Prosperite.

Escriptes en vostre Citee de Baione le xxii. Jour de Juillet.

Les touz vostres tresbumblez Ligez & Foyalx Subgiz,

Mere, *Eschevins*, *Jurez*, *Cent Pars*, *& Communite* de vostre *Citee de Baione.*

De Proclamatione Intercursus Flandriæ.

REX, Vicecomitibus Londoniæ, Salutem. Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Claus.* 7. *H.* 5. *m.* 11. *in d.*

Cùm, inter Ambassiatores nostros pro Parte nostra Angliæ, & Commissarios pro Parte Flandriæ, quartodecimo die Julii ultimò præterito, Appunctuatum sit & Concordatum quòd Sufferentiæ, Securitates, & Provisiones,

Jamdudum inter Partes prædictas, super Communi Cursu Mercandisarum, Transitu Clericorum & Peregrinorum, ac Negotiatione Piscatorum, factæ, initæ, & concordatæ, ac sæpius Prorogatæ, & quæ in *Festo Paschæ* ultimò elapso finierunt & expiraverunt, quasque iidem Ambassiatores & Commissarii pro hic expressis & repetitis habere volunt,

Rursus, ac iterum, & de novo Resuscitentur, Renoventur, & Resumantur,

Quæ etiam in eorum Tractatu, & per prædictum Appunctuamentum, Resuscitantur, Renovantur, & Resumuntur, sub eisdem, seu consimilibus, Modo, Formâ, & Tenore, quibus Initæ, factæ, prorogatæ, & observatæ fuerunt, aut saltem observari debuerunt, valituræ & duraturæ, in Consimili Virtute, Robore, & Vigore, quibus ante dictum *Festum Paschæ* Valuerunt & Viguerunt, de hinc seu a dicto Quartodecimo Die Julii usque ad Festum Omnium Sanctorum proximò jam futurum, non obstante quòd Guerræ inter Regna Franciæ & Angliæ vigeant de præsenti.

Et, quia Appunctuamentum & Concordiam prædicta ad Notitiam omnium & singulorum Ligeorum nostrorum, quorum interest, festinanter deduci volumus, Vobis Præcipimus, firmiter Injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, dicta Appunctuamentum & Concordiam in singulis Locis Civitatis prædictæ, & Suburbiorum ejusdem, ubi expediens fuerit & necesse, publicè Proclamari, & ea, sic Proclamata, juxta vim, formam, & effectum eorumdem, firmiter & inviolabiliter observari & teneri faciatis, nisi interim aliter duxerimus ordinandum;

Et hoc nullatenus omittatis.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ*, Custode Angliæ, apud *Westm.* vicesimo octavo die Julii.

Per Concilium.

Con-

1419. [illegible] Salutem.
An. 7. Ex parte vestra Nobis est humiliter supplicatum ut,
H. 5. Cùm Ecclesia vestra prædicta, per Mortem, bonæ memoriæ,
Pat. *Johannis, ultimi Episcopi* Loci illius, Pastoris sit solatio destituta,
Norm. 7. Alium Vobis Eligendi, in Episcopum & Pastorem ejusdem
H. 5. p. Loci, Licentiam concedere dignaremur,
1. m. 30. Nos (Precibus vestris in hac parte favorabiliter inclinati) Licentiam illam vobis, Tenore Præsentium, duximus Concedendam,

Mandantes quod talem vobis eligatis in Episcopum & Pastorem, qui Deo Devotus, Ecclesiæ vestræ prædictæ Necessarius, Nobisque & Regnis nostris Utilis & Fidelis existat.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Mante* primo die Augusti.

Per ipsum Regem.

Pro Gentibus Franciæ ad Regem destinatis.

Ann. D. REX, universis & singulis Capitaneis, Castellanis, & eorum
1419. Loca tenentibus, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, &
An. 7. Subditis nostris, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.
H. 5. Sciatis quod,
Ibid. Cùm Consanguineus noster Franciæ, ob Bonum Pacis & U-
m. 29. nionis inter Franciæ & Angliæ Regna nostra, quosdam de Gentibus suis usque Præsentiam nostram mittere proponat, prout ex suarum serie Literarum, nobis jam tardè transmissarum, accepimus evidenter,

Nos,

Qui ad Pacem inter Regna prædicta firmandam semper fuimus & sumus totis viribus inclinati, & ut omnibus, bonæ voluntatis, pateat manifestè quod in nobis non est nec erit, Deo Duce, quin inter eadem Regna Pax bona, firma, & perpetua habeatur,

Suscepimus Duas Personas (cujuscumque Status, Auctoritatis, seu Conditionis fuerint) quas prædictus Consanguineus noster usque Præsentiam nostram mittere voluerit, pro veniendo usque & in Villam nostram de *Pontoyse*, cum Quadraginta Personis in Comitiva sua, vel infra, Armatis vel non Armatis, ac Quadraginta Equis vel infra, & Bonis suis quibuscumque, ibidem morando, & exinde ad Propria redeundo, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales;

Et ideò Vobis Mandamus quod illas Duas Personas, *&c. ut supra usque ibi*, ac Quadraginta Equis, vel infra, & Bonis suis quibuscumque, veniendo, ibidem morando, & exinde ad propria, ut prædictum est, redeundo manuteneatis, &c.

Proviso semper quod ipsi erga Nos & Populum nostrum benè & honestè se gerant & habeant,

Et quicquam, quod in nostri Contemptum vel Præjudicium aliqualiter cedere valeat, non attemptent, nec faciant aliqualiter attemptari,

Et quod ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c. usque in Quartumdecimum Diem Augusti proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Villam suam de Pontisara* Sexto Die Augusti.

Per ipsum Regem.

• IX. 786. * *De Tractando cum Duce Montensi.*

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1419. Sciatis quod nos,
An. 7. De Fidelitate, Circumspectione, & Industria, dilecti Clerici
H. 5. nostri, Magistri *Johannis Stokes* Legum Doctoris plenariè confi-
Pat. dentes,
Norm. 7. Ad Transfretandum Se penes Præsentiam Illustris Principis *Du-*
H. 5. p. 1. *cis Montensis* Consanguinei nostri carissimi,
m. 27. Ac ad Tractandum, Communicandum, Componendum, & finaliter Concludendum, pro Nobis & Nomine nostro, cum præfato Consanguineo nostro, seu ejus in hac parte Commissariis, Procuratoribus, sive Deputatis, plenam & sufficientem Potesta-

[illegible] nostrum Actum, Gestum, Procuratum, seu Conclusum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Pontoise* duodecimo die Augusti.

Per ipsum Regem

Sequuntur Articuli continentes Modum & Ordinem observatum a Rege in prosequendo Jura sua Hereditaria, Coronam (videlicet) & Regnum Franciæ.

IN Primis, Licet eidem Regi competierit, & competat de præ- Ann. D.
senti, JUS CLARUM & INDUBITATUM AD CORO- 1419.
NAM ET REGNUM FRANCIÆ, cum eorum Juribus & A. 7.
Pertinentiis Universis, H. 5.
Nichilominus, Ex Bibl.
Piè considerans Stragem assiduam Christi Fidelium, & Innu- Cot. Ti-
merabilia Mala, quæ de Guerris, ab, inclitæ Memoriæ, Proge- berius
nitoribus suis, Occasione Detentionis injustæ Jurium Præmisso- B 12 fol.
rum, illatis, hactenus provenerunt, 75. A. &
Volensque, quantum absque suorum Neglectu Jurium possibile B.
sibi foret, providere nè, Occasione prædicta, similia contingerent in Futurum,

Illico, postquam Regalis Fastigii susceperat Diadema, Cepit cum *Adversario suo prædicto*, Ambassiatorum & Nunciorum Interventu Solicito, super præfatis Juribus suis habere Tractatum.

In quo tandem, desideratæ Pacis Amore, offerebat se velle contentari Parte Jurium suorum satis modicâ, Illâ (videlicet) quæ, inclitæ Memoriæ, *Edwardo Regi* Proavo suo, per Tractatum Pacis finalis, inter eum & *Johannem*, tunc Adversarium suum Franciæ, ac *Karolum Primogenitum ejus*, habitum, scriptum, ju-
ratum, & utriusque * Partium ac Primogenitorum suorum sigil- • IX.
lorum Appensione munitum, debuit remansisse. 787.

Verùm, quia Oblationis Regiæ Amplitudo adversæ Partis Affectum ab Injuriæ conceptæ Pertinacia non valuit emolire, dictus *Rex*, alio quolibet Juris adminiculo destitutus, induit vim Armatam, Regnum suum Franciæ personaliter ingrediens pro recuperandis suis Juribus antedictis; ubi, subacta mox Villâ sua de Harflewe, dum abinde versus Angliam Iter arripuisset, Unitam adversus eum Potentium Hostium vim, quemadmodum, Cœlestis Auxilii Dexterâ favente, devicerit, supervacuum creditur descripti Recitatione proferre.

Contritis itaque sic, ut præfertur, suorum Hostium viribus, Rex, in Crastino Belli commissi, à *Ducibus Aurelianensi & Burbonensi* (quos Eventus Belli suæ Potestati commisit) exoratus quatinus, arridentis sibi Fortunæ non Inspecto Favore, Paci cum Consanguineo suo Franciæ perpetrandæ se nichilominus inclinaret, tale mox præbuit Responsum; quod ab eo Tempore, quo primùm, super Juribus suis prædictis, Adversario suo Franciæ Quæstionem movit, nusquam proniorem gessit Paci tractandæ voluntatem.

Ad quam Operis Exhibitionem monstrandum iidem Duces, de ipsius Regis Assensu, mox Adversario transmiserunt quendam Heraldum de suis, Nomine *Montroee*, ad Effectum ut, si foret adversæ Partis Intentio, illicò tractandæ Paci vacaretur.

Cœterùm, quia de adversæ Partis Intentione promptum Responsum non occurrebat, rursum, annuente Rege, *Dominus de Gaucourt* Adversario mittebatur, præfato Rege à concepto Pacis Affectu Animum nullatenus divertente.

Deinde, præfato Rege in Angliæ Fines reverso, Excellentissimus Princeps, *Sigismundus* Rex Romanorum,

Non sine visceribus Compassionis, considerans, ab Exempli Novitate, quàm innumeris Malis Originem ministraret & Fomentum vesana Guerrarum Rabies inter Franciæ & Angliæ Regna, si non hujsdem oportunæ Provisionis occurretur Auxilius,

IN PRIMIS declinavit in Franciam, & abinde consequenter in Angliam desideratæ Pacis Amore.

Quo pari Pacis Affectu, non longè post, adventaverat, Illustris Princeps, *Dux Willielmus Bavariæ*, Comes Hanoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ, ad optatæ Pacis Negotium Modis omnibus promovendum.

Sub quorum Præsentia Ambassiatoribus Partis adversæ obtulit Rex prædictus Se, Pacis & dictorum Principum Contemplatio-

R ne,

nissent (prout in Articulis antedictis plenius est expressum) *Pars Adversa*, suorum oblita Promissorum, id facere recusavit in totalem Subversionem Laborum dictorum Mediatorum.

Post Hæc, Considerans *Rex supradictus* tantorum Principum operosam solicitudinem & suam simul illusas, nil aliud sibi superesse prospexit quàm ad Armatæ Manûs Auxilium denuò convolare.

Quamobrem se convertit in Ducatum suum Normaniæ, Partem sui Juris antedicti,

Cujus Ducatûs notabili Parte per ipsum Regem obtentâ, obtulit tunc demum *Pars adversa* se cum ipso Rege Pacis inituram Tractatum, Rege mox annuente.

In quo reverà Tractatu in aliud Pacis Medium nolebat *Pars adversa* declinare, nisi quod Rex prædictus, dimissis Adversario suo prædicto omnibus in Ducatu Normanniæ conquæsitis, contentaretur Cœteris Terris ab ipsâ Parte sibi oblatis; quas teneret ab Adversario prædicto, tanquam Domino suo Ligeo & Supre-
• IX. 788. mo; Cùm tamen, per ipsum • Regem, adversæ Parti sæpe fuisset expositum quod nil eorum dimitteret, quæ de Juribus suis prædictis, Auxilii cœlestis Favore, ad suæ Serenitatis Manus contingeret pervenire.

Quamobrem, Negantibus dictis Rege & Ambassiatoribus in desideratam venire Concordiam, iidem Ambassiatores ab ipso Rege finaliter petierunt quod, si, post Reditum eorum ad Dominum suum Supremum, suæ Celsitudini complaceret optatæ Pacis Tractatui Ulterius immorari, liceret Ambassiatoribus suis, eâ de Causâ transmittendis, declinare ad Munitionem aliquam versum Locum habendi Tractatûs, & illic tutè manere dum pro Literis salvi Conductûs præfati Regis mitteretur; Promittentes quod, si ea foret Intentio eorum Domini Supremi, quod dictæ Pacis Tractatui ulterius vacaretur, Præfatus Rex de hoc ipso debitè certioretur infra Mensem ex tunc proximò secuturum: quorum Petitioni Rex duxerat annuendum, quem tamen, nec infra prædictum Mensem, nec in præsens, curavit pars adversa super hoc certificare: Quæ Res satis Innuebat Adversarium antedictum tunc Renuere cum ipso Rege ultra de Pace tractare.

Nichilominus tamen,

Cùm, de Mandato, Sanctissimi in Christo Patris & Domini, Domini *Martini*, Divinâ Providentiâ, *Papæ Moderni*, Reverendissimus in Christo Pater, *Cardinalis de Ursinis*, ad dictum Regem Pacis Legatione fungeretur,

Idem Rex, ipsius Legati suasionibus, ob Dei & Apostolicæ Sedis Reverentiam, indilatâ promtitudine condescendens, exhibuit se paratum ad Tractatum Pacis cum Adversario Renovandum; quemadmodum sic renovavit, præfato Reverendo Patre eidem Tractatui suam exhibente Præsentiam.

A quo Tractatu Ambassiatores dictæ Partis adversæ, Pacis intacto Negotio, repentè se diverterunt, eâ solâ de Causâ quod Ambassiatores iidem, in tractando, conarentur uti solo suo Idiomate naturali; Cujus erant Ambassiatores dicti Regis ignari.

Petebatur, per Partem dicti Regis, quod, in ipsius Tractatûs serie, fierent Pronunciationes & Appunctuata in Sermone Latino, utrique Partium communi, noto, & indifferenti: & non eisdem Partibus solum, sed præfato Sanctissimo in Christo Patri, Sacroque Collegio Cardinalium, & aliis Principibus Catholicis, in quorum Notitiam, si Pacem concludi contingeret, opus esset, pro ejusdem perpetuâ firmitate, ipsius Pacis appunctuata venire.

Et, ut præfatæ Petitioni, tam rationabili & indifferenti, Ambassiatores Partis adversæ se facilius inclinarent, *Rex* condescendit cuidam Medio, pro satisfaciendo Desideriis dictorum Ambassiatorum, per præfatum Dominum *Cardinalem* avisato; videlicet, *Quod etiam super Appunctuandis hujusmodi scriptura Gallica concipereutur; dum tamen caveretur in eadem quod, si super intellectu dictorum Appunctuandorum dubium in futurum oriretur, eo Casu interpretatio fieri deberet non juxta Scripturam Gallicam sed Latinam.*

Post Hæc *Rex supradictus*, à *Delphino Viennæ*, se Regentem Franciæ prætendente, ad Pacis Tractatum invitatus, ejusdem Delphini Desideriis votivè condescendit.

Inter quos *Regem* & *Delphinum*, Ambassiatorum suorum interventu, Pacis inchoato Tractatu, tandem Appunctuata fuit & Concordata Dies Dominica (videlicet quâ cantatur Officium *Lætare Jerusalem*) quâ Principes ipsi personaliter convenire debuissent in Loco, inter Civitatem Ebroicensem & Villam Drocarum, per Ambassiatores Partium concorditer eligendo.

Ad cujus Conventionis observantiam, ac omnium in eâ Parte Appunctuatorum, *Rex ipse*, in Verbo Regio, *Delphinus* vero, Sacrosanctis Evangeliis corporaliter à se tactis, Juramenta præstiterunt; prout eorum Literæ Patentes manifestant evidenter.

Rursum, ad Postulationem Adversarii sui *Franciæ*, *supradictus Rex* cum Ambassiatoribus ejusdem Adversarii (ob eam Causam ti-

Cæterum, adveniente Termino in ea Parte præfixo, quo Ambassiatores dictorum *Regis* & *Delphini* convenire debuissent pro concordando Loco *Conventionis* supradictæ, Ambassiatores præfati Delphini, post Terminum venientes, Electioni Loci prædicti intendere noluerunt; Hoc solum agentes ut ejusdem *Conventionis* Appunctuata Effectu sperato frustrarent.

Et, licet *prædictus Rex* ad Civitatem Ebroicarum, non sine magnis Laborum Attediis (ut de Sumptibus taceamus) personaliter accedens, dictam *Conventionem* in Termino fuisset observare paratus, Præfatus tamen *Delphinus* (aliorum quorumdam, ut putatur, insalubri ductus Consilio) ejusdem *Conventionis* Observationi intendere non curavit.

Subsequenter, Adversarius supradictus, super Intentione dicti Regis, sicut præfertur, apertâ, habitâ cum Concilio suo Deliberatione maturâ, certis Ambassiatoribus suis in eâ Parte commisit, ut omnia supradicta, quæ præfati Regis Intentio complectebatur, eidem Regi offerrent; Modo tenendi præfata dumtaxat subpresso:

Quæ omnia, ex abundanti Cautelâ, nominatim & sub expressâ Formâ Verborum *Adversarius* ipse, suis Commissionum Literis (Quarum Tenor, sub ejusdem Adversarii Sigillo, penes dictum Regem existit) inseri faciebat; Quarum vigore iidem Ambassiatores ea omnia dicto Regi subsequenter in scriptis obtulerunt.

Cujus Oblationis Prætextu fuerat Appunctuata Dies, quâ Partes prædictæ, vel saltem, in Eventum impediti, Adversarii supradicti Serenissima Domina *Conthoralis ejus*, & *Dux Burgundiæ*, sui in eâ Parte Commissarii, in Loco, ad id eligendo, cum præfato Rege personaliter convenirent, in inchoatæ Pacis Tractatu ulteriùs processuri, ad votivam & finalem Conclusionem in eodem.

Post cujus Conventionis Initia, Singula, a præfatis Ambassiatoribus, ut præfertur, Oblata, per prædictam Serenissimam Dominam & Ducem, cum *dicto Rege* convenientes, eorum propriæ Vocis Oraculo ratificata fuerunt; & per eosdem ultrò *præfato Regi* Concessum & Concordatum, quòd præmissa, sibi sic, ut præmittitur, remansura, *idem Rex* & Hæredes sui in perpetuum tenerent, non a Rege, seu Coronâ Franciæ, vel a quoquam Hominum, sed a solo Deo.

Præmissis igitur sic se habentibus credebatur Pax in Foribus astitisse; eo præsertim, quòd per Regem fuerat, Vicibus repetitis, oblatum quod quoad Jus, sibi competens in Regno & Coronâ Franciæ, cum Pertinentiis, paratus erat ea omnia facere quæ tendere possent ad Bonum Pacis optatæ, & quæ, per, recolendæ Memoriæ, Progenitores suos, Pacis Zelatores præcipuos, & præsertim per dictum *Regem Edwardum* (qui Pacem cum Adversario suo Franciæ sic, ut præfertur, Conclusit) consequendæ Pacis obtentu, facta & oblata fuerunt.

Verùm, cùm Pax oblata adesse putaretur, supervenit inopinata Turbationis Occasio; dum *Pars adversa* ea, quæ sic, ut præfertur, obtulit, redigere renuit auctenticam in Scripturam, ac, Articulis quibusdam a Se porrectis, esse cepit sibimet ipsi contraria,

Nesciens contenta stare Limitibus Rationis, sibi sufficere non reputabat quòd præfatus Rex, pro se, suisque Hæredibus, Renunciaret omni Juri, sibi competenti in Coronâ & Regno Franciæ, cum suis Pertinentiis & Juribus, Necnon Principatibus, Terris, & Dominiis quibuscunque, infra Regnum Franciæ existentibus (exceptis illis quæ, ut præfertur, eidem Regi debuerant remansisse) secundum Modum & Formam Renunciationis concordatæ, inter præfatum *Regem Edwardum* & *Johannem Franciæ*, in dictâ Pace finali, inter eos, sicut præmittitur, conclusâ,

Sed hoc ampliùs petiit, quod *dictus Rex*, pro Se, suisque Hæredibus, Renunciaret omni Juri, Causæ, & Titulo, ex Causâ Emptionis, Cessionis, Transportationis, aut aliâ quacunque, in dictis Coronâ & Regno aut Rebus, sibi competituris aut spectaturis quomodolibet in futurum,

Quodque Promitteret & Juraret quòd nec Ipse, nec Hæredes sui, Cessionem aut Transportum Juris & Coronam, • Regnum, • IX.
Principatus, aut alia superiùs recitatâ, seu ad eorum aliquod, a 790.
quacunque Personâ, quæ nunc vel in futurum jus habeat ad ea, aut habere prætendat, quomodolibet admitterent seu susciperent in futurum:

Quæ quidem petitio, sic respiciens Jus quod oriri poterat in futurum, omninò irrationabilis esse dinoscitur, eam continens Illibertatem cuivis Hominum dinoscitur subjacere.

Petebat & alia quædam a præfato Rege, quæ, Publicum & Notorium est & fuit, Ipsum, absque Divinæ Majestatis Offensâ, sed nec absque eo quod notoriè contravenerit suis Literis Patentibus & Regio ejus appenso Sigillo, impleri non posse.

Præterea, licet, ad dictæ Partis adversæ Petitionem assiduam, præfata *Conventio* Personalis primùm appunctuata fuisset, velud Medium aptissimum ad Pacem, ut ipsa Pars asseruit, quo, Partibus ipsis personaliter convenientibus, facilè expedirentur nonnulla, quæ suorum Ambassiatorum interventu verisimile non foret expediri;

prædictis Articulis suis Regis responderet parte, simpliciter, & affirmativè, eosdem concedendo; asserens quòd, absque eo quòd eisdem sic responderetur, inchoato Pacis Tractatui ampliùs non vacaret.

Cæterum, prædictorum Articulorum series, inter alia nonnulla, requirit quòd dictus Rex se suosque Hæredes illibertaret ad Jura, Principatus, & Dominia in eisdem Articulis designata; quæ, ex Divinæ Dispositionis Munere, nullis coartato Limitibus, ex Novis forsan Causis, eis possent futuris Temporibus pertinere,

Ac quòd Rex ipse suas Literas & Sigillum, cujus appensione muniuntur, quæ penes ipsum Regem Legis habent Vigorem, in contrarium utrorumque veniendo, voluntario Conatu repelleret, prout superius est expressum,

Quæ reverà, si fierent, & Humanis & Naturalibus Legibus grave Præjudicium importarent, & Maculam enormem inferrent Regiæ Dignitatis Honori.

Quocirca, præfato Rege hiis suum denegante Consensum, Noluit extunc sed Renuit *Pars Adversarii* prædicti Pacem cum Rege concludere, aut renovando Pacis Tractatui intendere vel vacare; quamquam reliquis omnibus Petitionibus & Articulis præfatæ Partis Rex supradictus, pro Bono Pacis, se liberaliter inclinaverit, in eum Modum quòd, de Ratione, diffiteri non poterit *Pars adversa* nullam in eâ Parte differendæ Pacis Occasionem sibi remansisse.

Et, licet præfati Regis innocentiam a Rupturâ inchoati Pacis Tractatûs comprobet evidenter præclara series Præmissorum,

Nichilominus,

Ut suæ Mentis Perseverantiam in optatæ Pacis Affectu operum inconcussâ exhibitione monstraret,

Post dissolutam præfatæ Conventionis & Treugarum, ejus occasione initarum, Compagem, ipsoque ab omni præcedentium Oblationum suarum nexu plena Libertate potito,

Post obtentam insuper, cœlesti Favore, Villam suam *de Ponteise*, quæ, velut aptissima Clavis, viam sine Impedimento aperit ad eorum Regni Civitatem (videlicet) *Parisiensem*, a qua distat solo Septem Leucarum Itinere,

* IX. 791. * Rursùm, pro vitando Sanguinis Christiani Diluvio, obtulit *Adversæ Parti* se, sub Oblationibus illis amplissimis, quas fecerat in præcedentis Pacis Tractatu, paratum esse & fore ad Pacem cum dicto *Adversario* concludendum;

Salvis tamen, &c, ultra Præmissa, reservatis sibi prædictâ *Villa de Ponteise*, ac Terris omnibus, Villis, Fortalitiis, Dominiis, & Locis, a prædictâ Villâ, ex utraque sui parte, versus Ducatum Normanniæ conquisitis, & hiis, quæ usque ad Pacem finalem, inter Se & Adversarium suum conclusam, ipsum contingeret obtinere.

Explicit.

De Navibus, ad impediendum Scotos, in Succursum Dalphini transituros, providendis.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. 7. H. 5. m. 16. d.

REX Vicecomiti Devoniæ, Salutem.

Quia pro certo didicimus quòd *Dauphinus, Filius Adversarii nostri Franciæ*, diversa Naves & Vasa, ad Transeundum, per Costeras Maris Occidentales Regni nostri Angliæ, versus Partes Scotiæ, ad Numerum Gentium ad Arma & Sagittariorum, de Scotis Inimicis nostris non modicum, in Naves & Vasa prædicta Recipiendum, & eos ad Partes Franciæ, ad dictum *Adversarium nostrum* (quod absit) Fortificandum, Adducendum, ordinari fecerit & præparari,

Nos,

Scotis & Inimicis prædictis viriliter resistere, & eorum Malitias & Protervias celeriter reprimere & refrænare volentes, ut tenemur,

Quandam Armatam Gentium, ad essendum supra Mare, in Costeris prædictis, ad Navigia versus Scotiam sic transeundo impedienda, de avisamento Concilii nostri, duximus Ordinandam,

Cupientesque de sufficienti Navigio, in Regno nostro Angliæ, pro Armata prædicta celeriter provideri,

Assignavimus Te (de cujus Fidelitate & Industria plenum confidimus) ad Octo Naves & Balingeras, cum earum Apparatu sufficienti, quarum quælibet Navis sit Portagii Sexaginta Doliorum, & quælibet Balingerarum Viginti Doliorum & ultra, ac in quo-

Mandatum de aliis Navibus arestandis, quod prædictæ ad resistendum Inimicis non sufficerent.

REX, Dilecto sibi, *Johanni Hunte*, Salutem. Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid.

Licet Nos nuper,

Pro certo discentes quòd *Dauphinus, &c. ut supra usque ibi*, præparari, *& tunc sic*,

Quandam Armatam Gentium, ad essendum supra Mare in Costeris prædictis, ad Naves & Vasa prædicta, sic versus Scotiam transeundo, Impediendum, de avisamento Concilii nostri, Ordinaverimus,

* Ac, eo prætextu, Assignaverimus Vicecomites nostros Devoniæ & Cornubiæ ad Duodecim Naves & Balingeras (videlicet) Octo in prædicto Comitatu Devoniæ, & Quatuor in prædicto Comitatu Cornubiæ, * IX. 792.

Quarum quælibet Navis esset Portagii Sexaginta Doliorum, & quælibet Balingerarum esset Portagii Viginti Doliorum & ultra,

In quocumque Portu infra Ballivas suas inveniri possent, ad Deserviendum Nobis supra Mare, ex Causa prædicta, sine dilatione Arestandum & Capiendum, prout in Literis nostris Patentibus, inde confectis, pleniùs continetur,

Quia tamen, ad præsens, sufficienter informamur quòd dictæ Duodecim Naves & Balingeræ ad Gentes, pro Armata prædicta ordinatas & paratas, cum earum Apparatibus, recipiendum & traducendum, ac Inimicis prædictis Resistendum non sufficiunt,

Assignavimus Te (de cujus Fidelitate & Circumspectione ad plenum confidimus) ad tot Naves & Balingeras sufficientes (quarum quælibet sit de Portagio prædicto seu ultra) ubicumque in Comitatibus prædictis, aut Comitatibus Somersetiæ, Dorsetiæ, vel Suthamptoniæ inveniri poterunt, infra Libertates, vel extra, quot cum prædictis duodecim Navibus & Balingeris, sic pro Armata prædicta prius arestatis, sufficere poterunt, pro Denariis nostris, in hac parte rationabiliter solvendis, Capiendum & Arestandum, & eas, dilecto & fideli nostro, *Willielmo Botreaux* Chivaler, aut aliis quos ad essendum supra Mare ex causa prædicta ordinavimus, adcitiùs quo poteris, liberes seu liberari facias.

Et ideò tibi Præcipimus quòd, *&c. ut supra.*

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium* vicesimo quarto die Augusti.

Per Concilium.

De Permutationibus.

REX, Venerabili in Christo Patri, *L.* eâdem gratiâ, *Archiepiscopo Rothomagensi*, vel ejus Vicario Generali, ipso Archiepiscopo in Remotis agente, Salutem. Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1. m. 15.

Cum *Petrus de Valle* Capellanus, Canonicus Præbendatus alterius Præbendarum Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Sepulcri Rothomagi, & *Johannes Hurel* Capellanus, Persona Ecclesiæ Parochialis beatæ Mariæ de Altaribus vestræ Diœcesis, intendant, ut asserunt, Beneficia sua prædicta adinvicem canonicè permutare,

Nos, ad dictos Canonicatum & Præbendam, in Ecclesia Collegiata prædicta, ad nostram Donationem pleno Jure hac vice pertinentes, præfatum *Johannem*, ex Causa hujusmodi Permutationis faciendæ, vobis Præsentamus,

Intuitu caritatis rogantes quatinus ipsum *Johannem* ad Canonicatum & Præbendam prædictos admittatis, & ipsum in corporalem Possessionem eorumdem ponatis, seu poni & induci faciatis, necnon Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis, ad eosdem spectantibus, uti & gaudere permittatis, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* vicesimo quarto die Augusti.

REX eisdem, &c. Salutem. Ibid.

Cùm *Johannes Hurel* Capellanus, Persona Ecclesiæ Parochialis beatæ Mariæ de Altaribus, vestræ Diœcesis, & *Petrus de Valle* Capellanus, Canonicus Præbendatus alterius Præbendarum Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Sepulcri Rothomagi, intendant, ut asserunt, Beneficia sua prædicta adinvicem canonicè Permutare,

Nos

H. 5. m. *Johanni de Marton*, ac *Vicecomiti Eborum*, Salutem.

20. d. Quia, prout informamur, *Rex Castellæ & Legionis* quandam magnam paraverat Armatam Navium & Vasorum de Ispannia, cum non Modico Numero Inimicorum nostrorum, & eam promptam & paratam, ad Mala Nobis & nostris (quod absit) perpetrandum, & in speciali ad Naves nostras & Navigium Regni nostri pro Viribus Comburendum & Destruendum, necnon Regnum nostrum prædictum Invadendum, ad Dampna quæ poterunt similiter Inferendum, destinare proponit infra Breve,

Nos,

Malitiæ Inimicorum nostrorum prædictorum in hac parte, Deo prævio, obviare volentes,

Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad omnes & singulos Homines, ad Arma, ac alios Homines defensabiles, tam Hobelarios, quàm Sagittarios, infra Northrithingum in Comitatu prædicto, tam infra Libertates, quàm extra, commorantes, Armandum & Triandum,

Et eos, sic, Arraiatos, continuè in Arraiatione hujusmodi, ut in Millenis, Centenis, & Vintenis, & aliter prout conveniens & necesse fuerit, teneri & poni faciendum,

Ac etiam ad eos, tam ad Costeram Maris, quàm alia Loca, ubi & quotiens necesse fuerit, ad dictos Inimicos nostros Expellendum, Debellandum, & Destruendum, de tempore in tempus, cùm aliquod Periculum immineat, Ducendum & duci faciendum,

Et ad Monstrum sive Monstrationem eorumdem Hominum ad Arma, Hobelariorum, & Sagittariorum, de tempore in tempus, quotiens indiguerit, diligenter faciendum & supervidendum;

Et ideò vobis, & cuilibet vestrûm, districtiùs quo possumus Injungimus & Mandamus quod statim, visis Præsentibus, vos ipsos arraiari & armari, ac omnes & singulos Homines Northrithingi prædicti, ad Laborandum Potentes, coram vobis venire, & juxta sanas discretiones vestras arraiari, armari, & muniri, ac eos, sic Arraiatos, Armatos, & Munitos, in Arraiatione hujusmodi teneri faciatis,

Et insuper Signa *vocata Bekyns*, in Locis consuetis, per quæ Gentes Patriæ de adventu Inimicorum hujusmodi poterunt congruis temporibus præmuniri, poni,

Et eosdem Homines, sic Arraiatos, Armatos, & Munitos, cùm Periculum immineat, in Defensionem & Salvationem Regni & Patriæ prædictorum, de tempore in tempus, tam ad Costeram Maris, quàm alia Loca, ubi magis necesse fuerit, prout hactenus in Casu consimili rationabiliter fieri consuevit, & necessitatis eventus exegerit, duci faciatis,

Ita quod, pro defectu Defensionis, & Arraiationis, seu Ductionis dictorum Hominum, vel per Negligentiam vestram, Dampna Patriæ prædictæ, aut aliàs, per Inimicos nostros, ammodò non eveniant ullo modo.

Damus autem universis & singulis Comitibus, Baronibus, Militibus, Majoribus, Ballivis, Ministris, & aliis Fidelibus & Ligeis nostris Northrithingi prædicti, tam infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quod vobis, & cuilibet vestrûm, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium* vicesimo quarto die Augusti.

Per Concilium.

• IX. 794. ** De Recipiendo Willielmum Douglas Chivaler in Turrim Londoniæ.*

Ann. D. 1419. REX Constabulario Turris nostræ Londoniæ, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

An. 7. H. 5. Claus. 7. H. 5. m. 10. Mandamus vobis quod *Willielmum Douglas* Chivaler de Nyddesdale Scotum, nuper in Westmarchia Scotiæ Captum, de *Radulpho Comite Westmerlandiæ*, seu ejus in hac parte Deputato, in Turrim nostram prædictam, ibidem, quousque aliter inde duxerimus ordinandum, salvò Custodiendum, sine difficultate aliqua recipiatis; Et hoc nullatenus omittatis.

Teste præfato *Custode apud Westmonasterium* xxvi. die Augusti.

Per Concilium.

Litera Civitatis Baionæ super Invasione Hispanorum, & de Armata ad Traducendum Scotos in Succursum Dalphini.

TResexcellent, Tresbaut, & Trespoderos Prince, & mot Nobles & Tressages Seigneurs, Ann. D. 1419.

Treshumblemant Nous Recomandoms a vostres Tresnobles Seignuries & Graces. An. 7. H. 5. Ex Bibl. Cot. Caligula D. 5.

E vous pleyse savoir que grant Puyssance de Espaignos est entree en le Terre de Labore, faisans Guerre, & ont Creme & Ars lez Hostels & Glises de le dicte Terre, jusques a les Portes de le Citee de Baione, & Pilhe & Raube tout ce que ont troube, & ont tale Buihes, Vergers, & autres Heritages, Mort & Plege Geans, & fait tant grant Domage que ne se repararoit pour Cent Mile Libres d'Esterlinx; Et tinent aussi le dicte Terre Suppeditee, que n'egun de ceux, qui i ont estez Dampnifiez, ne ausent plus habiter en le dicte Terre.

Et de le Vile de Fontarrebie, enfors qui est du *Roy d'Espaigne*, en le quiele demoure grant Garnizon, feut tout dit Guerre, & ne leyssent bestiar, ni Persone que atengent, que tout ne acmenen en le dicte Vile de Fontarrebie, qui est a xv. Miles de le dicte Citee.

Et sumez a plen Certifiez que *le Roy de Chastelle*, *le Conte Don Fadric*, en Nome de li, ovecque toute le Puissance de Castele, E *l'Enfant d'Aregon* oveque toute le Puyssance d'Aregon, vinent metre le Siege en le dicte Citee de Baione; Et envoyent Secors *du Dausin* a l'Adversaire de France contre nostre Tressouverein *Seigneur le Roy*.

Et tout ce est este fet empres que nous vous avoms Escript, ovecque *Jehan de Vasselim*, sur lez xl. Nefs que le dit *Roy de Castele* tremetoit a Bele Ysle a Secors *du Dausin*:

Lez quiels d'en tient aler de Bele Ysle enfor en Escossi, pour prandre Geans en ycelles, pour aler en France, Doner Secors au *dit Dausin* contre le dit nostre *Siegneur le Roy*.

Pour ce supplioms a vostre Treshaute & Nobles Seignuries que Pleysse a nous tremetre Secors & Ayde de Geans & de Vivres, & Ordener pour tiele Manere * que en ayoms, en vingent a le dicte Citee, a Resister a le Malice des ditz Espaignos, • IX. 795.
aussi que Nous puyssons Garder le dicte Citee, & le Tenir en le Ligesse du dit nostre *Seigneur le Roy*, come ont fet nostres Predecessours.

Et vous Pleise avoir pour Recomande le Pourteour dez Presens; & a Nous tenir pour d'esencusez pour ce que ne vous trametons Home de Greignour Este: Et ce pour le Temps de le Guerre, qui est moult Perilheus.

Tresexcellent, Tresbaut, & Trespodoros Prince, & mot Nobles & Tressages Seigneurs, le Benoyte Trinite vous tenge en sa Sanctæ Grace.

Escriptes a Baionne le v. Jour de Septembre.

Lez touz voz treshumbles Servitours MERE, ESCLEVINS, JUREZ, CENT PARS, ET COMMUNITE DE LE CITEE DE BAIONE.

Contra Abusus in Vino Grossando.

REX Capitaneo Villæ suæ de Pontoise, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem. Ann. D. 1419.

Quia datum est nobis intelligi quod quamplures Capitanei, eorum Locatenentes, Soldarii, ac Mercatores, Anglici, & alii de eorum Covina, nonnulla Vasa vacua pro Vino, quæ reperire poterunt, emunt & colligunt, ut sic ipsi maximam Partem Vendagii istius Patriæ pro hoc Anno Emerent & Grossarent, An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1. m. 23. d.

Quod, si fieri permitteretur, non solùm in nostri Præjudicium, verùm etiam in totius Populi ac Communis Boni Dampnum & Deteriationem manifesta, quod absit, verisimiliter redundaret,

Quod quidem nollemus, sicuti nec debemus, aliqualiter tolerare,

Nos igitur, hujusmodi Dampnis & Præjudiciis præcavere volentes, ut tenemur, vobis districtiùs quo possumus, firmiter injungendo, Mandamus quod in singulis Locis, infra Capitaneam vestram, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè ex parte nostra proclamari & inhiberi faciatis,

Nè quis Capitaneus, ejus Locumtenens, Soldarius, ac Mercator Anglicus, seu alius de eorum Covina (cujuscumque fuerit Status, Gradûs seu Conditionis) aliqua hujusmodi Vasa vacua, seu etiam aliquod Vinum, nisi tantummodo quantum pro eorum Sustentatione

Capitaneo Villæ nostræ de Verneul, vel ejus Locumtenenti, &c.
Ballivo suo de Mante, vel ejus Locumtenenti, &c.
Ballivo suo de Vernon, vel ejus Locumtenenti, &c.
Ballivo suo d'Alencon, vel ejus Locumtenenti, &c.
Ballivo suo de Louviers, vel ejus Locumtenenti, &c.
Ballivo suo de Rouen, vel ejus Locumtenenti, &c.

IX. 796. * *Ad Tractandum de Treugis Franciæ.*

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Norm. 6. H. 5. p. 1. m. 15.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quod Nos,

De fidelitate, circumspectione, & industriâ, Dilectorum & Fidelium nostrorum, Magistri *Johannis Kempe* Electi & confirmati Roffensis, *Gilberti Umfravill* Domini de Kyme, *Guidonis Boutiller* Domini de la Roche Guyon, *Johannis Alapse*, *Ricardi Caudray*, *Rogeri Mustel* Junioris, & *Johannis Seguet*, pleniùs confidentes,

Ipsos Septem, Sex, vel Quinque eorum, nostros Fecimus, Ordinavimus, Deputavimus, & Constituimus, ac Facimus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus certos & indubios Ambassiatores, Nuncios, & Commissarios per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Septem, Sex, aut Quinque eorumdem plenam, Tenore Præsentium, Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale ad Tractandum, Concordandum, & finaliter Concludendum, pro Nobis & Nomine nostro, cum Consanguineo nostro Franciæ, suisve Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, sive Nunciis, plenam & sufficientem Potestatem ab eodem habentibus, de & super Treugis, seu Guerrarum Abstinentiis, generalibus vel particularibus, per Mare, Terram, seu Aquas, ac tanto tempore duraturis secundum quod inter eos meliùs & efficaciùs poterit concordari, pro Nobis, Regnis, Terris, Patriis, Dominiis, Subditis, Vassallis, Amicis, Alligatis, & Confœderatis nostris quibuscumque, omnibus honestioribus Viis, Modo, & Formâ, quibus inter se poterunt concordare,

Et ipsas Treugas, inter se capiendas & concludendas, per omnia Regna, Terras, & Dominia nostra quæcumque proclamari & publicari Faciendum, ubicumque opus fuerit,

Et, ut eò firmiùs atque inviolabiliùs Treugæ prædictæ conserventur, tam per Terram, quàm per Mare, & Aquas, ad Faciendum, Ordinandum, & Deputandum tot & tales Conservatores & Judices Treugarum prædictarum, generales seu speciales, & in tanto numero, prout eis Septem, Sex, vel Quinque eorum videbitur expedire, ad Corrigendum & Reformandum totum & quicquid quod contra dictas Treugas fuerit attemptatum,

Et Promittimus, bonâ fide, & in verbo Regio, ad Tenendum, & teneri Faciendum, Ratum, Gratum, Firmum, & Stabile totum & quicquid per dictos Commissarios nostros Septem, Sex, vel Quinque eorumdem factum fuerit in Præmissis & singulis eorumdem,

Et quod Nos Concedemus & fieri faciemus Literas Confirmatorias, sub Magno Sigillo nostro, de & super omnibus & singulis Articulis & Punctis, de quibus inter eos fuerit Concordatum, & de exequendo, & exequi faciendo, eadem cum debita diligentia, secundum Tenorem & Formam eorumdem, quantum ad Nos dinoscitur pertinere,

Et hoc promittimus etiam sub Cautione & Obligatione omnium Bonorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, ita quod nunquam per Nos, vel alium nomine nostro, dicemus, faciemus, aut proponemus, in Judicio, nec extra, quicquam in contrarium;

Mandantes omnibus & singulis Justiciariis, & Subditis nostris quibuscumque, quatenus dictis nostris Commissariis & Deputatis, ac eorum Literis & Mandatis, obediant & intendant in omnibus diligenter.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Gisors* vicesimo quarto die Septembris.

Per ipsum Regem.

Et generaliter super omnibus & singulis, Quietem, Tranquillitatem, & Pacem utriusque Regni concernentibus,

Ac Præmissa omnia & singula, pro parte nostra, ad perpetuam rei memoriam & Pacis perpetuæ firmitatem plenariam, finaliter Terminandum & Concludendum,

Necnon de & super omnibus & singulis, ab eisdem Commissariis nostris Septem, Sex, vel Quinque eorum, cum *dicto Consanguineo nostro*, aut ejus in hac parte Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, seu Nunciis, in Præmissis, vel eorum aliquo, Appunctuatis, Concordatis, seu Conclusis, per Nos benè & fideliter observandis, in Animam nostram Jurandi,

Literas etiam Sigillatas, Obligationes, & alterius cujuscumque generis Securitates & Cautiones, in hac parte conventas seu concordatas, pro Nobis & Nomine nostro, a præfato *Consanguineo nostro*, seu ejus in hac parte Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, sive Nunciis, Petendi, Recipiendi, & Optinendi,

Ac quoscumque Tractatus, per dictos Commissarios nostros Septem, Sex, vel Quinque eorum, captos sive habitos, prout eisdem Septem, Sex, aut Quinque eorum expedire videbitur, Prorogandi & Continuandi,

Et generaliter omnia alia & singula Faciendi, Excercendi, & Expediendi quæ in Præmissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si de se Mandatum exigant speciale,

Et Promittimus, bonâ fide, & verbo Regio, sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos nostros Commissarios Septem, Sex, vel Quinque eorum, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Gisors* vicesimo quarto die Septembris.

Per ipsum Regem.

Ad Tractandum cum Civitate Parisiensi.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. ibid. p. 1, m. 15.
Sciatis quòd nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Industria, dilectorum & Fidelium nostrorum, Magistri *Johannis Kempe* Electi & Confirmati Roffensis, *Gilberti Umfravile* Domini de Kyme, *Guidonis Boutiller* Domini de la Roche Guyon, *Johannis Alepse*, *Ricardi Caudray*, *Rogeri Mustell* Junioris, & *Johannis Seguet*, pleniùs confidentes,

Ipsos Septem, Sex, vel Quinque eorum, nostros Fecimus, Ordinavimus, Deputavimus, & Constituimus, ac Facimus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus certos & indubios Ambassiatores, Nuncios, & Commissarios per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Septem, Sex, aut Quinque eorundem, plenam, Tenore Præsentium, Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale ad Tractandum, Concordandum, & finaliter Concludendum, pro Nobis & Nomine nostro,

Cum Consanguineo nostro *Comite Sancti Pauli*, & Nobili Viro Magistro *Eustachio de Atry*, ac *Celebri Civitate Parisiensi*, necnon *honorabilibus Clero & Communitate ejusdem*, aliisque Civitatibus, Villis, & Locis quibuscumque Regni Franciæ, ac Communitatibus & Inhabitatoribus eorumdem, præfati Civitati Parisiensi Adhærentibus, necnon eorum & cujuslibet eorumdem Deputatis seu Deputandis,

* De & super quibuscumque Materiis, Negotiis, Articulis, Petitionibus, & Demandis, Nos, Statum, ac Jura nostra qualitercumque concernentibus, sive tangentibus, seu quæ pro Nobis & Nomine nostro Communicanda, Proponenda, aut quomodolibet Ministranda duxerint seu decreverint, IX. 798.

Necnon super his, quæ præfati, *Consanguineus noster*, Magister *Eustachius*, aut *Civitas Parisiensis*, *Clerus & Communitas* ejusdem, aliæve Civitates, Villæ, seu Loca, Communitates & Habitatores eorumdem, Deputati seu Deputandi, communicare, proponere, aut quomodolibet ministrare voluerit seu voluerint,

Necnon de & super omnibus & singulis, sic, ut præfertur, Concordandis seu Concludendis, per Nos benè & fideliter, quatenus Nos & Partem nostram concernunt, observandis & implendis, in Animam nostram Jurandum.

& Expediendum, quæ in Præmissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si de se Mandatum exigant magis speciale,

Et Promittimus, bonâ fide, & verbo Regio, ac sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos nostros Commissarios Septem, Sex, vel Quinque eorum, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum de Gisors* vicesimo quarto die Septembris.

Per ipsum Regem.

Ordinationes super Moneta in Normannia.

Ann. D. HEnry, &c. a touz, &c. Salut.
1419. Come, apres nostre Joieuse Conqueste & Entre faite en
An. 7. nostre Ville de Rouen, nous eussions Ordonne & Commande que
H. 5. l'en fist faire nostre Monoye a Rouen Or & Argent, Monoye en
Pat. Petis Moutons & en Groz, tant par la fourme & manere, que ils
Norm. 7. estoyent a devant de nostre dit Conqueste, & entir tant en Lay
H. 5. p. 1. que en Poys, sans Diminution, ne a Espissement faite sur ee, &
m. 19. d. semblablement sans Amenuser le Droit de nostre Seigneur, sauf les Differences qui par Nous feurent lors ordonee y mitter,

Savoir faisons que, pur certains Causes, ad ce Nous mouvans, par l'advis & deliberation de nostre Conseil, Nous avons Ordonne, & par la Tenour de ces presentes Vouillons & Ordonnons, que en toutes noz Monoyes, que l'en fera pour le temps advenir, tous Moutons d'Or, Groz, de Demy Groz, Quars de Groz, d'Argent, Mansoys, & Petyt Deniers, que en yceulx soit mis, dedeins le grant Croiz, ou Millieu d'icelle, une H. au plus juste que faire se pourra, ovecque les differences qui par nous auterforz ont este ordonnes faire.

ITEM, que l'en face d'oresenavant QUARS DE GROZ, que aront Cours pour Cinq Deniers Tournois la Piece, a iii*d.* xvi. Graine Argent, & de xiii *s.* iv*d.* de Pois au Marc, qui est a l'equipolent de Groz de HENRIEUS; & aura dedeinz yceulz Quars de Groz, en la Pille, une Escu a iii. Fleurs de Lis, & aux Demis Groz semble.

• IX. 799. • ITEM, que l'en face DOUBLES, nommes Mancoiz, qui auront Cours pour ii*d.* Tournois la Pieche, a uns Denier Huit Grainz Argent le Roy, & de xvi *s.* viii *d.* de Pois au Marc; ou il aura Troiz Fleurs de Liz en la Pille.

ITEM, que l'en face Petiz Denirs qui auront Cours pour un Denier Tournois la piece, a uns Denier de Lay Argent le Roy, & xxv *s.* Pois au Marc, es quelx aura en la Pille Deux Fleurs de Lis.

ITEM, que les NOBLES d'Angleterre aient Cours, & soient prins pour Quarante Huit Groz, de nostre Monoye (es quelx Groz a escript *Henricus* en la Pille, & devera la Croiz un Leopart) qui valent iv *l.* Tournois.

ITEM, que les PETIS MOUTONS, qui ont Cours a present pour xii. Groz, aient Cours, & soient prins pour xviii. Groz de nostre Monoye dessusdite, qui vallent xxv *s.* Tournois; & donnerons a chescun Changeour & Marchant, frequentant noz Monoys, pour chescun marc d'Or fin vi xx. xviii *l* Tournois: Et demourront les Moutons dessuz diz de poys & lay en la fourme & maniere qu'ils sont de present, les quielx sont a xxii carras, & de iv xx. & Saize au marc de Troy, aux remedes accustumes.

ITEM, que les Nobles dessudiz auront cours lx. Groz de *Karolus*, qui vallent Cent soubz Tournois.

ITEM, Nous deffendons a tous (de quelque Estat quilz soyent) quilz ne transportent, ou facent transporter, nul Billon, tant d'or, que d'argent, ne argent rompu, hors des Mettes de nostre Duchie de Normendie, sur peyne de le perdre, & le corps consisseque a nostre vollente; Et aussy qu'ils ne transportent Vaissele d'argent, sans avoir congie de Baillisf ou Baillifs ou la dite Vessele aura este achatee, sur payne de le perdre.

ITEM, Nous deffendons a touz Changeours, Orfeurs, Merciers, Espiciers, & autres gens (de quelque Estat q'ils soyent) que Ils ne facent fair de Change, se ilz n'ont noz Lettres, veriffiez de noz generaulx Maistres de noz Monoyes, ou des Gardes d'icelles, a Rouen.

Et aussy que ilz ne Tiengnent, Gardent, ne ne Fondent nullz Billons, tant d'Or, que d'Argent; maiz le apportent a l'Ostel de nostre monoye, pour Illec estre Fondeu a ouvre au prouffit de tentes Donne a nostre Chastell de Gisors le xxv. jour de Septembre.

De Respectuatione pro Residentiis faciendis.

REX, Venerabili in Christo Patri, *L.* eâdem Gratiâ, *Archie-* Ann. D.
piscopo Rothomagensi, vel ejus Vicario in spiritualibus, ipso Ar- 1419.
chiepiscopo in Remotis agente, ac Decano & Capitulo Ecclesiæ *An. 7.*
Rothomagensis, Salutem. *H. 5.*
Licet nuper Vobis Mandaverimus quatinus omnes & singulas *Pat.*
Personas Ecclesiasticas, de Civitate & Diœcese Rothomagensi, *Norm 7.*
extra nostram Obedientiam adtunc existentes, ad Residendum su- *H. 5. p.*
per Beneficiis suis, juxta Canones in hac parte factos, moneretis *1. m. 16.*
& venire compelleretis, *dor.*

Et contra ipsos & earum quemlibet, hoc facere renuentes, secundùm Juris exigentiam, legitimè procederetis,

Necnon de Bonis spiritualibus ipsorum, & aliorum quorumcumque, ordinaretis & disponeretis, prout de jure videritis faciendum,

Et Nobis respondere velletis in futurum,

• Nos tamen, quibusdam certis & notabilibus de Causis, nos • IX.
specialiter moventibus, & ad Supplicationem Supponentium Na- 800.
tionis Normanniæ, in celebri universitate Parisiensi Studentium, ipsos, vel alios quoscumque Beneficiatos, de præsenti absentes, ad Residendum super Beneficiis suis, infra Ducatum nostrum prædictum, aut alia Loca nobis subdita, usque Festum omnium Sanctorum proximò futurum, de Gratia nostra speciali, *Respectuavimus*,

Vobis Mandantes quatenus de Processibus, contra eos, aut eorum aliquem, pro Residentia super Beneficiis suis hujusmodi facienda, factis & inchoatis, usque Festum prædictum Supersedeatis,

Et Processus illos, in statu quo nunc sunt, usque idem Festum continuetis & prorogetis; Mandato nostro, sic primitùs vobis directo, non obstante.

Teste Rege apud *Castrum suum de Gisors*, xxv. die Septembris.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Constantiensis, Sede ibidem vacante.

Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Bajocen. Sede ibidem vacante, &c.

Venerabili in Christo Patri *Episcopo Sagiensi.*

Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Lexovien. Sede, &c.

Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Ebroicen. &c.

Venerabili in Christo Patri *Episcopo Abrincen.* vel ejus Vicario Generali, ipso Episcopo in Remotis agente, &c.

Pro Duce Burbonia.

REX, per Literas suas Patentes, per Duos Menses proximò fu- Ann. D.
turos duraturas, suscepit in salvum, &c. *Johannem Segoni*, in 1419.
Regnum Regis Angliæ, ad Præsentiam *Ducis de Borbonia*, Priso- *An. 7.*
narii Regis, cum uno Valetto in Comitiva sua, ac Bonis & Rebus *H. 5.*
suis, transeundo, ibidem morando, & abinde ad Partes suas pro- *Ibid. m.*
prias redeundo; 18.

Proviso semper quòd ipse quicquam, &c. & quòd ipse nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Gisors* xxix. die Septembris.

Per ipsum Regem.

Pro Secretario Ducis Burgundiæ.

REX, per Literas suas Patentes, per Quatuordecim Dies proxi- Ann. D.
mò futuros duraturas, suscepit in salvum, &c. *Henricum de* 1419.
Chauffour, Armigerum, & Magistrum, *Georgium d'Ostende*, Se- *An. 7.*
cretarium, *Ducis Burgundiæ*, usque Præsentiam Regis, cum Duo- *H. 5.*
decim Personis, Armatis vel non Armatis, ac Duodecim Equis *Ibid.*
in Comitiva sua, unà cum Libris, Literis, Manticis, Bonis, Re- *m. 17.*
bus,

Super Custodia Ducum de Bourbon & de Orleans de maxima cura adhibenda.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pents Cler. Pell. Worshypfull Fader in God, Right Trusty and Wellbeloved, We Greet You Well.

And We Wol, and Pray Yow, And also Charge Yow, that, as We Trust unto Yow, And as ye Loke to have our good Lordship, ye see and Ordeyne that good Heed be taken unto the seure Keping of our Frensh Prisoners withynne our Reaume of England; And in especial the *Duc of Orleins*, And after to the *Duc of Borbon*:

For their Eschaping, And Principally the *saide Duc of Orleins*, might never have been so harmful ner prejudicial unto Us, as hit might be Now, if any of Them Escaped, and Namely *the saide Duc of Orleins*; whiche God Forbede.

And therefor, as We Trust, you seeth that *Roberton Waterton*, for no Trust, faire Speche, ner Promesses that might be Maad unto Hym, ner for noon other manner Cause, be so Blynded by *the saide Duc*, that he bee the more Recheles of his Kepyng; but that, in Eschuying of alle Perils that may falle, he take as good Heed unto the seure Kepyng of his Personne as is possible.

And Enquireth if *Robert of Waterton* use any Recheles Governance about the Kepyng of the *saide Duc*, and Writeth to Hym thereof, that hit be Amendid.

And God have You in his Keping.

Yeven, under oure Signet, *at oure Town of Gizors*, the Furst Day of October.

To the Worshipfull Fader in God, our Right Trusty and Welbeloved, the Bishop of Duresme, *our Chancellor of England*.

* De Restitutione Temporalium.

* IX. 802.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1. m. 14. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

De Gratia nostra speciali, & ut Divinum Servitium, ac alia Pietatis Opera (quæ in Domo Lazarorum seu Infirmorum de Gournay fieri debeant) plus solito accrescant, & ibidem laudabiliùs manuteneantur & sustineantur,

Concessimus, dilecto Nobis, *Hugoni Desfonquiers* Capellano, Gubernatori seu Ministratori Domûs prædictæ, omnia Temporalia, eidem Domui, infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentia sive spectantia,

Et ulterius, de uberiori Gratia nostra, *Concessimus* eidem *Hugoni* omnia & singula Arreragia Temporalium prædictorum, nobis qualitercumque debita seu pertinentia,

Habenda, in Sustentationem Divini Servitii, & aliorum Pietatis Operum prædictorum, de Dono nostro.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Gisors* quarto die Octobris.

Per ipsum Regem.

De salvo Conductu peo Burgensibus Parisius.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibidem. m. 80. REX, per Literas suas Patentes, per unum Mensem proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. *Johannem de Sauls* Dominum de Courtinron, & *Andream de Valins*, Milites, *Imbertum des Champs*, & *Regimundum Mare*, Burgenses Parisius, penes Præsentiam Consanguinei Regis *Ducis Burgundiæ*, cum Quadraginta Personis, Armatis, vel non Armatis, ac Quadraginta Equis in Comitiva sua, insimul, vel per partes, tàm per Diem, quàm per Noctem, per omnia & singula Dominia & Potestates Regis, unà cum Libris, Literis, Manticis, Bagis, Bonis, Jocalibus, Auro, Argento, Rebus, & Hernesiis suis quibuscumque,

Proviso semper quòd prædicti Domini ac Personæ prædictæ quicquam, &c. quòdque ipsi nullum Castrum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Gisors* septimo die Octobris.

Per ipsum Regem.

* Pro Episcopo d'Arras & aliis Nunciis Ducis Burgundiæ.

* IX. 803.

REX, per Literas suas Patentes, usque Primum Diem Novembris proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. ibid. m. 15.

Venerabilem Patrem, *Episcopum d'Arras*, *Gilbertum de Lauvoy* Magistrum Capitaneum de l'Escluse, & Magistrum *Simonem de Formelles*, Consiliarios Consanguinei Regis *Ducis Burgundiæ*, ac *Henricum Chauffour*, Armigerum, & Magistrum *Georgium d'Ostende*, Secretarium, ejusdem Consanguinei Regis, usque Præsentiam Regis cum Sexaginta Personis in Comitiva sua, Armatis, vel non Armatis, ac cum Equis, Rebus, Bonis, Jocalibus, Libris, Literis, Manticis, Cariagiis, & Hernesiis suis quibuscumque, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abinde ad partes suas proprias salvò & securè redeundo;

Proviso semper quod ipsi quicquam, &c. & quod ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* ix. die Octobris.

Per ipsum Regem.

Pro Gentibus Consanguinei Franciæ.

REX, per Literas suas Patentes, usque primum diem Novembris proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibidem.

Quadraginta Personas, vel infra (cujuscumque Statûs, Gradûs, seu Conditionis fuerint) quas Consanguineus Regis *Franciæ* mittere voluerit usque Præsentiam Regis, Armatas, vel non Armatas, cum Bonis, Rebus, Jocalibus, Libris, Literis, Manticis, Cariagiis, & Hernesiis suis quibuscumque, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abindè salvò & securè redeundo;

Proviso semper quod ipsi quicquam, &c. quodque ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* ix. die Octobris.

Per ipsum Regem.

Pro Camerario Ducis Burgundiæ.

REX, per Literas suas Patentes, usque Octavum diem Novembris proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. *Guillielmum de Chamdivers* Militem, Camerarium Consanguinei Regis Ducis Burgundiæ, usque Præsentiam Regis cum Viginti & Quatuor Personis in Comitiva sua, vel infra, ac cum Equis, Bonis, Rebus, & Hernesiis suis, veniendo, ibidem morando, & exinde ad Partes Flandriæ, per omnia Dominia, Terras, & Potestatem Regis, transeundo; Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid. m. 14.

Proviso semper quod ipse quicquam, &c. & quod ipse nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Gisors* ix. die Octobris.

Per ipsum Regem.

* De Licentia eligendi.

* IX. 804. Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid. m. 15.

REX, dilectis sibi in Christo, Priori & Conventui Ecclesiæ Cathedralis Karlionensis Salutem.

Ex parte vestra Nobis est humiliter supplicatum ut,

Cùm Ecclesia vestra prædicta, per Mortem, bonæ memoriæ, Do-

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Franc. 7. H. 5. m. 5.

REX, dilecto & fideli suo, *Willielmo Bardolf* Chivaler Locumtenenti Villæ nostræ Calesii, ac, dilectis sibi, Magistro *David Pryce* in Legibus Licentiato, Magistro *Willielmo Bray* Bacallario in Legibus formato, *Johanni Chirche* Locumtenenti Majoris Stapulæ Calesii, *Richardo Bokeland*, Vitellario Calesii, & *Johanni Pykering*, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm certæ Treugæ sive Guerrarum Abstinentiæ,

Quæ nuper inter Nos, ex unâ, &, inclitæ memoriæ, *Johannem*, nuper Ducem Burgundiæ, Carissimum Consanguineum nostrum, parte ex alterâ,

Necnon certæ Securitates generales pro Mercatoribus, Piscatoribus, & Peregrinis, tam Regni nostri Angliæ, quàm Patriæ sive Comitatûs Flandriæ, & generaliter pro omnibus Merchandisis hinc inde faciendis,

Per certos Commissarios nostros sive Deputatos & Commissarios dicti *Johannis* nuper Ducis Burgundiæ Captæ, tractatæ, conclusæ fuerint, & firmatæ,

Usque ad Festum Omnium Sanctorum proximò jam futurum duraturæ,

Prout ex Tenore Appunctuamenti inde confecti pleniùs continetur,

Nos igitur,

Bonum Pacis, Quietis, & Concordiæ hujusmodi sinceris affectibus desiderantes,

De vestris fidelitate probata & circumspectione provida plurimùm confidentes,

Vos Sex Facimus, Constituimus, & Ordinamus nostros Commissarios, Deputatos, Factores, Procuratoresque, ac Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes vobis, & Tribus vestrûm (quorum alterum vestrûm vos, præfati *David* & *Willielme Bray*, unum esse volumus) Potestatem generalem & plenariam, ac Mandatum speciale, pro Nobis & Nomine nostro, cum Ambassiatoribus, Commissariis, Procuratoribus, sive Nunciis, Carissimi Consanguinei nostri, *Philippi Primogeniti & Hæredis præfati nuper Ducis Burgundiæ*, seu aliis quibuscumque, pro Patria sive Comitatu Flandriæ supradictæ ad hoc sufficiens Mandatum ac legitimam Potestatem sufficientem in hac parte habentibus, super Treugis, & Guerrarum Abstinentiis, Securitatibusque, & aliis Rebus ac Materiis de novo occurrentibus & emergentibus, Tractandi, Conferendi, Concordandi, Concludendi, & Appunctuandi,

Dictasque Treugas, Guerrarum Abstinentias, & Securitates, ad Terras, Dominia, & Loca alia, tam ipsius *Philippi*, quàm Nostra, Commutandi, Prorogandi, Prolongandi, & Extendendi, necnon Resumendi, & Renovandi,

Et præsertim quascumque Captivitates injuriosas Subditorum nostrorum & Ligeorum quorumcumque, ac Captiones injustas sive Deprædationes * Merchandisarum, Rerum, & Bonorum suorum,

* IX. 805.

necnon alia Dampna & præjudicia, tam personis, quàm Rebus, eorumdem Ligeorum & Subditorum nostrorum quorumcumque, citra & ultra Mare, ubilibet existentium & constitutorum, per modum Piratiæ, seu aliis qualitercumque, per Subditos modernos præfati *Philippi* ac Subditos præfati nuper *Ducis Burgundiæ*, durantibus Treugis & Guerrarum Abstinentiis quibuscumque in hac parte initis & captis, quomodocumque facta, illata, & perpetrata, debitè reparari, restaurari, resarciri, & reformari, alioquin verum & legitimum Interesse prædictorum Captivatorum & Injuriatorum, necnon verum Valorem sive Æstimationem prædictorum Merchandisarum, Rerum, & Bonorum, unà cum Dampnis & Expensis, in hac parte contingentibus, Petendi, Exigendi, & cum effectu Obtinendi,

Et consimiliter, è converso, si hujusmodi Captivitates injuriosæ, aut Deprædationes, sive Captiones, aut alia Dampna & Præjudicia, ex Parte Ligeorum & Subditorum nostrorum quorumcumque, ubilibet existentium, durantibus Treugis sive Guerrarum Abstinentiis prædictis, perpetrata seu illata fuisse aut esse Reperientur, ea & ea conformiter Reparandi, & Reformandi, &, si expediens visum fuerit aut opportunum, pro hujusmodi Reparamentis & Reformationibus, ex parte dictorum Subditorum nostrorum fiendis, cum Partibus adversis Paciscendi, Transigendi, Conveniendi, & amicabiliter Componendi,

Ac omnia & singula, quæ, ut præmittitur, Tractata, Commutata, Prorogata, Resumpta, & Renovata, Concordata, Conclusa, & Appunctuata fuerint, cum omni Securitate, debita & honesta, Nomine nostro Firmandi, ac sufficientes Securitates, Obligationes, & Cautiones, tam Reales, quàm Personales, pro Nobis & Nomine nostro, super his Faciendi, & Promittendi quod Tractata, Conclusa, Concordata, vel Appunctuata hujusmodi Rata habebimus & Grata, nec aliquid Procurabimus aut faciemus per quod Tractata, Conclusa, Concordata, vel Appunctuata quicquid per vos, aut Tres vestrûm (quorum alterum vestrûm vos, præfati *David* & *Willielme Bray*, unum esse volumus) Actum, Gestum, Tractatum, Conclusum, Concordatum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus, &c.

Dat. in *Palatio Regis* apud *Westmonasterium* xii. die Octobris.

Per ipsum Regem.

Pro Secretario Ducis Burgundiæ.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. Norm 7. H. 5. p. 1. m. 14.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum omnium Sanctorum proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. *Henricus de Chauffour*, Armigerum, & Magistrum *Georgium d'Ostende*, Secretarium, Consanguinei Regis *Ducis Burgundiæ*, in Villa Regis de Mante ad præsens existentes, ab inde usque Civitatem Parisius, cum Duodecim Personis, Armatis vel non Armatis, ac Duodecim Equis in Comitiva sua, unà cum Libris, Literis, Manticis, Bonis, Rebus, & Hernesiis suis, transeundo, & exinde usque Præsentiam Regis salvò & securè redeundo:

* Proviso semper quod ipsi quicquam, &c. quodque ipsi nullum Castrorum, &c. * IX. 806.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* xiv. die Octobris.

Per ipsum Regem.

Pro certis Personis ad Ducem Burgundiæ transituris.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid. m. 12.

REX, per Literas suas Patentes, usque Sextum diem Novembris proximò futurum inclusivè duraturas, suscepit in salvum, &c. Dominum *Johannem de Saulx* Militem, *Dominum de Courtiron*, *Andream de Vallins* Militem, Magistrum *Johannem Millet*, Magistrum *Johannem Doule*, *Hugonem Rapiont*, *Ymbertum de Campis*, *Petrum Corderii*, *Nicholaum de Vanbusset*, & *Reymundum Marc*, usque Præsentiam Regis, cum Centum Personis in Comitiva sua, vel infra, Armatis, vel non Armatis, ac cum Equis, Bonis, Rebus, Libris, Literis, Manticis, & Jocalibus suis veniendo, & abinde ad Consanguineum Regis Ducem *Burgundiæ* transeundo, & deinde ad Præsentiam Regis prædictam revertendo, ac demum usque Civitatem Parisius salvò & securè redeundo;

Proviso semper quod ipsi quicquam, &c. & quod ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* xvii die Octobris.

Per ipsum Regem.

Super Pace, & Statuto in Anglia, Ecclesiæ Romanæ prajudicativo, Responsio ad Papæ Nuncium.

Ista Responsio erat data, Magistro Henrico Grenefelde *Prothonotario, per Magistrum* Philippum Morgan, *in Die Sancti Michaelis in Monte Tumba (viz. xvi. die Octobris) apud Mante, de Mandato* Domini Regis, *in Præsentia ejusdem* Domini Regis, *&* Ducis Gloucestriæ, Hugonis Fitz Hugh *Camerarii*, *&* Walteri Hungerford, *Senescalli Hospitii*, *& Magistri* Johannis Kempe *Electi Roffensis & Custodis Privati Sigilli*, *Anno Domini Millesimo*, *Quadringentesimo*, *Decimo Nono*, *Et Anno Regni* Regis Henrici Quinti *Septimo*.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ex Bibl. Cotton. Tiberius B. 6. fol. 9. B.

ET PRIMO, quoad Pacem, ad quam exhortandam, de Mandato *Sanctissimi Domini nostri*, venit prædictus Nuncius egregius, pro cujus Transmissione & benigna Paterna Affectione, qua indies ejus Paternitas Dominum nostrum Metuendissimum Favoribus prosequitur gratiosis, Celsitudo Regia eidem Sanctitati ex Cordis Regii integritate, velud suus Devotissimus Filius, Gratias agit multiplices:

Et, quanta Mentis Devotione, Operumque sollicitudine, ad præmissam Pacem procurandam Regia Celsitudo erexerat, profundi Ingenii vir Magister *Ricardus Flemmyng*, Sacræ Theologiæ Do-

Est verum, quod Statutum, de quo fit Sermo, nusquam fuerat ordinatum temporibus Metuendissimi Domini nostri Moderni, nec etiam inclitæ Recordationis Genitoris sui; sed retrò Principes Angliæ Reges, Ipsius Domini nostri Progenitores illustres, dictum Statutum Regni in Parliamento solenni sanxierunt & stabiliverunt:

Solus ergo Dominus noster Rex Metuendissimus dictum Statutum, vel etiam aliud quodcunque Statutum, Personam suam Regiam tangens immediatè,

Obstante Juramento quo in sua Coronatione astringitur, prout omnes & singuli sui Progenitores, Angliæ Reges illustres, successivis ipsorum Temporibus, simili in suis Coronationibus astringebantur Juramento,

Non posset, etsi vellet, sine Consensu Trium Statuum prædictorum in Parliamento, ut præmittitur, solenni, interpretari, tollere, aut modificare:

Quare, Præmissis omnibus & singulis debitè, ut decet, consideratis, pro constanti tenet Regia Celsitudo quod, cùm per Oratorem suum Sanctitas Domini Domini nostri Papæ fuerit plenius informata, de istâ veridicâ præsenti Responsione meritò contentabitur.

De Custodia Temporalium Episcopatus Wygorniæ commissa.

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Pat.* 7. *H.* 5. *m.* 8.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

Per Manucaptionem *Thomæ Guynne* de Londonia, & *Ricardi Trobaites* de Comitatu Wygorniæ,

Commisimus Magistro *David Pryse*, Canonico Ecclesiæ Cathedralis Lincolniæ, & *Willielmo Hertlond* Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Wygorniæ,

Nuper per Mortem, Venerabilis Patris, *Thomæ Peverell*, nuper Episcopi Loci illius, vacantis, & in manu nostra ex causa prædicta existentium,

Habenda, à Festo Sancti Michaelis, ultimò præterito, usque ad Diem Confectionis Præsentium,

Reddendo nobis, pro Custodia prædicta, Quadraginta Marcas tantum, ad Scaccarium nostrum, ad Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ proximò futurum.

In cujus, &c.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium* xviii die Octobris.

Per Billam Willielmi Kynwolmersh *Deputati Thesaurarii Angliæ.*

---

* *De Temporalibus Episcopatus Wygorniæ liberandis.*

* IX 808.

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Pat.* 7. *H.* 5. *m.* 18.

REX Escaetori suo in Comitatu Wygorniæ, Salutem.

Cùm *Dominus Summus Pontifex*, nuper vacante Ecclesia Cathedrali Wygorniæ per Mortem, bonæ memoriæ, *Thomæ ultimi Episcopi* Loci illius, eidem Ecclesiæ de Persona, dilecti nobis in Christo, *Philippi Morgan* utriusque Juris Doctoris providerit, ipsumque in Episcopum Loci illius præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini summi Pontificis, nobis inde directas, Nobis constat,

Nos (certis de causis nos ad præsens intimè moventibus) de Gratia nostra speciali, tam Renunciationem omnium & singulorum verborum, in dictis Literis Bullatis contentorum, Nobis & Coronæ nostræ prajudicialium, quàm Fidelitatem *ipsius Episcopi*, Nobis in hac parte debitam, usque ad Festum Purificationis beatæ Mariæ proximò futurum Respectuavimus, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quod *eidem Episcopo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ*, Custode Angliæ apud *Westmonasterium* decimo Octavo die Octobris.

Per ipsum Regem.

Et vobis Mandaverimus quatenus de Processibus, contra eos aut eorum aliquem, pro Residentiâ super Beneficiis suis hujusmodi faciendâ, factis & inchoatis, usque Festum prædictum Supersederetis, & Processus illos in Statu quo tunc fuerunt usque idem Festum Continuaretis & Prorogaretis, Mandato nostro, prius inde directo, non obstante,

Nos tamen, ex habundanti Gratia nostra, præfatos Absentes, ad Residendum super Beneficiis suis prædictis, usque Festum Sancti Andreæ proximò futurum Respectuaverimus, Mandantes vobis quod Processibus prædictis, contra eos, ut præmittitur, factis & inchoatis usque dictum Festum Sancti Andreæ Supersedeatis, & eosdem Continuetis & Prorogetis.

Teste Rege apud *Villam de Mante* xxvii die Octobris.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Constantiensis, Sede ibidem vacante.

* *Decano & Capitulo* Ecclesiæ Cathedralis Bajocensis, Sede, &c. * IX. 809.

Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Lexovien, Sede, &c.

Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Ebroicensis, Sede, &c.

Venerabili in Christo Patri *Episcopo Abrincensi*, seu ejus Vicario Generali, ipso Episcopo in Remotis agente, &c.

Venerabili in Christo Patri *Episcopo Sagiensi.*

Pro Villa de Gisors.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Sciatis quod, de Gratiâ nostrâ speciali, *Concessimus*, &, 1419.

Tenore Præsentium, *Confirmavimus*, Dilectis Nobis, *Burgensibus*, *An.* 7.

Manentibus, & habitantibus *Villæ nostræ de Gisors* quòd Ipsi, & *H.* 5.

Successores sui *Imperpetuum*, habeant TRES FERIAS infra Villam *Norm.* 7.

prædictam, *H.* 5. *p.* 2.

UNAM (videlicet) die Lunæ in Septimana Pentecostes, *m.* 22.

SECUNDAM in Festo Sancti Laurentii.

Et TERTIAM in Festo Sancti Lucæ Evangelistæ,

Singulis Annis Tenendas, nisi FERIÆ illæ sint ad Nocumentum Vicinarum Feriarum,

Quare Volumus & firmiter Præcipimus, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quòd prædicti *Burgenses*, Manentes, & Habitantes, & Successores sui prædicti *imperpetuum*, habeant FERIAS prædictas, infra Villam prædictam, cum omnibus Libertatibus, & Liberis Consuetudinibus, ad hujusmodi FERIAS pertinentibus, nisi Feriæ illæ sint ad Nocumentum Vicinarum Feriarum, sicut prædictum est.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* xxix. die Octobris.

Per ipsum Regem.

Pro Consiliario Ducis Britanniæ.

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *ibidem.* *p.* 1. *m.* 15.

REX, per Literas suas Patentes, per Duos Menses proximò futuros duraturas, suscepit in salvum, &c. *Henricum Ingh* Militem usque Præsentiam Regis, cum Viginti Personis in Comitiva sua, vel infra (cujuscumque Statûs, Gradûs, vel Conditionis fuerint, majoris vel minoris,) Armatis, vel non Armatis, unà cum Equis, Bonis, Hernesiis, & Cariagiis suis quibuscumque, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & exinde ad Partes suas proprias salvò & securè redeundo;

Proviso semper quòd ipsi quicquam, &c. & quòd ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* xxix. die Octobris.

Per ipsum Regem.

810. cere vel attemptare præsumant, quovis modo.

Teste præfato *Custode apud Westmonasterium* Primo die Novembris.

Per Concilium.

De veniendo in præsentiam Regis, & inde usque Parisius transeundo.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1. m. 9.

REX, per Literas suas Patentes, usque Quintumdecimum diem Novembris proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. *Johannem de Saulx* Militem *Dominum de Courtinron*, *Andream de* Vallins Militem, Magistrum *Johannem Doule*, *Hugonem Rapcout*, *Ymbertum de Campu*, *Petrum Corderii*, *Nicholaum de Vanbrisset*, & *Reymundum Marc*, usque Præsentiam Regis cum Centum Personis in Comitiva sua, vel infra (cujuscumque Conditionis vel Statûs existant) Armatis vel non Armatis, ac cum Equis, Bonis, Rebus, Libris, Literis, Manticis & Jocalibus suis veniendo, & abinde usque Civitatem Parisius transeundo;

Proviso semper quòd ipsi quicquam, &c. & quòd ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* Quinto die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Recipiendo ad Gratiam.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1. m. 9. d.

REX, Dilecto & fideli Militi *suo*, *Johanni Gray*, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & circumspectione vestris pleniùs confidentes,

Damus vobis plenam, Tenore Præsentium, Potestatem & Auctoritatem, ad Recipiendum & admittendum ad gratiam & Obedientiam nostras omnes & singulos de Castellaniis & Dominiis Sancti Germani, Monjoye, & Poissy, qui Ligei & Subditi nostri devenire voluerint,

Et eos super Sacramentis Fidelitatis & Ligeantiæ, Nobis debitis, Onerandum,

Ac, præstitis hujusmodi Sacramentis, eis & eorum cuilibet Bilnetas, Sigillo vestro consignatas, Tradendum & Liberandum;

Ita semper quòd de hiis, quæ nobis de hujusmodi Bilnetis pertinent, respondere teneamini.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* viii. die Novembris.

Per ipsum Regem.

Pro quibusdam usque Parisius transituris.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid. m. 8.

REX, per Literas suas Patentes, usque Quartumdecimum diem Novembris proximò futurum inclusivè duraturas, suscepit in salvum, &c. *Johannem Guerin* Militem & Petrum le Verrart Armigerum, in Villa Regis de Mante ad præsens existentes, abinde usque Civitatem Parisius, cum Quinquaginta Personis in Comitiva sua, vel infra, Armatis vel non Armatis, Equestrè, vel Pedestrè, transeundo;

Proviso semper quòd ipsi quicquam, &c. quódque ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* xii. die Novembris.

Per ipsum Regem.

• IX. 811.

* *Pro Nunciis Reginæ Franciæ ad Præsentiam Regis.*

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid.

REX, per Literas suas Patentes, usque Decimum octavum diem Novembris proximò futurum inclusivè duraturas, suscepit in salvum, &c. *Quinquaginta Personas*, vel infra (cujuscumque Statûs, Gradûs, seu Conditionis fuerint) quas carissima Consanguinea *Regina Franciæ* ad Regem destinare voluerit, usque Præsentiam Regis, Armatis, vel non Armatis, cum Equis, Rebus, Bonis, Jocalibus, Libris, Manticis, Cariagiis, & Hernesiis suis quibuscumque, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abindè salvò & securè redeundo;

tiam Consanguinei Regis *Ducis Burgundiæ*, cum Sexaginta Personis, vel infra (cujuscumque fuerint Statûs seu Conditionis) ac totidem Equis in Comitiva sua, Armatis, vel non Armatis, tam per Diem, quàm per Noctem, transeundo, & exinde penes Præsentiam Regis, ubicumque ipsum tunc fore contigerit, reveniendo, & ibidem morando, & deinde ad Propria salvò & securè redeundo, necnon Libros, Literas, Manticas, Bagas, Cariagia, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quòd ipsi quicquam, &c. quodque ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* decimo nono die Novembris.

Pro Gulielmo Ebrovensi Episcopo.

REX, per Literas suas Patentes, per Viginti Dies proximò futuros duraturas, suscepit in salvum, &c. Venerabilem Patrem, *Gullielmum Ebrovensem Episcopum* a Civitate Parisius usque Villam Regis de Mante, & abinde usque Civitatem Regis Rothomagi, cum Tribus Personis in Comitivâ suâ, tam per Diem, quàm per Noctem, unà cum Equis, Cariagiis, Bonis, Jocalibus, Rebus, & Hernesiis suis quibuscumque, ibidem morando & perhendinando, & exinde salvò & securè redeundo; Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid.

Proviso semper quòd ipsi quicquam, &c. quodque ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* decimo nono die Novembris.

Per ipsum Regem.

---

* *De Treugis, pro Civitate Parisiensi, & Locis eidem adjacentibus, appunctuatis.* • IX. 812.

SEquitur Abstinentia Guerræ, Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1. m. 3.

Facta, appunctuata, & concordata *Medunta*, vicesimâ Die Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo Nono,

Per & inter *Philippum* Electum & Confirmatum Wigomiensem, *Henricum Dominum Fitz Hugh* Serenissimi Principis Domini *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Franciæ & Angliæ & Domini Hiberniæ* Camerarium, ac Dominum *Walterum Hungerford* Magnum Magistrum Hospitii ejusdem Domini Regis, Commissarios & Deputatos ipsius Domini Regis ex parte una,

Et, Reverendum in Christo Patrem Dominum *Marenium Episcopum Atrebatensem*, Nobilem & Egregios Viros, Dominum *Johannem de Saulx* Militem Dominum de Courtinron, & Magistrum *Johannem Daule*, Ambassiatores & Nuncios Serenissimi Principis *Domini Karoli Franciæ*, ex parte altera,

Pro Civitate Parisiensi, ac Locis eidem Civitati in Circuitu proximò adjacentibus, sub formâ infrascriptâ,

IN PRIMIS, CONCORDATUM est quòd dictus Serenissimus Princeps *Rex Franciæ & Angliæ* non faciet aut movebit Guerram, a dictâ Vicesimâ Die Mensis Novembris inclusivè, usque ad Quartam Diem Mensis Decembris proximò futurum etiam inclusivè, per se, neque per suos, contra dictam Civitatem Parisiensem, aut Personas habitantes seu degentes in eadem, necnon contra personas habitantes seu degentes infra & per Quinque Leucas proximò adjacentes dictæ Civitati Parisiensi, in Circuitu illo ubi dictus Dominus *Rex Franciæ & Angliæ* non habet Terras & Dominia sibi subdita; set in illo Circuitu dictæ Civitatis, ubi idem *Dominus Rex* habet Terras & Dominia infra Quinque Leucas dictæ Civitatis Parisiensis proximò adjacentes, præsens Abstinentia Guerræ non extendetur ad Leucas, sed tantum ad proximiores Merchias seu Fronterias, dictæ Civitati Parisiensi viciniores, Terrarum & Dominiorum eidem Domino *Regiæ Franciæ & Angliæ* subjectorum.

ITEM, CONCORDATUM est quòd durante tempore præsentis Abstinentiæ, nullus (cujuscumque statûs, gradûs, aut conditionis) degens aut inhabitans infra Loca præsentis Abstinentiæ, seu extra (sub Obedientiâ tamen dicti Principis *Karoli Franciæ*) tenens Partem *Ducis Burgundiæ*, faciet aut movebit Guerram dicto Domino *Regi Franciæ & Angliæ*, Terris aut Dominiis, Subditis & Vasallis suis quibuscumque, veniendo aut itinerando, per prædictam Civitatem Parisiensem, aut ab eadem Civitate, seu per dicta Loca, in præsenti Abstinentiâ inclusa, eidem Civitati, ut præmittitur, proximò in Circuitu adjacentia.

ITEM,

... *seu Armeniaci* fieri per-
mittet, per Loca præsenti Abstinentiâ inclusa, dicto *Regi Franciæ*
• IX. *& Angliæ*, • Terris & Dominiis, Subditis aut Vassallis suis qui-
813. buscumque.

ITEM, CONCORDATUM, est quod per nullum Attemptatum hujusmodi seu Interprisam, factam per Subditos unius Partis vel alterius, contra superiùs expressata, debet præsens Abstinentia censeri rupta; set manebit nihilominus in suis robore & vigore.

Et debent omnia Attemptata & Malefacta hujusmodi, per Conservatores & Commissarios, hinc inde Deputatos, prout singulos eorum concernit, juxta exigentiam Casuum occurrendorum, debitè corrigi & reformari.

Et erunt Conservatores dictæ Abstinentiæ,

Pro Parte dicti Domini *Regis Franciæ & Angliæ*, Dominus *Johannes Gray* Capitaneus Sancti Germani in Laya, & Dominus *Radulphus Cromwell*, Milites:

Et, pro Parte dicti Principis *Karoli Franciæ*, *Johannes Dominus de Thoulonjon* Miles, *Capitaneus Nemoris Vincenarum*, & *Præpositus Parisiensis*.

Et quilibet Conservatorum, superiùs nominatorum, habet & habebit sufficientem Potestatem ad faciendum Reparari & Emendari omnia Injurias, Attempata, Malefacta, & Dampna quæ fient & committenter contra Tenorem præsentium Abstinentiarum, & ad Puniendum omnes Malefactores secundum quod Casus exegerit & requirit.

De Tractando super Treugis Franciæ.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1419. Sciatis quod nos,
An. 7. De fidelitate, prudentiâ, circumspectione, & industriâ, carissi-
H. 5. mi Consanguinei nostri, *Richardi Comitis Warewicæ*, ac, Dilecto-
Pat. rum & Fidelium nostrorum, Magistri *Johannis Kempe*, Electi
Norm. 7. Confirmati Roffensis, *Willielmi Domini de Roos*, *Johannis Tiptoft*,
*H.5.p.*2. & *Willielmi Porter*, Militum, *Johannis Boteler* Armigeri Armi-
m. 46. geriæ nostræ, & Magistri *Richardi Caudray* Secretarii nostri, plenam gerentes fiduciam,

Ipsos, *Comitem*, *Johannem*, *Willielmum*, *Johannem*, *Willielmum*, *Johannem*, & *Richardum*, nostros Fecimus, Ordinavimus, & Constituimus, ac per Præsentes Facimus, Ordinamus, & Constituimus veros & legitimos Ambassiatores, Procuratores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes eis, Sex, Quinque, & Quatuor eorumdem plenam, Tenore Præsentiam, Potestatem & Auctoritatem ad Tractandum, Concordandum, & finaliter Concludendum,

Cum Consanguineo nostro Franciæ, suisve Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis sive Nunciis, sufficientem in ea parte Potestatem habentibus,

De & super Treugis, seu Guerrarum Abstinentiis, generalibus, vel particularibus, per Mare, Terram, seu Aquas, ac tanto tempore duraturis secundum quod inter eos melius & efficaciùs poterit concordari,

Pro Nobis, Regnis, Terris, Patriis, Dominiis, Subditis, Vassallis, Amicis, Alligatis, & Confœderatis nostris quibuscumque, omnibus honestioribus & securioribus Viis, Modo, & Formâ, quibus inter se poterunt concordare,

Et ipsas Treugas, inter se capiendas & concludendas, si necesse fuerit, Prorogandum & Elongandum,

Ac easdem Treugas per omnia Regna, Terras, & Dominia nostra quæcumque proclamari & publicari Faciendum, ubicumque opus fuerit,

Et, ut eo firmiùs & inviolabiliùs Treugæ prædictæ observentur, tam per Terram, quàm per Mare, & Aquas, ad Faciendum, Ordinandum, & Deputandum tot & tales Conservatores & Judices Treugarum prædictarum, generales & speciales, & in tanto numero, prout præfatis, *Comiti*, *Johanni*, *Willielmo*, *Johanni*, *Willielmo*, *Johanni*, & *Richardo*, Sex, Quinque, vel Quatuor eorum videbitur expedire, ad Corrigendum & Reformandum totum & quicquid contra dictas Treugas fuerit attemptatum,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Excercendum, & Ex-

Promittentes, bona fide, & in verbo Regio, ad Tenendum & Observandum, ac teneri & observari faciendum, Ratum, Gratum, Firmum, & Stabile totum & quicquid per prædictos, *Comitem*, *Johannem*, *Willielmum*, *Johannem*, *Willielmum*, *Johannem*, & *Richardum*, Sex, Quinque, vel Quatuor eorum, Actum, Gestum, seu Conclusum fuerit in Præmissis & singulis eorumdem,

Et quod Nos Concedemus & fieri faciemus Literas Confirmatorias, sub Magno Sigillo nostro, de & super omnibus & singulis Articulis & Punctis, de quibus inter eos fuerit Concordatum seu conclusum, & de exequendo & exequi faciendo eadem cum debita Diligentia, secundum Tenorem & Formam Præmissorum, quantum ad Nos dinoscitur pertinere,

Et hoc Promittimus etiam sub Cautione & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, mobilium & immobilium, præsentium & futurorum, ita quod nunquam per Nos, seu alium nomine nostro, dicemus, faciemus, aut proponemus, in Judicio, nec extra, quicquam in contrarium,

Mandantes omnibus & singulis Justiciariis, & Subditis nostris quibuscumque, quatinus præfatis, *Comiti*, *Johanni*, *Willielmo*, *Johanni*, *Willielmo*, *Johanni*, & *Richardo*, Sex, Quinque, & Quatuor eorumdem, ac eorum Literis & Mandatis, obediant & intendant in omnibus diligenter.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante* vicesimo primo die Novembris.

Per ipsum Regem.

Innovantur Commissiones ad Tractandum de Pace inter *Regem* & *Consanguineum suum Franciæ*, de Treugis capiendis, de Matrimonio contrahendo, & salvis Conductibus fiendis, modo & formâ quibus supra scribuntur, set sub Nominibus & Datâ quæ sequuntur; videlicet,

Johannis Episcopi Roffen.
Richardi Comitis Warr.
Johannis Domini de Roos Militis.
Gilberti Umfreville Militis.
Willielmi Porter Militis.
Magistri Richardi Cordon Legum Doctoris.
Magistri *Richardi Caudray* Secretarii Regis.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* Quarto Die Februarii.

Per ipsum Regem.

ITEM, *innovatur Commissio ad Tractandum cum* Duce Burgundiæ *de Treugis, in formâ quâ supra, & sub Nominibus & Datâ proximis supra.*

Per ipsum Regem.

De Mutuo Regi faciendo.

REX, Dilectis & Fidelibus suis, *Simon Felbrygge* Chivaler, Ann. D.
Johanni Pyllyngton Chivaler, *Thomæ Wodevill*, *Thomæ Wa-* 1419.
ke, *Johanni Longvyil*, *Thomæ Mulso*, & *Johanni Catesby*, Salu- *An.* 7.
tem. *H.* 5.
Sciatis quod, *Pat.* 7.
Cum, in ultimo Parliamento nostro, Auctoritate ejusdem, Or- *H.* 5. *m.*
dinatum existat quod Tertia Pars unius Decimæ & unius Quintæ- 13.
decimæ, concessa de Laicis, ad Festum Sancti Martini in Yeme (quod erit Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo) levanda, ad Solutionem omnium illorum,

Qui Mutuum sive Chevantiam Nobis, pro meliori & celeriori Resistentia Malitiæ Inimicorum nostrorum, & pro conservatione Jurium & salva Custodia Regni nostri, facere voluerint,

Assignetur,

• Et quod Cancellarius Angliæ, pro tempore existens, • IX.
Per Thesaurarium ejusdem Regni, vel ejus Deputatum, certifi- 815.
catus de Mutuo sive Chevantia, quod vel quam aliqua Capitula

Ec-

sufficientes Comitatûs Northamptoniæ, ad dictum Mutuum sive Chevantiam similiter Nobis ex causis Præmissis præstandum omnibus viis & modis melioribus, quibus juxta sanas discretiones vestras sciveritis aut poteritis,

Personis Ecclesiasticis quibuscumque, quæ Nobis de Majoribus Pecuniarum Summis, in Festo Purificationis beatæ Mariæ, proximò futuro, solvendis, providebunt, dumtaxat exceptis,

Nomine nostro Inducendum & Excitandum,

Ac ad Thesaurarium nostrum Angliæ, sive ejus Deputatum, de Mutuo sive Chevantia prædictis, & Quantitate Summarum, tam de quolibet vestrûm, quàm de universis aliis & singulis Ligeis prædictis (exceptis præexceptis) Nobis in hac parte præstandarum & concedendarum, citra Vicesimum quartum Diem Januarii, proximò futurum distinctè & apertè, sub Sigillis vestris, vel alicujus vestrûm, Certificandum,

Dantes & Concedentes vobis, & cuilibet vestrûm, Tenore Præsentium, plenam Potestatem & Auctoritatem, Nomine nostro, Promittendi Ligeis nostris prædictis, & eorum cuilibet (exceptis præexceptis) quòd ipsi Promptam Resolutionem Summarum prædictarum, de Tertia parte prædicta, ad Festum Sancti Martini prædictum, absque ulteriori dilatione, fideliter percipient & habebunt,

Quodque Cancellarius prædictus hujusmodi Litteras, Brevia, & Warranta, de Summis prædictis, ut prædictum est, fieri faciet & liberari juxta formam Ordinationis supradictæ;

Et ideò vobis Mandamus quod circa Præmissa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in forma prædictâ;

Damus autem universis & singulis Ligeis nostris, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quod vobis, & cuilibet vestrûm, in Executione Præmissorum, pareant, obediant, & intendant, prout decet.

In cujus, &c.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium* vicesimo sexto die Novembris.

Eodem modo assignantur subscripti, sub eadem Datâ, in Comitatibus subscriptis; videlicet,

Johannes Howard Chivaler, &c.

Treugarum, pro Civitate Parisiensi, & Locis eidem adjacentibus, appunctuatarum, Confirmatio.

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Pat. Norm.* 7. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 3.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS quædam Appunctuamenta, per quosdam nostros Commissarios & Deputatos, pro Nobis & Nomine nostro, nuper habita & appunctuata, in hæc verba,

Sequitur Abstinentia Guerræ,

Facta, & appunctuata, & concordata *Medunta*, Vicesimâ Die Mensis Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo nono,

Per & inter *Philippum Electum & Confirmatum Wigorniensem, Henricum Dominum Fitz Hugh, &c. prout supra de Dat. xx. die Novembris.*

* IX. 815. * Nos autem, Appunctuamenta prædicta, ac omnia & singula in eis contenta, Rata habentes & Grata, ea acceptamus, approbamus, &, Tenore Præsentium confirmamus:

Et ulterius Abstinentiam Guerræ prædictam, in omnibus & singulis suis Articulis, modo & formâ superiùs expressatis, ad Duodecimum Diem instantis Mensis Decembris, proximò futurum inclusivè, ex certâ Scientiâ nostrâ, Protogamus, Extendimus, & Elongamus per Præsentes.

Quæ omnia & singula supradicta per Nos & Subditos nostros Teneri volumus & inviolabiliter observari, ac ea teneri & observari firmiter injungendo Mandamus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* secundo die Decembris.

Per ipsum Regem.

Ann. D. 1419. *An.* 7. *H.* 5. *Ex Autogr. Pen. Camer.*

Oblationum Regis Inspectio & Approbatio per Ducem Burgundiæ.

PHilippus, *Dux Burgundiæ*, Comes Flandriæ, Arthesii, & Burgundiæ, Palatinus Dominus de Salinis & de Machlinia, omnibus, ad quos præsentes Literæ nostræ pervenerint, Salutem, & eisdem Fidem indubiam adhibere.

suæ Conthoralis ejusdem Filiam, absque Onere aliquo ob id præfatis suis Parentibus, aut aliis quibuscumque suis Amicis, aut Subditis Regni Franciæ, imponendo,

Et quod, per eum modum, præfatos Illustrissimos Consanguineum & Consanguineam efficiet sibi Patrem & Matrem, & eosdem ut Patrem & Matrem suos habebit, & pro talibus venerabitur, & ut decet venerari tantos, tales, & tam Illustrissimos Principem & Principissam, ymo & præ cunctis aliis Temporalibus Personis Mundi.

ITEM, quod non turbabit, nec inquietabit, seu impediet præfatum Serenissimum Consanguineum suum Franciæ, quo minus teneat & possideat, quoad vixerit, quatenus tenet & possidet de præsenti, CORONAM & DIGNITATEM REGALEM FRANCIÆ, & Redditus, Fructus, & Proventus eorumdem, ad Sustentationem sui Status & Onerum Regni,

Et præfata Serenissima Consanguinea sua, Conthoralis ejusdem Consanguinei sui, etiam teneat, quamdiu vixerit, Statum & Dignitatem Reginæ, secundum Morem Regni prædicti, cum Parte præfatorum Reddit
uum & Proventuum sibi congrua & convenienti.

Quæ Præmissa præfatus Rex se Observaturum, Facturum, & Impleturum offert; dummodò, pro Parte præfati Serenissimi Consanguinei sui Franciæ, eidem Regi concordentur, & promittantur, ac fiant ea quæ sequuntur, quæ sibi sic concordari & promitti ac fieri petit Consideratione Præmissorum,

IN PRIMIS, quod, immediatè post Obitum ejusdem Consanguinei, & extunc deinceps, CORONA & REGNUM FRANCIÆ, cum eorum Juribus & Pertinentiis universis, manebunt & erunt, ipsius *Regis Henrici*, & Hæredum suorum IMPERPETUUM.

ITEM, quod, pro eo quod præfatus Serenissimus Consanguineus suus Franciæ tenetur ut plurimum (quod dolenter refert) & præpeditur adversâ Valitudine, per eum Modum quod non commodè * poterit in Personâ suâ intendere seu vacare Disponendis * IX. Regni Negotiis; quod idcirco, ad Vitam ejusdem Consanguinei 817. sui Franciæ, Facultas & Exercitium Regendi & Disponendi Rempublicam prædicti Regni Franciæ, cum Consilio Nobilium & Prudentum ejusdem Regni, eidem Serenissimo Consanguineo suo Obedientium, qui Commodum & Honorem ipsius Regni dilexerint, penes ipsum Dominum *Regem Henricum* sint & maneant; ita ut ipsam per seipsum, & etiam per alios, quos cum Consilio præfatorum Nobilium ad hoc duxerit Deputandos, Regere possit & Gubernare.

Quibus quidem FACULTATE & EXCERCITIO REGENDI sic penes eundem Dominum *Regem Henricum* existentibus idem *Rex* efficaciter, diligenter, & fideliter, pro Posse suo, laborabit & intendet ad id, quod esse possit & debeat ad Honorem Dei, præfatorum Consanguinei & Consanguineæ, necnon ad Bonum publicum dicti Regni, & ad ipsum Regnum, cum Consilio & Auxilio Procerum, Magnatum, & Nobilium ejusdem Regni, Deffendendum, Transquillandum, & Pacificandum, ac Regendum, secundum Exigentiam Justitiæ & Æquitatis.

ITEM, quod Proceres, Magnates, & Nobiles, ac Status Regni prædicti, tam Spirituales, quàm Temporales, necnon Civitates, & Notabiles Communitates, ac Cives & Burgenses Villarum ejusdem Regni, præfato Consanguineo suo pro Tempore obedientes, præstabunt Juramenta quæ sequuntur,

IN PRIMIS, *quod eidem Domino* Henrico Regi, FACULTATEM & EXERCITIUM DISPONENDI & REGENDI *dictam Rem publicam gerenti, ac Jussionibus suis, humiliter & obedienter in omnibus, Exercitium Regiminis dicti Regni concernentibus, & per omnia, parebunt & intendent.*

ITEM, *quod ea, quæ inter præfatum* Consanguineum *&* Consanguineam *ejusdem Regis &* ipsum Regem, *cum Consilio eorum, quos iidem Consanguineus & Consanguinea & ipse Dominus Rex ad hoc duxerint adhibendos, Appunctuata fuerint & Concordata, ipsi Proceres, Magnates, Nobiles, & Status Regni prædicti, tam Spirituales, quàm Temporales, necnon Civitates, & Notabiles Communitates, & Burgenses Villarum, ejusdem Regni, quatenus eos & singulos eorum concernere poterit, in omnibus, & per omnia, benè & fideliter observabunt, &, pro Posse suo, sic facient ab aliis quibuscunque observari.*

ITEM, *quod, continuè ab Obitu & post Obitum dicti Consanguinei sui Franciæ, erunt ipsi Fideles Homines Ligei præfati Regis* Henrici *& Hæredum suorum, ac ipsum pro Domino suo Ligeo & Supremo ac* VERO REGE FRANCIÆ, *absque Oppositione Contradictione, seu Difficultate, recipient & admittent, ac pro tali obedient; & quod, præterquam* dicto Consanguineo suo, *nulli unquam, post hæc, tamquam Regi aut Regenti Regni Franciæ, obedient,*

Patentes, suo Magno Sigillo sigillatas, necnon Literas Patentes Approbatorias & Affirmatorias præcarissimorum Fratrum suorum, & aliorum de Sanguine suo Regali, Procerumque & Magnatum sibi Obedientium, necnon omnimodas Securitates quas dictus Consanguineus suus exigere velit in hac parte.

Nos igitur, *Philippus Dux antedictus*,

• IX. 818. • Ad nostræ Considerationis Aciem reducentes innumerabilia & enormia Mala, quæ de Guerris,

Inter præfatos Principes, & eorum, Inclitæ Memoriæ, Progenitores, Præcessores, & Prædecessores, necnon Regna supradicta, per nonnulla (proch dolor!) Tempora continuatis,

Hactenus provenerunt, & de verisimili (quod absit) sic provenirent in futurum, si non eisdem occurretur Remediis, in ea parte congruis & opportunis,

Et rursum, considerantes, ex Parte alia, multiplicia, ac inæstimabilia Bona, quæ de Pace & Concordia præfatorum Principum & Regnorum toti Christianitati resultarent,

Plenam habentes Notitiam quod Intentionis est & Voluntatis, præfati Serenissimi Principis, Domini & Patris mei *Karoli Regis Franciæ*, obviare Malis supradictis, & ea procurare, quæ esse possent & cedere ad Pacem, Tranquillitatem, & Bonum Subditorum suorum, & Regnorum prædictorum, ac universorum Christi Fidelium,

Quia superscriptas Oblationem, Intentionem, Petitionem, & Voluntatem præfati Consanguinei nostri *Henrici Regis Angliæ*, necnon omnia & singula contenta in Articulis supradictis, arbitramur, tenemus, & reputamus esse & fore Sana, Rationabilia, & Utilia, & tendere ad Bonum dictæ Pacis finalis, ac præfatorum Regnorum, & totius Christianitatis,

Idcirco ipsas Oblationem, Intentionem, Petitionem, & Voluntatem, ac omnia & singula in Articulis prædictis contenta, quatenus in Nobis est, habemus Grata pariter & Accepta, ac eisdem nostros damus & præbemus Assensum, Consensum, & Voluntatem,

Et Promittimus, in Verbo Principis, & ad hæc Sancta Dei Euvangelia, per nos corporaliter tacta, quod tam penes præfatos, Serenissimum Principem, Dominum & Patrem meum, *Karolum Francorum Regem*, &, Serenissimam Principissam, Dominam & Matrem meam, *Reginam ejus Contboralem*, ac eorum Consilia, quàm etiam aliis omnibus Viis & Modis Novis possibilibus, diligenter & effectualiter, sine Fraude, Dolo, aut Malo Ingenio laborabimus, ac instabimus, & faciemus, quantum possibile Nobis fuerit, quòd Oblatio, Intentio, Petitio, ac omnia & singula in dictis Articulis contenta, concordabuntur & fient, ac plenum sortientur effectum,

Et quod neque per Nos, aut aliam quamcunque Personam, directè vel indirectè, quicquam faciemus seu procurabimus, per quod Executio, Perfectio, seu Complementum ipsorum, vel alicujus eorumdem, possit quomodolibet impediri

In cujus Rei Testimonium Sigilli nostri Appensione has præsentes Literas fecimus communiri.

Datum in *Villâ nostrâ Attrebatensi*, secundâ Die Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo nono.

Per Dominum Ducem in suo Magno Sigillo.

MENART.

Sub Sigillo Ducis, rubeâ cerâ expresso, pendenti a Cauda Pergamenæ.

De salvo Conductu pro Archiepiscopo Rothomagensi.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Norm. 7. H. 5. p. 2. m. 51. REX, per Literas suas Patentes, usque Primum Diem Martii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. Venerabilem Patrem *Lodowicum Archiepiscopum Rothomagensem* usque Præsentiam Regis, cum Quadraginta Personis (cujuscumque fuerint Statûs seu Conditionis) vel infra, ac totidem Equis, pro Fidelitate sua Regi facienda & præstanda, tam per Diem, quàm per Noctem, salvò & securè veniendo, & ibidem morando, necnon Bona, Jocalia, Res, Hernesia, & Cariagia sua quæcumque;

Sac Burgensi Parisiensi, Ambaxiatoribus, Nunciis, & Deputatis, Illustris Domini, *Philippi Ducis Burgundiæ*, Commissarii, in hac parte, Serenissimi Principis, Domini *Karoli Franciæ* supradicti, ad Præsentiam Dicti *Domini nostri Regis* de præsenti transmissis,

De & super hiis, quæ concernunt Bonum Publicum, & specialiter Treugas & Abstinentias Guerrarum, utriusque Regni, Subditorumque & Incolarum ambarum Partium, fuerimus ex parte dicti Domini nostri Regis Commissi & Deputati,

Prout per ipsius Litteras Commissiones clare constat; Quarum Tenor talis est,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Franciæ & Angliæ*, & Dominus Hiberniæ, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, circumspectione, & industriâ, Venerabilium in Christo Patrum, *Philippi Episcopi Wigorniensis*, & *Johannis Episcopi Roffensis*, ac Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Henrici Fitzhugh* Camerarii nostri, *Walteri Hungerford* Senescalli Hospitii nostri, & *Johannis Tiptoft*, plenius confidentes,

Ipsos Quinque, Quatuor, vel Tres eorum nostros Fecimus, Ordinavimus, Deputavimus, & Constituimus, ac Facimus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus certos & indubios Ambaxatores, Nuncios, & Commissarios per præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem, Quinque, Quatuor, aut Tribus eorumdem, plenam, Tenore Præsentium, Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale ad Tractandum, Concordandum, & finaliter Concludendum, pro Nobis & Nomine nostro, cum Consanguineo nostro Franciæ, suisve Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, sive Nunciis, plenam & sufficientem Potestatem ab eodem habentibus,

De & super Treugis, seu Guerrarum Abstinentiis, generalibus, vel particularibus, per Mare, Terram, seu Aquas, ac tanto Tempore duraturis, secundum quod inter eos melius & efficacius poterit concordari,

Pro Nobis, Regnis, Terris, Patriis, Dominiis, Subditis, Vassallis, Amicis, Alligatis, & Confœderatis nostris quibuscumque, omnibus honestioribus Viis, Modis, & Formâ, quibus inter se poterunt concordare,

Et ipsas Treugas, inter se capiendas & concludendas, per omnia Regna, Terras, & Dominia nostra quæcumque proclamari & publicari Faciendum, ubicumque opus fuerit,

Et, ut eo firmius atque inviolabilius Treugæ prædictæ conserventur, tam per Terram, quàm per Mare, & Aquas, ad Faciendum, Ordinandum, & Deputandum tot & tales Conservatores & Judices Treugarum, generales & speciales, & in tanto numero, prout eis Quinque, Quatuor, aut Tribus eorum, videbitur expedire, ad Corrigendum & Reformandum totum & quicquid quod contra dictas Treugas fuerit attemptatum,

Necnon de & super omnibus & singulis,

Ab eisdem Commissariis nostris, Quinque, Quatuor, aut Tribus eorumdem, cum dicto *Consanguineo nostro*, aut suis in hac parte Ambassiatoribus, Commissariis, vel eorum aliquo, Appunctuatis, Concordatis, seu Conclusis,

Per Nos benè & fideliter observandis, in Animam nostram Jurandi,

Literas etiam Sigillatas, Obligationes, & alterius cujuscumque generis Securitates & Cautiones, in hac parte conventas seu concordatas, pro Nobis & Nomine nostro Dandum, Faciendum, & Expediendum, quas parem & eundem effectum & vigorem habere volumus, ac si Nos in Personâ nostrâ eas Daremus, Faceremus, seu Exponeremus,

Et consimilia Juramentum, Literas, Obligationes, Securitates, & Cautiones alias sufficientes, & in hac parte Nobis necessarias, pro Nobis & Nomine nostro, a præfato *Consanguineo nostro*, seu • ejus, Ambassiatoribus, Commissariis, Deputatis, sive Nunciis Petendum, Recipiendum, & Obtinendum, • IX. 820.

Ac quoscumque Tractatus, per ipsos Commissarios nostros, Quinque, Quatuor, aut Tres eorumdem, factos, prout sibi videbitur expedire, Prorogandum & Continuandum,

Et generaliter omnia alia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, ac etiam si de se Mandatum exigant magis speciale,

Et Promittimus, bonâ fide, & verbo Regio, ad Tenendum, &

In cujus rei Testimonium has Litteras nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Castrum nostrum Rothomagi* die vicesimo primo Decembris, Anno Regni nostri Septimo.

STURGEON.

ET, ex parte dicti Illustris Domini, *Ducis Burgundiæ*, Commissarii, ut præfertur, Serenissimi Principis Domini *Karoli Franciæ*, fuerint ad Tractandum, Communicandum, & Concludendum Nobiscum, super Præmissis, *Episcopus Attrebatensis*, Domini, *Theobaldus*, & *Guillebertus*, Milites, Magistri, *Simon de Fourmelles*, & *Johannes de Rinelle*, ac *Johannes Sac*, superius nominati, specialiter Deputati & Commissi, ut eorum Commissionis Tenore clarè liquet; qui sequitur sub hac forma,

PHilippe, *Duc de Burgoigne*, Conte de Flandres, d'Artois, & de Bo rgonge, Palatin, Seigneur de Salins & de Malins, Commissair en ceste Partie de Treshault & Excellent Prince de Mon Soveraigne & Tresredoubte Seigneur & Pere *Charles*, par le Grace Dieu, *Roy de France*,

Come par ses Lettres de Commission peut apparoir; des quelles la Teneur s'ensuit,

CHarles, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, a touz ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salutz.

Come,

Pour obvier aux grans & innumerables Maulx & Inconveniens, qui long temps a sont encommencies, & se continuent, par fait de Guerre entre *Nous* & nostre Royaume, & nostre Cousin *le Roy d'Engleterre* & son Royaume,

Nous serons en entention de, au plaisir de Dieu, briefment faire Traictie avec nostre dit Cousin sur le fait de la Paix & Concorde finale de Nous, de nostre dit Cousin, & des dyz Royaumes,

Savoir faisons que,

Pur a ce pervenir, Nous ayans pleine & tout confiance en la grande loyalte & bonne prudence de, nostre treschier & tresame Firz, *le Duc de Bourgoyne*, Doyen des Pers, & deulx foys Per de France,

A icelui, ou a ses Commis & Depputes en ceste Partie, avons Donne, & Donnons par ces Præsentes, plain Pouair, & Auctorite, & Mandement especiale de Ottroyer, Prendre, & Accorder, pour Nous & en nostre Nom, ovesque nostre dit *Cousin d'Engleterre*, ou ses Messiges, Commis, & Deputes, pour Lui & en son Nom, Trieues & Abstinence de Guerre, bonnes & seures, generales ou particulieres, par Mere, ou par Terre, ou autrement, & a long ou brief temps, entre *Nous*, & noz Suggez, obeissans a Nous, & a icellui *nostre Cousin*, & ses Sugges, & ceulx de sa Partie, en la meilleur & plus seure maniere que faire se pourra,

De Commettre, Ordenner, & Deputer, ou Nom de Nous,
* IX. 821. Conservateurs, pour Reparer & faire Reparer ce qu'il seroit * enfraint ou Innove contre les dites Trieues,

Et faire tous autre Choses que au Cas apartient, & que Nous ferions, ou faire purrions, se presens y estoions en nostre Personne,

De Jurer, en l'Ame de Nous, de Garder & Observer, & faire Garder & Observer, icelles Trieues & Abstinence de Guerre,

Les queus Trieues & Abstinence, ainsy Prinses & Accordes par *nostre dit Filz*, ou ses Commis & Depputes, Nous, desmaintenant pour lors, Promettons, en bonne foy & en Parole de Roy, avoir Agreeables, & tenir & faire tenir Fermes & Estables, & non venir, ou souffrir venir, a l'encontre par quelque voye ou maner que ce soit, ou puist estre,

Et sur ce ferons bailler noz Lettres Confirmatoirs, Seelles de nostre Grant Seel, se besoing est;

Si Donnons en Mandement a, noz Ames & Feaulx, Conestable, Mareschaux, Maisters des Arbalestiers, Admiral, Visadmiral, Capitaines des Gens d'Armes & de Trait, Senechaulx, Baillifz, Prevostz, Justiciers, Officers, Vassaulx, & Subgiz, ou a leurs Lieutenants, & a chescun d'eulx, sicome a lui appartendra, que toutes les dites Trieues & Abstinence de Guerre, qui par nostre *dit Filz*, ou ses diz Commis & Depputes, serront Prinses & Accordes (au quel & a ses Lettres en ce voullons estre obey) facent Crier & Publier chescun es Mettes & Ressors de son Office ou il appartendra,

Et icelles Tiengnent & Gardent, & facent Tenir & Garder, sans enfraindre, en Pugnissans les Infracteurs d'icelles, come en tel cas appertient, sans dissimulation quelconque,

la dite Commission,

Pourquoy *Savoir faisons* que Nous,

Confians a plain des grans Sens, Loyaulte, & Prudence de, noz bien Amez, Reverent Pier en Dieu *l'Evesques d'Arras* nostre Conseiller, Maistre *Phelip de Morviller* primer President du Parlement de mon dit Sire le Roy, Messire *Thiebault Seigneur de Neufchastell* Grant Maistre d'Ostel de mon dit Seigneur, le *Sire de Courtiuron*, *le Seigneur de Thoulonjon*, Messire *Guillebert de Lannoy*, Chivalers, Maistre *Simon de Formelles*, Maistre *Jehan de Rinel* Secretaire de mon dit Seigneur, & *Jehan Sac* Burgoys de Paris,

Iceulx, les Huit, les Sept, les Six, ou les Cinque, Avons Commis & Deputes, Commettons & Depputons, par ces Presentes, pour & en Nom de mon dit Seigneur & de Nous, & par vertu du Pouoir a Nous susdite Donne, Donnons plaine Puissance Auctorite & Mandement especial d'Accorder, Prendre & Ottroyer, pour & en Nom de *mon dit Seigneur & Pere*, avec Treshault, & Tresexcellent Prince nostre Cousin *Henry*, par ycelle mesme grace *Roy d'Engleterre*, ou ses Messaiges, Commis, & Deputes, aians de Lui sur ce Pouoir suffisant, Trieues & Abstinence de Guerre, bonnes & Seures, generales ou particuliers, par Mer, par Terre, ou par Riviers, ou autrement, & a long ou brief temps, *entre mon dit Seigneur & Pere*, ses Royaume, Vassaulx, & Suggiz, obissans a luy, & *ycelui nostre Cousin*, ses Royaume, Vassaulx, & Suggez, & ceulx de sa Partie, en la meilleur & plus sure manere que faire se pourra,

De Commettre, Ordonner, & Deputer, ou Nom de mon dit Seigneur & Pere, Conservateurs, pour Repairer, & faire Repairer, ce que de son cote seroit enfraint, attempte, ou innove contre les dites Trieues,

Et faire toutes autres Choses, au cas appartenans, *que mon dit Seigneur & Pere*, *ou Nous en son Nom*, ferions, ou fere pourrions se presens y estoyons en noz Personnes,

De Jurer, en l'Ame de *mon dit Seigneur & Pere*, de Garder & Observer, & faire Garder & Observer, ycelles Trieues & Abstinence de Guerre,

* Et de faire toutes autres Choses, qui pour le Bien & Seurte * IX.
des dites Trieues & Abstinence de Guerre sera expedient & necessaire, 822.

Et tout ce, que par les diz Commis & Deputes, ou les Huyt, les Sept, les Six, les Cinque d'iceulx, come dit est, Serra fait, ottroye, & accorde en cest Partie, Nous Promettons, en bonne foye, ou Nom de mon *dit Seigneur & Pere* & de Nous, avoir Aggreables, & tenir, & faire tenir, Fermes & Estables, Sans venir, ou souffrir estre venu, au contraire en quelque manere que ce soit,

Et sur ce ferons bailler Lettres Confirmatoires, tant de *mon dit Seigneur & Pere* come de *Nous*, Scellees de son Grant Sell & du noistre, se Besoing est,

Et Mandons, depar mon *dit Seigneur & Pere*, A tous ses Conestable & Mareschaux, Maistre des Arbalestiers, Admiral, Visadmiral, Capitains de Gens d'Armes & de Trait, Baillifs, Provosts, Escheuins, Justiciers, Officers, & Suggez quelxconque, ou a leurs Lieutenantz, & a chescun d'eulx, sicome a luy appartendra, que les dictes Trieues ou Abstinence de Guerre, qui par les Commis & Deputes dessusdiz, ou les Huit, les Sept, les Six, les Cinque serront Prinses, Accordes, & Ottroyes (Aux queulx & a leurs Lettres en ce voullons, ou Nom de mon *dit Seigneur & Pere*, estre obey) facent Crier & Publier chescun es Mettes & Ressort de Office & Jurisdiction & par tout ailleurs ou il appertendra, & ycelles Trieues facent Tenir & Garder sans enfraindre, & Punissent Infracteurs d'icelles come au Cas appartendra, en faisant faire Reparation deue de ce qui serroit fait ou attempte au contraire.

En Tesmoing de ce Nous Avons fait mettre nostre Seal a ces presentes,

Donne a nostre *Ville d'Arras*, le vii. jour de Decembre, l'An de Grace Mill, Quatrecens, & Dixneuf.

Ainsy Signee,

PAR MONSIEUR LE DUC.

Q. Menart.

ET,

Quia pro Bono Pacis finalis, inter prædictos Principes & eorum Franciæ & Angliæ Regna Tractandæ & feliciter Concludendæ, & nè tantum Bonum posset impediri quomodolibet vel differri, Nobis, & dictis Ambaxiatoribus & Deputatis præfati Domini

IN PRIMIS CONCORDATUM est, quod præsentes Treugæ seu Abstinentiæ Guerrarum erunt Generales per Terram,

Et sub ipsis comprehendentur, pro Parte dicti illustrissimi Principis Domini *Karoli Franciæ*, omnes & singuli Homines, Vassalli, & Subditi sui, necnon Omnes & singulæ Civitates, Villæ, Castra, Fortalitia, Terræ, Patriæ, & Dominia sua, in Regno Franciæ & alibi sibi obedientes & obedientia, & quæ imposterum, tempore hujusmodi Treugarum & Abstinentiæ durante, sibi obedient, extra Ducatum Normanniæ constituta:

* IX. 823. * Et, simili modo, pro Parte dicti Serenissimi Domini nostri Regis, comprehendentur omnes & singuli Homines, Vassalli, & Subditi sui, necnon omnes & singulæ Civitates, Villæ, Castra, Fortalitia, Terræ, Patriæ, & Dominia sua, tam in Regnis Franciæ & Angliæ, quàm alibi, sibi obedientes & obedientia, & quæ etiam, tempore hujusmodi Treugarum seu Abstinentiæ Guerrarum durante, sibi obedient:

Ita quod, præsentibus Treugis durantibus, Neuter Prædictorum Principum, per se, aut alios quoscumque, movebit aut faciet Guerram hominibus, Vassallis, aut Subditis, Villis, Castris, Fortalitiis, Terris, Patriis, ac Dominiis alterius;

Neuter etiam prædictorum Principum Obsidebit, aut Capiet, seu ab aliis quibuscumque Capi permittet, de Die, sivè de Nocte, viâ Guerræ, Tractatûs, Emptionis, aut alio quovis modo, Villas, Civitates, Castra, Fortalitia, seu Passagia quæcumque alterius Partis, præsentibus Treugis comprehensa.

ITEM, CONCORDATUM est, quòd sub præsentibus Treugis seu Abstinentiâ, (licet sint, ut præfertur, Generales) non comprehendentur, ymo potiùs & expressè excipiuntur & excluduntur hinc & indè, Personæ foventes, & tenentes illam Partem quæ dicitur *Dalphini* seu *Armaniaci*:

Villæ etiam, Civitates, Castra, Fortalitia, Terræ, Patriæ, sive Dominia, dictam Partem *Dalphini* seu *Armaniaci* tenentia, degentesque & habitantes in eisdem, a præsentibus Treugis excluduntur:

Et licebit dicto *Domino nostro Regi*, & illustrissimo Principi Domino *Karolo Consanguineo suo Franciæ*, vel ipsorum Deputatis, transire, in Armis & aliàs, per Terras, Districtus, atque Loca non firmata, alteri Parti obedientia, pro inferendâ Guerrâ Locis occupatis & tenentibus dictam Partem *Dalphini* seu *Armaniaci*; eo Casu quo, contra dicta Loca, pro Guerrâ hujusmodi inferendâ, per Terras Propriæ Obedientiæ Transitus fieri non possit.

Et, pro hujusmodi Guerrâ inferendâ, tam eundo, quàm redeundo, necnon in Obsidione (si quam poni aut stabiliri contigerit) immorando, Gentes unius Partis accipere poterunt, in Locis alteri Parti subjectis, rationabiliter & moderatè Victualia seu Alimenta pro se & Animalibus suis; Dummodo ea violenter non accipiant ab hiis, qui hujusmodi Victualia ad Vendendum transportaverint, de Locis ad Loca, præsentibus Treugis comprehensa; ac solvendo justum & rationabile Pretium, de quo inter ipsas Gentes & Vendentes eorumdem Bonorum fuerit Concordatum.

ITEM, CONCORDATUM est, quòd licebit Subditis dicti Serenissimi Principis Domini *Karoli Franciæ*, Equestribus vel Pedestribus, a Terris, Dominiis, & Locis quibuscumque, eidem Domino Karolo Franciæ subjectis, Apportare per Terram Victualia, cum Animalibus, Curribus, Quadrigis, vel Vehiculis, durantibus præsentibus Treugis, & ex illâ causâ ingredi, transire, & redire, bene & secure, per Civitates, Villas, Districtus, Terras, & Passagia, firmata & non firmata, dicto Domino nostro *Regi Angliæ* obedientia; & Victualia cum Animalibus hujusmodi, ut præmittitur, conducere, vehere, & transportare, absque aliquo impedimento Gentium & Ministrorum dicti Domini nostri Regis, ad Civitates, Villas, Castra, Fortalitia, seu Loca alia quæcumque, dicto Domino *Karolo Franciæ* subdita & subjecta, prout dictis Subditis ejusdem Domini *Caroli Franciæ* melius & securius ad ipsorum Commodum videbitur expedire: solvendo semper Custumas & Deveria, secundum Consuetudinem Locorum ad quæ ipsos declinare contigerit;

Proviso tamen quòd non poterunt intrare Castra, Villas firmatas, seu alia Fortalitia, absque Licentiâ Dominorum, Capitaneorum, seu Custodum eorumdem, aut aliorum habentium ad hoc Potestatem:

Proviso etiam quòd ipsi Subditi dicti Domini *Karoli Franciæ* habeant Litteras Testimoniales Ballivorum, Præpositorum, aut a-

Proviso tamen quòd non poterunt intrare Castra, Villas firmatas, seu alia Fortalitia, absque Licentiâ Dominorum, Capitaneorum, seu Custodum eorumdem, aut aliorum habentium ad hoc Potestatem:

Proviso etiam quòd ipsi subditi dicti Domini *Regis Angliæ* habeant Literas Testimoniales Ballivorum, Præpositorum, aut aliorum, Regimen Civitatum, Villarum, & Locorum ipsius Domini *Regis Angliæ* habentium, a quibus iidem Subditi sui ex causâ prædicta recedere habent; quibus Literis Certiorabuntur Omnes, quod ipsi sunt Subditi dicti Domini *Regis Angliæ*, & pro Victualibus quærendis & transportandis, cum Animalibus suis, &c, ut præmittitur, itinerare intendunt; & quod nichil in Præjudicium seu Contemptum dicti *Domini Karoli Franciæ*, aut Subditorum suorum, attemptabunt, seu attemptari procurabunt.

ITEM, CONCORDATUM est, quod præsentes Litteræ Treugarum Generalium per quemlibet dictorum Principum, prout quemlibet concernit, quotiens fuerit requisitus, & per suas Literas, suis Magnis Sigillis Sigillatas, Confirmabuntur.

ITEM, CONCORDATUM est, quod Capitanei Civitatum, Villarum, & Castrorum utriusque Partis, potissimè in suis Frontariis existentes, tenebuntur Promittere & Jurare prædictas Treugas & Abstinentias Guerræ, quantum in eis est, fideliter Tenere & Observare, & ab iis juxta Posse facere observari.

ITEM, CONCORDATUM est, quod per nullum Attemptatum seu Interprisam, factam aut faciendam, per Subditos unius Partis Subditis alterius Partis, contra superius Expressata, debent præsentes Treugæ & Abstinentia Guerræ Ruptæ censeri; set manebunt nichilominus in suis robore & vigore.

Et debent Omnia Attemptata & Malefacta hujusmodi per Conservatores & Commissarios, per utramque Partem deputatos & deputandos, prout singulos eorum concernet & concernere poterit, Corrigi, Emendari, & Reparari, ac debite Reformari.

Et erunt Conservatores præsentium Treugarum & Abstinentiæ Guerræ,

Pro Parte dicti Domini nostri Regis, in Partibus Picardiæ *Capitaneus Calesii* & ejus Locumtenens, & in aliis Partibus *Capitanei Augi & Gisortii*, Dominus *Johannes Gray* Capitaneus Sancti Germani in Layâ, Dominus *Radulphus Cromwell* Miles, *Capitanei Ebroicensis & de Vernolio*, & eorum Locatenentes,

Et, pro Parte dicti Serenissimi Principis Domini *Karoli Franciæ*, in Partibus Franciæ Præpositus Parisiensis, *Ballivi & Capitanei Salvanectensis & Carnotensis*, & eorum Locatenentes, & in Partibus Picardiæ & Pontivi Dominus *Jacobus de Henricuria* Capitaneus de la Crotoy, Dominus de *la Viez Ville* Capitaneus d'Ardre, Senescallus Pontivi, & Dominus *de Beloy* Capitaneus Ambianensis, & eorum Locatenentes,

Qui quidem Conservatores, & eorum quilibet in suâ Marchiâ aut Provinciâ, necnon ab eis vel eorum altero Deputandi, habebunt Potestatem Cognoscendi & Determinandi de Attemptatis hujusmodi, Corrigendique, Reparandi, & Emendandi quicquid Attemptatum aut Forisfactum fuerit, per quoscumque, contra Tenorem præsentium Treugarum & Abstinentiæ, ac Puniendi omnes Malefactores & Transgressores, prout Casus exegerint & requirent

In cujus rei Testimonium Nos, Commissarii & Deputati superius nominati, præsentibus Litteris nostra apposuimus Sigilla.

Datum & Actum *Rothomagi vicesima quarta die Mensis Decembris*, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo Nono.

---

* *Pro Secretario Regis Franciæ.* * IX. 825.

REX, per Literas suas Patentes, per Viginti Dies proximò fu- Ann. D.
turos duraturas, suscepit in salvum, &c. *Johannem de Rinel*, 1419.
Consanguinei Regis Franciæ Secretarium, in Civitate Regis Ro- *An.* 7.
thomagi ad præsens existentem, abinde usque Civitatem Parisius, *H.* 5.
cum Sex Personis ac totidem Equis in Comitiva sua, transeundo, *Norm.* 7.
& deinde ad Præsentiam Regis, ubicumque ipsum fore contige- *H.* 5. *p.* 2.
rir, reveniendo, ibidem morando & perhendinando, & exinde *m.* 52.
penes, Consanguineum Regis, *Ducem Burgundiæ*, salvò & securè, proficiscendo, necnon Libros, Literas, Manticas, Bagas, Bona, Res, Cariagia, & Hernesia sua quæcunque;

Pro-

H. 5. p. 2. nonnulli Tractatus inibi habiti fuerint, inter præfatum Consan-
m. 44. guineum nostrum *Franciæ*, & *Nos*, ac inclita Franciæ & Angliæ Regna, favente Domino, componendæ,

Et in eisdem certæ OBLATIONES & PETITIONES per Nos factæ fuerunt, quæ præfato Consanguineo nostro *Duci Burgundiæ*, esse videntur sanæ, rationabiles, ac utiles, & tendere ad Bonum Pacis prædictæ,

Quas etiam subsequenter, sub certis Articulis, in claram Scripturam redactas, idem Consanguineus noster *Dux Burgundiæ* gratas idcirco habuit & acceptas sub formâ, suis Literis Patentibus, super hoc confectis, plenius expressatâ,

Velitque & intendat idem Consanguineus noster *Dux Burgundiæ*, omni suâ possibilitate, suos impendere Sollicitudinem & Labores, ut præfatum Pacis Negotium, secundum OBLATIONES & PETITIONES nostras supradictas, Exitum & Effectum sortiatur optatum, prout prædictis suis Litteris innotescit evidenter.

Quod tamen, ut eo celeriùs efficere valeat, desiderat Nos & ipsum Amoris, & Affectûs mutui, ac speciales Amicitiæ Fœderibus invicem copulari,

Nos,

Consideratione Præmissorum, & eo quod, si, annuente Domino, præsens Tractatus Pacis Fine desiderato concludatur, erit per Matrimonium, inter Nos & præclaram Dominam *Katerinam* dicti Consanguinei nostri *Franciæ Filiam*, Sororem inclitæ Dominæ *Michaelæ* Conthoralis ejusdem Ducis, necnon per Medium Matrimonii, inter unum ex Præcarissimis Fratribus nostris & Unam ex Præclaris Dominabus Sororibus dicti Ducis Contrahendi,

Sic idem Dux nobis frater, aliisque variis de causis rationabilibus, Nos ad id moventibus, desideriis ejusdem Consanguinei nostri Ducis benivolâ promptitudine inclinati,

CONCORDAVIMUS ac CONVENIMUS, CONCORDAMUS ac CONVENIMUS, cum eodem Consanguineo nostro *Duce*, in eum qui sequitur Modum,

IN PRIMIS, quod eundem Consanguineum nostrum, velut præcharissimum Fratrem nostrum, Diligemus sinceriter & affectuosè quoad vixerit:

Ac sibi, ut præcharissimo Fratri nostro, Favebimus & Amicabimur:

* IX. 826. * Et ipsum, ac Terras, Patrias, & Dominia sua, pro Posse nostro, Conservabimus, Tuebimur, & Manutenebimus in suis Juribus, Prærogativis, & Præeminentiis universis:

Eaque Procurabimus quæ eidem Consanguineo nostro esse valeant & cedere ad Commodum & Honorem;

Statu Coronæ Franciæ, ac Juramentis, per Nos præstandis, si & quando, Divina favente Clementiâ, ad REGIMEN Reipublicæ Regni Franciæ, ac ad CORONAM ejusdem, Nos admitti & pervenire contigerit, in omnibus semper Salvis.

ITEM, quod idem Consanguineus *noster Dux* Nos simili modo sinceriter & affectuosè Diliget:

Et Nobis favebit ac amicabitur:

Et Nos, Regnum, Terras, Patrias, ac Dominia nostra, pro posse suo, conservabit, tuebitur, & manutenebit in Nostris & eorum Juribus, Prærogativis, & Præeminentiis Universis,

Eaque Procurabit quæ Nobis esse valeant & cedere ad Commodum & Honorem.

ITEM, quod efficaciter & diligenter laborabimus & intendemus, Omnibus viis & modis, quod Punitio condigna fiat de *Karolo Dolphino Viennensi*, & suis Complicibus, Culpabilibus Atrocis Homicidii in Personam, illustris Principis defuncti, Domini *Johannis*, ultimatè *Ducis Burgundiæ*, perpetrati.

ITEM, quod, si contingat dictum *Karolum Dolphinum* Viennæ, aut quoscumque alios, prædicti Homicidii culpabiles, ad manus nostras aut nostrorum, per Guerram, aut alio modo quocumque, devenire, nullâ Redemptione seu Remissione liberabuntur absque assensu dicti Consanguinei nostri *Ducis Burgundiæ*; sed salvò & securè, juxta Posse, servabuntur quousque de eis fiat quod Justitia exigit & requirit.

ITEM, contemplatione Personæ præclaræ Consanguineæ nostræ *Michaelæ Conthoralis Consanguinei nostri Ducis*, necnon Consideratione Præmissorum, & inter alia, affectûs illius quem ipsum Consanguineum nostrum *Ducem* habere perpendimus ad Bonum præfatæ Pacis, ac occasione Sumptuum & Expensarum grandium, quos idem Consanguineus noster impendit & impendet, ac Discriminum & Laborum, quibus se & suos exposuit in dicto Pacis Negotio, ut ipsum felicem & votivum sortiatur effectum, aliisque de causis rationabilibus, Nos in eâ parte moventibus, CONCESSIMUS & PROMISIMUS eidem Consanguineo nostro *Duci*, ac CONCEDIMUS & PROMITTIMUS, quod dabimus & impendemus operam, diligentiam solertem & affectuosam, PETUUM,

Et, si contingat quod præfatus Consanguineus noster *Franciæ* dictas ASSIGNATIONEM, Concessionem, & Traditionem eidem *Duci* non faciat, Nos, quàm primum ad CORONAM & *Dignitatem Regalem Franciæ* pervenerimus, eas eidem *Duci* faciemus per modum superiùs expressatum,

Ac faciemus & Promittemus ipsum, & præfatam Consanguineam nostram Conthoralem ejus, & eorum Hæredes supradictos, absque impedimento vel contradictione Nostri vel Hæredum nostrorum, eisdem, modo præmisso, pacificè & quietè gaudere.

ITEM, CONCORDATUM est, inter *Nos* & præfatum *Ducem*, quod, si aliquis alius, eâ de causâ quod duxerit Filiam de Domo Franciæ, vel aliâ occasione, exigat aut petat, in futurum, quod aliqua ASSIGNATIO Terrarum, Dominiorum, seu Possessionum Regiorum sibi fiat, *præfatus Dux* Nobis, pro Posse suo, si super hoc per Nos fuerit requisitus, auxiliabitur, & assistet, ac juvabit adversus Petitionem hujusmodi, & ad eam impediendam, ac * Temeritates & Malitias sic Petentium, si quas, * IX.
hac de causa, contra Nos machinari conentur seu moliri. 827.

Quæ omnia & singula suprascripta, hiis præsentibus Litteris nostris contenta, quatenus Nos & Partem nostram concernunt, Nos impleturos ac observaturos Promittimus in Verbo Regio, & quod non veniemus in contrarium eorum vel alicujus eorundem; dummodo præsens Pacis Tractatus finalem & desideratum sortiatur effectum.

In quorum omnium & singulorum fidem & testimonium has Litteras nostras sub Magni Sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Teste meipso apud *Castrum Rothomagense* xxv. die Decembris.

Per ipsum Regem.

Instrumentum Ambaxiatorum Burgundiæ super Confœderatione præmissa.

NOS, Ann. D.
Martinus, Permissione Divinâ, *Episcopus Arelatensis*, *Phi-* 1419.
lippus de Morviller, Primus Præsidens Parliamenti, *Theobaldus Do-* An. 7.
minus de Novo Castro Magnus Magister Hospitii Serenissimi at- H. 5.
que Christianissimi Principis & Domini nostri Metuendissimi, Ex Au-
Domini *Karoli*, Dei gratia, *Francorum Regis*, *Guillebertus de Lan-* togr.
noy, Milites, & *Simon de Fornelles* Legum Doctor, Penes
Commissarii ad infrascripta Illustris Principis Domini *Philippi* Camer.
Ducis Burgundiæ, Comitis Flandriæ, Arthesii, & Burgundiæ, Palatini, Domini de Salinis & de Machliniâ, prout per ejusdem Binarum Commissionum Litteras potest apparere,

Quarum Tenores sequuntur in hunc modum,

P*Hilippus Dux Burgundiæ*, Comes Flandriæ, Arthesii, & Burgundiæ, Palatinus, Dominus de Salinis ac Machliniâ, universis, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem, & ante omnia in Pacis Auctore mutuam caritatem adipisci.

Quia summonere ad ea quæ sunt Pacis & Amicitiæ, vestigia Prædecessorum nostrorum imitando, curam gerimus vigilanter, ut eo Patriæ & Subditi nostri securiùs in transquillitate consistere possint & manere,

Hinc est quod Nos affectionem, quam concepimus præcarissimum, bonæ memoriæ, Dominum & Genitorem nostrum (cujus Animæ Deus parcat) ad, Illustrissimum & Præpotentem Principem, *Henricum Regem Angliæ* modernum, Consanguineum nostrum carissimum, habuisse, ipsam nedùm insequi, verùm & augmentare mentis desiderio cupientes, & eandem inviolabiliter conservare,

Plenariam & indubiam, in hac parte, confidentiam gerentes de sensu, prudentiâ, legalitate, & fidelitate, Reverendi in Christo Patris, *Martini Episcopi Arelatensis*, &, Nobilium & Discretorum Virorum, *Johannis Domini de Thoulongnon*, *Guilleberti de Lannoy*, Militum, Magistri *Simonis de Formelis* Legum Doctoris, *Henrici de Chaufour* Scutiferi, Consiliariorum, & *Georgii d'Ostende* Secretarii, nostrorum Dilectorum & Fidelium,

Ipsis, Quinque, Quatuor, aut Tribus eorundem plenariam damus Potestatem ad Tractandum, Conveniendum, & Concludendum cum dicto Illustrissimo Rege, & nostro præcarissimo Consanguineo, aut suis in hac parte Commissariis seu Deputatis,

De & super quibuscumque Ligis, Confœderationibus, Alligantiis, & Amicitiis, generalibus vel particularibus, realibus sive personalibus,

Inter

nostro Firmandum,
Ipsorumque Litteras Promissorias & Obligatorias Tradendum,
Omnesque Securitates, Obligationes, & Cautiones, reales & personales, pro Nobis & Nomine nostro, Dandum, Petendumque, Stipulandum, & Recipiendum,
Jurandumque in Animam nostram, quod Tractata, Conventa & Concordata hujusmodi Rata habebimus & Grata, nec aliquid procurabimus vel faciemus, per quod Tractata, Appunctuata, & Concordata hujusmodi valeant quomodolibet infirmari, frustrari, aut impediri,
Juramentum consimile ab eodem *Illustrissimo Rege*, nostro præcarissimo Consanguineo, Petendum, Exigendum, & Recipiendum,
Cæteraque omnia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis & circa Præmissa necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna, & quæ ad hujusmodi Negotii qualitatem & naturam exiguntur & requiruntur, quæ etiam nosmetipsi facere possemus, si personaliter præsentes essemus, etiamsi talia forent quæ Mandatum quantumcumque speciale requirerent,
Ipsos supranominatos, Consiliarios & Secretarium nostros, legitimos Procuratores nostros, Negotiorum nostrorum Gestores & Actores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales Facimus, Creamus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,
Promittentes, bonâ fide, & sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos Procuratores nostros, vel ipsorum Quinque, Quatuor, vel Tres eorum, Actum, Gestum, Concordatum, & Appunctuatum fuerit in Præmissis & singulis Præmissorum.
In cujus rei Testimonium has nostras Litteras nostri Sigilli fecimus appensione roborari & muniri.
Datum in *Villâ nostrâ Insulensi* die primâ Mensis Octobris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo nono.

ITEM,

Philippe Duc de Burgoingne, Conte de Flandres, d'Artois, & de Bourgoingne, Palatin, Seigneur de Salins & de Malines, a tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut.
Come, pour aucuns grans Affairs, qui touchent le Bien commun, la Paix aussi, & Transquillite de ce Royaume, Nous, du bon gre & plaisir de Monseigneur le Roy, aions envoie, & encores envoions presentement, certain noz Ambassadeurs devers Tres-hault & Trespuissant Prince *le Roy d'Angleterre*; c'estassavoir,
Reverend Pere en Dieu, noz amez & feaulx Conseilliers, *l'Evesque d'Arras*, Maistre *Philippe de Morviller* Primer President du Parlement de mon dit Seigneur le Roy a Paris, *le Seigneur de Neufchastel* nostre Cousin grant Maistre d'Ostel d'icellui Monseigneur, *le Seigneur de Courtiuron*, *le Seigneur de Thoulongnon*, Messire *Guillelme de Lannoy*, Chivalers, Maistre *Simon de Formelles* Docteur en Loys, Maistre *Jehan de Rinel* Secretaire de Monseigneur le Roy, & *Jehan Sac* Bourgois de Paris,
Savoir faisons que Nous,
Confians a plain des grans sens, loyaultez, & prudences des dessusdiz,
Iceulx ensemble, ou les viii, les vii, les vi, ou les v, avons Commis, Ordonne, & Depute, Commettons, Ordonnons, & Deputons par ces Presentes,
En leur Donnant plain Povoir & Mandement especial de ou Nom de Nous, & pour Nous, faire Requestes & Demandes au dit *Roy d'Angleterre*, de pourfair & obtenir l'effect d'icelles,
Et sur ce Traittier, Accorder, & Moderer, come il semblera expedient a nos diz Conseilliers & Ambassadeurs,
De Recever le Serment du dit Roy, ou sa Promesse en Parolle de Roy, de Garder & Entretenir,
* IX. 829. * Et que par Lui en ceste Partie sera ottroie, consenti, & accorde, de Jurer, en l'Ame de Nous,
Et generalment de faire, en nostre Nom, tout ce que pour le bien & effect des diz Requestes & Demandes leur semblera estre expedient & necessaire,
Promettans, par la Foi, & Serment de nostre Corps, & en Parole de Prince, & sur l'Obligation de tous noz Biens, presens & advenir, avoir Agreable & Tenir, & faire Tenir, Ferme & Estable, à tous jours, tout ce que par nos diz Conseilliers & Ambassadeurs, ou les viii, les vii, les vi, ou les v, sera fait, accor-

Nobis attributæ,
Promittimus *ipsum Dominum Ducem* impleturum & observaturum, & quod non veniet in contrarium eorum, vel alicujus eorundem, & super hoc dabit Litteras suas Confirmatorias, infra vicesimum diem, a Datâ Præsentium computandum, dummodo præsens Pacis Tractatus finalem & desideratum sortiatur Effectum.
In cujus Rei Testimonium Sigilli nostri præsentibus nostris Literis duximus apponenda.
Datum *Rothomagi* die vicesimâ sextâ Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo nono.

Sub quinque Sigillis (quorum deest secundum) Commissariorum præfati Ducis Burgundiæ, *de cera rubra, pendentibus a Caudis Pergamenæ.*

Pro Commissariis Ducis Burgundiæ.

REX, per Literas suas Patentes, per Octo dies proximò futuros duraturas, suscepit in salvum, &c. Magistrum *Philippum de Morviller* Præsidentem in Parliamento, *Theobaldum de Neufchastell* Militem Magnum Magistrum Hospitii Franciæ, Magistrum *Johannem Milet*, Magistrum *Johannem de Rinel*, & *Johannem Sac*, in Civitate Regis Rothomagensi ad præsens existentes, abinde usque Civitatem Parisius, cum quinquaginta Personis, vel infra (cujuscumque fuerint Status vel Conditionis) Armatis, vel non Armatis, ac totidem Equis in Comitiva sua, tam per Diem, quàm per Noctem, unà cum Bonis, Rebus, Jocalibus, Libris, Literis, Manticis, Bagis, Cariagiis, & Herneisis suis quibuscumque, salvò & secure transeundo; Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Norm. 7. H. 5. p. 2. m. 52.
Proviso semper quòd ipsi quicquam, &c. & quodque ipsi nullum Castrorum, &c.
In cujus, &c.
Teste ut supra xxvi. die Decembris.

Per ipsum Regem.

---

* *Pro quibusdam ad Ducem Burgundiæ transituris.* * IX. 830.

REX, per Literas suas Patentes, usque Primum Diem Martii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. Triginta Personas, Homines Generosos, vel alios (cujuscumque Status vel Conditionis fuerint) vel infra, in Villa Regis de Rouen ad præsens existentes, abinde ad Consanguineum Regis *Philippum Ducem Burgundiæ*, cum Equis & Bonis suis quibuscumque, Armatis vel non Armatis, unà vice vel pluribus, transeundo & redeundo; Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibidem.
Proviso semper quod ipsi quicquam, &c. quodque ipsi nullum Castrorum, &c.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Castrum suum de Rouen* vicesimo sexto die Decembris.

Per ipsum Regem.

Pro Willielmo de Campo diverso ad eundem Ducem transituro.

REX, per Literas suas Patentes, per Duodecim Dies proximò futuros duraturas, suscepit in salvum, &c. *Willielmum Champdivers* Chivaler, in Civitate Regis Rothomagi ad præsens existentem, abinde penes carissimum Consanguineum Regis *Ducem Burgundiæ*, cum Duodecim Personis, vel infra, ac totidem Equis in Comitiva sua, tam per Diem, quàm per Noctem, unà cum Bonis, Rebus, Cariagiis, & Herneisis suis quibuscumque, transeundo; Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibidem.
Proviso semper quòd ipsi quicquam, &c. quodque ipsi nullum Castrorum, &c.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* vicesimo nono die Decembris.

nandum,

Damus autem universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Communitatibus, Vicecomitibus, Liberis Hominibus, Ballivis, Ministris, & omnibus Fidelibus nostris, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quòd *præfato Duci*, tanquam Custodi dicti Regni nostri, & Locum nostrum tenenti in eodem, Intendentes sint, Respondentes, ac Consulentes, & Auxiliantes.

In cujus, &c. has Literas nostras Patentes fieri & Magni Sigilli nostri munimine fecimus consignari.

Dat. in *Palatio nostro apud Westmonasterium* tricesimo die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

• IX. 831. *De Potestate eidem Locumtenenti concessa.

Ann. D. 1419. An. 7. H. 5. Ibid. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cum, *&c. ut supra usque ibi*, duxerimus ordinandum, — *tunc sic*,

Nos,

Volentes Quieti Prælatorum, Magnatum, & aliorum Fidelium nostrorum, dicti Regni nostri, dum absentes fuerimus, providere,

Eidem Custodi dicti Regni nostri Angliæ, & Locum nostrum tenenti in eodem, plenam Concessimus Potestatem & Auctoritatem specialem, tam Parliamenta, quam Concilia, infra dictum Regnum nostrum Tenendi, & Prælatos, Magnates, & Proceres, ac Communitates dicti Regni nostri, cum tempus exegerit vel necesse fuerit, Convocandi & Summonendi, & cum ipsis Consulendi,

Et ea, quæ Nobis & Regno nostro prædicto necessaria fuerint vel oportuna, de assensu Parliamentorum & Conciliorum hujusmodi, Faciendi, & Ordinandi, & Disponendi,

Et ea, quæ de Assensu Parliamentorum & Conciliorum hujusmodi Ordinata, Tractata, vel Concordata fuerint, Executioni debitæ, Vice nostra, demandari faciendi,

Necnon Capitulis Ecclesiarum Cathedralium & Conventualium, per Mortem, Cessionem, seu quovis alio modo vacantium, cum hujusmodi Vacationes prædicto Custodi per dicta Capitula præsentatæ fuerint, Concedendi Licentiam Eligendi Personas idoneas in Pastores & Præsidentes Ecclesiarum prædictarum,

Et, cùm de Licentia prædicta Electiones in dictis Ecclesiis fuerint celebratæ, & Personæ Electæ per Literas dictorum Capitulorum Nobis vel sibi nostro Nomine Præsentatæ, Assensum & Favorem Regium singulis hujusmodi Electionibus (nisi rationabilis causa subfuerit quare dictis Electionibus hujusmodi Assensus denegari debeat) Adhibendi,

Et ulterius, pro Confirmatione Electorum, quibus sic adhibetur Assensus, illis ad quos pertinet, more solito Transcribendi,

Ac, cum Electiones hujusmodi confirmatæ fuerint, & de hoc per Literas Diocesanorum Locorum prædictorum præfato Custodi constiterit, Fidelitates, Nobis de Minoribus Prælatis in hac parte debitas, Recipiendi, ac Temporalia sua Restituendi,

Ita quòd idem Custos a Majoribus Prælatis, sic Electis, non recipiat, nec Temporalia Ecclesiarum (ad quarum Regimen eliguntur seu postulantur) liberet seu restituat, quousque nos super hoc duxerit consulendum, aut aliud a Nobis inde habuerit in Mandatis,

Et quascumque etiam Fidelitates, pro quibuscumque Terris, Tenementis, seu Hæreditatibus nobis debitas, Recipiendi,

Ac Terras, Tenementa, & Hereditates hujusmodi illis, ad quos pertinent, prout justum fuerit, Liberandi & Restituendi,

Homagiis, Nobis pro dictis Terris, Tenementis, & Hæreditatibus debitis, reservatis, quæ usque Reditum nostrum in Angliam volumus, pro Fine rationabili, in Cancellaria nostra faciendo, Respectuari,

Volumus enim quòd idem Custos omnia Præmissa, ac omnia alia & singula, Gubernationem suam tangentia & concernentia, de Assensu & Deliberatione Concilii nostri, & non aliter, faciat & exequatur.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

Procuratorem nostrum, aut alios Officiarios nostros quoscumque, vexentur, molestentur, impediantur in aliquo seu graventur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* tricesimo die Decembris.

Per ipsum Regem.

Pro quibusdam Personis, a Duce Britanniæ, ad præsentiam Regis venturis.

REX, per Literas suas Patentes, usque primum diem Martii Ann. D.
proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. Trigin- 1419.
ta Personas (cujuscumque Statûs, Gradûs, seu Conditionis fue- An. 7.
rint) Armatas, vel non Armatas, quas, carissimus Frater Regis, H. 5.
Dux Britanniæ ad Regem mittere voluerit, usque Præsentiam Re- Ibid.
gis, ubicumque eum fore contigerit, Pedestrè vel Equestrè, tam m. 47.
per Diem, quàm per Noctem, una cum Libris, Literis, Manticis, Bagis, Bonis, Rebus, Cariagiis, & Hernesiis suis quibuscumque, quotiens & quando sibi placuerit, veniendo, ibidem morando, & exinde salvo & secure redeundo;

Proviso semper quòd Personæ prædictæ quicquam, &c. quódque ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Rouen* xxxi. die Decembris.

Per ipsum Regem.

Pro Burgensibus Villæ de Dieppe.

REX Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Duci- Ann. D.
bus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Ballivis, Vicecomi- 1420.
tibus, Præpositis, Ministris, & aliis Fidelibus suis, Salutem An. 7.
Sciatis quod Nos, H. 5.
Gratâ memoriâ recensentes Fidelitatem, & Constantiam, ac Ibid.
Dilectionem sinceram, quas, dilecti & fideles nostri, *Burgenses*, m. 50.
Manentes, & *Habitantes Villæ de Dieppe*,

Postquam, Divino Nutu, nobilissimam Civitatem nostram Rothomagi ingressi fuimus, & ipsi Burgenses, Manentes, & Habitantes ad Gratiam & Obedientiam nostras se Subditos reddiderunt & subjectos,

Tam in sana Gubernatione & secura Custodia Villæ prædictæ & præcipuè cum eadem Villa ouperime per Inimicos & Rebelles nostros fraudulenter & proditorie per Noctem Capta esset & Tradita, ipsis Inimicis & Rebellibus viriliter resistendo, quàm in aliis diversis & multimodis Obsequiis, Cultibus, & Expensis intolerabilibus & sumptuosis, Nobis honorifice & laudabiliter ostenderunt, & indies incessanter (prout oculatâ fide conspicimus) ostendere non desistunt,

Volentesque proinde fideles & benè meritos hujusmodi,

Qui fidei constantis fervore Regiis Beneplacitis adhæserunt, & quamplura & notabilia & fructuosa Obsequia, ut præmittitur, impenderunt,

Favore Regio communire, & quanto Fideles hujusmodi ad tam utilia Obsequia inveniuntur promiores, tanto debet eos Regia Benivolentia gratiosius amplecti, & inter sibi peculiares merito numerare, ut sic ad grata Obsequia se reddant imposterum promptiores, & Præcedentes Subsequentibus Causam majoris Gratiæ exhibeant & Favoris,

Hinc est quòd, de nostra speciali Gratia,

Ad Meliorationem Villæ prædictæ, ac Burgensium, Manentium, & Inhabitantium in eadem, necnon Supportationem Onerum eidem Villæ necessario incumbentium,

Ex certa scientia & mero motu nostris, necnon de Avisamento & Assensu Concilii nostri,

Concessimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, & hac præsenti
Carta nostra * Confirmavimus, præfatis Burgensibus, Manenti- • IX.
bus, & Habitantibus quod ipsi, & Successores sui, Burgenses, 833.
Manentes, & Habitantes Villæ prædictæ, de omnimodis Gabellis Salis ac Impositionibus Forinsecis, necnon Quartagiis quorumcumque Portuum, qui exnunc, in eadem Villa, per ipsos Burgenses, Manentes, & Habitantes, & eorum Successores, Vendentur seu Venditioni exponentur, IMPERPETUUM SINT QUIETI ET EXONERATI; qualicumque Cursu, quem dicta Auxilia alibi infra Dominia nostra habuerint, non obstante:

QUIETAMUS etiam, &, Tenore Præsentium, pro Nobis, & Hæredibus nostris, pro perpetuo EXONERAMUS ipsos Burgenses, Manentes, & Habitantes, & Successores suos prædictos, de quibuscumque Custumis & Subsidiis antiquis, per

Ter-

deputandis, in Villâ fupradictâ,

Habito femper Reforto ad Scaccarium vel Dies principales *Archiepifcopi Rothomagenfis*, quamdiu ipfa Villa in Manibus Ecclefiæ contigerit remanere,

Eft poftmodum ad Scaccarium noftrum & Hæredum noftrorum Normanniæ, prout antiquitùs fuerat confuetum;

Superioritate & Juribus Regalibus noftris, & dictorum Hæredum noftrorum, in omnibus, ad factum Juftitiæ noftræ fpectantibus, quamdiu eadem Villa in Manibus Ecclefiæ prædictæ fuerit, femper falvis;

Quare VOLUMUS, & firmiter PRÆCIPIMUS, pro Nobis, & Hæredibus noftris, quod prædicti Burgenfes, Manentes, & Habitantes, & Succeffores fui IMPERPETUUM, habeant & teneant has prædictas Libertates, Franchefias, & Quietantias benè, liberè, pacificè, & quietè, & eis, & earum qualibet, plenè gaudeant & utantur, ficut prædictum eft, fine impedimento noftri, vel Hæredum noftrorum, Jufticiariorum, Ballivorum, Vicecomitum, aut aliorum Officiariorum, feu Miniftrorum noftrorum quorumcumque.

Hiis Teftibus,

Venerabilibus Patribus,
P. Wigornienfi, Cancellario noftro Normanniæ,
J. Roffenfi, Cuftode Privati Sigilli noftri,
Epifcopis:
Cariffimo Fratre noftro, *Thoma Clarentiæ*,
Cariffimo Avunculo noftro, *Thoma Exoniæ*,
Ducibus:
Cariffimis Confanguineis noftris, *Ricardo Warrewicæ*,
Johanne Marifcallo,
Et *Willielmo Suffolciæ*,
Comitibus:
Dilectis & Fidelibus noftris,
Henrico de Fitz Hugh Camerario noftro,
Et *Waltero Hungerford* Senefcallo Hofpitii noftri,
Militibus;
Et aliis.

Dat. per Manum noftram apud *Caftrum noftrum Rothomagi* i. die Januarii.

Per ipfum Regem.

---

* *Pro Serviente Duciffæ Brabantiæ.*

• IX. 834.
Ann. D. 1420.
An. 7. H. 5.
Pat. Norm. 7. H. 5. p. 1 m. 46.

REX, per Literas fuas Patentes, per unum Menfem proximò futurum duraturas, fufcepit in falvum, &c. *Robertum Doly* Armigerum, Servientem *Duciffæ Brabantiæ*, ufque Civitatem Parifius, cum Novem Perfonis, fe ipfo Decimo, pedeftrè vel equeftrè, per Dominia & Poteftatem Regis, cum Bonis, Rebus, Cariagiis, & Herneliis fuis, tranfeundo, & exinde ad propria falvò & fecurè redeundo;

Provifo femper quod ipfi quicquam, &c. quòdque ipfi nullum Caftrorum, &c.

In cujus, &c.

Tefte Rege apud *Caftrum fuum Rothomagi* fecundo die Januarii.

Per ipfum Regem.

De Confirmatione pro Abbatia de Noa.

Ann. D. 1420.
An. 7. H. 5. Ibid. m. 19.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS quandam Cartam, inclitæ recordationis, *Matildæ Imperatricis*, Filiæ *Henrici*, quondam *Regis Angliæ* Progenitoris noftri, factam in hæc verba,

M. Imperatrix, Regis Filia, Archiepifcopo Rothomagenfi, Epifcopis, Abbatibus, Baronibus, Jufticiariis, & omnibus fuis Fidelibus de Terrâ Normanniæ, Salutem.

Sciatis quod ego Terram quandam pro xl. Libris emi, quam Deo, & *Ecclefiæ Sanctæ Mariæ de Noa*, & Monachis ibidem Deo fervientibus, ad Conftruendum ejufdem Loci Cœnobium,

H. 5. Ibid. m. 17.

Sciant præfentes & futuri quod ego, *Richardus de Vernone*, pro Salute Animæ meæ, Anteceflorum & Succefforum meorum, Concedo & proprio Sigillo Confirmo Donationem, quam primus *Willielmus de Vernone*, Anteceffor meus, cujus Corpus in Ecclefia de Vernone jacet, Donavit *Ecclefiæ Vernonenfi*, &c.

Nos, autem, omnia & fingula, in Cartis prædictis contenta, Rata habentes & Grata, ea, pro Nobis, & Hæredibus noftris, quantum in nobis eft, Acceptamus, Approbamus, & præfatis *Canonicis ac Succefforibus fuis* Concedimus & Confirmamus, prout Ipfi & Anteceffores fui Donis & Conceffionibus, in Cartis illis fpecificatis, ante hæc tempora, rationabiliter ufi funt & gavifi.

In cujus, &c.

Tefte Rege apud *Rothomagum* primo die Martii.

Per ipfum Regem.

---

* *De Confirmatione pro Leprofis de Monte Infirmorum.*

• IX. 835.
Ann. D. 1420.
An. 7. H. 5. Ibid. m. 25.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS quandam Cartam, celebris memoriæ, Domini *H.* quondam *Regis Angliæ*, Progenitoris noftri, factam in hæc verba,

H. Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, & Dux Normanniæ & Acquitanniæ, & Comes Andegaviæ, *Archiepifcopo Rothomagenfi*, Epifcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Jufticiariis, Vicecomitibus, & omnibus Miniftris & Fidelibus fuis Normanniæ, Salutem.

Sciatis me Conceffiffe & Dediffe, in perpetuam Eleemofinam, & præfenti Carta Confirmâffe, pro Salute *Regis H.* Avi mei, *Domini Patris mei G. Comitis Andegaviæ*, & *M. Imperatricis* Matris meæ, & pro Salute mea & omnium Anteceflorum meorum, *Leprofis de Monte Infirmorum* fuper Rothomago, Feriam fingulis Annis *Imperpetuum Habendam*, &c.

Nos autem, Cartas prædictas, ac omnia & fingula, in eis contenta, Rata habentes & Grata, ea, pro Nobis, & Hæredibus noftris, quantum in Nobis eft, Acceptamus, Approbamus, ac, dilectis nobis in Chrifto, nunc *Cuftodi* & *Infirmis Loci prædicti*, & fucceflоribus fuis *Imperpetuum*, Tenore Præfentium, Concedimus & Confirmamus, prout Cartæ prædictæ rationabiliter teftantur, & prout iidem *Cuftos* & *Infirmi*, & Prædeceffores fui, Donis & Conceffionibus fupradictis, & eorum quolibet, hactenus rationabiliter ufi funt & gavifi.

In cujus, &c.

Tefte Rege apud *Caftrum fuum Rothomagi* tertio die Januarii.

Per ipfum Regem.

De Confirmatione pro Abbatia Sancti Vigoris.

Ibid. m. 35.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS quafdam Literas Patentes, Celebris memoriæ *Ludovici*, quondam *Francorum Regis*, Progenitoris noftri, factas in hæc Verba,

Ludovicus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, Notum Facimus quod Nos Literas, inclitæ Recordationis, * *Henrici*, quondam *Regis Angliæ*, vidimus in hæc Verba,

Sanctorum Patrum Auctoritate docemur quod hæc mortalis Vita brevi intercludatur fpatio, & ideò Bona Transitoria, quæ Nobis Divinæ Largitatis Dono conceduntur, ut Æterna vereque manentia, Deo reddente Viciffitudinem, per Caritatis Officium mercemur,

Qua propter ego * *Robertus*, *Normannorum Comes*, omnibus Chrifti Fidelibus, tam præfentibus, quàm futuris, notum effe cupio qualiter, in nomine Sanctæ & individuæ Trinitatis, Congregationem Monachorum in Loco qui dicitur Citifiacus Ordinavi, &, præfente *Hugone ejufdem Loci Epifcopo*, cum aliis quampluribus

Per ipsum Regem.

* IX. 836.

* *De Confirmatione pro Leprosis de Keuilli.*

Ann. D. 1420. An. 7. H. 5. Ibid. m. 34. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Cartam, celebris memoriæ, *H.* quondam *Regis Angliæ* & Ducis Normanniæ, Progenitoris nostri incliti, in hæc verba,

H. Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, & Dux Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, & omnibus Ballivis & Fidelibus suis, Salutem.

Sciatis Me *Dedisse*, in Liberam & perpetuam Eleemosinam, pro salute Animæ meæ, & Antecessorum & Successorum meorum, &, præsenti Carta mea, *Confirmasse Leprosis de Keuilli* Clausum meum Domorum mearum, &c.

Nos autem, omnia & singula, in Cartis prædictis contenta, Rata habentes & Grata, ea, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, Acceptamus, Approbamus, & præfati *Hospitalis Custodibus*, *Servientibus* ipsius, ac *Infirmis* in eo manentibus, necnon Capellano Capellæ dicti Castri, & Successoribus suis, *Concedimus* & *Confirmamus*, prout Cartæ prædictæ rationabiliter testantur, & prout ipsi, & Successores sui, Donis & Concessionibus, in Cartis illis specificatis, ante hæc tempora, rationabiliter usi sunt & gavisi.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* xx. die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Confirmatione S. Martini de la Corveille.

Ibid. m. 28. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes *Philippi*, quondam *Regis Franciæ*, Primogenitoris nostri, in hæc verba,

Phelip, la grace de Dieu, *Roy de France*, Nous faisons savoir a tous, presens & avenir, que, comme, nostre ame & feal Chivaler, *Guillaume de Harecourt*, Sire de la Saucaye, eust & prist a nostre Tresorer de Paris Cent & Soyxant Livres Paris de Rente perpetual, &c.

INSPEXIMUS etiam quasdam Literas Patentes *Guillaume de Harecourt* quondam Domini de la Saucaye Militis, & *Blanche Danenger* tunc Uxoris suæ, hæc in verba,

A tous ceulx, qui verront ou orront ces presentes Lettres, *Guillaume de Harecourt*, Seigneur de la Saucaye, Chivaler salut en nostre Seigneur.

Nous faisons savoir a tous ceulx, qui sont & qui avenir sont, que,

Comme Nous aions Fonde, Ordonne, & Establi une Esglise, en la Paroisse de Saint Martin de la Corveille, ou Diocese d'Evreux, en l'Onneur de la sainte Trinite, & de la glorieuse Vierge Marie, & de toute la sainte Court de Paradis, & especialment du glorieux Confesseur Monsigneur *Saint Loys* jadis *Roy de France*,

En la quelle Nous avons Ordonne & Establey Treize Chanoines tous Prestrez, d'esquielx yl y a un Doyen, & ultre Chantre,

Si come il est plus plainement contenu en noz Lettres sur ce faictes,

Nous,

Voullans plus largement & habundement donner & assigner le Doyen, Chantre, & Chanons dessusdiz, &c.

Nos autem, omnia & singula, in Cartis prædictis contenta, Rata habentes & Grata, ea, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, Acceptamus, Approbamus, & præfatis *Decano*, *Cantori*, *&* *Canonicis*, ac Successoribus suis, Concedimus & Confirmamus, &c.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

bant,

Nos,

Desiderantes ut in eodem Loco Domino perpetuò Serviretur,

Ad honorem ipsius Domini nostri, Bonorum omnium Largitoris, Congregationem quandam Religiosarum Mulierum ibidem collocari fecimus,

Quæ Habitum & Ordinem Sancti Dominici susceperunt, & eidem Ordini incorporatæ, Curæ & Custodiæ Fratrum Prædicatorum, auctoritate Apostolicâ, sint Commissæ,

Quibus Priorissæ (videlicet) & Sororibus, Divini Amoris intuitu, & ob Remedium Animæ nostræ, & Animarum, inclitæ recordationis, *Ludovici Regis* Genitoris nostri, & *Reginæ Blanchiæ* Genetricis nostræ, ac aliorum Antecessorum nostrorum, *Donamus* & *Concedimus*, in puram & perpetuam Eleemosinam, Locum ipsum dictum de Sancto Matheo, cum Ædificiis, &c.

Nos autem, &c. præfatis *Priorissæ & Conventui* & Successoribus suis Concedimus, &c.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Pro Abbatia de Sancto Amando.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS quandam Cartam, Inclitæ recordationis, *Philippi quondam Francorum Regis*, Progenitoris nostri, factam in hæc verba, Ibid. m. 37.

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis, Amen.

Philippus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, inter cætera Virtutum Præconia, quibus Regalem Excellentiam condecet venustari, illud credimus esse non minimum, si ad Dei sacrosanctas Ecclesias, & maximè Religiosas, in suorum conservatione jurium, se liberalem exhibeat & benignam.

Sane, ex parte, Religiosarum Mulierum, *Abbatissæ & Conventus Monasterii Sancti Amandi Rothomagensis*, *&c.*

Nos autem, &c. nunc *Abbatissæ* & *Conventui Loci prædicti*, &c.

In cujus, &c.

Teste ut supra xxi. die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Confirmatione pro Leprosis de Diepp.

REX Omnibus, &c.

INSPEXIMUS Cartam, incliti Progenitoris nostri, Domini *Henrici*, *quondam Regis Angliæ* & Ducis Normanniæ, in hæc verba, Ibid. m. 40.

Henricus, *Rex Angliæ*, Dux Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegavensis, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Justiciariis, Vicecomitibus, & omnibus Justiciariis, & Fidelibus suis Angliæ, Normanniæ, Aquitanniæ, Andegaviæ, tam præsentibus, &c.

* Sciatis Me *Dedisse & Imperpetuum Confirmasse Leprosis de Depa*, &c. * IX. 838.

Nos autem, &c.

In cujus, &c.

Teste ut supra xiv. die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Confirmatione pro Abbatia de Voto.

REX Omnibus, &c. Ann. D. 1420.

INSPEXIMUS quandam Cartam, celebris memoriæ, Domini *Henrici*, *quondam Regis Angliæ*, Progenitoris nostri, factam, &c. An. 7. H. 5. Ibid. m. 36.

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, & Dux Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, &c. Salutem.

Sciatis Me & Dominam Matrem meam *M. Imperatricem H. Regis Filiam*, Fundasse Abbatiam Sanctæ Mariæ de Voto, de Ordine Cisterc. &c.

Nos

Nos autem, &c.
Teste ut supra decimo octavo die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Confirmatione pro Domo Dei de Vernon.

Ibidem. m. 11. REX Omnibus, &c.
INSPEXIMUS Literas Patentes, Inclitæ recordationis, Domini *Philippi quondam Francorum Regis*, Progenitoris nostri, factas in hæc verba,

Philippus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, Notum Facimus universis, tam Præsentibus, quàm futuris, quod Nos Quatuor Paria Literarum, inclitæ recordationis, carissimi Domini, & Genitoris nostri, *Ludovici Regis Francorum*, vidimus, quarum Tenores tales sunt.

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis Amen.

Ludovicus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, Notum Facimus universis, tam Præsentibus, quàm Futuris, quod Nos, divini Amoris intuitu, & pro salute Animæ nostræ, necnon & pro Remedio Animarum, inclitæ recordationis, Genitoris nostri *Ludovici Regis*, & Genitricis nostræ *Blanchia Reginæ*, & aliorum Antecessorum nostrorum, *Domui Dei Vernon*, &c.

Nos autem, Literas prædictas, ac omnia, &c. Approbamus, ac, Dilectis Nobis in Christo, nunc *Priorissæ & Conventui Loci*
* IX. 839. *prædicti*, & * Successoribus suis *imperpetuum*, Tenore Præsentium, Concedimus, &c.
In cujus, &c.
Teste Rege ut supra vicesimo octavo die Februarii.

Per ipsum Regem.

De Confirmatione pro Abbatia Sancti Wandrigesili de Rouen.

Ann. D. 1420. An. 7. H. 5. Ibid. m. 8. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
INSPEXIMUS quasdam Literas Patentes, inclitæ recordationis, Domini *Philippi*, *quondam Franciæ & Navarre Regis*, Progenitoris nostri, factas in hæc verba,

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS AMEN.
Philippus, Dei gratiâ, *Franciæ & Navarræ Rex*, inter cætera Virtutum Præconia, quibus Regalem Excellentiam condecet venustari, illud credimus esse non minimum, si ad Dei Sacrosanctas Ecclesias, & maximè religiosas in suorum conservatione Jurium, se liberalem exhibeat & benignam.
Sanè, ex parte Religiosorum Virorum, *Abbatis & Conventûs Monasterii Sancti Wandregisili*, Rothomagensi Diocese, &c.

Nos autem, &c. dilectis nobis in Christo, nunc *Abbati & Conventui Loci prædicti*, *&c.*
Teste ut supra quinto die Martii.

De Confirmatione pro Capellania Ecclesiæ Ebroicensis.

Ibidem. m. 2. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
INSPEXIMUS quandam Cartam, celebris memoriæ, *Ludovici*, *Regis Franciæ* Filii, quondam Comitis Ebroycensis, factam in hæc verba,

Ludovicus, *Regis Franciæ* Filius, Comes Ebroycensis, universis, præsentes, &c. Salutem.

Consuetudine, per omnia Dominica mea, &c.

Nos autem, &c. Approbamus, ac, Dilectis nobis, *Abbati & Conventui Loci prædicti*, &c. Confirmamus, &c.
In cujus, &c.
Teste ut supra primo die Martii.

---

* *De Restitutione Temporalium.* * IX. 840.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1420.
Sciatis quòd,
De Gratia nostra speciali, & ut Divinum Servitium, ac alia An. 7.
Pietatis Opera (quæ *in Ecclesia Sancti Melloni de Pontisara* fieri H. 5.
debeant plus solito accrescant & ibidem laudabiliùs manuteneantur & sustineantur, Pat. Norm. 7.
Concessimus, Dilectis Nobis, *Canonicis & Vicariis Ecclesiæ prædictæ* omnia Temporalia, eidem Ecclesiæ, in Regnum nostrum H. 5. p. 2. m. 50.
Franciæ, qualitercumque pertinentia sive spectantia,
Habenda, in Sustentationem Divini Servitii ac aliorum Pietatis Operum prædictorum, de Dono nostro.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Castrum suum de Rouen* Quarto die Januarii.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literæ de Restitutione Concessæ sunt *Priori & Conventui Prioratûs de Esteuteville in Caleto.*

Confirmatio, pro Parte Ducis Burgundiæ, Fœderis cum Rege Angliæ, ac Liga ad prosequendum Delphinum & alios Murdratores nuper Ducis.

PHilippus, *Dux Burgundiæ*, Comes Flandriæ, Arthesii, & Burgundiæ, Palatinus, Dominus de Salinis, & de Machliniâ, Ann. D. 1420.
Universis, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem, & An. 7.
eisdem fidem indubiam adhibere. H. 5.
Cum pridem (videlicet) post Mensem Septembris ultimatè præteritum, inter, Serenissimum atque Christianissimum Principem, Ex Autogr.
& Metuendissimum Dominum, & Patrem nostrum, Dominum *Karolum*, Dei gratiâ, *Francorum Regem*, ac, Serenissimum & Excellentissimum Principem, Dominum *Henricum*, eâdem gratiâ, *Regem Angliæ*, & Dominum Hiberniæ, Consanguineum nostrum præcarissimum, & Nos, nonnulli Tractatus assidui habiti fuerint, in Negotio Pacis finalis & Concordiæ, inter præfatum Metuendissimum Dominum & Patrem nostrum, Dominum *Francorum Regem*, & Serenissimum, Principem *Regem Angliæ* prædictum, ac inclita Franciæ & Angliæ Regna, favente Domino, componendæ,
Ac in eisdem certæ OBLATIONES & PETITIONES per eundem Consanguineum nostrum *Regem Angliæ* factæ fuerint, quas, sub certis Articulis, in claram Scripturam redactas, nos gratas habuimus & acceptas sub formâ, nostris Litteris Patentibus, super hoc confectis, plenius expressâ,
Velimusque & intendamus, omni nostrâ possibilitate, nostra impendere Sollicitudines & Labores, ut præfatum Pacis Negotium, secundum OBLATIONES & PETITIONES prædicti Consanguinei nostri *Regis Angliæ* supradictas, Exitum & Effectum sortiatur optatum, prout nostris prædictis Litteris innotescit evidenter,
Quod tamen, ut eo celerius, utiliùs, commodiùs, & securiùs effici valeat, desideramus præfatum Consanguineum nostrum *Angliæ Regem*, & *Nos* Amoris & Affectûs mutui, ac specialis Amicitiæ Fœderibus invicem copulari,
Nos,
Consideratione Præmissorum, & eo quòd, si, annuente Domino, dictus Tractatus Pacis Fine desiderato concludatur, erit per Matrimonium, inter ipsum Serenissimum & Excellentissimum Principem, Dominum *Henricum Angliæ Regem* Consanguineum nostrum præcarissimum, & Illustrissimam Dominam, Dominam *Katherinam dicti Metuendissimi Domini, & Patris nostri, Francorum*

Ac ipsum, & Regnum, Terras, Patrias, & Dominia illa, pro Posse nostro, Conservabimus, Tuebimur, & Manutenebimus in suis & eorum Juribus, Prærogativis, & Præeminentiis universis:

Eaque Procurabimus quæ eidem *Regi Angliæ* Consanguineo nostro esse valeant & cedere ad Commodum & Honorem;

Fidelitate tamen, qua tenemur ad præfatum Metuendissimum Dominum & Patrem nostrum *Karolum Franciæ Regem* antedictum Dominum nostrum Supremum, quamdiu vixerit, semper salvâ.

ITEM, quod idem *Rex Angliæ* Consanguineus noster simili modo Nos, velut præcarissimum Fratrem suum, Diliget sinceriter & affectuosè quoad vixerit:

Ac Nobis, ut præcarissimo Fratri suo, favebit & amicabitur:

Et Nos, ac Terras, Patrias, & Dominia nostra, pro posse suo, conservabit, tuebitur, & manutenebit in nostris Juribus, Prærogativis, & Præeminentiis Universis;

Eaque Procurabit quæ Nobis esse valeant & cedere ad Commodum & Honorem;

Statu Coronæ Franciæ, ac Juramentis, per eundem *Regem Angliæ* Consanguineum nostrum præstandis, si & quando, Divinâ favente Clementiâ, ad REGIMEN Reipublicæ Regni Franciæ, & ad CORONAM ejusdem, eundem *Regem Angliæ* admitti & pervenire contigerit, in omnibus semper Salvis.

ITEM, quod efficaciter & diligenter idem *Rex Angliæ* Consanguineus noster laborabit & intendet omnibus viis & modis, quod Punitio condigna fiat de *Karolo Delphino* Viennensi, & suis Complicibus culpabilibus Atrocis Homicidii, in personam Illustris Principis, præcarissimi Domini, & Genitoris nostri, Domini *Johannis ultimatè Ducis Burgundiæ* perpetrati.

ITEM, quod, si contingat dictum *Karolum Delphinum Viennensem*, aut quoscumque alios, prædicti Homicidii culpabiles, ad Manus ipsius *Regis Angliæ* Consanguinei nostri, aut suorum, per Guerram, aut alio modo quocumque devenire; nulla Redemptione aut Remissione liberabuntur absque consensu nostro, sed salvò & securè juxta Posse servabuntur, quousque de ipsis fiet quod Justitia exigit & requirit.

ITEM, contemplatione Personæ dictæ *Michaelæ* Filiæ præfati Domini Regis Franciæ, Conthoralis nostræ præcarissimæ, necnon affectûs illius quem Nos ad bonum præfatæ Pacis finalis habemus, prout idem *Rex Angliæ* nos habere perpendit, ac occasione Sumptuum & Expensarum grandium quos Nos jam impendimus, & Domino concedente impendemus, ac Discriminum & Laborum quibus nos & nostros exposuimus & exponemus in dictæ Pacis Negotio, ut ipsum felicem & votivum sortiatur Effectum, aliisque de causis rationabilibus ipsum *Regem Angliæ* in eâ parte moventibus, nobis Concessit & Promisit quod dabit & impendet Operam diligentem, solertem, & efficacem ut per dictum Metuendissimum Dominum nostrum Francorum Regem Nobis Assignentur, Concedantur, & Tradantur (absque Dismembratione seu Diminutione Coronæ) Terræ, Possessiones, & Dominia prope Terras, Possessiones, & Dominia, quas habemus & tenemus in Regno Franciæ, usque ad verum Valorem Annuum Viginti Milium Librarum Parisiensium, remansura *Nobis* necnon præfatæ *Michaelæ*, nostræ *Conthorali*, ad totam Vitam nostram & cujuslibet nostrûm, ac nostris Hæredibus Masculis inter Nos & ipsam procreandis,

TENENDA à *Rege* & CORONA Franciæ in Feodum & secundum Morem & Consuetudinem Regni Franciæ supradicti,

Et quod, super eisdem, Nobis dentur Litteræ efficaces dicti Metuendissimi Domini nostri Francorum Regis, necnon Litteræ Approbatoriæ Metuendissimæ Dominæ & Matris nostræ, *Isabellæ* Reginæ Franciæ,

Quas ASSIGNATIONEM, Concessionem, & Traditionem idem *Rex Angliæ* Consanguineus noster confirmabit & Ratificabit, sub Litteris suis Patentibus, pro ipso & Hæredibus suis IMPERPETUUM,

* IX. 842. Et, si contingat quod præfatus Metuendissimus Dominus & Pater, * Dominus *Francorum Rex* dictas ASSIGNATIONEM, Concessionem, & Traditionem nobis non faciat, *ipse Rex Angliæ* Consanguineus noster, quamprimùm ad CORONAM & *Dignitatem Regalem Franciæ* pervenerit, eas Nobis faciet per modum superiùs expressatum, ac Faciet & Permittet Nos, & dictam *Michaelam* Conthoralem nostram, ac nostros Hæredes supradictos, absque impedimento vel contradictione dicti *Regis Angliæ*, vel Hæredum suorum, eisdem, modo præmisso, pacificè & quietè gaudere.

ITEM, CONCORDATUM est, inter ipsum *Regem Angliæ* Consanguineum nostrum & *Nos*, quod si aliquis alius, ea de causâ quod duxerit Filiam de Domo Franciæ, vel aliâ occasione, exigat aut petat, in futurum, quod aliqua ASSIGNATIO Terrarum, Dominiorum, vel aliorum Bonorum, in Regno Franciæ, eidem fiat, idem Rex Angliæ Consanguineus noster non tenebitur ad tales exigentias aut petitiones, virtute hujus Concordiæ, munire.

Datum in *Villa nostra Attrebatensi*, Quintâ die Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo nono.

Per DOMINUM DUCEM *in suo Concilio.*

MENART.

Sub Sigillo Magno præfati Ducis Burgundiæ, cerâ rubrâ expresso, pendente à caudâ pergamenæ.

De Potestate ad Sacramenta capienda.

REX, Venerabili in Christo Patri, *J.* eâdem gratiâ, *Episcopo Exoniæ*, ac, Dilecto sibi, Magistro *Thomæ Polton* Clerico Decano Eborum, Salutem. Ann. D. 1420. An. 7. H. 5. Norm. 7. H. 5. p. 2. m. 48.

De vestris fidelitate & circumspectâ providentiâ in Domino plurimum confidentes, ad Petendum, & Exigendum, Sacramenta, Vice & Nomine nostris, à quibuscumque Personis, Gallicis & Normannis, de & sub Dominio & Potestate nostris Natis, ac de aliis quibuscumque in dictis Dominio & Potestate Beneficiatis (etiam si fuerint Italicæ) in Curia Romana de præsenti Residentibus, & ad Obedientiam nostram venire volentibus,

Ipsasque & earum quamlibet, secundum formam & tenorem cujusdam Cedulæ, quam vobis mittimus Præsentibus interclusam, Jurare faciendum,

Hujusmodique Sacramentum, assumptis per vos Notariis Publicis, Nomine nostro Recipiendum & acceptandum, ut præmittitur, ab eisdem,

Ipsisque Personis, & earum singulis, Literas Testimoniales, mentionem de & super Sacramentis illis, sic præstitis, facientes, sub Sigillis vestris consiciendum & liberandum,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Exercendum & Expediendum quæ hujusmodi Negotii qualitas & natura exigunt & requirunt,

Vobis, Tenore Præsentium, Committimus Potestatem,

Significantes Nobis, sub Sigillis vestris, ac Signis & Subscriptionibus Notariorum Publicorum, per vos in hac parte assumptorum, de Nominibus & Cognominibus Juratorum prædictorum, ac quid & qualiter in præmissis seu eorum aliquo duxeritis faciendum.

In cujus, &c. usque Festum Sancti Michaelis proximo futurum duraturas.

Teste Rege apud *Castrum suum de Rouen* xi. die Januarii.

Per ipsum Regem.

* *De Prabenda Data.* * IX. 843.

REX *Decano & Capitulo* Ecclesiæ Collegiatæ de Gourneyo, Salutem. Ann. D. 1420. An. 7. H. 5. Ibid. m. 44.

Vobis, Tenore Præsentium, significamus quod Canonicatum & Præbendam Sancti Hildenerti in Ecclesia prædicta, per Obitum Magistri *Nicholai Talebart* nunc Liberos & Vacantes, & in Manibus nostris pleno jure existentes, ut dicitur (quorum quidem Canonicatûs & Præbendæ Collatio & omnimoda Dispositio Nobis noscuntur pertinere) Dilecto Nobis *Stephano de Rudemare* in utroque Jure Licentiato, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, *Conferimus* & *Donamus*,

Mandantes quatinus ipsum *Stephanum*, seu ejus in hac parte Procuratorem recipiatis in Canonicum & Fratrem, ipsumque in Corporalem Possessionem Canonicatûs & Præbendæ prædictorum ponatis, seu poni & induci faciatis, Stallum in Choro & Locum in Capitulo, prout moris est, eidem assignantes,

Eundemque *Stephanum* Fructibus Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis ad eosdem spectantibus, uti & gaudere permittatis, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Rouen* xii. die Januarii.

De

Teste ut supra Decimo Quarto Die Januarii.

Per ipsum Regem.

comprehensi, tractum optatum easdem valeant reportare, ac suas Negotiationes liberiùs exercere,

* Nos præfati, *Willielmus Bardolfe*, *David Price*, *Willielmus Bray*, *Johannes Chyrche*, & *Johannes Pykering*, Nomine dicti metuendissimi *Domini nostri Regis*, de consensu & assensu dictorum Commissariorum *Ducis Burgundiæ* & Comitis Flandriæ, Nobiscum in hac parte concludentium & concordantium, in Vim Potestatis nobis hinc inde attributæ, prædictas Treugas, Sufferentias, sive Guerrarum Abstinentias, ac Securitates, & Provisiones, quocumque nomine censeantur, * IX. 845.

Alias captas & firmatas inter præfatum Metuendissimum Dominum *nostrum Regem* ex parte unâ, & prædictum, recolendæ memoriæ, Principem Dominum *Johannem*, *nuper Ducem Burgundiæ* & Comitem Flandriæ, parte ex altera,

In Festis Paschæ & Omnium Sanctorum ultimis præteritis finitas & expiratas,

Prout in Litteris inde confectis liquet manifestè, quas hic volumus haberi, de Articulo in Articulum, & de Verbo in Verbum, pro expressis, latiùs continetur,

Tenore Præsentium RESUMIMUS & INNOVAMUS, & cum Commissariis antedictis, Nomine dicti Domini sui, unà Nobiscum easdem Resumentibus, Innovantibus, & Ineuntibus, & de novo INIMUS,

Ac easdem durare volumus, à die Primæ Publicationis Præsentium, usque ad *Festum Omnium Sanctorum* proximò futurum inclusivè (quod erit in Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo) tam per Terram, quàm per Mare, eisdem modo, formâ, & vigore quibus antea viguerunt pro temporibus supradictis,

Non obstante quod Guerræ vigeant inter Angliæ & Franciæ Regna, aut, quod absit, vigere contigerit in futurum,

Ulteriùs Promittentes quod Die Sabbati (videlicet) Tertiodecimo die Mensis Januarii proximo futuro, fieret Publicatio sive Proclamatio in Villa Calesii hujusmodi Resumptionis & Innovationis Treugarum, sive Guerrarum Abstinentiæ, Provisionum, & Securitatum prædictarum, & deinceps, quamcitiùs commodè fieri poterit, in aliis Locis & Portubus Regni Angliæ consuetis,

Prout Commissarii dicti Domini Ducis, Nobiscum in hac parte concludentes, sic fieri in Villa de Gravelinghez, & aliis Locis Patriæ sive Comitatûs Flandriæ, & alibi consuetis, Nobiscum consimiliter promiserunt,

Quibus Publicationibus, sic factis in Villa Calesii, ac etiam in Villa de Gravelinghez, die supradicto, Mercatores & alii quicumque, in dictis Treugis & Securitatibus comprehensi, eisdem incontinenti uti & gaudere poterunt & debebunt, ac ipsos ligabunt & astringent per Terram & per Mare, tam in Regno Angliæ, & aliis Locis, & Dominiis, dicto Domino nostro Regi subjectis, quàm in partibus Flandriæ, & aliis Dominiis dicti Domini Ducis, in dictis Treugis contentis, quibuscumque.

ITEM,

Quia, ut præfertur, nonnulla, tam per partem Flandriæ, quam Regni Angliæ, fuerunt Attemptata, durantibus Treugis, sive Guerrarum Abstinentiis, & Securitatibus supradictis (videlicet) in Festo Omnium Sanctorum ultimò jam præterito expiratis, ac etiam durantibus aliis Continuationibus particularibus post prædicta Festa, ex parte nostra & dictæ Patriæ Flandriæ, inter quoscumque diversis vicibus factis, quæ de Jure & Ratione recenter debeant Reformari,

De communi assensu & consensu prædictorum Commissariorum, Nobiscum in hac parte concludentium, Appunctuatum est & Concordatum, quod hujusmodi tam noviter Attemptata, tam per Partem Angliæ, quàm per Partem Flandriæ, quæ in præsenti Tractatu per promptas Evidentias notoria sive liquida fore constant, aut ante Publicationem sive Proclamationem supradictam sic liquidari contigerit, & unde Personæ & Bona adhuc sunt impeditæ seu impedita utrobique,

Potissimè Captiones quarundam Navium de Sandewico & Whitby, unà cum Bonis & Mercandisis in iisdem existentibus, factis per *Copin Cristian* & Socios suos d'Ostend,

Necnon aliorum Bonorum Anglicorum, in Navi *Willielmi Classon*, per certas Naves, *vocatas Corvers*, Flandriæ captorum, & ad Portum Sclusæ adductorum, pro quorum quarumque Liberatione prædictus *Dux Burgundiæ* Comes Flandriæ nuper scripsit,

Citra & ante instans Festum Purificationis beatæ Mariæ Virginis,

Alioquin, si impedimentum, quod absit, reperierint, dicti Commissarii referent, vel alter eorum referet, prædicto Domino *Duci Burgundiæ*, ad finem quod, per Cohertionem ipsius, ipsa Liberatio fieri possit & impleri ante Festum Purificationis beatæ Mariæ supradictum;

Proviso quod consimiliter fiet de dicta Navi, cum Lignis, apud Wynchelse, ut præfertur, detenta:

ITEM, APPUNCTUATUM est & CONCORDATUM inter Nos Commissarios hinc inde superius nominatos, quod, primo die Mensis Junii, proximò jam futuro, Commissarii, quos metuendissimus *Dominus noster Rex*, pro parte sua, ac præfatus Inclitus Princeps *Philippus Dux Burgundiæ* & Comes Flandriæ, pro Parte sua, duxerint deputandos & ordinandos, simul convenient in Villa Calesii, ad Procedendum tunc ibidem, cum aliis Diebus subsequentibus continuatis, ad Reparationem & Reformationem aliorum Attemptatorum, durantibus Treugis sive Guerrarum Abstinentiis supradictis, & in Festo omnium Sanctorum ultimò præterito expiratis (nondum tamen, tempore præsentis Tractatûs, aut ante Publicationem prædictam, liquidorum, set pro tunc liquidandorum) necnon de & super omnibus aliis & singulis Attemptatis & Dampnis quibuscumque, illatis ex utraque Parte, de quibus aliàs tractatum & appunctuatum diversis vicibus extiterat, & quæ adhuc pendet indecisa, adtunc ibidem consimiliter continuè Procedendum, Diffiniendum, & finaliter Determinandum,

Et præsertim de & super Reparatione & Restitutione certorum Bonorum & Mercandisarum, in Portu de Sclusiá dudum Arestatorum, & ad Valorem Decem Milium Librarum, ut dicitur, se extendentium, de quibus in diversis Tractatibus temporibus retroactis sub certá formá extitit Appunctuatum,

Necnon de aliis Causis, Negotiis, & Querelis, quæ per Sententias, aut Transactiones, seu Appunctuamenta, vel aliàs, liquida fore constiterit, debitum & effectuale Justitiæ in omnibus complementum faciendum,

Ac suas Sententias, Ordinationes, seu Appunctuamenta quævis, ut Querelantes, & Dampnificati Bonorum, ab eis ablatorum, seu aliàs injustè Detentorum, Restitutionem seu Satisfactionem consequantur, executioni debitè Demandandum, seu demandari Procurandum, prout decebit, absque ulteriori dilatione frustratoriâ quacumque;

Et nihilominus aliis Appunctuamentis, circa hanc Materiam habitis perantea, nondum plenè discussis (quæ hic etiam pro repetitis habeantur) in suo robore duraturis.

ITEM, APPUNCTUATUM est & CONCORDATUM, inter Nos Commissarios hinc inde superiùs nominatos, quod certi Articuli, in ultimo Tractatu propositi & ministrati (de quibus in ultimo Appunctuamento ejusdem Tractatûs novissimè præteriti fit mentio) habeantur de præsenti pro hic repetitis; eorum discussione, tempore Congregationis, ut præmittitur, proximò futuræ, impostèrum reservatis.

ITEM, APPUNCTUATUM est & CONCORDATUM quod, Temporibus & Locis Publicationum & Proclamationum, de quibus superius fit mentio, necnon aliis temporibus & locis, quibus melius videbitur expedire, fiant consimiles Publicationes & Proclamationes,

Quod omnes & singuli, tam Regni Angliæ, quàm Patriæ sive Comitatûs Flandriæ, Dampnificati, & Interesse se habere putantes aut prætendentes, compareant, per se, vel per alios, sufficientem Potestatem in ea parte habentes, in prædictâ Villâ Calesii, prædicto Die proximo Congregationis futuræ,

Ibidem (videlicet) primo die Mensis Junii proximò futuro, cum Diebus subsequentibus continuatis, Querelas suas, & Evidentias, Informationes, Munimenta, & Documenta quæcumque, adtunc secum delaturi, quæ eis hincinde necessaria videbuntur seu aliqualiter oportuna:

Ac etiam adtunc, si eis videbitur expedire, ibidem Propositurí & Allegaturi quare ad Reparationem & Reformationem Attemptatorum prædictorum, necnon ad Restitutionem aliorum Dampnorum, minimè procedere adtunc * debeant Commissarii, hinc in- • IX. 847.
de, ut præfertur, deputandi,

Palam & publicè intimando eisdem quòd, si hujusmodi, sic, ut præfertur, Præmuniti, prædictis Loco & Die, cum aliis Diebus sequentibus, comparere non curaverint, Commissarii, hinc inde, ut præmittitur, deputandi, ad Executionem prædictarum Reparationum, & Restitutionum, usque ad finalem expeditionem earumdem, prout Jus exiget, effectualiter procedent; ipsorum sic Præmunitorum & Proclamatorum absentia seu pertinacia non obstante.

ITEM, APPUNCTUATUM est & CONCORDATUM, inter Nos Commissarios, hinc inde superius nominatos, quod præfati Commissarii, ex parte *Ducis Burgundiæ*, Literas Confirmatorias ab *Adversario Franciæ*, de & super Treugis superius, ut præ- Et etiam Ratihabitorias & Ratihabitiones Promissorias Quatuor Membrorum Flandriæ, sub debitis formis & sufficientibus, ab eisdem obtinebunt,

Et easdem, ante dictum primum diem Martii, in Villa Calesii, Capitaneo ejusdem Villæ, sive ejus Locumtenenti ibidem, facient tradi & realiter liberari.

In quorum Testimonium præsentes Literas Sigillorum nostrorum munimine fecimus roborari.

Datæ *Calesii* Duodecimo Die Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Decimo Nono supradicto.

Pro Moneta Rothomagi.

HENRY, &c. A *Johan Bourdon*, & *Robert Deboymaire* Gar- Ann. D.
des de nostre Monoye de Rouen, Salut. 1420.

Il est venue a nostre Cognoissance que, en nostre Paiis & Dus- *An. 7.*
che de Normendie, & ailleurs a nostre Obeissance, a este Apporte *H. 5.*
plusours Monoyes, tant d'Or, come de Argent, du Paiis de Fran- *Pat.*
ce, & d'ailleurs, les quelles sont moult Fiebles, tant en Poys, *Norm. 7.*
come en Lay, dont nostre Peuple est a present moult Pleuple & *H 5. p. 2.*
Garny, qui est ou grant Grief, Prejudice, & Dommage de Nous *m. 50. d*
& de nostre Seigneurie, & semblablement de nostre Peuple, & uncore plus seroit ce par Nous n'y estoit Pourveu de Remedie convenable,

Pour quoy,

Nous ces Choses Considerez, & qui voullons, de tout nostre Povoir & Puissance, Garder que nostre Peuple ne soit, pour le temps present, & aussy pour le temps advenir, en aucune manere decheu,

Nous,

Par l'advis & deliberation de nostre Grant Conseil, & pour escheuir auz Grans Dommagez & Inconveniens qui pour le temps avenir se pourroit ensuir, & pour certains Causes & Considerations a ce Nous Mouvans,

Avons Ordonne & Ordonnons que vous feistes faire, en nostre dite Monoye a Rouen, GROZ, qui avont Cours pour xx *d. Tournois* la pieche, a iii *d.* viii *Grains* Argent le Roy, & de vis. viii *d.* de Poys au Marc, & que en yceulx GROZ ait en la Pille iii *Fleurs de Lis*, & desus *une Couronne*, & a coste d'icelles Fleurs de Lis ii *Lieppars*, les quelx tendront icelles iii *Fleurs de Lis*, & en *l'Escripture* d'entour ara escript, HENRICUS FRANCORUM REX, & ou par My de la *grande Croiz ait une*, *H.* tout au plus just que faire se pourra, avec les differences qui auterfoiz ont este faitz ez GROZ devant faiz, & en *l'Escripture* d'entour icelle *grande Croix* soit escript, SIT NOMEN DOMINI BENEDICTUM;

* Et donrrons au Maistre particulier de nostre dite Monoie, & a • IX.
chescun Changeur, & a Marchant froquentant ycelle, xvi *l.* x 848.
Souls, pour le Marc d'Argent Allay, a la dite Allaye.

ITEM, & aussy Nous vous Mandons que vous faciez faire PETIS FLEURINS D'OR, nomes ESCUS, a xxii *Karras*, & de xcvi. au Marc, les quielx aront Cours pour xxiv. *Reaulx*, qui valent ii *Frans*, es quielx ESCUS ara en la Pille *un Escu* de noz plaines Armes, Escarteles de France & d'Engleterre, & en *l'Escripture* d'entour ara escript, HENRICUS, DEI GRATIA, REX FRANCIÆ ET ANGLIÆ, & devers la *Grand Croiz* ara au permy d'icelle, au plus juste que faire se pourra, *une H.* & entre les Fleurons d'icelle Croix ii *Lieppars*, & ii *Fleurs de Lis* & en *l'Escripture* d'entoure ara escript, CHRISTUS VINCIT, CHRISTUS REGNAT, CHRISTUS IMPERAT;

Et donrrons au Maistre particulier de nostre dite Monoye, a chescun Changeur & Marchant, frequentant icelle, clxxxiv *l. Tournois* pour Marc d'Or.

Si vous Mandons & Commandons, & par la Teneur de ces Presentes Commettons, se mestier est, que les choses dessusdiz vous Accomplisses, de Point en Point, bien & diligeaument, sans enfraindre en aucune maniere, jusques ad ce que par nous autrement soit Pourveu,

Et faites savoir a tous Changeours & Marchans ad ce Congnoissance que la Monoye desusdite est a vailler, & icelle soit baillee en la maniere accustumee.

Donne a nostre *Ville de Rouen* le xii. Jour de Januer, l'An de nostre Regne Septisme.

Par le Roy.

De

tos nostros, in formâ prædictâ, Tractata & Concordata, Rata habentes & Grata, ea, quantum in Nobis est, Acceptamus, Approbamus, &, Tenore Præsentium, ex certâ Scientiâ, Ratificamus & Confirmamus, ac ea omnia & singula, juxta Vim, Formam, & Effectum eorumdem, ab omnibus & singulis Ligeis, Vassallis, & Subditis nostris Teneri volumus & inconcussè observari.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Rouen* decimo quinto die Februarii.

Per ipsum Regem.

Pro Fraternitate beatæ Mariæ de Rouen.

Ann. D. 1420 An. 7. H. 5. Norm. 7. H 5. p. 2. m 43 dor

HEnry, &c. aux Governeur & Contrerouller de nostre Guernier a Sel de Rouen, Salut.

Receue avons humble Supplication de, noz Homes Lieges & Sugez, les *Confrieres de la Confrarie de la Glorieuse Verge Marie*, Fonde en l'Eiglise de nostre Dame de Rouen, contenant,

Come la dite Frarie a moult de Charges en Messes & Sepultures de ceulx qui vont de Vie a Trespas, & mesmement des Poures qui n'ont de quoy eulx faire ensevelir, & d'autres Omosnes,

• IX. 849.

• Et n'a la dite Confrarie de quoy supporter les Charges si non des Coustages des diz Confreres, & des Omosnes que l'en leur donne,

Et il soit ainsy qu'ilz aient de present en Guernier a Rouen certain quantite de Sel, montant Vyng & Cinq Muys ou environ, qui leur a este donne par partie par les Marchans de Sel, ainsy qu'il a este acustume de donner a ycelle Confrarie, de tel temps qu'il n'est memoire du contraire,

Du quel Sel, ainsi donne a la dite Confrarie, n'a este Paie Gabelle ou temps passe, mais touz jours, de temps en temps, leur a este donne la dite Gabelle par les Nobles, noz Predecesseurs, Roys de France,

Humblement supplians que, de nostre Grace, par voie de Charite, nous pleroit leur donner Congie de Vendre leur dit Sel, qu'ilz ont a present en Guernier, a leur Profit, pour tourner & convertir es Omosnes & bien faiz d'icelle Confrarie, sans en paier aucun Droit de Gabelle a nostre Prouffit,

Pour quoy nous ces Choses considerees, veullans ensuir les Bonnes Euvres Charitables de nos diz Predecesseurs Roys de France, & a fin d'en estre participant es Omosnes & Bien Faiz de la dite Confrarie, avons, en Charite & Omosne, Grante & Ottroie aux diz Confreres que eulx puissent Vendre & faire Vendre les diz Vingt & Cinq Muis de Sel, & au descuis, que eulx ont de present en Guernier au dit Lieu de Rouen, toutes foys qui leur plaira, a leur Profit, sans pour ce Nous paier aucun droit de Gabelle,

Dont il nous appartient, a cause de nostre Droit, pour chescun des diz Vingt & Cinq Muys, Trent Lib. Tournois, qui monte en somme toute vii C. Lib. Tournoys, la quelle Nous leur avons Donnee, Remise, & Quittee, & Promise Garanter par ces Presentes,

Si vous Mandons que de nostre dit Don, & Ottroy, & Quitance, vous les lessiez Joir plainement & paisiblement sans leur donner ne souffrer estre donnee aucun Destourbier ou Empeschement au contraire,

Et, par rapportant ces Presents a nostre Chambre de Comptes, avecques Certification ou Quittance des diz Confreres, Nous Voullons & Mandons que vous en soies tenuz & lesses Quittes & Paisibles de ce Sommes par ces Presentes;

Car ainsi nous plaist il estre fait, & aux diz Supplians l'avons Ottroye, & Ottroyons, de Grace especial, en Charite & Omosne, come dit est.

Donne a nostre *Chastel de Rouen* le xvi. jour de Januer.

Ann. D. 1420. An. 7. H. 5. Norm. 7. H. 5. p. 2. m. 45.

De Restitutione Temporalium.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

De Gratia nostra speciali, & ut Divinum Servitium, ac alia Pie-

impunè;

Proviso semper quod ipse quicquam ibidem, quod in nostri Contemptum vel Præjudicium aliqualiter cedere valeat, non attemptet, aut per alios, quantum in ipso est, attemptari permittat quovis modo.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum de Rouen* vicesimo die Januarii.

Pro universali Ecclesia Provinciæ Rothomagensis.

Ann. D. 1420. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 2. m. 29.

REX Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Ballivis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & aliis Subditis & Fidelibus suis, Salutem.

Sciatis quod, inter nonnullas Reipublicæ Curas & Solicitudines varias, Regiis humeris incumbentes, Votis nostris occurrit primum & præcipuum, Sacrosanctam Matrem Ecclesiam in suis Juribus, Privilegiis, & Immunitatibus defendere & tenere, & eam pro viribus à Noxiis preservare.

Credimus namque quod tanto in nostris actibus virtus crescat & augetur, quanto ad Conservationem Jurium & Privilegiorum Ecclesiæ, solenius excitamur,

Quid enim retroactis temporibus regale Solium magis provexisse & ornasse conspicimus, quàm quod piè, Regnantes Loca Christo consecrata, ac laudabiliter & honorificè Fundata & Dotata, & eorum Ministros & Servientes, in suis Juribus præservarunt, & præservata defenderunt?

Ut igitur Sancta Mater Ecclesia, unica Christi Sponsa, ubique locorum, Nobis Subditorum, & præcipuè in Ducatu nostro Normanniæ (quem, operante multiformi gratiâ Salvatoris, qui Justitiam diligit & videt Æquitates, tanquam parcellam Coronæ Regni nostri Franciæ, Conquesti sumus) undique in suis Juribus & Privilegiis, quibus eam incliti Progenitores & Prædecessores nostri, quondam Reges tam Franciæ quàm Angliæ, & Duces Normanniæ, & quamplures alii, pro Salute Animarum suarum & suorum, magnificè & salubriter Fundarunt & Dotarunt, illæsa perseveret, & integra præservetur, ac Ministri & Deo Militantes, tam de Die, quàm de Nocte, in eadem eo ferventiùs divinis obsequiis, juxta Vota dictorum Fundatorum Progenitorum nostrorum, vacent & intendant, quo à Solicitudinibus & Mundanis Curis magis segregantur & alieni redduntur, præcipuè cùm nemo Militans Deo, implicat se Negotiis Secularibus,

Ad laudem & honorem Nominis Crucifixi, & ut Bonorum Operum Præcedentium Participes effici valeamus, de Gratiâ nostrâ speciali, ex certa scientia & mero motu nostris, ac de Avisamento Concilii nostri, VOLUMUS & CONCEDIMUS, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, & hac præsenti Cartâ nostrâ CONFIRMAMUS, omnibus & singulis Viris Ecclesiasticis & Deo Servientibus, ubique infra Provinciam Rothomagensem, quod ipsi, & Successores sui IMPERPETUUM, sint Liberi, Quieti, & penitùs Exonerati de omnibus Auxiliis (*Aide de Ville* vulgariter nuncupatis) & de omnibus Impositionibus, Solutionibus, Quartagiis, & aliis Oneribus quibuscumque, Nobis, Hæredibus, seu Successoribus nostris prædictis, aut Civitatibus, Villis, Burgis, seu aliis quibuscumque Locis, vel Personis, quomodolibet persolvendis, ratione seu occasione Vinorum, Bladorum, Ciserarum, Cervisiarum, Potuum, Bibariorum, seu aliarum Rerum & Provisionum, provenientium de Ecclesiis, seu Beneficiis Ecclesiasticis, sive de Terris, Tenementis, seu Redditibus spectantibus ad eadem, aut etiam Emptorum, seu alio quocumque modo per eos Provisorum, pro eorum propriis Expensis;

Proviso quod Vina, Blada, Ciseræ, Cervisiæ, Potus, Bibaria, seu aliæ Res & Provisiones, prædicta, per ipsos sic Empta & Provisa, non Revendantur ab eisdem, nec Venditioni quomodolibet exponantur.

Illa verò, quæ de Ecclesiis, seu Beneficiis Ecclesiasticis, aut de aliquibus Terris, Tenementis, Redditibus, seu Locis quibuscumque, Ecclesiis seu Beneficiis hujusmodi appropriatis & annexis, aut de propriis Hæreditatibus suis pervenerint, benè liceat eis & eorum cuilibet Vendere seu Alienare absque Solutione Custumarum, Quartagiorum, aut aliorum Onerum seu Impositionum quorumcumque, inde aliqualiter imposterùm facienda:

• Vo-

que impedimento, Molestatione, Inquietatione, vel Gravamine aliquorum Officiariorum, Ministrorum, seu Subditorum nostrorum, aut Hæredum seu Successorum nostrorum quorumcumque.

Hiis Testibus,

Venerabilibus Patribus,
Philippo Wygorniensi, Cancellario nostro Normanniæ,
Et *J. Roffensi*, Custode Privati Sigilli nostri,
Episcopis:
Carissimo Fratre nostro, *Thoma Clarentiæ*,
Et *Thoma Exoniæ*, Avunculo nostro carissimo,
Ducibus:
Prædilectis Consanguineis nostris,
Johanne Huntingdoniæ,
Edmundo Marchiæ,
Ricardo Warrewicæ,
Et *Johanne Marescallo*,
Comitibus:
Henrico Fitz Hugh Camerario nostro,
Et *Waltero Hungerford* Senescallo Hospitii nostri,
Militibus;
Et aliis.

Dat. per Manum nostram apud *Castrum nostrum Rothomagi* vicesimo die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Proclamamatione Treugarum Flandriæ.

Ann. D. 1420. An. 7. H. 5. Claus. 7. H. 5. m. 3. d.

REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Cùm, inter Ambassiatores nostros, pro Regno nostro Angliæ, & Commissarios *Philippi Ducis Burgundiæ*, pro Patria Flandriæ, Duodecimo Die Januarii ultimò præterito, APPUNCTUATUM fuerit & CONCORDATUM, quòd Treugæ, Sufferentiæ, sive Guerrarum Abstinentiæ, ac Securitates & Provisiones, quocumque Nomine censeantur,

Alias Captæ & Firmatæ *inter Nos* ex una, & *Johannem nuper Ducem Burgundiæ* parte ex altera, in Festis Paschæ & Omnium Sanctorum ultimò præteritis Finitæ & Expiratæ,

Prout in Literis, inde confectis (quas iidem Ambassiatores & Commissarii hic volunt haberi, de Articulo in Articulum, & de Verbo in Verbum, pro expressis) latius continetur,

Resumantur & Innoventur, prout de Facto Resumuntur & Innovantur, duraturæ, a Die Publicationis earumdem (videlicet) a Tertiodecimo die Januarii similiter ultimò præterito, usque ad Festum Omnium Sanctorum proximò futurum inclusivè, quod erit in Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo, tam per Terram, quàm per Mare, eisdem modo, formâ, & vigore, quibus ante viguerunt pro temporibus supradictis, non obstante quòd Guerræ vigeant inter Angliam & Franciam Regna, aut, quod absit, vigere contigerit, in futurum,

Et, ulterius, quòd omnes & singuli dicti Regni nostri Angliæ, Dampnificati in hac parte, & Interesse se habere putantes aut prætendentes, compareant, per Se, vel per Alios, sufficientem Potestatem in ea parte habentes, in Villa nostra Caletii, coram Ambassiatoribus & Commissariis, ab utraque Parte Ordinandis & Deputandis, primo die Junii proximò futuro, cum Diebus subsequentibus continuatis, Querelas suas, Evidentias, Informationes,
* IX. 852. Munimenta, * & Documenta quæcumque ad tunc secum delaturi, quæ eis necessaria videbuntur seu aliqualiter oportuna,

Et, quia Appunctuamentum & Concordiam prædicta ad Notitiam omnium & singulorum Ligeorum nostrorum, quorum interest, festinanter deduci volumus, vobis Præcipimus, firmiter Injungentes, quòd statim, visis præsentibus, eadem Appunctuamentum & Concordiam, in singulis Locis Civitatis prædictæ, & Suburbiorum ejusdem, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè Proclamari, & ea, sic Proclamata, quantum ad vos attinet, juxta vim, formam, & effectum eorumdem, firmiter & inviolabiliter Observari & Teneri faciatis;

Præmuniendo eisdem Ligeis nostris, quòd, si prædictis Die & Loco, cum aliis Diebus subsequentibus, Comparere non curaverint, Ambassiatores & Commissarii prædicti, ut præfertur, ordinandi & Deputandi, ad Executionem Reparationum, Reformationum, & Restitutionum quorumcumque Attemptatorum, hinc inde factorum, usque ad finalem Expeditionem earumdem, prout Jus exiget, effectualiter procedent; ipsorum sic Præmunitorum Absentiâ non obstante:

Et hoc nullatenus omittatis.

Cancellario Regis in Comitatu Palatino Lancastriæ.

Carissimo Fratri Regis Humfredo Duci Gloucestriæ *Constabulario Castri Regis Dovorriæ ac Custodi Quinque Portuum suorum vel ejus Locumtenenti.*

Super Ampliatione, Treugarum Franciæ per Mare, Publicanda.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1420.

Cum nuper certæ Treugæ, Generales per Terram, An. 7.
per Deputatos & Nuncios, Illustris Consanguinei nostri, *Phi-* H. 5.
lippi Ducis Burgundiæ (Commissarii in hac parte Serenissimi Norm. 7.
Principis *Caroli Consanguinei nostri Franciæ*) ex Parte unâ, & H. 5. p. 2.
Commissarios & Deputatos nostros Conclusæ fuerint & Concordatæ, ex parte altera, m. 33.

In quibus quidem Treugis comprehenduntur omnes & singuli Homines, Vassalli, & Subditi nostri, & eorum quilibet, necnon omnes & singulæ Civitates, Villæ, Castra, Fortalitia, Terræ, Patriæ, & Dominia nostra, & earum quælibet, tam in Regnis nostris Franciæ & Angliæ, quàm alibi Nobis obedientes & obedientia, & quæ etiam, tempore hujusmodi Treugarum seu Abstinentiæ Guerræ durante, Nobis obedient,

Et consimiliter comprehenduntur, pro parte dicti Serenissimi Principis *Karoli Consanguinei nostri Franciæ*, omnes & singuli Homines, Vassalli, & Subditi sui, & eorum quilibet, necnon omnes & singulæ Civitates, Villæ, Castra, Fortalitia, Terræ, Patriæ, & Dominia sua, & quælibet earum, in Regno Franciæ, & alibi sibi Obedientes & Obedientia, & quæ imposterum, tempore hujusmodi Treugarum & Abstinentiæ durante, extra Ducatum Normanniæ, sibi obedient,

Ita quod, præsentibus Treugis durantibus, Nos non movebimus aut faciemus Guerram Hominibus, Vassallis, Subditis, Civitatibus, Villis, Castris, Fortalitiis, Terris, Patriis, & Dominiis dicti Serenissimi Principis *Karoli Consanguinei nostri Franciæ*, nec a nostris Subditis eisdem fieri permittemus,

Nec Obsidemus seu Capiemus, seu ab aliis nostris Subditis Obsideri aut Capi permittemus, de Die sive Nocte, viâ Guerræ, Tractatûs, Emptionis, aut aliàs, quovis modo, Villas, Castra, Fortalitia, seu Passagia quæcumque, * dicti Serenissimi Principis * IX.
Karoli Consanguinei nostri Franciæ, prædictis Treugis compre- 853.
hensa,

Et, simili modo, dictus Serenissimus Princeps *Karolus Consanguineus noster Franciæ*, per se, aut alios, non movebit aut faciet Guerram Hominibus, Vassallis, Subditis, Villis, Castris, Fortalitiis, Terris, Patriis, & Dominiis nostris,

Nec etiam, per se, aut alios, Obsidebit seu Capiet, seu ab aliis quibuscumque Obsideri aut Capi permittet, de Die sive de Nocte, viâ Guerræ, Tractatûs, Emptionis, aut aliàs, quovismodo, nostra Villas, Castra, Fortalitia, seu Passagia quæcumque, pro Parte nostra, prædictis Treugis comprehensa.

Et ulterius Concordatum est, quod sub illis Treugis seu Abstinentia Guerræ, licet, ut præfertur, sint Generales, non comprehenduntur, ymo potius & expressè excipiuntur & excluduntur, ex utraque Parte, Nostrâ (scilicet) & dicti Consanguinei nostri Franciæ, omnes Personæ Tenentes & foventes illam Partem quæ dicitur *Delphini* seu *Armaniaci*,

Villæ, etiam & Civitates, Terræ, Castra, Fortalitia, Patriæ, & Dominia, dicti *Delphini* seu *Armaniaci* Partem Tenentes, Manentesque & Habitantes in eisdem, à dictis Treugis excluduntur,

Prout hæc & alia latiùs specificantur in aliis Literis, super hoc confectis, & jam publicatis.

Nos,

Ulterius considerantes perquàm fore utile dictis Regnis nostris Franciæ & Angliæ, tam pro facto & Expeditione Mercaturæ, quàm pro aliis agendis dictorum Regnorum, dictas Treugas seu Abstinentiam Guerræ ampliari per Mare,

Ut omnes Subditi & Obedientes nostri & dicti Consanguinei nostri Franciæ, unà cum eorum Navigiis, Apparatibus, Victualibus, Mercimoniis, & aliis Bonis quibuscumque, valeant ire securè ubicumque eis expedire videbitur,

Quas Treugas seu Guerræ Abstinentias præfatus Consanguineus noster *Philippus Dux Burgundiæ* (dicti Serenissimi Principis *Karoli Consanguinei nostri Franciæ* in hac parte Commissarius) Nobis pridie sub Literis suis Patentibus destinare curavit,

Voluimus & Concordavimus, Consensimus ac Promisimus, Volumus, Concordamus, Consentimus, &, Tenore Præsentium, Promittimus dictas Treugas Generales seu Guerræ Abstinentias custodiri & observari debere *inter Nos*, Vassallos, Subditos, & Obe-

... nostrorum quibus applicare voluerint; nisi, ut præmittitur, Tempestate aut Fortunâ, sine dolo & fraude, contigerit ipsos illuc violenter declinare:

Et, si contingat aliquas Deprædationes, Captiones, seu Attemptata, in præjudicium Treugarum seu Abstinentiæ Guerrarum, per Mare, per alteram Partium alteri Parti fore facta, propter hoc non infringentur, set remanebunt in eorum robore & vigore,

Quæ omnia Attemptata & Malefacta per Commissarios & Conservatores super hoc jam a *Nobis & a dicto Consanguineo nostro Duce Burgundiæ* (Commissario in hac parte dicti Consanguinei

• IX. *nostri Karoli Franciæ*) ordinatos & • deputatos, prout quemlibet

854. ipsorum concernit seu concernere poterit, Corrigi debent, Emendari, & debitè Reformari, juxta formam & modum in Literis dictarum Treugarum, Generalium per Terram, latius expressata:

Quocirca Damus in Mandatis Admirallis nostris, omnibusque aliis Officiariis nostris & eorum Locatenentibus, quatinus hanc præsentem Ampliationem Treugarum, seu Guerræ Abstinentiam, per Mare, Publicent & Publicari faciant in Portubus & Haviis ubi eis expedire videbitur;

Mandantes insuper, ex parte nostra, omnibus Vassallis & Subditis nostris quibuscumque, quod Præsentes Treugas, seu Abstinentiam Guerræ, per Mare, teneant & custodiant, & ab aliis, quatenus in eis est, faciant in omnibus & singulis fideliter observari.

In cujus, &c.

Teste Rege *apud Castrum suum Rothomagi* vicesimo primo die Januarii.

Per ipsum Regem.

Pro Abbatia de Poissy.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

1420. Sciatis quod,

An. 7. Cum certa Jocalia; videlicet,

H. 5. Unum Chapelet de Perle, cum Quatuordecim Monilibus in

Norm. 7. eodem,

*H.*5.*p.*2. Ac una Zona de Perle, cum Auro hemesiata,

m. 42. Necnon quædam Bursa de Perle,

Pertinentia, ut dicitur, Domui Religiosarum de Poissy, nuper per quosdam Ligeos & Subditos nostros Capta fuissent, eo quod Jocalia illa ad Loca nobis Inimica deportari debuissent,

Quæ quidem Jocalia occasione illâ Nobis pertinent tanquam Confiscata,

Nos, de Gratia nostra speciali, & ad Supplicationem Abbatissæ & Monialium Domûs prædictæ, *Concessimus* eisdem Abbatissæ & Monialibus, ac Fratribus ibidem Deo servientibus, Jocalia prædicta, sic Nobis Confiscata,

Habenda eisdem Abbatissæ, Monialibus, & Fratribus, tanquam Thesaurum Domûs prædictæ, de Dono nostro;

Proviso semper quod Jocalia illa in Thesauraria infra Domum suam prædictam reponantur, nec abinde aliqualiter distrahantur, vel alicui alienentur, seu vendantur, absque Licentia nostra speciali:

In cujus, &c.

Teste Rege *apud Castrum suum de Rouen* vicesimo primo die Januarii.

Per ipsum Regem.

Pro Civitate Paris.

Ann. D. REX Universis Christi Fidelibus, has Literas nostras inspectu-

1420. ris, Salutem in Omnium Salvatore, & eisdem Fidem credu-

An. 7. lam ac indubiam adhibere.

H. 5. Quàm innumeris extet honusta Dispendiis, quod etiam Parens

Pat. fuerit & Origo Malorum Regnorum Franciæ & Angliæ, prædo-

Norm. 7. lenda Divisio, exacti Recordatio temporis edocet, & considera-

*H.*5.*p.*2. ta prudenter ipsius temporis Discrimina comprobant evidenter;

m. 41. quorum effrænem multitudinem, cunctis pene Christicolis non ignotam, onerosum quidem existeret descripta recitatione proferre.

velut Nobis carissimam, quantum in Nobis extat, procul dubio, futuram, una cum suis, in nostræ Dilectionis archanum recolligere conabimur & amplecti,

Volentesque præfatos postulantes de pacificis suis studiis, laboribus, & operibus supra memoratis condignæ retributionis, quantum in Nobis extat, Præmia præsentire,

Juxta suarum Postulationum Continentiam Concedimus, Annuimus, & Promittimus quod,

Dum & quando habebimus Regimen Regni Franciæ, per finalem Concordiam Pacis, inter præfatum Serenissimum Principem *Consanguineum nostrum Franciæ & Nos*, favente Domino, feliciter Componendam,

Securremus & adjuvabimus, pro Posse, nobilem & Insignem Civitatem Parisiensem, Cives Burgenses degentes ac habitantes in eadem (si de hoc ex parte ipsorum fuerimus requisiti) contra quoscumque suos Adversarios & Inimicos Regni & Coronæ Franciæ,

Procurabimusque, dicto Casu, quod dicta Civitas Cives Burgenses Degentes & Inhabitantes in eadem manutenebuntur & conservabuntur,

Ac quod (dum & quando ad Coronam dicti Regni Franciæ pleno jure pervenerimus) prædictam Civitatem & ipsos manutenebimus & conservabimus in suis Nobilitatibus, Privilegiis, Franchesiis, Libertatibus, Usibus, Consuetudinibus, Prærogativis, & Juribus quibuscumque, suaque Privilegia, Franchesias, Prærogativas, Usus, & Consuetudines confirmabimus, & super hiis nostras eisdem Concedimus Patentes Litteras;

Salvo tamen in omnibus Jure Regni Coronæ Franciæ, & Reipublicæ ejusdem Regni, & alterius cujuscumque;

Quæ Præmissa Nos in Omnibus & per Omnia facturos & impleturos promittimus, dummodo præfatus Pacis Tractatus suum sortiatur effectum.

In cujus, &c.

Teste Rege *apud Castrum suum Rothomagi* Vicesimo Quarto die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Nominibus Collectorum Decimæ Certificandis.

REX, Venerabili in Christo Patri, *H.* eâdem gratiâ, Archie- Ann. D.

piscopo Eborum, Angliæ Primati, Salutem. 1420.

Cum vos, cæterique Prælati, & Clerus vestræ Eborum Pro- *An.* 7.

vinciæ, in ultimâ Convocatione vestrâ, *H.* 5.

In Ecclesia Cathedrali beati Petri Eborum, Die Sabbati (vide- *Fin.* 7.

licet) Tertiodecimo Die Januarii, cum Prorogatione & Conti- *H.* 5. *m*

nuatione dierum Subsequentium, ultimò præterito, celebratâ, 6.

Licet ultra posse suum, propter eorum notoriam Paupertatem, & alia quamplura Dampna, Expensas, & Onera importabilia, hoc instanti tempore plus solito accidentia,

Et præcipuè propter excessivos Labores & Expensas, in anno jam præterito, sæpiùs contra Scotos, pro defensione Regni & Ecclesiæ Anglicanæ necessarias, notoriè factas,

Cum gravissimis & quasi importabilibus Prælatorum & Cleri prædictorum Oneribus, aliisque Pecuniarum Penuriis, Frugum per Aeris Siccitatem Consumptionibus, Animalium per Morinam ex Pasturarum defectu Destructionibus, ac Hostium Incursibus variis, inconsuetè ingruentibus,

De Beneficiis vestris, & suis Ecclesiasticis Dignitatibus, Præbendis, Hospitalibus, Portionibus, Pensionibus, ac Temporalibus Spiritualibus annexis, infra dictam Provinciam constitutis, secundum Novam Taxam taxatis,

Quibuscumque Prioratibus & Monasteriis de Drax, Madersay, Fellap, Rufford, Watton, Ellerton, Eglefton, ac etiam Ecclesia de Kirkeham in Archidiaconatu, Richmondiæ: & Beneficiis Sanctarum Monialium quarumcumque propter earum notoriam Paupertatem: necnon Communia Ecclesiæ Cathedralis Eborum propter celerem Consummationem Fabricæ ejusdem: & ut alias Terris, & Tenementis, ac Possessionibus Abbatis & Conventûs de Melsa per Aquas Maris Humbriæ & aliorum • Fluviorum de- • IX.

structis: ac etiam Prioratibus & Monasteriis, ac Beneficiis Om- 856.

nibus Cumberlandiæ, Westmerlandiæ, Northumbriæ, & Coupldiæ, ac Temporalibus & Spiritualibus eis annexis, totaliter: necnon Monasterio de Selby ære alieno ac excessivis Taxationibus mul-

Theſaurarium & Barones de Scaccario noſtro de Nominibus illorum, quos ad hoc deputaveritis, citra Feſtum Annunciationis beatæ Mariæ proximò futurum ad ultimum, diſtinctè & apertè, Certificantes;

Et hoc, ſicut Nos & Honorem noſtrum diligitis, nullatenus omittatis.

Teſte *præfato Cuſtode apud Weſtm.* xxvii. die Januarii.

REX, Venerabili in Chriſto Patri, *Th.* eâdem gratiâ *Epiſcopo Dunolmenſi*, Salutem.

Cùm Vos, cæterique Prælati & Clerus Eborum Provinciæ, in ultima Convocatione,

In Eccleſia Cathedrali beati Petri Eborum, *&c. ut ſupra.*

Teſte ut ſupra.

Conſimiles Literæ diriguntur Cuſtodi Spiritualitatis Epiſcopatûs Karlíolenſis, *Sede vacante.*

De Poteſtate Conſervatoribus Treugarum Franciæ conceſſa.

Ann. D. 1420. *An.* 7. *H.* 5. *Norm.* 7 *H.* 5. *p.* 2. *m.* 33.

REX Univerſis, præſentes Literas noſtras inſpecturis, Salutem.

Notum facimus quod Nos,

Pro Bono Pacis finalis, *inter Nos* & Sereniſſimum Principem & Conſanguineum noſtrum *Karolum Franciæ* ac Franciæ & Angliæ Regna Tractandæ & feliciter Concludendæ,

Ex deliberatione & aſſenſu Magni Concilii noſtri,

Pro Nobis, Regnis, Terris, & Villis, Caſtris, Fortalitiis, Dominiis, Subditis, & Vaſſallis noſtris quibuſcumque, nobis obedientibus, & qui impoſterum nobis obedient,

Fecimus, Inivimus, Concordavimus, & Acceptavimus, Facimuſque, Inimus, Concordamus, & Acceptamus, cum *prædicto Conſanguineo noſtro*,

Qui etiam pro Se, ſuiſque Regno, Terris, Dominiis, Villis, Caſtris, Fortalitiis, Subditis, & Vaſſallis quibuſcumque, ſibi obedientibus, & qui impoſterum ſibi obedient, Nobiſcum Fecit, Iniit, Concordavit, & Acceptavit, Facitque, Init, Concordat, & Acceptat,

Bonas, firmas & inviolabiles Treugas, Generales per Mare,

Et a Viceſima Prima Die Menſis Decembris, uſque ad Primum Diem Martii, proximo & immediate nunc futuri, incluſive,

Ita quod, præſentibus Treugis durantibus, per Nos, aut alios quoſcumque, non Movebimus aut Faciemus Guerram Hominibus, Vaſſallis, aut Subditis, Villis, Caſtris, Fortalitiis, Patriis, & Dominiis dicti *Conſanguinei noſtri*,

Nec Obſidemus aut Capiemus, ſeu ab aliis quibuſcumque Capi permittemus, de Die ſive de Nocte, via Guerræ, Tractatus, Emptionis, aut alias, quovis modo, Villas, Caſtra, Fortalitia, aut alia Loca ipſius Conſanguinei noſtri, præſentibus Treugis comprehenſa,

Et *idem Conſanguineus noſter*, per Se, aut alios quoſcumque,

* IX. 857. non Movebit aut Faciet Guerram Hominibus, Vaſſallis, * aut Subditis, Villis, Caſtris, Fortalitiis, Patriis, & Dominiis noſtris,

Nec etiam Obſidebit aut Capiet, ſeu ab aliis quibuſcumque Capi permittet, de Die ſive de Nocte, viâ Guerræ, Tractatûs, Emptionis, aut aliàs quovis modo, Villas, Caſtra, Fortalitia, aut alia Loca noſtra, præſentibus Treugis comprehenſa,

Sub quibus Treugis (licet ſint, ut præfertur, Generales per Mare) non comprehenduntur, ymo potiùs & expreſſe excipiuntur & excluduntur, hinc & inde, Perſonæ Foventes & Tenentes illam Partem quæ dicitur *Dalphini* ſeu *Armeniaci*, necnon Villæ, Caſtra, Civitates, Fortalitia, Patriæ, & Dominia, dictam partem *Dalphini* ſeu *Armeniaci* Tenentia, Degenteſque & Habitantes in eiſdem,

Quas quidem Treugas & Abſtinentias Guerræ Capitanei Villarum, Caſtrorum, Fortalitiorum, & Locorum noſtrorum, ac etiam dicti Conſanguinei noſtri, potiſſimè in Frontariis marinis hinc inde exiſtentium, Jurare & Promittere tenebuntur, quantum in eis eſt & erit, fideliter Tenere & Obſervare, & ab aliis juxta Poſſe facere Obſervari,

Nec per ullum Attemptatum ſeu Interpriſam, factam aut faciendam per Subditos unius Partis Subditis alterius, contra Tenorem præſentium Treugarum, debent eædem Treugæ & Abſtinentiæ Guerræ ruptæ cenſeri, ſet manebunt nichilominus in ſuis robore & vigore,

Et omnia attemptata & Malefacta (ſi quæ intervenerint) per Conſervatores & Commiſſarios, hincinde deputatos aut deputandos, prout eorum ſingulos concernet aut concernere poterit, debebunt corrigi & debitè reformari,

---

De Prorogatione Treugarum Franciæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1420.

Sciatis quod, *An.* 7.

Cùm nuper, *H* 5.

Pro bono Pacis, inter Nos, & Sereniſſimum Principem & Conſanguineum noſtrum *Karolum Franciæ*, ac Franciæ & Angliæ Regna, Tractandæ & feliciter concludendæ, *Pat. Norm.* 7. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 20.

Nos,

Ex deliberatione & aſſenſu Magni Concilii noſtri,

Certas Treugas, ſive Guerræ Abſtinentias, cum præfato Conſanguineo noſtro, tam per Terram, quàm per Mare, videlicet;

Per Terram à Viceſimâ quartâ die Decembris,

Et per Mare à viceſimâ primâ die ejuſdem Menſis Decembris, ultimò præteritâ,

Uſque ad primam diem Martii, proximò & immediatè futuri, incluſivè duraturas,

Fecerimus, Inierimus, Concordaverimus, & Acceptaverimus, prout & in Literis, de & ſuper Treugis illis hinc & inde confectis, pleniùs poterit apparere,

Nos verò, quibuſdam certis & urgentibus de Cauſis, ac ex maturâ deliberatione prædicti Concilii noſtri, Treugas, ſive Guerræ Abſtinentias prædictas, in Omnibus & Singulis ſuis Articulis, modo & formâ in Literis prædictis expreſſatis, uſque Duodecimum Diem Martii, proximò nunc & immediatè futurum, incluſivè, Prorogamus, extendimus, & elongamus per Præſentes,

A quibus tamen Treugis, ſive Guerræ Abſtinentiis, ſic Prorogatis, extenſis, & elongatis (licet ſint, ut præfertur, Generales per Terram & per Mare) Omnino excipiuntur & totaliter excluduntur hinc & inde Caſtrum, Villa, & Caſtellania de Beaumont ſuper Oyſe, Degenteſque & Habitantes in eiſdem.

* Quæ Omnia & Singula, ſic Prorogata, extenſa, & elongata, (Exceptis Præexceptis) per Nos & Subditos noſtros Teneri * IX. 858. volumus & inviolabiliter Obſervari, ac ea Teneri & Obſervari firmiter injungendo Mandamus.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Caſtrum ſuum Rothomagi*, Viceſimo Septimo Die Januarii.

De Licentia Eligendi.

REX, dilectis ſibi in Chriſto, *Priori & Conventui Monaſterii de Pratellis*, Ordinis Sancti Benedicti, Salutem. Ann. D. 1420.

Ex parte veſtra Nobis eſt humiliter Supplicatum ut, *An.* 7.

Cùm Monaſterium veſtrum prædictum, per Mortem, bonæ memoriæ, *Guillielmi le Roy*, ultimi Abbatis Loci illius, Paſtoris ſit ſolatio deſtituta, *H.* 5. *Norm.* 7. *H.* 5. *p.* 2.

Alium vobis Eligendi, in Abbatem & Paſtorem ejuſdem Domûs, Licentiam vobis concedere dignaremur, *m.* 31.

Nos (precibus veſtris in hac parte favorabiliter inclinati) Licentiam illam vobis, Tenore Præſentium, duximus Concedendam;

Mandantes quod talem vobis eligatis, in Abbatem & Paſtorem, qui Deo Devotus, Monaſterio veſtro prædicto neceſſarius, Nobiſque Utilis & Fidelis exiſterit.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Caſtrum ſuum Rothomagi* xxx. die Januarii.

Pro Magiſtris Novi Operis de Rouen.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.

Sciatis quod Conceſſimus & Licentiam dedimus, dilectis 1420.

Nobis, *Johanni Saluart*, *Johanni Ruſſell*, *Johanni Pole*, & *Johanni le Fournier*, Magiſtris Operis novi Palatii noſtri Rothomagi, quod ipſi & eorum quilibet Inſtrumenta, Victualia, ac omnia alia neceſſaria, ſibi ac Operatoribus Laboratoribus Operis noſtri prædicti aliqualiter incumbentia, in quibuſcumque Locis & Mercatis ſibi placuerit, pro pretio rationabili, prout cum Partibus poterunt concordare, emere, ordinare, & providere, & ea omnia & ſingula uſque Villam noſtram de Rouen, tam per Terram, quàm per Aquam, per Se, vel ſuos, ducere & cariare poſſint liberè & impunè, *An.* 7. *H.* 5. *Ibid. m.* 33. *dor.*

Ipſoſque, *Johannem*, *Johannem*, *Johannem*, & *Johannem*, ac Inſtrumenta, Victualia, Operatores, Laboratores, Equos, Quadrigas, Barellos, Herneſia, Cariagia, & alia quæcumque Operationi-

• IX. 859. * Ac Operarios & Laboratores hujusmodi, necnon omnia & singula Præmissa, circa Operationes prædictas, & non ad alios usus Ponendum & Applicandum, seu poni & Applicari faciendum;

Et ideo Vobis Mandamus quòd circa Præmissa, &c.

Damus autem universis & singulis Balivis, Vicecomitibus, ac aliis Ligeis & Subditis nostris, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quod Vobis & cuilibet vestrûm, in executione Præmissorum, Intendentes, sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c. Quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* Tricesimo die Januarii.

De Impositione Forinseca delenda.

Ann. D. 1420. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 2. m. 30.

LE Roy, &c. a touz ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut,

Savoir faisons que,

Pour ce que pluseurs Plaintes sont venuz a Nous, & a nostre Conseil, des Griefs, qui estoyent faitz a pluseurs Marchans, venans par deca, tant de Paiis de France, comme d'ailleurs, comme aussy aux Marchans, de par deca allans au dit Paiis de France, ou ailleurs, en l'obeissance de nostre treschiere *Cousin de France*, a cause de l'Imposition Forain, que l'en a Levee, tant a nostre Obeissance, comme en l'Obeissance de nostre *dit Cousin*, sur les Denres & Marchandises d'iceulx Marchands, tant d'une partie, come d'autre,

Voullans & desirans Marchandise avoir cours au Bien de la chose Publique, & les Marchans estre Releves & Descharges d'Exactions indeues, le plus que faire se pourra,

Avons, par deliberation de nostre Conseil, Fait & Ordonne, Faisons & Ordonnons, par ces Presentes, la dite Imposition Foraine Cesser,

Et ne voullons que elle ait ascun Cours,

Et toutes Cauxions, pour ce bailles, avons mises, & mettons du tout, au neant;

Pourvieu toutes voies que nostre dit *Cousin de France*, face & Ordonne, & face faire & Ordonner, semblablement en son Obeissance:

Sy Donnons en Mandement a tous noz Justicers, Officers, & Suggez, ou a leurs Lieutenantz, & chescun d'eulx, que ceste nostre present Ordonnance mettent & facent mettre a Execution deue, & la Tiengnent, gardent, & accomplissent, & facent Tenir, & garder, & accompler, saums ascunement faire ou venir a l'en contraire.

En Tesmoing de ce Nous avons fait faire ces noz Lettres Patentes.

Donne *a nostre Chastell de Rouen* le primer jour de Feurier.

De Cancellariatu Dato.

Ann. D. 1420. An. 7. H. 5. Ibid.

REX *Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Bajocensis*, Sede ibidem Vacante, Salutem.

Vobis, Tenore Præsentium, Significamus quòd Cancellariatum in Ecclesia prædicta,

Per Mortem Magistri *Thomæ de Sancto Petro*, ultimi Possessoris ejusdem, nunc liberum & vacantem, & in manibus nostris, Jure Regaliæ, existentem ut dicitur,

Cujus quidem Cancellariatûs Collatio & omnimoda Dispositio Nobis noscuntur pertinere,

Dilecto Nobis *Guillielmi de Gardinis*, Magistro in Medecina, cum suis Juribus & Pertinentiis Universis, Conferimus & Donamus,

Mandantes quatenus ipsum *Guillielmum*, seu ejus in hac parte Procuratorem, in corporalem Possessionem Cancellariatûs prædicti ponatis & inducatis, seu poni & induci faciatis,

Ac Stallum in Choro & Locum in Capitulo, prout moris est, eidem Assignetis,

Necnon ipsum *Guillielmum* Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis quibuscumque, ad eundem spectantibus,

Et ideo Vobis Mandamus quod ipsos, *Raphaelem & Stephanum*, cum *Personis prædictis*, ac totidem Equis in Comitiva sua, veniendo, & exinde, pro eorum libito voluntatis, ut prædictum est, liberè recedendo & abeundo, ac Equos, Bona, & Res sua quæcumque, non obstantibus aliquibus Debitis Publicis & Privatis, Guerris, Homicidiis, Delictis, Bannis, Excessibus, aut Injuriis, vel Offensis quibuslibet, quomodocumque perpetratis, commissis, aut gestis, per ipsos, *Raphaelem, Stephanum, Personas seu Communitatem prædictam*, vel eorum aliquem, manuteneatis, protegatis, & defendatis, non inferentes eis, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen.

Et, si quid eis, seu eorum alicui, Forisfactum sive Injuriatum fuerit, id eis, & eorum cuilibet, sine dilatione, corrigi & debitè reformari faciatis.

Nolentes quod iidem, *Raphael & Stephanus, Personæ*, seu *Communitas prædicta*, aut eorum aliquis, ratione Præmissorum, aut alicujus eorumdem, sive ratione aliquarum Marquarum sive Reprisaliarum, ante hæc tempora, versus *Ducem & Communitatem Januensium* concessarum, quomodocumque Capiantur, Arestentur, Imprisonentur, Molestentur in aliquo, seu Graventur, aut Capiatur, Arestetur, Imprisonetur, Molestetur in aliquo, seu Gravetur eorum aliquis,

Proviso semper quòd prædicti, *Raphael, & Stephanus, Personæ*, & eorum quilibet, benè & honestè, se habeant & gerant erga Nos & Populum nostrum, nec quicquam, quod in nostri, seu Populi nostri, Præjudicium, Dampnum, vel Malum, cedere valeat, non attemptent, aut attemptari faciant, quovis modo.

In cujus, &c. per Quatuor Menses proximò futuros duraturas.

Teste *Humfredo Duce Gloucestriæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium* primo die Februarii.

Per Concilium.

Ordinationes de Moneta Normanniæ.

HEnry, &c. a tous, &c. Salut. Ann. D. 1420.

Savoir faisons que, An. 7.

Come, H. 5.

En nostre Joieuse Conqueste & Entre, faicte en nostre Ville de Rouen & Paiis de Normendie, & a fin de Garder le Prouffit de Nous & de nostre Peuple, & ycelui entreteinir en Paix, Pat. Norm. 7.

Nous eussions Ordonne & Commande, par bonne & meure deliberation de nostre Conseil, faire en nostre Monoie, au dit Lieu de Rouen, & en noz autres Monoies de nostre dit Paiis de Normendie, GROZ, NOMES ROYALX, xx *d. Tournois Pieche*, tout per la fourme & manere, que l'en les fesoit ou par avant de nostre dit Conqueste & Entree, tant en Poys, que en Lay, sans Diminution ne Acressement faicte sur ce, H. 5. p. 2. m. 24. d.

Et Depuis y avons fait faire & mettre une petyte Difference ou Enseigne es Mings,

Et il Nous avisy que pur ce que n'adgueres il estoit & unquore est venue a nostre Congnoissance, que en nostre dite Ville & Paiis de Normendie, & ailleurs a nostre Obeissance, ont este apportes grant quantity de Monoies en GROZ de plusours Paiis, non Suggez ou Obissance a Nous, tant des Parties * de France & de Bretaigne que d'ailleurs, • IX. 861.

Les queix GROZ sont de semblables Conge ou environs que ceulx, que l'en faisoit a nostre dite Ville de Rouen, au devant de nostre dite Entree & Conquest, maiz sont de meindre Pois & Lay que ceulx que Nous faisons fair,

Et, soubz umbre de ce quils estoyent & sont presque semblables, ont eu & on Cours en nostre dit Paiis, & par ce ont acreu & empere nostre dit Monoye ceulx qui ainsy ont Apporte yceulx autres GROZ, en quoy Nous & nostre Peuple avons este & sommes grandement deceus,

Nous (pour obvier ad ce) y aions Ordonne, par noz Lettres Patentes, faire GROZ de xx *d. Tournois Pieche.*

Es quielx aura en la Pille iii. *Fleurs de Lis.*

Et es Costs ii. *Lieppars tenans icelles iii. Fleurs de Lis*,

Et ou Coste de la Croix, ou parmy d'icelle, *une H. avec certaines differences*,

Et, ycelui jour venu, deffendons ycelle Monoye estre mise ne avoir Cours sur paine de Forfaicture;

Sy Donnons en Mandement au Baillif de Rouen, aux Gardes de noz dites Monoyes au dit Lieu, & a tous Noz autres Justicers & Officers, ou a leurs Lieutenantz & a chescun d'eulx, sicome a luy appartendra, en comettant, se mestier est, que noz dites Ordonnences & Deffences facent Tenir & Garder, de Point en Point, sans enfraindre, & ces Presentes Tenir & Publier, par tout ou il appartendra, & en tant que mestier en serra; Car ainsy Nous plaist il, & voullons estre fait, par ces mesmes Presentes, sans enfraindre, & au VIDIMUS de ces Presentes estre plaine foy adjoustee come a l'ORIGINAL.

En Tesmoing, &c.

Donne a nostre *Chastell de Rouen* le primer jour de Feurier.

De Confirmatione Treugarum Flandriæ.

Ann. D. 1420. *An. 7. H. 5. Franc. 7. H. 5 m. 3.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS quendam Tractatum, inter Ambassiatores nostros, pro Regno nostro Angliæ, & Commissarios, carissimi Consanguinei nostri, *Philippi Ducis Burgundiæ*, pro Patria Flandriæ, factum in hæc verba,

UNIVERSIS CHRISTI FIDELIBUS, ad quos præsentes Literæ pervenerint, *Willielmus Bardolf* Miles Locumtenens Capitanei Villæ Calesii, *David Price* in Legibus Licentiatus, *Willielmus Bray* Bacallarius in Legibus formatus, *Johannes Chirche* Locumtenens Majoris Stapulæ Villæ Calesii prædictæ, & *Johannes Pikeryng*, Excellentissimi in Christo Principis & metuendissimi Domini nostri Domini *Henrici*, Dei Gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ*, & Domini Hiberniæ, Commissarii ad infrascripta specialiter deputati, Salutem in omnium Salvatore.

Literas Commissionis dicti metuendissimi Domini nostri Regis nuper recepimus in hæc verba,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & Dominus Hiberniæ, dilecto & fideli suo, *Willielmo Bardolfe* Chivaler Locumtenenti Capitanei Villæ nostræ Calesii, ac, dilectis sibi, Magistro *David Pryce* in Legibus Licentiato, Magistro *Willielmo Bray* Bacallario in Legibus formato, *Johanni Chirche* Locumtenenti Majoris Stapulæ Calesii, *Ricardo Bokeland* Vitellario • Calesii, & *Johanni Pykeryng*, Salutem, • IX. 862.

Sciatis quod,

Cùm certæ Treugæ, sive Guerrarum Abstinentiæ,

Quæ nuper inter *Nos* ex unâ, &, inclitæ Memoriæ, *Johannem nuper Ducem Burgundiæ*, Carissimum Consanguineum nostrum parte ex alterâ,

Necnon certæ Securitates, generales, pro Mercatoribus, Piscatoribus, & Peregrinis, tam Regni nostri Angliæ, quàm Patriæ sive Comitatûs Flandriæ,

Et generaliter pro Omnibus Mercandisis hinc inde faciendis,

Per certos Commissarios nostros sive Deputatos, & Commissarios dicti *Johannis* nuper *Ducis Burgundiæ*, captæ, tractatæ, conclusæ fuerint, & firmatæ usque ad Festum Omnium Sanctorum proximò jam futurum, *&c. prout supra dat. 12. Januar. A. D. 1419. tunc sic.*

Nos autem, Tractatum prædictum, ac omnia & singula, in eodem Tractatu contenta, Rata habentes & Grata, ea, Tenore Præsentium, Laudamus, Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, & Confirmamus,

Promittentes Nos, bonâ fide, & verbo Regio, omnia & singula Præmissa, sub modo & forma superiùs expressatis, quantum in nobis est, inviolabiliter facere observari.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio nostro apud Westmonasterium* duodecimo die Februarii.

De Officio capiendi Lupos.

Ann. D. 1420. *An. 7. H. 5 Norm. 7. H. 5. p. 2. m. 18. dor.*

HEnry, &c. a tous noz Justiciers ou a leurs Lieutenans, Salut.

Pour obvier aux Dommages, qui s'ensuient de Jour en Jour, pour la grant multitude de Loups & Loupves, qui sont en plusers Parties & Lieux de nostre Dusche de Normendie, qui assaillent, estranglent, & devorent souventes foys plusers Creatures humaines, Beuf, Vaches, Moutons, & autres Bestes, si comme attendu avons,

partendra, que les dix s. Tournois pour prinse de Loup, & iv. d. Tournois pour Loupve, vous cueilles & leves, ou faictes cueillir & lever, sur chascun des diz Habitans, par la maniere dessusdite, en contraignant a ce ceulx, qui pour ce seront a contraindre, par toutes voyes deues & Rasonnables, en telle maniere qui n'y ait faulte,

Et iceulx Deniers, Cueilliz & Leves par la maniere que dit est, Bailles & delivres, ou faictes Bailler & delivrer, au *dit Escuier*, ou a son certain commandement,

Et Lui Bailles & delivres, ou faictes Bailler & delivrer, a ses Despens, par juste pris qu'il paiera, promptement tout ce qui a faire la dite Chace Lui serra necessaire; Car ainsy Nous plaist il estre fait:

Pourveu que ces Presentes soient verifies par le Souverain Maistre & General Reformateur de noz Eauez & Forestez de nostre dite Duschie, ou son Lieutenant;

Ces Presentes apres Ung An dujourduy ensuiant non vaillable.

Donne a nostre *Chastel de Rouen* le xxi. jour de Fevrier.

• Semblables Lettres ont les dessoubz Nommes; c'estassavoir, • IX. 863.

Jehan Noirepel de l'Office de prendre les Loups deins les Vicontes d'Ange, Dorbec, & de Auton, & du Pontaudemer, & es Mettes d'environ, &c.

Jehan Seigneur de Hodenc Chivaler jure, &c. de l'Office de Prendres les Loups deins les Vicontes d'Ange, Dorbec, & du Pontanton, & du Pontaudemer, & es Bailliages de Rouen & Caux, & es Mettes d'environ.

Jehan Bourghop Escuier, de l'Office de Prendre les Loups & autres Bestes de Pies pelus, deins le Bailliage de Caux, a durer par un An.

Jehan de Mortemer, Escuier, nostre Homme Liege & Sugget, a l'Office de Prendre les Loups deins les Bailliages de Gisors & Eureux, & es Mettes d'environ, a durer tant comme il Nous plaira.

Johan Thomas, l'Office de Prendre les Loups deins les Bailliages de Rouen & Gisors, & es Mettes d'environ, a durer par ung Ang.

Prorogatio Treugarum Franciæ.

Ann. D. 1420. *An. 7. H. 5. Ex Bibl. Cotton. Tiberius B. 6. fol. 101. B.*

KArolus, Dei Gratiâ, *Francorum Rex*, universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem.

Cum nuper,

Pro Bono Pacis, inter Serenissimum Principem & Consanguineum nostrum *Henricum Regem Angliæ*, & *Nos*, ac Franciæ & Angliæ Regna, tractandæ ac feliciter concludendæ,

Nos, ex Magni nostri Concilii deliberatione, certas Treugas, seu Guerræ Abstinentias, cum præfato Consanguineo nostro, tam per Terram, quam per Mare,

Videlicet,

Per Terram a tricesimo die Decembris,

Et per Mare a vicesimo die Januarii,

Ultimò lapsis,

Usque ad primum Diem Martii proximò & immediate futurum inclusive duraturas,

Fecerimus, Iniverimus, Concordaverimus, & Acceptaverimus, uti per Inspectionem ipsarum Treugarum latius apparere poterit,

Et quia, obstantibus aliquibus Impedimentis, Nobis supervenientibus, nondum super Prorogatione ipsarum Treugarum aliquid fuit Appunctuatum,

Notum facimus quod Intentionis nostræ non est Guerram suscitare aut movere, præfatis Treugis elapsis, præfato Consanguineo nostro, quin primitus de Intentione nostrâ super hoc ipsum certiorari fecerimus,

Volentes præfatas Treugas, seu Abstinentias Guerrarum, sic, ut præmittitur, acceptas & concordatas, secundum Vim, Formam, & Effectum ipsarum, inviolabiliter teneri & observari, usque ad Vicesimum Quartum Diem Martii proximo futurum inclusive duraturas,

Quocirca omnibus, Constabulario, Marescallo, Admirallo, Senescallis, Ballivis, Præpositis, Majoribus, Scabinis, Communitatibus, Villarumque, Civitatum, Castrorum, ac Fortalitiorum Custodibus, Capitaneis Gentium Armigerorum, ac aliis quibuscumque Justiciariis & Officiariis nostris ubilibet constitutis, &

eorum

H. 5. p. 2. m. 18. ta, Vice & Nomine nostris, a quibuscumque Personis, Gallicis & Normannis, de & sub Dominio & Potestate nostris Natis, ac de aliis quibuscumque in dictis Dominio & Potestate nostris Beneficiatis, etiam si fuerint Italicæ, in Curia Romana de præsenti Residentibus, & ad Obedientiam nostram venire volentibus,

Ipsasque & earum quamlibet, secundum formam & tenorem cujusdam Cedulæ, quam vobis mittimus Præsentibus interclusam, Jurare faciendum,

Hujusmodique Sacramenta (assumptis per vos Notariis Publicis) Nomine nostro Recipiendum & Acceptandum, ut præmittitur, ab eisdem,

Ipsisque Personis, & earum singulis, Literas Testimoniales, mentionem de & supra Sacramentis illis, sic præstitis, facientes, sub Sigillis vestris conficiendum & liberandum,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum quæ hujusmodi Negotii qualitas & natura exigunt & requirunt,

Vobis, & alteri vestrûm, per Præsentes, Committimus Potestatem,

Significantes Nobis, sub Sigillis vestris, ac Signis & Subscriptionibus Notariorum Publicorum, per vos in hac parte assumptorum, de Nominibus & Cognominibus Juratorum prædictorum, ac quid & qualiter in præmissis seu eorum aliquo duxeritis faciendum.

In cujus, &c. usque Festum Omnium Sanctorum proximo futurum duraturas.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* xxviii. die Februarii.

Per ipsum Regem.

De Salvo Conductu pro Serviente Comitis Ingolismensis.

Ann. D. 1420. An. 7. H. 5. Ibidem. m. 15.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Beatæ Mariæ Magdalenæ proximò futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. *Guillielmum le Templer* Servientem *Comitis Ingolismensis*, ad ducendum seu transmittendum in Regnum Regis Angliæ, per Mare, & per Terram, Sexaginta Dolia Vini, & Quadraginta Scuta in Auro, ac quoddam Vas pro Portagio Vini & Scutorum prædictorum competens, necnon Marinarios pro Gubernatione ejusdem Vasis necessarios;

Proviso semper quod idem *Guillielmus*, aut Marinarii prædicti, quicquam, quod in Regis Contemptum, &c. & quod ipsi nullum Castrorum, &c. quodque Regi de Custumis, Subsidiis, & aliis Deveriis, sibi debitis, fideliter respondeatur, ut est justum.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* primo die Martii.

De Impositione,

Ann. D. 1420. An. 7. H. 5. Pat. Norm. 7. H. 5. p. 2. m. 8. dorf.

HEnry, &c. a touz, &c. Salut.

Savoir faisons que,

Pour le grant, cler, & evident Prouffit, a la conservation, tuition, & garde de nostre Peuple & Pais, tant de France, que de Normandie, & pour ycelui tenir & faire tenir en Paix, & Tranquillite, & bonne Pollicie, pour eviter aux Inconveniens & Dampnables Entreprinses d'aucuns noz Anemis & Mal veuillans,

Qui desirons de tout nostre cueur & affection, a l'Onner & a Louenge de Dieu nostre Soveraine Createur, parvenir a la fin de bonne & seure Paix, & en ce exposer Nous, noz Freres, Oncles, & autres Seigneurs de nostre Sang, & noz autres Vassaulx, Amis, Aliez, & Bienveuillans en toutes manieres que faire se pourra al aide de nostre Seigneur,

Et que sumptueuse & merveilleuse chose, & aussi come importable, serroit, Consideres les tresgrans & merveilleux Fraiz, Missions, & Despens que

* IX. 865. * Nous avons portes & soustenuz pour ceste present nostre Conqueste, sans l'Aide de nostre dit peuple & Pais de France & Normendie,

Nous, par tresgrant & meure deliberation, tant de noz diz Freres, Oncles, & autres de nostre Sanc, & les Gens de nostre

Les quiex Receveurs, & chescun d'eulx, en rendront compte en nostre Chambre des Comptes, ainsy qu'il appartient,

Et, par raison de ce, seront Serement bien & duement exercer ses diz Offices, & aussi bauldront bon & suffisant Caution a nostre dit Tresorer, ou en nostre dite Chambre des Comptes,

Mandons & aussy commettons a nostre dit Tresorier, & aux Commis & Deputes par lui, que la Juridicion des Causes, Querelles, & Debaz, mouvans & sourdans a cause de ce, il face tenir par ceulx qu'il y commettra bien & deuement, ainsy qu'il appert, & que aux parties facent bon & brief droit & acomplissement de Justice,

Et oultre Mandons a tous noz Suggez & Obeissans, que a nostre dit Tresorier, & a ses Commis & Deputes, & a chescun d'eulx, entendent & obeissent diligentment, en ce faisant & exersant, sur peine d'encourir nostre Indignation & de telle amend come au cas doibt appartenir.

En Tesmoing, &c.

Donne a nostre *Chastel de Rouen* le xi. jour de Mars.

Litera ab Regina Siciliæ, de Credentia.

Illustri Principi Domino Johanni Duci Bedfordiæ, *Comiti Archimondi, &c. tanquam Fratri nostro carissimo.*

ILLUSTRIS PRINCEPS & tamquam Frater carissime, Ann. D. 1420.

Nonnulla practicavimus cum, Nobili & Egregio Viro, *Augustino de Lante de Pisis*, utriusque Juris Doctore, Advocato Consistorali, Consiliario fideli & dilecto nostro, per eum vestræ Magnitudini de nostri Commissione per suas Literas intimanda; An. 7. H. 5. Ex Bibl. Cot. Tiberius B. 6. fol. 128. B.

Idcirco ejusdem *Augustini* Literis, tamquam Personæ nostræ propriæ, seu propriis nostris Literis, Fidem placeat indubiam adhibere; offerentes Nos semper ad quælibet grata vobis.

Dat. in *Castro Novo Neapolis*, sub Anulo nostro secreto, Quindecimo Mensis Martii, xiii. Indic.

Johanna Secunda, *Dei Gratiâ, Regina Hungariæ, Jerusalem, Siciliæ.*

---

* *De Temporalibus Prioratus Sancti Petri de Gippewico liberandis.* * IX. 866.

REX Escaetori suo in Comitatibus Norffolciæ & Suffolciæ, Salutem. Ann. D. 1420.

Cum, Venerabilis Pater, *Johannes Episcopus* Norwicensis Electionem, nuper factam in Ecclesia regulari sive Prioratu Sancti Petri de Gippewico suæ Diœcesis, de, dilecto nobis in Christo, Fratre *Johanne de Gippewico*, Canonico ejusdem Domûs, in Priorem Loci illius (cui prius Regium Assensum adhibuimus & favorem) confirmaverit, sicut per Literas Patentes ipsius Episcopi, nobis inde directas, nobis constat, An. 7. H. 5. Pat. 7. H. 5. m. 3.

Nos, Confirmationem illam acceptantes, cepimus Fidelitatem ipsius Electi, & Temporalia Prioratûs illius prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò tibi Præcipimus quod eidem *Electo* Temporalia prædicta cum Pertinentiis, in Balliva tua, liberes in formâ prædictâ; salvo jure cujuslibet.

Teste *Humfredo Duce Gloucestriæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium* duodecimo die Martii.

Et Mandatum est Militibus, liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Prioratu prædicto, &c.

De Temporalibus liberandis.

REX Escaetori suo in Comitatibus Cumbriæ & Westmerlandiæ, Salutem. Ann. D. 1420.

Cum *Dominus Summus Pontifex*, nuper vacante Ecclesia Cathedrali Karliolensi, per Mortem, bonæ memoriæ, *Willielmi*, ultimi An. 7. H. 5. Ibid.

sortita prædicta, salvo Jure cujuslibet.

Teste *Humfrido Duce Gloucestriæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium* decimo septimo die Martii.

Per ipsum Regem.

Ibid. REX Escaetori suo in Comitatu Northumbriæ, Salutem.

Cum, *&c. ut supra usque ibi*, debitam, *& tunc sic*, pro quodam Fine, Nobis soluto in Hanapeno nostro, usque Reditum nostrum in Angliam, *&c. ut supra*.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Lincoln.
Escaetori Regis in Com. Derb.
Escaetori Regis in Com. Midd.

Et Mandatum est Militibus, &c.

---

* *De Hæreditatibus concessis.*

• IX. 867. Ann. D. 1420. *An.* 8. *H.* 5. *Norm.* 8. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 33.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod, Auctoritate nostrâ Regiâ, & ad Supplicationem *Johannis Crespin & Thomasiæ Uxoris ejus*, Juratorum Ligeorum nostrorum, de Gratiâ nostrâ speciali, Dedimus & Concessimus eis Hæreditates, Redditus, & Possessiones quoscumque, quos ipsi ante Primum Diem Augusti, Anno Regni nostri quinto, infra Ducatum nostrum Normanniæ Tenuerunt & Possidebant,

HABENDOS & TENENDOS Hæreditates, Redditus, & Possessiones prædictos præfatis *Johanni & Thomasiæ*, eisdem modo & formâ, quibus iidem *Johannes & Thomasia* eos, ante diem prædictum, Tenuerunt & Possidebant,

Per Homagium si & ubi debetur faciendum, secundum Consuetudinem Ducatus nostri prædicti, ac faciendo alia Onera & Servitia inde debita & consueta,

Reservatâ semper Nobis & Hæredibus nostris altâ & supremâ Justitiâ, ac omni alio Jure quod ad Nos poterit pertinere;

Proviso semper quod Hæreditates, Redditus, & Possessiones prædicti seu aliqua Parcella eorumdem, de Dominico Ducatûs nostri prædicti, aut alicui alii Personæ per Nos ante hæc tempora Dati & Concessi, aut aliqui de Terris & Possessionibus subtus Villam nostram Faletiæ, vel infra Villam nostram de Cadomo, aut de Lapidicina seu Quarreris prope eandem Villam, quos ad opus nostrum specialiter Reservavimus, aut de Loco seu Spatio Terræ pro Ædificando Nobis Palatio infra Civitatem nostram de Rouen, sive extra prope Muros ejusdem, juxta Compositionem in hac parte factam non existant.

In cujus, &c.

Teste Rege *apud Castrum suum Rothomagi* vicesimo primo die Martii, Anno Regni nostri octavo.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas Regis habent subscripti; videlicet,

Gilbertus Louvet Armiger & *Maria Uxor ejus* Jurati, &c.
Johannes Martel Juratus, &c.
Thomas de Tierroux Juratus, &c.
Johannes Fourmage Juratus, &c.
Thomas Poylevе Armiger Juratus, &c.
Thomas Maintaint Juratus, &c.
Guillielmus le Grant Juratus, &c.
Rogerus Peen Armiger Juratus, &c.
Guillielmus Peen Armiger Juratus, &c.
Guillielmus de Meherent Armiger Juratus, &c.
Petrus Dumont & Margareta Uxor ejus Jurati, &c.
Nicholaa de Lognon Jurata, &c.
Johannes de Seint Marie Armiger Juratus, &c.
Johannes le Sene & Belota Uxor ejus Jurati, &c.
Guillielma Bourdet Jurata, &c.
Julianus Gaultier & Agnes Uxor ejus Jurati, &c.
Guillielma de Condevilla Vidua Jurata, &c.

Consimilesque Literas Jurati Ligei Regis, utriusque Sexus, habent fere infiniti.

tem.

Constat nobis, per inspectionem Rotulorum Cancellariæ Domini *E. Filii Regis Henrici, quondam Regis Angliæ*, * Progenitoris nostri, quod idem Progenitor noster quandam Chartam fieri fecit in hæc verba, • IX. 868.

Edwardus, Dei Gratiâ, *Rex Angliæ*, Dominus Hiberniæ, & Dux Aquitanniæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis & Fidelibus suis, Salutem.

Circa Statum prosperum Mercatorum de Ducatu nostro prædicto, nos præcipua Cura solicitat qualiter sub nostro Dominio, Tranquillitatis & plenæ Securitatis Immunitas eisdem Mercatoribus, futuris temporibus, præparetur,

Ut itaque vota ipsorum, ad nostra & Regni nostri Servitia, uberius augmententur, ipsorum Petitionibus favorabiliter annuentes, pro Statu eorumdem plenius assecurando, in forma quæ sequitur duximus ORDINANDUM, & eisdem Mercatoribus, pro Nobis, & Hæredibus nostris, IMPERPETUUM CONCEDENDUM,

IN PRIMIS, videlicet, quod omnes Mercatores Vinetarii de Ducatu prædicto, salvo & secure, sub Tuitione & Protectione nostra, in dictum Regnum nostrum Angliæ, & ubique infra Potestatem nostram, veniant cum Vinis & Mercandisis aliis quibuscumque:

Quodque infra idem Regnum & Potestatem nostram, in Civitatibus, Burgis, & Villis Mercatoriis, possint Mercari in Grosso, tam cum Indigenis seu Incolis ejusdem Regni, quam cum Alienigenis, Extraneis, vel Privatis:

Et quod Mercandisas suas, quas ipsos ad idem Regnum & Potestatem nostram adducere, seu infra dictum Regnum & Potestatem nostram emere, vel alias adquirere contigerit, possint quo voluerint, tam infra Regnum & Potestatem nostram prædicta, quam etiam extra, ducere seu portare facere, & suam inde facere Voluntatem; solvendo Consuetudines quas debebunt:

Exceptis dumtaxat Vinis, quæ, extra idem Regnum seu Potestatem nostram, ipsis, sine Voluntate nostrâ, ducere non liceat quoquo modo.

ITEM, quod dicti Mercatores Vinetarii, de dicto Ducatu, in Civitatibus & Villis prædictis, pro Voluntate sua, hospitare valeant & morari, cum Bonis suis, ad gratum ipsorum quorum fuerint Hospitia sive Domus.

ITEM, quod quilibet Contractus, per ipsos Vinetarios, cum quibuscumque Personis, undecumque fuerint, initus de omnimodis Merchandisis, firmus sit & stabilis; ita quod neuter Mercatorum Contractum illum possit dedicere, seu ab eodem recedere, postquam DENARIUS DEI, inter Contrahentes Datus fuerit & Receptus:

Et, si forsan, super Contractu hujusmodi, Contentio, oriatur, fiat inde Probatio, secundum usus & Consuetudinem Feriarum & Villarum, ubi dictum Contractum fieri contigerit & iniri

ITEM, Remittimus & Quietamus dictis Mercatoribus de dicto Ducatu illam Prisam antiquam de Duobus Doliis Vini, quam de qualibet Nave, Vinis Carcatâ, infra Regnum seu Potestatem nostram applicante (unum, videlicet, ante Malum, & aliud retrò) capere consuevimus:

PROMITTENTES, insuper, eisdemque Mercatoribus, pro Nobis, & Hæredibus nostris IMPERPETUUM CONCEDENTES quod prædictam Prisam, vel quamcumque aliam, Vinorum vel aliorum Mercimoniorum suorum, per nos, vel alium, seu alios, pro aliqua Necessitate seu Casu, nullatenus, contra Voluntatem ipsorum Mercatorum, de cætero faciemus, nec fieri patiemur, absque Solutione, statim, juxta Precium, pro quo dicti Mercatores Vina & alia Mercimonia vendent aliis, facienda, vel alia Satisfactione de qua reputent se contentos; ita quod, super Vinis vel aliis Mercimoniis ipsorum, per Nos, vel Ministros nostros, Appreciatio vel Æstimatio non ponantur.

ITEM, quod de quolibet Dolio Vini Gaugeato, sicut Venditor Vini quod de Gaugeato defuerit supplere tenebitur, sic eidem, per Emptorem, de eo quod ultro Gaugeatum superfuerit, juxta præcium ad quod Dolium Vini venditum fuerit, satisfiat.

ITEM, quod, quamprimum Naves, cum novis Vinis, infra Regnum & Potestatem nostram applicuerint, Vina vetera, ubicumque inveniantur, in Villis vel Locis aliis, ad quæ dictæ Naves venerint, videantur, & probentur si causa fuerit & etiam incorrupta:

Et de hiis, qui dicta Vina videbunt, sit una Medietas de Mercatoribus Vinetariis Ducatûs prædicti, & alia de Probis Hominibus illius Villæ ubi hæc fient & sint, ad Præmissa fideliter & sine fraude facienda Jurati, & de Vinis Corruptis Justiciam faciant consuetam.

ITEM,

illud esse contigerit:

Et, si Mercatorum Vinetariorum de Ducatu prædicto sufficientem Numerum ibidem minimè contigerit inveniri, ponantur in Inquisitione illi qui de ipsis sufficientes invenientur ibidem, & Residui sint de aliis Bonis Hominibus & sufficientibus de Locis in quibus Placitum illud erit.

ITEM, quod nulla alia Exactio vel Præstationis Onus super Vina dictorum Mercatorum aliquatenus imponantur.

ITEM, DUXIMUS ORDINANDUM, & ORDINATIONEM illam, pro Nobis, & Hæredibus nostris, IMPERPETUUM VOLUMUS firmiter observari, quod pro quacumque Libertate, quam Nos vel Hæredes nostri de cætero Concedimus, præfati Mercatores Vinetarii suprascriptas LIBERTATES vel earum aliquam non amittant; volentes quod LIBERTATES illæ ad dictos Mercatores Vinetarios de Ducatu nostro prædicto tantummodo se extendant.

Pro supradictis autem Libertatibus & liberis Consuetudinibus concesserunt Nobis Mercatores Vinetarii prædicti, quod de quolibet Dolio Vini, quod adducent seu adduci facient infra Regnum vel Potestatem nostram, & unde Marinariis Frectum solvere tenebuntur, Nobis & Hæredibus nostris, ultra antiquas Custumas debitas & solutas in Denariis, sive Nobis, sive aliis solvent, Nomine Custumæ, Duos Solidos infra Quadraginta Dies, postquam extra Naves ad Terram posita fuerint Vina ipsa.

Et Volumus quod prædicti Mercatores Vinetarii de Vinis, unde in uno Loco Regni nostri, vel alibi infra Potestatem nostram, præfatam Custumam Duorum Solidorum nobis solverint, in singulis aliis Locis, dicti Regni & Potestatis nostræ, de Solutione præfatæ Custumæ, Duorum Solidorum, Liberi sint penitùs & Quieti; proviso quod pro aliis Mercandisis quibuscumque, quas ipsos infra Regnum & Potestatem nostram exercere contingat, easdem Consuetudines nobis solvere teneantur, quas cæteri Mercatores pro Mercandisis hujusmodi nobis solvent.

Hiis Testibus,

Venerabili Patre, *W. Coventriæ & Lichfeldiæ Episcopo*,
Johanne de Warenna, *Comite Surriæ*,
Rogero le Bygod, *Comite Norffolciæ* & Marescallo Angliæ,
Johanne de Britannia,
Hugone le Despenser,
Willielmo de Brewos,
Waltero de Bello Campo Senescallo Hospitii nostri,
Rogero de Brabazon,
Johanne de Merke,
Et aliis,

Dat. per Manum nostrum apud *Westmonasterium* Tertiodecimo die Augusti, Anno Regni nostri Tricesimo.

Nos autem, Ordinationes, Concessiones, Remissiones, Consuetudines, Libertates, & Quietantias prædictas, ac omnia & singula in dicta Carta contenta, Rata habentes & Grata, eas pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, Dilectis Nobis nunc Mercatoribus & Vinetariis Ducatûs prædicti, & eorum
• IX. 870. Successoribus, Tenore Præsentium, CONCEDIMUS & * CONFIRMAMUS, prout Carta prædicta rationabiliter testatur, & prout iidem Mercatores & Vinetarii, & eorum Antecessores, Libertatibus & Quietantiis prædictis, Vigore Cartæ prædictæ, hactenus rationabiliter uti & gaudere consueverunt.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri-fecimus patentes

Teste meipso *apud Westmonasterium* Duodecimo die Junii Anno Regni nostri Undecimo.

Nos autem, Ordinationes, Concessiones, Remissiones, Consuetudines, Libertates, Quietantias, & Confirmationem prædictas, ac omnia & singula in dictis Carta & Confirmatione contenta, Rata habentes & Grata, ea pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis nunc Mercatoribus & Vinetariis Ducatûs prædicti, & eorum Successoribus, Tenore Præsentium, CONCEDIMUS & CONFIRMAMUS, prout Carta & Confirmatio prædictæ rationabiliter testantur, & prout iidem Mercatores, & Vinetarii, & eorum Antecessores, Libertatibus &

Patris mei & Matris meæ *Matildis Imperatricis*, & omnium Antecessorum meorum, Deo & Ecclesiæ Sanctæ Mariæ de Prato Rothomagensi, & Monachis Becci ibi Deo servientibus, ex Dono Matildis Reginæ, Mesvillum, &c.

Nos autem, Cartam prædictam, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* Vicesimo secundo die Martii.

Per ipsum Regem.

Pro Ecclesia de Bono Portu.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1420.
INSPEXIMUS quandam Cartam, celebris memoriæ, Domini *Richardi*, *quondam Regis Angliæ*, & Ducis Normanniæ, Progenitoris nostri incliti, in hæc verba, *An. 8. H. 5. Ibidem. m. 6. 5. 4.*

Richardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, Dux Normanniæ & Acquitaniæ, Comes Andegaviæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Senescallis, Præpositis, Ballivis, & omnibus Ministris & fidelibus suis totius Terræ suæ, Salutem.

Sciatis Nos Dedisse, & Concessisse, & præsenti Cartâ nostrâ Confirmasse, pro Salute Animæ nostræ, & Antecessorum nostrorum, in puram & perpetuam Eleemosinam, Deo & Ecclesiæ beatæ Mariæ de Bono Portu, quæ in Foresta nostra de Bord Sita est & Fundata, &c.

Nos autem, omnia & singula, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* Vicesimo Sexto die Martii.

Per ipsum Regem.

---

* *Pro Fratribus de Gouffer.* • IX. 871.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1420.
INSPEXIMUS quandam Cartam, celebris memoriæ, Domini *Richardi*, *quondam Regis Angliæ*, & Ducis Normanniæ, Nobilis Progenitoris nostri, factam in hæc verba, *An. 8. H. 5. Ibidem. m. 13.*

Richardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, Dux Normanniæ & Acquitanniæ, Comes Andegaviæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, & omnibus Ministris & fidelibus suis totius Terræ suæ, Salutem.

Sciatis Nos Concessisse, & præsenti Cartâ nostrâ Confirmasse, Deo & Sanctæ Mariæ de Gouffer, & omnibus Fratribus ibidem, &c.

Nos autem Cartam & Literas prædictas, &c.

Teste ut supra Tertio die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Pro Monasterio Sancti Nicholai Bajocen.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1420.
INSPEXIMUS Cartam, celebris memoriæ, *Henrici quondam Regis Anglorum*, Ducis Normannorum, &c. Nobilis Progenitoris nostri, factam in hæc verba, *An. 8. H. 5. Ibid. m. 12.*

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Anglorum*, Dux Normannorum, Comes Acquitaniæ, Archiepiscopo Rothomagensi & omnibus Episcopis, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, & omnibus Ministris & fidelibus suis de Normannia, Salutem.

Sciatis Me Concessisse, & Dedisse, & præsenti Carta Confirmasse, in perpetuam Eleemosinam, xx Præbendas quas *Willielmus Illustris Rex Anglorum*, Proavus meus, stabilivit de Redditibus suis

X

lerie de Daufront, ou Diocese du Mans, Nous avoir este monstre, &c.

Nos autem Cartas & Literas, &c.
Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* Undecimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Pro Domo Dei Beatæ Magdalenæ.

Ann. D. 1420. *An.* 8. *H.* 5. *Ibid. m.* 8.

REX Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Ballivis, Justiciariis, Præpositis, Vicecomitibus, Ministris, & omnibus Fidelibus suis, Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes, celebris memoriæ, *Philippi, quondam Francorum Regis*, Progenitoris nostri, factas in hæc verba,

Philippus, Dei gratiâ, *Francorum Rex.*
Notum facimus quod, cùm, inclitæ recordationis, *Ludovicus Avus noster*, pro suæ, Genitorum, & Antecessorum suorum Animarum Salute, Domui Dei * beatæ Mariæ Magdalenæ de Rothomago Septem Quadrigatas Bosci mortui, &c. * IX. 872.

Nos autem omnia, &c.
Dat. per manum nostram *apud Castrum nostrum Rothomagi* Duodecimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Pro Abbathia Gemmeticensi.

Ann. D. 1420. *An.* 8. *H.* 5. *Ibid. m.* 26.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem,
Quosdam CIROGRAPHOS sive ANTIQUAS SCRIPTURAS,
Nobis in Cancellaria nostra, ex parte, dilectorum nobis in Christo, Abbatis & Conventus de Gemmeticis exhibitas & ostensas,
Quamplura Dona & Concessiones, eidem Abbatiæ per nonnullos Deo Devotos Concessa, continentes,
Qui quidem CIROGRAPHI sive ANTIQUÆ SCRIPTURÆ nullo sunt, nec unquam fuerunt aliquo, Sigillo muniti,
Et qui in suis quibusdam partibus, propter Vetustatem nimiam & Palpationem frequentem, detrimentum aliquod sustinebant,
INSPEXIMUS in hæc verba,

IN NOMINE PATRIS, & FILII, & SPIRITUS SANCTI;
Ego *Drogo*, nutu superni Regis, *Comes Patriæ Ambianensis*, Vitam & Sanitatem Christianis omnibus cum Vitæ utriusque profectibus,
Volo notum esse, &c.

Nos autem, CIROGRAPHOS sive ANTIQUAS SCRIPTURAS prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, quoad Dona & Concessiones præfatæ Abbatiæ, infra Regnum nostrum Franciæ, ac Ducatum nostrum Normanniæ, facta & concessa, Rata Habentes & Grata, ea pro Nobis & Hæredibus, quantum in Nobis est, Acceptamus & Approbamus, ac, dilectis nobis in Christo, nunc *Abbati & Conventui* Loci prædicti, & Successoribus suis, imperpetuum Tenore Præsentium, Concedimus & Confirmamus, prout Cartæ, Literæ, & Scripta prædicta rationabiliter Testantur, & prout iidem Abbas & Conventus, & Prædecessores sui, Donis & Concessionibus prædictis, infra Regnum Franciæ & Ducatum nostrum prædicta, hactenus rationabiliter usi sunt & Gavisi;
Intentionis tamen nostræ non existit quòd, per hanc Confirmationem, præfatis Abbati & Conventui, & Successoribus suis, adversus Nos, seu quemcumque alium quomodolibet, in Possessione vel Proprietate, Jus novum acquiri valeat, Nobisque aut quibuscunque nostris Subditis præjudicium aliquod generetur, nec etiam quod prædicti Abbas & Conventus, seu Successores sui, aliquod Jus vel Clameum super aliquibus Possessionibus, infra Regnum nostrum Angliæ, colore præsentis Confirmationis, Habeant, Vindicent, sive Clament in futurum.
In cujus, &c.

Concedimus, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, quantum in nobis est, *Roberto de Bosco*, Religioso Hospitalis sive Domûs Dei beatæ Mariæ Magdalenæ Rothomagi, nunc * Capellaneo Capellæ prædictæ, quod Ipse, & Successores sui, quotiens & quando Nos, aut Hæredes, seu Successores nostros, Duces Normanniæ, in Castrum seu Villam nostram de Rouen venire contigerit, habeant & percipiant, in Curia & Hospitio nostro, pro Se & quodam Clerico suo in Capella prædicta Deservituro, * IX. 873.
Quôlibet Die, quo Carnes comedentur, dum ibidem steterimus & fuerimus, Duodecim Panes, Unum Ferculum de Carnibus, Unum Caput de Pullaille, & Duas Quartas Vini ad Mensuram Parisius,
Pro quolibet verò Die, quo Pisces comedentur, Panem & Vinum habeant & percipiant in forma supradicta, & cum hoc unum Ferculum de Pisce, bonum & sufficiens, secundum quod Dieta exigit & requirit:
Et ulterius,
De uberiori Gratia nostra, & *ob gloriosam Victoriam, quam, Plasmator Hominis, Deus, sua immensa bonitate, de Inimicis nostris, in Conquestu nostro Normanniæ, Nobis tribuit*, & ut eidem summo Deo in Capella prædicta magis honorificè & laudabiliùs serviatur,
Maximè pro eo quod cùm, ut accepimus, Redditus & Proventus Capellæ prædictæ ad Luminaria, in Celebrationibus Missarum, & specialiter in Levatione Corporis Jesu Christi, necessaria & requisita, non sufficiunt,
Damus & *Concedimus* præfato *Roberto*, & Successoribus suis Capellanis Capellæ prædictæ,
Ad Exorandum specialiter pro salubri Statu nostro dùm vitam gerimus in humanis, & pro anima nostra cùm ab hac luce migraverimus, & Animabus Parentum & Progenitorum nostrorum, & omnium Fidelium defunctorum,
Et ad inveniendum Luminiaria pro Celebrationibus Missarum necessaria & requisita, & quandam Torcheam ad Ardendum in Levatione Corporis Jesu Christi,
Quinque Libras & quindecim Solidos Turonenses, percipiendos singulis Annis de & super Reventionibus, Provenientibus de Vicecomitatu nostro de Rouen, per manus Vicecomitis nostri ibidem pro tempore existentis, ad Terminos *Paschæ* & *Sancti Michaelis*, per æquales Portiones, *Imperpetuum*,
Mandantes tam Vicecomiti nostro de Rouen, qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit, quod præfato nunc Capellano, & Successoribus suis, dictas Quinque Libras & Quindecim Solidos Turonenses, de Reventionibus Vicecomitatûs prædicti, exnunc singulis Annis, ad Terminos prædictos, solvat,
Quam, dilectis & fidelibus nostris, Præsidenti & Gentibus de Camera nostra Compotorum, qui pro tempore fuerint, quod ipsi, visis Præsentibus ac Literis Acquietanciæ Capellani prædicti, id, quod eis constare poterit ipsum Vicecomitem eidem Capellano in hac parte rationabiliter solvisse seu exnunc solvere, eidem Vicecomiti, in Compoto suo, de tempore in tempus, debitè Allocent;
Proviso semper quod præfatus *Robertus*, & Successores sui prædicta, Divina Obsequia, in Capella prædicta juxta Ordinationem ante hæc tempora factam, debitè faciant & facere teneantur.

Hiis Testibus,

Venerabilibus Partibus,
Philippo Wygorniensi, Cancellario nostro Normanniæ,
Et *J. Roffensi*, Custode Privati Sigilli nostri,
Episcopis:
Carissimo Fratre nostræ *Thomæ Clarentiæ*,
Et *Thoma Exoniæ*, Avunculo nostro carissimo,
Ducibus:
Prædilectis Consanguineis nostris,
Johanne Huntingdoniæ,
Edmundo Marchiæ,
Ricardo Warrewicæ,
Et *Johanne Marescallo*,
Comitibus:
Henrico Fitz Hugh Camerario nostro,
Et *Waltero Hungerford* Senescallo Hospitii nostri,
Militibus;
Et aliis.

Dat. per Manum nostram apud *Castrum nostrum Rothomagi* vicesimo quarto die Martii.

Per ipsum Regem.

De

timatè usque ad ultimum Diem instantis Mensis Martii, proximò nunc venturum, inclusivè prorogari, extendique, fecerimus & elongari,

Nos jam,

Pro eo quod, ipsarum Treugarum, sive Guerræ Abstinentiarum, Prorogatione durante, obstantibus diversis Impedimentis, nondum aliquid super illâ speratâ Pace quomodolibet Appunctuatum fuerit seu Conclusum,

Prædictas Treugas seu Guerræ Abstinentias hujusmodi, juxta formam, vim, & effectum earumdem, adhuc de novo, usque Quintumdecimum Diem Aprilis proximò futurum inclusivè, ex certa scientia nostra, avisamentóque Concilii nostri, Prorogamus, Extendimus, & Elongamus.

Tamen ab eisdem Treugis, sive Guerræ Abstinentiis, sic Prorogatis, extensis, & elongatis, excipiuntur & omnino excluduntur Castrum, Castellania, & Præpositura de Beaumont super Oyse, Degentesque & Habitantes in eisdem,

Quæ Omnia & Singula, sic Prorogata, extensa, & elongata, (Exceptis Præexceptis) per Nos & Subditos nostros Teneri volumus & inviolabiliter Observari, ac ea Teneri & Observari firmiter injungendo Mandamus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, Vicesimo Septimo die Martii.

Per ipsum Regem.

De Permutatione Beneficiorum.

Ann. D. 1420. *An.* 8. *H.* 5. *Ibid.*

REX, Vicario Generali *Pandulphi Confirmati Episcopi Constanciensis*, ipso Confirmato in remotis agente, Salutem.

Cùm *Johannes Feret*, Capellanus Capellæ perpetuæ de Bannert situatæ in Parochia de Alencona Constanciensi Diœcese, & *Jacobus Fumee*, Vicarius perpetuus de Quiebon ejusdem Diœcesis, Beneficia sua prædicta intendant, ut asserunt, adinvicem Canonicè Permutare,

Nos ad dictam Capellam præfatum *Jacobum*, ex causa hujusmodi Permutationis faciendæ, Vobis Præsentamus,

Intuitu Charitatis rogantes quatinus ipsum *Jacobum* & Capellam prædictam, ex causa prædicta, Admittatis, & Capellanum Instituatis in eadem.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* xxviii. die Martii.

• IX. 875.

** Littera Ducis Burgundiæ pro Abbate de Mortemer.*

A, Treshault & Trespuissant Prince, & mon Treschier Seigneur & Cousin, le Roy d'Angleterre.

Ann. D. 1420. *An.* 8. *H.* 5. *Ex Bibl. Coton. Caligula D.* 5.

T*Reshault & Trespuissant Prince, mon Treschier Seigneur & Cousin*, Je me Recommande a Vous.

Et Vous Plaise Savoir que, Reverende Pere en Dieu, *l'Abbe de Mortemer*, de l'Ordre de Chisteaulx, ou Diocese de Rouen,

Pour Cause des bons Services qu'il a fait a feu mon Treschier Seigneur & Pere (qui Dieu pardoint) aussi pour les Guerres de ce Royaume, & pour pluseurs autres Occupations, tant pour le fait de *l'Eglise* au Concile de Constance ou quel il a este, comme pour les Frais de son Ordre,

N'a peu aler ne Reparer en sa dicte Abbaye de Mortemer, Ains en a este Absent l'Espace environ Trois Ans,

Par quoy Il se doubte que on ne lui vueille faire aucun Empeschement en sa dicte Abbaye, Se par Vous ne lui est sur ce pourveu de Remede Raisonnable,

Et pour ce (*Treshault & Trespuissant Prince mon Treschier Seigneur & Cousin*) Je Vous Prie, le plus affectueusement que Je puis, que, pour Consideration des Choses dessus dictes, & que le dit Abbe est bon Preudomme, Solempnel Maistre en Theologie, Il le Vous Plaise tenir pour Excuse, en tele Maniere que Vous ne lui souffrez faire aucun Empeschement a sa dicte Eglise, ne a

In cujus, &c.

Teste ut supra, quarto die Aprilis.

Per ipsum Regem.

ET Mandatum est Custodi Spiritualitatis Episcopatûs prædicti; Sede vacante, quòd ipsum *Robertum* ad Præbendam prædictam admittat, & ei Stallum in Choro, & Locum in Capitulo, ratione Præbendæ illius, prout moris est, assignari faciat.

Teste ut supra.

ET Mandatum est etiam *Decano & Capitulo* Ecclesiæ prædictæ, quòd eidem *Roberto* Stallum in Choro, & Locum in capitulo, ratione Præbendæ illius, prout moris est, assignent.

Teste ut supra.

** De Sacramento Fidelitatis præstito, & Abbate non molestando.* • IX. 876.

REX, dilectis & fidelibus suis, Præsidenti & Gentibus de Camera nostra Compotorum, necnon Ballivis, Vicecomitibus, ac aliis Officiariis Ducatûs nostri Normanniæ quibuscumque, vel eorum Locatenentibus, Salutem. Ann. D. 1420. *An.* 8. *H.* 5. *Pat. Norm.* 8. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 15. *d.*

Notum vobis facimus quod, dilectus nobis in Christo, *Rogerus Sorel*, Abbas Sancti Petri de Pratellis, Sacramentum Fidelitatis (ad quod, ratione Temporalium dictæ Abbatiæ, infra Ducatum nostrum prædictum existentium, Nobis tenebatur) fecit & præstitit,

Ad quod quidem Sacramentum eundem Abbatem recepimus & admisimus, nostro & alieno Jure salvo,

Vobis & cuilibet vestrûm Mandantes nè prædictum Abbatem, prætextu dicti Fidelitatis Sacramenti, nobis non præstiti, in præfata Abbatia, nec in ejusdem partibus quibuscumque, perturbetis, molestetis, aut inquietetis, vel perturbari, molestari, seu inquietari permittatis à quocumque.

Set, si prædicta Abbatia vel aliquid ejusdem sit ad hoc impeditum, id Abbati antedicto deliberetis, seu deliberari faciatis à quocumque.

Teste ut supra Quinto die Aprilis.

Super Captione proditoria Ducis Britanniæ, Ducissa ad Regem Litera.

T*Reshault & Puissant Prince & mon Redoubte Seigneur.* Ann. D. 1420. *An.* 8. *H.* 5. *Ex Autogr.*

Plaise vous Savoir que, empres que, Reverend Pere en Dieu, *l'Evesque de Nantes*, Chancelier de Bretaigne, & le *Seigneur de Montauban*, s'ont partiz de moy pour aler devers vous, au plus tost qu'il s'est peu faire, & en leur Compaignie Messere *Raoul le Saige*, Messere *Henry de Inch*, ou l'un d'icelx, est le dit Messere *Henry* arive, par devers moy, o Lettres de vous, Escriptes a Rouan le xxvi. Jour de Mars darrain:

Par les quelles yl vous a pleu me faire savoir de vostre Estat, & que vous aviez Receu & Receuez en tresgrant Desplaisance la desloyale & mauvaise Prinse de, mon tresredoubte Seigneur Espouz, *Monseigneur le Duc*, & sa Detencion Illicite:

En me Induisant & priant de Prendre sur ce Confort, sur Consideration & ferme Esperance que nostre Seigneur ne leisera pas telle Iniquite Impugnie,

Et que, en toutes Choses, que vous pourrez bonnement faire a mon Plaisir & Confort, & pour l'aise du Paiis de Bretaigne, & durant la Detention de mon dit Seigneur, & que ainsi feray desolee, a Procurer sa Delivrance par toutes Voies deues & raisonnables, je vous trouveray inclins, & de bonne Volunte si avante comme de bonne Raisun fere le pourrez:

Des quelles Choses dessus dictes je vous Remercie, tant humblement & de cuer, comme je puis plus, & assez ne vous en pourroie remercier:

Et de l'Offre, que m'avez faicte, je l'aie receue en grant Honeur & Reverance, comme il appartient de Raison & bien

en Honeur & Vaillance, & bien appartient a un si hault Prince Roy comme vous.

Et pour ceste Cause & autres, je & les Seigneurs du dit Païs de Bretaigne envoions par devers vous les dessusdiz *Evesque*, *Seigneur de Montauban*, & le dit *Messere Raoul*, o Pouvoir de entendre au fait de la Delivrance du dit beau Frere, comme ilz vous apparestoiont:

Si vous Supplie de les recevoir benignement, & a la Suplication, qu'ilz vous feront depar moy, mestre gracieux & de bon Aire, comme je y ay ma Seurte & France; & plus a moy, qui suis une Femme desconfortee, que ne ferrez a nul autre.

Et ne vous doubtez point que ce, qu'il vous sera Promis, vous sera tresbien tenu, sans nulle Faulte.

Treshault & Puissant Prince & mon Redoubte Seigneur,

Vous plaise sur ce & autrement tousdiz moy Mander, & fere favoir voz bons Plaisirs, pour les faire & acomplir tresvolunters & de bon Cuer, au Plaisir du Benoist Saint Esperit, qui vous ait en sa Sainte & especiale Garde.

Escript a *Vennes* le v. Jour d'Avrill.

Vestre Seur,

La Duchesse de Bretaigne, *Contesse de Moutfort & de Richemond*.

Tractatus & Articuli, pro Personali Conventione Trecis habenda, & Pace concludenda, Præliminares.

Ann. D. 1420. An. 8. H 5. Ex Autogr. CArolus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*, universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem, & optatæ diu Pacis Fœdera firmiter conservare & amplecti.

Licet celebres Tractatus atque varii,

Pro Franciæ & Angliæ Regnorum redintegranda Pace, evellendisque Dissidiis, inter, claræ memoriæ, Nobiles Progenitores nostros, ac, inclitæ recordationis, Progenitores Serenissimi Principis *Henrici Regis Angliæ* Consanguinei nostri, eundemque Consanguineum nostrum & Nos, hactenus habiti,

Expectatum inde Pacis fructum non attulerint,

Nos nichilominus,

In nostræ conscientiæ libramine ponderantes sinceriter quam grandia, quam irreparabilia Mala, quamque enormem Læsionem, & universalem atque immedicabilem plagam, dictorum Regnorum deploranda Divisio, non eis solum, sed toti, proch dolor! Ecclesiæ Militanti hactenus intulerit,

Nuper cum, præfato Illustrissimo Principe, *Henrico Rege Angliæ*, Consanguineo nostro, Pacis Tractatum resumpsimus,

In quo tandem, post plurima nostrorum Collationes mutuas & Colloquia (illo nostris effectum largiente desideriis, qui Pacem pollicetur hominibus bonæ voluntatis) inter eundem Consanguineum nostrum & Nos CONCLUSUM est & CONCORDATUM in eum qui sequitur modum,

INPRIMIS, quod præfatus *Rex Henricus* Consanguineus noster, accipiet & habebit in Conjugem præclarissimam Puellam, *Katherinam Filiam nostram* & Illustrissimæ Contoralis nostræ, absque Onere aliquo ob id Nobis, aut aliis quibuscumque suis Amicis, aut Subditis Regni Franciæ, Imponendo:

Et quod, per eum modum, Nos & præfatam Illustrissimam Contoralem nostram efficiet sibi Patrem & Matrem, & Nos ut Patrem & Matrem suos habebit & pro talibus venerabitur, ac ut decet venerari tales & tantos Principem & Principissam, ymo & præ cunctis aliis Temporalibus Personis Mundi.

ITEM, quod dictus *Rex Henricus non turbabit*, *nec inquietabit*, *seu impediet Nos*, *quominus teneamus & possideamus*, *quoad vixerimus* quatenus tenemus & possidemus de præsenti, *Coronam & Dignitatem Regalem Franciæ*, & Redditus, Fructus, & Proventus eorumdem, ad Sustentationem Status nostri & Onerum Regni; & *præfata Serenissima Contoralis nostra etiam teneat*, *quamdiu vixerit*, *Statum & Dignitatem Reginæ*, secundum morem Regni prædicti, cum parte præfatorum Redditùum & Proventuum sibi congrua & convenienti.

ITEM, quod, immediate post Obitum nostri *Karoli* Regis, & extunc deinceps, * *Corona & Regnum Franciæ*, cum eorum Juribus & Pertinentiis universis, manebunt & erunt ipsius *Regis Henrici*, & Hæredum suorum imperpetuum.

* IX. 878.

ITEM, quod, pro eo quod Nos, *Karolus Rex* supradictus, tenemur, ut plurimum, & præpedimur adversa Valitudine per eum modum quod non commode poterimus in Persona nostra intende-

& notabiles Communitates, ac Cives & Burgenses Villarum ejusdem Regni, Nobis, Karolo supradicto, pro tempore obedientes, præstabunt Juramenta quæ sequuntur,

INPRIMIS, *quod dicto* Regi Henrico, *facultatem & exercitium Disponendi & Regendi dictam Rempublicam gerenti*, *ac Jussionibus suis*, *humiliter & obedienter in omnibus*, *Exercitium Regiminis dicti Regni concernentibus*, *& per omnia parebunt & intendent*.

ITEM, *quod ea*, *quæ inter* præfatum Regem Henricum, & Nos, Karolum Regem prædictum, *ac* præfatam Contoralem nostram, *cum Consilio eorum*, *quos Nos*, *præfata Contoralis nostra ac dictus* Rex Henricus *ad hæc duxerimus adhibendos*, *Appunctuata fuerint & Concordata*, *ipsi Proceres & Magnates*, *Nobiles & Status Regni prædicti*, *tam Spirituales*, *quàm Temporales*, *necnon Civitates*, *& notabiles Communitates*, *ac Cives & Burgenses Villarum ejusdem Regni*, *quatenus eos & singulos eorum concernere poterit*, *in omnibus & per omnia bene & fideliter observabunt*, *& pro Posse suo sic facient a quibuscumque observari*.

ITEM, *quod*, *continue ab Obitu*, *& post Obitum nostri*, Karoli *supradicti*, *erunt ipsi Fideles Homines Ligei ipsius* Regis Henrici *& Hæredum suorum*, *ac pro Domino suo Ligeo ac Supremo*, *& vero Rege Franciæ*, *absque oppositione*, *contradictione*, *seu difficultate*, *Recipient & Admittent & pro tali Obedient*, *& quod*, *præterquam Nobis* Karolo *supradicto*, *nulli unquam post hæc*, *tanquam Regi aut Regenti Regni Franciæ*, *obedient*, *nisi* Regi Henrico *supradicto & Hæredibus suis*.

ITEM, *quod non erunt in Consilio*, *Auxilio*, *vel Assensu*, *quod dictus* Rex Henricus *perdat Vitam & Membrum seu capiatur mala Captione*, *aut quod patiatur Dampnum seu Diminutionem in Persona*, *Statu*, *Honore*, *seu Rebus*; *verum*, *si quid tale contra eum moliri seu machinari noverint*, *illud pro Posse suo impedient*, *ac eidem* Regi Henrico, *quam celerius poterunt*, *per seipsos*, *seu Nuncio*, *vel Literis*, *intimabunt*.

ITEM, Concordatum est quod *præfata Filia nostra Dotabitur*, *quemadmodum Reginæ Angliæ hactenus Dotari consueverunt* (videlicet) ad Summam Quadraginta Milium Scutorum annuatim; quorum Duo semper valeant unum Nobile Anglicanum.

ITEM, quod, dictus Consanguineus noster, *Rex Henricus* laborabit, pro Posse suo, & quàm citiùs commode fieri poterit, ad Ponendum in Obedientiam nostram omnes & singulas Civitates, Villas, Castra, Loca, Patrias, & Personas, infra Regnum Franciæ Nobis Inobedientes & Rebelles, tenentes Partem illam, seu existentes de Parte illâ, vulgariter dicta *Dalphini seu Armeniaci*, & præsertim illa Loca de prædictis quæ sunt citra Flumen Ligeris, ad effectum ut Patria, citra Flumen prædictum, efficiatur magis unita, ut per hoc in ipsa commodius laborari possit, & Marchandisæ sic liberius suum Cursum habere;

Ita quod omnes & singulæ Conquestæ, extra Ducatum Normanniæ, in Regno Franciæ, per dictum Consanguineum nostrum, super Inobedientes nobis fiendæ, erunt & fient ad Utilitatem nostram:

* Et quod idem Consanguineus noster, pro posse suo, faciet quod omnia & singulæ Terræ & Dominia, constituta in Locis sic Conquærendis, spectantia ad Personas nunc Nobis Obedientes, quæ jurabunt observare præsentem Concordiam, restituentur dictis Personis ad quos spectant. * IX. 879.

ITEM, quod, quandocumque contigerit, favente Domino, præfatum Consanguineum nostrum ad Coronam Regni Franciæ pervenire, Ducatus Normanniæ, necnon omnia & singula Loca per eundem Consanguineum nostrum in Regno Franciæ Conquisita, erunt sub Ditione, Obedientia, & Monarchia Coronæ Franciæ supradictæ.

ITEM, Concordatum est quod omnes & singulæ Personæ Ecclesiasticæ, Beneficiatæ in Ducatu Normanniæ, aut aliis quibuscunque Locis in Regno Franciæ, eidem Consanguineo nostro subjectis, Nobis Obedientes, & Faventes Parti Burgundiæ, quæ jurabunt servare præsentem CONCORDIAM, Restituentur, ad Beneficia sua Ecceliastica, in Ducatu seu Locis proximò dictis constituta.

ITEM, quod omnes & singulæ Personæ, Nobis Obedientes, & Faventes Parti illæ quæ dicitur Burgundiæ, quæ jurabunt servare præsentem CONCORDIAM, habeant Terras & Tenementa sua quæcunque in Ducatu Normanniæ, aut aliis quibuscumque Locis in Regno Franciæ, dicto Consanguineo nostro subjectis, quæ vel qui per eundem Consanguineum nostrum aliis seu alii Donata non fuerint.

ITEM, quod ad totam Vitam nostram, in omnibus Locis, nobis nunc vel in futurum subjectis, Literæ Communis Justitiæ, necnon Concessiones Officiorum, Beneficiorum, & aliarum Donationum

bit & faciet, quod ad Officia tam Justitiæ Parliamenti, quàm etiam Ballivatus, Præpoliruras, Senescalcias, & alia spectantia ad Gubernationem Domanii, necnon alia quæcunque in dicto Regno Franciæ, assumentur Personæ habiles, utiles, & ydoneæ pro bono, justo, pacifico, & transquillo Regimine dicti Regni & Administrationum eis committendarum, ac quod sint tales, quales, secundum Leges & Jura ejusdem Regni, & pro Utilitate & Commodo nostris & ipsius Regni, ad ea deputari deberent & assumi.

ITEM, quod omnia & singula Ecclesiæ, Universitates, & Studia Generalia, necnon Collegia Studentium, & alia Collegia Ecclesiastica, constituta in locis nobis nunc aut in futurum subjectis, seu in Ducatu Normanniæ, & aliis locis Regni Franciæ dicto Consanguineo nostro subjectis, Gaudebunt eorum Juribus & Possessionibus, Redditibus, Prærogativis, Libertatibus, Præeminentiis, & Franchisiis, eisdem in Regno Franciæ qualitercumque competentibus seu debitis; salvo Jure Coronæ Franciæ & alterius cujuscunque.

ITEM, quod idem Consanguineus noster, pro Posse suo, Tuebitur & Conservabit *omnes & singulos Pares, Nobiles, Civitates, Villas, Communitates, & singulares Personas*, Nobis nunc aut in futurum subjectas, in eorum Juribus, Consuetudinibus, Privilegiis, Præeminentiis, Libertatibus, & Franchisiis, eisdem competentibus sive debitis, in Locis quibuscunque nobis nunc aut in futurum subjectis.

* IX. 880. * ITEM, quod idem Consanguineus noster nullas Impositiones aut Exactiones imponet aut imponi faciet Subditis nostris absque Causa rationabili & necessaria, nec alias quàm pro Bono publico ipsius Regni Franciæ & secundum dictamen & exigentiam Legum & Consuetudinem rationabilium & approbatarum ejusdem Regni.

ITEM, quod dictus Consanguineus noster efficaciter, diligenter, & fideliter pro Posse suo, *laborabit & faciet quod Justitiæ Complementum administrabitur & fiet* in dicto Regno Franciæ, secundum Leges, Consuetudines, & Jura ejusdem Regni, absque Personarum acceptione; ac conservabit & tenebit Subditos Regni prædicti in Transquillitate & Pace, ac pro Posse, tuebitur & defendet eosdem adversus Violentias & Oppressiones qualscumque.

ITEM, quod, a tempore, quo præsens Tractatus Pacis, in CONVENTIONE PERSONALI nostri & dicti Consanguinei nostri, habenda pro Executione præsentis Concordiæ, fuerit hinc inde Juratus, dictus Consanguineus noster *Rex Angliæ jurabit quod, ad totam Vitam nostram, nullatenus Nominabit aut Scribet*, seu nominari aut scribi faciet, se *Regem Franciæ*, sed ab eodem Nomine se penitus abstinebit.

ITEM, Concordatum est quod *Nos ad totam Vitam nostram, Nominabimus, & appellabimus, & scribemus dictum Consanguineum nostrum*, in Lingua Gallicana, hoc modo, NOSTRE TRESCHIER FILZ, HENRY ROY D'ENGLETERRE, HERITIER de FRANCE.

ITEM, Concordatum est quod Nos, super Præmissis omnibus & singulis, dicto Consanguineo nostro dabimus, faciemus, ac dari & fieri faciemus, nostras Literas Patentes, nostro Magno Sigillo sigillatas, necnon Literas Patentes, Approbatorias & Confirmatorias, carissimorum Conthoralis nostræ & Filii nostri *Ducis Burgundiæ*, & aliorum Procerum & Magnatum dicti Regni nobis nunc vel in futurum Obedientium, quorum Literas, in ea parte, dictus Consanguineus noster a Nobis exigere voluerit.

ITEM, quod præfatus Consanguineus noster, simili modo, pro Parte sua, dabit & faciet, & dari & fieri faciet, super eisdem, suas Literas Patentes, suo Magno Sigillo sigillatas, necnon Literas Patentes, Approbatorias & Affirmatorias, præcarissimorum Fratrum suorum, & aliorum de Sanguine suo Regali, Procerumque & Magnatum sibi Obedientium, quorum Literas, in ea parte, ab eodem Consanguineo nostro exigere voluerimus.

Quæ omnia & singula Superscripta Nos, pro Nobis & Hæredibus nostris, quatenus nos concernere poterit, Nos & dictos Hæredes nostros, absque dolo, fraude, aut Malo Ingenio, Facturos, Observaturos, Impleturos, & Executuros Promittimus ac Juramus ad Sancta Dei Evangelia, per nos corporaliter tacta,

Et quod ea sic faciemus a nostris Subditis impleri & observari,

Ac quod Nos nec Hæredes nostri, ullo unquam tempore, vel quæ sequuntur,

INPRIMIS, quod dicto Consanguineo nostro, seu suis in ea parte Deputato vel Deputatis, ex parte ejus id requirentibus, liberabuntur & tradentur, absque contradictione seu impedimento, *Villæ de Laigny supra Maternam*, vel *de Pont de Carrenton*, ad Electionem * ipsius Consanguinei nostri, Necnon *Villæ de Provins & de Nogent* supra Secanam, unà cum dictarum Villarum Fortaliciis, & aliis Villis, Fortaliciis, sive Locis, necessariis eidem *Consanguineo nostro* pro hujusmodi CONVENTIONE fienda, Custodienda per Homines ejusdem Consanguinei nostri, * IX. 881.

Quæ tamen Villæ, Fortalicia, seu Loca, post finitam CONVENTIONEM prædictam, & Regressum dicti *Consanguinei nostri*, remitti debent Custodiæ illorum, qui de præsenti sunt Capitanei eorumdem, portantium Literas nostras de & super hujusmodi Liberatione eis facienda,

Quibus quidem Villis, sic existentibus in manibus dicti *Consanguinei nostri*, Subditi nostri nichilominus poterunt morari & habere congruum Transitum & opportunum per easdem Villas.

ITEM, postquam *dictus Consanguineus noster* suis Literis Nos certioraverit se advenisse esse paratum ad CONVENTIONEM hujusmodi celebrandam, ex tunc, Tertio die sequenti (ipso die Certiorationis hujusmodi non computato) CONVENIEMUS personaliter in Loco, sic, ut præfertur, prope Trecas ad hoc eligendo, *Nos, præfatus Consanguineus noster*, ac dicti, *Conthoralis*, *Filia*, & *Filius*: aut, in eventum Impedimenti nostri, saltem ipsi, *Conthoralis Filia* & *Filius* nostri, pro Executione & Consummatione Præmissorum.

ITEM, Concordatum est quod, pro tempore Adventûs *dicti Consanguinei nostri* ad Locum dictæ CONVENTIONIS, ac Expectationis, & Regressûs supradictorum, ac generaliter quandocunque contigerit, pro Parte ipsius Consanguinei nostri, aliquem, vel aliquos, ire, immorari, seu redire ad Loca Nobis subjecta, occasione prædictæ CONVENTIONIS seu præsentis Negocii Pacis, poterunt ipsi, absque difficultate seu impedimento, in congruo & rationabili Numero, introire Villas & Loca clausa pro Emendis sibi Victualibus & aliis Necessariis.

ITEM, quod, ante Diem præsentis CONVENTIONIS, utraque, ex Nobis Partibus supradictis, deputabit certas Personas Notabiles, quæ, simul Convenientes, eligent Locum congruum & ydoneum inter Villas de Trecis & de Nogent, in quo dicta CONVENTIO PERSONALIS habebitur atque fiet.

ITEM, Concordatum est quod quælibet, ex Nobis Partibus supradictis, Diebus & Loco CONVENTIONIS supradictæ, poterit secum ducere & habere, in eodem loco, Duo Milia & Quingentas Personas Armatas vel non Armatas, ad arbitrium & electionem ipsius Partis, & totidem Equos, & non ultra; & quod reliquam Multitudinem Gentium suarum expectare faciet in Villis seu Domibus, in quibus degunt, seu eis pro Hospitio assignatis.

ITEM, quod, in Loco dictæ CONVENTIONIS, cuilibet, ex Nobis Partibus supradictis, per dictas Personas, sic, ut præfertur, deputandas, assignabitur certus Limes: Et quod Pars, cui Limes hujusmodi assignatus fuerit, continebit & expectare faciet, pro tempore quo Nos, Partes prædictæ, personaliter Conveniemus, Gentes suas; Ita quod hujusmodi Limites non transgredientur, eundo pro tempore illo versus Limitem alterius Partis, nisi Personæ illæ de quibus Communiter placuerit Nobis Partibus supradictis; Ita quod Limes unius Partis distabit à Limite alterius ad tantum, quantum videbitur discretionibus eorum per quos hujusmodi Limites assignabuntur: inter quos Limites, ad Locum aliquem æquè distantem & intermedium, ponetur Meta, ad quam Nos, Partes prædictæ, debemus personaliter convenire.

ITEM, Concordatum est quod utraque, ex Nobis Partibus supradictis, pro tempore prædictorum Adventûs *dicti Consanguinei nostri*, Expectationis suæ, & Regressûs, assistet alteri, & eandem defendet contra quoscumque ei Insultare seu Nocere conantes: & quod, durante tempore prædicto, neutra, ex Nobis Partibus supradictis, erit in Consilio, Auxilio, vel Assensu, quod aliquid Damni, Dispendii, seu Gravaminis inferatur aut fiat alteri ex Nobis aut suis: & quod, si quid hujusmodi contra Partem alteram aut suos machinari noverit, illud pro Posse suo impediet, ac etiam, celeriùs quo poterit, intimabit, seu intimari faciet, Parti, contra quam sic fuerit Machinatum.

ITEM, quod, durante tempore CONVENTIONIS prædictæ, quæ-

inde Recedemus aut movebimur, donec *dictus Consanguineus noster* Ambassiatoribus nostris, ea de causa sibi transmittendis, declaraverit an hujusmodi CONVENTIONEM in Loco, sic, ut præfertur, prope *Trecas*, celebrare & facere voluerit, & *Nos & dicta Contboralis nostra* de eadem fuerimus certiorati:

Et in eventum quo dictus Consanguineus noster suum accordet Assensum de celebrando CONVENTIONEM hujusmodi in Loco, ut præmittitur, prope *Trecas*, hoc Casu Nos, ac præfata *nostra Contboralis* & *Filia*, non recedemus aut movebimur, à dicta *Villa Treten*, ex nunc usque ad Consummationem præfatæ CONVENTIONIS inclusivè, vel saltim usque ad primam *diem Mensis Julii* proximò futuri inclusivè.

Quæ omnia & singula, contenta hiis posterioribus Articulis, Negotium dictæ personalis CONVENTIONIS & PROMISSIONIS circa eam concernentibus (quorum Articulorum primus sic incipit; *Et quia, pro Executione & majori Firmitate Præmissorum*) Nos in forma supra-scripta observaturos & impleturos promittimus,

Nolentes, ut est præmissum, quod per eosdem Articulos, aut Conditionem aliquam in eisdem expressam, ullo modo derogetur aliis Articulis suprascriptis, simplicibus & puris, qui præcedunt, nec eorum effectui aut vigori; quin maneant & persistant in suis puris & simplicibus Roboribus & Vigoribus.

In cujus rei testimonium præsentibus Litteris Sigillum nostrum duximus apponendum.

Datum *Trecis*, die Nona Aprilis post Pascha, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Viceslmo, & Regni nostri Quadragesimo.

Per Regem in suo Concilio.

MILET.

De Prærogativa ad quoscunque Prisonarios relaxandos.

Ann. D. 1420. *An.* 8. *H.* 5. *Norm.* 8. *H.* 5. *p.* 1. *m.* 10. *d.*

LE *Roy*, &c.

Savoir faisons a Tous, presens & advenir, comme a Nous appartiengne, de noz Droiz & Preeminences Royaulx, Delivrer, en nostre joieux Avenement, & mettre hors de Prison tous Prisonners, quielz que eulx soient, Detenus pour quelque Cas Criminell que ce soit, & en quelxques Prisons que eulx soient trouves, soient Ecclesiastiques ou Temporells, en nostre Seigneurie,

Et nous sions entendu que es Prisons de *l'Archevesque de Rouen* ait plusers Prisoners detenus en Cas Criminel, lesquielx, ou les aucuns d'eulx, sient, ja longuement, este en grant Misere & Pourete, es dites Prisons, comme l'en dit,

Nous a de certes, aiant Pitie & Compassion les diz Prisonners, considerant que, depuis nostre Victorieuse Conqueste & Entres de nostre Cite & Ville de Rouen, n'estions Retourne ne Entre en Icelle Jusques a ceste foys, voullans user de noz Droiz & Preeminences dessus touchies, dont oveques n'avions use en ceste partie en la dite Ville, & en la Remembrance de sa benoite Passion de nostre Seignur Jesu Christ, & de sa tresgraceuse Resurrection, dont nostre Mere Sainte Esglise fait a present la solanite & mistaire, voullans user de misericorde, & la preferer a Rigueur de Justice, tous les Prisoners Criminelz, estans es dites Prisons de *l'Archevesque*, & chascun d'eulx, pour quelque Cas Criminel que eulx soient Detenus, de nostre Grace especial, plaine Puissance, & Auctorite Royal, dont Nous usons, quant ad ce, a Cause par raison de nostre dit Joieux Avenement, aurons Delivre, & Delivrons des dite Prisons par la Teneur de ces Presentes, ainsy que de noz Droiz & Preeminences, dessus desclaires, faire le pouens, en nostre Jouieux Avenement comme dessus est dit,

Sy Donnons en Mandement a nostre Bailli de Rouen, & a
• IX. 883. tous noz autres Justicers, Officers, & Sugges, & a * chascun d'eulx, si comme a lui appartendra, que de nostre presente Grace & Delivrance facent les diz Prisonners, & chascun d'eulx, jouir & user plainement & paisiblement, en les mettant hors d'icelles Prisons, sans aucun delay; en Recepuant, par nostre dit Bailli le Serement d'iceulx Prisonners d'estre bons, vraiz, & loyaux Subges a Nous & nostre Seigneurie pour le temps avenir; Car ainsy Nous plaist il, & voullons estre fait.

Donne a nostre *Chastel de Rouen* le xi. jour d'Auril.

Per ipsum Regem.

Ad Regis Literas Responsio.

Ann. D. 1420. *An.* 8. *H.* 5. *Ex Bibl. Cot. Vespasian. Fol.* 13.

RYght Excellent, High and Ryght, Myghty Prince, and most Dredde Soverayne Lord,

I recomaunde me to zour Hegnes als lowely as any symple trewe Legeman & Sugette kan best thynke or devyse,

Thankyng Allmyghty God of zour gracious Spede and right Grete Conquest, with the Prosperite of zour awne Persone, *My Lord of Clarence*, *My Lord of Exetre*, and all my Lordes beyng there in zour worshipfull Servyce, wythalle the Remnant of zour Right Worshypfull Oste, os I have conceyvid by zour Right Honorable Lettres, wryten at zour Citee of Rouen, the 12 day of Marche, the whych I have receivid ryght late syth Pask, wyth othir zour Lettres undir zour Pryve Seale,

Chargyng me to assay, by all the menesse that I kan, to eryte and sturre sych, as bene able Gentlemen, wythin the Shyre and the Contree that I dwell in, to come ovyr to zowe at zour Wage, Armyd and Arayde, as langys to thaire Estate to do zowe Service,

And for to Certifie als well to zowe, as to zour Counsell, of thaire Answere and thaire Will:

The which zour Hegh Comaundement I have begunne to labour apon, and sall trew for the dayly wyth all my Myght, till I have performd zour forsayde Comaundement,

And upon Wedynsday next sall zour Justice sitte at Zorke, opon the Deliverance of the Gaole there, and a Cession of the Pees also; at which tyme I suppose to speke with many of the Gentyls there; And, als sone aftyr as I may be answerid, I sall Certifie, as zowe hase lykid to Comaunde me, wyth all the haste possible.

Ryght Excellent, High, and Ryght Myghty Prince, and Most Dredde Sovereyne Lorde,

I beseche the Blissid Trinite to spede zowe, and kepe zowe, and all zour Worshipful Oste, and send zowe sone in to zour Roialme of Inglande, with a Jayouse Maryage, ane a gude Pees, for his Mykill Mercy.

Writin at zour awne *Logge of Metheleye* the 12. daye of Aprill.

Zour trewe Liegeman and Subgitte,

ROBERT WATERTON.

** Litera Arthuri de Britannia.* • IX. 884.

Ann. D. 1420. *An.* 8. *H.* 5. *Ex Orig.*

TResbault, Tresexcellent, & Trespuissent Prince,

Je me Recommande a vostre Noble Haultece, tant & si treshumblement comme plus je puis.

Et vous Plaise savoir que j'ay este Acertenne de la faulce & desloiable Traison, qui a este faicte encontre la Personne de mon Treiredoubte Seigneur & Frere Monseigneur *le Duc de Britame* par *le Comte de Pantheure*; Dont ce m'a este & est une tresgrant Desplaisance & Courrouz au cueur, ainsi que Je y ay bien grant Cause

Et pour ce je escry par devers vostre Noble & Haute Seignorie, en vous Supplient, tant & si treshumblement comme plus je puis, qu'il vous Plaise, de vostre bonne Grace, Ordonner que Je puisse aller par devers Vous, le plus brievment qu'il vous vendra a Plaisir, pour Traicter & Acorder, au Plasir de Dieu, sur le Fair de ma Delivrance, a fin que Je me puisse emploier au Service de mon dit *Seigneur & Frere*, & au Repparement de la Mauvaiste, qui Li a este faitte.

Car, sens vostre bonne Grace & Plaesir, Je ne pourroie accomplir le desir, que Je ay au Service de mondite *Seigneur & Frere*.

Et, si Dieux plaist, quant Je feroy par devers vous, Je feroy tant, mon Honeur Garde, que vous deurez estre content; en vous supplient avoir mon dite *Seigneur & Frere* pour Recommand, & avoir en Desplaisance la Mauvaise Traison qui Li a este faitte.

Tresbault, Tresexcellent, & Trespuissent Prince, Je Pry au Benoist Fils de Dieu qu'il vous doint bonne Vie & longue.

Escript a *Medelay* le xii Jour de Avril.

Vostre humble Parent & Prinsonner le Conte de Richemont.

ARTUR.

Alia

tre Seur, & que leurs Enfans sont voz Neueuz.

Et ou Cas que celui *de Paintheure* feroit trove en vostre Seignorie, & soubz vostre Puissance, qu'il vous Plaise en fere Justice, & l'en Pugnir en telle Maniere, que *mondit Seigneur le Duc* & ses Amies puissent congnoestre & aparcevoir la bonne Amour que vous avez envers eulx.

Et sur ce vous Plaise moy Escripre & fere favoir vostre bonne volente.

Mon Tresredoubte Seigneur,

Je Pry au Benoit Filz de Dieu qu'il vous doint bonne vie & longue.

Escript a *Medelay* le xiii. Jour de Avrill.

Vostre humble Parent, le Conte de Richemont.

ARTUR.

• IX. 885. * *Super Captione Marescalli de Rieux.*

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1420. Sciatis quod,
An. 8. Cùm *Petrus de Reus* Armiger, Marescallum Franciæ se dicens
H. 5. & prætendens, nuper, in quodam Viagio contra Inimicos no-
Norm. 8. stros, per quosdam Fideles Subditos nostros facto, tanquam unus
H. 5. *p.* 1. Principalis Capitaneus & Ductor Partis adversæ, in Campo Cap-
m. 15. tus fuerit, idemque *Petrus* Nobis & non ad alium, tanquam Prisonarius noster, pertineat & pertinere debeat,

Nos, de Gratiâ nostrâ speciali, & pro bono & laudabili Servitio, quod, dilectus & fidelis Miles noster, *Johannes Cornewaill* (qui præfatum Petrum, inter alios, cepit, ut accepimus) Nobis ante hæc tempora multipliciter impendit, Dedimus & Concessimus eidem *Johanni* totum & quicquid Nobis pertinet vel pertinere poterit in Prisonario prædicto,

Ita quod idem *Johannes* præfatum *Petrum* habeat & teneat, & ipsum, tanquam Prisonarium suum, tractet & gubernet, absque Impetitione vel Impedimento nostri, seu Officiariorum, aut Ministrorum nostrorum quorumcumque;

Dummodo idem Prisonarius, absque voluntate Nostra, nullatenus redimatur, nec ad Financiam ponatur quovis modo.

In cujus, &c.

Teste ut supra xiii die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Litera Ducis Burgundiæ de Credentia pro Ambassiatoribus Franciæ.

A Treshault & Trespuissant Prince Mon Treschier Seigneur & Cousin le Roy d'Angleterre.

Ann. D. T*Reshault & Trespuissant Prince*, *Mon Treschier Seigneur &*
1420. *Cousin*, Je me Recommande a vous,
An. 8. Et vous Plaise savoir que, *Mon Seigneur le Roy* envoye presen-
H. 5. tement par devers vous, ses Amez & Feaulx, Messire *Lourdin*
Ex Bibl. *Seigneur de Saligny*, Messire *Hue de Lannoy*, & Messire *Jehan*
Cot. Ca- *Seigneur du Mesnil*, Chivalers, Conseilliers & Chambellans, Mais-
ligula tres *Jehan le Clerc*, & *Pierre de Marigny*, Conseilliers, *Jehan de*
D. 5. *Rinel*, & *Jehan Milet*, Secretaires, Chargies de vous dire & exposer aucun Choses depar Lui.

Si vous Prie, *Treshault & Trespuissant Prince*, *mon Treschier Seigneur & Cousin*, que a leur Rapport, Trois, ou Quatre d'eulx, vous Plaise adjouster plaine Foy & Creance,

Et a moy signifier voz bons Plaisirs, pour les acomplir de mon Povoir Tresvoulentiers, & de Grant Cuer.

Treshault & Trespuissant Prince, *mon Treschier Seigneur & Cousin*, je prie nostre Seigneur qu'il vous ait en sa saincte Garde, & doint bonne Vie & longue.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Pandulpho*, eâdem Gratiâ, *Ibid.*
Episcopo Constantiensi, Salutem. *m.* 37.

Cùm *Guillielmus l'Ermite* Clericus, Curatus Ecclesiæ Parochialis de Haya Puthur vestræ Diœcesis, & Dominus *Guillielmus Guilleberti*, Curatus alterius Portionis Montis Martini in Gravia, vulgariter nuncupatæ de Quinque, ejusdem Diœcesis, *&c. ut supra usque ibi*,

Nos ad dictam Portionem, vacantem & ad nostram Donationem, *&c. ut supra*, *mutatis mutandis*.

In cujus, &c.

Dat. ut supra decimo nono die Aprilis.

De Restitutione Temporalium.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quod, 1420.
De Gratiâ nostrâ speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pie- *An.* 8.
tatis Opera (quæ in *Abbatia de Fontaynes Guerat* fieri debeant) *H.* 5.
plus solito accrescant & ibidem laudabilius manuteneantur & susti- *Norm.* 8.
neantur, *H.* 5. *p.* 1.
Concessimus, dilectis Nobis in Christo, *Abbatissæ & Conventui* *m.* 14.
Abbatiæ prædictæ omnia Temporalia, eidem Abbatiæ, infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentia sive spectantia,

Habenda, in Sustentationem Divini Servitii ibidem ac aliorum Pietatis Operum prædictorum, de Dono nostro.

In cujus, &c.

Teste ut supra xvi. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

De Prebenda Data.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quod Dedimus & Concessimus, dilecto Clerico no- 1420.
stro, Magistro *Johanni Forster* Præbendam de Bikleswade in Ec- *An.* 8.
clesia Cathedrali Lincolniensi, vacantem & ad nostram Donatio- *H* 5.
nem spectantem ut dicitur, *Ibid. m.*
HABENDAM cum suis Juribus & Pertinentiis quibuscum- 9.
que.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* decimo sexto die Aprilis.

Per ipsum Regem.

ET Mandatum est Custodi Spiritualitatis Episcopatûs Lincolniæ, Sede ibidem vacante, quod ipsum *Johannem* ad Præbendam admittat, & ei Stallum in Choro, & Locum in Capitulo, ratione Præbendæ illius, prout moris est, assignari faciat.

Teste ut supra.

ET Mandatum est, dilectis sibi in Christo, *Decano & Capitulo* Ecclesiæ Cathedralis Lincolniæ, quod eidem *Johanni* Stallum in Choro, & Locum in Capitulo, ratione Præbendæ illius, prout moris est, assignent.

Teste ut supra.

De Præbendis, & Canonicatibus, & Archidiaconatu, in Ecclesia Ebroicensi, collatis.

REX, dilectis sibi in Christo, *Decano & Capitulo Ecclesiæ* Ann. D.
Cathedralis Ebroicensis, Sede ibidem vacante, Salutem. 1420.
Vobis, Tenore Præsentium, significamus quod Canonicatum & *An.* 8.
Præbendam, *H.* 5.
* Quos nuper optinebat in Ecclesia prædicta Magister *Henri-* *Ibid.*
cus de Calvo Monte, per Mortem ejusdem *Henrici* nunc Libe- *m.* 27.
ros & Vacantes, & in Manibus nostris JURE REGALIÆ existentes,

Quo-

m. 11. Vobis, Tenore Præsentium, significamus quod Canonicatum & Præbendam,
Quos nuper optinere solebat in Ecclesia prædicta Magister *Johannes Francisci*,
Per Mortem ejusdem *Johannis* nunc Liberos, *&c. ut supra usque ibi*, pertinere, *& tunc sic*,
Dilecto nobis Magistro *Roberto Lumbelowe* Capellano, cum suis Juribus, *&c. ut supra.*
Teste Rege apud *Castrum suum de Pontoise.*

Ibid. REX eisdem, *&c. ut supra*, Salutem.
Vobis, Tenore Præsentium, significamus quòd Archidiaconatum d'Eureux,
Quem nuper optinere solebat in Ecclesia prædicta Magister *Henricus de Calvo Monte*,
Ac Canonicatum & Præbendam,
Quos nuper optinere solebat in eadem Ecclesia *Andreas de Mauro*,
Per Mortem eorumdem *Henrici* & *Andreæ* nunc Liberos & Vacantes, & in Manibus nostris, *&c. ut supra usque ibi*, pertinere, *& tunc sic*,
Dilecto nobis *Johanni de Castellione*, Sacræ Paginæ Professori, cum suis Juribus, *&c. ut supra usque finem.*
Teste ut supra.

Ibid. REX eisdem, &c Salutem.
Vobis Tenore Præsentium, significamus quòd Canonicatum & Præbendam,
Quos nuper optinebat in Ecclesia prædicta Magister *Jacobus Biderel*, ultimus Possessor eorumdem, per Obitum suum nunc Liberos, *&c. ut supra usque ibi*, pertinere, *& tunc sic*,
Dilecto nobis *Johanni Paiot* Capellano, cum suis Juribus, *&c. ut supra usque finem.*
Teste ut supra.

De Canonicatu & Præbenda in Ecclesia Beatæ Mariæ Bajocensi.

Ibid. REX, dilectis sibi in Christo, *Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis beatæ Mariæ Bajocensis*, seu Vicariis in Spiritualibus ibidem, Sede vacante, Salutem.
Vobis, Tenore Præsentium, significamus quod Canonicatum & Præbendam,
Quos nuper optinebat in Ecclesia prædicta Magister *Petrus Loron* ultimus Possessor eorumdem,
Per Obitum suum nunc Liberos, *&c. ut supra usque ibi*, pertinere, *& tunc sic*,
Dilecto nobis *Johanni de Dengie* Magistro in Medecina cum suis Juribus, *&c. ut supra usque finem.*
Teste ut supra.

* *Ordinatio Monetæ Regis in Normannia.*

* IX. 888.
Ann. D. 1420. LE Roy, &c. aux Gardes de la Monoie de Saint Lo, Salutz.
An. 8. Il est venue a nostre Congnoissance que, en nostre Paiis &
H. 5. Duche de Normendie, & ailleurs en nostre Obeissance, a este
Pat. apporte plusours Monoies, tant d'Or, come d'Argent, du Paiis
Norm. 8. de France, & d'ailleurs, les queles sont moult fiebles tant en Poys
H. 5. p. 8. come en Lay, Dont nostre Peuple est a present moult Peuple,
m. 10. d. & Garny, qui est en grant Grief Prejudice & Dommage de Nous & de nostre Seignurie, & semblable de nostre Peuple, & encores ferroit plus, se par nous n'y eitoit Pourveu de Remede convenable.
Pour quoy,
Nous, ces Choses considerees, & qui voullons de tout nostre Pouoir & Puissance Garder, que nostre Peuple ne soit, pour le temps present, & celui advenir, en aucune manere Decheu,
Nous, par advis & deliberation de nostre Grant Conseil, & pour eschiuer aux grans Dommages, & Inconveniens, qui pour le temps avenir se pourroient ensuir, savoir faisons que, pur certeines Causes & Considerations, a ce Nous Mouvans, avons Ordonne, & Ordonnons, que vous faites faire en nostre dite Monoie de Saint Lo Groz, qui auront Cours pour xx *d.* Tournois la Pieche a iii *d.* viii. Grains d'Alay Argent le Roy, de vi *s.* viii *d.* de Pois au Marc, & aux remedes acoustumes & qui apartiennent,

de Point en Point, bien & diligeaument, sans enfraindre en aucune manere, jusques a ce que par Nous autrement soit Pourveu.
En Tesmoing, &c.
Donne a nostre *Chastell de Rouen* le xviii. jour d'Auril.

De Præbenda Data.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Dedimus & Concessimus, dilecto Clerico no- 1420.
stro, Magistro *Thomæ Bruns* Præbendam de Langford, quam nu- An. 8.
per optinebat, in Ecclesia Cathedrali Lincolniæ, Magister *Johan-* H. 5.
nes Forster Clericus, Vacantem & ad nostram Donationem spe- Norm. 8.
ctantem ut dicitur, H. 5. p. 1.
Habendam, cum suis Juribus & Pertinentiis quibuscumque. m. 9.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Villam suam de Mante* xxiii. die Aprilis.

Per ipsum Regem.

ET Mandatum est Custodi Spiritualitatis Episcopatûs Lincolniæ, Sede ibidem vacante, quod ipsum *Thomam* ad Præbendam prædictam admittat; & ei Stallum in Choro, & Locum in Capitulo, ratione Præbendæ illius, prout moris est, assignari faciat.
Teste ut supra.

ET Mandatum est, dilectis sibi in Christo, *Decano & Capitu-*
lo * Ecclesiæ Cathedralis Lincolniæ, quod eidem *Thomæ* * IX.
Stallum in Choro, & Locum in Capitulo, ratione Præbendæ il- 889.
lius, prout moris est, assignent.
Teste ut supra.

Pro Cancellario Franciæ.

REX, per Literas suas Patentes, usque Quartum Diem Maii Ann. D.
proximo futurum inclusive duraturas, suscepit in salvum, &c. 1420.
Ann. D. 1420. An. 8. H. 5. Ibid. REX, per Literas suas Patentes, per unum Mensem proximò futurum duraturas, ad requisitionem *Ducis Burboniæ*, suscepit in salvum Conductum, &c. *Ludowicum de Listenoys*, *Johannem de Chasteaumorant*, *Gilbertum de Chalus* Senescallum de Bourbonnoys, *Ame Vert* Ballivum de Forez, *Reginaldum de la Buissiere* Ballivum de Bean Jolys, Milites, *Guidonem de Norry* Priorem Sancti Martini des Champs juxta Parisius, & Magistrum *Petrum de Herysson* Procuratorem generalem prædicti Ducis, penes Præsentiam Regis, ex parte ejusdem Ducis, ubicumque Regem fore

* X. 21. * contigerit, cum Quaterviginti Personis, vel paucioribus, Armatis, vel non Armatis, ac totidem Equis, in Comitiva sua, ac Bonis, Rebus, & Herneisiis suis quibuscumque, veniendo, ibidem morando, & exinde salvò & securè redeundo;

Et ideo, &c.

Proviso semper quòd ipsi quicquam, *&c. ut supra*, quódque ipsi nullum Castrorum, Villarum firmatarum, seu Fortalitiorum ipsius Patris Regis aut suorum, absque speciali Licentia Capitaneorum seu Custodum eorumdem, intrent quovis modo.

Teste Rege *in Exercitu suo ante Meleun*, xxv die Septembris.

Per ipsum Regem.

De Confirmationibus.

Pro Monachis de Exaquio.

Ann. D. 1420. An. 8. H. 5. Norm. 8. H. 5. p. 2. m. 21. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Cartam, celebris memoriæ, *Henrici* quondam *Regis Angliæ*, incliti Progenitoris nostri, factam in hæc verba.

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ* & Dux Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, Archiepiscopis, Episcopis, &c. Salutem.

Sciatis Me *Concessisse* & Præsenti Cartâ meâ *Confirmasse* Deo & Ecclesiæ Sanctæ Trinitatis de Exaquio & Monachis ibidem Deo Servientibus, &c.

Nos autem Cartas ac omnia & singula in eis contenta, &c. Approbamus, &, Dilectis nobis in Christo, nunc *Abbati & Conventui Loci prædicti* & Successoribus suis, &c.

In cujus &c.

Teste Rege *in Exercitu suo ante Meleun*, xxvj die Septembris.

Per ipsum Regem.

Pro Abbatia de Whu.

Ibid. m. 11. REX omnibus ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS quasdam Literas Patentes *Philippi*, quondam *Regis Francorum*, progenitoris nostri, in hæc verba,

Philippus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*,

Notum facimus universis, tàm præsentibus, quàm futuris, quòd, ...

... ipsis Religiosis, pro se & Hominibus suis prædictis ... & Pertinentiarum earumdem (in quibus tamen habent Curtam &

* X. 22. Usagium) * Concedimus, & etiam, Tenore Præsentium, Declaramus quòd dicti Religiosi habuerunt, hactenus habent, & habebunt de cætero, & eorum Homines prædicti, Usagium in dictâ Forestâ de Biuys, &c.

Nos autem Literas prædictas, ac omnia, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege ut supra, Vicesimo Die Novembris.

Per ipsum Regem.

Pro Priore Grandimontis.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid. m. 8.

INSPEXIMUS Tenorem quarumdam Cartarum & Literarum, inclitæ recordationis Nobilium *Progenitorum nostrorum*, *quondam Franciæ & Angliæ Regum*, de & super certis Libertatibus, Franchisiis, Privilegiis, Quietantiis, Donis, & Concessionibus, dilectis nobis in Christo, Priori & Conventui Grandimontis, in Forestâ de Bello monte Rogeri, ac Fratribus de Belleria ejusdem Ordinis datis & concessis,

Quarum Originalia, per Guerrarum infortuniam, deperdita sunt & amissa ut dicunt,

Nichilominus, pro eo quod modis & viis evidentissimis nobis plenè liquet hujusmodi Cartas & Literas ex antiquo existere, easdem in formam debitam & scripturam novam redigi, nostroque muniri Sigillo Regio, ne Fides sive Memoria ipsarum, futuris temporibus, deperire valeat, caritatis intuitu, affectamus & volumus, juxta Tenores supradictos qui sunt tales,

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, Dux Normanniæ & Aquitanniæ, Comes Andegavensis, *Henrico*, *Ricardo*, *Gaufrido*, *Johanni*, carissimis Filiis suis, *Archiepiscopo Rothomagensi*, Episcopis, Abbatibus, &c. Salutem.

Sciatis Nos *Dedisse*, & præsenti Cartâ *Confirmasse*, pro Amore Dei, & pro Animabus Patris nostri, & Matris nostræ, & Filiorum, & Antecessorum nostrorum, Deo & Domui de Grandimonte, &c.

Nos autem, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Parisius*, sexto Die Decembris.

Per ipsum Regem.

Pro Abbatia de Bechelloni.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid. m. 6.

INSPEXIMUS quasdam Literas Patentes *Philippi*, *quondam Regis Navarræ*, factas in hæc verba,

Phelip, par la Grace de Dieu, *Roi de Navarre*, Conte d'Evreux, d'Engoulesme, de Mortaing, & de Longueville, a tourz ceulx, qui ces Lettres verront & orront, Salut.

Savoir faisons que,

Comme, Religieux Hommes, l'Abbe & Convent du Bechelloni, & le Prieur de Saint Nicaise de Meullent, nous eussent supplie & requis que Trent quatre Sestiere de Bie de Rente, &c.

Nos autem, Literas prædictas ac omnia & singula in eis contenta, Rata, &c. approbamus, ac, dilectis nobis in Christo, nunc *Abbati & Conventui* beatæ Mariæ de Beccohelluini & Successoribus, &c.

In cujus, &c,

Teste Rege apud *Parisius*, Quinto Die Decembris.

Per ipsum Regem.

bris.

Per ipsum Regem.

Pro Capella apud Gaillonem.

Ibid. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS quaedam Literas Patentes *Cadulci*, quondam *Castellani Gaillonis*, factas in haec verba,

Universis Christi Fidelibus, praesentes Literas inspecturis, *Cadulcus Castellanus Gaillonis*, Salutem in Domino.

Noverit Universitas vestra me, divinae Pietatis intuitu, & pro Salute Domini mei *Philippi Regis Francorum*, & *Ludovici Filii ejus*, & Animae meae, & Antecessorum meorum, quandam Capellam, in Honore Dei, & Sanctae Mariae, & beati Anthonii, apud Gaillonem construxisse, &c.

Nos autem, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Parisius*, Quarto Die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Hæreditate Data.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

1420. Sciatis quòd, Auctoritate nostrâ Regiâ, & ad Supplicatio-

An. 8. nem *Johannis de Dicy* Armigeri,

H. 5. Qui Sacramentum debitum de conservando praesentem *Pacem*,

Norm 8. inter praecarissimum *Patrem Franciae* & *Nos* conclusam & concor-

H. 5. p. 2. datam, fecit & praestitit,

m. 23. De Gratiâ nostrâ speciali *Dedimus* & *Concessimus* ei Haereditates, Redditus, & Possessiones quoscumque, quos ipse, ante primum Diem Augusti, Anno Regni nostri Quinto, infra Ducatum nostrum Normanniae tenuit & possidebat,

Habendos & Tenendos Haereditates, Redditus, & Possessiones praedictos praefato *Johanni* eisdem modo & formâ, quibus idem *Johannes* eos ante diem praedictum tenuit & possidebat, per Homagium, si & ubi debetur, faciendum, secundum Consuetudinem Ducatûs nostri praedicti, ac faciendo alia Onera & Servitia inde debita & consueta,

Et ulterius, de uberiori Gratiâ nostrâ, *Concessimus eidem Johanni* omnia Arreragia, de Haereditatibus, Redditibus, & Possessionibus praedictis debita (si ad opus nostrum levata & collecta non existant) Habenda de Dono nostro,

Reservato, &c.

Proviso semper quòd Haereditates, Redditus, & Possessiones praedicti, seu aliqua Parcella eorumdem, de Dominico Ducatûs nostri praedicti, aut alicui alii Personae per Nos ante haec Tempora Dati & Concessi, aut aliqui de Terris & Possessionibus, *&c. ut supra*, *usque ibi*, specialiter Reservavimus, *& tunc sic*, aut de Loco seu Spatio Terrae, *&c. ut supra*, *usque ibi*, non existant, *& tunc sic.*

In cujus, &c.

Teste Rege in *Exercitu suo ante Meleun*, vicesimo septimo die Septembris.

Per ipsum Regem.

• X. 24. ## * *De Restitutione Temporalium.*

Ann. D. REX Escaetori suo in Comitatu Lincolniae, Salutem.

1420. Cùm, ad Supplicationem Domini *Ricardi*, nuper *Regis An-*

An. 8. *gliae*, Secundi post Conquestum, per Sedem Apostolicam Conven-

H 5. tui Monasterii de Waltham, Sanctae Crucis Romanae Ecclesiae

Pat. 8. immediate subjecti, sit Indultum quòd omnes & singuli, qui suc-

H. 5. m. cessive, perpetuis futuris temporibus, in Abbates dicti Monasterii,

12. cùm illud vacare contigerit, per ipsum Conventum Electi fuerint, eo ipso, absque aliquâ aliâ Confirmatione, sint veri Abbates ejusdem Monasterii, & pro talibus censeantur & habeantur,

Ac perinde administrare, & Curam Animarum regere, ac omnia alia & singula, quae ad Curam, & Administrationem, ac Regimen dicti Monasterii pertinuerint, liberè & licitè facere & exercere, in omnibus, & per omnia, possint imperpetuum, ac si per Sedem praedictam eorum Electio foret Confirmata,

Ac etiam a quocumque maluerint Catholico Antistite, Gratiam & Communionem dictae Sedis habente, Benedici valeant,

Non obstantibus quibuscumque Constitutionibus, Literis, seu

Per Breve de Privato Sigillo & per ipsum Custodem.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Berks.

Dilecto Regis Richardo Whityngton *Majori Civitatis Regis Londoniae & Escaetori Regis in eadem Civitate.*

Escaetori Regis in Com. Cantebr.

Escaetori Regis in Com. Norff. & Suff.

Escaetori Regis in Com. Surr.

Escaetori Regis in Com. Essex. & Hertf.

Escaetori Regis in Com. Bed.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Collatione Vicariae.

REX, Dilecto nobis in Christo, *Petro de Villers*, Clerico Car- Ann. D.

notensis Dioecesis, Salutem. 1420.

Vicariam in Ecclesiâ nostrâ Collegiata beatae Mariae de Medun- *An.* 8.

ta dictae Carnotensis Dioecesis, vacantem per Mortem Magistri *H.* 5.

Johannis Gosselyn Cappellani, ultimi Vicarii & Possessoris ejus- *Norm.* 8.

dem, *H. 5. p. 2.*

Ad quam Nobis, per, discretum Virum, *Petrum Galteri*, in *m.* 16.

dictâ Ecclesiâ Canonicum Praebendatum, ratione Praebendae suae, Praesentatus extiterat,

Nos, ad quem Collatio ipsius Vicariae pleno Jure ad praesens dinoscitur pertinere, Tibi Conferimus, intuitu caritatis, per Praesentes; Juribus, Consuetudinibus, ac Praerogativis nostris & dictae Ecclesiae nostrae in omnibus semper salvis.

In cujus, &c.

Teste Rege in *Exercitu suo ante Meleun*, decimo tertio die Octobris.

Per ipsum Regem.

REX, dilecto nobis in Christo, *Decano & Capitulo* Ecclesiae Ibid.

nostrae Collegiatae beatae Mariae de Medunta, Salutem.

Quia Nos Vicariam in dictâ Ecclesiâ nostrâ,

• Vacantem per Mortem Magistri *Johannis Gosselyn* Capellani, • X. 25.

ultimi Vicarii & Possessoris ejusdem,

Dilecto nobis *Petro de Villers* Clerico,

Nobis per, discretum Virum, Magistrum *Petrum Galteri*, ejusdem Ecclesiae Canonicum Praebendatum, jure & nomine Praebendae suae in eadem Ecclesiâ, nobis juxta morem praeteriti temporis, legittimè praesentato,

Contulimus intuitu caritatis,

Vobis Mandamus quatinus dictum *Petrum*, aut ejus in hac parte Procuratorem, in Possessionem corporalem dictae Vicariae, ac Jurium, & Pertinentium ejusdem inducatis seu induci faciatis; Jure & Praerogativâ nostris, & Ecclesiae praedictae, & aliis nobis de consuetudine debitis, in omnibus semper salvis.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

De Capellania, ad Altare Sancti Ludovici, Collata.

REX *Decano & Capitulo* Ecclesiae Collegiatae beatae Mariae de Ann. D.

Medunta, Salutem. 1420.

Vobis, Tenore Praesentium, significamus quòd Capellaniam, *An.* 8.

ad Altare Sancti Ludovici in Ecclesiâ praedictâ Fundatam, *H.* 5.

Vacantem per Mortem *Andreae de More* Capellani, ultimi Pos- *Norm.* 8.

sessoris ejusdem, & ad nostram Donationem spectantem ut dici- *H. 5. p. 2.*

tur, *m.* 20.

Dilecto Nobis *Johanni Postelli* Capellano cum suis Juribus & Pertinentiis quibuscumque *Conferimus* & *Donamus*,

Mandantes quatinus ipsum *Johannem*, seu ejus in hac parte Procuratorem, in Corporalem Possessionem Capellaniae praedictae Ponatis & Inducatis, seu Poni & Induci faciatis,

Ipsumque *Johannem* Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis quibuscumque, ad eandem spectantibus, uti & gaudere permittatis, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis; nostris & dictae Ecclesiae nostrae Collegiatae Juribus semper salvis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem Parisius*, decimo quinto die Octobris.

De

Ricardus Lombardi Capellanus, Magister in Artibus, ad Canonicatum & Præbendam de Gaurus vulgariter nuncupatum, in Ecclesiâ Cathedrali beatæ Mariæ Bajocensis.

Ibid. m. 12. *Thomas Mantamt* Capellanus, in utroque Jure Licentiatus, ad Canonicatum & Præbendam in Ecclesia Collegiata de Mortaing.

Ibid. m. 11. Magister *Johannes Viniev* Capellanus ad Canonicatum & Præbendam in Ecclesiâ Cathedrali beatæ Mariæ Bajocensis.

* X. 26.

* *Pro Episcopo Ebroicensi.*

Ann. D. 1420. An. 8. H. 5. Ibid. m. 17. dorf.

REX, Dilectis & Fidelibus suis, Thesaurario nostro Generali Normanniæ, ac Præsidenti & Gentibus de Camerâ nostrâ Compotorum, necnon universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, Receptoribus, Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris, quorum interest, Salutem.

Quia Diem, Venerabili in Christo Patri, *Paulo de Crapanica*, Quem *Dominus Summus Pontifex* ad Episcopatum Ebroicensem nuper providit,

Ad faciendum & præstandum nobis corporaliter Sacramentum Fidelitatis, quod nobis, ratione Temporalium Episcopatûs illius, facere debet & tenetur,

Usque Festum Omnium Sanctorum, proximò jam venturum, per nos limitatum & præfixum,

Prout per Literas nostras, super inde confectas, pleniùs continetur,

Usque Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ, proximò futurum, de Gratiâ nostrâ speciali, Prorogavimus & Elongavimus,

Vobis, & cuilibet vestrûm, prout ad eum pertinuerit, Mandatum quatinus Procuratores ipsius Episcopi omnia Temporalia, ad Episcopatum prædictum, infra Ducatum nostrum Normanniæ, ac Regnum Franciæ, in Partibus nobis subjectis, pertinentia, vice & nomine *ipsius Episcopi*, usque Festum Sancti Johannis habere & occupare, & ipsos Fructus, Redditus, & Proventus, inde provenientes, interim levare, colligere, & percipere, & eis, ad usum & proficuum *præfati Episcopi*, pacificè uti & gaudere permittatis, absque molestatione vel impedimento quocumque; salvo semper Jure nostro & in omnibus alieno.

Teste Rege in *Exercitu suo ante Meleun*, vicesimo die Octobris.

Per ipsum Regem.

Super Terris Alienigenarum de Proclamatione facienda.

Ann. D. 1420. An. 8. H. 5. Claus. 8. H. 5. m. 5. d.

REX Vicecomiti Devoniæ, Salutem.

Cùm Dominus *E.* nuper *Rex Angliæ*, Proavus noster, in Parliamento suo, in Octabis Sanctæ Trinitatis, Anno Regni sui Quadragesimo tertio, tento, ex consensu totius Concilii sui, causa Guerræ, inter ipsum Proavum nostrum & illos de Francia tunc motæ, omnes Terras & Possessiones Religiosorum & aliarum Personarum Aliegenarum Inimicorum in manum suam duxerit seisiendas,

Ac postmodum eædem Terræ & Possessiones diversis Personis, durante Guerrâ prædictâ, Commissæ fuerint & Concessæ,

Et quia quædam PAX perpetua, inter Regna Franciæ & Angliæ, in quadam CONVENTIONE, inter præcarissimum Patrem nostrum *Karolum Regem Franciæ*, pro parte Franciæ, & *Nos*, in propriâ Personâ nostrâ, pro parte Angliæ, habitâ, inita est & firmata,

Tibi Præcipimus, firmiter Injungentes, quòd statim, visis præsentibus, in singulis Locis Comitatûs prædicti, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè ex parte nostra proclamari facias,

Quòd omnes & singuli, qui hujusmodi Terras & Possessiones habent & occupant, sint coram nobis, in Cancellariâ nostrâ, in Quindenâ Sancti Hillarii proximò futurâ, ubicumque tunc fuerit, suis, ac Bonis, Rebus, & Herneiis suis quibuscumque, veniendo, ibidem morando, & exinde salvò & securè redeundo;

Et ideò, &c.

Proviso semper quòd ipsi quicquam, quod in præcarissimi *Patris Regis Franciæ*, aut Subditorum suorum, vel Regis, aut Ligeorum suorum, Contemptum, &c. quódque ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege in *Exercitu suo ante Meleun*, vicesimo tertio die Octobris.

Per ipsum Regem.

REX, per Literas suas Patentes, per Viginti Dies proximò futuros duraturas, ad Requisitionem *Ducis Burboniæ*, suscepit in salvum, &c. *Ballivum de Clermont*, & Magistrum *Lodowicum de Pele*, cum Decem Personis, vel infra, ac totidem Equis, in Comitivâ suâ, versus *prædictum Ducem* transeundo, & abinde penes præsentiam Regis, ubicumque ipsum fore contigerit, veniendo, & deinde ad propria redeundo salvò & securè, necnon Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Et ideò, &c.

Proviso, &c. ut supra.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

Pro Hospitio Regis Parisius, de Provisione facienda.

REX, Dilecto sibi, *Petro Huet*, Salutem. Ann. D. 1420. An. 8. H. 5. Pat. Norm. 8. H. 5. p. 2. m. 13. d.

Scias quòd Assignavimus Te ad Capones, Aucas, Gallinas, Pullos, Perdices, ac omnia alia Victualia, pro Expensis Hospitii nostri necessaria, ac Cariagium sufficiens pro eisdem, ubicumque inveniri poterunt, Arestandum, Emendum, Capiendum, & Providendum;

Et ideò tibi Præcipimus quòd circa Præmissa, &c.

Damus autem universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Tibi, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teste Rege apud *Civitatem Paris*, vicesimo quinto die Octobris.

Consimilem Commissionem, sub eadem Datâ, habent subscripti; videlicet,

Johannes Rede.
Willielmus Mansfeld.
Petrus Croppere.
Johannes Neele.
Petrus Kennynges.

} Teste ut supra 24 die Octobris.

* *De Fidelitate, super Restitutione Temporalium Ecclesiæ Exoniensis, respectuata.* * X. 28.

REX, Escaetori suo in Comitatibus Devoniæ & Cornubiæ, Salutem. Ann. D. 1420. An. 8. H. 5. Pat. 8. H. 5. m. 12.

Cùm *Dominus Summus Pontifex Edmundum*, nuper *Herefordensem Episcopum*, a vinculo, quo eidem Ecclesiæ tenebatur, absolverit, ipsumque ad Ecclesiam Exoniensem, vacantem per Mortem *Johannis*, nuper Episcopi ejusdem Ecclesiæ Exoniensis, Auctoritate Apostolicâ transtulerit, & ipsum in Episcopum dictæ Ecclesiæ Exoniensis præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini Summi Pontificis, Nobis indè directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Episcopus* omnibus & singulis verbis, in dictis Literis Bullatis contentis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus,

Escaetori Regis in Com. Midd.
Escaetori Regis in Com Surr. & Suffex.
Escaetori Regis in Com. Suth.

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Fidelitate Episcopi Herefordensis respectuata.

Ann. D. REX Escaetori suo in Comitatu Herefordensi, ac Marchiis Walliæ, eidem Comitatui adjacentibus, Salutem.
1420. Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Venerabilem Patrem, *Ed-*
An. 8. *mundum*, nuper *Episcopum Herefordensem*, a vinculo, quo eidem
H. 5. Ecclesiæ tenebatur, absolverit, & ipsum in Episcopum Exonien-
Ibid. sem Transtulerit, ac eidem Ecclesiæ Herefordensi de, Venerabi-
m. 11. li Viro, *Thoma Polton*, nuper Notario ipsius Domini Summi Pontificis, Auctoritate Apostolicâ providerit, ipsumque in Episcopum Loci illius præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius Domini Summi Pontificis, nobis indè directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Episcopus* omnibus & singulis Verbis, in dictis Literis Bullatis contentis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, coram nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit,

Volentes cum eo in hac parte agere gratiosè, Fidelitatem *ipsius Thomæ*, Nobis in hac parte debitam, pro Quadraginta Solidis, Nobis solutis in Hanaperio nostro, usque ad Festum Purificationis beatæ Mariæ proximò futurum Respectuavimus,

Et Temporalia dicti Episcopatûs Herefordensis, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Episcopo Herefordensi* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste *præfato Custode* apud *Westmonasterium*, nono die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

* X. 29. * *Pro Comite Sarum, Capitaneo d'Alencon constitutu.*

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1420. Sciatis quòd Nos,
An. 8. De Fidelitate & Circumspectionis Industriâ, carissimi Consan-
H. 5. guinei nostri, *Thomæ Comitis Sarum* plurimùm confidentes,
Norm 8. *Constituimus* ipsum Capitaneum Castri & Villæ nostrorum de A-
H. 5. *p.* 2. lencon,
m. 14. Habendum, Occupandum, & Excercendum Officium prædictum per Se, vel sufficientem Locumtenentem suum ibidem (pro quo Nobis respondere voluerit) quamdiu nobis placuerit,

Percipiendo in Officio illo omnimoda Feoda & Proficua, eidem Officio debita & consueta,

Dantes & concedentes eidem *Comiti* plenam, Tenore Præsentium, Potestatem ad Literas de salvo Conductu Prisonariis, per ipsos de Garnetia sua captis seu capiendis, de tempore in tempus, Dandum, Concedendum, & Liberandum,

Cæteraque faciendum, Excercendum, & Exequendum quæ Officio Capitanei pertinent, seu aliqualiter poterunt pertinere.

In cujus, &c.

Teste Rege in *Excercitu suo ante Meleun*, decimo tertio die Novembris.

Per ipsum Regem.

ET Mandatum est *Rolando Leyntale* militi, nuper Capitaneo d'Alencon, vel ejus Locumtenenti ibidem, quòd *præfato Comiti* Castrum & Villam prædicta, unà cum Armaturis, Artillariis, & aliis Abillamentis pro Guerra, necnon omnimodam Stuffuram eisdem pertinentem, deliberet: Se de Custodia eorumdem de cætero nullatenus intromittens; vult enim Rex ipsum erga se inde exonerari.

Teste ut supra.

Ann. D. 1420. *An.* 8. *H.* 5. *Ibid.* *Pro eodem Comite, Locumtenente Normannia constituto.*

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Probitate, Strenuitate, & matura ac circumspecta Provi-

De Appunctuando super Redditione de Meleun.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1420.
Cùm præcarissimus *Pater noster Franciæ*, per Literas suas Pa- *An.* 8.
tentes, de avisamento & deliberatione nostris, ordinaverit & *H.* 5.
commiserit, dilectos & fideles nostros, *Walterum Hungerford* Se- *Ibid.*
nescallum Hospitii nostri, *Johannem Dominum de Robois*, & *Johannem de Courcelles* Dominum de Saint Liebaut, Milites, ad Appunctuandum cum Capitaneo, Gentibus Armorum & de Tractu, Burgensibus, Habitantibus, & quibuscumque aliis Personis, existentibus infra Villam & Castrum sua de Meleun, super Redditione eorumdem Villæ & Castri, omnibus Viis, Punctis, & Articulis, quibus sibi rationabiliter videretur expediens & necesse,
Ratum, Gratum, * Firmum, & Stabile perpetuò habens omne * X.
id, quod per prædictos, *Walterum*, *Johannem*, & *Johannem*, Fa- 30.
ctum fuerit & Appunctuatum in hac parte, absque veniendo, seu venire faciendo, qualitercumque in contrarium, prout in Literis prædictis pleniùs continetur,

Nosque, de Fidelitate, Prudentia, & Circumspectionis Industriâ prædictorum, *Walteri*, *Johannis*, & *Johannis*, plenam gerentes fiduciam, consimiles Potestatem & Auctoritatem, de & super Appunctuamento hujusmodi, ac Incidentibus & Emergentibus ab eodem, faciendo, pro & nomine *prædicti Patris nostri* atque *Nostri*, eisdem, *Waltero*, *Johanni*, & *Johanni*, Committimus per Præsentes,

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid iidem, *Walterus*, *Johannes*, & *Johannes*, fecerint in Præmissis seu aliquo eorumdem.

In cujus, &c.

Teste Rege in *Excercitu suo ante Meleun*, decimo septimo die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Recipiendo Seisinam Ville prædicta.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, 1420.
De Probitate, Circumspectione, & deliberatâ Prudentiâ, ca- *An.* 8.
rissimi Avunculi nostri, *Thomæ Ducis Exoniæ*, pleniùs confiden- *H.* 5.
tes, *Ibid.*
Ordinavimus, Deputavimus, & Commisimus, ac, per Præsentes, Ordinamus, Deputamus, & Committimus ipsum *Avunculum nostrum* ad Percipiendum, Habendum, & Recipiendum, pro & Nomine præcarissimi *Patris nostri Franciæ*, Saisinam & Possessionem Villæ & Castri ipsius Patris nostri de Meleun,

Quæ Capitaneus, Gentes Armorum & de Tractu, Burgenses & Habitantes Villæ & Castri prædictorum compromiserunt & concordaverunt *eidem Patri nostro* Tradere & Liberare,

Dantes, Tenore Præsentium, in Mandatis, ex parte prædicti *Patris nostri* & *Nostrorum*, Capitaneo, Ballivo, Burgensibus, & Habitantibus Villæ & Castri prædictorum, quod præfato *Avunculo nostro* Villam & Castrum prædicta, pro & Nomine ipsius Patris nostri, Tradant, Reddant, & Deliberent realiter & de facto,

Et de eisdem *præfato Avunculo nostro* & illis de Comitivâ suâ, faciant plenam & integram Aperitionem & Obedientiam, absque refutatione seu contradictione qualicumque.

In cujus, &c.

Teste Rege *in Exercitu suo ante Meleun*, decimo octavo die Novembris.

Per ipsum Regem.

Approbatio Magna & Finalis Pacis, Trecis conclusæ, per Tres Status Franciæ.

DIE Veneris, Sextâ Mensis Decembris, Anni Domini Mille- Ann. D.
simi, Quadringentesimi, Vicesimi, & Regni, Serenissimi ac 1420.
Illustrissimi Principis, *Karoli*, Dei Gratiâ, *Francorum Regis*, Qua- *An.* 8.
dragesimi primi, *H.* 5.
Eodem Serenissimo Principe, in Aulâ Palatii sui, ad Sanctum *Ex Bibl.*
Paulum in Villa Parisiensi situati, in Regio Solio sedente, *Cot. Ti-*
Assistentibus eidem Domino Regi tunc ibidem Tribus Statibus *berius B.*
Regni sui (videlicet) Ecclesiarum Prælatis & Clero, necnon Pro- *6. Fol.* 90.
ceribus & Nobilibus, ac etiam Civibus & Burgensibus Civitatum, *A.*
Villarum, ac Communitatum, dicti Regni Tres Status præfatos facientibus & repræsentantibus,

Quos dictus *Dominus Rex* nonnullis de Causis, Statum & Utilitatem

[illegible], in propriâ Personâ, in Verbo Regio, necnon ad Sancta Dei Evangelia, a se corporaliter tacta, Jurasse,

Quam quidem PACEM, ut asseruit, satis scivit & novit esse & fore ad Dei Laudem & Honorem, necnon ad Bonum publicum, Utilitatem, & Comodum ipsius & Regni sui Franciæ supradicti, ac etiam omnium Subditorum suorum,

Et idcirco mandavit, ad tunc, ibidem Tribus Statibus supradictis, omnibus & singulis suis Subditis, quòd dictam Pacem, ac omnia & singula in eadem contenta, firmiter & inviolabiliter Observarent, & facerent pro posse Observari,

Ac quòd ipsam Jurarent illi de Tribus Statibus supradictis & Subditis suis, qui eandem nondum Jurassent, & quòd pro Posse suo, laborarent & intenderent circa ea quæ esse possent Stabilimentum & Robur Pacis supradictæ.

Et subsequenter, post multa illic eadem Sexta Die prælocuta, *dictus Dominus Rex* assignari fecit dictis Tribus Statibus Decimam dicti Mensis, quâ in eodem Loco, post Deliberationem maturam super Propositis habitam interim, coram se convenirent.

Quâ Die Adveniente, & ipsis Tribus Statibus supradictis, in Præsentiâ *dicti Domini Regis Franciæ*, in dicto Loco, convenientibus, Iidem Tres Status, Deliberatione, ut dixerunt, super quibusdam de Præmissis, eis, ut præfertur, expositis, juxta Mandatum Regium habitâ, Responderunt quòd, quantum ad Pacem prædictam,

Ipsi, eandem PACEM censentes & reputantes Laudabilem, Necessariam, & Utilem utrisque Regnis & Subditis eorundem, ymo & toti Christianitati, ipsam PACEM, ac omnia & singula in eadem contenta, quantum in eis erat, & velud ipsi Tres Status dicti Regni, Approbârunt, Laudârunt, Acceptârunt, & Auctorisârunt, ac eandem Se, & eorum quemlibet, pro Se suisque Successoribus, plenè & fideliter, perpetuis futuris Temporibus, in omnibus observaturos & impleturos, ac observari & impleri facturos, promiserunt,

Referentes humillimè utrisque Regibus, de eximiâ, devotâ, & laudabili diligentiâ, in eâ parte exhibitâ, omnimodas Gratiarum Actiones.

Ulteriusque tunc supplicârunt *dicto Domino suo Regi Franciæ* & petierunt, quatinus ipse providere & ordinare dignaretur quod omnes & singuli Subditi sui, saltem qui dictam PACEM nondum Juraverunt, Ipsam & ejus Articulos Jurarent, & inviolabiliter custodirent, & promitterent,

Ac quòd ipsa PAX in eodem Regno pro Lege publica haberetur & servaretur,

Et quod omnes & singuli Subditi *dicti Regis* & Regni, ipsam PACEM jurare & observare Refutantes, seu eandem Impugnantes, aut eidem quolibet Contravenientes, habeantur & reputentur Rebelles ac Rei Criminis Læsæ Majestatis, & quòd, ut tales, Coherceri debeant & puniri.

Quorum Supplicationibus supradictis *idem Dominus Rex* Annuens, Regio suo Edicto, super hoc facto & prolato, mox tunc ibidem, de Consensu, Assensu, & Voluntate dictorum Trium Statuum, in ea parte exhibitis, ORDINAVIT, STATUIT, & DECREVIT quòd omnes & singuli Subditi sui, præsentes & futuri, dictam PACEM & ejus Articulos inviolabiliter, perpetuis futuris temporibus, observent atque custodiant, ac quòd in formâ, in eadem PACE concordatâ, illam observare Jurent ipsi qui nondum illam juraverunt,

Quódque ipsa PAX in Regno Franciæ pro Lege publica habeatur & observetur,

Ac etiam quod omnes & singuli, in Assecutione Beneficiorum
• X. 32. & Officiorum in eodem Regno, necnon in Homagiis * & Juramentis Fidelitatum faciendis, jurent in dicta forma PACEM supradictam,

Et ulterius quòd omnes & singuli, dictam PACEM jurare seu observare recusantes, aut eandem impugnantes, vel eidem quovis exquisito Colore contravenientes, habeantur & reputentur Rebelles ac Rei Criminis Læsæ Majestatis, & quòd, ut tales, Coherceri debeant & puniri.

REX, dilectis & Fidelibus suis, Thesaurario Generali Normanniæ, ac Præsidenti & Gentibus de Camera nostra Compotorum, necnon universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, Receptoribus, ac aliis Officiariis & Ministris nostris, ubilibet per totum Ducatum nostrum Normanniæ constitutis, Salutem. Ann. D. 1420. An. 8. H. 5. Norm. 8. H. 5. p. 2. m. 12. d.

Quia Diem, dilectis nobis in Christo, *Capitulo & Canonicis* Ecclesiæ beatæ Mariæ Rothomagensis, ac Capellanis & aliis ibidem Deo servientibus, ad Confirmandum Cartas, Literas, & Evidentias suas de eorum Possessionibus & Libertatibus, usque Festum Natalis Domini, jam elapsum, per nos nuper datum & assignatum,

Usque Festum Paschæ proximò futurum, de Gratia nostra speciali, Prorogavimus & Elongavimus,

Vobis, & cuilibet vestrûm, prout ad eum pertinuerit, Mandamus quod præfatos, *Capitulum*, *Canonicos*, *Capellanos*, & *Alios*, omnimoda Proficua, Obventiones, Redditus, Fructus, & Emolumenta quæcumque, unà cum Arreragiis eorumdem, ad ipsos quovis modo spectantia sive pertinentia, & quæ hactenus rationabiliter habere & percipere consueverunt,

Tàm illa, quæ supra Domanium & Receptam nostra per manus Receptorum & Officiariorum nostrorum, quàm ea omnia & singula, quæ supra Temporalitatem Archiepiscopatûs Rothomagensis, propter Absentiam Archiepiscopi Loci illius, in Manibus nostris de præsenti existentem, in Villa nostra de Dieppe & alibi, percipere & habere solebant,

Usque Festum supradictum Habere, Percipere, & Colligere; ac inde liberè Disponere, necnon Libertatibus, Quietantiis, & Privilegiis suis, per ipsos seu eorum Prædecessores, ante hæc tempora, rationabiliter usitatis, uti & gaudere permittatis & etiam respondeatis, prout ad quemlibet vestrûm pertinet, ac ab aliis quibuscumque integrè & plenariè responderi faciatis,

Ipsosque, & eorum singulos, ac ipsorum Procuratores & Attornatos, ad Prosequendum & Defendendum, coram vobis, & singulis vestrûm, in quibuscumque Placitis & Querelis motis vel movendis, pro ipsis vel contra ipsos, de & super Præmissis, vel aliquo Præmissorum, liberè & absque difficultate aliqua, usque idem Festum recipiatis & admittatis; quia sic volumus fieri de Gratia nostra speciali; aliquo Mandato nostro, vobis, seu alicui vestrum, in contrarium facto, non obstante.

Teste Rege apud *Parisius*, Undecimo Die Decembris.

---

* *De salvo Conductu.* • X. 33

REX universis & singulis, &c. Salutem. Ann. D. 1420.

Sciatis quòd suscepimus in salvum, &c. *Petrum de Lippe*, se dicentem Capitaneum de Monte Acuti, penes Præsentiam præcarissimi *Patris nostri Franciæ* atque *Nostram*, aut illorum per ipsum Patrem nostrum & Nos ad hoc assignandorum, usque Parisius, vel extra, cum Viginti & Quinque Personis, vel infra, Armatis vel non Armatis, Pedestrè, vel Equestrè, veniendo, & abinde salvò & securè redeundo, necnon Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque, An. 8. H. 5. Norm. 8. H. 5. p. 2. m. 12.

Et ideò Vobis, Ligeis & Subditis *prædicti Patris nostri*, ex parte suâ & *Nostrâ*, ac Ligeis & Subditis nostris Præcipimus & Mandamus, Vosque Amicos & Benevolos Requirimus & Rogamus, quòd ipsum *Petrum*, cum Personis prædictis, Præmissa debitè faciendo, manuteneatis, &c.

Proviso semper quòd ipsi quicquam, quod in *prædicti Patris nostri* aut Subditorum suorum, vel *Nostri* aut Ligeorum seu Subditorum nostrorum, contemptum vel præjudicium aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu faciant quomodolibet attemptari,

Quódque ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c. per octo Dies proximò futuros duraturas.

Teste Rege apud Parisius, Decimo tertio die Decembris.

Per ipsum Regem.

torum nostrorum testantur (de quibus tamen erant usi ante Descensum nostrum prædictum) donec, pleniùs consideratis & visis, Titulis, & Cartis Fundationis eorum, aliàs, per plenam Confirmationem, poterimus eis, ad Dei Laudem, providere, seu aliter a nobis habueritis in Mandatis.

In cujus, &c.

Teste Rege *apud Parisius*, Decimo sexto Die Decembris.

Sententia contra Homicidas & Culpabiles Mortis Ducis Burgundiæ.

Ann. D. 1420. *An.* 8. *H.* 5. *Ex Autogr.*

CHarles, par la grace de Dieu *Roy de France*, a Tous ceulx, qui ces præsentes Lettres verront, Salut.

Savoir faisons que,

Comparans en nostre Presence, nostre Treschere & tresame Filz, *Phelippe Duc de Burgoingne*, Conte de Flandres, Arthois, & de Burgoingne, en sa Personne, Nostre Treschere & Tresame Cousin, *la Duchesse de Burgoingne* Sa Miere, &, noz Treschercs & Tresamees Fille & Cousines, *Marguerite Duchesse Dequienne*, *Anne* & *Agnes* ses Filles, Suers de nostre dit Filz, ou leur Procureur pour elles,

Et ouye par Nous la Complaint, a nous faite de leur part, en la Presence de, nostre Treschere & Tresame Filz, *le Roy d'Engleterre*, *Herettier* & *Regent de France*, & des Gens de Trois Estas de plusours Villes & Paiis de nostre * Royaume, noz bons & loyaulx Subgez & Obeissans, * X. 34.

Requerans noz diz Filz & Cousins Justice leur estre faite & administree contre les Coupables de la Mort de feu nostre Treschere & Tresame Cousin *Johan Duc de Bourgoingne*, que Dieu absoille, leur Pere, & Mary de nostre dite Cousin *la Duchesse de Bourgoingne*, en prenant sur ce leur Conclusions,

A fin de Reparation, & pour leurs Interestz countre les diz Coupables, telles que faire peuent selon la Custume de France,

Ouy aussi nostre Procureur General, le quel a prins ses Conclusions, pertinens au cas pour l'interest de Justice countre yceulx Coulpables,

Avecques les Requestes & Supplications, a Nous faires par nostre Treschere & Tresamee Fille l'Universitee de Paris, par noz cheres & bien amez, les Escheuins, Bourgois, & Habitans de nostre bonne Ville de Paris, & par les dites Gens des Trois Estas de plusours bonnes Villes de nostre dit Roiaume,

A fin que sur ce Nous voulsissions faire & administrer bonne & briefue Justice,

En declarant toutes voies & protestant, au regart des Gens d'Eglise ce requerans, que ilz ne tendoient fors a fin civile & selon que leur Profession donne,

Nous, eue sur ce grant & meure Deliberation, & veues en nostre Conseil & diligentment visitees les Lettres des Alliances, faites entre nostre dit feu Cousin *le Duc de Bourgoingne*, & *Charles* soy disant *Daulphin*, acordees & jurees solempnelment par eulx, & leurs Gens & Serviteurs, sur la vray Croix & Sains Euvangilles de Dieu, es mains de *l'Evesque de Leon*, Legat de nostre *Seint Pere le Pape*,

Considerant que, ensuivant les dittes Alliances, qui estoient si notables & tant profitables a tout nostre dit Royaume, & du consentement des Parties, nous avoms ordonne bonne Paix & Union ferme & estable estre, deslors en avant, en nostre dit Royaume, perpetuelment Tenue & Garde contre tous ceulx de nostre Sang & Lignage, & autres noz Subgiz de quelque Estat ou Condition qu'ilz feussent,

En faisant pour ce Abolition general & autres Ordonnances au bien de la dite Paix,

Voulans les Transgresseurs, ou qui attempteroient contre icelle Paix, en Fait ou en Parole, estre Pugniz, come Commetteurs de crime de Lese Majeste,

Et que les Gens d'Eglise, Nobles, & Gens des Villes, de nostre dit Royaume, Promeissent & Jurassent tenir & garder, chascun en son endroit, la ditte Paix sans Infraction aucune, & soy employer a toute puissance contre Cellui ou Ceulx qui Enfraindroient la dite Paix, non obstant qu'ilz feussent leurs Homes Subgex ou Serementez,

Des quelx Hommages, Promesses, & Seremens Nous les Declarasmes, deslors pur maintenant, Absolz & Quittes, ainsi que plus a plain est contenue es Lettres Patentz sur ce faites,

La quelle Paix, ensemble tout le contenue es dites Lettres Patentes, nostre dit feu *Cousin de Bourgoingne*, & *le dit Charles*, leurs Gens, & Serviteurs, jurerent es mains du dit *Evesque de Leon*, comme dessus, & avecques ce baillerent Lettres Patentes sur ce, dites Promesses & Seremens, ainsi fais & renovellex, aut dit Lieu de *Monstereau*, par Luy & ses Complices,

Et, avecques ce, avoient & ont este Prins & Imprisonnez de faite plusours Seigneurs, Chivalers, Escuiers, Gens de Eglise, & Bourgois de la Compaignie de nostre dit feu *Cousin de Bourgoingne*, noz Officers, & autres, & les aucuns * Tuez & Mis a mort dampnablement, les autres Ranconnez excessivement, & autrement Persecutez en diverses manneres, & encores en y a aucuns qu'ilz detiennent Prisonners, * X. 35.

En enfraingnant, par les diz Crimineux, la dite Paix, Aliances, Promesses, & Seremens, en commettant par eulx Crime de Lese Majeste, & autrement Delinquans en plusours de diverses Maneres,

Et, tout veu & considere, & mesmement que Nous tenu & repute, tenons & reputons, les Choses dessusdittes pur notoires a Nous & a tote nostre Roiaume, & toutes autres Choses qui sont a veoir & considerer en ceste Partie,

Par l'Advis & Deliberation des Gens de nostre Grant Conseil, des Presidens & Gens Lais de nostre Parlement, & autres noz Conseillers, en grant Nombre, avoms Declarrez, & Declarons, par la Teneur de ces Presents, tous les Coulpables du dit Dampnable Crime, faite & perpetre en la Personne de nostre dit feu *Cousin de Bourgoingne*, & chascun d'eulx, avoir Commis Crime de Lese Majeste, & consequenment avoir Forfait envers nous Corps & Biens, & estre Inhabiles & Indignes de toutes Successions, directes & allaceaulx, & de toutes Dignitez, & Honneurs, & Prerogatives quelconques, avecques les autres Peines & Pugnisons que ordonnent & mettent les Droiz contre les Commetteurs de Crime de Lese Majeste,

Et leur Ligne & Posterite avons, en oultre, Declarre, & Declarrons yceux Crimineaulx, & chascun d'eulx estre encheut es autres Peines, declairees es Alliances & Traictie de Paix, dont dessus est fait mention, en tant qu'il concerne nostre Puissance & Auctorite Roial,

En especial avons Declarre, & Declarons, toutes les Gens, Vassaulz, Subgiz, & Fauteurs, presens & advenir, des diz Coupables & Crimeneulx, & de chascun d'eulx, estre absols & Quittes de tous Seremens de Feaulte, & de toutes Promesses & Obligations de Service, au regard d'eulx & leurs Successours, ores & pour le temps advenir perpetuelment en tant que mestier est, & les Quittons & Absolons de tous les diz Seremens & Promesses, & leur Defendons a tous, par ces mesmes Presentes, que, doresenavant, ilz ne Servent, Aident, ne Confortent aucunement les diz Crimineux & Coupables, sur Peine d'estre reputez, s'ilz font le contraire, Crimeneux du dit Crime de Lese Majeste, & d'encourir nostre perpetuelle Indignation,

Et tout sans prejudice des requestes & conclusion, a Nous faites par noz diz Filz & Cousins, Complaignans pour leur Interest contre aucuns, qui par eulx ont este nomez particulierment, & aussi contre tous ceaulx generalment qui sont ou serront trouvez chargez du dit Dampnable Murtre & autres cas dessus touches,

Si donnons en Mandement a, noz amez & fealx Conseillers, les Gens de nostre dit Parlement, & a tous noz autres Justiciers & Officers, ou a leurs Lieuxtenantz, & a chascun d'eulx, sicome a Lui apartendra, que, au regart des dites Conclusions & Poursuite des diz Complaignans, & de nostre dit Procureur, ilz & chascun d'eulx, en sa Jurisdiction, facent & administrent Justice aux Parties, & Procedent contre les diz Coulpables, par voye extraordinaire, se mestier est, & tout ainsi que le cas le requeroit, & en administrent diligentment aus diz Complaignans, sur les Choses dessusdites, & leur circonstances & dependences, bon & brief acomplissement de Justice.

En Tesmoing de ce nous avons fait mettre nostre Seel a ces Presentes.

Donne a *Paris* le xxiij Jour de Decembre, l'An de Grace Mille, Quatrecens, & Vynt, & de nostre Regne le xli.

Par le Roy en son Conseil.

Milet.

Sub Sigillo magno Cera flavea expresso.

De Permutatione.

Ann. D. 1421. *An.* 8. *H.* 5. *Norm.* 8. *H.*5.*p.*2. *in m.* 6.

REX *Decano & Capitulo* Ecclesiæ Collegiatæ de Gournay Salutem,

Cùm Magister *Stephanus de Rudemare*, Canonicus Præbendatus

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1421. INSPEXIMUS quandam Cartam, recolendæ memoriæ, *H.*
An. 8. quondam *Regis Angliæ*, Nobilis Progenitoris nostri, factam in
H. 5. hæc verba,
Norm. 8.

H. 5. *H. Rex Angliæ*, Dux Normanniæ, Aquitaniæ, & Comes An-
p.3.m.12. degaviæ, omnibus Fidelibus suis, Salutem.
SCIATIS me *Dedisse* & *Confirmasse* Deo & Ecclesiæ de *Belbet* & Monachis ibidem Deo Servientibus, &c.

Nos autem, &c.
Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, Decimo Die Januarii.

Per ipsum Regem ad relationem Magni Concilii.

Pro Domu Leprosorum Falesiæ.

Ibid. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
m. 21. INSPEXIMUS Literas Patentes *Philippi* quondam *Regis Franciæ*, Progenitoris nostri, in hæc verba,

Philippus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*,
Noverint universi, præsentes pariter & futuri, quòd Nos, intuitu Dei, & ob Remedium Animæ nostræ, *Dedimus* & *Concessimus Domui Leprosorum* Falesiæ, &c.

Nos autem Cartas, &c.
Dat. ut supra xij die Januarii.

Per ipsum Regem.

Pro Conventu Sancti Albini juxta Gornaiam.

Ibid. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
m. 23. INSPEXIMUS quandam Cartam, celebris memoriæ, Domini *Philippi*, quondam *Regis Francorum*, Nobilis Progenitoris nostri, factam in hæc verba,

Philippus, Dei Gratiâ, *Francorum Rex*,
Notum facimus universis, tàm præsentibus, quàm futuris, quòd *Nos*, Divini Amoris intuitu, & pro Nostro & *Johannæ Reginæ Franciæ* carissimæ Consortis nostræ Remedio Animarum, Præsentium Tenore, *Concedimus* & *Donamus*, dilectis nobis in Christo, *Priorissæ & Conventui* Sancti Albini juxta Gornaium Arpentum Bosci, &c.

Nos autem, &c.
Teste ut supra, vicesimo die Januarii.

Per ipsum Regem.

---

* X. 37. * *Pro Thesauro Beatæ Mariæ juxta Baudemontem.*

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1421. INSPEXIMUS quandam Cartam, inclitæ recordationis *Ludo-*
An. 8. *vici*, quondam *Francorum Regis*, Nobilis Progenitoris nostri, in
H. 5. hæc verba,
Ibidem.
m. 13. *Ludowicus*, Dei Gratia, *Francorum Rex*,
Notum facimus quòd,
Cùm karissima Domina Mater nostra *B. Franciæ Regina* illustris, ob Remedium Animarum, claræ memoriæ, *Ludovici*, quondam *Regis Franciæ* illustris karissimi Genitoris nostri, Suæ, & Nostræ, & Antecessorum suorum & nostrorum, de Voluntate & Assensu nostro *Dederit* & *Concesserit Monialibus Cisterciensis* Ordinis Servientibus & beatæ Mariæ in loco qui dicitur Thesaurus beatæ Mariæ sito juxta Baudemontem, inter Gisorcium & Vernonem, &c.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid.
INSPEXIMUS quasdam Literas Patentes *Hugonis de Gornaio*, m. 16.
factas in hæc verba,

Hugo de Gornaio omnibus Fidelibus, tàm futuris, quàm præsentibus, Salutem.
Notum volo fieri universis quòd *Ego* & *Milessenda Uxor mea Construxerimus Ecclesiam beatæ Dei Genitricis Mariæ* & *Sancti Johannis Baptistæ* apud Goislamfontanam juxta Alnetum, qui est secus Rivulum qui vocatur Clarus Rivus, &c.

Nos autem, &c.
Dat. ut supra decimo sexto die Februarii.

Per ipsum Regem ad Relationem Concilii.

Pro Ecclesia Sanctæ Trinitatis de Monte Rothomagensi.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem. Ibidem.
INSPEXIMUS quandam Cartam, celebris memoriæ, *Henrici* quondam *Regis*, *Angliæ*, incliti Progenitoris nostri, factam in hæc verba,

H. Rex Angliæ Archiepiscopo Rothomagensi, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Baronibus, & omnibus Fidelibus suis totius Normaniæ, Salutem.
* Sciatis quia Dedi & Concessi Deo & *Ecclesiæ Sanctæ Trini-* * X.
tatis de Monte Rothomagensi, & Abbati & Monachis in ea Deo 38.
famulantibus, &c.

Nos autem, &c.
Teste ut supra vicesimo die Februarii.

Per ipsum Regem ad Relationem Concilii.

Pro Domu Dei de Vernone.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid.
INSPEXIMUS Cartam, recolendæ memoriæ, *Philippi*, quon- m. 14.
dam *Francorum Regis*, Nobilis Progenitoris nostri, factam in hæc verba,

Philippus, Dei Gratiâ, *Franciæ & Navarræ Rex*,
Notum facimus universis, præsentibus & futuris, quòd *Nos*, proprio motu ducti, *Capellaniam Castri nostri de Valle Redolii*, cum omnibus & singulis Redditibus, Proventibus, & Emolumentis, pertinentibus ad eandem, *Priorissæ & Conventui* Domûs Dei de Vernone, Præsentium tenore concedimus, &c.

Nos autem, &c.
Dat. ut supra xx die Februarii.

Per ipsum Regem ad Relationem Concilii.

Pro Abbatia Beatæ Mariæ Regalis Montis.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
INSPEXIMUS Cartam, recolendæ memoriæ, *Ludovici*, quon- Ibid.
dam *Regis Franciæ*, Nobilis Progenitoris nostri, factam in hæc verba,

In Nomine Sanctæ & Individuæ Trinitatis, Amen.
Ludovicus, Dei gratiâ, *Francorum Rex*,
Noverint universi, præsentes pariter & futuri, quòd Nos *Abbatiæ nostræ beatæ Mariæ Regalis Montis*, & Monachis ibidem Deo servientibus, &c.

Nos autem omnia, &c.
Dat. ut supra primo die Martii.

Per ipsum Regem.

Pro Nostre Damne deu Val Guion.

Ibid. m. 16. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
INSPEXIMUS quandam Antiquam Scripturam, Sigillo carentem, Patentem quondam *Ludovici Francorum Regis* Progenitoris nostri ut apparuit, cuius Transcriptum in quodam antiquo Indice, Sigillo Ballivatûs de Caen Sigillato, incorporatum similiter *Vidimus*, quæ formam subsequentem continet in hæc verba,

* X. 39. * *Ludowicus*, Dei gratiâ, *Francorum Rex*,
Notum facimus universis, præsentes Literas inspecturis, quòd *Nos* Literas quondam *Guidonis de Malo Vicino*, in Gallico scriptas, de verbo ad verbum *Vidimus* in hac formâ,

Je *Guis Mauvesins* fais savoir a tous ceaus, qui verront ces Lettres, que Je Lais a *nostre Dame deu Val Guion* en pure & perpetuel, &c.

Nos autem dona, &c.
Dat. ut supra duodecimo die Martii.

Per ipsum Regem ad Relationem Concilii.

Pro Monachis de Valle Sanctæ Mariæ versus Ponteßiam.

Ibid. m. 4. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
INSPEXIMUS quandam Cartam, recolendæ memoriæ, *Henrici*, quondam *Regis Angliæ*, incliti Progenitoris nostri, factam in hæc verba,

H. Rex Angliæ, Dux Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, omnibus Justiciariis, & Vicecomitibus, & Ministris, Fidelibus suis, Salutem.
Præcipio quòd omnes Res Monachorum de *Valle Sanctæ Mariæ* versus Ponteisiam, quas Homines eorum, &c.

Nos autem, &c.
Dat. ut supra duodecimo die Martii.

Per ipsum Regem ad Relationem Concilii.

De Archidiaconatu Dato.

Ann. D. 1421. *An.* 8. *H.* 5. *Pat. Norm.* 8. *H.* 5. *p.* 2. *m.* 4. REX *Decano & Capitulo* Ecclesiæ Cathedralis beatæ Mariæ Bajocensis, seu Vicariis in Spiritualibus ibidem, Sede vacante, Salutem.
Vobis, Tenore Præsentium, significamus quòd Archidiaconatum Oximensem, in Ecclesia prædictâ nunc liberum & vacantem, & in manibus nostris JURE REGALIÆ existentem,
Cujus quidem Archidiaconatûs, sic vacantis, Collatio & omnimoda Dispositio nobis noscuntur pertinere,
Dilecto Nobis Magistro *Henrico Grenffels*, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, *Conferimus* & *Donamus*,
Mandantes quatinus ipsum *Henricum* in Archidiaconatu recipiatis, ac ipsum, seu ejus in hac parte Procuratorem, in corporalem, &c. prout moris est, eidem assignantes,
Necnon eundem *Henricum* Obventionibus, &c. Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, decimo tertio die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Sacramento facto.

Ann. D. 1421. *An.* 8. *H.* 5. *Pat. Norm.* 8. *H.* 5. *p.* 2. *m.* 4. *d.* REX, dilectis & fidelibus suis, Præsidenti & Gentibus de Camera nostra Compotorum, necnon universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, ac aliis Officiariis Ducatûs nostri Normanniæ quibuscumque, Salutem.

Consimiles Literas Regis habet Abbas Monasterii Sancti Thaurini d'Eureux.

Teste ut supra.

Pro Katerina Ducissa in Bavaria.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1421. *An.* 8. *H.* 5. *Pat. Norm.* 8. *H.* 5. *p.* 3. *m.* 10.
Humilis & devota Petitio, carissimæ Consanguineæ nostræ, *Katerinæ in Bavaria Ducissæ*, pridem nobis porrecta, suppliciter continebat,
Quod eadem Consanguinea nostra, ante felicem nostrum Conquestum, nonnulla Terras, Redditus, & Dominia, magni Valoris Annui, tenebat in Ducatu nostro Normanniæ, de quibus percipere solebat peramplos Proventus Annuos ad sui statûs exigentiam & Sustentationem oportunam,
Quibus, a tempore dicti Conquestûs nostri citra, se destitutam fuisse conqueritur, in sui Statûs antedicti Deminutionem perquàm gravem & Detrimentum,
Super quo sibi de Remedio provideri igitur supplicaverat oportuno,
Nos igitur, præter Præmissorum Electivam seriem, attendentes præclaram Generis Nobilitatem, quam præfata Consanguinea nostra ab inclitorum Progenitorum nostrorum Domûs Franciæ Regiâ stirpe contraxit, quam & ipsa, suorum insigni Venustate Morum & multipharius Virtutum Titulis illustrata, decorat & attollit, horum consideratione eidem Consanguineæ nostræ, de Gratia nostra speciali, duximus Providendum, quòd Ipsa de Proventibus Ducatûs nostri prædicti, singulis Annis, per manus Thesaurarii nostri Normanniæ, percipiet Summam Duorum Milium Librarum Turonensium, ad Quatuor Anni Terminos usuales; videlicet,
Paschæ,
Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ,
Sancti Remigii,
Et Natalis Domini;
Videlicet, ad quemlibet prædictorum Terminorum, Quingentas Libras Turonenses, donec super quibusdam suis Requestis, Nobis factis, eidem aliter duxerimus Ordinandum,
Quamobrem districtè Præcipimus & Mandamus, dilecto Nobis, *Willielmo Alyngton*, Thesaurario nostro Generali Normanniæ, ac Generali Thesaurario nostro Normanniæ cuicumque qui pro tempore fuerit, ac etiam, dilectis & fidelibus nostris, Gentibus Compotorum nostrorum Cadomensium, quòd sæpius memoratæ Consanguineæ nostræ, seu ejus certo Attornato, solvant, seu solvi de cætero faciant, supradictam Summam Duorum Milium Librarum Turonensium, annuatim, ad Quatuor Anni Terminos supramemoratos, ad quemlibet ipsorum Terminorum, Quingentas Libras Turonenses,
Ipsam faciendo dicti Decreti nostri seu Concessionis effectu gaudere,
Et per Traditionem Præsentium, seu *Vidimus* earumdem, sub Sigillo Regio, pro primâ vice dumtaxat, unà cum Quietantia sufficienti sæpememoratæ Consanguineæ nostræ, quicquid sibi solutum fuerit, supradictæ Provisionis vel Concessionis causâ, admittetur ad Compota prædicti Thesaurarii nostri Generalis, & defalcabitur seu deducetur de Receptâ ipsius, ubicumque opus erit, sine difficultate quacumque.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, decimo quarto die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Præbendis Datis.

JOhannes Gernasir Clericus, Magister in Artibus, habet Literas Regis de Collatione ad Canonicatum & Præbendam de Vendis in Ecclesia Cathedrali Bajocensi, vacantes per Mortem Magistri *Johannis de Crepone*, ultimi Possessoris eorumdem, & in Manibus Regis JURE REGALIÆ existentes, &c. ut in formâ; Ann. D. 1421. *An.* 8. *H.* 5. *Norm.* 8. *H.* 5. *p.* 3. *m.* 28.
* Et diriguntur Literæ illæ *Decano & Capitulo* Ecclesiæ prædictæ, seu Vicariis in Spiritualibus ibidem Sede vacante. * X. 41.
Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, decimo sexto die Januarii.

Per ipsum Regem.

Magister *Dionisius Gastinel*, Magister in Artibus & in utroque Jure *Ibid.*

... in Remotis agente.

Ibid. m. 13. Magister *Nicholaus Caval*, Licenciatus in Legibus & Bacallarius in Decretis, habet Literas Regis de Collatione ad Canonicatum & Præbendam, quos nuper optinebat in Ecclesia Collegiata de Mortaing Magister *Thomas Mautaint*, per Assecutionem alterius Beneficii in eadem Ecclesiâ, nunc liberos & vacantes, & in Manibus nostris pleno Jure existentes ut dicitur;

Et diriguntur Literæ illæ *Decano & Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ de Mortaing.*

Consimiles Literas habent subscripti, mutatis mutandis; videlicet,

Ibid. Magister *Thomas Mautaint*, in utroque Jure Licenciatus, de Cantoria & Canonicatu in Ecclesiâ Collegiatâ de Mortaing, per Mortem Magistri *Heberti Carbonnel*, ultimi Possessoris eorumdem, nunc liberos & vacantes, & in Manibus Regis pleno Jure existentes, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Ibid. m. 3. Magister *Johannes Guarini*, Magister in Artibus & Doctor in Decretis, ac in Facultate Decretorum Regens Parisius, habet Literas Regis de Collatione ad Canonicatum & Præbendam in Ecclesiâ beatæ Mariæ de Pissiaco, per Mortem Magistri *Roberti Vaste*, ultimi Possessoris eorumdem, nunc liberos & vacantes, & in Manibus Regis pleno Jure existentes, &c.

Et diriguntur Literæ illæ *Capitulo & Canonicis* Ecclesiæ prædictæ.

Confirmatio Appunctuamenti inter Regem & Dominos de le Breto & de Sancta Basilsa.

Ann. D. 1421. REX, universis Christi Fidelibus, has Litteras nostras inspecturis, Salutem.

An. 8. H. 5. Noverit universitas vestra nos Vidisse, Legisse, & Intellexisse, LITTERAS cujusdam APPUNCTUAMENTI,

Pat. Norm. 8. H. 5. p. 3. m. 19. Inter certos Commissarios & Deputatos nostros, ex parte unâ, ac quosdam Nuncios, Procuratores, ac Deputatos carissimi Consanguinei nostri *Karoli Domini de la Breto*, & *Francisci Domini de Sancta* BASILIA & de Pisio, ex parte alterâ, INITI, FACTI, & CONCORDATI,

Quarum quidem Litterarum Tenor, de verbo in verbum, sequitur in hunc modum,

* X. 42. UNIVERSIS, præsentes Literas * inspecturis, Nos *Johannes Seint Jon* Miles Major Burdegaliæ, & *Willielmus Alnewyk* Legum Doctor, Salutem in omnium Salvatore.

Litteras, metuendissimi Domini nostri, *Henrici*, Dei Gratiâ, *Regis Angliæ, Hæredis & Regentis Regni Franciæ*, & *Domini Hiberniæ*, nuper recepimus in hæc verba,

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ, Hæres & Regens Regni Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Litteræ pervenerint, Salutem.

De fidelitate, & circumspectionis industriâ, dilectorum & fidelium nostrorum, Domini *Johannis Seint Jon* Majoris Civitatis nostræ Burdegaliæ, & Magistri *Willielmi Alnewyk* Legum Doctoris, plenariè confidentes,

Ad Conveniendum, Tractandum, & Concludendum,

Cum, egregiis & circumspectis Viris, Domino *Johanne Feriola* Domino de Tonex Milite, & Magistro *Petro de Saubaveria* in Legibus Bacalario, Procuratoribus, Attornatis, Deputatis, seu Nunciis, Magnificorum Virorum, Domini *Karoli Domini de Lebreto*, & Domini *Francisci Domini de Sanctâ Basiliâ* & de Pisio,

De & super quibusdam Articulis & Petitionibus, per ipsos, ad finem ut ad nostram veniant & recipiantur veram Obedientiam, nobis ministratis & factis, cum eorum Incidentibus, emergentibus, dependentibus, & connexis, Juramentaque, ad Sancta Dei Evangelia, ab eisdem Procuratoribus, ad corroborationem & observationem in ea parte concludendorum, Petendum & Recipiendum,

... *Amaneum, Dominum pro tunc de le Breto*, Avum antedicti *Domini Karoli*, & Avunculum prædicti *Domini Francisci*, a Serenissimo quondam Principe *Edwardo Principe Walliæ*, Primogenito, recolendæ memoriæ, *Edwardi*, dudum *Regis Angliæ*, tanquam Locumtenente ejusdem in Ducatu Aquitanniæ, & omni dictæ Appellationis Beneficio ac Adhærentiæ cuicumque ejusdem.

ITEM, quòd dicti Domini *Karolus & Franciscus*, ac eorum Hæredes & Successores quicumque in dicto Ducatu, Obedientes & Fideles erunt, Serenissimo Principi, *Henrico*, Dei Gratia, *Regi Angliæ*, Duci Aquitanniæ, & ejus Hæredibus & Successoribus Ducibus Aquitanniæ quibuscumque.

ITEM, quòd dicti Domini *Karolus & Franciscus*, Domini prædicti, facient, & præstabunt *dicto Domino Regi*, ut Duci Aquitanniæ, Homagium etiam Ligeum; cum Protestatione tamen quòd, si, in præstatione hujusmodi Homagii, ultra, contra, vel præter formam Prædecessorum suorum, ultra, præter, & contra Jus & Usum dicti Ducatûs Consuetudinem vel Statutum, in dicto Homagio interclusum vel adjunctum fuerit aliquid, pro non incluso vel adjuncto habeatur, ac si non esset adjunctum vel inclusum: Et, si, ultra hujusmodi sic præstandum Homagium, *præfato Domino Regi* aliquid facere teneantur, illud eidem Regi & præstare habeant, cùm ad hoc fuerint requisiti, seu requisitus aliquis eorumdem.

ITEM, quòd *præfatus Dominus noster Rex, Dominos, Karolum & Franciscum*, prædictos, & alios de eorum Domibus, Hospitiis, Dominiis, ac Partibus propriis, Subscriptos & Subditos, cùm ad consimilem venerint Obedientiam * (Exceptis inferiùs exceptatis) * X. 43. gratanter ad hujusmodi suam Obedientiam recipiet & recipi faciet, ac ipsos, ut suos Fideles Homines, benivolè pertractabit, & contra Violentias quascumque, ut tenetur, defendet.

ITEM, quòd *Dominus Rex* Remittet dictis *Dominis de le Breto, & de Sancta Basilia*, modernis, & Domino *Johanni Feryol* Domino de Tonex Militi, omnia & Singula per ipsos, aut eorum Progenitores, citra tempus memoratæ Appellationis, facta & commissa; Ita quòd sint abolita, ac si nunquam fuissent commissa:

Salvo semper Jure cujuscumque Tertii quoad Dominia quæcumque, quæ habet & possidet, seu habere & possidere debet de præsenti.

Proviso etiam quòd *Dominus noster Rex*, per hujusmodi Abolitionem, super Mille Libris Sterlingorum, petitis per Dominum *Karolum Dominum de le Breto*, nullum patiatur Præjudicium, nec *Dominus de le Breto* Commodum reportet in aliquo vel Juvamen.

ITEM, quòd de Omnibus & Singulis Privilegiis, Franchesiis, & Libertatibus, quæ & quas *præfati Domini*, aut eorum Prædecessores & Subditi, ante tempus supradictæ Appellationis, habuerunt, & quibus ante tempus prædictum usi fuerint & gavisi (quibus de Jure & Consuetudine gaudere debent) eisdem fieri faciet Justitiæ complementum.

ITEM, quòd *Dominus Rex* Restituet præfatis *Karolo & Francisco*, Dominis antedictis, Omnia Terras, Redditus, Possessiones, & Dominia existentia in manibus suis (nulli alteri per prius Donata) quæ ad ipsos spectare debent de Jure, & quæ interius continentur, *& si quæ, sive alia* (exceptâ Summâ Mille Librarum antedictâ) *& suis* dabit Litteris in Mandatis Senescallo suo Aquitanniæ ut, receptis Litteris ipsorum *Dominorum de le Breto*, & *de Sanctâ Basiliâ*, super omnibus & singulis præsentibus, per eorum Deputatos & Procuratores gestis & conclusis, Ratificatoriis, necnon & aliis, super hujusmodi Homagii & Fidelitatis præstatione Testimonialibus, sub eorum Sigillis sigillatis, ad realiter Restituendum & Liberandum ipsis Dominis Omnia Terras, Redditus, Possessiones, & Dominia antedicta.

ITEM, quòd *Dominus Rex* tractabit cum Domino *Johanne Tiptoft*, Senescallo suo Aquitanniæ, & eidem, pro Terris, Redditibus, ac Dominiis infrascriptis, quæ fuerunt Dominorum *de le Breto*, & *de Sanctâ Basilia* in manibus dicti Senescalli existentibus, pro eisdem Recompensabit; & citra Festum Paschæ, quod erit Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo Secundo, eadem *dictis Dominis* Restitui faciet, & breviùs si fieri poterit; Ita quòd *Dominus noster Rex* Senescallo suo Aquitanniæ dabit, per suas Patentes Litteras, Potestatem, Auctoritatem &

Man-

taxat exceptis.

Item, quòd præfati *Domini de le Breto*, & *de Sancta Basilia*, Omnia Loca, Terras, Possessiones, & Dominia dicti Domini nostri Rezis (siquæ ipsi, aut Personæ de eorum Domibus, Hospitiis, & Alligantiis suscriptis, aut eorum Subditi teneant vel possideant) *præfato Domini nostro Regi* restituant, & restitui faciant, infra Duos Menses, a tempore Requisitionis, conjunctim vel divisim faciendæ,

Item, quòd *dictus Dominus noster Rex* in Tractatu suo, quem habet de præsenti cum *Duce Burbonnæ*, faciet dictum Dominum *de le Breto* includi, ad finem quòd Castra & Dominia ipsa, absque impedimento *dicti Ducis* & suorum, teneat & gaudeat eisdem pacificè, prout gaudet de præsenti: Et, si contingat dictum Tractatum nullum (quod absit) sortiri effectum, quòd *Dominus Rex* erga eundem *Dominum de le Breto* habebit respectum pro Recompensâ sibi faciendâ.

* X. 44. Item, quòd Castra & Dominia quæcumque ipsius *Domini de le Beeto*, per *Dominum nostrum Regem*, ad usum * Patris sui de Franciâ vel suum conquærenda, in Ducatu Bituriæ, idem *Dominus noster Rex* dicto Domino Restitui faciet; &, si acquisita non fuerint, pro eis Recompensabit: Expensas tamen, circa eorum Custodiam, interim per *Dominum nostrum Regem* forsitan faciendas *dictus Dominus de le Breto* supportabit.

Item, quòd Petitio de Summâ, sive Annuo Redditu, Mille Librarum Sterlingorum, facta ex parte *Domini de le Breto*, maneat & sit in suspenso quousque *Dominus noster Rex*, aut alius de Sanguine suo, veniat ad Partes Aquitanniæ; & quòd tunc *Dominus noster Rex*, aut ille alius de sanguine suo prædicto, de Summâ ipsâ debitè ordinabit & dicet suum intentum.

Item, quòd super *Captalatu* de Buchz, & de Loco de Bayrez petitis per dictum *Dominum de le Breto*, *Dominus noster Rex* fieri faciet Justitiæ complementum, Summariè & de plano, secundum Leges & Consuetudines Patriæ Ducatûs sui Aquitanniæ.

Item, quòd super Dominio, Terris, & Redditibus de Logueryan, petitis per eundem *Dominum de le Breto*, *Dominus noster Rex*, modo proximò articulato, necnon quoad Omnia & Singula, per eosdem Dominos Petita, & per Dominum nostrum Regem Donata vel non Donata, faciet & fieri faciet eisdem Justitiæ complementum, secundum Leges & Consuetudines Patriæ Ducatûs sui Aquitanniæ.

Isti sunt proprii Parentes & Alliati Domûs *de le Breto*, pro quibus præcisè de præsenti petitur Restitutio,

Dominus de Tonex,
Dominus *Bernardus Farran*,
Jacobus Farran,
Dominus *Amanenus de Lane*,
Filius & Filiæ *Agnotina de le Breto*,
Dominus *de Podio Pardino*,
Johannes de le Breto Dominus de la Mon Joye,
Johannes de Monta Dominus de Castronovo de Maines,
Dominus *Johannes de Guto* Licentiatus in Decretis,
Hugotus de le Barre,
Amanenus de Podio,
Guillermus Aid. de Lopiaco,
Galbardus de Podio,
Galbardus de Brasseux,
Arnardus de le Loberie,
Augerius de Podio,
Ludovicus de Noalban, Domin. *de Lissa*,
Petrus de Lesgorio,
Juo de Podio.

Sequuntur ea quæ *Rex* tenet ad manum suam quæ spectant ad Dominum *de le Breto* ut asseritur,

Primò, *locus de Gamardâ*, *cum Parochiâ de Poartino:*

Ecclesia de Nunbaste, Ecclesia de Lesperono, cum Parochianis:

Locus de Ricus:

Locus de Podio Normando:

Locus de Hoyergane:

Omnia quæ pertinent Vicecomitatui de Tartasio in Civitate & Diœcese Burdegaliæ;

Locum etiam de Bertulli tenetur Rex *Restituere* Domino de le Breto *cum suis pertinentiis*.

Item, quòd *Dominus Rex*, dictis *Dominis*, *Karolo* & *Francisco*, hoc petentibus, dabit, aut dari mandabit, suas Litteras Patentes, Testimoniales de & super Obedientiæ & Homagii Receptione, Abolitione, & Restitutione prædictis; Maritima Marensin, Lo-

tributæ.

In quorum Omnium & Singulorum Testimonium Præsentibus, super hoc confectis Litteris, Sigilla nostra apposuimus.

Datum & Actum *Rothomagi* Sextodecimo die Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo.

* Quod quidem Appunctuamentum, ac omnia & singula, in dictis Literis contenta, Laudamus, Approbamus, & Ratificamus, * X. 45.

Promittimus, in verbo regio, ac sub Ypothecâ & Obligatione Omnium & Singulorum Bonorum nostrorum, mobilium & immobilium, Nos, Hæredes, & Successores nostros plenè, fideliter, & bonâ fide, absque dolo, fraude, seu malo ingenio, quatenus Nos & Partem nostram concernunt, facturos, impleturos, & observaturos, ac impleri, fieri, & observari facturos, & quod, nullo unquam tempore in Judicio, aut extra Judicium, directè aut indirectè, publicè vel occultè, seu quovis exquisito colore, veniemus in contrarium eorum, aut alicujus eorumdem.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, Sextodecimo die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Remissione pro Dominis supradictis.

Rex Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Pat. Norm. 8. H. 5. p. 3. m. 17.

Cùm, inter cætera, quæ, pro parte, dilectorum Consanguineorum nostrorum, *Karoli Domini de le Breto*, & *Francisci Domini de Sanctâ Basiliâ*, & de Pilio, nobis humiliter præsentata, Supplicatio continebat, eisdem duxerimus indulgendum quòd omnia & singula adversus Nos, aut, inclitæ recordationis, Progenitores nostros, per eosdem, *Karolum*, & *Franciscum*, aut *Johannem Ferrol* Dominum de Toneux, seu Progenitores suos, citra tempus Appellationis, quondam interpositæ per *Arnardum Amaneum*, tunc Dominum de Lebreto, a recolendæ memoriæ, *Edwardo Principe* Primogenito *Edwardi Regis Angliæ* Proavi nostri, & ipsius in Aquitania Locumtenente, Remitteremus, Aboliremus, & Abolita Declararemus, & quòd eosdem, *Karolum*, & *Franciscum*, Restitueremus ad omnia sua Terras, Redditus, & Dominia, in manibus nostris existentia, secundum modum & formam comprehensam in Litteris Appunctuamenti,

Inter *Johannem St. Jon* Majorem Civitatis nostræ Burdegaliæ, & Magistrum *Willielmum Alnewyk* Legum Doctorem, Commissarios nostros, & *Johannem Ferrol* Dominum de Tonex Militem, & Magistrum *Petrum de Saubreria* in Legibus Bacalarium, Attornatos, Deputatos, & Nuncios prædictorum Consanguineorum nostrorum, in ea parte confectis,

Quarum Data est Rothomagi Sextadecima die Januarii,

Nos idcirco, volentes universa & singula, in præfatis Litteris comprehensa, quatenus Nos & Partem nostram concernunt, fideliter adimplere, Omnia atque Singula, per dictos, *Karolum*, *Franciscum*, & *Johannem*, Dominos *de le Bret*, *de Sancta Basilia*, & *de Toneux*, suosve Progenitores, qualitercumque Commissa citra tempus Appellationis prædictæ, sic, ut præfertur, interpositæ, Remittimus, Abolemus, & Abolita Declaramus & Censemus perinde ac si nunquam fuissent Commissa;

Salvo semper Jure cujuscumque Tertii, quoad Dominia quæcumque quæ habet & possidet, seu habere & possidere debet, de præsenti:

Proviso etiam quòd Nos, per hujusmodi Abolitionem, super Mille Libris Sterlingorum, petitis per *Karolum Dominum de le Breto*, nullum patiamur præjudicium, nec dictus *Dominus de le Breto* commodum reportet in aliquo vel juvamen.

Et eosdem *Dominos de le Breto*, & *de Sancta Basilia*,

Qui sua sponte Nobis Homagium Ligeum pro eis, & pro omnibus Dominiis & Terris, quæ & quas a Nobis tenent in Ducatu nostro Aquitaniæ, ac Juramentum de PACE FINALI & PERPETUA, inter præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* pridem COMPOSITA, in Omnibus & per Omnia plenè & fideliter OBSERVANDA, tactis Sacrosanctis Evangeliis, præstiterunt,

Præsentium Tenore Restituimus ad Omnia & Singula Terras, Redditus, Possessiones, & Dominia, in manibus nostris existentia (Alteri per prius non Donata) unà cum Loco de Bertull. cum eorum pertinentiis, quæ ad eosdem debeant de Jure spectare, quorum Nomina seu Vocabula in dictis Litteris Appunctuamenti discribuntur;

Ex-

… Hommage de la Seigneurie de Biarne, le quel Hommage Nous disons a Nous apparrenir a cause de nostre Duchie de Guienne,

Savoir faisons que, apres plusieurs Communicacions sur ce euez, finablement avons Voulu & Ottroye, Voulons & Ottroyons, ce qui s'ensuit; C'est assavoir,

Que il sera veu se nostre *dit Cousin de Foix* est tenu de faire Hommage, & de ce en sera fait ce qu'il appartendra par Raison & Justice, & que Nous procederons sur ce par voies Justes & Raisonnables, & non par Voyes de Fait, si non que nostre dit *Cousin le Foix* Refusast les Voyes de Justice,

Les quelles Choses Nous avons Promis, & Promettons, en Parolles de Roy, sans fraude & male engin, tenir ferme sans enfraindre.

En Tesmoing de ce Nous avons fait mettre nostre Seel a ces Presentes.

Donne a *Rouen*, l'An de Grace Mille, Quatrecens, & Vingt, le xvij Jour de Janiver.

Pro Arthuro de Britannia, de non se armando contra Fratrem.

Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Pat. Norm. 8. H. 5. p. 3. m. 25.

REX universis, præsentes Litteras inspecturis, Salutem.

Cùm, a paucis citra diebus, carissimo Consanguineo nostro, *Arturo de Britannia*, Prisonario nostro, Elargitionem a Carceribus hinc usque ad Festum Sancti Michaelis Archangeli proximò venturum, & ab ipso Termino Festum Sancti Michaelis usque ad alium Terminum ejusdem Festi, Anno revoluto, quod erit Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo secundo,

Sub certis Securitatibus, Obligationibus, Modo, & Formâ, Conditionibus, & Juramentis, super hujusmodi Elargitione suâ, tàm a Locumtenente & Baronibus Britanniæ, per ipsorum Commissarios & Procuratores, procuratoriis eorum nominibus, quàm etiam ab ipsis Commissariis & Procuratoribus, eorum nominibus propriis, factis & præstitis, necnon per carissimum Fratrem nostrum, *Johannem Ducem Britanniæ*, ac subsequenter per *ipsum Arturum* Consanguineum nostrum, sub Signis suis manualibus & Sigillis, ratificatis & approbatis,

Prout ex Tenoribus Litterarum ipsorum Locumtenentis & Baronum, necnon Commissariorum & Procuratorum eorumdem, & subsequenter ipsius Fratris nostri Ducis Britanniæ, ac dicti Arturi liquet manifestè,

Ac insuper, eidem Consanguineo nostro *Arturo* Gratiam ampliorem impendentes, dummodo contenta in Obligatione sua hujusmodi, dictâ Elargitione suâ durante, plenariè adimpleat, ac observet omnia & singula in Tractatu suæ Elargitionis concordata & conclusa, sibi Concesserimus Expeditionem a dictis Carceribus plenariam pariter atque liberam absque Finantiâ qualicumque,

Incipiendo præfatam Liberationem a die dictæ Elargitionis finiendæ dicto Termino Festi Sancti Michaelis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo secundo, ut præfertur,

Deindeque supplicaverit Nobis idem *Consanguineus noster* quòd, si aliquibus occasionibus seu causis contingeret (quod absit) in futurum præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ*, & *Nos*, aut alterum nostrûm, seu Hæredes, & Successores nostri Regis Angliæ, Hæredis & * Regentis Regni Franciæ, aliquam habere Displicentiam in præfatum Fratrem nostrum *Ducem Britanniæ*, & ob hoc Guerram eidem Duci infra Ducatum suum Britanniæ inferre, quatenus nobis placeret *ipsum Arturum* habere excusatum de se non Armando in ipsâ Guerrâ, & quòd in aliis agendis ipsius Patris nostri, & nostris, seu Hæredum & Successorum nostri Regis Angliæ, Hæredis & Regentis Regni Franciæ, cum volumus interim occupare, • X. 47.

Notum facimus quòd Nos, pensato affectu Fraterno, quem inter *Ducem* & *Arturum*, Fratres Germanos & Naturales, ipsa Sanguinis Propinquitas indicit, necnon certis aliis de causis rationabilibus, Nos moventibus in hac parte, *eidem Arturo* Annuimus & Consensimus, Concedimus & Consentimus, per Præsentes, quòd

… Incolarum, & Inhabitantium Villæ nostræ de Cadomo, Ducatus An. 8.
nostri Normanniæ, & Suburbiorum ejusdem Villæ, sedulæ Pre- H. 5.
cum Instantiæ, Nobis humili devotione præsentatæ, continebant, Norm. 8
H. 5. p. 3.
m. 24.

Quòd, inclitæ Recordationis, nobiles Progenitores nostri, Reges Anglorum, & Normanniæ Duces, dictam Villam de Cadomo singulari Prærogativâ dilectionis & amoris Privilegio sunt amplexi, ut ex insignium ejus Structuia Monasteriorum, ubi perpetuæ Requiescionis sibi deligerant Mantiones, & aliis pleritque regalis affectûs insigniis elucet evidenter,

Qui nonnullis ipsam idcirco Præminentiis, Privilegiis, Prærogativis, Juribus, Libertatibus, & Franchesiis decreverant communiri,

Quibus Burgenses, Incolæ, & Inhabitantes præfatæ Villæ in tempus Victoriosæ Conquestæ nostræ, absque interruptionis cujusque seu contradictionis obice vel obstaculo, a tempore cujus contrarii non reperitur memoria, usi sunt & gavisi pacificè, jugiter, & quietè,

Quorum usu perutili, longævo, & salubri Villa prædicta continuis profecit Incrementis,

Quibus si (quod absit) eam destitui contigerit aut orbari, res in contrarium verteretur, ipsaque brevi temporis momento suæ Desolationis Incommoda deploraret,

Quamobrem Nobis humiliter supplicârunt quatinus eorum Privilegia, Præminentias, Prærogativas, Libertates, Jura, & Franchesias supradicta, de Gratiâ nostrâ speciali, Confirmare dignaremur, vel, pro nostræ Celsitudinis beneplacito, eadem eis & dictæ Villæ denuò Concedere & Elargiri,

Quæ sequentibus Articulis continentur,

INPRIMIS, quòd Burgenses, Incolæ, & Inhabitantes dictæ Villæ & Suburbiorum ejusdem uti poterant Arresto, ratione omnimodorum Contractuum & Mercaturarum, cum ipsis factorum in eadem Villa, de eorum Deveriis, Argento, vel Mercaturis traditis, & poterant facere arrestari Bona, Deveria, & Mercaturas omnium illorum, cum quibus Mercati fuerant, reperta in dictâ Villâ & in Suburbiis ejusdem, qualiacumque essent Deveria seu Mercaturæ, & cujuscumque Patriæ essent Mercatores antedicti, tenebanturque iidem Mercatores eisdem Burgensibus, Incolis, & Inhabitantibus respondere, in Villâ prædictâ, coram Officiariis nostris, * absque Recursu ad aliam Sedem; & tenebantur dare Fidejussores respondendi coram Officiariis supradictis. • X. 48.

ITEM, iidem Burgenses, Incolæ, & Inhabitantes consueverant esse, & fuerant, Liberi & Quieti de Custumâ, in Præpositurâ de Cadomo, omnium suorum Deveriorum & Mercaturarum; exceptis certis Domibus in Villâ prædictâ, quorum Habitatores ab hujusmodi Custumâ Liberi non fuerunt: in quibus idcirco nolebant Mercatores commorari, set soli Artifices & alii Operarii.

ITEM, prædicti Burgenses, Incolæ, & Inhabitantes eligere poterant & consueverant, coram Ballivo dicti loci de Cadomo, aut ejus Locumtenente, in Domo dictæ Villæ, Die Mercurii Sanctorum Cinerum, de Tribus Annis in Tres Annos, Sex Burgenses ejusdem Villæ,

Ad quos pertinebat Solicitudo Laborandi pro Conservando Jura, Franchesias, Dignitates, & Libertates dictæ Villæ, & etiam Procurandi & Petendi totum & quicquid dictæ Villæ debebatur, & ad ipsam Villam pertinebat, necnon Repræsentandi & Fundandi pro totâ Communitate dictæ Villæ in Judicio, & Potestas Faciendi Procuratores vel Attornatos, adversus & contra quascumque Personas;

Quorum, sic Electorum, Quatuor facere poterant, pro Comuni dictæ Villæ, omnia quæ facere poterant dicti Sex Jurati, si ibidem personaliter interessent,

Debebantque iidem Jurati & consueverant dare & præsentare, quotiens Casus accidit, tanquam Fundatores Domûs Dei dicti loci de Cadomo, Priorem ejusdem Domûs, ibidemque ponere & præsentare Religiosos totiens quotiens opus fuerit, tanquam veri Patroni ejusdem, ac audire Compotum Prioris illius, tàm de Recepta, quàm Missa suis, quotiens & quando eis videbitur.

ITEM, prædicti Burgenses, Incolæ, & Inhabitantes, qualibet Die Sacrorum Cinerum, Eligere poterant & consueverant Duos Burgenses dictæ Villæ, pro Custodiâ & Regimine Redditũum & Proventuum, spectantium & pertinentium Leprosis Leprosariæ de

Bello

sarum, Prozenetariæque Mellis & Nucum, ac etiam Officium Prozenetariæ Piscariæ, & Officium Mensuragii & Prozenetariæ Bladi, necnon & Officium Prozenetariæ Animalium, tàm Equorum, quàm aliorum quorumcumque.

ITEM, consueverant apponere Juratos & Custodes in Piscariâ dictæ Villæ, quolibet Anno, Die Sacrorum Cinerum (videlicet) Duos Burgenses in Carnificeria, Quatuor pro Pondere Panis, & Duos pro Custodiâ de Tripot, & Duos super Facto Candelariorum Cepi,

Qui consueverant videre & visitare ne sit fraus aut aliqua deceptio, & quod per Mercatores non sint Venditioni exposita aliqua mala Deveria vel minus sufficientia.

ITEM, in Villâ prædictâ nullus Mercator Extraneus, nisi in eadem Villâ Moram fecerit per Annum & Diem, & Contribuerit Custubus & Interesse ejusdem Villæ, poterat aut debebat Vendere in eadem Villa ad Detallium vel aliàs Aleca seu Beuragia quæcumque, nec etiam gaudere de Privilegiis Villæ supradictæ,

Nos igitur,

Qui, sicut, Divinæ Miserationis Clementiâ, recolendæ Memoriæ, Nobilibus, Progenitoribus nostris, in suscepti Regiminis Officio, succedimus, sic eisdem in Affectûs & Devotionis plenitudine erga Fideles nostros succedere debemus,

Et ad exactæ considerationis ultro reducentes examen Victoriosæ Conquestæ nostræ auspicia, quidem non tàm grata, quàm felicia, quæ apud dictam Villam de Cadomo nobis, Divini Nutus munere, provenere,

Necnon irreparabilia sui Statûs detrimenta & calamitosos even-
• X. 49. tus, quos, ob quorumdam suorum Duras Cervices, * ipsa, lacrimabili Fato, sub justæ Conquestæ nostræ Flagello, sustinuit, in eum modum quòd non, nisi sub nostræ Protectionis & singularis Gratiæ favore, ad prisci Statûs integritatem valeat respirare,

Omnia & singula Privilegia, Præminentias, Prærogativas, Libertates, Jura, & Franchesias prædicta,

In quantum & prout prædicti Burgenses, incolæ, & Inhabitantes Villæ prædictæ & Suburbiorum ejusdem, & Prædecessores sui, eisdem & eorum singulis, temporibus retroactis, rationabiliter, ac pacificè, & quietè usi fuerint & gavisi,

Pro nobis & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, Acceptamus, Approbamus, & ea nunc Burgensibus, Incolis, & Inhabitantibus, & Successoribus suis imperpetuum, de Gratiâ nostrâ speciali, de Novo Concedimus per Præsentes:

Et ulterius, de uberiori Gratiâ nostrâ, & ad Meliorationem Villæ prædictæ, Concessimus præfatis Burgensibus, Incolis, & Inhabitantibus in prædictâ Villâ nostrâ, & ejus Suburbiis, quòd Ipsi, & eorum Successores imperpetuum, exnunc sint Liberi & Quieti de omnimodis Custumis, Panagiis, Auxiliis Villarum & aliorum Auxiliorum quorumcumque, de & pro omnibus Deveriis & Mercaturis suis, per totum Ducatum nostrum Normanniæ, ac alias Partes Franciæ nobis subjectas, ac Villas, Passagia, & Districtus eorumdem;

Mandantes, vigore Præsentium, omnibus & singulis Justiciariis, Ballivis, Vicecomitibus, Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris, qui nunc sunt, & qui pro tempore erunt, quorum interest, quòd præfatos Burgenses, Incolas, & Inhabitantes in prædictâ Villâ nostrâ & Suburbiis ejusdem, omnibus & singulis Privilegiis, Præminentiis, Prærogativis, Libertatibus, Juribus, & Franchesiis suis prædictis (prout & quatenus, ut prædictum est, eis usi sunt & gavisi) necnon eis & eorum singulis, sibi de uberiori Gratia per nos Concessis, de cætero uti & gaudere permittant, absque Molestatione, Inquietatione, seu Impedimento quorumcumque,

Præsentiumque Literarum *Vidice* seu *Transcripto*, Regio sub Sigillo confecto, sicut hiis nostris Literis *Originalibus*, Fidem certam & indubiam adhiberi volumus & jubemus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, decimo septimo die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Potestate Gommissa Duci Clarenciæ.

Ann. D. REX, carissimo Fratri suo, *Thomæ Duci Clarenciæ*, Salutem.
1421. Sciatis quòd Dedimus vobis, ac, Tenore Præsentium, Da-
An. 8. mus plenam Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale ad
H. 5. tot & tales Ligeos nostros Angliæ, & Ducatûs nostri Norman-
Norm. 8. niæ, ac aliarum Partium Nobis subjectarum (cujuscumque Statûs,
H. 5. *p.* 3. Gradûs, seu Conditionis fuerint) de Partibus Cismarinis, quot
m. 17. *d.* juxta sanam discretionem vestram fore videritis faciendum, ad vos faciendum,

Ac de Incarceratis, qui Deliberandi fuerint, Deliberandum,

Cæteraque Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet opportuna;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa, &c.

* Damus autem tàm Locumtenenti nostro Normanniæ, quàm • X. 50.
aliis quibuscumque (cujuscumque statûs, gradûs, seu conditionis fuerint) cæterisque omnibus aliis Justiciariis, Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis, & Vassallis, tàm prædicti Patris, quàm nostris, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis in executione Præmissorum, pareant, intendant, & obediant in omnibus diligenter, quotiens & quando per vos, ex parte nostrâ, fuerint debitè requisiti.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, decimo octavo die Januarii.

Per ipsum Regem.

De Fructibus Beneficiorum Restitutis.

REX *Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopi Rothomagensis*, ipso Ann. D.
Archiepiscopo in remotis agente, Salutem, necnon universis 1421.
& singulis Episcopis, Decanis, & Capitulis Ecclesiarum Cathe- *An.* 8.
dralium, ac etiam Ballivis, Vicecomitibus, Receptoribus, ac aliis *H.* 5.
Officiariis, & Ministris nostris, infra Ducatum nostrum Norman- *Norm.* 8.
niæ vel alibi infra Conquestum nostrum ubilibet constitutis, Salu- *H.* 5. *p.* 3.
tem. *m.* 30.
Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet prout ad eum pertinue- *dor.*
rit, quòd, dilectos Nobis, Canonicos & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis de Beauvais,

Qui Sacramentum debitum de Conservando præsentem PACEM, inter Præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* conclusam & concordatam, fecerunt & præstiterunt,

Omnimoda Fructus, Redditus, Obventiones, & Emolumenta, de quibuscumque Beneficiis suis, infra Ducatum & Conquestum nostros prædictos, provenientia, & sibi unitis & appropriatis ab antiquo ut dicunt, ac Arreragia inde debita si quæ fuerint,

Solummodò reservatis hiis, quæ circa Reparationes & in Sustentationem Divini Cultûs ac alia Onera ordinaria applicantur,

Habere & tenere, & ipsos Canonicos & Capitulum Fructibus, Redditibus, Obventionibus, & Emolumentis aliis de cætero uti & gaudere pacificè permittatis;

Aliquo Mandato, vobis, aut alicui vestrûm, in contrarium directo, non obstante.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, decimo octavo die Januarii.

Consimiles Literas habent subscripti; videlicet,

Magister *Guido Dronaille*, dictus *Desspenbourc*, qui Sacramentum debitum de Conservando Pacem, &c. de quibuscumque Beneficiis suis infra Ducatum Regis Normanniæ, &c.

Michael Chapperon Capellanus, juratus, &c. de quibuscumque Beneficiis suis infra Ducatum Normanniæ.

Stephanus Amoureuse Cappellanus, juratus, &c. de quibuscumque Beneficiis suis infra Ducatum Regis prædictum.

Magister *Nicasius le Goix*, Licenciatus in Legibus, Curatus Ecclesiæ Parochialis de Turgunulle Lexoviensis Diœcesis, qui Sacramentum debitum, &c. de Beneficio suo prædicto, &c.

Guido de Albiaco Canonicus Rothomagensis, Curatusque Ecclesiæ Parochialis Sancti Martini, de Hareflieu, ac Capellanus Capellaniæ Vallis Regis prope Pontisaram ut dicitur, qui Sacramentum debitum, *&c. ut supra.*

Isambardus du Val Capellanus, Curatus Ecclesiæ Parochialis de Berteville Rothomagensis Diœcesis, juratus Ligeus Regis, *&c. ut supra.*

Stephanus Legris, in utroque Jure Licenciatus, juratus Ligeus Regis, *&c. ut supra.*

Johannes Legris Clericus, Capellanus Capellaniæ Sanctæ Agathæ Cadomi, prope Monasterium Monialium situatæ, juratus, &c,

... touchans la dite Ville, lei queix ils ne pourroient foustenir ne porter se ainxi n'estoit que Nous leur voulsissons accorder autel & semblable Aide, le quel a eu Cours, en la dite Ville & Forsbours, par nostre ottroy, ceste presente Anne commencant le xxiij jour d'Auril derement passe, & finissant a tel Jour l'An acompli & Revolu; c'est assaver,

Pour chescune Pipe de Vin, de Bourgoigne, d'Orleens, d'Ozee, de Gascoigne, & de la Rochelle, Vendue a detail, Vingtcinq Soulz Tournoiz,

Et pour chescune Pipe de Vin d'autre Paiis, Vingt Soulz Tournois,

Et pour chescune Pipe de Sidre, Cervoise, & autres menuz Beurages, ainxi vendus, comme dit est, en nostre dite Ville de Faloise & Forsbours, par quelques Parsonnes de quelxconques estat ou condicion que ilz soient, Cinq Soulz Tournoiz pour Pipe,

Et, pour ce, Nous aient humblement Supplie les diz Bourgois & Habitans que, sur ce, leur vieulsions Impartier nostre Grace, en leur Ottriant le dit Aide l'Ann advenir,

Savoir faisons que Nous, eue consideracion aux Choses dessus dites, Inclintans a leur dite Supplication, aux diz Bourgois & Habitans de nostre dite Ville de Faloise avons Ottroie, & par ces Presentes Ottroions, que par l'Ordonnance *de nostre Viconte du dit Lieu de Faloise*, ou son Lieutenant, le dit Aide soit mis sus, & ait cours en nostre dite Ville & Forsbours jusques a un An, continuel, a compter du xxiij jour d'Auril prouchain venant, jusques a un An, par la fourme & manere que dit est, pour tourner & convertir aux Usages dessus diz, & non ailleurs,

Pourveu que la plus Grant & saine Partie des Manans, Bourgois, & Habitans d'icelle Ville en soient d'Acort,

Si Donnons en Mandement a *nostre dite Viconte de Faloise*, ou a son Lieutenant, que les diz Bourgois & Habitans d'icelle nostre Ville facent & lessent Joyir de nostre present Grace & Ottroye, & le dit Aide baillent en la maniere acoustume, en contraignant a Paier le dit Aide ceulx qui pour ce seront a contraindre, sauf a en Rendre Compte a noz Officers as quielx il appartendra,

Pourveu auxi que Nos Aides, aians cours en la dite nostre Ville, n'en soient diminues par voie aucune,

Car ainsi Nous plaist & voulons estre fait, & as diz Bourgois de nostre dite Ville l'avons Ottroie & Ottroions par ces Presentes.

En Tesmoign des quelles Choses Nous avons fait mettre a ces Lettres nostre Seel.

Donn. en nostre *Ville de Rouen*, le xviij jour de Janiver.

De Auxiliis Concessis Villa de Dieppe.

Ann. D. 1421. An. 8. H 5. Ibid. m. 29. dorf.

HEnry, *&c. au Capitaine & Bailly de Dieppe*, ou a leurs Lieutenantz, Salut.

Receue avons l'umble Supplicacion de, nos bien ames, les Burgois & Habitans *de la Ville de Dieppe*,

Contenant que, Comme icelle Ville soit Situe & Assize sur la Mer, & Frappe, deulx foys le jour, aux Mures & Fortificacions d'icelle Ville, & ne se pouroit Sousteinir saunz grans Deffences de Boiz & de Macheronerie, nommees Getee,

Savoir faisons que Nous, considere que dit est, a iceulx Supplians, & par ces Presentes, de Grace especial, Ottroions qu'ilz puissent Cuiller & Lever icelles Aides,

Pourveu que ad ce se consentent la plus grant & saine Partie d'iceulx, a qui il touchent,

Ainsi & par la maniere que serra trouve accoustume le temps passe,

Si Donnons en Maundement a nostre *dit Capitaine*, ou a son Lieutenant, que, en dit Cas de nostre dit Grace & Ottroie, l'en leissent Joyir & User paisiblement jusques a un An de la date de ces Presentes,

Par ainsi que des Choses dessus dittes ils en serront tenus Rendre Counte par devaunt le dit Bailli, & par tout ailleurs ou il Nous plaira.

En Tesmoing de ce Nous avons fait mettre nostre Seal a ces Presentes.

Donn. a nostre *Ville de Rouen*, l'An de Grace Mille, Quatrecens, & Vingt, le xi jour de Januer, & de nostre Reigne Huitisme.

Consimiles Literas habent Burgenses Villarum subscriptarum; viz.

De Gaille Fountaines.

Les Burgois, Manans, & Habitans du *Ville de Gaille Fontaines* ont Lettres Patentes du Roy pour l'Aide Lever entre eulx, pour Reparer le Monstier d'icelle Ville, comme dessus, a durers pour un An entier.

De Monstrevillier.

Les Burgois & Habitans du *Ville de Monstrevillier* ont Lettres parrailles de l'Aide, pour la Fortificacion du ditte Ville, a durers pour un An, a Commenchier le Primer Jour de Fevrir prouchain venant.

De Carenten & Saint Illaire.

Les Burgois, Manans, & Habitans *de Carenten & de Saint Illaire*, comprins le Pontdone en tant qu'il en y a en la ditte Ville & Parroisses de Carenten, ont Lettres parrailles du l'Aide Lever entre eux mesmes, pour la Fortificacion du dite Ville, a durers par un An.

De Neufchastel de Lincourt.

Les Burgois, Manans, & Habitans du Ville *de Neufchastel de Lincourt*, ou Paiis & Bailliage de Caux, ont Lettres parrailles du l'Aide Lever entre eux, pour la Fortificacion du dite Ville, a durers pour vj Ans.

De Vire.

Les Burgois, Manans, & Habitans de la dite Ville & de tourz les Forsbours *de Vire* ou Bailliage de Caen, ount Lettres parrailles de l'Aide Lever entre eux, en la dite Ville & Forsbours d'icelle, pour la Fortificacion du dit Ville, comme dessus, &c. Commenchant le Primer Jour de May prochein venant, jusques au mesme la jour, pour un An.

HHG

CONVENTIONES, LITERÆ

Et cujuſcunque generis

ACTA PUBLICA,

TOMI IV. PARS IV.

An. 8. H. 5. Norm. 8. H. 5. p. 3. m. 14.

R *Alani Kirketon*, Canonici Ecclesiae nostrae Cathedralis Ebroicensis, & Archidiaconi de Novoburgo in eadem, providere, Statum, Jus, & Titulum, quae ipse habet in dicto Archidiaconatu, ex Dono nostro, pro Nobis, & Haeredibus nostris, Acceptamus, Approbamus, & Ratificamus,

Quem quidem Archidiaconatum, nunc in Regalia, ut dicitur, vacantem, *eidem Alano*, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, *Conferimus* & *Donamus* per Praesentes,

Mandantes vobis, dilectis nobis in Christo, *Decano & Capitulo* Ecclesiae nostrae praedictae, quatinus *ipsum Alanum*, seu ejus in hac parte Procuratorem, in Corporalem Possessionem dicti Archidiaconatûs ponatis & inducatis, seu poni & induci faciatis, Stallum in Choro, & Locum in Capitulo, ratione ejusdem Archidiaconatûs, ut est moris, eidem assignantes,

Necnon *ipsum Alanum* Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis quibuscumque, ad Archidiaconatum illum spectantibus, uti & gaudere permittatis, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis,

Nolentes quòd *ipse Alanus*, super Possessione praedicti Archidiaconatûs, ratione alicujus alterius Juris seu Tituli, quod vel qui Nobis competit, seu Nobis, aut Haeredibus nostris, in futurum, competere poterit, per Nos, vel Haeredes nostros, seu Ministros nostros, aut alios quoscumque, futuris temporibus, Impetatur, inquietur, molestetur in aliquo, seu gravetur.

In cujus, &c.

Teste Rege *apud Castrum suum Rothomagi*, vicesimo die Januarii.

De Administratione Hospitalis Commissa.

Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Ibid. m. 28.

REX, *Ballivo suo de Cadomo*, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

Vobis, Tenore Praesentium, significamus quòd Administrationem sive Regimen Hospitalis sive Domûs Dei de Villers, nunc vacantis & ad nostram Donationem spectantis ut dicitur, dilecto nobis, *Jacobo Jacobi* Capellano, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, *Conferimus* & *Donamus*,

Mandantes quatinus *ipsum Jacobum* in Corporalem Possessionem Hospitalis sive Domûs praedictae ponatis & inducatis, seu poni & induci faciatis,

Necnon Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis, ad praedictum Hospitale sive Domum pertinentibus, uti & gaudere, ac alia & singula, quae hujusmodi Officio incumbunt, peragere & excercere permittatis, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

Proviso semper quòd *idem Jacobus* Bonum & Fidele Compotum, de Administratione praedictâ, illi, vel illis, cui, vel quibus, debetur, singulis Annis reddere teneatur, ac omnia alia Onera, eidem Hospitali sive Domui incumbentia, faciat & conservet quamdiu Administrationem & Regimen habuerit supradicta.

In cujus, &c.

Teste Rege, *ut supra*, vicesimo die Januarii.

De Capellania Data.

Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Ibid.

REX, *Capitaneo Castri nostri de Caen*, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

Vobis, Tenore Praesentium, significamus quòd Capellaniam, vocatam Capellaniam Decani Sancti Amani Aurelianensis, in Castro praedicto situatam, vacantem per Mortem *Guillielmi de Craon* ultimi Capellani ibidem, & in manibus nostris plene jure existentem,

Cujus quidem Capellaniae Collatio & omnimoda Dispositio Nobis noscuntur pertinere,

Dilecto nobis *Johannis Tiphaniae*, Magistro in Artibus & in Medicina Doctori, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, *Conferimus & Donamus*.

ponatis & inducatis, seu poni & induci faciatis,

Necnon Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis, ad eandem spectantibus, uti, &c. adhibitis, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege *apud Castrum suum Rothomagi*, Vicecisimo die Januarii.

De Permutatione.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Episcopo Abrincensi*, aut ejus Vicariis in Spiritualibus, Salutem. — Ann. D. 1421. An 8. H. 5. Norm. 8. H. 5. p. 2. m. 28.

Ad Capellam beatae Mariae Magdalenae de Biars vestrae Dioecesis, vacantem, ut dicitur, per Resignationem *Ludovici de Landellis* Magistri in Artibus, Procuratoris *Johannis Tirol* Magistri in Artibus & Bacalarii in Decretis, ultimi Capellani & Possessoris ejusdem, in Manibus vestris factam, causâ tamen Permutationis, & non aliàs, de eadem faciendae cum *Petro de Tames*, Capellano Capellae seu Capellaniae Sancti Thomae Martiris, in Hospitali seu Praeceptoriâ Sancti Anthonii Rothomagensis fundatae,

Ad Dictam suam Capellam seu Capellaniam (cujus quidem Capellae seu Capellaniae beatae Mariae Magdalenae Praesentatio seu Donatio ad Nos spectat ut dicitur) dictum *Petrum de Tames* Capellanum, vobis, Tenore Praesentium, praesentamus,

Intuitu caritatis Rogantes quatinus ipsum ad praedictam Capellam beatae Mariae Magdalenae admittatis, & instituatis in eadem.

In cujus, &c.

Teste Rege *apud Castrum suum Rothomagi*, Vicesimo die Januarii.

De Praesentationibus.

JOhannes Bassin, Capellanus habet Literas Regis de Praesentatione ad Ecclesiam Parochialem Sancti Fragarii Constanciensis Dioecesis, vacantem per Mortem ultimi Possessoris ejusdem, & ad Regis Donationem spectantem, ut dicitur; — Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Norm. 8. H. 5. p. 3. m. 28.

Et diriguntur Literae illae Episcopo Constanciensi.

Teste Rege *apud Castrum suum Rothomagi*, Vicesimo primo die Januarii.

Consimiles Literas de Praesentatione habent subscripti ad Ecclesias subscriptas; videlicet, — Ibid.

Petrus Radli Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem de Cara Fraxino Constanciensis Dioecesis. — Ibid. m. 26.

Guillielmus de Heris Clericus, ad Ecclesiam Parochialem de Barenton Abrincensis Dioecesis. — Ibid.

Johannes Leber Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem Sancti Lupi de Luceyo Cenomanensis Dioecesis. — Ibid.

Julianus le Roy Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem Sancti Medardi super Egranam dictae Cenomanensis Dioecesis. — Ibid.

Johannes de Pirn Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem de Cantulupo prope Rothomagum Rothomagensis Dioecesis. — Ibid.

Rogerus de Hayes, ad Ecclesiam Parochialem Sancti Petri de Hentleio Abrincensis Dioecesis. — Ibid.

Johannes Crochet Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem Sanctae Crucis de Ponte Puison in Castellania de Oximis Lexoviensis Dioecesis. — Ibid.

Johannes Vaudin Magister in Artibus, ad Capellam seu Capellaniam in honore Sancti Nicholai in Castro Civitatis Ebroicensis. — Ibid. m. 22.

Johannes Chepstowe Clericus, ad Capellam Sancti Stephani in Castro de Pontlarge fundatam Rothomagensi Dioecese. — Ibid.

Reginaldus Griney Clericus, ad Capellam Sancti Martini des Preux in Parochia beatae Mariae de Mesvil Oner Constanciensis Dioecesis. — Ibid. m. 21.

Robertus Sarmonier Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem de Villaribus Rothomagensis Dioecesis. — Ibid. m. 18.

Magister *Rolandus Barguenel* Magister in Theologia, ad Ecclesiam Parochialem Sancti Cerenici prope Sagin Sagiensis Dioecesis.

Johannes Guillemet, Juratus Ligeus noster, ad Capellam de Sancto Dionisio in Ecclesia beatae Mariae d'Alenconia situatam Sagiente Dioecese.

 Idem

Dont iceulx Burgois & Habitans nous ont requis a avoir nos Lettres Patentes,

Les quelles nous ne leur povons faire fere ne bailler, pour ce que Nous ne savons pas quelz les Droiz & Franchises, appartenanz a la dite Mairie, sont,

Pour ce est il que Nous vous Mandons, & Commettons se mester est, que, incontinent apres la Reception de ces Presentes, vous informez & enquerez, diligement & secretement, quelz sont les Droiz & Franchises appartenanz a la dite Mairie, & dont les diz Burgois & Habitans joissyent & possessioient paisiblement au devant du jour de nostre dit Conquest? & au quele Charges & Servitutes, & de quele temps les ont use? & du quel donont obtenu? & se les Chartres, par les quelles les diz Droiz, Franchises & Privileges furent accordes, sont pardues come ils dient ou non? & toutes autres choses faces, que en ce pas pour Nous & nostre Prouffit appartient duement a faire, solonc vestre discrecion,

Et la dite Enquest & Informacion, ainsi par vous faite, Rapportes ou faces Rapporter feablement, close & Seelle soubz vestre Seel, pardevers nostre ame & feal Chanceller de Normandie, pour proceder au sourplus sur ce, ainsi qu'il appartiendra a faire par Reson,

En Nous certifiantz soufficement de ce que fait en aurez,

De ce faire vous Donnons Povoir,

Mandons a tous, a qui il apparteindra, a vous, en ce faisant estre obey.

Donne *a Rouen*, le xxil jour de Janiver l'An de Grace Mille ivC. & xx. & de nostre Reigne Huitisme.

Pro Burgensibus Pontisarae, de Auxilio Concesso.

Ann. D. 1421. *An.* 8. *H.* 5. *Ibid.*

HEnry, &c. a tourz ceulx, &c.

Savoir faisons Nous avoir resceu l'umble Supplicacion de, nos bien ames, les Burgois, Manans, & Habitans de nostre dit Ville, q'ils prenoient & queulloient les Aides qui s'ensuit; c'estassavoir,

Chescun Queue de Vin & autres Bruvages, vendus a Detail en la dit Ville & es Fauxbours d'icelle, la *Somme de Huit Solz Paris.*

Sur chescun Queue de Vin, vendue en Gros, qui yst hors de la dite Ville, *Deux Solz Par.* & le Muion xii *d.* ou qui vient de dehors, & est mis en despost en la dite Ville.

Et sur chescun Muiot de Sel vendu au Guernier a Sel de la dite Ville xii *d.* Par.

Pour iceulx Aides & Deners, qui en yssoient, estre Mis, Tournes, & Convertis es Reparacions & Soustenemens des Murs, Portes, Pons, Leues, Chauces, & autres choses necessaires a la Fortetesse d'icelle Ville,

Les quelles Aides les ditz suppliantz n'ont aucunement eux ne receux depuis le Conqueste, par Nous faite de la dite Ville, Mais se aucune chose en a este prins & leve, ce a este par nostre Prevost au dit Lieu de Pontoise, pour & ou Nom de Nous, qui aucunement n'en a quelque chose emploie en la Fortificacion d'icelle nostre Ville,

Et il soit ainsi que de present a en nostre dite Ville tresgrans Repparacions a faire & soustenir, tant en Murs qui sont cheuz de la Fortresse d'icelle nostre Ville, come en Portes, Pons Leuis, Chaussees, & autres Choses ad ce Appartenans,

* X. 56.

* Les quelles choses nous pourroient & auz ditz Suppliauntz porter treigrant dommage & interest, se icelles n'estoient Repaires & Refaities,

Ce que les ditz Suppliantz ne purroient faire ne sousteiner, saunz avoir les ditz Aides (veu que ils ont tout pardu leurs Meubles par nostre dit Conquest de la dite Ville) se par Nous n'y estoit pourveu, de nostre Grace & Misericorde, requerans humblement icelle,

Pour ce est il que Nous, ces choses considerees,

Voulant nostre dit Ville estre bien, duement, & souffisaument sustenue & emparee, pour resister a la male voulente de nos Enemyes & Adversaires, & auxi supporter en ce les ditz Suppliauntz,

A iceulx, de nostre plaine Grace especial & Auctorite Roial, avons Donne & Ottroie, &, par la teneur de ces presentes, donnons & ottroyons, Congie & Licence de prendre, quellir & lever les ditz Aides, en nostre dit Ville de Pontoisse, par la fourme & maniere quils faisoient au devant de nostre dit Conquest,

Pour iceulx Aides, & les Deners, qui en ysseront, estre mis & emploies, tournes & convertis, en la Reparacion des Mures de nostre dit Ville, & des autres affaires necessaires, appartenantz a l'Emparement d'icelle nostre dit Ville & Fortresse, tanque comme il Nous plaira:

Si Donnons en Maundement aux Bailli & Prevost du dit Lieu, son, en la fourme accustumez, a durer jusqes a un An de la date de ces Presentes, *H.* 5 *Ibid. m.* 23. *d.*

Donne a *Rouen*, le xxij jour de Janiver.

I T E M, semblables Lettres a *Robert Roos* Escuier en le Bailliage de Gisors, a durer par un An.

I T E M, semblables Lettres a *Guilliaume Breton* Chivaler en Bailliage de Caen, a durer par un An.

Thomas Derlyng Escuier ad Lettres Patentz du Roy, de l'Office pour Chasser, Prendre, & faire mourir tous les Loups & Loupvez, qu'il pourra trouver en le Bailliage de Rouen & es Mettes d'environ, en la fourme acustume a durer jusque a un An. *Ibid. m.* 17. *d.*

Thomas Hardon a Lettres Patentes du Roy, de l'Office pour Prendre, Chasser, & faire mourir tous les Loups & Loupves, qu'il pourra trouver en le Bailliage de Constantin & es mettez d'environ, a durer jusques a ung An.

De certis Ordinationibus appunctuatis, in Normannia.

Ann. D. 1421. *An.* 8. *H.* 5. *Pat. Norm.* 8. *H.* 5. *m.* 10. *d.* p. 3.

HEnry &c. au *Bailly de Rouen*, ou a son Lieutenant, Salut.

Come, par la grace de Dieu, par nostre Conqueste, Nous soions demourez Paisiblement en Possession & vrais Saisines du Duchie de Normendie, & de nostre Conqueste,

* X. 57.

Nous, considerans l'Amour, que avons a nostre Peuple, a nous subgez, & considere la Fortune de Guerre qui a este, par quoy nostre dit Peuple a eu aucunement a souffrir, & purroit avoir, se sur ce ne leur estoit mise Policie de Justice & Governement, ainsy que nostre * dit Peuple se puisse vivre & Marchander an bonne Paix, sans estre auculment abuisez ne destourbez par nuls de noz Genz, ne autres,

Et il soit ainsy que les aucuns de nos Gens ont, par aucun temps de Guerre, leve & prins, a leurs Prouffiz, plusieurs deniers de Passeportz & Travers, Droiz, ou Abuz, qu ils disoient aux parties appartenir, & dont nostre dit poure Peuple a aucunement este foulle & endommage, & dont ils ont delaisse a Marchander & faire lours prouffiz & porroient, pour le temps advenir, delaissier a faire leurs dictes Marchandises, & labourer leur Heritages, & faire leurs labours & prouffiz, qui leur est, & seroit, en leur grant grief, prejudice, & dommage, & au nostre, se sur ce ne leur estoit pourveu de remede gracieux & convenable,

Pourquoy Nous, ces choses consideres, & qui voulons Justice estre garde, que le fait de Marchandise coure & soit mise sur, noz Homes & Subgez puissent marchander & labourer de leurs Marchandises & Labours, & vivre en bonne Paix & Policie, Nous considere les dites choses, & ce que fault a considerer, de nostre Grace & Auctorite, avons fait & establi les Ordonnances que cy apre ensuient; c'estassavoir,

Que nul Portier, ne Gardes des Portes de quelconques Ville ou Forteresse, estant en nostre obeissance, ne prengne aucune prouffit de quelque Personne que ce soit; & se aucun Portier est trouve en fault, contre ce que dit est, il paiera & rendra six fois autant, pour la Mende, come il en aura eu: Et, s'il eschut deux fois en deffaulte, il en soit tenu ung mois en prison sauns aucun grace; & si paiera le double du premier pris: Et, s'il est trouve tiercement en deffaulte, qu'il soit Pugny Cryminelement.

I T E M, & que nul, de quelque estat qu'il soit, ne prengne de fait, ne ne face prendre, aucune Chevaus, Jumens, ne autres Bestes Chevalines, sans l'Agreement de Partie; lequel soit fait, devant les Bailliz, Prevostz, Vicontes, ou leurs Lieuxtenantz, & que de ce soit baillie par les Juges Certification du dit Aggreement; Et, se aucun fait le contraire, qu'il en soit Pugny Cryminelment.

I T E M, que nulz Capitains, ou leur Commis, des Conquestes, Villes, ou Forteresses, & en especiale de Pontoise, Mante, Meullent, Poyssy, [Beaumont] sur Oyse, ne prengnent aucune Passeporte, ou Pont, sur paine contenu en premier Article.

I T E M, que nulz de noz Subgiz, de quelque Estat ou condicion qu'ilz soyent, ne des Garnisons d'aucune Ville, ou Forteresse, ou autrement, Prengnent aucuns Beufz, Vachez, Moutons, Porz, Blez, Vins, ou autres quelconques Marchandises, ou Vitailles, soit en Villes, ou Forteresses, ou en plat Paiis, ne pour en prendre aucune prouffit de delivrance, ne pour les avoir a autre pris que a la volente de ceulx a qui les Darrees serront, ou taux par le Juge du Lieu, & par les Paianr presentment; sur Paine contenue en premier Article.

I T E M, & aussi que, en nulles des Villes & Forteresses, soit a Pontoise, Mante, Meullent, Poissy, Beaumont sur Oyse, ou ailleurs, aucunes Marchandises ne soyent prinses ou arrestees, si non par

* X. 58. *Au Bailli de Caen.* — *Au Bailli de Caux.*
* *Au Bailli de Constantin.* — *Au Bailli de Mante.*
Au Bailli d'Evreux. — *Au Bailli de Dieppe.*
Au Bailli de Gisort. — *Au Prevost de Pontoise.*
Au Bailli d'Alencon.

Super Marcis Colligendis.

Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Pat. Norm. 8. H. 5. p. 3. m. 20. d.

REX, dilecto sibi, *Ricardo Bertont*, Salutem.
Sciatis quòd Nos,
De fidelitate & circumspectione vestris pleniùs confidentes,
Assignavimus, Ordinavimus, & Deputavimus vos Receptorem illarum Marcarum, pro Melioratione Monetæ jam Currentis, nuper, ex consensu Trium Statuum Ducatûs nostri Normanniæ, & Partium Franciæ Nobis subjectarum, coram Nobis in Castro Rothomagi comparentium, apportandarum:
Dantes vobis, Tenore Præsentium, plenariam Potestatem ad Marcas prædictas de quibuscumque Prælatis & aliis Viris Ecclesiasticis, necnon a Nobilibus & aliis quibuslibet, quorum interest, infra Civitatem & Diœcesim Lexoviensem Recipiendum,
Necnon Scedulas superinde illis, de quibus hujusmodi Marcas receperitis, pro recuperando easdem a Magistro Monetæ nostræ vobis propinquiore, sufficientes Dandum & Conficiendum,
Cæteraque Exequendum, prout juxta Ordinationem in hac parte fuerit faciendum:
Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in formâ supradictâ.
In cujus, &c.
Teste Rege *apud Castrum suum Rothomagi*, vicesimo quarto die Januarii.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literæ diriguntur subscriptis; videlicet,

Dilecto sibi *Ricardo Warrok*, *&c. ut supra*, infra Civitates & Diœceses Constanciensem & Abrincensem.
Dilecto sibi *Thomæ Lesspringner*, *&c. ut supra*, infra Civitatem & Diœcesim Ebroicensem.
Dilecto sibi *&c. ut supra*, infra Civitatem & Diœcesim Baiocensem.
Dilecto sibi &c. infra Civitatem & Diœcesim Sagiensem.
Dilecto sibi *Willielmo Aux Pois*, Granetario Regis de Mante, &c. infra dictam Villam de Mante.

De Potestate concessa, ad Recipiendum Fidelitatem.

Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Norman. 8. H. 5. p. 3. m. 17. d.

REX, dilecto & fideli suo, *Wilhelmo Alyngton*, Thesaurario Regis Generali Normanniæ, Salutem.
De vestris fidelitate & circumspectione plurimùm confidentes, ad Petendum & Exigendum Sacramentum Fidelitatis, vice & nomine nostris, a *Thoma Vanan*, Abbate Sancti Severi prope Villam de Vire, qui ad Præsentiam nostram certis de causis accedere non valet, ut accepimus, cum omnibus & singulis suis Capitulis in ea parte de jure consuetis, ratione Temporalium prædicti Monasterii, infra Ducatum nostrum Normanniæ existentium,
Ipsumque Fidelitatis Sacramentum vice & nomine nostris Recipiendum personaliter ab eodem;
Cæteraque Faciendum, Excercendum, Expediendum, quæ in hac parte necessaria fuerint & consueta,
Vobis, Tenore Præsentium, Committimus Potestatem,
Reservantes nichilominus semper Nobis Renovationem hujusmodi Fidelitatis Sacramenti ab eodem Abbate, Nobis seu Locum nostrum tenenti, cùm ad Præsentiam nostram seu ejusdem Locum nostrum tenentis commodè accedere valeat, corporaliter faciendi,
Et quòd feceritis in Præmissis, Nos in Cancellariam nostram, sub Sigillo vestro, distinctè & aperte, sine dilatione, certificetis; præsentes Literas Nobis remittentes.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, vicesimo nono die Januarii.

De Restitutione Temporalium.

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Ibid. m. 27.
Sciatis quòd,
De Gratiâ nostrâ speciali, & ut Divinum Servitium, ac alia Pietatis Opera (quæ in Prioratu Sancti Audoeni de Giiorcio fieri debeant) plus solito accrescant, & ibidem laudabiliùs manuteneantur & sustineantur,
Concessimus Fratri *Guidoni Vigier*, Priori Prioratûs prædicti, ac Fratribus ibidem Deo servientibus, omnia Temporalia,
Eidem Prioratui, infra Ducatum nostrum Normanniæ, ac alias Partes Franciæ nobis subjectas, qualitercumque pertinentia sive spectantia,
In Sustentationem Divini Servitii ibidem ac aliorum Pietatis Operum supradictorum, de Dono nostro.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, vicesimo nono die Januarii.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas de Restitutione Temporalium habent subscripti; videlicet,

Prior & Conventus Sancti Laurencii de Leons. Ibid. m. 26.

Prior & Conventus beatæ Mariæ de Lagenray. Ibid. m. 14.

Prior & Conventus beatæ Mariæ de Valgmon. Ibid.

Abbas & Conventus Sancti Petri de Pratellis Ordinis Sancti Benedicti. Ibid.

De Hospitali dato.

REX *Vicecomiti suo de Pontearche*, Salutem. Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Ibid. m. 26.
Tibi, Tenore Præsentium, Significamus quòd Hospitale sive Domum Dei de Pontearche, Ebroicensis Diœcesis,
Eo quod *Johannes Hamon*, Religiosus Monasterii de Bono Portu, ultimus Possessor ejusdem, in Abbatem ipsius Monasterii est Electus, vacans, & ad nostram Donationem pleno jure spectans ut dicitur,
Dilecto nobis, *Arnulpho Bandovini* Capellano, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, *Conferimus & Donamus*;
Mandantes quatinus ipsum in corporalem Possessionem Hospitalis sive Domûs prædicti ponas & inducas, seu poni * & induci facias, necnon Fructibus, Obventionibus, & Emolumentis, ad eandem spectantibus, uti & gaudere permittas, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis. * X. 60.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, tricesimo die Januarii.

De Præsentationibus.

GUillielmus Sonnet Capellanus, ad Capellam de Sancto Nicholao, in Manerio de Ciffreville, in Parochia de Seingnie, situatam Sagiensi Diœcese, &c. Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Norm. 8. H. 5. p. 3. m. 17.

Consimiles Literas de Præsentatione habent subscripti, ad Ecclesias subscriptas; videlicet,

Nicholaus Mellet in Artibus Magister ad Ecclesiam Parochialem Sanctorum Cosmæ & Damiani de Rouceyo Constanciensis Diœcesis, &c. Ibid.

Magister *Petrus de Clunckamp* Capellanus, Magister in Artibus, de Præsentatione ad Ecclesiam Parochialem Sancti Amani de Sautere Ebroicensis Dioceseos, &c.

De Ratificationibus Præbendarum.

Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Ibid. m. 15.

REX omnibus, ad quos, &c, Salutem.

Notum facimus quòd,

Si Canonicatus & Pœnitentiaria, cum Præbenda annexa, quos, dilectus nobis, *Henricus Tibout* Capellanus in Ecclesiâ Cathedrali Constanciensi noscitur pacificè possidere, Prædecessorum nostrorum vel nostris temporibus, in Regalia vacaverint, aut vacent ad præsens,

Propter quod ad ipsos Prædecessores nostros, vel ad Nos, ipsorum Canonicatûs, Pœnitentiariæ, & Præbendæ Collatio, JURE REGALIÆ, pertinuerit, aut ad Nos pertineat quovis modo,

Nos ipsos, Canonicatum, Pœnitentiariam, & Præbendam, *dicto Henrico*, *Cratulimus* & *Confirmus*, per Præsentes,

Intuitu Pietatis & de Gratia speciali, Venerabili in Christo Patri, *Pandulpho Episcopo Constanciensi*, necnon, dilectis nobis in Christo, *Cantori* & *Capitulo* Ecclesiæ prædictæ, Mandantes quatinus præfatum *Henricum* in dictorum, Canonicatûs, Pœnitentiariæ, & Præbendæ possessione manuteneant & conservent,

Et eidem de Fructibus, Redditibus, Obventionibus, Emolumentis, & Juribus universis, ad eosdem spectantibus, respondeant aut faciant responderi:

Concessimus insuper eidem *Henrico*, & *Concedimus* per Præsentes, de Gratia supradictâ, ut, virtute præsentis Collationis nostræ, Possessionibus hujusmodi Canonicatûs, Pœnitentiariæ, & Præbendæ nullatenus adipisci teneatur, Usu, Stilo, Consuetudine, Observantiâ, vel Edictis contrariis non obstantibus quibuscumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi* octavo die Februarii.

Per ipsum Regem ad Relationem Concilii.

Consimiles Literas habent subscripti, sub eâdem formâ, & eodem Waranto, mutatis mutandis; videlicet,

* X. 61. *Johannes Fenandi* in Ecclesiâ Cathedrali * Bajocensi, de Canonicatu & Præbendâ de Castillione, Et diriguntur Literæ illæ Vicariis in Spiritualibus Episcopatûs Bajocensis, ac Decano & Capitulo Ecclesiæ prædictæ.

In cujus,

Johannes de Haynevilla Capellanus in Ecclesiâ Cathedrali Constanciensi, de Canonicatu & Præbendâ de Sancto Egidio, Et diriguntur Literæ illæ Venerabili in Christo Patri *Pandulpho Episcopo Constanciensi*, necnon dilectis Regis in Christo Cantori & Capitulo Ecclesiæ prædictæ.

In cujus, &c.

Pro Monialibus de Cadomo.

Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Norm. 8. H. 5. p. 3. m. 19.

REX omnibus Justiciariis, Vicecomitibus, & omnibus Ministris & Fidelibus nostris totius Ducatûs Normanniæ, Salutem.

Sciatis Nos suscepisse in Manum, Custodiam, & Protectionem nostram, dilectas Nobis in Christo, *Abbatissam & Conventum Sanctæ Trinitatis de Cadomo*, ac Homines suos, & omnes Res & Possessiones earum;

Quare Volumus & firmiter Præcipimus quòd manuteneatis, custodiatis, & protegatis Abbatissam & Moniales prædictæ Abbatiæ, ac Homines suos, & omnes Res & Possessiones earum, tanquam nostras Dominicas & proprias,

Nec permittatis aliquam molestiam aut gravamen eis inferri:

Volumus etiam & Præcipimus quòd faciatis habere prædictis Abbatissæ & Monialibus prædictæ Abbatiæ omnes Libertates & liberas Consuetudines suas, sicut Cartæ Progenitorum nostrorum testantur (de quibus tamen erant in Possessione & pacifice fuerant usæ ante Decennium nostrum in Ducatum nostrum prædictum) donec, plenius consideratis & visis Titulis & Cartis Fundationis earum, aliàs, per plenam Confirmationem, poterimus eis, ad Dei laudem, providere, seu aliter a Nobis habuerimus in Mandatis.

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum suum Rothomagi*, decimo die Februarii.

Per ipsum Regem ad Relationem Magni Concilii.

stantyn, plenariè confidentes,

Fecimus, Ordinavimus, & Constituimus ipsos, pro Parte nostrâ, Ducatûs nostri Normanniæ, Conservatores Generales Treugarum prædictarum,

Et Concedentes eis, & Duobus eorum, plenam, Tenore Præsentium, Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale ad Conveniendum, & Communicandum cum Conservatoribus Treugarum *prædicti Ducis*, pro Parte suâ, sufficientem in hac Parte Potestatem exhibentibus, in quocumque loco ad hoc apto & congruo,

Audiendumque Conservatorum prædictorum voluntatem de & super omnibus & singulis, prædictarum Treugarum seu Abstinentiarum debitam & fidelem Observantiam concernentibus,

Et Attemptatorum hujusmodi Correctionem, Punitionem, Reparationem, & Reformationem Faciendum, & eas fieri Petendum, Requirendum, & cum effectu Optinendum,

Ac utriusque Partis Querelas, ultro citroque proponendas, cum suis emergentibus, incidentibus, dependentibus, & connexis, Audiendum, * Examinandum, & in fine debito Terminandum summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figurâ Judicii (legalibus Terminis, si eis videbitur expedire, non servatis, aut aliàs de Consensu Partium recissis aut abreviatis) inspectâ solâ Facti veritate, * X. 61.

Necnon omnes & singulos Malefactores, Transgressores, & Violatores Treugarum prædictarum, juxta eorum Demerita & Casûs exigentiam, Castigandum & Puniendum,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis vel circa ea necessaria fuerint aut quomodolibet oportuna,

Promittentes, in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid per eosdem Conservatores nostros, aut Duos eorum, Actum sive Gestum fuerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, decimo die Februarii.

Per ipsum Regem ad Relationem Concilii.

De Attemptatis contra Treugas Britanniæ Reformandis.

REX, dilectis sibi, Magistro *Johanni Stokes*, Legum Doctori, & *Waltero Charleton* Armigero Locumtenenti de Chirburgh, Salutem. Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Franc. 8. H. 5. m. 1.

Pridem accepimus quòd nonnulli Subditi, carissimi Fratris nostri, *Johannis Ducis Britanniæ*, contra Treugas & Guerrarum Abstinentias,

Inter Nos, pro Nobis, Ligeis, Vassallis, & Subditis nostris, Regno, Terris, Patriis, & Dominiis nostris quibuscumque, tàm per Terram, quàm per Mare, ex unâ parte, &, Carissimum Fratrem nostrum, *Ducem Britanniæ* supradictum, ac Vassallos & Subditos sui Ducatûs prædicti, Terras, Patrias, & Dominia sua quæcumque, tam per Terram, quàm per Mare, ex alterâ Parte, contractas, initas, & firmatas,

Plura Dampna, Injurias, & Violentias Subditis Regni nostri Angliæ, ac etiam Ducatûs nostri Normanniæ, fecerunt & intulerunt, nonnullosque ex eis ceperunt & Carceribus indebitè mancipârunt, & ipsos ita Incarceratos detinent de præsenti, ac eos Bonis, Rebus, & Mercandisis suis indebitè spoliârunt, & spoliari fecerunt, in Subditorum nostrorum grave Præjudicium non modicumque Gravamen,

Sicque, contra exigentiam & effectum Treugarum & Abstinentiarum supradictarum, attemptare, ac, ipsis non obstantibus Dampna Subditis nostris inferre indies non desistunt,

Nos,

Volentes ipsas Treugas & Guerrarum Abstinentias, secundum Exigentiam earumdem, pro Bono publico, ac Quiete, & Tranquillitate utriusque Nostrûm ac Subditorum nostrorum, inviolabiliter conservari debere,

Sinceriter etiam affectantes Dampna, Violentias, Injurias, & Attemptata supradicta debitè corrigi & reformari,

Vobis igitur, & utrique vestrûm,

De quorum Fidelitate & Circumspectionis Industriâ plenam & firmam fidem habemus,

Committimus, per Præsentes, sufficientem Auctoritatem, plenamque & liberam Potestatem, ad Requirendum, dictum carissimum Fratrem nostrum, *Johannem Ducem Britanniæ* supradictum ad Tenendum & Observandum bene, securè, & inviolabiliter Treugas, Tollerantias, & Abstinentias supradictas, modo & formâ

munimine fecimus consignari.
Dat. in *Palatio nostro Westmonasterii*, duodecimo die Februarii.

Per ipsum Regem.

De Proclamatione facienda, super Coronatione Katherinæ Reginæ.

Ann. D. 1421. *An.* 8. *H.* 5. *Claus.* 8. *H.* 5. *m.* 4. *d.*

REX, Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Præcipimus vobis, firmiter injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, in singulis Locis Civitatis prædictæ & Suburbiorum ejusdem, ubi expedire videritis, publicè ex parte nostrâ proclamari faciatis,

Quòd omnes & singuli, qui aliqua Servitia, diebus Coronationum Reginarum Angliæ, ratione Tenuræ suæ, seu alio modo, debent aut facere tenentur, sint coram, dilecto & fideli Consanguineo nostro, *Ricardo Comite Warrewicæ*, Locum tenente, carissimi Fratris nostri, *Thomæ Ducis Clarenciæ* Senescalli Angliæ, de Ordinatione nostrâ, die Lunæ proximò futuro, apud Westmonasterium, in Aulâ Albâ,

Ad Petendum, per Petiones suas, Servitia sua die Coronationis *Katerinæ*, nunc *Reginæ Angliæ*, Consortis nostræ carissimæ, cum omni Honore & Reverentiâ quibus decet, ibidem, more solito, fieri & excerceri; & hoc nullatenus omittatis.

T.

Super Coronatione prædicta.

Ann. D. 1421. *An.* 8. *H.* 5. *Penes Cler. Pell.*

R*icardo Auncel*, & *Johanni Stewall*, & *Henrico Botolfe*, Nunciis missis versus diversos Comitatus, cum Brevibus de Privato Sigillo Domini Regis, diversis Episcopis, Prioribus, & aliis Prælatis, & aliis diversis Dominis & Personis Temporalibus, directis, ad essendum apud Westmonasterinm, in Tertiâ Dominicâ Quadragesimæ, pro Coronatione *Katerinæ Reginæ Angliæ* tunc ibidem solempnizandâ.

Pro Duce Burboniæ.

Ann. D. 1421 *An.* 8. *H.* 5. *Norm.* 8. *H.* 5. *p.* 3. *m* 5.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Paschæ proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum, &c. *Petrum Despinrusez* Militem, & *Gassot de Villette* Armigerum, Servientes, carissimi Consanguinei Regis, *Johannis Ducis Britanniæ*, ac Decem Personas ex parte eorumdem *Petri* & *Gassot*, de & super certis Negotiis prædicti *Ducis* exequendis & explendis deputatos & commissos, & eorum quemlibet, conjunctim, vel divisim, præsentes Literas secum deferentes, Armatos, vel non Armatos, usque Civitatem Regis Rothomagi, ad Præsentiam *prædicti Ducis*, unà cum Equis, Bonis, Jocalibus, Auro, Argento, Rebus, & Hernesiis suis quibuscumque, quotiens & quando eis placuerit, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abinde salvò & secure redeundo;

Et ideò, *&c. ut supra.*

Et si quid eis, &c.

Provisio semper quòd ipsi quicquam, quod in prædicti Patris, *&c. ut supra*, contemptum vel Præjudicium aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu faciant quomodolibet attemptari,

Quódque ipsi nullum Castrorum, Fortalitiorum seu Villarum firmatarum, * ipsius Patris Regis, aut suorum, absque speciali Licentiâ Capitaneorum seu Custodum eorumdem, intrent quovis modo. (* X. 64.)

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum suum Rothomagi*, decimo sexto die Februarii.

Per ipsum Regem ad Relationem Magni Concilii.

Consimiles Literas Regis habent subscripti, & diriguntur subscriptis; videlicet,

Petrus Lambert Canonicus de Noion, qui de conservando, *&c. ut supra*;
Et diriguntur Literæ ut supra prox.

Hugo de Cayrn in Legibus Licenciatus, qui de conservando, &c.
Et diriguntur Literæ *Pandulpho Episcopo Constanciensi*, ac *Decano & Capitulo* Ecclesiæ Cathedralis beatæ Mariæ Bajocensis, Sede ibidem vacante, &c.

Jacobus Haymer in Decretis Bacallarius, Studens Parisius, Juratus, *&c. ut supra.*
Et diriguntur Literæ illæ *Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopi Rothomagensis*, ipso Archiepiscopo in Remotis agente, ac *Decano & Capitulo* beatæ Mariæ Bajocensis, Sede ibidem vacante, *&c. ut supra.*

De Permutatione.

Ann. D. 1421. *An.* 8. *H.* 5. *Ibid. m.* 17.

REX, *Vicecomiti nostro Baieux*, Salutem.

Cùm *Radulphus Lugon*, Magister in Artibus, Capellanus Capellæ Sanctæ Katerinæ, Fundatæ in Burgo Regis Bajocensi Diœcese, & *Dionisius Sanson*, Capellanus Capellæ Sancti Albini de Ingromâ ejusdem Diœcesis, Beneficia sua prædicta intendant, ut asserunt, adinvicem canonicè permutare,

Nos dictam Capellam Sanctæ Katerinæ, ad nostram Donationem spectantem, *præfato Dionisio*, ex causa hujusmodi Permutationis faciendæ, *Contulimus & Donamus*, cum suis Juribus & Pertinentiis universis,

Præcipientes tibi quatinus *ipsum Dionisium* in Corporalem Possessionem dictæ Capellæ Sanctæ Katerinæ, ex causâ prædictâ, ponas & inducas, seu poni & induci facias,

Necnon *eundem Dionisium* Fructibus, Redditibus, Proficuis, Obventionibus, & Emolumentis quibuscumque, ad eandem Capellam Sanctæ Katerinæ spectantibus, uti & gaudere permittatis, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum suum Rothomagi*, vicesimo die Februarii.

De Prorogatione Termini concessi Ecclesiæ Rothomagensi. * X. 65.

Ann. D. 1421. *An.* 8. *H.* 5. *Norm.* 8. *H.* 5. *p.* 3. *m.* 19. *dors.*

REX, dilectis & fidelibus suis, *Thesaurario Generali Normanniæ*, Præsidenti & Gentibus de Camera nostra Compotorum, necnon universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, Receptoribus, ac aliis Officiariis nostris, infra Ducatum nostrum Normanniæ ubilibet constitutis, Salutem.

Quia Diem,

Dilectis Nobis in Christo, *Capitulo & Canonicis* Ecclesiæ beatæ Mariæ Rothomagensis, ac Capellanis & aliis ibidem Deo Servientibus, ad Confirmandum certas Literas & Evidentias suas de eorum Libertatibus & Possessionibus, usque Festum Paschæ proximò futurum per Nos nuper datum & concessum,

Usque Festum Sancti Michaelis Archangeli proximò futurum; de Gratia nostra speciali, Prorogavimus & Elongavimus,

Vobis, & cuilibet vestrûm, prout ad eum pertinuerit, Mandamus quòd præfatos *Capitulum*, *Canonicos*, Capellanos, & alios, omnimoda Proficua, Obventiones, Redditus, Fructus, & Emolumenta quæcumque, unà cum Arreragiis eorumdem, ad ipsos quovis modo spectantia sive pertinentia, & quæ hactenus rationabiliter habere & percipere consueverunt, tàm illa quæ supra Domanium & Receptam nostra, per manus Receptorum & Officiariorum nostrorum, quàm ea omnia & singula, quæ supra Temporalitatem Archiepiscopatûs Rothomagensis, propter Absentiam Archiepiscopi loci illius in manibus nostris de præsenti existentis, infra Villam nostram de Dieppe, & alibi, percipere & habere solebant, usque dictum Festum Sancti Michaelis habere, percipere, & colligere, ac inde liberè disponere, necnon Libertatibus, Quietan-

Ann. D. REX, *Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopi Rothomagensis*, ipso
1421. Archiepiscopo in remotis agente, ac *Decano & Capitulo Ec-*
An. 8. *clesiæ Collegiatæ beati Meloni de Pontisara*, Salutem.
H. 5. Cùm *Nicholaus Lorecte* Capellanus, Canonicus Præbendatus in
Norm. 8. dicta Ecclesia Collegiata beati Meloni de Pontisara, Rothomagen-
H. 5. sis Diœcesis, & *Thomas Marteloti*, Capellanus Capellaniæ perpe-
p. 3. tuæ ad Altare Sancti Vedasti Belvacensis fundatæ, Beneficia sua
m. 18. prædicta intendant, ut asserunt, ad invicem Canonicè permutare,
Nos dictos Canonicatum & Præbendam beati Meloni de Pontisaria, nunc liberos & vacantes, & in Manibus nostris pleno Jure existentes ut dicitur, *prædicto Thomæ*, ex causa hujusmodi Permutationis faciendæ, cum suis Juribus & Pertinentiis quibuscumque, *Conferimus* & *Donamus*,

Mandantes quatinus *ipsum Thomam* in Canonicum & Fratrem recipiatis, ac ipsum seu ejus in hac parte Procuratorem in corporalem Possessionem Canonicatûs & Præbendæ prædictorum ponatis & inducatis, seu poni & induci faciatis, Stallum in Choro & Locum in Capitulo, prout moris est, eidem assignantes,

Necnon *eundem Thomam* Fructibus, Redditibus, Obventionibus, & Emolumentis, ad eosdem Canonicatum & Præbendam spectantibus, uti & gaudere permittatis, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Dat. *apud Castrum suum Rothomagi*, Vicesimo primo die Februarii.

---

* X. 66.

* *Pro Ambassiatoribus Januæ.*

Ann. D. REX, per Literas suas Patentes, usque Primum diem Junii
1421. proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum
An. 8. Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensio-
H. 5. nem suas speciales, *Raphaelem Spinolle* & *Stephanum Lommelin*,
Franc. 8. Ambassiatores Communitatis Januæ, usque Præsentiam Regis ubi
Rex fuerit, cum Quadraginta Personis in Comitiva sua, vel infra,
H. 5. Armatis, vel non Armatis, ac cum Equis, Manticis, Jocalibus,
m. 2. Auro, Argento, Robis, & aliis Bonis suis quibuscumque, equestrè, vel pedestrè, per Diem, vel per Noctem, tàm per Terram, quàm per Aquam & Mare, conjunctim, vel divisim, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abindè ad partes suas proprias redeundo;

Proviso semper quòd prædicti, *Raphael & Stephanus*, ac Personæ prædictæ, quicquam, quod in Regis Contemptum vel Præjudicium, aut Populi sui Dampnum, cedere valeat, non attemptent, aut facere vel attemptare præsumant, quovis modo,

Quódque ipsi, ante Introitum suum cujuslibet Castrorum, Civitatum, Villarum firmatarum, aut aliorum Fortalitiorum suorum, Capitaneis, Majoribus, Constabulariis, sive Custodibus eorumdem præsentes Literas nostras primitùs demonstrent.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo septimo die Februarii.

Per ipsum Regem.

De Restitutionibus Fructuum.

Ann. D. REX, *Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopi Rothomagensis* ac
1421. *Episcopi Lexoviensis*, necnon universis & singulis Ballivis, Vi-
An. 8. cecomitibus, Receptoribus, ac aliis Officiariis & Ministris nostris,
H. 5. infra Ducatum nostrum Normanniæ ubilibet constitutis, Salutem.
Norm. 8. Mandamus vobis & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit,
H. 5. quòd *Nicholaum Saneigny*, in utroque Jure Licentiatum,
p. 3. Qui Sacramentum debitum de conservando præsentem PACEM,
m. 13. *dor.* inter præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ & Nos* conclusam & concordatam, fecit & præstitit,

Omnimoda Fructus, Redditus, Obventiones, & Emolumenta, de quibuscumque Beneficiis suis, infra Ducatum nostrum prædictum, provenientia, ac Arreragia indè debita, si quæ fuerint,

Solummodo reservatis hiis, quæ circa Reparationes & in Sustentationem Divini Cultûs ac alia Onera ordinaria rationabilia applicantur,

Habere & tenere,

Et *ipsum Nicholaum* Fructibus, Redditibus, Obventionibus, & Emolumentis illis de cætero uti & gaudere pacificè permittatis, aliquo Mandato, vobis aut alicui vestrûm in contrarium directo, non obstante.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, vicesimo octavo die Februarii.

Permutationis faciendæ, vacantes, & in manibus nostris pleno Jure existentes (quorum quidem Canonicatûs & Præbendæ Collatio & * omnimoda Dispositio Nobis noscuntur pertinere) *præfato* * X. 67.
Johanni, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, *Conferimus* & *Donamus*,

Mandantes vobis quatinus *ipsum Johannem* seu ejus Procuratorem, in corporalem Possessionem dictorum Canonicatûs & Præbendæ, in Ecclesia vestra, ex causa prædicta, ponatis & inducatis, seu poni & induci faciatis,

Ipsumque recipiatis in Canonicum & Fratrem, Stallum in Choro & Locum in Capitulo, prout moris est, assignantes eidem,

Necnon *ipsum Johannem* Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis, ad eosdem spectantibus, uti & gaudere permittatis, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Dat. *apud Castrum suum Rothomagi*, Vigesimo octavo die Februarii.

Guillielmus de Brandribosco habet Consimiles Literas de permutatione cum *prædicto Johanne*, mutatis mutandis; *set ubi ponitur pleno Jure*, *ponitur Jure Regaliæ;*

Et diriguntur Literæ illæ *Decano & Capitulo* Ecclesiæ Cathedralis Bajocensis, seu Vicariis in Spiritualibus ibidem.

In cujus, &c.

De Præbenda Data.

REX *Decano & Capitulo* Ecclesiæ Cathedralis Bajocensis, seu Ann. D.
Vicariis in Spiritualibus ibidem, Sede vacante, Salutem. 1421.
Vobis, Tenore Præsentium, significamus quòd Canonicatum & *An.* 8.
Præbendam, *H.* 5.
Quos nuper optinebat Magister *Robertus Bale*, in Ecclesia præ- *Norm.* 8.
dicta, per Mortem ejusdem Roberti nunc liberos & vacantes, & *H.* 5.
in manibus nostris *Jure Regaliæ* existentes ut dicitur, *p.* 3. *m.* 8.
Quorum quidem Canonicatûs & Præbendæ, sic vacantium, Collatio & omnimoda Dispositio Nobis noscuntur pertinere,

Dilecto nobis *Johanni Destiney* Capellano, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, *Conferimus* & *Donamus*,

Mandantes quatinus *ipsum Johannem* in Canonicum & Fratrem recipiatis, Ipsumque, seu ejus in hac parte Procuratorem, in corporalem Possessionem Canonicatûs & Præbendæ prædictorum ponatis & inducatis, seu poni & induci faciatis, Stallum in Choro & Locum in Capitulo assignantes eidem,

Necnon *eundem Johannem*, seu dictum Procuratorem suum, Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis, ad eosdem Canonicatum & Præbendam spectantibus, uti & gaudere permittatis, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Dat. *apud Castrum nostrum Rothomagi*, Primo die Martii.

Pro Margareta de Bavier & Jacoba de Bavier, Comitissis Hanoniæ, Holandiæ, & Zelandiæ.

REX, Universis & Singulis Alligatis nostris, Capitaneis, Ca- Ann. D.
stellanis, & eorum Locatenentibus, ac aliis Officiariis, Mi- 1421.
nistris, Ligeis, Fidelibus, & Subditis nostris, ad quos, &c. Sa- *An.* 8.
lutem, *H.* 3.
Sciatis quòd, *Franc.* 8.
Cùm carissimæ Consanguineæ nostræ, *Margareta de Bavier* *H.* 5.
Comitissa Hanoniæ, Holandiæ, & Zelandiæ, & Jacoba de Bavier, *m.* 2.
Comitissa Hanoniæ, Hollandiæ, & Zelandiæ, & Domina de Foise, ad Comitatum *ipsius Jacobæ* de Pointiffe, certis de causis, infra breve venire & accedere proponant, ut accepimus,

Nos,

Desiderantes quòd dictis Consanguineis nostris, in Itinere suo, versus Comitatum prædictum, Omnia succederent ad votum,

Vos Alligatos Rogamus, vobisque Capitaneis, Castellanis, & vestrorum Locatenentibus, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, Fidelibus & Subditis nostris, & cuilibet vestrûm, Injungimus & Mandamus quòd eisdem Consanguineis nostris, ac earum Familiaribus & Servientibus, necnon aliis quibuscumque in Comitivâ suâ, in earum Adventu penes Comitatum prædictum, Victualia & alia Necessaria, ad earum Custus & Expensas, favorabiliter ministretis & haberi faciatis, Ipsasque, absque perturbatione sivè impedimento quocumque, transire permittatis ex causâ supradictâ;

* Non inferentes eis, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri * X. 68.
permittentes, Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Arrestum, Impedimentum aliquod, seu Gravamen; set potius, quantum in vobis est, & vestrûm quolibet, Auxilium & Favorem celeriter adhibeatis.

In

parte, Compescendi & Castigandi,

Et omnia alia, quæ ad Officium Admiralli pertinent, debitè Faciendi & Exercendi,

Proviso semper quòd, colore aut vigore Præsentium, carissimo Avunculo nostro, *Duci Exoniæ* (qui Officium Admirallitatis Angliæ, Hiberniæ, & Aquitanniæ, ad Terminum Vitæ suæ, possidet) non præjudicetur quovis modo,

Et ideò vobis Mandamus quòd *eidem Willielmo*, in Præmissis faciendis & exequendis, Intendentes sitis, Consulentes & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Secundo Die Martii.

Per Concilium.

De Monstratione Hominum in Flota Navium capienda.

Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Ibid. m. 2. d.

REX, dilectis sibi, *Galfrido Louther*, & *Johanni Darell*, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate & circumspectione vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad Monstrum sive Monstrationem, dilecti & fidelis Militis nostri, *Willielmi Bardolf*,

Quem Constituimus Admirallum Flotæ Navium, quam ad essendum in proximo supra Mare Ordinavimus,

Ac Hominum ad Arma, Armatorum, ac Sagittariorum, in Comitivâ suâ, ex causâ prædictâ, profecturorum, in Partibus Dovorriæ, infra Naves illas Capiendum & Supervidendum,

Et ad Nos, in propriâ Personâ, de Numero dictorum Hominum ad Arma, Armatorum, & Sagittariorum, ac de modo, formâ, & sufficientiâ Arraiationis eorumdem; sub Sigillis vestris, vel alterius vestrûm, distinctè & apertè, Certificandum;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ:

Damus autem præfatis Hominibus ad Arma, Armatis, & Sagittariis, ac aliis, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quòd vobis, & alteri vestrûm, in executione Præmissorum, pareant, obediant, & intendant, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Secundo Die Martii.

Per Concilium.

---

* X. 69.

* *De Sacramento præstito.*

Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Norm. 8. H. 5. p. 3. m. 9. d.

REX, *Thesaurario nostro Generali Normanniæ*, ac Præsidenti & Gentibus de Camera nostra Compotorum, necnon Ballivis, Vicecomitibus, ac aliis Officiariis Ducatûs nostri Normanniæ, ac aliarum Partium Franciæ Nobis subjectarum, quibuscumque, vel eorum Locatenentibus, Salutem

Notum vobis facimus quòd, dilectus nobis in Christo, *Petrus de Rebasco*, Abbas Vallis beatæ Mariæ Cisterciensis Ordinis, Sacramentum Fidelitatis,

Ad quod, ratione Temporalium Abbatiæ prædictæ, infra Ducatum & Partes prædictas existentium, Nobis tenebatur,

Fecit & præstitit,

Ad quod quidem Sacramentum eundem Abbatem Recepimus & Admisimus, nostro & alieno Jure salvo,

Vobis & cuilibet vestrûm Mandantes nè *prædictum Abbatem*, prætextu dicti Fidelitatis Sacramenti Nobis non præstiti, in præfata Abbatia, nec in ejusdem Pertinentiis quibuscumque, perturbetis, molestetis, aut inquietetis, vel perturbari, molestari, aut inquietari permittatis quovis modo;

Sed, si prædicta Abbatia vel aliquid ejusdem sit ad hoc impedita, id *Abbati antedicto* deliberetis, seu deliberari faciatis, indilatè.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, quinto die Martii.

De Permutatione.

REX, *Capitulo & Decano* Ecclesiæ beatæ Mariæ de Pissiaco, Salutem. Ann D. 1421.

Cùm, dilecti nobis, *Johannes Moncheti* Clericus, Capicerius & Canonicus Præbendatus in Ecclesia prædicta, & *Guillelmus Bonterave* Clericus, Capellanus Capellaniæ Sancti Stephani Prothomartiris in Navi Ecclesiæ Sanctæ Genovefe Parisius, Beneficia sua prædicta intendant, ut asserunt, adinvicem canonicè permutare, An. 8. H. 5. Ibid. m. 13.

Nos dictos, Canonicatum & Præbendam, in prædictâ vestrâ Ecclesiâ, per Resignationem prædicti *Johannis*, ex causa hujusmodi Permutationis faciendæ, vacantes, & in Manibus nostris pleno Jure existentes (quorum quidem Canonicatûs & Præbendæ Collatio & omnimoda Dispositio Nobis noscuntur pertinere) *præfato Guillelmo*, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, *Conferimus & Donamus*,

Mandantes vobis quatinus *ipsum Guillelmum*, seu ejus Procuratorem, in corporalem Possessionem dictorum * Canonicatûs & * X. 70.
Præbendæ, in Ecclesiâ vestrâ, ex causâ prædictâ, ponatis & inducatis, seu poni & induci faciatis,

Ipsumque recipiatis in Canonicum & Fratrem, Stallum in Choro, & Locum in Capitulo, prout moris est, assignantes eidem,

Necnon *ipsum Guillelmum* Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis, ad eosdem spectantibus, uti & gaudere permittatis, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum Regis Rothomagi*, Quinto Die Martii.

Pro Comite de Foix.

HEnry, &c. aux *Seneschaulx de Guienne* & des Landes, a touts les Barons, Nobles, & autres noz Officers & Subgitz, de nostre Duchie de Guienne, Salut & Dilection. Ann D. 1421. An. 8. H. 5. Ibid.

Comme n'adgaires nostre Beau *Pere de France* & *Nous* aions baille certain Charge & Auctorite a, nostre treschere & tresame Cousin *le Conte de Foitz*, pour Remettre & Reduir en Obbeissance de nostre dit Pere & de Nous le Pais de Languedoc & Conte de Vigorre,

Et pour ce icellui nostre Cousin aura besoing d'assembler grant nombre de Gens d'Armes & de Traict,

Vous Mandons & estroitement Enjoignons, & a chascun de vous ainsy qu'il appartiendra, en Peine d'encourir nostre indignacion, que a nostre dit *Cousin de Foitz*, quant par luy sur ce resonnablement en serrez requis, Entendez en ce que dit est diligeaulment, & Socourez, & donnez Confort, Conseill, & Aide en Armes, & ainsi que Besoing sera; & en ce Gardez qu'il n'ait faulte.

Donne a *Rouen*, le viij jour de Mars.

De Restitutione Fructuum.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Pandulpho Episcopo Constanciensi*, ac universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, Receptoribus, ac aliis Officiariis & Ministris nostris, infra Ducatum nostrum Normanniæ ubilibet constitutis, Salutem. Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Ibid. m. 12. dors.

Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quòd *Johannem Basseti*, Magistrum in Artibus & Licentiatum in Decretis, Curatum Ecclesiæ Parochialis beatæ Mariæ de Cambernon Constanciensi Diœcese, Juratum Ligeum nostrum, omnimoda Fructus, Redditus, Obventiones, & Emolumenta, de Beneficio suo prædicto provenientia, ac Arreragia inde debita, si quæ fuerint (solummodo Reservatis his, quæ circa Reparationes, & in Sustentationem Divini Cultûs, ac alia Onera ordinaria & rationabilia applicantur) habere & tenere,

Et *ipsum Johannem* Fructibus, Redditibus, Obventionibus, & Emolumentis illis de cætero uti & gaudere pacificè permittatis; aliquo Mandato nostro, vobis in contrarium directo, non obstante.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi* nono die Martii.

ipsum Johannem Cantepie, versus prædictam Villam, ex causis prædictis, transeundo, & abinde redeundo, unà cum Bonis, Rebus, & Herneisiis suis quibuscumque, & salvum & securum Conductum nostrum, ad Protectionem & Defensionem nostras speciales;

Et ideò vobis Mandamus quòd *prædictum Johannem de Cantepie*, unà cum Bonis, Rebus, & Herneisiis suis prædictis, ut præmittitur, transeundo, manuteneatis, protegatis, & defendatis; non inferentes ei, vel inferri permittentes, injuriam, molestiam, dampnum, aut gravamen:

Et, si quid ei, &c.

Proviso semper quòd ipse quicquam, *&c. usque ibi*, non attemptent quovis modo.

In cujus, &c. per Tres Septimanas proximò futuras duraturas.

Dat. ut supra, nono die Martii.

Pro Collegio de Daunville Parisius.

Ann. D. 1421. *An. 8. H. 5. Ibid. m. 8.*

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Pro parte, dilectorum nobis, *Magistri & Scolarium Collegii de Daunville Parisius* nobis humiliter exponebatur quòd, inter alia, ad Victum & Sustentationem Magistri & Scolarium ejusdem piâ Devotione collata, idem Collegium, in sui Primordiis, dotatum extitit Trescentis Decem & Octo Libris, Sexdecim Solidis, Decem Denariis, & Obolo, Turonensibus, percipiendis annuatim, ad Duos Anni Terminos, super Halis & Molendinis Villæ nostræ Rothomagi, prout ex quibusdam Literis, in eâ parte Nobis & Concilio nostro exhibitis, pleniùs apparebat,

Asserebant insuper quòd, a tempore Fundationis dicti Collegii, in tempus quo, divinâ favente dexterâ, Ducatum nostrum Normanniæ Conquisivimus, Magister & Scolares dicti Collegii, quicumque pro tempore existentes, præfatam Summam Trescentarum Decem & Octo Librarum, Sexdecim Solidorum, Decem Denariorum, & Oboli, Turonensium, singulis Annis, ad Duos Anni Terminos, super prædictis Locis, perceperunt & habuerunt, absque impedimenti cujusque vel contradictionis obstaculo, liberè, pacificè, & quietè,

Nobis humiliter supplicantes quatinus, Pietatis intuitu, favoreque Studii, ac contemplatione PACIS FINALIS, inter præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ & Nos* pridem, largiente Domino, COMPOSITÆ, gratiosè providere dignaremur quòd iidem, Magister & Scolares, eorumque Successores, Redditu supradicto gaudere possint & valeant, sicut ante,

Nos igitur (eorum Supplicationibus favorabiliter inclinati) de Gratiâ nostrâ speciali *Concessimus & Concedimus* præfatis, Magistro & Scolaribus, quòd ipsi, & eorum Successores imperpetuum, habeant & percipiant annuatim prædictum Redditum Trescentarum Decem & octo Librarum, Sexdecim Solidorum, Decem Denariorum, & Oboli, Turonensium, de & super Halis & Molendinis dictæ Civitatis nostræ Rothomagi, eisdem modo & formâ quibus ipsi dictum Redditum ante Conquestum nostrum prædictum habuerunt & perceperunt, ac prout & quatenus Ipsi & Prædecessores sui Redditu illo, a tempore Fundationis supradictæ, hactenus rationabiliter usi sunt & gavisi,

Mandantes, Tenore Præsentium, dilectis & fidelibus nostris, Thesaurario nostro Generali Normanniæ, ac Præsidenti & Gentibus de Camera nostra Compotorum ibidem, necnon cæteris Justitiariis, Officiariis, & Ministris nostris, præsentibus & futuris, quorum interest, quòd præfatos, *Magistrum & Scolares*, & Successores suos, præsenti Concessione nostrâ, in formâ quâ prædictum est, uti & gaudere permittant absque Molestatione seu Impedimento quocumque.

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, Decimo Die Martii.

Per ipsum Regem ad Relationem Magni Concilii.

---

*X.72. * *Litera Archiepiscopi Burdegalensis de Congratulatione.*

Ann. D. 1421. *An. 8. H. 5. Ex Bibl. Cot. Caligula. D. 5.*

SErenissime & Invictissime Princeps, ac Benignissime & Metuendissime Mi Domine (humillimâ Recommendatione præmissâ) scripsit Serenitas vestra, & mandavit quosdam Nobiles Dominos, & nonnullos Scientificos Viros, hujus vestræ Ligiæ Civitatis Burdegalensis & Patriæ, Magestati vestræ Regiæ subjectæ & sibi adhærentis, cum certis Informationibus & Instructionibus, Statum Patriæ prædictæ & Ducatûs vestri Acquitaniæ concernentibus, ad Præsentiam ejusdem *vestræ Regiæ Magestatis* accedere, pro Reformatione dicti Ducatûs & Patriæ,

Deum Omnipotentem, cunctorum Hominum Plasmatorem, qui cuncta disponit & ordinat, mirabiliter peracta, sicut benè Celsitudo vestra agnoscit & omnia hæc sibi attribuit, ostendunt ejus benignam Gratiam in vobis infusam, & ea omnia ab ejus Potestate, Gratiâ, & Virtute procedere, cùm omnis Potestas ab eo sit & procedat.

Et ob hoc ipsum Deum Omnipotentem Nos, præfati Ligii vestri & Fideles, pro Statu vestro feliciori, pro Gratiâ ampliori, ac Victoriis vestris & Triumphis semper augmentandis, cum Processionibus & Orationibus in Divinis Officiis, quæ cotidiè peragimus, incessanter deprecamur.

Gratias immensas eidem referentes, quantum credimus pro certo, pro tanto quia a humili & bono Corde, ac rectâ Intentione, & piâ Mente Gesta vestra procedunt, ea semper Domino Deo attribuendo, ipsiusque & Sanctorum suorum Ecclesias & Pia Loca venerando, Personasque Ecclesiasticas ac miserabiles Personas peroptimè tractando, & cum eisdem piè agendo, ac Populos benignè & laudabiliter regendo, quòd super omnes hujus Seculi Reges & Principes vobis Graciam & virtutem dedit ac Laudem, Famam & Gloriam, in perpetuum dabit, & finaliter Animæ vestræ Salvationem, quas idem Deus Omnipotens *ejusdem vestræ Regiæ Magestatis* Personæ parare dignetur suâ immensâ Bonitate.

Script. *Burdegaliæ*, Die Decima Mensis Martii.

Excellentis vestræ Serenitatis humilis Ligius & devotus Capellanus & Orator vester,

D. ARCHIEPISCOPUS BURDEGALEN.

Pro Duce Burboniæ.

REX, Capitaneis, Constabulariis, sive Gubernatoribus de Leyborn & Fronsak, in partibus nostris Aquitanniæ, & eorum Locatenentibus ibidem, Salutem. Ann. D. 1421. *An. 8.*

Cùm carissimus Consanguineus noster, *Johannes Dux Burboniæ* Sex Personas, de Familiaribus & Servientibus suis, usque dictas Partes Aquitanniæ, & præcipuè ad Civitatem Burdegaliæ, pro & super certis Negotiis suis ibidem exequendis & expediendis, quæ Commodum & Proficuum nostros concernunt, intendat destinare, *H. 5. Norm. 8. H. 5. p. 2. m. 7.*

*Quibus Sex Personis nostrum salvum & securum Conductum, per Literas Patentes, Concessimus, prout in eisdem pleniùs continetur, *X.73.

Ideirco vobis, & cuilibet vestrûm, firmiter injungendo, Mandamus quatinus prædictas Sex Personas, cum ad & per prædicta Loca vestra declinaverint, benignè recipiatis & pertractetis prout decet, necnon ipsas, cum Equis, Bonis, Rebus, Cariagiis, & Herneisiis suis, a Locis vestris & cujuslibet vestrûm, usque Civitatem nostram prædictam, cum sufficienti Stuffurâ Gentium Armorum & de Tractu (si per easdem Personas ad hoc fuerit requisiti) salvò & securè conduci faciatis (suis tamen Sumptibus & Expensis) & hoc nullatenus omittatis:

Proviso semper quòd ipsi quicquam, quod in nostri contemptum vel prejudicium, seu Populi nostri dampnum, aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu faciant quomodolibet attemptari.

Dat. apud *Castrum Regis Rothomagi* duodecimo die Martii.

De Confirmatione pro Sancta Capella Paris.

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Cartam, celebris memoriæ, *Karoli*, quondam *Franciæ & Navarræ Regis*, Progenitoris nostri, factam in hæc verba, Ann. D. 1421. *An. 8. H. 5. Pat. 8. Norm. 8. H. 5. p. 3. m. 3.*

Karolus Dei gratiâ, *Franciæ & Navarræ Rex.*

Notum facimus universis, tàm præsentibus, quàm futuris, Nos, karissimi Domini *Philippi*, quondam dictorum Regnorum *Regis*, Germani nostri, Literas, in Cerâ viridi sigillatas, *Vidisse*,

Quarum Tenorem totalem, & de verbo ad verbum, præsentibus inseri fecimus in hunc modum,

Philippus, Dei gratiâ, *Franciæ & Navarræ Rex.*

Deus ipse, Rex Regnum, & Dominus Dominantium, Altissimus, ab excelso suæ bonitatis irriguo, in arridam Regionem habitationis humanæ sic Ymbrem salutaris Devotionis infundit & Rorem, quòd concepta divinitùs in Patrum Cordibus Opera Sanctitatis ad plenum compleri interdum non finit, sed eadem protendit ad Filios, ut in successivâ Propagine nequaquam degeneret Intentio

tentio

[illegible],

Inclitæque recordationis *Philippus*, Filius ejus Primogenitus, *Avus noster*, sibi succedens in Regno, volens illius in hac parte laudabile Propositum adimplere, dictas *Septingentas Libras Parisienses* dictis Principalibus Capellanis assignavit, apud Templum, vel ubicumque esset Thesaurus Regius, per manus Thesaurarii Parisiensis
X. 74. pro tempore, capiendas; prout in dictorum * Provi & Avi nostrorum, super hoc confectis, Literis pleniùs continetur,

Capiebant insuper dicti Principales Capellani, prædicto *Philippo Rege*, Filio dicti beati *Ludovici*, sublato de medio, pro ipsius Anniversario, in Thesaurariâ Parisiensi, Annis singulis, *Octo Libras Parisienses.*

ITEM, percipiebant, in Castelleto Parisius, pro Dono *Johannis de Camerâ* Presbiteri, *Quatuor Libras Parisienses.*

ITEM, pro Escambio, facto cum *Guidone de Landuno*, Magistro Capellano seu Thesaurario ipsius Capellæ, *Viginti Libras Parisienses.*

ITEM, pro Dono dicti *Guidonis Sexdecim Solidos* & *Sex Denarios Parisienses*

ITEM, percipiebant, in & super Thesauro prædicto, pro antiquis Capellanis, Summas Pecuniæ, quæ sequuntur; videlicet,

Pro Fundatione Capellaniæ Sancti Clementis, *Viginti duas Libras Parisienses,*

Pro Fundatione Capellaniæ Sancti Blasii *Viginti Libras Parisienses,*

Pro Fundatione Capellaniæ Sancti Nicholai, retro Altare inferioris Capellæ in Castelleto Paris, *Triginta Tres Libras Paris,*

Pro Castelleniâ, quam Frater *Petrus de Condeto*, in honore *Beati Ludovici*, Fundavit ibidem, *Viginti Libras Paris,*

In dicto Thesauro,

Et, pro Augmento quod fecit eidem Capellaniæ Magister *Michael de Bondranato*, *Viginti Novem Libras*, *Quinque Solidos*, & *Duos Denarios Paris.*

Demùm vero, recolendæ memoriæ, Dominus & Genitor noster carissimus, Dominus *Rex Philippus*,

Fortis, verissimus, ac strenuissimus suo tempore Miles Christi, ac Fidei Catholicæ Defensor præcipuus, cujus Fidei Puritas & Devotionis Sinceritas in Fornace hujus Vallis miseriæ enituit sicut Aurum,

Ad Capellam prædictam quâdam Prærogativâ Favoris, gerens eximiæ dilectionis & caritatis Affectum, cupiens in eâ Cultum Divini Nominis augmentari, Quatuor Præbendas Novellas, ut ita loquamur, Præbendis Antiquis, in Emolumentis & Redditibus omnibus, consimiles statuit & æquales,

Quarum Summa, pro quolibet Canonico, ad dictas Novas Præbendas instituto, & instituendo pro tempore, habito respectu ad Portionem, quemlibet antiquorum Principalium Capellanorum, in dictis Septingentis Libris Parisiensibus, pro se, & Magistro Capellano, ratione Officii sui Thesaurariæ, contingentem, est *Septuaginta Septem Libræ*, *Quindecim Solidi*, *Septem Denarii Parisienses*,

Et sic est Summa Totalis, pro dictis Quatuor Canonicis, *Trecentæ Undecim Libræ*, *Duo Solidi*, *Quinque Denarii Parisienses*,

Volensque eosdem, Magistrum *Capellanum* Capellæ prædictæ, & alios Principales Capellanos ejusdem, honorare quodammodo, dictum Magistrum *Capellanum Capellæ prædictæ* THESAURARIUM (& meritò, tanquam tanti Thesauri, sicut dictarum Reliquiarum, Custodem & Ministrum) & *dictos Capellanos* PRINCIPALES CANONICOS appellavit.

Ordinavit, insuper, idem Dominus & Genitor noster, in suo Testamento, Anniversarium suum, Annis singulis, in Capellâ prædictâ, de cætero & perpetuò celebrari; Legans, pro ipso Fundando, *Duodecim Libras Parisienses* Annui Redditus: Ad quarum Quatuor Præbendarum Novarum & Aniversarii sui Fundationem complendam Hæredes suos, Franciæ Reges, in eodem Testamento, specialiter obligavit.

Nos autem, etsi cunctas Christi Ecclesias eorumque Ministros, Progenitorum nostrorum imitantes vestigia piæ Devotionis, Colimus & ipsarum Zelamus honorem, ad Capellam tamen ipsam majori nimirum affectione perstringimur, dum veraciter intuemur qualiter dicta Capella, tantorum feliciter locupletata Sanctuariorum Præsentiâ, non sine Prærogativâ speciali in Terris revereri meretur, jugiterque ab omnibus Christi Fidelibus honorari.

Hac igitur consideratione inducti,

Et pleniùs attendentes quòd inter ea, quæ ad Conservationem

Duodecim Præbendis & Thesaurariæ prædictis, a sæpedictis nostris, Proavo & Domino Genitore, Fundatis, unam novam Præbendam in dicta Capella, & sic *Tertiam Decimam* Instituamus & Fundemus, de novo, pro *Nostræ*, ac *Johannæ*, Dei Gratiâ, *Reginæ Franciæ & Navarræ*, Consortis nostræ carissimæ, Animarum Salute,

Quam quidem Præbendam Novam, cæteris Duodecim Præbendis, in omnibus & singulis Emolumentis, Redditibus, & Servitii Oneribus, consimilem & æqualem, de *Septuaginta & Septem Libris*, *Quindecim Solidis*, & *Septem Denariis* Annui Redditûs, exnunc, Tenore Præsentium, Instituimus & Fundamus.

Ordinamus etiam, de novo, Duo Anniversaria, in dicta Capella de cætero facienda,

Unum (videlicet) pro, inclitæ recordationis, *Johannæ Reginæ Franciæ & Navarræ*, Genetricis, & aliud pro *Regis Ludovici*, Germani, quondam, nostrarum, Remedio Animarum,

Et, sub Redditu Duodecim Librarum Parisiensium, Fundamus quodlibet eorumdem.

Utque dicti Quinque Canonici, per dictum Dominum & Genitorem nostrum & per Nos in Capella prædicta Creati novissimè & Fundati, prædictis antiquis Canonicis, in perceptione omnium & singulorum ipsorum Proventuum, Reddituum, Anniversariorum, Acquestuum in Oblationibusque Indulgentiarum, & de Vino Sancti Stephanni, in omnibus & singulis Emolumentis, cæteris quibuscumque quoquomodo provenientibus,

Exceptâ duntaxat Liberatione Panis, Grani, & Frumenti, pro quâ dictis Thesaurario & Canonicis Recompensationem aliam, per nostras alias, sub certa forma, Literas duximus faciendam,

Fiant Participes & æquales,

In Recompensationem hujusmodi, consideratis Custubus & Expensis, quos dicti, Thesaurarius, Canonici, & Capellani, habuerunt facere, ipsosque subire multipliciter oportuit in Præmissis, Communitati ipsorum Thesaurarii & Canonicorum, tàm Antiquorum, quàm Novorum, Damus & Concedimus *Centum Viginti Libras Parisienses*, annui & perpetui Redditûs, cum Præmissis.

Quia autem, ex parte dictorum, Thesaurarii, Canonicorum, ac Capellanorum ejusdem Capellæ fuit expositum coram Nobis, quòd de prædictis Redditibus Annuis sibi, ob suæ Vitæ Sustentationem, pro divinis obsequiis & laudibus ibidem jugiter exolvendis,

Tàm pro antiquarum, quàm Quatuor Novellarum (quas dictus Dominus & Genitor noster statuit) Præbendarum & Thesaurariæ prædictæ, & dictarum Antiquarum Capellaniarum Fundatione, quàm etiam pro *Philippi* Avi, *Philippi* Genitoris, *Johannæ* Genetricis, *Ludovici* Germani, nostrorum prædictorum, Aniversariis faciendis, quàm etiam de dictis *Quatuor Libris* de Dono dicti *Johannis de Camera*, *Viginti Librarum* de Escambio, *Guidonis de Landuno*, *Sexdecim Solidis & Tribus Denariis* Parif. de Dono ejusdem,

Promptam seu competentem habere nequeunt Satisfactionem, pro eo quòd Redditus hujusmodi non sunt eisdem, Thesaurario, Canonicis, & Capellanis, in certis Locis & Proventibus Annuis, assignati,

Ex cujus ingruente frequentiùs Satisfactionis nimiâ difficultate divinum in dicta Capella sæpe tepescit Officium, & (quod Deus avertat) posset exinde, futuris temporibus, deperire,

Nos, hujusmodi Periculis occurrere cupientes, pro Assignatione dictarum Septingentarum Librarum Parisiensium, ratione dictarum Antiquarum Præbendarum & Thesaurariæ, & pro Fundatione dictarum Quatuor Novellarum Præbendarum, dictarum etiam Capellaniarum, in dicta Capella antiquitùs statutarum, Anniversariorum quoque dictorum, *Philippi* Avi, *Philippi* Genitoris, *Johannæ* Dominæ & Genetricis, ac *Ludovici* Germani, nostrorum, necnon & pro Fundatione Præbendæ Institutæ a Nobis noviter & Fundatæ, ac pro Dono *Centum Viginti Librarum* Parisiensium, quod dictis Thesaurario & Canonicis fecimus, ut dicti novissimi Canonici antiquis Canonicis in Perceptione omnium suorum Redditium, ut præmittitur, sint æquales,

* Liberatione Panis, Grani, & Frumenti duntaxat exceptâ, quia eisdem alteram propter hoc Recompensationem fecimus, prout superius est expressum, * X. 76.

Quorum omnium Redditium, eisdem Thesaurario, Canonicis, & Capellanis assidendorum in Denariis pro dictis, Summa est *Mille*, *Quadraginta*, una Libræ, *Decem & Novem Solidi*, & *Quinque*

Firmam de Trachiaco, *Septuaginta Sex Librarum*, *Decem Solidorum.*

Molendinum de Mondeville, *Viginti Octo Librarum.*

Molendinum de Louveigniaco, *Triginta Octo Librarum.*

Molendinum de Caronne, *Triginta Trium Librarum.*

Firmam de Villa Odonis, *Decem & Octo Librarum.*

Firmam de Enurecthiaco, *Triginta Librarum.*

Firmam de Hamars, *Viginti Septem Librarum*, *Quindecim Solidorum.*

Firmam de Colleville, *Septuaginta Librarum.*

Firmam de Nullyto, *Sexaginta Librarum.*

Forefacturam *Rogeri Tyrel*, *Triginta Octo Librarum.*

Terram *Henrici de Ponte Audomari* ad Duo Scaccaria, *Decem & Octo Librarum*, *& Quindecim Solidorum.*

Terram quæ fuit cujusdam *Judei*, inventi Lugduni, pro toto in Festo *Sancti Michaelis*, *Quinque Solidorum*,

Summa Totalis Reddituum prædictorum, in Vicecomitatu Cadomensi,

Quingentæ, *Septuaginta*, *Quinque Libræ*, *Quatuordecim Solidi*, *Duo Denarii Turonenses :*

In Vicecomitatu Bajocensi,

Firmam de Vere, per Hæredes Magistri *Henrici de Rya*, *Ducentarum Octoginta Librarum*, contraplegiatam :

Firmam de Seures, per Magistrum *Guillielmum de Massyaco*, *Quinquaginta Librarum.*

Firmam de Semilly, per *Richardum de Profundo Rivo*, *Septuaginta Septem Librarum*, *Trium Solidorum.*

Firmam de Guesnay Garnon, per *Johannem Mariæ*, *Quadraginta Octo Librarum*, *Octo Solidorum*, *& Octo Denariorum.*

Firmam de Digri, per *Johannem Labay*, *Triginta & unius Librarum*, *Tresdecim Solidorum*, *& Sex Denariorum.*

Firmam de Campellis, per homines dictæ Villæ, *Quadraginta Librarum.*

Firmam de Listeane, per *Guillielmum Præpositi*, *viginti unius Librarum*, *Tresdecim Solidorum*, *& Sex Denariorum.*

Firmam de Cosmeres, *Centum Decem Librarum*, *Octo Solidorum*, *Sex Denariorum.*

Firmam de Sancto Claro, per *Gauffridum Hugonis*, *Decem novem Librarum*, *Decem & Septem Denariorum.*

Vivarium de Fossato de Tramerez, *Quatuordecim Librarum*, *Trium Solidorum*, *& Sex Denariorum.*

Terram de Boscis de Briquessart, per Hæredes *Mathiæ de la Conarde*, *Viginti unius Librarum*, *Quatuor Solidorum*, *Decem Denariorum.*

Firmam de Cormequeron, *Quadraginta Sex Librarum*, *Decem & Octo Denariorum*

Terram Alemani de Awegniaco a Crungy, per Hæredes *Roberti de Berulis*, *Decem Librarum.*

Firmam Feodalem, quam *Abbas de Montebourt* tenet, apud Termeres, *Centum Duodecim*, Librarum, *Quinque Solidorum & Sex Denariorum.*

Censum de Cromy, *Octo Librarum*, *Undecim Solidorum*, *& Sex Denariorum.*

Boscum de Cordeillon, quem tenet *Abbatissa dicti Loci*, Quatuordecim Librarum, Quinque Solidorum, & Octo Denariorum.

* X. 77. * Firmam Haye Aguillom, quæ fuit *Dominæ Johannæ de Aguillon*, pro toto Anno in Paschate, per *Abbatem de Monedas* Quadraginta Librarum.

Firmam de Senully, per *Abbatem Sancti Laudi*, Quadraginta Quatuor Librarum.

Terram de Bosco de Barra de Senully, per *eundem Abbatem*, Viginti Quinque Librarum.

Duo Molendina de Terra de Toreignyce, per *dictum Abbatem*, Viginti Quinque Librarum.

Molendinum de malo respectu, per *eundem Abbatem*, Triginta Librarum.

Firmam de Longues, per *Abbatem dicti loci*, Centum Septem Librarum, Sexdecim Solidorum.

Summa Totalis Reddituum prædictorum Vicecomitatûs Bajocensis,

Mille, Centum, Septuaginta, Sex Librarum, Quindecim Solidorum, & unius Denarii, Turonensium,

Et sic, in Universo, Reddituum prædictorum dictorum Duorum Vicecomitatuum Summa est,

Firmarum, de quibus Contraplegiamenti perciperemus Commodum, in æquipolenti æstimatione, quâ per Assisiam dictæ Firmæ, eisdem traditæ, sibi perficere teneremur,

Et salvis Nobis & Successoribus nostris Emolumentis Omnibus, occasione altæ & bassæ Justitiæ Proventuris,

Exceptis duntaxat Emendis, quas ob defectum Solutionum dictorum Reddituum & Firmarum ipsarum, juxta Patriæ consuetudinem, possent incurrere, quas prædictorum Thesaurarii & Canonicorum usibus & rationibus volumus applicari,

Et salvis eisdem Emendamentis seu Meliorationibus quibuscumque, per eos circa Loca Firmarum & Reddituum hujusmodi imposterùm apponendis,

Hiis addentes quòd, si prædictos Redditus seu Firmas minimè valere dicta Summa Mille, Septingentarum, Quinquaginta, Duarum Librarum, Novem Solidorum, & Trium Denariorum Turonensium, appareat in futurum, Nos, & Successores nostri, Reges Franciæ, eisdem Thesaurario & Canonicis, ac pro ipsis ipsorum in dicta Capella Successoribus, id, quod de dicta Summa deerit, in Locis competentibus, prædictis Propinquioribus, tenebimur assidere,

Hoc insuper adjecto quòd, in casu in quo (quod absit) Impedimentum seu Obstaculum poneretur, quo minus ipsis dictis Redditibus, sibi, ut præmittitur, assignatis, gaudere non possent, Nos, & Successores nostri prædicti, eisdem alios Redditus, in æquivalenti Valore, assidere in locis congruentibus, &, donec id fieret, dictam Mille, Septingentarum, Quinquaginta, Duarum Librarum, Novem Solidorum, & Trium Denariorum Turonensium Summam, Annis singulis, Reddere Parisius, in Thesauro nostro, Duobus consuetis Terminis, teneremur,

Pro eorum Securitate volentes quòd ipsi Omnia Munimenta antiqua & Literas, quas habent a nostris Prædecessoribus confectas super Fundationibus antedictis, penes se conservent; Dumtamen, quamdiu Redditus perceperint prædictos, cessent de percipiendo in Thesauro nostro & alibi Redditus alios, in Recompensationem quorum præscriptos sibi duximus assignandos :

Volumus etiam ac eisdem Thesaurario, Canonicis, & Capellanis pro se, & suis Successoribus, duximus Concedendum quòd ipsi Procuratorem, Yconomium, Sindicum, seu Attornatum sub Sigillo suo constituere valeant, qui * coram quibuscumque Judici- * X. 78.
bus Secularibus Regni nostri, agendo & defendendo contra quoscumque Adversarios suos, in omnibus causis & negotiis suis, ac Capellæ prædictæ, & singularum Personarum ejusdem, absque Revocatione alterius Gratiæ, deinceps admittatur :

Damus autem Ballivo Cadomensi, ejusdemque loci & Bajocensi Vicecomitibus Modernis, & qui pro tempore fuerint, in Mandatis, ut quoscumque Firmarios & Debitores dictorum Thesaurarii & Canonicorum, Firmarum & Reddituum & Proventuum prædictorum, sibi in locis prædictis, a Nobis, ut prædicitur, traditorum, & alios quoscumque Bonorum suorum quorumlibet Detentores, ad Satisfaciendum sibi plenariè, Terminis solitis, de prædictis, ac si Nobis propriè deberentur, summariè, & de plano, & absque morosa dilatione, compellant nostris propriis Sumptibus, & per Bonorum Debitorum ipsorum & Corporum Captionem,

Illos enim, quos de dictis Ballivo & Vicecomitibus negligentes repererimus in Præmissis, ad Restituendum Nobis & dictis Thesaurario & Canonicis Expensas quascumque & Misas, quæ ob Defectum ipsorum propter hoc factæ fuerint, teneri volumus, eosque de eorum Negligentiis aliàs graviter puniri.

Quodque ipsi, Ballivus & Vicecomites pro tempore, dictos Thesaurarium, Canonicos, & Capellanos, in suis justis Possessionibus, illarum Partium, manuteneant ac defendant ab omnibus Injuriis, Oppressionibus, & Violentiis manifestis, unum vel plures de Servientibus nostris, de quibus expedire viderint, dictis Thesaurario & Canonicis Deputantes.

Prætereà tùm præfatus *Philippus Rex* Dominus & Genitor noster carissimus, quandam Capellaniam, præter prædictas, ab Altare beati Johannis Evangelistæ, sub Valore Viginti quatuor Librarum Parisiensium Annui Redditûs, in suo Testamento Institui præceperit & Fundari,

Nosque pro Ipsius ac Genetricis nostræ, quondam Consortis ejusdem, Animarum Salute, Decem Libras Parisienses deputavimus pro Distributionibus, ad opus Servitorum dictæ Capellaniæ, certis diebus & temporibus, faciendis,

Eisdem Thesaurario, Canonicis, & Capellanis, pro Servitoribus & Capellanis dictæ Capellaniæ, qui fuerint pro tempore, ultra Assisiam prædictam, dictas Triginta quatuor Libras Parisienses in Balliva Senonensi super Terram & Redditus, dudùm dictorum Thesaurarii & Canonicorum Nomine Emptos, de Denariis nostris, apud Soupes in Vastinetio, a Nobili Muliere *Ysabella Domina de Blanchefonaco*, Relicta *Adæ de Cronis* Militis, in Herbergamento, Ortis, Censibus, Oubleus, Pratis, Lanis, Molendinis,

Duos Denarios Parisienses.

Item, supra Tres Domos sitas ab oppositis Forgiæ juxta Sanctum Severum in cuneo Vici, Centum decem Solidos Parisienses.

Super quandam Domum sitam in Vico de la Huchete facientem Cuneum Vici de Sac Alye, Viginti duos Solidos Sex Denarios.

Supra quandam Domum quæ vocatur Domus *Ricardi Barbern*,
*X. 79. sitam in * Magno Vico ultra parvum Pontem, versus Sanctum Benedictum, contiguam Domui *Margaretæ de Aurelian*, ex parte unâ, & ex alterâ Domui *Andreæ Ferperii*, prout se comportat post Quatuor Den. Fundi Terræ, Quadraginta Solidos Parisienses.

Unà etiam cum Vineis, quas nunc tenet *Reginaldus de Caprosia* Presbiter, sub æstimatione Sex Librarum Parisiensium Annui Redditûs,

Cum hiis etiam circiter Viginti Libras Parisienses Annui Redditûs, quas dicti Thesaurarius & Canonici in Censibus, Terris, & Vineis ex eorum Acquisitione apud Salices possidere dicuntur,

Tenendos, Percipiendos, & Possidendos perpetuò, hæreditariè, pacificè, & quietè, absque Occasione Vendendi vel extra Manum suam Ponendi, aut Præstandi pro eis Nobis, vel nostris Successoribus, Regibus Franciæ, Finantiam qualemcumque,

Promittimus autem pro Nobis, & dictis Successoribus nostris, Regibus Franciæ, Nos omnes & singulas Firmas, & Terras, ac Redditus prædictos, dictis Thesaurario, Canonicis, & Capellanis, in præfatis locis, ex causis prædictis, traditos & hæreditariè assignatos, eisdem nostris propriis Expensis & Custibus Garantire, ipsosque & Successores eorum servare indempnes, quantum ad hoc, contra omnes.

Ut autem ipsi Thesaurarii, Canonici, & Capellani, & alii Capellæ ipsius Servitores & Successores eorum, ad obsequendum divinis, & Orandum pro Nobis, tanto se reddant devotos & ferventibus Animis promptiores, quanto defensionis nostræ brachium gratiosiùs se noverint invenisse, Ipsos & Successores suos in dictâ Capella, Familiasque eorum, & Bona, sub nostrâ Protectione Suscepimus & Gardiâ speciali.

Quod ut firmum & stabile perpetuò perseveret, nostrum Præsentibus fecimus apponi Sigillum; salvo in aliis Jure nostro & in omnibus alieno.

Actum *Paris* Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Decimo octavo, Mense Junii.

Item, præfatus Dominus Germannus noster carissimus, per Literas suas, in Serico & Cerâ viridi sigillatas, quas ad plenum videri fecimus, pro Officio Cantoriæ, quod in dictâ Capellâ Regali Instituit, Quinquaginta Libras Parisienses Annui & perpetui Redditûs, a Cantore dictæ Capellæ moderno, & qui pro tempore fuerit, percipiendas, assideri & assignari fecit, in & super Locis & Regibus subsequentibus; videlicet,

In Vicecomitatu Bajocensi, Inter Domania Feodalia, super Sede Vivarii de Arquenceyo, singulis Annis, ad Duo Rothomagi Scaccaria æqualiter, Decem Libras Turonenses.

Item, super Nemore seu Bosco Clare Laude, ad Duo Scaccaria prædicta æqualiter Viginti Libras Turonenses.

Item, super Molendino de Robertillio, æqualiter ad Scaccaria prædicta, Triginta Libras Turonenses.

Item, & super Molendino Debur, æqualiter ad Scaccaria prædicta, Quinquaginta Solidos Turonenses.

Nos autem,

In prædictis Titulis Triumphalibus & Gloriosis Vexillis (solius Imperatoriæ & Regiæ Dignitatis) sub sinceritate Devotionis intimè gloriantes,

Quia repositam in Sinu nostro singulariter spem habemus quòd Gentem & Terram Salus non deserat, nec relinquat Triumphus, quibus tàm preciosus creditus est ab excelso Thesaurus, ut in dictâ Capellâ Regali (quæ, quasi Regis Summi solis, Paradisi Margaritis ornata fulgescit, celsis & celestibus elevata Columpnis) eo solenniùs celebrentur Salvatoris præconia, quo competentiùs Capella eadem pro suorum fuerit Sustentatione Ministrorum dotata,

[illegible]tamen, ac Cantor, omnes & singulos Redditus prædictos percipiant integraliter & habeant, juxta formam Assidentiæ dudùm, ut prætangitur, ipsis factæ:

Quæ ut Firma sint & perpetuò valitura, præsentes Literas Sigilli nostri fecimus impressione muniri; nostro in aliis & alieno in omnibus quolibet Jure salvo.

Actum *Parisius* Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Vicesimo Primo, Mense Januarii.

Inspeximus etiam quandam aliam Cartam prædicti *Karoli* similiter factam in hæc verba.

Charles, par la Grace de Dieu, *Roy de France & Navarre*, *Savoir faisons* a toutz, presens & a venir, que,

Come, nostre Ame, & feal, & treschier Cosin, *Loys Conte de Clermont Sire de Burbon & Chamberier de France*, pur la Devotion qu'il a à nostre Chapelle Real de nostre Palais a Paris, il ait Ottroie a la dite Chapelle & aux Chanons d'icelle *Quatrevins Cinque Livres Tresze Solz Turonois* de Rent a toutz jours mes, perpetuelment a prendre en nostre Tresore, sur une plus grant Some que luy est Due sur le dit Tresore, par cause de nostre Treschere dit Cousin sa Femme, a Recevoir chescun An, par la main du Tresor & Channons de la dite Chapelle, que ores sont, & serront pur le temps, ou de lour commandement, au Terme & en la Manere que la dite Some luy est due, sicome il est plus pleinement contenues es Lettres du dite nostre Cousin fait sur ce,

Dont la Teneur est tele.

A toutz ceulx, qui ces presentes Lettres verront ou orront; *Loys Cont de Clermont Seigneur de Burbon & Chamberier de France*, Salutz.

Sachez toutz que,

En honeur de Dieu nostre Creature, & de la Benoite Verge Marie sa chiere Miere, de la Sainte Couroun, & de la Saint vraie Croix du Saint Glaive, & de toutz les autres Saintes Reliques que sont en la Saint Capelle Roialle Paris,

Et pur le Remedie de nostre Alme, & de tout les autres que nous y entendoms a acompaigner,

Nous avons Donne & Donnons *Quatrevins Cinque Livres Tresze Soldz Tournois* de Rent a Tous jours perpetuelment a prendre ou Tresore de *Monseigneur le Roy*, ou que il soit, sur un plus grant Somme & de la Some que Nous est deus chescun An ou dit Tresor,

Et a Recevoir les dites *Quatre Vins Cinque Livres Tresze Solz*, par la mains du Tresorier & Chanons de la dite Saint Chapelle Real, ou de leur Chamberier, que ores sont, & par les autres pour eulx que seront pour le temps, aux Termes & en le Manere que la plus grant Somme Nous est Due,

Et *Voulons* & *Ordenons* que li Tresorier & Chanons que ores sont, & les autres qui serront pur le temps, soient tenuz de faire fere Trois Cierges, de bonne Cyre loyale & marchande, chescun Cierge de Trois Livres a la Livre de Paris, & seront fait nouveaux toutz les Vendredis, & que les Trois Cierges soient mys sur un Chaundeler d'Argent, que nous avons fait fere especialment sur ce; & sera mis le dit Chandeler, avec les ditz Cierges, devant le Petit Autel dessoubt les Saintes Reliques,

Au quel Autel Nous voulons que le Tresorer & le Chanons de la dite Chapelle, l'un apres l'autres, toutz en Ordre, & leurs Successours, chescun a son tour, soyent tenuz a Celebrer une Messe de Saintes Reliques, toutz les Vendrediz de l'An, a tous joursmais desores en avant, par yceulx Tresorier & Chanoines, ou par autres Prestres soussiffitz, esleux ou a Eslire par les ditz Tresorer & Chanons a ce fere,

Et *Voulons* & *Ordenons* que les Trois Cierges avantdiz, perpetuelment desores en avant le Soleil levant, a la dite Messe, & d'illec en avant Ardront le Vendredi & le Samady tout Jour & tout Nuit continuelment jusques au Dimenche Matin apres Soleil levant, en la Remembrance * de la Glorieuse Resurrection nostre Seigneur Dieu Jesu Christ, *X. 81.

Et, s'il y avoit aucun remenaunt des diz Cierges, Nous voulons que ce, que sera de demourant, soit aus diz Tresorer & Chanoins, a departier entre eulx en la manere qu'il ount accustume a de-

un foiz l'An,

Et feront departies les *Deux Pars des dites Tresze Livres* a Tresorier & aux Chanoines de la dite Chapelle, & le Tiers des dites Treiz Livres aux Chapellain & aux Clercs de la dite Saint Chapelle, qui ferront presens a faire les Messes desusdites.

Et est nostre Entent que le Testament nostre chier Seigneur & Pere & le Nostre soient Deschargez & Quittez parmi ces Treize Livres, se aucune chose il ou nous avons Lessie aux Tresorier, Chanoines, Chapellaines, & Clerks de la dite Sainte Chapelle, jusque a la Date de ces presentes Lettres,

Et tout le remenant, qui demourra des dites *Quatrevint Cinque Livres Tresze Solz Tournois*, sera converti a Acheter la Cire desusdire, & pour le Facon, & les Mises, que pourront estre pour la faire Administrer & appareiller en la fourme & manere dessusdites,

Et, quant a ce firmement Tenir & Garder, Nous Obligons Nous, noz Heires, & noz Successours, & noz Biens, les Biens de noz Heires, & de noz Successours, presens & a venir, ou qu'ils sont, ou serroient, ou pourroient estre trouvez,

Et Supplions & Requerons a, nostre Treschere & Redoubte Seigneur, *Monseigneur le Roy de France & de Navarre*, que toutes les Choses dessusdites, ainsint Ordonnees & Devisees par Nous, vueille Loer, Approver, Ratifier, & Confermer de certaine Science,

Et Nous vuille *les Qautre Vins Cinque Livres Tresze Solz Tournois* dessusdites eschanger, asseoir, & assigner, a prendre, sur les Fieffermes de Normandie, a plus prez de ceulx ou les Chanoines de la dite Sainte Chapelle prennent leur Rentes, & icelle de sa Grace especialle Amortir,

Et avec ce que il vueille Mander, par ses Lettres, au Tresorier & Chanoines de la dite Sainte Chapelle, qui ores sont, & qui seront pur le temps a venir, que, ces Lettres veues, il facent Serement que noz dites Ordonnances & Choses dessusdites il feront, ou feront faire loyaument en bonne foye, sicome desus est devise, & les acompliront & feront acomplir sans point de Defaute,

Et de ce se chargent les diz Tresorer & Chanoines desmaintenant, pour eulx & pour lours Successours, & de faire & accomplir toutes les choses desusditz, tourz en la manere que elles sont Ordonnes & Devisees,

Et que nostre presente Ordonnaunce soit en Registre, a perpetuele memoire, ou Marteloge de la dite Sainte Chapelle,

Pour quoy li Tresorier & li Chanons a venir soient Tenuz & Obligez, par leurs Seremens, de faire & accomplier, ou faire fere, sicome dessus est dit, tourz les Choses dessusdites,

Et tourz les Choses dessus dites nostre Compaignie *Marie de Haynaut* Aloue & Approue.

En Tesmoigne des quelles Choses Nous & nostre Chere Compaignie dessusdite avons miz noz Sealx en ces presentes Lettres.

Donne, a la *Saint Chapelle dessusdite*, le Vendredy apres le Ascension nostre Seigneur, en l'An de Grace Mille, Trois Cenz, Vint Cinque.

Nous ore, a la requeste de nostre dite Cousin, & Considere la Devotion que il a à nostre dit Chapelle Royal, de Grace especiale, Asseons & assignons aux diz Tresorer & Chanons la Rente
* X. 82. sur noz * Fieffermes de la Viconte de Baieux, en la manere que s'ensuit; c'estassavoir,

Sur la Fiefferme du Molins, de Lingmeure, & de Busseel, *Seixante Douze Livres Tournois*, a Deux Termes egaument,

Et sur la Fiefferme de la Terre Sanson Beatrix ou Rename, *Quatorsze Livres Cinque Solz Tournois*, a deux termes egaument,

Les quelles *Quatre Vins Cinque Livres Tresze Solz Tournois* Nous voulons que les ditz Tresorer & Chanons, ou lour Commandement, preignent & receivent, chescun An, desores en avant, a tous joursmais, en acquitant nostre dit Cousin, & en deschargeant de nostre dit Tresorer de la dite Some,

Et Mandeons & Commaundons a noz Baillif de Caen & Vicont de Baieux, qui ores sont & serront pur le temps, que de la dite Rente ils respondent & facent respondre aux diz Tresorer & Chanoines en la manere que nous les avons acoustume a recevoire, sauuz ce qu'il puissent estre contrains de les vendre ou de les mettre hors de leurs mains, ne a en faire Finance desore en avant,

Et, pur ce que ces choses soient Fermes a tous joursmais, Nous avons fait mettre nostre Seel en ces presentes Lettres, saut nostre Droit en autres Choses & en toutes le Droit d'autruy.

Donne a *Paris*, l'An de Grace Mille, Trois Centz, Vint & Six, ou Moys de Juing.

INSPEXIMUS insuper quasdam Literas Patentes ejusdem *Karoli* similiter factas in hæc verba,

Nobis, ulterius pro tempore præterito, illa ratione, petere potuerunt in futurum.

Quod ut Firmum & Stabile permaneat in futurum, Præsentibus Literis nostrum fecimus apponi Sigillum.

Actum *Parisius* Anno Domini Millesimo, Trecentesimo, Vicesimo Septimo, Mense Julii.

Nos autem, Cartas & Literas prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, Rata habentes & Grata, ea pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, ACCEPTAMUS, APPROBAMUS, &, dilectis Nobis in Christo, nunc Thesaurario & Canonicis Sacræ Capellæ supradictæ, & Successoribus suis imperpetuum, Tenore Præsentium, de Gratiâ nostra speciali CONCEDIMUS & CONFIRMAMUS, prout Cartæ & Literæ prædictæ testantur, ac prout & quatenus iidem Thesaurarius & Canonici & Prædecessores sui Donis, Concessionibus, & Privilegiis supradictis, & eorum quolibet, hactenus rationabiliter usi sunt & gavisi.

Dat. apud *Rouen*, Duodecimo die Martii.

Per ipsum Regem ad Relationem Magni Concilii.

Pro Sacra Capella Palatii Regis.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Exposuerunt Nobis, humiliter & devotè, dilecti Nobis, 1421.
Thesaurarius & Canonici sacræ Capellæ Palatii Regii Parisius, An. 8.
quod Præcarissimus *Pater noster Franciæ* nuper adquisierat Villam, H. 5.
Terram, & Dominium de Pique Anville infra Balliagium nostrum Norm. 8.
de Costantin, cum omnibus Redditibus, Proventibus, Juribus, H. 5
& Pertinentiis quibuscumque, ad idem Dominium pertinentibus p. 3. m.
& spectantibus, 1.
* Quæ eisdem *Thesaurario & Canonicis* & Successoribus suis, in * X. 83.
Sustentationem certorum Onerum, in dictâ Capellâ, per ipsum ordinatorum, imperpetuum faciendorum, *Dederat & Amortisaverat*, prc. per Literas suas superinde confectas, & coram Nobis & Concilio nostro exhibitas & ostensas, plenius continetur,

Quodque postmodùm idem *Pater noster*, per alias suas Literas, quas inspeximus, *Concesserit* eisdem *Thesaurario & Canonicis* & Successoribus suis Amortisationem Sexcentarum Librarum Parisiensium, Annui & Perpetui Redditûs, insimul, vel per partes, in suis Censivis & Retrocensivis, Feudis & Retrofeudis, & etiam in Præpositurâ Mercatorum Parisius, cum bassâ Justitiâ dumtaxat, per ipsos, in quibuscumque Regni sui Partibus, acquisitarum vel acquirendarum,

Quarum Literarum vigore, iidem *Thesaurarius & Canonici* acquisierant Feodum de Cutesson, situatum in Parochiâ de Bouhon, cum omnibus Censivis, Redditibus, Justitiâ, Dominio, & Pertinentiis suis, infra Vicecomitatum nostrum de Carenten. Valoris *Duodecim Librarum Turonensium*, vel circiter, per Annum ut dicitur,

Ac etiam *Quatervinginti & Decem Libras Parienses*, Annui & Perpetui Redditûs, certis Terminis percipiendas, super Terris, Dominiis, & Possessionibus de Anneville & de Vendemire, & Emolumentis eorumdem, & generaliter super omnibus Terris & Possessionibus cujusdam *Joannis de Villaribus*, dicti *Sauvage* Militis, Domini Locorum prædictorum,

Necnon *Viginti & Quatuor Libras Parisienses*, Annui & perpetui Redditus, super Terris & Dominio de Blarra, & super omnibus Censivis & Redditibus eidem Dominio adjacentibus, & generaliter super omnibus Terris & Possessionibus, cuidam *Johanni de Satanville* Militi, tunc Domino de Blarra, spectantibus,

Juxta Vim, Formam, & Effectum Concessionis supradictæ, in Deductionem prædictarum *Sexcentarum Librarum Parisius*, sibi sic Amortisatarum ut prædictum est,

Asseruntque prædicti *Thesaurarius & Canonici* quòd, a tempore Donationum & Acquisitionum hujusmodi, in tempus quo, Divino Nutu, Ducatum nostrum Normanniæ Conquisivimus, *Thesaurarius & Canonici* Capellæ prædictæ, quicumque pro tempore existentes, Præmissa omnia & singula Habuerunt, Tenuerunt, & Perceperunt, absque impedimento cujusque vel contradictionis obstaculo, liberè, pacificè, & quietè,

Nobis obnixè supplicantes quatinus,

Pietatis intuitu, favoreque prædictæ sacræ Capellæ ac Sacrarum Reliquiarum in eadem existentium, necnon contemplatione PACIS FINALIS, inter prædictum *Patrem nostrum & Nos* ibidem, largiente Domino, COMPOSITÆ,

Gratiose providere dignaremur quòd ipsi *Thesaurarius & Canonici*

• X. 84.

* *De Restitutione Fructuum.*

Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Norm. 8. H. 5. p. 3. m. 7. dor.

REX *Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopi Rothomagensis*, ipso Episcopo in remotis agente, ac universis & singulis Balliviis, Vicecomitibus, Receptoribus, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris, infra Ducatum nostrum Normanniæ ubilibet constitutis, Salutem.

Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quòd *Jacobum de Monsozmichardo*, utriusque Juris Doctorem,

Qui Sacramentum debitum de Conservando præsentem PACEM, inter præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* conclusam & concordatam, fecit & præstitit,

Omnimoda Fructus, Obventiones, & Emolumenta, de quibuscumque Beneficiis suis, infra Ducatum nostrum prædictum, provenientia, ac Arreragia indè debita, si quæ fuerint,

Solummodo reservatis hiis, quæ circa Reparationes, & in Sustentationem Divini Cultûs, ac alia Onera ordinaria rationabilia applicantur,

Habere & tenere,

Et *ipsum Jacobum* Fructibus, Redditibus, Obventionibus & Emolumentis illis de cætero uti & gaudere pacifice permittatis: aliquo Mandato nostro, vobis in contrarium directo, non obstante.

Dat. *apud Castrum Rothomagi*, decimo quarto die Martii.

REX *Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopi Rothomagensis*, *Episcopi Ebroicensis*, ac *Episcopi Lexoviensis*, ipsis Archiepiscopo & Episcopis in remotis agentibus, necnon universis & singulis, *&c. ut supra, mutatis mutandis*, Mandamus vobis, &c quòd *Guidonem Danoult* Juratum Ligeum nostrum, qui Sacramentum debitum, *&c. ut supra.*

REX *Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopi Rothomagensis*, ipso Archiepiscopo in remotis agente, ac universis, *&c. ut supra*, Salutem.

Mandamus vobis, &c. quòd Magistrum *Thomam Hobe* Capellanum, Doctorem in Theologiâ, in Universitate Parisius Studentem, Archidiaconum de Ango, in Ecclesiâ Rothomagensi, ac Præbendatum in eâdem Ecclesiâ ut dicit, Juratum Ligeum nostrum omnimoda Fructus, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Dat. ut supra.

Contra non Residentes.

Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Pat. Norm. 8. H. 5. p. 3. m. 3. d.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Episcopo Constanciensi*, aut ejus Vicariis in Spiritualibus, Salutem.

Nuper, per nostras Litteras, vobis, aut Decano & Capitulo, tunc Sede Episcopali vacante, significavimus quòd omnes & singulas Personas Ecclesiasticas, ejusdem Civitatis & Diœcesis, extra Obedientiam nostram tunc existentes ad Residendum super Beneficiis suis, secundum Sacrorum Canonum instituta, moneretis & venire compelleretis, ac contra ipsas & earum quamlibet, hoc facere Renuentes, secundum Juris exigentiam, procederetis,

Quod, ut accepimus, diligenter estis executi,

Quarum tamen nonnulli, ab hujusmodi suis Beneficiis se nichilominus Absentantes, ad ea redire non curârunt neque curant,

Repetitâ igitur Vice vobis intimamus quod contra tales Absentes, debite monitas, Paci, inter præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* factæ, non Adhærentes, ymò extra Obedientiam dicti Patris nostri & Nostram in Locis, prædictæ Paci non Adhærentibus, se tenentes, mox, post Receptionem Præsentium, secundum Canonicas Sanctiones procedatis, & procedi faciatis indilatè.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, decimo sexto die Martii.

Per ipsum Regem ad Relationem Magni Concilii.

sive compelli faciatis, ut ex omnibus Pecuniis, per eos receptis, aut imposterum in Monetâ nunc Currente recipiendis, Marcas Argenti emant, & easdem ad manus Receptoris nostri pro recipiendo Marcas in Diœcese vestra portent, sive portari faciant, & pro quâlibet Marca Argenti, infra Mensem a tempore Fabricæ Monetæ, recipiant Septem Francos bonæ Monetæ, juxta Ordinationem nostram alias indè factam & provisam; & hoc nullatenus omittatis.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi* decimo sexto die Martii.

Per ipsum Regem ad Relationem Magni Concilii.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis; videlicet,

Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopi Rothomagensis, *ipso Archiepiscopo in remotis agente.*

Vicariis in Spiritualibus Episcopi Ebroicensis, *ipso Episcopo in remotis agente.*

Vicariis in Spiritualibus Episcopi Lexoviensis, *ipso Episcopo in remotis agente.*

Vicariis in Spiritualibus Episcopatûs Bajocensis, Sede ibidem vacante.

Venerabili in Christo Patri Episcopo Constanciensi, *vel ejus Vicariis in Spiritualibus.*

Venerabili in Christo Patri Episcopo Sagiensi, *vel ejus Vicariis in Spiritualibus.*

De Conditionibus super Elargitione Ducis Burboniæ.

HEnry, &c. a touz, &c. Salut.

Comme, nostre Treschier & Tresame Cousin, *Johan Duc de Bourbon* nous eust n'agaires fait, per plusours fois, supplier, prier, & requirer que, — Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Ibid. m. 4.

Attendu la tresgrant & parfaite Affection qu'il a a l'Entretenement & effect de la PAIX FINALE, n'adgaires faite entre nostre treschier Beau *Pere de France* & *Nous*, la quelle PAIX & les Lettres sur ce faite il a veu & leuz de mot a mot, & lui ont semble bonnes, saines, & justes,

Et pur le tresgrant desir qu'il a de Nous faire bonne, loiaux, & aggreables Services,

Nous voulsissons, de nostre Grace, entendre a son Eslargissement & Delivrance,

Savoir faisons que Nous,

Desirans la fermete de la dit PAIX, & icelle, tant par les Peres de nostre dit *Beau Pere*, & Grans Seigneurs des ditz Roiaumes, & autres, estre tenue & garde sauns enfraindre,

Et pour la grant amour & dilection que nous avons a nostre dit Cousin, esperans que bien & loialment icellui nostre Cousin Nous fera Plaisirs & Services,

Apres plusours Paroles, sur ce faitz,

Nous somes contentez a entendre aux devantdites Supplications d'Eslargissement & Delivrance, par la fourme, * manere, & condicions, des quelles nostre dit Cousin, de sa franche & pure volente, meurement deliberees, a este d'acord, comme y s'ensuent, — * X. 86.

PRIMEREMENT, *Nous* & nostre *dit Cousin* avons este, & somes d'acord, que il promettra & jurera, sur les Saintes Evangeles de Dieu, par Foy & Serement de son Corps, & sur tout son Honneur, que il Gardera & Teindra la PAIX FINALE dessusdite, & toutz & chescun Pointz contenuz en Traictie & Lettres de la dite Paix, sanz enfraindre, & sur ce baillera Patentes, telles que au cas apperteindra; & auxi faira jurer la dite PAIX aux Gens d'Eglise, Nobles, & bonnes Villes de ses Pais & Seigneuries quecunques, tantost & sauns delaier apres son eslargissement

ITEM &, pur le seurte de l'Acomplissement & Entretenement

pourront [illegible] en chefcun place, & icelles [illegible]
fifaument advitailles, dedeins le dit viij Jour d'Aouft, iceiles Places Garnies fouffifaument de habillement de Guerre & d'Artilleries:

Et paiera noftre *dit Coufin* les ditz xx Paies en chefcun Place, chefcun Mois, depuis qu'il aura baille a Nous, ou a noz ditz Commis, les diz Places, & que noz ditz Gentz y enneront, jufques a Pafques lorsenfuiant (c'eftaffavoir) xv Frans pour paie de bon Monoie, dont les xxii s. vi d. Tournois, valent ung Efcu d'Or:

Et paiera *noftre dit Coufin* nos dis Gens pur un Mois a leur Entre, & femblablement au commencement de chefcun Mois.

Et feront les dis Vitailles & Artilleries bailles a noz ditz Commis par Inventoire; les queulz paraillement feront tenuz de les lui rendre fans les diffiper ou defpendre; fi non qu'ils feuffent contraints, ou empefchiez de non pouoir perder des diz Places par Siege, ou autrement, ou que Marchie de viures leur feront retrait:

En quel cas noz diz Gentz pourront prendre des dis Vitailles, qui feront en leur Garnifons, pour le pris qu'ils vouldront raifonablement, en rebatant de lour Gages, ou autrement: & auffi pourront les dis Gens avoir toute maneres des Viures au pris qu'ils vauldront au Pais.

ITEM, que *noftre dit Coufin* baillera incontinent *la Conte de Cleremont*, & les Fortereffes d'icelle en la main de noftre dit *Beau Pere*; par le quelle noftre dit *Beau Pere* ferra commis la Garde au *Sire de la Bierville*.

Et que des Revenues, prouffiz & Emolumens d'icelle *Conte* feront paiez les Gentz, qui ferront commis a la Garde de la dite *Conte*,

Et la furplus de la Revenu, fe aucun y foit, vendra ou prouffit de *noftre dit Coufyn*.

ITEM, que *noftre dit Coufin* Nous paiera la Some de Cent Mille Efcuz d'Or, les Deux vaillans ung Noble d'Engleterre.

Et Lui, en paiant la dis Some, & en Acompliffant les Chofes contenuz en ce prefent Acord, ferra Quit envers Nous de touts Defpens, & autres Chofes queiconques, que Nous lui pourrons demander a caufe de fa dite Prifone.

De la quelle Some,

XXV Mille Efcuz d'Or ferront paiez a Pafches Charnelx prochain venant,

Et xxxv Mille Efcuz d'Or le viij jour d'Aouft enfuiant,

Et ainfi faifant le dit *noftre Coufin* ferra eflargi,

Pourveu que les ditz Chafteulx & Oftages ferront par avant Delivres a noz Commis,

Et auffi, Siz Mois apres le viij jour d'Auft, le dit *noftre Coufin* nous paiera les autres xl Mill Efcus d'Or, reftans de la dite Some de Cent Mille Efcus d'Or.

ITEM, eft Acorde que les Enfans de noftre *dit Coufin* ferront
* X. 87. compris en la dite Paix; pourveu que, dedens tout le dit * Mois d'Aouft, ils veignent en l'Obbeiffance de noftre dit Beau Pere, & Jurent la dite PAIX.

ITEM, en cas que Nous yrions de vie a Trefpaffement, ou que Nous ne ferons Retourne par deca, pendant les Termes defufdis, de Eflargir, Delivrer, & de faire les autres Chofes defufdis, noftre Trefchere & Trefame, Frere & Uncle, les *Ducs de Clarence & d'Exceftre*, & noz amez & feaux Chancelier & Trefori de Normandie, a tout plain Pouoir de Eflargier & faire les Chofes deffufdis.

Et auxi eft Acorde que fi *noftre dit Coufin trefpaffoit*, fes Heriters ferront tenus de Acomplir, & Acompleront les Chofes deffufdis; & a ce il Obligera, & Oblige, touts fes Biens Moebles & Immoebles, & fes Heirs, Succeffours, Executours, & aians Caufe.

ITEM, & que Nous purrons Tenir, par Nous, ou noz Commis, les dis Fortereffes & Oftages, pour plus grant feurte des Chofes deffufdis, oultre le dit Terme de Pafques,

Et, fe *noftre dit Coufin* acomplift touts & chefcun les Chofes deffufdiz, & que il Teigne & Garde fans enfraindre la dit PAIX, Nous lui Rendrons les dites Fortereffes & Oftages a la tous Sains enfuyvant M. CCCC. XXII. fe ainfi n'eftoit que, par les grans Services, q'il ferroit a noftre dit *Beau Pere* & a *Nous*, plus toft lui voulfiffions rendre.

ITEM, pur le bien & entreterement plus grant de la PAIX FINAL deffufdis, *noftre dit Coufin de Bourbon* fera, fouffira, & laiffera *le Sire de la Bret*, & fes Heirs & Succeffours, Joir paiffiblement fes Terres & Heritages, Villes & Fortereffes, eftans & fituez en fes Seigneuries & Pais queconques, en leur faifant les Recongnoiffances & Devoirs appertenez & deubz;

Pourveu que icellui *Sire de la Bret*, & fes Heirs, & Succeffours Gardent bien & loialment, fans enfraindre, la PAIX FINALE deffufdite,

Toutes les quelles Chofes, & chefcun d'icelles, en la fourme &

Habendum cum suis Juribus & Pertinentiis quibuscumque; 3.

Mandantes, Tenore Præfentium, Balivo noftro d'Alencon, vel ejus Locumtenenti ibidem, quod *prædictum Johannem*, vel ejus Procuratorem, in corporalem Poffeffionem Hofpitalis five Domûs prædicti ponat & inducat, feu poni & induci faciat, necnon Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis, fpectantibus ad eandem, uti & gaudere permittat, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri confuetis;

Provifo femper quòd Compotum, inde debitum, fi & ubi debetur, prout moris eft, reddere teneatur.

In cujus, &c.

Dat. apud *Caftrum noftrum Rothomagi*, decimo nono die Martii.

Per ipfum Regem ad Relationem Concilii.

De Reftitutionibus Fructuum.

¶¶

REX *Vicariis in Spiritualibus Archiepifcopi Rothomagenfis & Lexovienfis*, ipfis Archiepifcopo & Epifcopo in Remotis agentibus, ac univerfis & fingulis Ballivis, Vicecomitibus, Receptoribus, Officiariis, & Miniftris noftris, infra Ducatum noftrum Normanniæ ubilibet conftitutis, Salutem. Ann. D. 1421. *An.* 9. *H.* 5. *Norm.* 9. *H.* 5. *m.* 41. *dorf.*

Mandamus vobis, & veftrum cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quòd *Johannem Bodin* Capellanum, Licentiatum in Decretis, Juratum Ligeum noftrum,

* Qui Sacramentum, debitum de Confervando præfentem PACEM, inter præcariffimum *Patrem noftrum Franciæ* & *Nos* conclufam & concordatam, fecit & præftitit, * X. 88.

Omnimoda Fructus, Redditus, Obventiones, & Emolumenta, de quibufcunque Beneficiis fuis, infra Ducatum noftrum prædictum, provenientia, ac Arreragia indè debita, fi quæ fuerint,

Solummodo refervatis hiis, quæ circa Reparationes, & in Suftentationem Divini Cultûs, ac alia Onera ordinaria & rationabilia applicantur,

Habere & tenere,

Et *ipfum Johannem* Fructibus, Redditibus Obventionibus, & Emolumentis illis de cætero uti & gaudere pacificè permittatis; aliquo Mandato noftro, vobis in contrarium directo, non obftante.

Dat. *apud Caftrum noftrum Rothomagi*, vicefimo primo die Martii, Anno Regni noftri nono.

Confimiles Literas habent fubfcripti fub eadem formâ, mutatis mutandis.

Martinus Pinard, Magifter in Artibus, & Bacallarius in Decretis Juratus, &c.

Simon Pinard Capellanus Abrincenfis & Curatus Ecclefiæ Parochialis Sancti Dionifi de Gigneio Sagienfis Diœcefis, &c.

Philippus Diron Capellanus, Curatus Ecclefiæ Parochialis de Flamavilla Conftantienfis Diœcefis, &c.

Guillielmus de Mathecrier Capellanus, Curatus Ecclefiæ Parochialis de Varauilla Bajocenfis Diœcefis, &c.

Johannes Soquet Capellanus, Magifter in Artibus, & Bacallarius formatus in Theologia, Curatus Ecclefiæ Parochialis de Bournauvilla Lexovienfis Diœcefis, &c.

Petrus Melier Capellanus, Curatus Ecclefiæ Parochialis de Gomerville Rothomagenfis Diœcefis, &c.

Natalis le Roy Magifter in Artibus, & Bacallarius in Medicina ac Canonicus Præbendatus in Ecclefiâ Conftantienfi ut dicitur, &c.

Magifter *Stephanus Hunette* Capellanus, Curatus Ecclefiæ Parochialis de Hanville Rothomagenfis Diœcefis, &c.

Jacobus de Fouca Bacallarius in Decretis, Canonicus Ecclefiæ Rothomagenfis, ac Curatus Ecclefiæ Parochialis de Fourmigueyo Bajocenfis Diœcefis, &c.

Johannes Pochon, Curatus Ecclefiæ Parochialis Sancti Georgii de Vipera Lexovienfis Diœcefis, &c.

Guillielmus Barbot, Curatus Ecclefiæ Parochialis Sancti Georgii Lexovienfis Diœcefis, &c.

Ma-

cem & Octo Sextaria Avenæ pro toto Anno,

Quas quidem Summas prædictus Capellanus & Prædecessores sui, per manus Vicecomitis & Receptoris de Bellomonte, singulis Annis percipere & habere consueverant,

Unà cum libera Molta in Molendinis nostris dictæ Villæ,

Ac libero Pasnagio & Pasturagio pro omnibus Animalibus suis (exceptis Capris) in Foresta de Bellomonte,

Necnon Bosco pro Focali & Ædificatione in dicta Foresta, per liberationem Viridarii ejusdem Forestæ,

Ac etiam libero Estoublage, cum Sexaginta Solidis Turonensibus Annui Redditûs, situatis supra nonnullas Pecias Terræ in dicta Villa & Campania dicti Loci de Bellomonte,

Et etiam cum Relevamentis & Terriodecimis, dùm acciderint occasione Hæreditagiorum, supra quæ dicti Sexaginta Solidi situati existunt,

Pro inveniendo & perquirendo Luminare dictæ Capellæ necessarium,

Et ulterius *dictus Comes*, in sua Dotatione, voluisset & se Submisisset Tenere & Teneri facere dictam Capellam cum mora Capellani seu Capellanorum ejusdem in bono & sufficienti Statu, aut de novo construere, dùm & si opus fuerit, suis & Successorum suorum Sumtibus & Expensis, in Dominio supradicto,

Ac etiam invenire & manutenere, per se, & Successores suos, Vestimenta dictæ Capellæ, pro Divino Servitio inibi celebrando necessaria & condigna; videlicet, Calicem, Libros, & alia Ornamenta necessaria, totiens quotiens esset oportunum,

Asserueritque prædictus Capellanus quòd, a tempore Fundationis & Dotationis prædictarum, in tempus, quo, divino nutu, Ducatum nostrum Normanniæ Conquisivimus, Capellani Capellæ prædictæ, quicumque pro tempore existentes, Præmissa omnia & singula, ut prædictum est, habuerant, perceperant, & possiderant, absque impedimenti cujuscumque vel contradictionis obstaculo, liberè, & pacificè, & quietè,

Velimus igitur, pietatis intuitu, ex nostra regia Munificentia, in Augmentationem Divini Cultûs in Capella prædicta gratiosius providere, quòd *idem Capellanus*, pro Se, & Successoribus suis, omnia & singula supradicta gaudere possit & valeat sicut ante.

Nos verò (Supplicationi suæ favorabiliter inclinati) de Gratia nostra speciali *Concessimus* & *Concedimus* per Præsentes, *præfato Capellano* quòd ipse & Successores sui habeant, percipiant, & possideant omnia & singula prædicta eisdem modo & formâ quibus idem Capellanus, & Prædecessores sui, Capellani ejusdem Capellæ, eadem ante Conquestum nostrum prædictum habuerunt, perceperunt, & possiderunt, ac prout & quatenus ipsi eisdem & eorum singulis, a tempore Fundationis & Dotationis prædictarum, hactenus rationabiliter usi sunt & gavisi,

Mandantes, vigore Præsentium, dilectis & Fidelibus nostris, Thesaurario nostro Generali Normanniæ, ac Præsidenti & Gentibus de Camera nostra Compotorum ibidem, necnon cæteris Justiciariis, Officiariis, & Ministris nostris, præsentibus & futuris, quorum interest, quòd *præfatum Capellanum*, & Successores suos, præsenti Concessione nostrâ, in formâ quâ prædictum est, uti & gaudere permittant absque Molestatione seu Impedimento quocumque.

In cujus,

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, xxij die Martii.

Per ipsum Regem ad Relationem Magni Concilii.

Pro Capellania de Harefloto.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 34.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Ex parte, dilecti Ligei nostri, *Johannis de Suillot*, Capellani Capellaniæ beatæ Mariæ, in Ecclesia Sancti Martini de Harefloto Fundatæ, Nobis est ostensum,

Qualiter Capellania prædicta nuper a quodam *Johanne Loiselet*, aliàs dicto *Nettelet*, quondam Burgense Villæ prædictæ, Fundata, & per eundem *Johannem* Dotata fuit Triginta & Sex Libris Turonensibus Annualis Redditûs, percipiendis in & super Possessionibus infrascriptis; videlicet,

pro Se, & Successoribus suis, prædicto Redditu Triginta & Sex Librarum gaudere possit & valeat, sicut ante,

Nos (Supplicationi suæ favorabiliter inclinati) *Concessimus* & *Concedimus*, per Præsentes, *præfato Capellano* quòd Ipse, & Successores sui, Capellani Capellaniæ prædictæ, imperpetuùm Habeant & Percipiant eundem Redditum Triginta & Sex Librarum, eisdem modo & formâ quibus ipse ante Conquestum Villæ prædictæ habuit & percepit, ac prout & quatenus ipse Redditu illo, a tempore Dotationis prædictæ, hactenus rationabiliter usus fuerit & gavisus,

Mandantes, Tenore Præsentium, dilectis & fidelibus nostris, Thesaurario nostro Generali Normanniæ, ac Præsidenti & Gentibus de Camera nostra Compotorum ibidem, necnon cæteris Justiciariis, Officiariis, & Ministris nostris, præsentibus & futuris, quorum interest, quòd *præfatum Capellanum*, & Successores suos, præsenti Concessione nostra, in forma qua prædictum est, uti & gaudere permittant absque Molestatione seu Impedimento quocumque.

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, xxiv die Martii.

Per ipsum Regem ad Relationem Magni Concilii.

De Restitutionibus Fructuum.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Pandulpho*, eadem Gratiâ, *Episcopo Constantiensi*, ac universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, Receptoribus, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris, infra Ducatum nostrum Normanniæ ubilibet constitutis, Salutem,

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 35. d.

Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quòd *Guillielmum Alis* Capellanum, Juratum Ligeum nostrum, omnimoda Fructus, Redditus, Obventiones, & Emolumenta, de quibuscumque Beneficiis suis infra Ducatum nostrum prædictum provenientia, ac Arreragia inde debita si quæ fuerint,

Solummodò Reservatis hiis, quæ circa Reparationes, & in Sustentationem Divini Cultûs, ac Onera ordinaria & alia rationabilia, applicantur,

Habere & Tenere,

Et ipsum *Guillielmum* Fructibus, Redditibus, Obventionibus, & Emolumentis illis de cætero uti & gaudere pacificè permittatis; aliquo Mandato nostro, vobis in contrarium directo, non obstante.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, xxvj die Martii.

Consimiles Literas habent subscripti, & diriguntur subscriptis; videlicet,

Johannes Chanu Capellanus, Juratus, &c.
Et diriguntur Literæ, *&c. ut supra.*

Thomas Ricber, Bacallarius in Jure Canonico, Capellanus, Juratus, &c.
Et diriguntur Literæ illæ *Pandulpho Episcopo Constantiensi*, & *Episcopo Bajocensi*, seu ejus Vicario Generali, ipso Episcopo Bajocensi in Remotis agente, &c.

---

* *De Reformatione Treugarum Britanniæ.*

* X. 91.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 37.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper Inierimus, Fecerimus, & Concordaverimus Treugas & Abstinentias Guerrarum, sub certis modo & formâ, cum, carissimo Fratre nostro, *Johanne Duce Britanniæ*, prout ex earum Tenoribus clariùs liquere poterit in eventum,

Nos,

Ipsa Pacis seu Treugarum Fœdera, quantum in nobis est, inviolata & illibata observari cupientes, ac quicquid in contrarium

actum

præfatas Treugas & Abstinentias, qualitercumque concernentibus,

Et Attemptatorum hujusmodi Correctionem, Punitionem, Reparationem, & Reformationem Faciendum, & eas fieri Petendum, Requirendum, & cum effectu optinendum,

Ac utriusque Partis Querelas, ultro citróque propositas & proponendas, cum suis Emergentibus, Incidentibus, Dependentibus, & Connexis, Audiendum, Examinandum, & fine debito Terminandum, summariè, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura Judicii, legalibus Terminis, si eis videbitur expedire, non servatis, aut aliàs de Consensu Partium recissis aut abbreviatis, inspectâ solâ facti veritate,

Necnon ad Concedendum, Petendum, & Optinendum quibuscumque Personis salvi Conductûs Literas, quatenus Negotii natura, qualitas, & expeditio Reformationis supradictæ exigit & requirit,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint aut quomodolibet oportuna,

Ipsos Quatuor, Tres, aut Duos eorum nostros, veros, & legitimos Commissarios, Deputatos, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales Facimus, Ordinamus, Creamus, & Constituimus, per Præsentes,

Promittentes, in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros quicquid per eosdem Commissarios, Deputatos, Negotiorum Gestores, & Nuncios, aut Duos eorum, Actum sive Gestum fuerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, Vicesimo Sexto die Martii.

Innovatio prædictæ Commissionis.

Ann. D. 1421.
An. 9.
H. 5.
Ibid.

INnovatio Literæ Commissionis de Reformatione Attemptatorum contra Formam Treugarum, *inter Regem* & *Ducem Britanniæ*, nuper initarum, factæ in forma qua supra, sub Nominibus *Willielmi Comitis Suffolciæ*, ac, dilectorum & fidelium Regis *Willielmi Alyngton* Thesaurarii sui Normanniæ, *Roberti Abbatis Montis Sancti Michaelis in Periculo Maris*, *Johannis de Assheton* Ballivi Regis de Costantino Militis, & Magistri *Laurentii le Berruyer* Scolastici Ecclesiæ Bajocensis, &c. ut supra.

Et idem Dominus Rex ipsos Quinque, Quatuor, aut Tres eorum suos veros & legitimos Commissarios, Deputatos, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales fecit, ordinavit, creavit, & constituit per Præsentes, &c. ut supra.

Dat. ut supra, Vicesimo Sexto die Martii.

Per ipsum Regem ad Relationem Concilii.

• X. 92.

* *De Proclamatione Treugarum Britanniæ.*

Ann. D. 1421.
An. 9.
H. 5.
Ibid.
m. 41. a.

REX Ballivo suo de Costantin, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

Cùm, per Litteras nostras Patentes, Fecerimus, Ordinaverimus & Constituerimus, carissimum Consanguineum nostrum, *Willielmum Comitem Suffolciæ*, ac certos alios nostros Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales, ad Conveniendum cùm Commissariis, Deputatis, & Nunciis, carissimi Fratris nostri *Johannis Ducis Britanniæ*, apud Pountorson, Vicesimo die Aprilis proximo futuro,

Ad audiendum ipsorum Commissariorum, Deputatorum, sive Nunciorum Voluntatem, de & super omnibus & singulis, debitam Observantiam Treugarum sive Abstinentiæ Guerrarum, inter *Nos* & *prædictum Fratrem nostrum* nuper initarum & captarum, concernentibus,

Ac ad Tractandum & Communicandum cum eisdem de & super omnibus & singulis, Liberationem Incarceratorum utriusque Partium prædictarum, ac Reparationem Attemptatorum circa præfatas Treugas & Abstinentias, qualitercumque Spectantibus,

Et hujusmodi Attemptatorum Correctionem, Punitionem, Reparationem, & Reformationem faciendum,

Necnon ad quædam alia, in Literis prædictis specificata, prout in eisdem Literis pleniùs continetur,

Vobis Mandamus quòd in singulis Locis, infra Ballivam vestram, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè ex parte nostra proclamari faciatis,

Ballivo d'Alencon vel, &c.
Ballivo de Gisors, Chaumont & Sainslys vel ejus, &c.
Ballivo de Mante vel ejus, &c.
Ballivo de Dieppe vel ejus, &c.

Pro Duce Burboniæ.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Hæres & Regens Regni Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, universis & singulis Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Gentibus Armorum & de Tractu, ac aliis Ligeis, Fidelibus, & Subditis, cæterisque Amicis & Benivolis, tàm præcarissimi *Patris nostri Franciæ*, quàm *Nostris*, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Ann. D. 1421.
An. 9.
H. 5.
Ibid.
m. 41.

Sciatis quòd suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, *Petrum Despinensez* Militem, *Gassot de Villete* Armigerum, *Radulphum de Baquencourt*, & *Johannem Beaupigne*, Servientes, carissimi Consanguinei nostri, *Johannis Ducis Burboniæ*, & eorum quemlibet, conjunctim, vel divisim, præsentes Literas secum deferentes, cum Sex Personis, vel infra, in Comitiva sua, Armatis vel non Armatis, pedestrè, vel equestrè, usque ad & per Civitates, Villas, & Loca præcarissimi *Patris nostri Franciæ*, necnon ad Civitatem nostram Rothomagi, unà cum Equis, Bonis, Jocalibus, Auro, Argento, Rebus, Hernesiis, Carectis, & Cariagiis suis quibuscumque, & ad quamlibet Carectam Duos Carectarios, quotiens & quando eis placuerit, veniendo, transeundo, morando, perhendinando, & redeundo salvò & securè;

Et ideò Vobis, Ligeis & Subditis *prædicti Patris nostri*, ex parte suâ & nostrâ, ac Ligeis & Subditis nostris * Præcipimus & Mandamus, Vosque Amicos & Benivolos Requirimus & Rogamus, quòd ipsum *Petrum*, *Gassot*, *Radulphum*, & *Johannem*, & eorum quemlibet, conjunctim, vel divisim, præsentes Literas secum deferentes, cum Personis, Carectariis, Equis, Bonis, Jocalibus, Auro, Argento, Rebus, Hernesiis, Carectis, & Cariagiis prædictis, ut præmittitur, veniendo, transeundo, morando, perhendinando, & redeundo, manuteneatis, protegatis, & defendatis, • X. 93.

Non inferentes eis vel inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen:

Et, si quid eis forisfactum vel Injuriatum fuerit, id eis, sine dilatione, corrigi faciatis & debitè reformari;

Proviso semper quòd ipsi quicquam, quod in *prædicti Patris* vel *nostri*, aut Ligeorum seu Subditorum nostrorum, Contemptum vel Præjudicium aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu faciant quomodolibet attemptari,

Quódque ipsi nullum Castrorum, Fortaliciorum, seu Villarum firmatarum *ipsius Patris nostri* aut *Nostrorum*, absque speciali Licentia Capitaneorum seu Custodum eorumdem, intrent quovis modo.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes usque Festum Sancti Johannis Baptistæ proximò futurum duraturas.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, Vicesimo Septimo die Martii, Anno Regni nostri Nono.

Per ipsum Regem ad Relationem Magni Concilii.

Pro Ambassiatoribus Januæ.

Ann. D. 1421.
An. 9.
H. 5.
Franc. 9.
H. 5.
m. 15.

REX, per Literas suas Patentes, usque Quintumdecimum diem Junii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Raphaelem Spinolle*, & *Stephanum Lomelyn*, Ambassiatores Communitatis Januæ, usque Præsentiam Regis, ubi Rex fuerit, cum Quadraginta Personis in Comitiva sua, vel infra, Armatis, vel non Armatis, ac cum Equis, Manticis, Jocalibus, Auro, Argento, Robis & aliis Bonis suis quibuscumque, equestrè, vel pedestrè, per Diem, vel per Noctem, tàm per Terram, quàm per Aquam & Mare, conjunctim, vel divisim, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abinde ad partes suas proprias redeundo;

Proviso semper quòd prædicti *Raphael* & *Stephanus*, ac Personæ prædictæ, quicquam, quod in Regis Contemptum vel Præjudicium, aut Populi sui Dampnum, cedere valeat, non attemptent, aut facere vel attemptare præsumant, quovis modo,

Quódque ipsi, ante Introitum suum cujuslibet Castrorum, Civitatum, Villarum firmatarum, aut aliorum Fortalitiorum Regis,

Capi-

m. 32. *Johannes Boulet* Capellanus ad Ecclesiam Parochialem Sancti Petri de Anteul Ebroicensis Dioecesis, &c.

Johannes Grent Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem de Graneron prædictæ Dioecesis, &c.

m. 30. *Petrus Adæ* Magister in Artibus, ad Ecclesiam Sancti Petri de Landellis Constantiensis Dioecesis, &c.

Magister *Gullielmus Anglici* Magister in Artibus & Bacallarius in Theologia Studens in Universitate Parisius, ad Ecclesiam Parochialem de Handreville Lexoviensis Dioecesis, &c.

Rogerus de Liesum Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem de Fanerolez Ebroicensis Dioecesis, &c.

Ricardus Selles Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem Sancti Johannis de Buat Abrincensis Dioecesis, &c.

Simon Beralut Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem Sancti Juliani de Mailloco Lexoviensis Dioecesis, &c.

Johannes Lesgare Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem Sancti Stephani de Honeflieu Dioecesis prædictæ, &c.

m. 29. Magister *Gullielmus Ewerye* Magister in Artibus & Baccallarius formatus in Theologia, ad majorem Portionem beatæ Mariæ de Carentomo Constantiensis Dioecesis, &c.

m. 28. *Petrus Martin* Clericus, ad Ecclesiam Parochialem beatæ Mariæ de Benevilla Constantiensis Dioecesis, &c.

m. 27. *Rogerus Herichon* Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem beatæ Mariæ de Blonville Lexoviensis Dioecesis, &c.

m. 21. *Georgius Faucus* Clericus, ad Capellam Sancti Nicholai Dubut le Roy Bajocensis Dioecesis, &c.

Petrus Mauritii Capellanus, Magister in Artibus & in Theologia Bacallarius, ad Ecclesiam Parochialem Sancti Sebastiani de Pratellis Lexoviensis Dioecesis, &c.

Johannes Postelli Capellanus, Magister in Artibus, & Bacallarius in Theologia ad Ecclesiam Parochialem Sancti Leodegary de Angiervilla in Valle Deucre Lexoviensis Dioecesis, &c.

m. 17. *Michael Harenc* Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem Sancti Sulpitii subtus Emerunem Rothomagensis Dioecesis, &c.

Martinus Asse Capellanus, ad Majorem Portionem Ecclesiæ Parochialis de Remers Bajocensis Dioecesis, &c.

m. 16. *Thomas Boutin* Magister in Artibus & Bacallarius in Theologia, ad Ecclesiam Parochialem de Muneville Constantiensis Dioecesis, &c.

m. 15. *Petrus Erquembout* Clericus, ad Ecclesiam Sancti Petri de Tourville, Lexoviensis Dioecesis, &c.

Johannes Billart Capellanus, ad Capellam Sancti Johannis Evangelistæ in Ecclesia Collegiata Meduntæ, &c.

Johanes Worsley Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem Desterville Bajocensis Dioecesis, &c.

Robertus Destampes Magister in Artibus & Bacallarius in Theologia, ad Personatum de Fontenay le Paynel Bajocensis Diocesis, &c.

m. 14. *Matheus de Monsiquet* Clericus Magister in Artibus, ad Ecclesiam Parochialem Sancti Lupy de Friboys Lexoviensis Dioecesis, &c.

Dionisius Tostam Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem Dumesvill Paire Bajocensis Dioecesis, &c.

Gullielmus Cloutary Capellanus, Magister in Artibus, ad Capellam sive Capellaniam de Passi Sagiensis Dioecesis, &c.

m. 13. *Johannes Meguyn* Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem de Mullers Rothomagensis Dioecesis.

Robertus le Quartier Clericus, ad Ecclesiam Parochialem beatæ Mariæ de Bysson Bajocensis Dioecesis, &c.

Johannes Vespail, Capellanus, ad Ecclesiam Parochialem Sancti Petri de Bosco Evrard Rothomagensis Dioecesis.

m. 11. *Egidius Carlery* de Camerato Capellanus, sacræ Theologiæ Professor, ad Ecclesiam Parochialem de Ouynulle Rothomagensis Dioecesis, &c.

m. 6. *Thomas Jamet* Capellanus ad Ecclesiam Parochialem Sancti Martini de Verins Abrincensis Dioecesis, &c.

m. 5. *Lobertus Loterel* alias dictus *Robertus Salomon*, ad Ecclesiam Parochialem de Valibus supra viam Bajocensis Dioecesis, &c.

Dionisius Basset Diaconus Bacallarius in Legibus, ad Ecclesiam Parochialem Sanctæ Honorinæ de Vascongne Bajocensis Dioecesis, &c.

dicto Termino Paschæ Cessis & Debitis, Liberandum & Quitandum, Pactumque de ulterius non petendo, *eidem Domino Regi*, ac aliis omnibus quorum interesset,

Necnon omnia & singula Faciendum & Expediendum, quæ ad Liberationem & Quitationem dicti *Domini Regis* in hac parte necessaria fuerint quomodolibet vel oportuna,

Promittimus quoque, pro Nobis, Hæredibusque nostris, Nos Ratum, Gratum, Firmum, & Stabile perpetuò habiturum totum & quicquid per dictum nostrum Procuratorem Actum, Factum, Gestumque fuerit in Præmissis ullo modo, sub Bonorum nostrorum omnium, præsentium & futurorum, Ypothecâ & Obligatione,

Offerentes etiam Nos (si pro parte dicti Domini Regis petitum fuerit & postulatum) ea omnia & singula, in efficaciam certitudinis plenioris, nostris denique Litteris autenticis roborare.

In quorum fidem & testimonium Sigillum nostrum Præsentibus est appensum.

Datum & Actum in *Castro nostro Heydelberg*. Die Tertiâ Mensis Aprilis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo Primo.

Super Duce Clarencia in quodam Conflictu interfecto.

REX, Ballivo suo de Rouen, Salutem. Ann. D. 1421.

Quia, carissimus Frater noster *Thomas Dux Clarenciæ*, ac *Johannes Dominus de Roos*, *Johannes Gray* de Hethon, & *Gilbertus Umfrevile*, Milites, necnon quamplures alii Milites & Armigeri, *An. 9. H. 5. Norm. H. 5. m. 37. dors.*

Qui nonnulla Dominia, Terras, Tenementa, Redditus, & Possessiones, infra Ducatum nostrum Normanniæ, ac alias Partes Franciæ nobis subjectas, ex Concessione nostrâ, habuerunt & tenuerunt,

In quodam Conflictu, super Inimicos nostros habito, ante Diem Paschæ proximò præteritæ, Divinâ permittente Clementiâ, Dies suos clauserunt extremos, ut accepimus,

Vobis Mandamus quòd omnia Dominia, Terras, Tenementa, Redditus, & Possessiones quæcumque, quæ fuerunt prædictorum, *Ducis*, *Johannis*, *Johannis*, & *Gilberti*, ac aliorum Militum & Armigerorum, in Conflictu prædicto sic Defunctorum, vel alicujus eorumdem, infra Bailliagium vestrum existentia, in Manus nostras, sine dilatione, capi & seisiri faciatis,

Ac de Redditibus, Reventionibus, & Proventibus, inde pro Termino Paschæ nunc proximò elapso debitis, nobis integrè & plenariè faciatis Responderi,

Et, si quid, de Termino illo, per Receptores suos, Levatum seu Perceptum fuerit, id nobis indilatè Restitui & Deliberari curetis,

Et Receptores illos ad id faciendum, si opus fuerit, viis & modis congruis & oportunis, cogatis & compellatis;

Et hoc nullatenus omittatis.

* Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, Tertio Die Aprilis. * X. 96.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis; videlicet,

Ballivo suo de Caux.
Ballivo suo de Caen.
Ballivo suo de Constantin.
Ballivo suo de Gisors.
Ballivo suo de Mante.
Ballivo suo d'Eureux.
Ballivo suo de Alencon.

De Mutuo faciendo.

REX, carissimo Consanguineo suo, *Henrico Comiti Northumbriæ*, ac, Carissimo Avunculo suo, *Radulpho Comiti Westmorlandiæ*, necnon dilectis & fidelibus suis, *Willielmo Haryngton*, *Ricardo Tempest*, & *Ricardo Redmayn*, Militibus, *Roberto Waterton*, *Thomæ Clarell*, & *Edmundo Fitz William*, Armigeris, Salutem. Ann. D. 1421. *An. 9. H. 5. Pat. 9. H. 5. p. 1. m. 16. dor.*

Cùm Nos, in propriâ Personâ nostrâ, versus Ducatum nostrum Nor-

quadam Cedula præsentibus annexâ,

Coram vobis, seu aliquo vestrûm, venire faciendum,

Et cum ipsis Communicandum & Tractandum, ac easdem Personas viis & modis, quibus meliùs sciveritis aut poteritis, ad certas Summas, prout cum eis concordare poteris, nobis Mutuandas, & illas Summas, per ipsos sic mutuatas, Thesaurario nostro Angliæ, citra Primum Diem Maii proximò futurum, mittere seu mitti facere Inducendum,

Et ad vos ipsos ad Summas, pro Gradibus vestris competentes, Nobis similiter Mutuandas, Assidendum, & Summas illas ad Diem prædictum in formâ prædictâ Mittendum,

Sufficientes Securitates, pro Summis prædictis, vobis, & aliis hujusmodi Creditoribus nostris, in hac parte, Solvendis, adtunc recepturi,

Et ad Nos, tàm de Nominibus omnium & singulorum, qui Nobis aliquas Summas mutuârunt, ac de singulis Summis, sic per ipsos Mutuatis, quàm de Nominibus illorum, qui coram vobis mutuare recusârunt, sub Sigillis vestris, vel unius vestrûm, ad Diem prædictum, distinctè & apertè, Certificandum;

Remittentes Nobis tunc hoc Breve:

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, ac ea faciatis & expleatis in formâ prædictâ;

Damus autem Vicecomiti nostro Comitatûs prædicti, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris ejusdem Comitatûs, quòd vobis, & cuilibet vestrûm, in Præmissis faciendis & explendis, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Eborum*, septimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Eodem modo assignantur subscripti, in Comitatibus & Locis subscriptis, sub Datâ subscriptâ; videlicet,

Henricus Comes Northumbriæ.
Radulphus Comes Westmerlandiæ.
Willielmus Eure Chivaler.
Johannes Clereuese Chivaler.
Alexander Nevile.
Marmaducus Darell.
Johannes Pygot.
Robertus Horneby.
Willielmus Gower.
Cristoferus Couzers.
Willielmus de Burgh.
Johannes de Kyllum.
Willielm. Lassellys de Sourby.
* X. 97. * *Millo de Goldysburgh.*
Willielmus Darell.
Willielmus de Lokton.
Marmaducus de Twyng.
Henricus Maunsell.
Willielmus Belforth.
Robertus de Norton.
Willielmus Franke.

} in Northrithyngo in Comitatu Eborum. Teste ut supra.

Ricardus Comes Warrwicæ in Villâ Bristoll.

Teste ut supra.

REX, carissimo Consanguineo suo, *Henrico Courtenay Comiti Devoniæ*, ac, dilectis & Fidelibus suis, *Johanni Arundell* Chivaler, *Rogero Bole* Præcentori Ecclesiæ Cathedralis Exoniæ, *Johanni Wynard* & *Johanni Bosom*, ac Vicecomiti Comitatûs Devoniæ, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos in propriâ Personâ nostrâ, *&c. ut supra usque ibi*, evocandas, *& tunc sic*, coram vobis, seu aliquo vestrûm, *&c. ut supra usque ibi*, Thesaurario nostro Angliæ, *& tunc sic*, citra Octavum Diem Maii, *&c. ut supra usque ibi*, Damus autem, & *tunc sic*, Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris Comitatûs prædicti, quòd vobis, & cuilibet vestrûm, in Præmissis faciendis & explendis, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo primo die Aprilis.

Johanni Pelham Chivaler.
Vicecomitibus.
} Teste ut supra.

Thomæ Chaucer Armigero.
Johanni Wallicotes Armigero.
Johanni Golafre Armigero.
Vicecomitibus
} in Comitatibus Oxon. & Berks. Teste ut supra.

Reginaldo de Grey de Ruthyn Chivaler.
Johanni Cornwaill Chivaler.
Thomæ Bromeflete Chivaler.
Thomæ Waweton.
Thomæ Strikland.
Hugoni Hasilden.
Vicecomiti.
} in Com. Bedf. Teste ut supra.

Willielmo Molyns Chivaler.
Ricardo Wyot.
Johanni Barton Juniori.
Willielmo Massy.
Georgio Longevyle.
Waltero Fitz Richard.
Vicecomiti.
} in Comitatu Bucks. Teste ut supra.

* *Rogero Flore.*
Johanni Basynges Chivaler.
Thomæ Burton Chivaler.
Henr. Plesyngton Chivaler.
Roberti Browe.
Vicecomiti.
} in Com. Rotel. Teste ut supra.

Johanni Sprigy Majori Villæ Norhampton in Villa Norhampton.

Teste ut supra.

Rogero Flore.
Nicholao Merbury.
Johanni Longevi1le.
Johanni Catesby.
Thomæ Wake.
Vicecomiti.
} in Comitatu Norhampt. Teste ut supra.

} citra primum diem Maii proximò futurum, * X. 98.

Johanni Leventhorp.
* *Johanni Pyrient.*
Johanni Hotoft.
Salomoni Freston.
Vicecomiti.
} in Com. Hertf. Teste Rege apud *Westmonasterium* decimo quarto Maii.

Lodowico John.
Roberto de Teye.
Ricardo Baynard.
Vicecomiti.
} in Com. Essex. Teste ut supra.

} citra Octabas Sanctæ Trinitatis proximò futuras.

Pro Collegio de Mignon Parisius.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 33.

Pro Parte Magistri & Scolarium de Mignon Parisius Nobis exponebatur quòd, inter alia, ad suam Sustentationem, in primariâ Fundatione ejusdem Collegii, piâ Devotione collata, Dotati extiterunt de Portu, Peagio, & Traversu Domorum super Sayn in Castellania de Poissy, prout ex quibusdem Literis, in ea parte nobis & Concilio nostro exhibitis, pleniùs apparebat,

Asserebantque quòd, à tempore Dotationis prædictæ, in tempus quo, divino nutu, Ducatum nostrum Normanniæ CONQUISIVIMUS, Magistri & Scolares Collegii prædicti, quicumque pro tempore existentes, Portum, Peagium, & Traversum prædicta habuerunt, tenuerunt, & possiderunt, absque impedimenti cujuscumque vel contradictionis obstaculo, liberè, pacificè, & quietè,

Nobis humiliter supplicantes quatenus, Pietatis intuitu, favoreque studii, ac contemplatione PACIS FINALIS, inter præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* pridem, largiente Domino, COMPOSITÆ, gratiosè providere dignaremur quòd iidem Magister & Scolares, eorumque Successores, Portu, Peagio, & Traversu prædictis gaudere possint & valeant, sicut ante,

Nos igitur (eorum Supplicationibus favorabiliter inclinati) De Gratia nostra speciali, Concessimus & Concedimus, per Præsentes, præfatis, Magistro & Scolaribus, quòd ipsi, & eorum Suc-

neraliter omnes Anglici (cujuscumque Statûs aut Conditionis fuerint) versus, carissimum Consanguineum nostrum, *Thomam Comitem Sarum*, Locumtenentem Ducatûs nostri Normanniæ, seu magnum Senescallum ejusdem Ducatûs nostri, aut alios Capitaneos, in eorum Comitiva, vel ad Garnesias nostras, infra Ducatum nostrum prædictum, seu alias partes nobis subjectas, existentes, ad Finem quòd ipsi cum eisdem ad Vadia nostra capienda retineri possint, absque dilatione aliquâ, se trahant, properent, & festinent, sub Pœna Amissionis Vitæ eorum,

Et quod nullus eorum aliqua Victualia, seu alia Deveria, ab aliquibus Ligeis seu Subditis Ducatûs & Partium prædictarum, absque promptâ Solutione in manu, vel aliter prout cum eisdem poterit concordari, capiat seu capi faciat sub Pœnâ supradictâ,

Et ulteriùs, in locis supradictis, publicè, ex parte nostrâ, de novo proclamari faciatis quasdam Literas nostras Patentes, apud *Rothomagum*, vicesimo quarto die Januarii ultimò præterito, factas, & vobis nuper transmissas,

Mentionem facientes quòd nullus Janitor sive Custos Portarum quarumcumque Villarum seu Fortaliciorum, in Obedientiâ nostrâ prædictâ existentium, aliqua Proficua a Ligeis seu Subditis nostris prædictis quovis modo capiat, nec quod nullus (cujuscumque statûs fuerit) Equos, Jumenta, seu alia Bestias, vel Animalia, absque Voluntate Partis capiat seu capi faciat quovis modo, sub certâ Pœnâ in eisdem Literis nostris contentâ, ac de certis aliis Punctis, Articulis, & Circumstantiis, in dictis Literis nostris specificatis, prout in eisdem Literis pleniùs continetur,

Et ea omnia & singula, in eisdem contenta, firmiter & districtè custodiri & observari faciatis,

Et quòd vos per totum Balliagium vestrum Equitatis, ad Transgressores & alios quoscumque, contra Pacem facientes & Delinquentes, absque favore aliquo, cum effectu, sine dilatione, Castigandum & Puniendum,

Et omnia alia & singula supradicta debitè Exequendum, prout gravem Indignationem nostram evitare, & de Præmissis nobis respondere volueritis, nullatenus omittatis.

Dat. *apud Castrum nostrum Rothomagi*, octavo die Aprilis.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis; videlicet,

Ballivo nostro de Caux.
Ballivo nostro d'Evreux.
Ballivo nostro de Alencon.
Ballivo nostro de Gisors.
Ricardo Worcestre Capitaneo Villæ Regis de Bernay.
Ballivo nostro de Caen.
Ballivo nostro de Constantin.

Pro Comite de Douglas & pro Comite Atholiæ.

Ann. D. 1421. *An.* 9. *H.* 5. *Scot.* 9. *H.* 5. *m.* 3.

REX, universis & singulis Marchiarum Regni nostri Angliæ versus Scotiam Custodibus, ac Admirallis, Capitaneis, &c. ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Consanguineum nostrum, *Archibaldum Comitem de Douglas*, cum Sexaginta Personis in Comitivâ suâ, vel infra (cujuscumque Statûs, Gradûs, Præeminentiæ, Dignitatis, vel Conditionis existant) cum Equis, Rebus, Bonis, & Hernesiis suis quibuscumque, in Regnum nostrum Angliæ, * conjunctim, & divisim, veniendo, ibidem morando & perhendinando, ac exinde, quotiens & quando eis placuerit, ad partes Scotiæ, sine impedimento quocumque, redeundo,

*X, 100.

Nolentes quòd dictus Comes, nec aliquis secum veniens, ratione Contractûs, Juramenti, Conditionis, seu Obligationis, ante ipsorum Comitis & secum venientium vigore præsentis nostri salvi Conductûs, in Regnum nostrum Primos Ingressum & Adventum initorum, sive factorum, præstitorum, aut contractorum, vel propter Marquam, Contromarquam, aut Prisalias, seu Reprisalias, inter Regnum Scotiæ, seu Partes Flandriæ, aut quascumque alias Partes, ante diem dictorum Ingressûs & Adventûs, concessas, occasionentur, arestentur, vel aliquo modo, operibus vel verbis, graventur, implacitetur, occasionetur, arestetur, vel aliquo modo gravetur ipsorum aliquis, ipsis vel illi, sic læsis, aut læso, gravatis, aut gravato, competentes & rationabiles Emendas & Satisfactionem congruam fieri facere promittentes per Præsentes.

In cujus, &c. usque ultimum diem Maii proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Hoveden*, undecimo die Aprilis.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas Regis de salvo Conductu habet *Walterus Styward Comes Atholiæ* & Cathenensis, sub eadem Datâ.

Per ipsum Regem.

Pro Duce Burboniæ.

REX, per Literas suas Patentes, usque Vicesimum sextum Diem Maii proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum, &c. Decem Personas, vel infra, Servientes, carissimi Consanguinei sui, *Johannis Ducis Burboniæ*, Armatas, vel non Armatas, ac totidem Equos suos, pro conducendo Parcellam Financiæ ipsius *Ducis* usque Civitatem Regis Burdegaliæ, tàm per Terram, quàm per Aquam, transeundo, ibidem morando, & exindè ad propria redeundo, necnon Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Ann. D. 1421. *An.* 9. *H.* 5. *Norm.* 9. *H.* 5. *m.* 41.

Et ideò, &c.

Proviso semper quòd Personæ prædictæ quicquam, &c.

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum suum Rothomagi*, decimo quarto die Aprilis.

Per ipsum Regem ad Relationem Magni Concilii.

** De Prima Decima colligenda pro Rege.* *X. 101.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Pandulpho*, eâdem gratiâ, *Episcopo Constantiensi*, seu ejus Vicarius in Spiritualibus, Salutem.

Ann. D. 1421. *An.* 9. *H.* 5. *Pat.* *Norm.* 9. *H.* 5. *m.* 39. *dors.*

Inter cæteras regalis, nobis cœlitùs commissi, Regiminis Curas & Solicitudines, Regiis humeris incumbentes, votis nostris occurrit præcipuum, ea, nostris temporibus, ubique locorum Nobis Subditorum, stabilire, prosequi, & complere, quæ nostris Subditis Pacem pareant, Justitiæ fructum afferant unicuique quod suum est.

Ea propter,

Nostræ considerationis aciem dirigentes specialiter ad ipsum nostrum Normanniæ Ducatum, & alias Partes supradictas per Nos, Salvatoris Pacis, Justitiæ & Æquitatis Directoris, operante gratiâ, Conquestos, ipsorumque Ducatûs & Partium tranquillum Regimen, & Populi ibidem degentis Tuitionem, ut Pacis & Justitiæ fruantur dulcedine, defendantur a nostris & eorum Hostibus, præserventur a noxiis, in suisque secum conversentur Domibus & Possessionibus, tàm infra quàm extra Villarum & Castrorum nostrorum Moenia constitutis, Terrasque suas, Agros, & Vineas, aliasque Possessiones ad debitam Culturam reducere valeant sine metu, optatâ Libertate potiantur & gaudeant, viteturque jam ibidem experta Pericula & Populus Partium earumdem, ab Opprimentium Protectus Incursibus, sedeat, sedendo quiescat in pulchritudine Pacis & Tabernaculis Justitiæ, Præmissorumque lætitiâ gaudiosè nutritus optatis semper proficiat incrementis,

Ex nostrâ certâ scientiâ, & de avisamento Concilii nostri, Tres Status nostrorum Ducatûs & Patriæ prædictorum (videlicet, Cleri, Nobilium, & Civium nostrorum cæterorum) serie Brevium apud Villam nostram Rothomagensem coram Nobis fecimus evocari,

Quibus Statubus, tunc præsentibus coram Nobis, palam exponi fecimus intentionem nostram in Præmissis & aliis nonnullis, concernentibus sanum, securum, ac salubrem Statum & Bonum universale

Quocirca vos attentius quo valemus, Tenore Præsentium, Monemus, Requirimus, & hortamur quatinus de Beneficiis quibuscumque Ecclesiasticis Taxatis prædictam unam Decimam, & æquivalentem Summam de non Taxatis, a Capitulis, Abbatibus, Prioribus, Conventibus, Collegiis, & cæteris Personis Ecclesiasticis, Exemptis & non Exemptis, vestrarum Civitatis & Diocesis (cujuscumque Præeminentiæ, Dignitatis, Status, ac Conditionis existant) secundum præsentem Cursum Monetæ nostræ Colligatis, & Levetis, ac Recipiatis, seu Colligi, & Levari, ac Recipi faciatis per talem pro quo de dictâ Decimâ Nobis respondere volueritis.

Et Nobis, seu Thesaurario nostro Normanniæ, in Villâ nostrâ Cadomensi, infra Quindecim Dies proximò futuros, integraliter solvatis, seu solvi faciatis,

Et Personas Ecclesiasticas quascumque supradictas, omni dilatione postpositâ, per Monitiones & Censuras Ecclesiasticas, in eorum Personas, & Interdicti Sententias, in eorum Loca, fulminandas, & alias quascumque vias & modos legitimos, ad Solutionem Decimæ supradictæ, dictis Die & Loco, ut præmittitur, faciendam, Coherceatis, & faciatis contra easdem debitam Executionem, &, si opus sit, per Invocationem Brachii Secularis, prædictas Personas ad Solutionem prædictæ Decimæ Compellatis, seu Compelli faciatis cum effectu, taliter quòd a Nobis valeatis de diligentiâ commendari :

De Nomine verò & Cognitione dicti Collectoris sive Receptoris, per vos in hac parte deputandi, præfatum nostrum * Thesaurarium Normanniæ, dictis Die & Loco, debitè certificetis.

*X. 102.

Data apud *Rouen*, decimo quarto die Aprilis.

Per ipsum Regem ad Relationem Magni Concilii.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis; videlicet;

Venerabili in Christo Patri Episcopo Abrincensi, *seu ejus Vicariis in Spiritualibus ibidem.*

Venerabili in Christo Patri Episcopo Sagiensi, *seu ejus Vicariis, &c.*

Vicariis in Spiritualibus Episcopatûs Bajocensis, Sede ibidem vacante.

Vicariis in Spiritualibus Episcopi Ebroicensis, *ipso Episcopo in remotis agente.*

Vicariis in Spiritualibus Episcopi Lexoviensis, *ipso Episcopo in remotis agente.*

Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopatûs Rothomagensis.

Dilecto sibi in Christo, Decano Ecclesiæ Collegiatæ beatæ Mariæ de Meduntâ.

De Archidiaconatu Collato.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 40.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Notum facimus quòd, si Archiaconatus Angi, quem, dilectus nobis, *Nicholaus de Venderez* Capellanus in Ecclesiâ Cathedrali Rothomagensi noscitur pacificè possidere, Prædecessorum nostrorum vel Nostris temporibus, in Regalia vacaverit, aut vacet ad præsens,

Propter quod ad ipsos Prædecessores nostros, vel ad Nos, ipsius Archidiaconatûs Collatio, *Jure Regaliæ*, pertinuerit, aut ad Nos pertineat quovis modo,

Nos ipsum *Archidiaconatum* dicto *Nicholao Contulimus* & *Conferimus* per Præsentes,

Intuitu Pietatis & de gratiâ speciali Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopatûs Rothomagensis, necnon, dilectis nobis in Christo, Decano & Capitulo Ecclesiæ prædictæ, Mandantes quatinus *præfatum Nicholaum* in dicti Archidiaconatûs Possessionem manuteneant & conservent,

Et eidem de Fructibus, Redditibus, Obventionibus, Emolumentis, & Juribus universis, ad eundem spectantibus, respondeant aut faciant integrè responderi;

Concessimus insuper eidem *Nicholao*, & *Concedimus* per Præsentes, de Gratiâ supradictâ, ut, virtute præsentis Collationis nostræ, Possessionem hujusmodi Archidiaconatûs nullatenus adipisci teneatur, Usu, Stilo, Consuetudine, Observantiâ, vel Edictis contrariis non obstantibus quibuscumque.

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, decimo octavo die Aprilis.

tis, spectantibus ad eandem, uti & gaudere permittant, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis;

Proviso semper quòd prædictus *Henricus* Compotum, inde debitum, si & ubi debetur, prout moris est, reddere teneantur,

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, decimo octavo die Aprilis.

---

* *De Restitutione Fructuum.*

* X. 103.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m 39. dorf.

REX, Dilectis & Fidelibus suis, *Thesaurario nostro Generali Normanniæ*, ac Præsidenti & Gentibus de Camera nostra Compotorum, necnon Universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, Præpositis, Receptoribus, aliis Officiariis & Ministris, infra Ducatum nostrum Normanniæ ac alias Partes Franciæ nobis Subjectas ubilibet constitutis, Salutem.

Mandamus Vobis, & Vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quòd, dilectos nobis in Christo, *Abbatem & Conventum du Val*, beatæ Mariæ prope Pontoise omnimoda Fructus, Redditus, Obventiones, & Emolumenta quorumcumque Beneficiorum suorum, & aliorum Terrarum, Tenementorum, Redditium, & Possessionum, infra Ducatum & Partes prædictos existentium, necnon Arreragia eorumdem, inde pro Termino Paschæ ultimò præterito a retro existentia, si quæ fuerint,

Solummodo Reservatis hiis, quæ circa Reparationes, & in Sustentationem Divini Cultûs, ac Onera ordinaria & alia rationabilia applicantur,

Habere & tenere, & ipsos *Abbatem & Conventum* Fructibus, Redditibus, Obventionibus, & Emolumentis illis de cætero uti & gaudere pacifice permittatis; aliquo Mandato nostrò, vobis in contrarium directo, non obstante.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, Decimo octavo die Aprilis.

Super Prabenda de Baally.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 42.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Notum facimus quòd, si Canonicatus & Præbenda Ecclesiæ Rothomagensis, vulgariter nuncupata Præbenda de Baally, in Parochia de Londmarus,

Quos, dilectus nobis, Magister *Johannes Basseti*, in Decretis Licentiatus, in eadem Ecclesia Rothomagensi noscitur pacificè possidere,

Prædecessorum nostrorum, vel nostris temporibus, JURE REGALIÆ, vacaverint, aut vacent ad præsens,

Propter quod ad ipsos Prædecessores nostros, vel ad Nos, ipsorum Canonicatûs & Præbendæ Collatio, JURE REGALIÆ, pertinuerit, aut ad nos pertineat quovis modo,

Nos ipsos Canonicatum & Præbendam *dicto Johanni Contulimus* & *Conferimus* per Præsentes,

Intuitu Pietatis & de Gratia speciali Venerabilibus Viris *Decano & Capitulo* Ecclesiæ prædictæ Mandantes, quatenus *præfatum Johannem* in dictorum Canonicatus & Præbendæ Possessionem manuteneant & conservent, & eidem de Fructibus, Redditibus, Obventionibus, Emolumentis, & Juribus universis, ad eosdem spectantibus, respondeant & faciant integrè responderi;

Concessimus insuper *eidem Johanni* & *Concedimus* per Præsentes, de Gratiâ supradictâ, ut virtute præsentis Collationis nostræ, Possessionem hujusmodi Canonicatûs & Præbendæ nullatenus adipisci teneatur, Usu, Stilo, Consuetudine, Observantiâ, vel Edictis contrariis non obstantibus quibuscumque.

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, Vicesimo die Aprilis.

De Audiendo Compotum.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. ibid. m. 35. d.

REX, Dilecto & fideli suo, *Ricardo Walstede*, Ballivo suo de Caux, ac, dilecto sibi, *Guillielmo le Provost*, Salutem.

Sciatis quòd Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad Audiendum & Recipiendum Compotum *Johannis Culerier*, Receptoris Abbatiæ de Fescamp, de omni eo quod Recepta Officii sui, de tempore quo in Officio illo steterit, habet & debet computare,

Cæteraque, quæ ad hujusmodi Compotum Audiendum & Recipiendum pertinent, Faciendum & Exequendum,

Et nos & Concilium nostrum de Compoto illo, cùm sic factum fuerit, indilatè Certificandum;

Et

[illegible] uti & gaudere pacifice permittatis; aliquo Mandato nostro, nobis in contrarium directo, non obstante.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, Vicesimo quarto die Aprilis.

De Collationibus.

Ann. D. REX, *Vicecomiti nostro d'Ange*, Salutem.
1421. Tibi, Tenore Præsentium, Significamus quòd Capellas si-
An. 9. ve Capellanias, beatæ Mariæ de Bisson, & Sancti Salvatoris, in-
H. 5. fra Parochiam de Maverbe prope Liseux, in Diœcese Bajocensi,
Norm. 9. Per mortem Domini *Petri Escombart*, ultimi Capellani earum-
H. 5. dem, vacantes, & ad nostram Donationem spectantes ut dicitur,
m. 39. Dilecto nobis, *Rogero Gylder* Capellano, cum suis Juribus &
Pertinentiis universis, *Conferimus & Donamus*,

Mandantes quatinus *ipsum Rogerum* in corporalem Possessionem Capellarum sive Capellaniarum prædictarum ponas, seu poni facias,

Necnon Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis quibuscumque, ad easdem spectantibus, uti & gaudere permittas, & de eisdem ab omnibus, quorum interest, integrè facias responderi, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Dat. *apud Castrum nostrum Rothomagi*, Vicesimo quarto die Aprilis.

m. 34. REX, Dilectis sibi, *Decano & Capitulo Ecclesiæ Cathedralis Bajocensis*, Sede ibidem vacante, Salutem.

Vobis, Tenore Præsentium, Significamus quòd Canonicatum & Præbendam,

Quos nuper in Ecclesia prædicta optinere solebat Magister *Johannes de Crepone* Defunctus, quosque occupat & illicite detinet Magister *Johannes Gervasii*,

De Jure liberos & vacantes, per Contractum illicitum & Simoniam, per *eundem Johannem Gervasii* factas ut dicitur,

Quorum quidem Canonicatûs & Præbendæ, sic vacantium, Collatio & omnimoda Dispositio nobis noscuntur pertinere,

Dilecto nobis, Magistro *Thomæ Moigne*, Sacræ Paginæ Professori, cum Juribus, &c. *ut supra, mutatis mutandis.*

m. 31. REX, *Decano & Capitulo Ecclesiæ Collegiatæ beatæ Mariæ de Poissiaco*, Salutem.

Vobis, Tenore Præsentium, significamus quòd Canonicatum & Præbendam in Ecclesia prædicta,

Nunc liberos & vacantes per mortem *Noeli Priede* Capellani, pridem Canonici & Præbendarii ibidem,

Quorum quidem Canonicatûs & Præbendæ, sic vacantium, Collatio & omnimoda Dispositio nobis noscuntur pertinere,

* X. 105. * Dilecto Nobis *Johanni Morlet* Clerico, cum suis Juribus, &c. ut supra, mutatis mutandis.

Ibid. m. REX, *Decano & Capitulo* Ecclesiæ Cathedralis Rothomagensis
29. seu Præsidenti & Capitulo ejusdem, ipso Decano absente, Salutem.

Vobis, *&c. ut supra usque ibi*, Ecclesia prædicta, *& tunc sic*, quos nuper optinere solebat in eadem Magister *Johannes Mercherii*, nunc liberos & vacantes & in manibus nostris Jure Regaliæ existentes, quorum quidem Canonicatûs & Præbendæ Collatio & omnimoda Dispositio nobis noscuntur pertinere, dilecto Clerico nostro Magistro *Thomæ Bruns* in utroque Jure Doctori cum suis Juribus, &c. *ut supra, mutatis mutandis.*

Consimiles Literas Regis Patentes habent subscripti; videlicet,

Dilectus Regis Magister *Nicholaus Canal* Licentiatus in Legibus de Canonicatu & Præbenda quos optinere solebat Magister *Robertus Faubuisson*, &c.

Dilectus Clericus Regis *Johannes Stopyndon* de Canonicatu & Præbenda quos optinere solebat in eadem Magister *Johannes Carozoli*, &c.

Dilectus Regis Magister *Dionisius Gastinel* Magister in Artibus

REX, *Præsidenti & Capitulo* Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Mel- *Ibid. m.*
loni de Pontisara, Decano ibidem absente, Salutem. 27.

Vobis Tenore Præsentium significamus quòd Canonicatum & Præbendam in Ecclesia prædicta, quos nuper optinere solebat in eadem Magister Anthonius Courandi, nunc liberos & vacantes & in manibus nostris pleno jure existentes, quorum quidem Canonicatus & Præbendæ Collatio & omnimoda dispositio nobis noscuntur pertinere, Dilecto Nobis Petro Eurardi Capellano cum suis Juribus, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste ut supra, primo die Decembris.

Consimiles Literas habent subscripti; videlicet,

Johannes Berterii, Clericus, ad Canonicatum & Præbendam in Ecclesia Bajocen.

Johannes Pieder Capellanus, ad Capellaniam in Hospitali d'Argentem Sagien. Diœcese.

Johannes Denis Bacallarius in Decretis ad Capellam in Castro de Gaureyo Constancien. Diœcese.

Magister *Radulphus Veret*, ad Canonicatum & Præbendam in Ecclesia Collegiata Sanctorum Ebrulfi & Firmati de Moritonio, Abrincensi Diœcese.

Ivo de Bostendast Capellanus, Magister in Artibus, & Bacallarius in Legibus, ad Canonicatum & Præbendam in supradicta Ecclesia Collegiata, &c.

---

* *De Restitutione Temporalium.*

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quod, 1421.
De Gratia nostra speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pie- *An.* 9.
tatis Opera (quæ in Ecclesia Collegiata Sanctorum Ebrulphi & *H.* 5.
Firmati de Moretonio Abricensis Diœcesis fieri debeant) plus so- *Norm.* 9.
lito accrescant & ibidem laudabiliùs manuteneantur & sustinean- *H.* 5.
tur, *m.* 40.

CONCESSIMUS, dilectis Nobis in Christo, *Decano & Capitulo* Ecclesiæ prædictæ omnia Temporalia, eidem Ecclesiæ, infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentia sive spectantia,

HABENDA, in Sustentationem Divini Servitii ibidem, ac aliorum Pietatis operum supradictorum, de Dono nostro.

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi* xxv die Aprilis.

Consimiles Literas de Restitutione Temporalium subscriptorum habent subscripti; videlicet,

Abbas & Conventus Abbatiæ Sancti Germani de Flay Beluacensis Diœcesis.

Frater *Petrus Hayer* Prior Prioratûs de Seaulx.

Frater *Johannes Alespee* Commendator seu Gubernator Hospitalis de Campigni Lexoviensis Diœcesis.

Abbas & Conventus Abbatiæ beatæ Mariæ de Aubecourt propè Poissy.

Oliverus Maillart Prior Prioratûs de la Ferte Macie.

Prior & Conventus Prioratûs & Leprosariæ Sancti Egidii de Pontaudemer.

Su-

Aliaque nonnulla gravia & enormia Delicta, Crimina & Excessus nequiter Perpetrant & Committunt, & a suis Soldariis, Stipendiariis, & Servitoribus (quos itaque regere & gubernare tenentur) fieri permittunt in grandem Divinæ Majestatis offensam, ac nostri & Legum nostrarum Præjudicium & Contemptum manifesta, necnon dictorum Subditorum nostrorum Ducatûs & Partium prædictorum enervationem & destructionem, nisi & quatenus super hiis, per Nos, de Remedio celeri provideretur & oportuno, ut ex frequentibus dictorum Subditorum nostrorum Querelis, ac ex ipsa Facti evidentiâ, perpendimus evidenter,

Nos idcircò, Volentes (prout ex suscepti Regiminis Officio tenemur & adstringimur) Præmissis obviare & occurrere,

Et Matrem virtutum, Justitiam,

Per quam Reges regnant, & Regna vigent & prosperantur, qua docemur & instruimur honestè vivere, Alterum non lædere, & Jus suum cuique tribuere,

Ubique Terrarum & Locorum, nobis subjectorum, regere & principari,

Vobis, per Præsentes, articulatim significamus quæ & qualia Regimen & Jurisdictio ad Vos, ratione Capitaneatûs prædicti, pertinere debeant,

Et, unà cum hoc, adicimus specialiter quosdam Articulos, quos,

Sub Pœnis, in ea parte de Jure incumbentibus, ac aliis Pœnis
* X. 107. per Nos specialiter instituitis, &, si in aliquo * Articulorum illorum Pœna limitata non fuerit, sub Pœna Imprisonamenti, & alterius amplioris Pœnæ, pro nostræ voluntatis arbitrio imponendæ, VOLUMUS & districtè PRÆCIPIMUS observari.

Et INPRIMIS, pro Salva Gardia Loci prædicti, Custodiæ vestræ per Nos commissi, VOLUMUS & DECERNIMUS quòd omnes & singuli Soldarii seu Stipendiarii prædicti Loci, ac alii, qui circa tutam & salvam Gardiam ejusdem vacare & intendere tenentur, quatenus ad eos & quemlibet eorum spectat, Vobis in ea parte Pareant, Obediant, & Intendant in omnibus & singulis, concernentibus Salvam Gardiam ac tutam & securam Custodiam ejusdem Loci:

Et quòd ad Vos, vestrosque Officiarios & Deputatos, spectet & pertineat Regimen & Gubernatio, tàm per Diem, quàm per Noctem, Murorum, Portarum, Exituum, Fossatorum, ac Vigiliarum Loci prædicti, circa quæ præcipimus & Mandamus quòd providè, diligenter, & solerter, tàm per Diem, quàm per Noctem, Invigiletis & Intendatis:

Ac Castigetis, Puniatis, & Cohereceatis, juxta Casûs seu Delicti Qualitatem & exigentiam, Soldarios, Stipendiarios, & alios quoscumque, in Præmissis aut circa ea quomodolibet Transgredientes, Delinquentes, aut Offendentes; abstinendo vos omninò ab Oppressionibus, Extortionibus, & Exactionibus indebitis quibuscumque, ratione prætensi Neglectûs Vigiliarum Nocturnarum, aut alio quovis exquisito colore.

ITEM, VOLUMUS quòd habeatis Gubernationem, & Determinationem, ac Discutionem quarumcumque Contentionum, Litium, sive Causarum, Motarum sive Movendarum, inter Soldarios de Garnisione vestra, ratione Butinorum & Lucrorum, ex facto Guerræ provenientium, ac etiam Soldarios ejusdem Garnisonis & alios, ratione Lucrorum hujusmodi, quæ habuerint & optinuerint in Equitationibus, aut quocumque Viagio, seu Exercitio Guerræ, sub vobis factis.

ITEM, VOLUMUS quòd Vos, ac omnes & singuli Soldarii, Stipendiarii, Officiarii, & Ministri vestri, sitis in omnibus humiliter Obedientes, Parentes, Intendentes, & Auxiliantes Locumtenenti nostro Normanniæ, ac Cancellario, Thesaurario, Senescallo, Ballivis, & aliis Officiariis nostris, in eorum Officiis exequendis; & eisdem Armatâ manu Assistentes & Ferentes opem, cùm super hoc fueritis per eosdem congruè requisiti.

ITEM, PRÆCIPIMUS & MANDAMUS quòd non faciatis, nec per Soldarios, Stipendiarios, Servitores, seu Ministros vestros fieri permittatis aliquas Exactiones, Paticias, Prisas Animalium, Bladorum, aut aliorum quorumcumque Bonorum, seu Impositiones, quovis exquisito colore, super Villis, Parochiis, aut Subditis nostris quibuscumque, prout superinde Nobis ac dictis Subditis nostris super hoc volueritis respondere.

ITEM, quia nonnulli Soldariorum Garnisionum nostrarum, & eorum Servitores & Ministri, nec Deum timentes, nec Hominem verentes, tenent, ut informamur, Mulieres in Concubinatu, & (quod deterius est) in Adulterinis & aliis illicitis Amplexibus,

Et, dùm non habuerint unde hujusmodi voluptuosam & illecebrem Conversationem suam (quæ prodigos & inordinatos Sumptus exigit & requirit) sustentare valeant, Bona dictorum Fidelium & Subditorum nostrorum Prædantur, Furantur, Diripiunt, Exigunt, & Extorquent, Divinæ Majestatis Iram in se & alios provocant, in ea parte Ignorantiam, mittimus vobis certos Articulos Præsentibus interclusos, quos, secundùm Tenorem & Formam eorumdem, districtè * VOLUMUS Observari, quos alias, per Ballivos nostros, Publicari fecerimus & Proclamari, * X. 108.

Vobis, ultra Præmissa, districtè PRÆCIPSENTES & MANDANTES, sub Pœna Indignationis nostræ, quòd circa Præmissorum Observantiam fideliter & diligenter Intendatis, & quòd nullatenus usurpetis seu excercere præsumatis quovis modo Jurisdictionem Ordinariam, ad Ballivos & alios Justiciarios nostros spectantem sive pertinentem.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, xxv die Aprilis.

Per ipsum Regem ad Relationem Magni Concilii.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis; videlicet,

Capitaneo de Pontoise vel ejus Locumtenenti ibidem.	*Capitaneo de Tonque.*
Capitaneo de Gisors &c.	*Capitaneo de Bernay.*
Capitaneo de Meulent &c.	*Capitaneo de Caen.*
Capitaneo de Mante &c.	*Capitaneo de Baieux.*
Capitaneo de Vernon &c.	*Capitaneo de Carenten.*
Capitaneo de Pont de l'Arche &c.	*Capitaneo de Chierburgh.*
Capitaneo de Louvers &c.	*Capitaneo de Averences.*
Capitaneo de Gournay &c.	*Capitaneo de Coustance.*
Capitaneo de Neufchastel & de Torchy.	*Capitaneo de Samlo.*
	Capitaneo de Falaise.
Capitaneo de Aumarle.	*Capitaneo de Vire.*
Capitaneo de Estrippaigny.	*Capitaneo de Valoignes.*
Capitaneo de Eu.	*Capitaneo de Reyneville.*
Capitaneo de Harflieu.	*Capitaneo de Dausfront.*
Capitaneo de Caudebec.	*Capitaneo d'Evreux.*
Capitaneo de Guillard.	*Capitaneo de Couches.*
Capitaneo de Gallion & Goulettes.	*Capitaneo de Vernuyl.*
	Capitaneo de Dieppe.
Capitaneo de Honneflieu,	*Capitaneo de Poissy.*

Pro Duce Burboniæ.

REX, per Literas suas Patentes, per Viginti Dies proximò futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum, &c. *Petrum de Fleurimont*, Servientem, carissimi Consanguinei Regis, *Johannis Ducis Burboniæ*, Ann. D. 1421. An. 9. H. 5.

Quem idem Dux in Regnum Regis Angliæ, penes *Johannem Cornewaile* Militem, pro certâ Summâ eidem Johanni solvendâ, mittere proponit, ut accepit, Norm. 9. H. 5. m. 40.

Versus idem Regnum, tàm per Terram, quàm per Aquam, transeundo, ibidem morando, & exinde salvò & securè redeundo, necnon Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Et ideò, &c.

Proviso semper quòd ipse quicquam, *&c. usque ibi*, faciat attemptari.

In cujus, &c.

Dat. *apud Castrum suum Rothomagi*, xxvi die Aprilis.

Pro Viagio Regis.

REX, Carissimo Fratri suo, *Humfrido Duci Gloucestriæ*, Constabulario Castri sui Dovorriæ, & Custodi Quinque Portuum suorum, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem. Ann. D. 1421. An. 9. H. 5.

Cùm Barones nostri Quinque Portuum prædictorum, de Anno in Annum, debeant nobis certa Servitia per Mare, si necesse fuerit; videlicet, Claus. 9. H. 5. m. 14.

Quinque Portus prædicti, cum Membris, invenient Quinquaginta & septem Naves super Mare, ad Summonitionem nostram, Quadraginta dierum,

Et in qualibet Navi Viginti Homines & Magistrum, Armatos & benè Arraiatos, ad faciendum Servitium nostrum,

Quæ quidem Naves, ad proprios Custus dictorum Quinque Portuum, tenentur esse ad Portum ubi Summonitæ fuerint proficiscendæ,

Et, quando dictæ Naves ibidem venerint, Quindecim diebus in Servitio * nostro, ad proprios Custus Quinque Portuum prædictorum, morabuntur, * X. 109.

Et, Quindecim diebus elapsis, Naves illæ, cum Hominibus in illis existentibus, morabuntur, ad Custus nostros, si de Servitio illo indiguerimus, quamdiu nobis placuerit; videlicet,

Ma-

Ann. D. REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1421. Sciatis quòd Commisimus *Edmundo Lacy Exoniensi Episco-*
An. 9. *po* Custodiam omnium Temporalium Episcopatûs Exoniæ cum
H. 5. suis Pertinentiis,
Pat. 9. *Habendam*, a Festo Sancti Michaelis ultimò præterito, usque
H. 5. Festum Omnium Sanctorum tunc proximum sequens, solvendo
p. 1. Nobis, pro Custodiâ prædictâ, Quaterviginti Libras tantùm.
m. 24. In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Aprilis.

Per Billam Thesaurariæ.

De Hospitali dato.

Ann. D. REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1421. Sciatis quòd *Dedimus* & *Concessimus*, dilecto nobis, *Williel-*
An. 9. *mo Edsale* Capellano Administrationem, sive Regimen Hospitalis
H. 5. sive Domûs Dei de Harflieu, unà cum Capellâ beatæ Mariæ in
Norm. 9. eodem Hospitali situatâ, vacantis, & ad nostram Donationem
H. 5. spectantem ut dicitur,
m. 32. *Habendam* eum suis Juribus & Pertinentiis quibuscumque,

Mandantes, Tenore Præsentium, Capitaneo prædictæ Villæ nostræ de Harflieu, vel ejus Locumtenenti ibidem, quòd *prædictum Willielmum* in corporalem Possessionem Hospitalis sive Domûs prædictæ, unà cum Capellâ, ponat & inducat, seu poni & induci faciat,

Necnon Fructibus, Obventionibus, Proficuis & Emolumentis, spectantibus ad eadem, uti & gaudere permittat, adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis;

Proviso semper quòd *prædictus Willielmus* Compotum, inde debitum, si & ubi debetur, prout moris est, reddere teneatur.

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum Regis Rothomagi*, vicesimo nono die Aprilis.

•X.110. * *Approbatio Pacis, Trecis conclusa, per Tres Status Angliæ.*

Ann. D. MEMORANDUM quòd,
1421. Cùm Trecis,
An. 9. Vicesimo primo die Maii, Anni Domini Millesimi, Quadrin-
H. 5. gentesimi, Vicesimi, & Regni Serenissimi ac Metuendissimi Do-
Rot. Parl. mini nostri *Regis Henrici Quinti*, Octavi,
9. Inter, Serenissimum ac Illustrissimum Principem, Dominum
H. 5. *Karolum*, Dei gratiâ, *Francorum Regem*, Patrem suum, & eundem
p. 1. Metuendissimum Dominum nostrum Regem, & inclita Angliæ
n. 18. & Franciæ Regna, eorumdemque Regnorum Subditos & Subjectos,

PAX FINALIS & PERPETUA, largiente PACIS Auctore, conclusa fuerit pariter & concordata,

In cujus PACIS Tractatu, inter cætera, continetur quòd dicta PAX, nedùm per dictos Duos Reges Jurari, set etiam per Tres Status utriusque Regni debeat laudari, acceptari, & approbari,

Quam quidem PACEM idcirco idem Serenissimus *Rex Franciæ*, pro Parte suâ, in Verbo Regio, necnon ad Sancta Dei Euvangelia, per ipsum corporaliter tacta, de purâ & spontaneâ voluntate suâ, promisit, & in propriâ Personâ suâ juravit se Observaturum, ac omnia & singula in dictâ PACE contenta sine dolo & fraude Impleturum,

Necnon, ad majora Firmitatem, Stabilimentum, & Robur PACIS prædictæ, idem Illustrissimus Princeps *Rex Francorum* per Tres Status Regni sui; videlicet,

Prælatorum & Cleri, necnon Procerum & Nobilium, ac etiam Civium, Burgensium, Civitatum, Villarum, ac Communitatum dicti Regni, præfatos Tres Status facientium & repræsentantium,

Quos ad Aulam Palatii sui, apud Sanctum Paulum, Civitatis Parisiensis, propter expeditionem Præmissorum, evocari fecit ad

seriosè exponi fecit & specificè declarari,

Mandavit insuper idem *Dominus noster Rex* eidem Cancellario suo quòd dicti Tres Status Tenorem dictæ PACIS inspicerent & vigilarent,

Quibus sic diligenter & maturè peractis, ipsi Tres Status,

Considerantes, censentes, & reputantes dictam PACEM Laudabilem, Necessariam, & Utilem utriusque Regnis, & Subditis eorumdem, ymmo & toti Cristianitati,

Ipsam PACEM & omnia & singula contenta in eadem, ipsius *Domini nostri Regis*, ut præfertur, Mandato, velud Tres Status dicti Regni sui, Approbârunt, Laudârunt, Autorizârunt, & Acceptârunt, ac eandem se, & eorum quemlibet, pro se, suisque Hæredibus, & Successoribus, benè & fideliter, perpetuis futuris temporibus, quantum ad eos & singulos eorum pertinet, Observaturos & Impleturos promiserunt.

---

* *Pro Ambassiatoribus Ducis Bavarriæ.* •X.111.

REX, universis & singulis Alligatis, &c. Ann. D.
Sciatis quòd, 1421.
Cùm, carissimus Consanguineus noster, *Johannes*, *Dux Bavar-* *An.* 9.
riæ, certos Consiliarios & Ambassiatores suos, penes Præsentiam *H.* 5.
nostram, in Regnum nostrum Angliæ, seu alibi ubi Potestatem *Franc.* 9.
nostram, pro certis Negotiis ipsius Consanguinei nostri Nobis de- *H.* 5.
clarandis, infra breve destinare proponat, ut accepimus, *m.* 17.

Nos, Præmissis attentis, vos Alligatos, Amicos, & Benivolos Requirimus & Rogamus, *&c. prout in ejusmodi de Conductu Literis*,

In cujus, &c. usque Octavum Diem Junii proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Tertio Die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro Duce Burboniæ.

REX, per Literas suas Patentes, per unum Mensem proximò Ann. D.
futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Condu- 1421.
ctum, &c. *Petrum Despinensis* Militem, *Gessot de Villete* Armi- *An.* 9.
gerum, & *Johannem de Beaupigne*, Servitores carissimi Consan- *H.* 5.
guinei Regis, *Johannis Ducis Burboniæ*, & eorum quemlibet *Norm.* 9.
(associatis sibi Sex Personis, vel infra) usque Civitatem Regis Ro- *H.* 5.
thomagi, per Loca, Villas, & Dominia præcarissimi Patris Regis *m.* 34.
& sua, tàm per Diem, quàm per Noctem, pedestrè, vel equestrè, quotiens & quando eis placuerit, veniendo, transeundo, morando, & redeundo, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Et ideò, &c.

Proviso, &c.

In cujus, &c.

Dat. *Rothomagi*, quinto die Maii.

Per ipsum Regem ad Relationem Concilii.

De Ratificationibus.

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Notum facimus quòd, 1421.
Si Hospitale sive Domus Dei de Villaribus in Boscagio Ba- *An.* 9.
jocensis Diœcesis, per Obitum Domini *Johannis Bucelli*, ultimi *H.* 5.
Possessoris ejusdem, nuper vacans, *Ibid.*

Quod, dilectus nobis, *Ricardus Portefaix*, Magister in Artibus, juratus Ligeus noster, noscitur pacificè possidere,

Prædecessorum nostrorum vel Nostris temporibus in Regalia vacaverit, aut vacet,

Propter quod ad ipsos Prædecessores, vel ad Nos, ipsius Hospita-

D

*X. 112. * Consimiles Literas habent subscripti; videlicet,

Guillielmus de Hendrevilla Bacallarius in Decretis, de Canonicatu & Præbendâ de Formentino in Ecclesiâ Cathedrali Lexovien.

Thomas Mantant in utroque Jure Licentiatus, de Canonicatu & Præbendâ in Ecclesiâ Cathedrali Rothomagensi.

Andreas Marguerie Consiliarius Regis, de Canonicatu, & Præbendâ, ac Archidiaconatu in Ecclesia Rothomagen.

Johannes ad Ensem, Capellanus, de Canonicatu & Præbendâ in Ecclesiâ Cathedrali Rothomagen.

Idem *Johannes ad Ensem*, de Canonicatu & Præbendâ in Ecclesiâ Collegariâ beatæ Mariæ de Andeliaco.

Nicolaus de Venderex Capellanus, de Canonicatu & Præbendâ in Ecclesiâ Cathedrali Rothomagen.

Idem *Nicolaus* de Archidiaconatu Augi in Ecclesiâ prædictâ.

Radulphus Roussels Capellanus, de Canonicatu & Præbendâ in Ecclesia Cathedrali Rothomagen.

Johannes de Vado Capellanus, de Canonicatu & Præbendâ in Ecclesia Cathedrali Rothomagen.

Johannes Bernyngham Clericus, de Canonicatu & Præbendâ dictâ de Sancto Jacobo in Ecclesia Cathedrali Lexovien.

Henricus Wodeburche Capellanus, in Artibus Magister, de Canonicatu & Præbendâ de Assemont, in Ecclesiâ prædictâ.

Willielmus Duffield Clericus, in Artibus Magister, de Canonicatu & Præbenda de Versone in Ecclesiâ prædictâ.

Magister *Johannes Lauchan*, de Canonicatu & Præbendâ de la Foulerie, in Ecclesiâ Cathedrali Constancien.

Super Regimine Capitaneorum, de Inquirendo.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 35. dor.

REX, dilecto & fideli suo, *Johanni Radclif* Militi, Salutem. Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Diligentiâ, & circumspectâ Providentiâ vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus & Deputavimus vos, ac plenam vobis, Tenore Præsentium, Damus Potestatem & Auctoritatem, ad Ingrediendum & Visitandum omnia & singula Villas, Castra, & Fortalitia nostra, per quæ vos declinare contigerit,

Et ad diligenter Inquirendum, aut aliis viis & modis, quibus meliùs sciveritis aut poteritis, vos pleniùs Informandum, de Regimine & Gubernatione Capitaneorum, Locatenentium, Custodum, Gubernatorum, Constabulariorum, Marescallorum, Janitorum, & aliorum Officiariorum, necnon Soldariorum, pro & super salvâ & securâ Custodiâ ac sano Regimine Villarum, Castrorum, & Fortalitiorum prædictorum assignatorum & ordinatorum,

Necnon qualiter iidem Capitanei, Locatenentes, Custodes, Gubernatores, Constabularii, Marescalli, Janitores, Officiarii, & Soldarii hujusmodi se habent in omnibus, tàm erga Nos in minus providâ Custodia & sanâ Gubernatione Locorum illorum & Populi nostri eorundem, quàm erga quoscumque alios Ligeos nostros Partium adjacentium,

Et præsertim de & super Extortionibus, Pilleriis, Roberiis, Impositionibus, Appaticiamentis, & aliis Actionibus indebitis, per ipsos, ut dicitur, factis & perpetratis,

Et, si Capitanei, Locatenentes, & alii supradicti, vel eorum aliqui, quicquam, contra Monitiones, Inhibitiones, Ordinationes, & Mandata nostra, sæpe sæpius eis directa, & etiam per Ballivos nostros pluries proclamata, attemptaverint vel contra fecerint,

Necnon qualem Jurisdictionem vel Auctoritatem, in Casibus Criminalibus ac etiam in Transgressionibus, per ipsos Soldarios & alios quomodolibet factis, aut aliis quibuscumque Casibus, contra Ordinationes & Mandata nostra excercuerint, aliàs quàm de jure debeant,

Et de omnibus & singulis, Commodum & Honorem nostros ac Conservationem Locorum prædictorum ac Ligeorum nostrorum concernentibus quoquo modo,

Necnon ad Attemptata, illata, & minus ritè perpetrata, in hac parte Emendandum, Corrigendum, & Reformandum, ac Emendari, Corrigi, & Reformari faciendum,

Attemptantesque, Delinquentes, Inobedientes, & Negligentes si qui fuerint, & Ordinationibus, Edictis, Monitionibus, & Proclamationibus nostris non Parentes (cujuscumque fuerint Statûs seu Conditionis) prout Casus exigit & requirit, & prout in eisdem Ordinationibus, Monitionibus, & Proclamationibus nostris cave-

*X. 113. tur, * absque favore Imprisonandum, Castigandum, & Puniendum,

tubus Angliæ, quàm de Exitibus Vicecomitum, cum Escaetis, Subsidiis, & rum Venalium, Wardarum, Maritagiorum, ac aliarum Reventionum dicti Regni Casualium) videlicet,

1421. An. 9. H. 5. Ex Bibl. Cot. Cleopatra E. 3.

Custum. Lanarum, iii M. ixC. lxxvi L. xiv D.
bs. Lanarum, xxvi M. xxxv L. xviii S. viii D. ob.
rva Custum. ii M. iv C. xxxviii L. ix S. i d. q.
de xii d. de viii M. ccxxxvii L. x S. ix D. ob.

Summa, xl M. Dclxxvi L. xix S. ix D. q.

A Festo Michaelis usque idem Festum.	Reventiones Regni Angliæ casuales, ad Receptam Scaccarii solutæ per idem Tempus,	xv M. lxvi L. xi S. i D.
Summa totalis Custumarum, & Subsidiorum, ac Reventionum prædictarum,		lv M. Dccxlii L. x S. x D. q.

De quibus Supportandum est annuatim; videlicet,

Pro Custodiâ Regni Angliæ per Annum,	viii Mille Marcas.
ITEM, pro Calesio & Marchiis ejusdem Tempore Guerræ,	xxi M. cxix L. v S. x D.
ITEM, pro Custodiâ Estmarchiarum & Westmarchiarum Scotiæ, cum Castro de Rokesburgh, Tempore Guerræ,	xix M. D Lib.
ITEM, pro Custodiâ Terræ Hiberniæ,	ii M. D Marcas.
ITEM, pro Custodiâ Castri de Frounsake,	Mille Marcas.
ITEM, pro Feodis Thesaurarii, Custodis Privati Sigilli, Justiciariorum de utroque Banco, Baronum de Scaccario & aliorum Officiariorum Curiæ Regis,	iii M. ii L. xvii S. vi D;
ITEM, Collectoribus & Contrarotulatoribus Custumarum & Subsidiorum Regis in singulis Portubus Angliæ, de Regardis suis Annuatim Causa Officiorum suorum ad Receptam Scaccarii percipiendis,	Dxlvii L.
* ITEM, diversis Ducibus, Comitibus, Militibus, Armigeris, Abbatissæ de Shene, & aliis diversis Personis pro Annuitatibus suis, ad Receptam Scaccarii annuatim percipiendis,	vii M. Dccli L. xii S. vii D. ob.
ITEM, diversis Personis pro Annuitatibus suis de diversis Custumis in singulis Portubus Angliæ annuatim percipiendis,	iv M. ii C. lxxiv L. iv S. iii D.
ITEM, pro Feodis Custumariorum & Contrarotulatorum in singulis Portubus Angliæ, eis in Scaccario pro Officiis suis annuatim allocatis,	Cclxxiv L. iii S. iv D.
Summa Oneris Supportandi annuatim,	lii M. ccxxxv L. xvi S. x D. ob. q.
Et sic Summa Proficuorum prædictorum excedit Onera prædicta,	iii M. Dvii L. xiii S. xi D. ob.

*X. 114.

De qua Summa providendum est, videlicet,

Pro Camera Regis & Reginæ.

ITEM, *pro Hospitio Regis & Reginæ.*

ITEM, *pro Garderoba Regis & Reginæ.*

ITEM, *pro Operibus Regis.*

ITEM, *pro Factura Novæ Turris apud Portesmouth.*

ITEM, *pro Officio Clerici Navium Regis.*

ITEM, *pro Custodia Leonum Regis ac Feodo Constabularii Turris Londoniæ.*

ITEM, *pro Artillariis & aliis diversis Ordinatis pro Guerra Regis.*

ITEM, *pro Custodia & Sustentatione Prisonariorum Regis.*

ITEM, *pro Ambassiata Regis.*

ITEM, *pro diversis Nunciis, Pergamenâ, & aliis Expensis & Necessariis.*

ITEM,

Et W. Alnewyk Secretario Regis,
Et cæteris.

•X.115. * De Permutatione.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 34. REX Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopatus Rothomagensis, Salutem.

Cùm, dilecti Nobis, *Robertus Fleboure*, Capellanus Capellaniæ Sancti Antonii in Domo Dei de Gilorcio prædictæ Diœcesis, & Magister *Johannes Ruffi*, Canonicus Præbendatus in Ecclesiâ Collegiatâ beatæ Mariæ Scoyarum ejusdem Diœcesis, Beneficia sua prædicta intendant, ut asserunt, adinvicem canonicè permutare,

Nos, ad dictam Capellaniam, ad nostram Donationem spectantem ut dicitur, præfatum *Johannem, &c. ut in similibus de Permutatione Literis.*

In cujus, &c.

D t. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, decimo septimo die Maii.

De Attemptatis, contra Treugas Britanniæ, Reformandis.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Franc. 9. H. 5. m. 15. REX, Venerabili in Christo Patri, *E.* eadem Gratiâ, *Episcopo Exoniæ*, ac, dilecto & fideli suo, *Johanni Colveyle* Militi, necnon, dilectis sibi, Magistro *Willielmo Alnewyk* Secretario nostro, & Magistro *Johanni Stokes*, Legum Doctoribus, Salutem,

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, circumspectione, & industriâ vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, vobisque, & cuilibet vestrûm, sufficientem Auctoritatem, plenamque & liberam Potestatem, pro Nobis & Nomine nostro, Committimus, per Præsentes, ad Tractandum & Communicandum cum Commissariis, carissimi Fratris nostri, *Johannis Ducis Britanniæ*, de & super Reparatione & Reformatione Dampnorum, Injuriarum, Violentiarum, & Attemptatorum contra Treugas & Guerrarum Abstinentias,

Inter Nos pro Nobis, Ligeis, Vassallis, & Subditis nostris, Regno, Terris, Patriis, & Dominiis nostris quibuscumque, & præfatum Fratrem nostrum *Ducem Britanniæ*, ac Vassallos & Subditos Ducatûs sui prædicti, Terras, Patrias, & Dominia sua quæcumque, initas & firmatas,

Factorum & illatorum,

Ac etiam ad Transigendum, Componendum, & Paciscendum, & ulterius, in negotio Reparationis & Reformationis hujusmodi, cum Commissariis, prædicti Fratris nostri, *Ducis Britanniæ*, si oporteat, Procedendum, Cognoscendum, & Statuendum, cum suis Incidentibus, Dependentiis, & Connexis, & Fine debito Terminandum,

Subditisque nostris, læsis & dampnificatis, veritate, summariè & de plano, aut aliâ viâ Juris quacumque, inspectâ, Justitiæ Complementum Ministrandum, Faciendum, & Reddendum, ac ministrari, fieri, & reddi Videndum,

Et insuper ad Communicandum, Appunctuandum, & Concordandum cum præfatis Commissariis, ad hoc Potestatem habentibus, de & super certis Diebus & Locis, pro Reparatione & Reformatione quorumcumque Attemptatorum, hinc inde contra Treugas supradictas, Statuendum & Limitandum,

Cæteraque omnia & singula Exercendum, Decernendum, Diffiniendum, & Exequendum, quæ in hac parte necessaria fuerint vel oportuna, & quod Negotii qualitas exigit & requirit,

Promittentes, bonâ fide, & in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid Actum, Gestum, vel Factum fuerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus consignari.

Dat. in *Palatio nostro Westmonasterii*, vicesimo primo die Maii.

Per ipsum Regem.

Super Viagio Regis, de festinando.

REX, *Vicecomiti Kantiæ*, Salutem. Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Claus. 9. H. 5. m. 23. d.

Præcipimus tibi, firmiter injungentes, quòd statim, visis præsentibus, in singulis Locis, infra Comitatum prædictum, ubi meliùs expedire videris, publicè ex parte nostra Proclamari facias,

Quòd universi & singuli Domini, Milites, Armigeri, & alii, qui ad Proficiscendum Nobiscum, in præsenti Viagio nostro, versus partes Transmarinas, per Indenturas seu alio modo Retenti sunt & Concordati,

Ac omnes illi, qui cum eisdem Dominis, Militibus, Armigeris, & aliis Retenti sunt, seu de eisdem, aut aliquo eorumdem, Pecunias aliquas receperunt, ad Proficiscendum cum eisdem in prædicto Viagio nostro,

Se penes Præsentiam nostram, cum omni festinatione, properent & festinent,

Illis, qui alibi quàm in Præsentia nostra, in diversis Portubus, versus partes prædictas, in Viagium prædictum per Nos proficisci assignantur, dumtaxat Exceptis,

Et quòd omnes illi, sic Excepti, ad Portus illos, eis sic assignatos, se similiter properent & festinent,

Ne (quod absit) dictum Viagium nostrum, versus Partes prædictas, per eorum Negligentiam & Defectum, aliqualiter retardetur,

Et quòd hoc, sub eorum Ligeantia, & Forisfactura omnium quæ Nobis forisfacere poterunt, nullatenus omittant,

Et hoc sub Pœna Centum Librarum nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxvij die Maii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur singulis Vicecomitibus per Angliam.

Pro Ambassiatore Ducis Britanniæ.

REX, *Custodibus Passagii* in Portu Londoniæ, Dovorriæ, Orewell, vel Sandewici, & in singulis Portubus & Locis eisdem Portubus adjacentibus, Salutem. Ann. D. 1421. An. 8. H. 5. Ibid. m. 22.

Mandamus vobis, firmiter injungentes, quòd, Venerabilem Patrem, *Johannem Episcopum Nannetensem*, Cancellarium & Ambassiatorem, carissimi Fratris nostri, *Johannis Ducis Britanniæ*, cum Triginta Personis in Comitiva sua, ac eorum Equis, Bonis, Rebus, & Hernesiis, necnon Quatuor Arcubus suis, in aliquo Portuum prædictorum, versus partes Transmarinas, liberè & absque impedimento aliquo, transire permittatis,

Eisque, ad Custus & Expensas suos, quandam Navem de Britannia (si quæ in Portubus prædictis existat) vel aliam Navem ibidem existentem, pro eorum Transitu, versus partes prædictas, liberari & haberi faciatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo septimo die Maii.

Per Concilium.

•REX, *Custodibus Passagii* in Portubus Suthamptoniæ, Exoniæ, Dartemuth. Plymmuth. Fowy & Briggewater, & in singulis Portubus, & Locis eisdem Portubus adjacentibus, Salutem. •X.127.

Mandamus vobis, firmiter injungentes, quòd *Henricum de Inch* Chivaler de Britannia, & *Herneum Abbatis* utriusque Juris Doctorem, Ambassiatores carissimi Fratris nostri *Johannis Ducis Britanniæ*, cum Sexdecim Personis in Comitiva sua, ac eorum Equis, Bonis, Rebus, & Hernesiis, in aliquo Portuum prædictorum, conjunctim, & divisim, versus partes Transmarinas liberè, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

sis Negotiis, vel concernere poterunt quovismodo in futurum, Salutem, & præsentibus adhibere fidem firmam,

Licet, non sine magnæ Sollicitudinis studio, dedimus hactenus operam, & adhuc impendimus operosâ prosecutione Labores, ut inter Nos & cæteros Christianæ Fidei Potestates & Principes universos vigeat ferventiùs tranquillæ beatitudo Quietis, ac Amicitiæ mutuæ & Unitatis integritas irrefragabili Amoris Fœdere solidiùs connectantur,

Ad Civitatem tamen & Commune Januæ, Progenitorum nostrorum inhærendo Vestigiis, peculiarii quadam affectione dirigimus intuitus mentis nostræ,

Ac de Fidelitate, Prudentia, & Circumspectionis Industriâ, Venerabilis in Christo Patris, Domini *Philippi*, Dei gratiâ, *Wigorniensis Episcopi*, ac, Magistrorum, *Johannis Stafford* Legum Doctoris Privati Sigilli nostri Custodis, & *Willielmi Alnewyk* Secretarii nostri, plenariè confidentes,

Ad Tractandum, Conveniendum, & Concordandum cum, Magnificis & Nobilibus, *Duce*, *Civibus*, & *Communitate Januæ*, aut eorum sufficienter Deputatis sive Deputandis, de & super quibuscumque Ligis, Amicitiis, & Confœderationibus,

Inter Nos, & Successores nostros Reges Angliæ, Ligeos, Vassallos, & Subditos nostros, Regna, Terras, & Dominia nostra quæcumque, ex parte una, & dictos, *Ducem*, *Cives*, & *Communitatem Januæ*, Successores, Vassallos, & Subditos suos, Ducatum, Terras, & Dominia sua quæcumque, ex alterâ parte, contrahendis & ineundis, & firmandis perpetuò vel ad tempus, secundùm quod præfatis, Venerabili Patri, &, Magistris, *Johanni* & *Willielmo*, videbitur expedire,

Necnon de & super omnibus & singulis Dampnis, Incendiis, Deprædationibus, Offensionibus, Vulneribus, Homicidiis, ac Captionibus Personarum, Bonorum, & Navium, & demùm omnibus & singulis hincinde per Partes minus benè Gestis, Factis, Commissis, & hactenus Perpetratis, & Finem, Quitationem, Remissionem, & Absolutionem, Omnimodas, cum Pacto de ulterius non petendo, Faciendum,

Ac etiam de & super Intercursu & mutuis Communicationibus, inter Subditos unius Partis & alterius, in Mercimoniis & aliis licitis, securè & amicabiliter faciendis,

Ac de & super omnibus & singulis Articulis, quantumcumque specialibus, qui Ligas, Confœderationes, seu Amicitias inter Nos & dictos, Ducem, Cives, & Communitatem Januæ, seu eorum, ut præmittitur, Deputatos, Contrahendas, Concordandas, & Firmandas, concernere poterunt quovis modo, cum eorum Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis,

Necnon omnia & singula, quæ sic Tractata, conventa, &
* X. 118. concordata fuerint, * cum omni Securitate, debitâ & honestâ, pro Nobis & Nomine nostro, Firmandum, ac consimilem Securitatem, pro Nobis & Nomine nostro, a prænominatis, *Duce*, *Civibus*, & *Communitate*, seu eorum Deputatis, Petendum, Stipulandum, & Recipiendum,

Juradúmque in Animam nostram quòd Tractata, Conventa, & Concordata hujusmodi Rata habebimus & Grata, nec aliquid Procurabimus vel faciemus per quod Tractata hujusmodi effectu debito frustrari poterunt seu quomodolibet impediri,

Ac Juramentum consimile a supranominatis, *Duce*, *Civibus*, & *Communitate*, seu eorum in eâ Parte Deputatis seu Deputandis, Petendum, Exigendum, & Recipiendum,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmetipsi facere possemus si personaliter interessemus, etiam si talia forent quæ Mandatum exigant quantumcumque speciale,

Ipsos, Venerabilem Patrem, & Magistros, *Johannem* & *Willielmum*, nostros Ambassiatores, Procuratores, Negotiorum Gestores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales Facimus, Creamus, Ordinamus, & Constituimus per Præsentes,

Promittentes, bonâ Fide & in verbo Regio, ac sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos Ambassiatores, Commissarios, & Nuncios, Actum, Gestum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In quorum omnium & singulorum Testimonium, has Literas nostras fieri fecimus Patentes, Sigilli nostri appensione communitas.

Dat. in *Palatio nostro Westmonasterii*, primo die Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo Primo, & Regni nostri Nono.

mus intuitus Mentis nostræ,

Ac de Fidelitate & Prudentia, nostrorum Nobilium, *Raphaelis Spinule* quondam *Raphael*, ac *Stephani Lomelin*, quondam *Lionelis*, plenariè confidentes,

Ad Tractandum, Conveniendum, Concludendum, & Concordandum cum, præfato Serenissimo Domino, *Rege Angliæ*, aut cum sufficientibus Deputatis seu Deputandis, ab ipsius Regia Magestate, de & super quibuscumque Ligis, Amicitiis, & Confœderationibus,

Inter præfatum Serenissimum Dominum *Regem Angliæ*, & Successores suos, Ligeos, Vassallos, & Subditos, ejusque Regna, Terras, & Dominia sua quæcumque, ex una parte, & *Nos*, & Successores nostros, *Duces* & *Præsidentes Reipublicæ Januensium*, ac Subditos, Ligeos, & Vassallos nostros, Dominiaque, Terras, Civitates, & Villas quæcumque, ex parte alterâ, Contrahendis, ineundis, & firmandis, perpetuò vel ad tempus secundùm quod præfatis *Raphaeli* & *Stephano* videbitur expedire,

Necnon de omnibus & singulis Dampnis, Incendiis, Deprædationibus, Offensionibus, Vulneribus, Homicidiis, Captionibus Personarum, Bonorum, & Navium, & demùm de omnibus & singulis hinc & inde per Partes minus benè Gestis, Factis, Commissis, & hactenus perpetratis, Finem, Quitationem, * Remis- * X. 119.
sionem, & Absolutionem omnimodas, cum Pacto de ulterius non petendo, Faciendum,

Ac etiam de & super Intercursu & mutuis Communicationibus, inter Subditos unius Partis & alterius, in Mercimoniis & aliis licitis, securè & amicabiliter faciendis,

Ac de & super omnibus Articulis, quantumcumque specialibus, qui Ligas, Confœderationes, seu Amicitias, inter præfatum Serenissimum Dominum *Regem*, seu, ut præmittitur, Deputatos vel Deputandos, & Nos Contrahendas, Concordandas, & Firmandas, concernere poterunt quovis modo, cum eorum Incidentibus, Emergentibus, Dependentibus, & Connexis,

Necnon omnia & singula, quæ sic Tractata, conventa, & concordata fuerint, cum omni Securitate, debitâ & honestâ, pro Nobis & Nomine nostro, ac Communis Januæ, Firmandum, ac consimilem Securitatem, pro Nobis & Nomine nostro, a præfato Serenissimo Domino *Rege Angliæ*, seu a suis Deputatis, Petendum, Stipulandum, & Recipiendum,

Jurandumque in Animam nostram quòd Tractata, Conventa, Conclusa, & Concordata hujusmodi Rata habebimus atque Grata, nec aliquid procurabimus aut faciemus, per quod Tractata hujusmodi effectu debito frustrari possint seu quomodolibet impediri,

Ac Juramentum consimile a præfato *Rege Angliæ*, seu suis in hac parte Deputatis vel Deputandis, Petendum, Exigendum, & Recipiendum,

Cæteráque omnia & singula Faciendum & Exercendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, ac quæ qualitas & natura hujusmodi Negotii exigunt & requirunt, & quæ nosmetipsi facere possemus si præsentialiter interessemus, & si talia forent quæ Mandatum quantumcumque exigunt speciale,

Ipsos, *Raphaelem* & *Stephanum*, in hac parte nostros Ambassiatores, Procuratores, Negotiorum gestorum Gestores, Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales Facimus, Creamus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus per Præsentes,

Promittentes, bonâ fide, & in verbo Ducali & Communitatis Januæ, ac sub Ypotheca & Obligatione Bonorum omnium nostrorum & Communis Januæ, præsentium & futurorum, Nos Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros totum & quicquid per dictos Ambassiatores, Commissarios, & Nuncios nostros Actum, Gestum, Factum, Promissum, seu Procuratum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In quorum omnium & singulorum fidem & Testimonium has Patentes nostras Litteras Sigilli nostri Ducalis & Communitatis antedictæ fecimus appensione muniri.

Dat. *Januæ*, Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo; die Mercurii, Septimâ Februarii.

De & super contentis in præfata Comissione nostra Communicavimus & Tractavimus sæpiùs & diligenter,

Ac,

Post hujusmodi Communicationes & Tractatus, inter Nos hinc & inde, Nomine Partium supradictarum, habitos,

Considerantes quòd, inter cætera, quæ Fidei & Ecclesiæ Sacrosanctæ exaltationem respiciunt, Reges & Dominos condecorant, illud videtur esse præcipuum quòd ipsi & eorum Subditi, Regnaque & Dominia sua, sub Pacis tranquillitate vigeant, & indisso-

atque Villas, & Dominia sua, ex una parte, & dictum Nobilem Virum *Thomam de Campofregoso Ducem Januensium*, ac Magnificam *Communitatem Januæ*, suosque Successores, Subditos, & Districtuales, Ligeos, Ecclesiasticos & Seculares, Territoriumque eorum, Terras, Patrias, Civitates, atque Villas, & Dominia sua, ex altera, perpetuis futuris temporibus inviolabiliter permansuræ.

ITEM, unanimiter CONCORDATUM est, quòd præfatus Serenissimus Dominus *Rex* Vassallos, Ligeos, ac omnes & singulos Subditos suos, Ecclesiasticos & Seculares, necnon dictus Nobilis Vir *Dux*, & *Commune Januæ*, Vassallos, Districtuales, ac omnes & singulos Subditos suos, Ecclesiasticos & Seculares pro Injuriis, Deprædationibus, Captionibus Personarum, Bonorum, & Navium, Vulneribus, Incendiis, & Homicidiis quibuscumque, hinc & inde, ante Datam Præsentium, Actis, Factis, Commissis, & Perpetratis utrinque, pacificabunt, ac quietos & contentos facient & reddent; adeo quòd dictus Dominus *Rex Angliæ*, ac Hæredes, & Successores sui, Vassallos, Subditos, & Districtuales prædictorum *Ducis* & *Communitatis Januæ*, & ipsorum quemlibet, dictusque *Dominus Dux*, & *Commune Januæ*, ac Hæredes & Successores sui, Vassallos, Ligeos, & Subditos Domini *Regis prædicti*, ab Impetitionibus, Accusationibus, Actionibus, Demandis, Querelis, Vexationibus & Perturbationibus quibuscumque, Realibus vel Personalibus, occasione Præmissorum, in Judicio, vel extra, hinc vel inde faciendis, movendis, seu proponendis, illæsos & indempnes conservabunt, ac quietos & contentos reddent.

ITEM, CONCORDATUM est, quòd præfatus Serenissimus Dominus *Rex Angliæ*, ac Hæredes, & Successores sui, omnem Amicitiam, Benivolentiam, & firmam Pacem dictis, Nobili Viro *Duci*, & *Communi Januæ*, Hæredibus, Successoribus, Vassallisque, & Subditis suis quibuscumque, perpetuis futuris temporibus, continuè servabunt, impendent, exhibebunt, & quilibet suo tempore servabit, impendet, & exhibebit, & sic a suis, quantum in eis erit, servari, impendi, & exhiberi facient:

Et, e converso, dictus Nobilis Vir *Dux* & *Commune Januæ*, Hæredes, Successoresque sui, omnem Amicitiam, Benivolentiam, & firmam Pacem dicto Serenissimo Domino *Regi Angliæ*, Hæredibus, & Successoribus suis, ac Vassallis, Ligeis, & Subditis quibuscumque ejusdem, perpetuis temporibus, continuè servabunt, impendent, & exhibebunt, & quilibet suo tempore servabit, impendet, & exhibebit, & sic a suis, quantum in eis erit, servari, impendi, & exhiberi facient.

Sane semper expressè intellecto quòd, propter hujusmodi Pacem, Amicitiam, Confœderationem, seu Ligam, & Reconciliationem, aliqua dictarum Partium in aliquo non teneatur propterea, vel aliqualiter obligata sit, Guerram vel Inimicitias capere vel inire cum iis, cum quibus altera Partium prædictarum Guerram vel Inimicitias haberet, tam præsentialiter, quàm in futurum; set liceat & licitum sit utrique dictarum Partium, ac Subditis & Districtualibus ipsarum cum eorum Navigiis, Marinariis, Officialibus, Mercatoribus, Servitoribus, ac cæteris Ministris, Rebusque, Libris, Mercibus, & Bonis quibuslibet, per Portus & Districtus, Pontes & Passagia Ripariarum, & Fluminum, & Maris liberè ire, & intrare Portus, Loca, Civitates, & Terras (More Mercantali tantùm) quorumlibet Inimicorum alterius dictarum Partium, & exinde liberè redire, & suas Negotiationes quomodolibet exercere, absque eo quòd, per Præmissa, intelligatur Paci prædictæ aliqualiter contraventum,

ITEM, quòd præfatus Serenissimus Dominus *Rex Angliæ*, Hæredesque & Successores sui, per se, aut alios ipsorum nomine, non dabunt per Terram, Mare, vel Aquas, cum eorum Navigiis vel Navibus, Armigeris, Balistariis, seu Sagittariis, vel quoquo modo alio, palàm vel occultè, Auxilium, Succursum, vel Juvamen Aragonensibus seu Catallanis Exiticiisve aut Bannitis dictorum *Ducis* & *Communis Januæ*, vel quibusvis notoriis & manifestis suis nunc vel in futurum Inimicis, contra ipsos Ducem & Commune Januæ; dùm tamen Alligati & Confœderati præfato Domino *Regi Angliæ*, ante Datam Præsentium, infrascripti dictis Nobilis *Duci* & *Communi Januæ* in præsenti vel in futurum non fuerint Inimici, aut fuerit Inimicus aliquis eorumdem:

sunt,

Ecclesia Romana,

Romanus Pontifex,

Ac Domini,

Rex Romanorum,

Et *Ludovicus Rex*, si & quantum Guerram moveat pro Regno Siciliæ & Apuliæ sibi tantùm acquirendo seu recuperando,

Ac alii Reges & Domini, cum quibus Ligam seu Confœderationem, ante Datam Præsentium, dicti Januenses habuerunt & contraxerunt, quorum Nomina, Dignitates, Præeminentias, & Officia dicto Domino Regi Angliæ, vel Cancellario suo Angliæ, citra Festum Omnium Sanctorum proximò futurum, sub Publico Instrumento, Sigillis ipsorum *Ducis* & *Communis Januæ* sigillandis, edere, ostendere, & realiter liberare debent;

Proviso semper quòd, inter Alligatos & Confœderatos suos præfatos, *Karolum*, *Delphinum Viennæ* nominatum, aut alium Partem suam tenentem, seu alium Subditum Regni Franciæ, prædicto Domino *Regi Angliæ*, *Hæredi & Regenti* supradicto, Inobedientem, Scotosve aut Castellanos, seu Notorios alios Inimicos præfati Domini Regis Angliæ, dicti *Dux* & *Commune Januæ* nullatenus reputabunt, numerabunt, nominabunt, vel ostendent.

ITEM *Concordatum est* quòd, si præfatum Serenissimum Dominum *Regem Angliæ*, aut aliquem suorum Hæredum, Regum Angliæ, aliquibus Confœderatis aut Colligatis suis prædictis, aut eorumdem alicui, vigore alicujus anterioris Ligæ, contra præfatos *Ducem* & *Commune Januæ*, Hæredes, & Successores suos, Vassallos, Subditos, & Districtuales ipsorum, Terras, Patrias, & Dominia sua quæcumque, Guerram moventibus, aut moventi, Auxilium, Succursum, vel Juvamen dare vel exhibere contigerit, Januenses, & eorum Mercatores, atque Ministri, Factores, & Servitores ipsorum (cujuscumque Statûs vel Præeminentiæ fuerint) in Regno, Territorio, & Districtu præfati Serenissimi Domini *Regis Angliæ* tunc commorantes, seu pro & cum Mercaturis & Mercantiis vel aliter amicabiliter ibidem existentes vel venientes, Terminum habebunt Octo Mensium, a die Præmonitionis, eis Auctoritate Regiâ faciendæ, ad Recedendum, & abinde Exeundum salvò & securè, cum Personis, Mercantiis, Navibus, Libris, & Rebus suis aliis quibuscumque:

Et, e converso, si contigerit dictum *Ducem* & *Commune Januæ*, aut aliquem Hæredum aut Successorum suorum, aliquibus Alligatis aut Confœderatis suis, seu eorum alicui, vigore alicujus anterioris Ligæ, contra præfatum Serenissimum Dominum *Regem Angliæ*, Hæredes, & Successores suos, Vassallos, Ligeos, seu Subditos suos, Terras, Patrias, Dominia sua quæcumque, Guerram moventibus, aut moventi, Auxilium, Succursum, vel Juvamen dare vel exhibere, Subditi præfati Domini *Regis Angliæ* (cujuscumque Statûs fuerint seu Præeminentiæ) & eorum Ministri & Servitores, in Territorio & Districtu dictorum *Ducis* & *Communis Januæ* tunc commorantes, seu pro & cum eorum Mercantiis, seu aliter amicabiliter inibi venientes vel existentes, Terminum consimilem habebunt Octo Mensium, a die * Præmunitionis, eis auctoritate dictorum *Ducis* & *Communis Januæ* faciendæ, ad Recedendum, & abinde Exeundum salvò & securè, cum Personis suis, Mercantiis, Navibus, Bonis, Libris, ac etiam suis Rebus aliis quibuscumque. * X.122.

ITEM, *Concordatum est* quòd omnes & singuli Vasalli & Subditi Serenissimi Domini *Regis Angliæ*, Hæredumque, & Successorum suorum (cujuscumque Statûs vel Conditionis extiterint) poterunt, salvò & securè, cum eorum Navigiis, Marinariis, Officialibus, aliisque suis Ministris, ac Mercatoribus, Mercibus, Bonis, Rebus, Libris, Jocalibus, Pecuniis, & HerneSiis suis quibuscumque, venire & intrare Portus, Loca, Passagia, & Riparias Domini *Ducis* & *Communis Januæ* quæcumque, inibique stare, morari, & mercari, & abinde, cum eorum Bonis, Rebus, Jocalibus, Pecuniis, Mercibus, aliisque Hernesiis, ac cum Navibus, Navigiis, Marinariis, Ministris, Officialibus, & Mercatoribus suis quibuscumque (quandocumque eis placuerit) abire & recedere (exceptis his Mercibus tantùm, quæ, per specialem Prohibitionem, a locis illis extrahi non deberent) solvendo nichilominus Subsidia, Custumas, Commercia, & Deveria, in Partibus illi solvi

 con-

tes, Portus, Passagia, & quoscumque Districtus Fluminum, Ripariarum, & Maris, tutè & liberè, ire & transire, ac per ea reverti, absque Impedimento, Molestatione, Perturbatione, vel Inquietatione quibuscumque,

Item, *Concordatum* est quòd, si aliquæ singulares personæ, vel aliqua singularis persona, dictarum Partium, vel alterius ipsarum, ausu temerario aut diabolico Spiritu ductæ, seu ducta, contra Præmissa (quod absit) volentes, seu volens, hujusmodi Pacem, Confœderationem, Ligam, & Amicitiam malitiosè infringere, attemptare præsumpserint, vel præsumpserit, Puniri debeant, & debeat, Facti notitiâ, secundùm sua Demerita, per eum cujus Jurisdictioni & Potestati supposita fuerit, vel suppositæ fuerint; nec propter hoc intelligantur supradicta Pax, Liga, & Confœderationes Fractæ, nec eis per Partes aliqualiter contraventum; set, prædictis Attemptatis non obstantibus, manere debeant in suis robore & vigore:

Et, eodem modo, si Navigia alicujus dictarum Partium, per Vim, & invitis Patronis vel Magistris dictorum Navigiorum, cogerentur ire vel armari contra alteram dictarum Partium, seu Subditos, & Districtuales ipsarum (cùm non sit fas Vi Potentum Dominorum resistere, præsertim in Terris vel in partibus, in quibus, propter eorum Potentiam, possint Extraneos cogere ad Indecentia & Illicita, ipsis invitis) non propterea intelligatur Paci prædictæ aliqualiter contrafactum.

Item, quòd Partes supradictæ (videlicet) præfatus Serenissimus Dominus *Rex Angliæ*, ac Hæredes, & Successores sui, in quibuscumque Amicitiis, Confœderationibus, Pactis, & Alligantiis, cum quocumque Rege, Principe, ac Persona quacumque, Ecclesiasticâ, seu Mundanâ (cujuscumque Statûs, Gradûs, Dignitatis, aut Conditionis existat) de cætero per ipsum aut ipsorum aliquem Contrahendis, incundis, firmandis, & concordandis, præfatum Nobilem Virum *Ducem* ac *Communem Januæ*, Hæredes, & Successores suos, per expressum & in speciali, excipere debeant:

Et, è converso, dicti Nobilis Vir *Dux* & *Commune Januæ*, Hæredesque, & Successores sui, in quibuscumque Amicitiis, Confœderationibus, Pactia, & Alligantiis, cum quocumque Rege, Principe, aut Personâ quâcumque, Ecclesiasticâ, seu Mundanâ (cujuscumque Statûs, Gradûs, Dignitatis, aut Conditionis
*X.123. * existat) de cætero per ipsos aut ipsorum aliquem Contrahendis, Incundis, Firmandis, & Concordandis, dictum Serenissimum Dominum *Regem Angliæ*, Hæredesque, & Successores suos, per expressum & in speciali, excipere debeant.

Item, *Concordatum est* quòd Subditi & Districtuales dictarum Partium, & utriusque ipsarum, invicem, in Mari, Terrâ, & Aquâ, amicabiliter & caritativè se habeant, &, cum eorum Navigiis, Galeis, Marinariis, Officialibus, Servitoribus, Mercatoribus, & aliis Ministris, Bonisque, Rebus, Mercibus, Libris, Jocalibus, Pecuniis, & Hernesiis quibuslibet, possint & valeant liberè, tutè, & securè accedere ad Portus, Civitates, Terras, & Loca quælibet dictarum Partium, & utriusque ipsarum:

Ita quòd Subditi & Districtuales *præfatæ Regiæ Majestatis Angliæ*, sub salvâ Custodiâ ac salvo Conductu præfati Nobilis Viri *Ducis* & *Communis Januæ*, ac, eodem modo, Subditi & Districtuales præfatorum *Ducis* & *Communis Januæ*, sub salvâ Custodiâ & salvo Conductu prælibati Serenissimi Domini *Regis Angliæ*, semper sint & censeantur existere.

Item, *Concordatum est* quòd omnia & singula, per dictos Commissarios, Ambassiatores, & Sindicos, ut præmittitur, Tractata, Conclusa, & Concordata, Partes prædictæ (videlicet) præfatus Metuendissimus Dominus *Rex Angliæ* suis Litteris Patentibus, Magno Sigillo suo sigillandis, Approbabit, Ratificabit, & Confirmabit, & consimiliter dicti Nobilis ac Potens *Dux* & *Commune Januæ* suis Litteris, ipsorum sigillandis, Ratificabunt, Approbabunt, & Confirmabunt.

Item, *Concordatum est* quòd præfati Illustris Dominus *Dux* & *Commune Januæ* dabunt & solvent, seu dari & solvi facient, *Willielmo Walderne* & Sociis suis Civibus Londoniæ (qui optinuerunt contra Januenses Merchas & Reprisalias pro Lanis & aliis Mercibus captis) in Civitatem Januæ *Libras Sex Millia Sterlingorum*, pro omni eo & toto quod dicti Dampnificati restant ad Habendum, seu habere & recipere debent, ac petere & requirere possint, virtute dictarum suarum Reprisaliarum & Mercharum, & tàm pro eorum Sorte, quàm pro Pœna, Expensia, & Interesse (videlicet) *Libras Mille Sterlingorum*, in Festo beati Michaelis proximò futuro, & alias *Libras Mille*, in alio Festo beati Michaelis venturo, de Anno Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo secundo, & successive, singulis Annis, in dicto Festo beati Michaelis, alias *Libras Mille Sterlingorum*, usque ad integram Solutionem & Satisfactionem dictarum *Sex Millium Librarum Sterlingorum*,

Comitis de Douglas Indentura Guerræ.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Ex Autogr.

Hæc Indentura,

Facta inter, Inclitissimum Principem Dominum *Henricum*, Dei Gratiâ, *Regem Angliæ*, *Hæredem ac Regentem Regni Franciæ* & *Dominum Hiberniæ*, ex unâ Parte, & Magnificum ac Potentem Virum, Dominum *Archibaldum Comitem de Douglas*, ex alterâ,

Testatur quòd,

Cùm præfatus Dominus *Rex Angliæ*, partim ob magnæ Affectionis Zelum quem habet ad carissimum Consanguineum suum Dominum *Jacobum Scotorum Regem* Illustrem, & partim ad ipsius *Domini Comitis* instantias & intercessus, cum præfato Consanguineo suo Scotorum Rege, super ipsius Transitu & * Licentiâ transeundi in Regnum suum Scotiæ, sub certâ formâ concordâsset & conclusisset, *X.124.

Dominus Rex Scotorum prædictus, hoc considerans, mandavit dicto Comiti quòd (salvâ semper Ligeantiâ suâ ad Ipsum Regem Scotiæ, & Hæredes & Successores suos Scotorum Reges) Auxilium, Succursum, Juvamen, ac Servitium, quod posset, faceret prædicto Domino *Regi Angliæ*,

Quare idem *Dominus Comes*, ad utriusque ipsorum Regum Complacentiam, Promisit & se Obligavit, ex Assensu & Mandato *dicti Domini Scotorum Regis*, quòd præfato Domino *Henrico Regi Angliæ*, quoad vixerit, *ipse Comes* extunc deinceps dabit Auxilium, Succursum, & Juvamen contra omnes Homines (Domino *Jacobo Rege Scotorum* prædicto, & ipsius Hæredibus & Successoribus, Regibus Scotiæ, exceptis) cum Ducentis Militibus & Scutiferis sufficienter Armatis & Arraiatis pro Guerrâ, & Ducentis Sagittariis Equestribus competenter pro Guerrâ Arraiatis, ubicunque dictus Dominus *Rex Angliæ* hoc voluerit, dumtamen debitè de hoc fuerit præmunitus,

Capiendo, pro ipsis singulis, Vadia, qualia, in Viagio, pro Tempore fiendo, prædictus *Dominus Rex Angliæ* solverit suis Subditis de Regno suo Angliæ,

Et incipiet tempus, quo hujusmodi Vadia solvi debeant, Die Monstrationis, quam faciet prædictus Comes, in Ingressu prædicti Regni Angliæ, veniendo versus Regem Angliæ supradictum.

Ipsosque Homines Armatos & Arraiatos, in Numero de quo præmittitur, Paratos & Collectos habebit in Festo Paschæ proximò futuro, vel infra Quatuordecim Dies dictum Festum Paschæ immediatè sequentes, apud Novum Castrum super Tinam, si per Terram, vel apud Berwyk super Twedam, si per Mare, infra Decem Dies, ad dictum Dominum *Regem Angliæ* fuerit transiturus,

Et deinceps continuabit Viagium suum usque & ad locum ubi Dominus Rex voluerit,

Ita tamen quòd de hoc, Quintâ decimâ Dei Februarii proximò futurâ, vel ante, fuerit Præmunitus,

Et percipiet & habebit dictus *Dominus Comes*, ad Terminum Vitæ suæ & Nostri, Annuum Feodum Ducentarum Librarum, solvendarum eidem per præfatum Dominum *Regem Angliæ*, ad Duos Anni Terminos (videlicet) ad Festa Sancti Michaelis Archangeli proximò venturum, & Paschæ tunc proximò sequens, per æquales Portiones,

Habebit etiam Eskippamentum & Reskippamentum, Expensis præfati Domini *Regis Angliæ*, quotiens & quando in ipsius Servitio *præfatum Comitem* per Mare transire contigerit,

Eritque insuper sub Protectione dicti Domini *Regis Angliæ*, ipsumque, per Literas suas Patentes, ipsius Magno Sigillo sigillandas, habebit, pro omnibus & singulis Contractibus, Debitis, Transgressionibus, Delictis, Factis, Verbis, & Injuriis, ante Diem Ingressûs sui, propter *dicti Domini Regis* Servitium, in Regnum Angliæ, per *ipsum Comitem* aut alios suo Nomine habitis, initis, contractis, vel commissis, quotiens in Regno Angliæ, aut Locis aliis dicto Domino *Regi Angliæ* Subditis & Subjectis, *ipsum Comitem*, occasione præmissâ, esse, vel ad ea venire, vel ab ipsis locis ad propria redire contigerit,

Ad quæ omnia & singula benè & fideliter perimplenda, tàm prædictus Dominus *Henricus Rex Angliæ* supradictus, quàm etiam præfatus *Dominus Archibaldus* Comes memoratus, ipsos obligârunt, & se Obligant per præsentes.

Prætereaque idem Dominus *Archibaldus Comes, prædictus* juravit, tactis per ipsum Sacrosanctis Dei Euvangeliis, quòd omnia & singula supradicta, quatenus ipsum Comitem concernunt seu concernere poterunt, fideliter observabit,

Promisit ac etiam Promittit *dictus Dominus Rex præfato Domino*

Comiti

...merandos, postquam a Viagio, quod modo in Franciâ, per Dei gratiam, sumus arrepturi, Reversi fuerimus,

Walterum Comitem Atholiæ,
Walterum Stewart Filium & Hæredem Ducis Albaniæ,
Thomam Comitem Moraviæ,
Willielmum Comitem Angusiæ,
Alexandrum Comitem de Craford,
Et *Willielmum Comitem Orcadiæ*,
Ac,
Venerabiles Patres,
Henricum Episcopum Sancti Andreæ,
Willielmum Episcopum Glascuensem,
Robertum Episcopum de Dunkeldyn,
Et *Henricum Episcopum Moraviæ*,
Necnon *Jacobum de Douglas*, *secundum Filium Comitis de Douglas*,
Robertum Dominum de Erskyn,
Willielmum Dominum de Erol & de Hay Constabularium Scotiæ,
Robertum Stewart Dominum de Lorn,
Jacobum Sandsland Dominum de Caldor,
Malcolmum Flemyng Dominum Bygar & de le Leynze,
Jacobum de Hamylton Dominum de Cadzon,
Thomam Boyde Dominum de Kylmornowe,
Robertum de Keth Marescallum Scotiæ,
Et *Willielmum de Borthwic* Dominum de Borthwic,

Aut, ipsorum loco, alios de Regno Scotiæ tantæ sufficientiæ, Ita quòd in locum unius, f ritan deficientis unus vel plures, qui deficientis statui & sufficientiæ, in Bonis & Possessionibus, secundùm quòd Nobis videbitur, correspondeant, sumi possent & debeant,

Obsides suos & pro Hostagio Nobis dederit & liberaverit,

Extunc, modo, formâ, & tempore de quibus inter *Nos* & dictum nostrum Consanguineum *Scottorum Regem* concordabitur, ad & in Regnum Scotiæ prædictum transire, ibidem morari, & in Angliâ redire, quantum in Nobis aut nostris erit, salvò poterit & securè,

Quæ omnia & singula, sic, ut præmittitur, Appunctuata, Concordata, & Conclusa, in verbo Regio Promittimus Nos benè & fideliter observaturos.

Dat. *in Palatio Regis Westm.* sub Magni Sigilli sui Testimonio, tricesimo primo die Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo Primo, Anno Regni nostri Nono.

Per ipsum Regem.

Super Approbatione Pacis, Literæ de Exemplificatione.

Ann. D. 1421. *An.* 9. *H.* 5. *Franc.* 9. *H.* 5. *m.* 10.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Irrotulamentum cujusdam Acti, in Parliamento nostro, apud Westmonasterium, secundo die Maii ultimò præterito, tento, habiti sive facti, & in Rotulo ejusdem Parliamenti Irrotulati,

PACEM FINALEM,

Inter Serenissimum ac Illustrissimum Principem Dominum *Karolum*, Dei gratiâ, *Francorum Regem* Patrem nostrum, & *Nos*, ac inclita Angliæ & Franciæ Regna, eorumdemque Regnorum Subditos & Subjectos, Trecis, Vicesimo, Primo Die Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo, Conclusam & Concordatam,

Ac per Tres Status dicti Regni nostri Angliæ, ad dictum Parliamentum nostrum convocatos (videlicet, Prælatos & Clerum, Nobiles & Magnates, necnon Communitates ejusdem Regni no-
*X. 126. stri) coram quibus PACIS prædictæ * Tenorem, ac omnes & singulos Articulos ejusdem, prout in Literis Patentibus, tàm dicti Patris nostri, quàm Nostris, inde confectis, plenius est contentum, per Cancellarium nostrum Angliæ exponi fecimus & decla-

Acquietantia Comitis Palatini.

NOVERINT UNIVERSI, per Præsentes, me *Johannem de Ladebom*, Canonicum Wormachiensem, Secretarium & Procuratorem, Illustrissimi Principis, Domini *Lodowici*, *Comitis Palatini Reni*, Sacri Romani Imperii Archidapiferi Principis Electoris, & Bavariæ Ducis, *Recepisse & Habuisse*, die Confectionis Præsentium de, Serenissimo Principe & Domino, Domino *Henrico*, *Rege Angliæ*, *Regente Hæredeque Franciæ*, *& Domino Hiberniæ*, Quingentas Marcas Sterlingorum, in Partem Solutionis annuæ Pensionis Mille Marcarum Sterlingorum, *præfato Domino meo Duci*, ad Terminum Vitæ suæ, per prædictum Dominum *Regem Angliæ* Concessæ (videlicet) pro Termino Paschæ ultimo præterito ante Datam Præsentium,

Ann. D. 1421. *An* 9. *H.* 5. *Ex Bund.* 4. *n.* 17.

De quibus quidem Quingentis Marcis antedictis, sic per me Receptis pro Termino memorato (scilicet, per manus Thesaurarii prædicti Domini *Regis Angliæ*, in Scaccario Regio) fateor eundem Dominum Regem totaliter fore Quietum, & michi plenariè esse Solutas.

In cujus rei Testimonium Præsentibus Sigillum meum apposui.

Dat. *Londoniæ*, tertio die Mensis Junii, Anno ab Incarnatione Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo Primo, & Anno Regni, metuendissimi Regis, *Henrici*, Quinti prædicti post Conquestum Angliæ, Nono.

Pro Comite Northumbriæ.

HEnri, par la grace de Dieu, *Roy d'Engleterre*, *Heriter & Regent du Roiaulme de France*, *& Seigneur d'Irlande*, As Tresorer & Chamberleins de nostre Eschequier, Saluz.

Ann. D. 1421. *An.* 9. *H.* 5. *Penes Cler. Pell.*

Come par ENDENTURE,

FAITE, parentre Nous & Nos Treschier & Foial Cousin, *Henri de Percy Conte de Northumbreland*, le *Primer jour* de ce present *Moys de Juyn*,

Mesme *celui Henri* soit Retenuz devers Nous Gardein de nostre Ville de Berewik & de toute l'Estmarche vers Escoce, a avoier, de l'Unzisme Jour d'Averil darrein passez, jusques a la fin de Deux Ans, lors prochein ensuyantz & plainement accompliz,

Et Prendra de Nous *le dit Henri*, en Gross, pur la Garde des suisdites Ville & Estmarche, en Temps de Guerre la * Some *de Cynk Mille Livres*, & en Temps de Pees ou Trieues *Deux Mille & Cink Centz Livres*, par An, *X. 127.

Dont il avera Paiement ou Souffisant Assignement, de Quarter en Quarter, au Commencement de chascun Quarter, durant le dit Terme, Egalement, selonc l'afferant, sicome en la dite ENDENTURE est contenus plus au plein,

Volons & vous Mandons que, veue de Temps en tems la dite ENDENTURE, facez avoir au *dit Henri* Paiement ou souffisant Assignement de les Somes susdites, pur Temps de Guerre, Pees ou Trieues, selonc l'effect & purport de l'ENDENTURE susdite.

Don. souz nostre Prive Seal *a Westm.* le Tierz Jour de Juyn, l'An de nostre Regne Noefisme.

De Salvis Conductibus.

Pro Alexandro Seton.

Ann. D. 1421. *An.* 9. *H.* 5. *Scot.* 9. *H.* 5. *m.* 4.

REX, per Literas suas Patentes, usque Primum Diem Septembris proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Alexandrum Seton* Dominum de *Gordon*, cum Quadraginta Lanceis in Comitiva sua (cujuscumque Gradûs existant) cum Equis & Armaturis *eidem Alexandro* & Lanceis prædictis debitè spectantibus, usque ad Numerum Centum in toto, vel infra, in Regnum Regis Angliæ, per Aquam tantùm veniendo, & ubicumque voluerint in eodem Regno vel extra applicando, ibidem morando, & exinde versus partes proprias, cum Lanceis,

Ibid. REX, &c. ut supra usque ibi, speciales, & tunc sic, *Alexandrum Kenedy*, & *Fergusium Kenedy*, cum Triginta Lanceis in Comitiva sua (cujuscumque Gradûs existant) cum Equis & Armaturis eisdem *Alexandro* & *Fergusio* & Lanceis prædictis debitè spectantibus, usque ad Numerum Sexaginta in toto, vel infra, *&c. ut supra, mutatis mutandis*.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

Pro Alexandro Forbas.

Ibid. REX, &c. ut supra usque ibi, speciales, & tunc sic, *Alexandrum Forbas* Militem, cum Quadraginta Lanceis in Comitiva sua (cujuscumque Gradûs existant) cum Equis & Armaturis eidem *Alexandro* & Lanceis prædictis debitè spectantibus, usque ad Numerum Centum in toto, *&c. ut supra, mutatis mutandis*.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

•X.118. ## * *Pro Johanne Seint Clare.*

Ibid. REX, &c. ut supra usque ibi, speciales, & tunc sic, *Johannem Seint Clare* Armigerum, cum Triginta Lanceis in Comitiva sua (cujuscumque Gradûs existant) cum Equis & Armaturis eidem *Johanni* & Lanceis prædictis debitè spectantibus, usque ad Numerum Sexaginta in toto, *&c. ut supra, mutatis mutandis*.

Pro Abbate de Pasleto.

Ibid. REX, per Literas suas Patentes, per unum Mensem proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum, suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Abbatem de Pasleto* in Scotia, in Regno Angliæ jam existentem, versus Scotiam, cum Quatuor Famulis suis in Comitiva sua, transeundo;

Proviso, *&c. ut supra, mutatis mutandis*.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

Pro Ambassiatoribus Januæ.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Franc. 9. H. 5. m. 14.

REX, universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, &c. ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, tuitionem, & Defensionem nostras speciales, *Raphaelem Spinula*, & *Stephanum Lomelum*, Sindicos & Ambassiatores *Nobilis Ducis* & *Communitatis Januæ*, ac quoscumque alios Sindicos seu Ambassiatores eorumdem, cum ipsorum Comitiva & Societate, Equis, Valesiis, Pecuniis, Rebus, & Bonis suis cæteris quibuscumque,

Ac etiam quoscumque Januenses Subditosque districtuales Communis Januæ, Mercatores, Patronos, seu Magistros quorumcumque Navigiorum Januensium, Officiales, Marinarios, Servitores, & Ministros eorumdem quoscumque,

Cum Bonis, Rebus, Mercibus, Navibus, Navigiis, & Vasis suis quibuscumque,

In Regnum nostrum Angliæ, & ad Civitates, Villas, Terras, Portus, Pontes, & Passagia Nobis Subjecta, tàm per Terram, quàm per Aquas & Mare, veniendo, & ibidem morando, stando, & permanendo, & exinde, pro eorum libito voluntatis, cum Bonis, Mercibus, Rebus & Hernesiis, Equis, Navibus, Navigiis, Officialibus, Marinariis, Famulatoribus, & Servitoribus, & Ministris suis quibuscumque,

Exceptis tamen Mercibus, quæ per specialem consuetam Prohibitionem a Regno nostro Angliæ extrahi seu abduci non deberent,

Liberè abeundo & redeundo,

Aliquibus Guerris, Criminibus, Delictis, Incendiis, Dampnis, Vulneribus, Homicidiis Personarum, Bonorum vel Navium Captionibus sive Deprædationibus, Marquis seu Reprisaliis quibuscumque, tàm Publicis, quàm Privatis, ante Datum præsentium perpetratis, habitis, sive concessis, non obstantibus;

Et ideò vobis Mandamus quòd præfatos, *Raphaelem* & *Stephanum*, necnon alios Sindicos seu Ambassiatores dictorum *Ducis* &

* *De Recipiendo Homagia in Aquitania.*

REX, Universis & singulis, præsentes Literas inspecturis, Salutem. Ann. D. 1421.

Noverit Universitas vestra quòd Nos, An. 9.

De Prudentiâ, Fidelitate, Circumspectione, & Industria, dilecti & fidelis Militis nostri, *Johannis Tiptoft*, Seneschalli Ducatus nostri Aquitanniæ, plenius confidentes, H. 5. Vasc. 9. H. 5.

Assignavimus *eundem Johannem* ad Petendum, Requirendum, & Recipiendum, pro nobis & Nomine nostro, Homagium, Fidelitatem, & Juramenta, in ea parte solita & consueta, a quibuscumque Subditis Ducatûs nostri Aquitanniæ supradicti (cujuscumque Status, Gradûs, aut Dignitatis extiterint) qui, de Jure aut consuetudine dicti Ducatûs nostri, Nobis Homagium, & Fidelitatem, ac Juramenta facere debeant, m. 2.

Necnon ad Faciendum, Exercendum, & Expediendum Præmissa ac omnia alia & singula in hac parte necessaria & oportuna,

Eidem *Johanni* Licentiam specialem, Auctoritatem, & liberam Potestatem Damus & Concedimus per Præsentes, usque ad Festum Assumptionis beatæ Mariæ Virginis proximò futurum duraturas.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Devorriam*, Nono die Junii.

Per ipsum Regem.

Pro Comitissa Hanoniæ.

REX, *Constabulario Turris* suæ Londoniæ, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem. Ann. D. 1421.

Mandamus Vobis quòd *Johannem Bloundell* de Hanonia Militem, Prisonarium nostrum, sub Custodia vestra in Turri prædicta existentem, *Jacobæ de Bavaria*, *Comitissæ Hanoniæ*, *Holandiæ* & *Selandiæ*, vel ejus Deputatis, An. 9. H. 5. Claus. 9. H. 5. m. 21.

Per INDENTURAS, inter vos & præfatam Comitissam, seu Deputatos prædictos, in hac parte, debitè conficiendas, Diem deliberationis Prisonarii prædicti testificantes,

Liberetis seu liberari faciatis indilatè;

Volumus enim vos de Custodia Prisonarii prædicti, per INDENTURAS hujusmodi, & hoc BREVE, erga Nos penitùs exonerari.

Teste Rege apud *Devorriam*, Decimo die Junii.

Per ipsum Regem.

De Custode Angliæ Constituto.

REX Omnibus, ad quod, &c. Salutem. Ann. D.

Sciatis quòd, 1421.

Pro eo quòd Nos, in Propria Persona nostra, versus partes Franciæ, Deo Duce, in proximo sumus profecturi, An. 9. H. 5.

Insidet intimè cordi nostro quòd Pax nostra infra Regnum nostrum Angliæ, præsertim dùm absentes fuerimus, inviolabiliter observetur, & quòd Agenda dicti Regni nostri providè dirigantur, ac singulis Justitiæ debitum impendatur, Pat. 9. H. 5. p. 1. m. 9.

Necnon de fidelitate & industria, Carissimi Fratris nostri, *Johannis Ducis Bedfordiæ* intimè confidentes,

Constituimus *ipsum Ducem* Custodem dicti Regni nostri, ac Locum nostrum tenentem in eodem Regno, dùm extra idem Regnum nostrum Moram fecerimus, vel donec aliud inde duxerimus ordinandum;

Damus autem universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Communitatibus, Vicecomitibus, Liberis Hominibus, Ballivis, Ministris, & omnibus fidelibus nostris, Tenore præsentium, firmiter in Mandatis quòd *præfato Duci*, tanquam Custodi dicti Regni nostri & Locum nostrum tenenti in eodem, intendentes sint, Respondentes, ac Consulentes, & Auxiliantes.

In cujus rei testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus consignari.

Dat. apud *Devorriam*, decimo die Junii.

Per ipsum Regem.

[illegible] Ecclesiarum prædictarum.

Et cùm, de Licentia prædicta, Electiones in dictis Ecclesiis fuerint celebratæ, & Personæ Electæ, per Literas dictorum Capitulorum, Nobis vel Sibi nostro Nomine Præsentatæ, Assensum & Favorem Regium singulis hujusmodi Electionibus (nisi rationabilis Causa subfuerit quare dictis Electionibus hujusmodi Assensus denegari debeat) Adhibendi,

Et ulterius, pro Confirmatione Electorum, quibus sic adhibetur Assensus, illis, ad quos pertinet, more solito Transcribendi,

Ac, cùm Electiones hujusmodi Confirmatæ fuerint, & de hoc, per Literas Diœcesanorum locorum prædictorum, præfato Custodi constiterit, Fidelitates, Nobis de Minoribus Prælatis in hac parte debitas, Recipiendi, ac Temporalia sua Restituendi,

Ita quòd idem Custos a Majoribus Prælatis, sic Electis, non recipiat Fidelitates, nec Temporalia Ecclesiarum, ad quarum Regimen eliguntur seu postulantur, liberet seu restituat quousque Nos super hoc duxerit consulendum, aut aliud a Nobis indè habuerit in Mandatis,

Et quascumque etiam Fidelitates, pro quibuscumque Terris, Tenementis, seu Hæreditatibus Nobis debitas, Recipiendi, ac Terras, Tenementa, & Hæreditates hujusmodi illis, ad quos pertinent, prout justum fuerit, Liberandi & Restituendi; Homagiis, Nobis pro dictis Terris, Tenementis, & Hæreditatibus debitis, reservatis: quæ usque Reditum nostrum in Anglia volumus, pro Fine rationabili, in Cancellaria nostra faciendo, Respectuari:

Volumus enim quòd idem Custos omnia Præmissa, ac omnia alia & singula, Gubernationem suam tangentia & concernentia, de Assensu & Deliberatione Concilii nostri, & non aliter, faciat & exequatur.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

De Officio Regendi Scolas Falesiæ concesso.*

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 29. dors.

REX Omnibus, ad quos, &c.

Monstravit Nobis *Johannes de Angervilla*, in Artibus Magister, quòd,

Cùm ipse, per tempus non modicum jam elapsum, tenuerit & rexerit Scolas Villæ Falesiæ, sive Partem earum, virtute Literarum *Episcopi Sagiensis*,

Cui quidem Episcopo hujusmodi Scolarum Erogatio, de Tribus Annis in Tres Annos, solummodò pertinebat ut dicitur,

Et ita sit quòd, propter Rebellionem *ipsius Episcopi*, Scolæ illæ ad nostram spectant Donationem pro præsenti ut accepimus,

*X.131. * Nobis humiliter supplicando ut sibi Regimen & Gubernationem Scolarum prædictarum, Caritatis intuitu, ad tempus Trium Annorum gratiosè concedere dignaremur,

Nos (Supplicationi suæ annuentes) in casu quo Præmissa Veritatem contineant, Concedimus & Licentiam Dedimus præfato *Johanni* quòd ipse prædictas Scolas, per Tres Annos proximò futuros, Habere, Tenere, Regere, & Gubernare possit, unà cum omnimodis Proficuis & Emolumentis eisdem Scolis pertinentibus & consuetis,

Dummodò Ipse in Scolis prædictis continuè Resideat, ac circa Regimen & Gubernationem earumdem fideliter & diligenter intendat,

Necnon Juramentum, solitum ad id faciendum, ubi interest, præstet, prout antiquitùs fuerat consuetum,

Mandantes, Tenore Præsentium, tàm Scolaribus & aliis, causâ Eruditionis ibidem affluentibus, quàm aliis Ligeis & Subditis nostris, quorum interest, firmiter in Mandatis quòd ipsum *Johannem*, in Casu prædicto, præsenti Concessione nostrâ uti & gaudere permittant, eidemque, tanquam Magistro Scolarum illarum, pareant & obediant, prout decet, durante tempore supradicto.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, decimo septimo die Junii.

[illegible] Hy and Souvrein Lord, we were afore diverse Places, that what Time hit liketh zow to sette on hem, or to Comaunde any other Man to sette on hem, they be nat able, with Godde's Grace, to holde ajenst zow no whyle.

And trewly, Sir, zif hit liked zour Grace to Comaunde me to Sture Aghwere in Recouringe of any thing, now I have rested many a Day, I am ful redy ther to.

Furthermore, *My most Hy and Souvrein Lord*, liketh zow to wite that I sent, nat longe ago, *Bellesme*, *my Poursuaunt*, unto zour Hynesse with Lettres, the woche *Bellesme*, as I am sikerly Enformed, is Sleien, in comynge to me ward azen, with Brigaundes.

And, for I wot neure wheter ze, *my Souvrein Lord*, senten me any Lettres or Word by him of any of zour Gracious Wille, that causeth I lete zour Hynesse have Witinge theroffe.

My most Hy and Souvrein Lord, I Write no more to zour Hynesse at this Time, but that I biseche Almyghty God that he save and kepe zour *Hy and Myghty Persone* in as long Lif, Joie, and Welthe as eur hadd Creature Boren.

Writen at *Argenthen*, the xxj Day of Jun.

Zour humble Liege Man,

TH'ERLE OF SALISBURY.

De Confirmatione, pro Episcopo Menevensi. *X.132.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1421.

INSPEXIMUS Cartam Domini *R.* nuper *Regis Angliæ*, An. 9.

Secundi post Conquestum, factam in hæc verba, H. 5.

RIcardus, Dei Gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus* Norm. 9.

Hiberniæ, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, H. 5.

Ducibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præ- p. 1.

positis, Ministris, & omnibus Ballivis & Fidelibus suis, Salutem. m. 8.

Supplicavit nobis, Venerabilis Pater, *Adam Episcopus Menevensis* ut,

Cùm ipse Episcopatum suum & quamlibet Parcellam ejusdem de Nobis, ut de Coronâ nostrâ, integrè teneat,

Ipseque, & Prædecessores sui, Episcopi loci illius, Jurisdictione Regali, in omnibus Dominiis suis Episcopatûs prædicti, ut in Cognitionibus omnimodorum Placitorum, personalium, & realium, ac de Coronâ, ad Prosecutionem suam propriam & aliorum, cum omnimodis Proficuis indè provenientibus, juxta Consuetudines Partium illarum, totis retroactis temporibus, usi fuerint & gavisi, absque hoc quòd Nos, seu Progenitores nostri, seu aliquis alius Dominus Marchiarum, aut eorum Ministri, ratione aliquorum Dominiorum, in Wallia, infra dicta Dominia ipsius Episcopi, aliqualiter intromittere consuevimus, seu consueverunt, debuimus, aut debebant,

Ac, celebris memoriæ, Dominus *Henricus*, *Filius Regis Johannis*, quondam Rex Angliæ, Progenitor noster, per Cartam suam, Concesserit & Confirmaverit, pro se & Hæredibus suis, *A. præfatæ Ecclesiæ Episcopo* quòd ipse, & Successores sui, & Ecclesia sua, Quieti essent *imperpetuùm* de omnibus Placitis & Querelis, & omnibus Sectis, nisi coram eo, & Hæredibus suis, vel Justiciariis suis specialiter ad hoc assignatis,

Et quòd haberent liberam Curiam suam de Hominibus suis, ita quòd non tenerentur de aliqua Querelâ alibi, quàm in Curiâ Dominorum suorum Episcoporum Menevensium, Respondere, nisi coram eo, & Hæredibus suis, vel Justiciariis suis ad hoc assignatis, & hoc per speciale Mandatum suum vel Hæredum suorum, salvâ in omnibus Regiâ Dignitate,

Velimus, pro majori Securitate & Quiete ipsius *Episcopi*, & Successorum suorum, nè ipsi super Præmissis imposterum impetantur, occasionentur quocmodolibet, vel graventur, gratiosè providere,

Nos,

Ad Honorem Dei, & Ecclesiæ Sanctæ, necnon ad specialem instantiam & supplicationem, Venerabilis Patris, *Archiepiscopi Cantuariensis*, Consanguinei nostri, & totius Cleri totius Provinciæ suæ dictæ, Supplicationi præfati nunc Episcopi, ob grandem affectio-

gnitate;

Quare Volumus & firmiter Præcipimus, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quòd *præfatus Episcopus*, & Successores sui, omnes & singulas Libertates prædictas, & omnimodas alias Libertates habeant, & eis gaudeant & utantur *imperpetuum*, adeò plenè & liberè, sicut aliqui Dominorum Marchiantium in Dominiis & Marcheis suis Walliæ habent & utuntur,

Et quòd omnes Tenentes ipsius *Episcopi*, & Successorum suorum, sive Residentes in Dominiis suis Episcopatûs prædict., alibi, quàm in Curiâ dicti *Episcopi*, & Successorum suorum, Respondere minimè teneantur, nec ad Respondendum artentur,

*X.133. * Et quòd idem *Episcopus*, & Successores sui, de omnibus Placitis & Querelis, Sectis & Impetitionibus, versus ipsos motis vel movendis (præterquam coram Nobis, & Hæredibus nostris, & Concilio nostro) *imperpetuum* sint quieti, sicut prædictum est;

Hiis Testibus,

Venerabilibus Patribus,
W. Archiepiscopo Cantuariensi, totius Angliæ Primate,
R. London.
W. Wynton.
Episcopis:
Johanne Rege Castellæ & Legionis, Duce Lancastriæ,
Edmundo Comite Cantebrigiæ,
Thoma Comite Bukyngham,
Avunculis nostris carissimis:
Richardo Arundell,
Hugone Staffordiæ,
Henrico de Percy Northumbriæ,
Comitibus:
Michaele de la Pole Cancellario,
Hugone de Segrave Thesaurario, nostris;
Johanne de Monte Acuto, Senescallo Hospitii nostri;
Et aliis.

Dat. per Manum nostram, apud *Manerium nostrum de Shene*, Vicesimo primo Die Decembris, Anno Regni nostri Septimo.

Nos autem, Concessiones & Confirmationes, ac omnia alia & singula in Cartâ prædictâ contenta, Rata habentes & Grata, ea, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, *Acceptamus*, *Approbamus*, *Ratificamus*, &, Venerabili Patri, *Benedicto*, *Episcopo Menevensi*, & Successoribus suis *imperpetuum*, de Gratiâ nostrâ speciali, *Concedimus* & *Confirmamus*, prout Carta prædicta rationabiliter testatur, & prout *idem Episcopus*, & Prædecessores sui, Regalitatibus, Libertatibus, Franchesiis, & Acquietantiis prædictis, ante hæc tempora rationabiliter usi sunt & gavisi.

In cujus, &c.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo, & pro Quadraginta Solidis solutis in Hanaperio.

Pro Comite Marchiæ.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Pat. 9. H. 5. p. 1. m. 2.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, Concessimus, carissimo & fideli Consanguineo nostro, *Edmundo Comiti Marchiæ & Ultoniæ* quòd ipse, durante Termino unius Anni proximi post Datam Præsentium, se extra Terram nostram Hiberniæ Absentare, & in Præsentiâ nostrâ, infra Regnum nostrum Angliæ, Franciæ, seu alibi, morari possit,

Et quòd ipse, medio tempore, omnibus Dominiis, Maneriis, Castris, Libertatibus, Franchesiis, Terris, Tenementis, Redditibus, & Servitiis suis, cum Pertinentiis, ibidem gaudere, habere, & occupare,

Ac Exitus, Proficua, & Commoditates eorumdem, per Officiarios, Ministros, Attornatos, & Servientes suos, infra Terram nostram prædictam, recipere, & in dictum Regnum nostrum Angliæ, seu alibi quo sibi placuerit, absque aliquo Impedimento Nostri, vel Officiariorum seu Ministrorum nostrorum quorumcumque, infra Terram nostram prædictam, mittere possit;

Aliquibus Statutis sive Ordinationibus, contra Absentes extra Terram nostram prædictam, aliquas Possessiones in eadem habentes, & super eisdem non Residentes, vel Gentes sufficientes defensabiles super eisdem minimè invenientes, in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus, &c.

perturbatione quâcumque, transire permittatis; aliquo Arestô, in hac parte facto, non obstante.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium*, tricesimo Die Junii.

Per Concilium.

Et erat Patens.

De Restitutione Fructuum.

REX *Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopatûs Rothomagensis*, ac universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, Receptoribus, Officiariis, Ministris, Ligeis, Fidelibus, & Subditis nostris quibuscumque, quorum interest, Salutem. Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 29. d.

Vobis & cuilibet vestrûm Mandamus quòd Fratrem *Petrum le Provost*, Monachum de Tiromo, & Priorem Prioratûs de Gravilla, in Bailliagio de Caux, ut dicitur, Juratum Ligeum nostrum, omnimoda Fructus, Obventiones, Proficua, & Emolumenta quæcumque, ad Prioratum suum prædictum pertinentia & spectantia, habere, ac eis uti & gaudere pacificè permittatis,

Ipsum in eodem Prioratu non Molestantes in aliquo seu Gravantes; aliquo Mandato nostro, vobis seu alicui vestrûm in contrarium directo, non obstante.

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, primo die Julii.

Per ipsum Regem ad Relationem Concilii.

Pro Ducissa Hollandiæ, de Centum Libris per Mensem sibi persolvendis.

HEnry, par la Grace de Dieu, *Roy d'Engleterre*, *Heriter & Regent du Royaume de France*, & Seignur d'Irland, as Tresorer & Chambellains de nostre Eschequier, Saluz. Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Breve de Term. Pasch. 9. H. 5. Pell.

Nous Volons de l'Assent de nostre Conseil, & vous Mandons que, par le temps que, nostre Tresch ere & Tresamee Cousine, *Dame Jake*, *Duchesse de Holand*, serra sa Demoere, deinz nostre Roiaume d'Engleterre, a noz Costages, facez paier a mesme nostre Cousine, desore en avant, de temps en temps (assavoir) pour chescun Moys des Kalendes Cent Livres, a prendre des Issues, Revenues, & Profitz provenantz des Seignories, Terres, Tenementz, & autres Possessions, a *Johane*, n'adgairs *Roigne d'Engleterre*, assignez en Doair ou autrement, sibien en Engleterre, comme en Gales.

Don. souz nostre Prive Seal a *Westm.* le Disme Jour de Juyl, l'An de nostre Regne Noefisme.

* *De Litibus & Processu, occasione Dotis Comitissæ Cantiæ, per Johannem Maria Anglum Comitem, & Commune Mediolani solvi stipulatæ, & non solutæ.* *X.135.

EGO *Lucia de Vicecomitibus*, *Comitissa Kantiæ*, Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Rot. Parliamenti 9. H. 5. p. 1. n. 23.

In suprascriptâ Petitione nominata expressa, & solenni Protestatione Præmissâ quòd, ob Complacentiam & Contemplationem Regiæ Celsitudinis, & non aliàs, nec tanquam Executrix aut Administratrix Bonorum Illustris Mariti mei suprascripti, nec animo vel intentione Recognoscendi quomodolibet ejus Debita, sicut nec Teneor nec Obligor, nec, respectu aut vigore infrascriptæ Cessionis Actionis, ad illa Teneri vel Obligari intendo,

De quo solemniter Protestor, ad effectum quòd, ullo unquam tempore, nec aliqua Curia Parliamenti, vel aliâ, vel aliquâ Lege vel Inquestâ, possim, dictæ Cessionis vigore, quomodolibet de cætero vexari vel molestari,

Sicut etiam Regia Celsitudo, autoritate & consensu Parliamenti, & Trium Statuum Regni (videlicet) tàm Spiritualium quàm Temporalium Dominorum & Communitatum, rectè & ritè decrevit,

Do, Concedo, ac Cedo, & Transfero, Illustribus Principibus & Dominis meis gratiosissimis (videlicet,) Domino *Duci Bedfordiæ*, Domino *Duci Gloucestriæ*, ac, Reverendissimis Patribus & Dominis, Domino *Henrico Episcopo Wintoniensi*, Domino *Ricardo Episcopo Londoniensi*, & *Willielmo Kynwolmersh* Thesaurario Angliæ moderno, per præfatam Regiam Celsitudinem ad hoc nominatis specialiter & deputatis, Jus, Titulum, & Actionem, mihi qualitercumque competentia seu competitura, & quæ mihi competere debent aut possent contra Illustrem Principem *Philippum Maria*

tincos, teci subscribi, ac suis Signis consuetis signari, necnon Sigillum meum apposui eidem.

Data & Acta sunt hæc, in *Hospitio meo*, infra Monasterium sive Abbatiam Monialium Sanctæ Claræ extra Muros London. Die Duodecimo Mensis Julii: Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo primo: Indictione Decimâ quartâ: Pontificatûs, Sanctissimi in Christo Patris, Domini nostri, Domini Martini, Divinâ Providentiâ, Papæ Quinti, Anno Quarto.

Præsentibus tunc ibidem,

Egregio Viro, *Simone de Teramo* Legum Doctore, Sedis Apostolicæ Nuncio in Angliâ & Collectore,
Antonio Francisci de Vulterris,
Bernardo Dalzate,
Thoma Kuyvet,
*X.136. * *Jacobo Caumbrigge*,
Et *Roberto Sampson*,
Civibus Londoniæ,

Testibus ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis.

Et Ego Ricardus Petteworth, *Publicus Auctoritatibus Apostolica & Imperiali Notarius*, *Cicestrensis Diœcesis*, præfatæ Dominæ Luciæ de Vicecomitibus, Comitissæ Kantiæ, & Dominæ de Wake,

Protestationi, *Jurisque*, *Tituli*, *& Actionis*, *de Sex Milibus Marcarum suprascriptarum*, *Donationi*, *Concessioni*, *Cessioni*, *Transfusioni*, *atque Petitioni*, *cæterisque*, *dum sic*, *ut præmittitur*, *per eandem Comitissam in Hospitio suo agebantur & fiebant*, *sub Anno*, *Indictione*, *Pontificatu*, *Mense*, *& Die prædictis*, *unà cum Magistro* Willielmo Freman, *hic subscripto Notario Publico*, *Testibusque prænominatis*, *præsens personaliter interfui*, *eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi*;

Ideo hoc præsens Publicum Instrumentum, *sive Patentes Literas* (*me arduis aliunde occupato Negotiis*) *per alium fideliter Scriptum*, *sive Scriptas*, *& per Subscriptum dictum Magistrum* Willielmum *etiam Subscriptum*, *sive Subscriptas*, *ac signo suo consueto signatum*, *seu signatas*, *necnon Sigillo ejusdem Comitissæ sigillatum*, *sive sigillatas*, *signo meo solito & consueto signavi*, *Manu meâ propriâ hic me subscribendo*, *rogatus per* præfatam Comitissam, *unà cum dicto Magistro* Willielmo, *& specialiter requisitus*, *in fidem & testimonium omnium & singulorum Præmissorum.*

Et Ego Willielmus Freman, *aliàs dictus* Haselwode *Coventriæ & Licseldiæ Diœcesis*, *Publicus Apostolica & Imperiali Auctoritate Notarius*, *præfatæ Dominæ* Luciæ de Vicecomitibus, Comitissæ Kantiæ, & Dominæ de Wake, *Protestationi*, *Jurisque*, *Tituli*, *& Actionis*, *de Sex Milibus Marcarum suprascriptarum*, *Donationi*, *Cessioni*, *& Transfusioni*, *atque Petitioni*, *cæterisque*, *dum sic*, *ut præmittitur*, *per eandem Comitissam in Hospitio suo agebantur & fiebant*, *sub Anno*, *Indictione*, *Pontificatu*, *Mense*, *& Die prædictis*, *unà cum Magistro* Ricardo Petteworth, *Notario Publico suprascripto*, *Testibusque prænominatis*, *præsens personaliter interfui*, *eaque omnia singula sic fieri vidi & audivi*;

Ideo hoc præsens Publicum Instrumentum, *sive Patentes Literas* (*me arduis aliunde occupato Negotiis*) *per alium fideliter Scriptum*, *sive Scriptas*, *& per prædictum Magistrum* Ricardum *etiam Subscriptum*, *sive Subscriptas*, *ac Signo suo consueto signatum*, *sive signatas*, *necnon Sigillo* ejusdem Comitissæ *Sigillatum*, *sive Sigillatas*, *Signo meo solito & consueto signavi*, *Manu meâ propriâ hic me subscribendo*, *rogatus per* præfatam Comitissam, *unà cum dicto Magistro* Ricardo, *& specialiter requisitus*, *in Fidem & Testimonium omnium & singulorum Præmissorum.*

mæ suæ affectionis præfato Domino Domino *N. Duci* innotescere, de & super * hujusmodi felici Matrimonio & honorabili Conjugio, Breve seu Literas, sub Signeto suo sigillata, transmisit hujusmodi Tenoris; videlicet, *X.137.

Henricus, Dei Gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ*, Magnifico & Potenti Principi, *N. Duci Mediolani*, Consanguineo nostro carissimo, Salutem & continuæ Prosperitatis augmentum.

MAGNIFICE PRINCEPS, CONSANGUINEE CARISSIME,

Dilectioni vestræ cupimus innotesci qualiter,

Ob affectionis intimæ puritatem, quam erga Personam, Ingenuæ, Nobilis, & Præclaræ Dominæ, *Luciæ de Vicecomitibus*, Amitæ vestræ, nostræque prædilectæ, præsertim virtutum suarum intuitu, gessimus antiquitùs, & gerimus in præsenti,

Desiderantes, infra Regnum nostrum, Fœderis Matrimonialis felicitate lætari,

Super quo sibi scripsimus aliàs nostræ continentiam voluntatis,

Unde finaliter tale Responsum accepimus ab eadem, quòd in eâ parte libenter adquiesceret votis nostris, mallens (ut asseruit) juxta Ordinationem nostram in Regno nostro desponsari, quàm alibi, confisa de Nobis quòd non, nisi de Re digna & quæ Statui suo convenit, Provisionem facere curaremus eidem:

Nos itaque (cupientes hoc ipsum, quod in mente fervido zelo concepimus, effectum mancipare) rescripsimus eidem Consanguineæ nostræ, quòd ambassiatam, & præcipuè Domicellum nostrum *Thomam de la Croix*, meritò nobis carum, ad vestram & ipsius Consanguineæ nostræ Præsentiam destinare vellemus.

Itaque circa Festum Paschæ proximò futurum, vel incontinenti post, personaliter esset ibi, sufficienti Mandato munitus, ad Tractandum, ac etiam, si oporteat, Concludendum super quodam honorabili Conjugio, Tractando cum illâ; quod reverà tenemus afferre utriusque Partibus immensum Commodum & Honorem, prout, Deo volente, Rei exitus demonstrabit.

Vestram igitur Amicitiam affectione, quâ possimus ampliori, Rogamus quatinus in jam dicto Negotio, per præfatum Domicellum nostrum pleniùs explicando, etiam, nostræ considerationis intuitu, taliter operari velitis, quòd, omissis aliis Oblationibus quibuscumque, certos prætacti desiderii nostri fines tangere valeamus ad laudem Altissimi, necnon & quamplurium exultationem & complacentiam singularem; præsertim cùm, singulis attentis, illa, quæ per Nos pro parte unâ fuerit advisata, putemus honorifica fore & consona rationi; super quibus, *eidem Domicello nostro*, velut Nobis ipsis, credentiam adhibentes, Nobis per eum significare velitis certitudinem prosperam Statûs vestri, unà cum aliis quæ per Nos fieri cupitis complacentia votis vestris.

MAGNIFICE PRINCEPS, CONSANGUINEE NOSTER CARISSIME,

In Filio Virginis Gloriosæ diu & feliciter valeat vestra Dilectio, Nobis cara.

Dat. sub Signeto nostro, in *Palatio nostro Westmonasterii*, Mensis Martii die Decimâ octavâ.

Et a Tergo,

Magnifico & Potenti Principi, N. Duci Medionalli, *Consanguineo nostro carissimo.*

Ipséque Illustris & Excelsus Dominus, Dominus *Edmundus Comes* Dignissimus antedictus,

Volens Negotium hujusmodi felicis Matrimonii & Honorabilis Conjugii ad Finem deducere efficacem, prout intentionis suæ est, ac inter eum & quosdam Dominos & Amicos de Consilio suo Concordatum extitit,

Dilectum *Thomam de la Croit*, aliàs de *la Cruce*, Serenissimi in Christo Principis & Domini, Domini *Henrici*, Dei Gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ* præfati Armigerum & Domicellum, suum certum,

Edmundus Comes Cantiæ & Dominus Valachiæ Salutem in Domino & fidem indubiam præsentibus adhibere

Vestræ Universitatis Notitiæ deducimus & deduci volumus per Præsentes quòd,

Cùm,

Nostræ Voluntatis & Intentionis, ac inter *Nos*, & quosdam Dominos & Amicos nostros, de Consilio nostro, Concordatum existat quòd,

De, super, & pro Matrimonio,

Inter Nos & Nobilem Mulierem *Dominam Luciam*, Nobilis, & Potentis, ac Excellentis Principis & Domini, Domini *N. Ducis Mediollani* ejus Nepotis, sub certis Modis, Formis, & Conditionibus, ad Laudem & Honorem Dei Contrahendo,

Cum præfato Domino *N. Duce*, ac *dicta Domina Lucia*, & eorum Consiliis, Tractatus fieri debeat,

Ideò Nos, *Edmundus Comes Cantiæ & Dominus de Vake* prædictus (hujusmodi Negotium ad Finem deducere volentes efficacem) dilectum Nobis in Christo, *Thomam de la Croys*, Serenissimi in Christo Principis & Domini nostri, Domini *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ* Illustris Armigerum, omnibus melioribus Modis & Formis, quibus possumus aut debemus, nostrum verum, certum, & indubitatum Ordinamus, Facimus, & Constituimus Procuratorem, Attornatum, & Nuncium specialem,

Damus etiam & Concedimus *præfato Thomæ*, Procuratori & Nuncio nostro in hac parte speciali, plenam & liberam Potestatem & Mandatum speciale, pro Nobis, ac Vice & Nomine nostris, cum, dicto Nobili & Potenti Principe, Domino *N. Duce*, & cum *eadem Domina Lucia*, & aliis Personis de utriusque illorum Consiliis, ad hòc deputatis seu deputandis, de & super omnibus & singulis Articulis, Tractatus & Materiam hujusmodi Contractûs Matrimonialis concernentibus seu Tangentibus, Tractandi, Pacifcendi, & Concordandi,

Ac Contractus, Pacta, & Concordiam, fiendos, & fienda, & fiendam, omnibus melioribus Modis & Formis quibus fieri poterit, quibuscumque Pœnis & Securitatibus Vallandi & Firmandi,

Ac Nos & Bona nostra ad Observationem Tractatûs & Concordiæ, per dictum Procuratorem nostrum in & pro Præmissis fiendorum, ac si Nos ibidem personaliter interessemus, firmiter Obligandi,

Cæteraque omnia & singula Faciendi, Exercendi, & Expediendi quæ in Præmissis, vel eorum aliquo, necessaria fuerint vel oportuna, etiam si Mandatum in ea parte magis de se exigant speciale,

Ac Promittimus Nos, *Edmundum Comitem* & Dominum supradictum, Ratum, Firmum, & Stabile perpetuò habituros totum & quicquid per dictum Procuratorem nostrum Actum fuerit in Præmissis vel aliquo Præmissorum, ac dictum Procuratorem nostrum ab omni onere satisdandi & relevare & relevamus, sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, & Cautiones exponimus per Præsentes.

In quorum omnium Præmissorum Testimonium atque fidem præsentes Literas nostras, sive præsens Procuratorium nostrum, per Magistrum *Dionisium Lopham* Clericum, Publicum Apostolicâ & Imperiali Auctoritate Notarium, subscriptum subscribi & publicari Mandamus, & Sigilli nostri appensione fecimus communiri.

Data & acta sunt hæc in Palatio, Serenissimi in Christo Principis & Domini nostri, Domini *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ & Franciæ* Illustris, & *Domini Hiberniæ*, infra Monasterium Westmonasteriense, Londoniense Diœcese situatum, *Decimo nono die Mensis* Martii, Anno ab Incarnatione Domini, secundum Cursum & Computationem Ecclesiæ Anglicanæ, Millesimo, Quadringentesimo, Quinto : Indictione Decima quarta : Pontificatûs, Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Domini *Innocentii*, Divinâ Providentiâ, *Papæ Septimi*, Anno Secundo; & Anno Regni dicti Domini nostri Regis Angliæ & Franciæ Septimo.

Præsentibus,

Nobilibus Viris,
Domino *Willielmo de Ferers* Domino de Groby,
Lincolniensis,
Domino *Johanne Gorteney* Milite,
Exoniensis,
Domino *Johanne Marrucham* Capellano,
*X. 139. * Et *Johanne Bathe* Armigero,
Sarum,
Diœcesuum,
Et aliis Testibus, ad Præmissa vocatis specialiter & rogatis.

noscuntur,

Anno Nativitatis ejusdem Millesimo Quadringentesimo Sexto, Indictione Quartadecima, Die Martis Vicesimo quinto Mensis Martii,

Ad Honorem, Exaltationem, & Gloriam præfatorum, Illustrissimi Domini, Domini *Ducis Mediollani*, &c. Illustris Domini Domini *N. Comitis Cantiæ*, præclaræque *Dominæ Luciæ*,

Prælibatus Illustris Dominus, Dominus *Johannes Maria Anglus Vicecomes*, *Dux Mediollani*, &c. In Præsentia & Voluntate præclaræ & Ingenuæ *Dominæ Luciæ præfatæ*, habitans in ejus Curia, quæ appellatur Curia Arongi Dominationis Mediolanensis, situata in Civitate Mediolani, in Porta Romana, in Parochia Sancti Johannis ad Fontes, etiam sub Nomine Ducalis Dignitatis suæ, pro una Parte,

Et, præfatus Egregius & Nobilis Armiger & Domicellus, *Thomas de la Croit*, aliàs *de la Cruce*, Natus quondam Egregii Viri Domini *Francisci* Civitatis Mediolani,

Procurator, Attornatus, & Nuncius specialis, præfati Illustris & Excelsi Domini *Edmundi Comitis Cantiæ & Domini Valchiæ*, ad hoc, & alia, specialiter constitutus per suprascriptum Publicum Instrumentum, scriptum & in publicam Formam redactum per suprascriptum *Dionisium de Lopham*, Notarium ut supra,

Ex alterâ,

Et uterque eorum, suo & Nomine quibus supra, voluntariè, & ex certa scientia, & de plenitudine Potestatis, & aliàs, omnibus modo, Jure, Viâ, & Formâ quibus melius potuerunt & possunt,

Tractaverunt, & Concordaverunt, & Pacti fuerunt, ac Tractatus, Pacta, & Concordium seu Concordiam fecerunt, de, pro & super prædicto fœlici Matrimonio & honorabili Conjugio, per & inter præfatum Dominum *Edmundum Comitem Cantiæ*, ex parte unâ, & prælibatam & Magnificam Dominam *Luciam de Vicecomitibus*, Amitam præfati Illustris Domini, Domini *N. Ducis* Mediolani, parte ex altera, in hunc modum & per hæc verba; videlicet,

Quòd prædictus *Thomas*, Procurator & Procuratorio Nomine quo supra, Promisit & Promittit,

Per solennem Stipulationem, præfato, Illustri & Excellenti Domino, Domino *N. Duci Mediolani*, & michi Notario, stipulanti & recipienti Nomine & Vice & ad Partem & Utilitatem præclaræ *Dominæ Luciæ præfatæ*,

Et, per præfatum Illustrem Dominum, Dominum *N. Ducem*, & me Notarium, ipsi *Dominæ Luciæ*, & item *ipsi Dominæ Luciæ*,

Quòd præfatus Illustris Dominus *Edmundus Comes*, ut supra, accipiet in ejus Uxorem legitimam, & pro ejus Uxore legitimâ, præfatam *Dominam Luciam*, ac in eam consentiet, eam accipiendo in suam veram & legitimam Uxorem, ac Matrimonium contrahet cum ea, per se, vel ejus legitimum Procuratorem, ad hoc speciale Mandatum habentem, per verba de præsenti, & Anulorum Immissione & Subarratione, juxta laudabilem Consuetudinem, ac Ritum, & Formam Sanctæ Matris Ecclesiæ:

Et de & pro Dote, constituendâ pro præclara *Domina Lucia prælibata*, præfatus Dominus *Edmundus*, *Comes* ut supra, faciet solenniter quamlibet Securitatem, Cautionem, Promissionem, & Obligationem de ea Dote reddenda & restituenda, secundùm Formam Juris, aut secundùm Consuetudinem Angliæ, * causâ ejus Dotis petendæ seu repetendæ adveniente, quòd Deus avertat; *X. 140.

Et hæc omnia, cum Securitate & Cautione, Promissione & Obligatione, Renunciatione, Clausulis, & Verbis, & Sacramentis, in talibus debitis, oportunis, & necessariis, & per Publicum, seu per Publica, Instrumentum, & Instrumenta inde solenniter conficienda :

Et quòd præfatus Illustris Dominus *Edmundus*, *Comes* ut supra, eandem, præclaram & Magnificam *Dominam Luciam* traducet ad Patriam suam infra Kalendas Decembris proximò futuras.

Prælibatus verò Dominus, Dominus *N. Dux Mediolani* promisit & promittit *suprascripto Thomæ* præsenti, dicto Nomine stipulanti & recipienti, & per eum, dicto Nomine, præfato Domino *Edmundo*, *Comiti* ut supra, & item *præfato Domino Edmundo*, curare & facere cum effectu, & quòd curabit & faciet cum effectu, quòd præfata *Domina Lucia* ipsi Matrimonio, ut præmittitur, contrahendo & fiendo acquiescet, & tacita & contenta præmanebit, eumque Dominum *Edmundum Comitem* antedictum in ejus verum & legitimum Maritum accipiet, ac in eum consentiet, ipsum accipiendo in suum verum & legitimum Maritum, per verba de præsenti, & (Deo propitio) per Immissionem Anuli Subarrari permittet, & traduci, & contrahet & faciet quæcumque, secundum Morem & Ritum Sanctæ Matris Ecclesiæ facienda :

Et quòd præfatus Dominus, Dominus *N. Dux*, in eventum dicti

publicum & solemne Instrumentum, vallatum ut supra, promittent Se, & ipsum Comune, & Bona & Intratas dicti Comunis, Obligare præfato Illustri *Domino Edmundo*, seu ejus Hæredibus, aut ejus certo misso Nuncio, vel Procuratori, prædictos Florenos Septuaginta Millia, per Terminos suprascriptos, ad compota suprascripta, & cum Expensis, Dampnis, & Interesse quæ Fierent vel Paterentur pro prædictis Denariis Petendis & Exigendis, vel ab alio recuperandis, aliquo Termino præterito :

Et quòd, ulteriùs, præfatus Dominus *Dominus Dux* teneatur & debeat, ejus propriis Dampnis & Expensis, in eventum dicti Matrimonii, contracti per verba de præsenti ut supra, consignari & associari facere Honorificè & decenter *præfatam Dominam Luciam*, occasione dicti Matrimonii carnaliter consummandi, usque ad Mare; videlicet,

Ad alterum ex Tribus infrascriptis Portibus; videlicet,

Ad *Portum Dordrecht*,

Vel ad *Portum Midelburg*,

Vel ad *Portum Calesii* :

Et a dicto Mari in antea consignetur, & consignari debeat & traduci, Sumptibus & Expensis & cum Comitiva præfati Illustris Domini *Edmundi Comitis* ut supra :

Quare prælibatus Dominus *Dominus N. Dux*, etiam sub Nomine Ducalis Dignitatis, pro unâ parte, & prædictus Nobilis & egregius Vir, *Thomas de la Crois*, alias *de la Cruce*, Nomine quo supra, pro alterâ parte, Promiserunt, & Vadium dederunt, & Sese, & omnia sua, sub & in dictis Nominibus, Bona, * præsentia & futura,
*X. 141. Obligaverint sibi vicissim (videlicet, una Pars alteri, & Altera alteri) prædicta omnia & singula Attendere, observare, adimplere, & executioni mandare, & in aliquo contra non facere nec venire, aliquâ ratione, nec causâ, de Jure, nec de Facto, sub Reffectione & Restitutione omnium Expensarum, Dampnorum, & Interesse Litis & extra :

Insuper, ad majorem roboris firmitatem, & pro prædictis melius attendendis, & ut *præfatus Edmundus* sit de & pro prædicta Dote constituenda ut supra magis securus, *Rugirollus de Comite*, Filius quondam Domini *Gasperri Comitis*, Portæ Ticinensis, Parochiæ Sancti Laurentii Majoris intus Mediollani, *Calzinus de Vicecomitibus* Filius quondam Domini *Johannis*, Portæ Romanæ, Parochiæ Sancti Johannis ytollani, *Bertollonicus de Aliprandis*, Filius quondam spectabilis & egregii Militis Legumque Doctoris Domini *Araxini*, Portæ Cumanæ, Parochiæ S. Johannis ad Quatuor Facies, Sindici & Procuratores, & Sindicario & Procuratorio Nomine Comunis Mediolani, ad hæc & alia specialiter constituti, ut Publico constat Instrumento dicti Sindicatûs, tradito & rogato per *Ambrosium de Clericis*, de Lomazio, Mediolani, Notarium ac dicti Communis Mediolani, Anno præsenti, die Sabbati xxij præsentis Mensis Martii, & quilibet eorum Promiserunt, & vadium dederunt Obligandi dictum Commune, & omnia Bona & Intratas dicti Communis Mediolani, præsentia & futura, Pignori suprascripto *Thomæ* præsenti, dicto Nomine stipulanti, & recipienti Nomine præfati Domini *Edmundi Comitis* ut supra, & per eum *Thomam*, dicto Nomine, ipsi *Domino*, *Edmundo*, & item ipsi *Domino Edmundo*, quòd, in eventum dicti Matrimonii, & dum dictum Matrimonium erit contractum per verba de præsenti, per modum & formam suprascriptos, curabunt & facient cum effectu quòd, prælibatus Dominus, Dominus *N. Dux* dabit & solvet præfato *Domino Edmundo*, seu ejus legali Nuncio vel Procuratori, prædictos *Florenos Septuaginta Millia*, ad Compota suprascripta, & Terminos suprascriptos, pro Dote constitutâ seu constituendâ *dictæ Dominæ Luciæ*.

Et, in casu quo, per ipsum *Dominum Ducem*, dicta Dos, seu prædicti Denarii pro prædicta Dote, non darentur, & non solverentur, prout superiùs, quod dicti Sindici, Sindicario Nomine quo supra, & dictum Comune dabunt & solvent præfato Domino *N. Comiti* prædictos *Florenos Septuaginta Millia*, ad compota suprascripta, & in Terminis suprascriptis;

Et hoc cum omnibus Expensis, Dampnis, & Interesse, quæ fierent & paterentur pro prædictis Denariis petendis, exigendis, & consequendis, vel alias recuperandis, præterito aliquo termino;

Renunciando Exceptioni, præfatus Dominus *Dominus Dux*, prædictus *Thomas*, necnon prædicti *Sindici*, & quilibet eorum, No-

[...]

Ambobus Mediolani Notariis & Pronotariis,

Necnon præsentibus,

Magnifico & spectabili Milite, Domino *Guidone de Galeaziis* de Seins Comite & Mediolani Potestate,

* Magnifico Domino *Gabrieile Vicecomite*, Nato quondam, præclare memoriæ, Domini *Johannis Galeaz*, olim Ducis Mediolani, *X. 142.
&c. habitante in ejus Curia, situata in Porta Romana, in Parochia Sancti Johannis ad aquam,

Magnifico Milite Domino *Valzarino de Pastrella*, Filio quondam spectabilis Viri Domini *Francisci*, Portæ Ticinensis, Parochiæ Sancti Sebastiani,

Serenissimo & spectabili Milite Domino *Johanne de Pastrella*, Filio quondam spectabilis Viri Domini *Guidetti*, Portæ Ticinensis, Parochiæ Sancti Petri in Curte,

Domino *Ottone de Mandello* Filio quondam spectabilis Militis Domini *Petri* Portæ Novæ Parochiæ Sancti Fidellis,

Omnibus Consiliariis & de Concilio prælibati Domini Domini *N. Ducis*,

Spectabili & Egregio Doctore Domino *Tadiollo de Vicecomercato* Cancellario Magno præfati Domini *Domini Ducis*,

Egregiis Doctoribus Dominis,

Francisco de Tigmoxiis Vicario proximo Comunis Mediolani,

Johanne de Carnago,

Simarino de Homodeis,

Beltramo Pasqualis,

Masfiollo de Seregnio,

Et,

Gasperino de Caponibus,

Omnibus de Collegio Jurisperitorum Mediolani,

Spectabilibus & Egregiis,

Johanne de Aliprandis,

Johanne de Badagio similiter Consilario prælibati Domini *Domini Ducis*,

A. Hirollo de la Cruce,

Et,

Guideto de Seregnio,

Camerariis prælibati Domini *Domini Ducis*,

Uberto de Viglinario,

Et *Bernardo de Sinnatis*,

Ambobus Secretariis prælibati Domini Domini *N. Ducis*,

Johanne de Brugore Conservatore,

Jacobo de la Cruce,

Petro de Raymondis,

Et *Nicholao de la Cruce*,

Omnibus Habitatoribus Civitatis Mediolani Notis & ad Præmissa vocatis & rogatis.

De Præsentationibus.

Markus *Bykker*, Capellanus habet Literas Regis de Præsentatione ad Ecclesiam Parochialem de Guysnes, vacantem & ad Regis Donationem spectantem ut dicitur; — Ann. D. 1421. *An.* 9. *H.* 5.

Et diriguntur Literæ illæ *L. Episcopo Morinensi*, vel ejus Vicario Generali, ipso Episcopo in Remotis agente. — *Franc.* 9. *H.* 5. *m.* 8.

In cujus, &c.

Teste præfato Custode apud *Westm.* xij die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Dilectus Regis *Johannes Peyntour* Capellanus habet Literas Regis de Præsentatione ad Cantariam Sanctæ Crucis, infra Ecclesiam Sancti Nicholai Caletti, Morinensis Diocesis, vacantem & ad Regis Donationem spectantem;

Et diriguntur Literæ illæ *L. Episcopo Morinensi*, vel ejus Vicario Generali, ipso Episcopo in remotis agente.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ*, Custode Angliæ, &c.

rius nostri Magni Concilii & Scaccarii in Ducatu Normanniæ, ac etiam Gentibus Compotorum nostrorum & Thesaurario, necnon Ballivo & Vicecomiti nostris de * Rouen, cæterisque Justiciariis nostris, & eorum cuilibet, prout ad eum pertinuerit, Mandamus, & Committimus, si sit opus, quatinus, Auctoritate nostra, REGALIA & Juribus ejusdem in dictâ Ecclesiâ utantur, cæteraque faciant & exequantur quæ ad hujusmodi REGALIAM dinoscuntur pertinere; Significantes præfatam REGALIAM & ejus Aperturam Decano & Capitulo prædictæ Ecclesiæ Rothomagensis, ac Vicariis in Spiritualibus ipsius Archiepiscopatûs, si qui sint, aut fuerint, ac omnibus aliis & singulis quorum interest, *X. 143.

Ac etiam significari facientes publicè, in dictâ Ecclesiâ Rothomagensi, & alibi in locis consuetis,

Inhibentes eisdem (quibus Tenore Præsentium Inhibemus) nè quicquam contra seu in præjudicium dictæ REGALIÆ & Juris ejusdem faciant seu attemptent, aut attemptari seu fieri permittant,

Quod, si factum fuerit, aut fieri contigerit, nullius esse Decernimus momenti, ipsosque Attemptantes Pœnâ condignâ puniendos.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Villam suam de Mante*, xiv die Julii.

Per ipsum Regem.

De Respectuatione pro Episcopo d'Eureux.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. dors.

REX, Dilectis & Fidelibus suis, *Thesaurario nostro Generali Normanniæ*, &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cùm nuper *Dederimus* & *Concesserimus*, Venerabili in Christo Patri, *Paulo de Crapanica*,

Quem Dominus *Summus Pontifex* ad Episcopatum Ebroicensem nuper providit,

Certum diem (videlicet, Festum Sancti Johannis Baptistæ proximò nunc venturum) ad faciendum & præstandum nobis corporaliter Sacramentum Fidelitatis,

Quod nobis, ratione Temporalium Episcopatûs prædicti, facere debeat & tenetur,

Infra quem quidem Terminum, obstantibus impedimentis non modicis, ad Præsentiam nostram in Personâ suâ commodè accedere non valeat ut accepimus,

Nos igitur (de Gratiâ nostrâ speciali) Diem sive Terminum prædictum usque primum Diem Augusti proximò futurum Prorogavimus & Elongavimus, ac Prorogamus & Elongamus per Præsentes;

Mandantes, Tenore Præsentium, vobis, & cuilibet vestrûm, prout ad eum pertinuerit, quatinus Procuratores prædicti Episcopi omnia Temporalia, ad Episcopatum prædictum, infra Ducatum nostrum Normanniæ, ac alias partes Franciæ nobis subjectas, pertinentia & spectantia, necnon Fructus, Redditus, & Proventus ejusdem, usque prædictum diem, vice & nomine ejusdem Episcopi, percipere, colligere, & habere, & eis ad usum & proficuum ipsius Episcopi interim pacificè uti & gaudere, permittatis, absque molestatione vel impedimento quocumque.

In cujus, &c.

Dat. apud *Castrum nostrum Rothomagi*, decimo sexto die Julii.

Per ipsum Regem ad Relationem Magni Concilii.

De Tractando cum Rege Romanorum pro Ducatu de Lusenburg.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Franc. 9. H. 5. m. 16.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis Nos,

De Fidelitate, circumspectione, & industriâ, dilecti & fidelis nostri, *Walteri de la Pole* Militis, &, dilecti Clerici nostri, Magistri *Johannis Stokes* Legum Doctoris, plenarie confidentes,

Ad Transportandum se penes Præsentiam Illustrissimi & Excellentissimi Principis *Sigismundi*, Dei gratiâ *Romanorum*, *Bohemiæ*, *Ungariæ*, *Regis*, &c. Fratris nostri Præcarissimi,

*X. 144. * Ac ad Tractandum, Communicandum, Componendum, Concordandum, & finaliter Concludendum, pro Nobis & Nomine nostro, cum præfato Præcarissimo Fratre nostro, seu ejus in hac parte Commissariis, Procuratoribus, sive Deputatis, plenam & sufficientem Potestatem ab eodem habentibus, de & super DUCATU LUSENBURGENSI,

Et ad Concordandum de quibuscumque Pecuniarum Summis pro Luitione & Liberatione ejusdem (qui Ducatus in Pignus, Y-res, & Nuncios speciales, conjunctim, & divisim, Facimus, Creamus, Ordinamus, & Constituimus, ac plenam ipsis, & eorum alteri, Damus & Concedimus Potestatem per Præsentes,

Promittentes, in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid per prædictos Procuratores nostros, seu eorum alterum, Actum, Gestum, Procuratum, seu Conclusum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus rei testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio nostro Westmonasterii*, Decimo septimo die Julii.

Per Concilium.

Pro Tractando cum Eodem super quibuscunque Negotiis, & præcipue pro Dolphinatu.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Franc. 9. H. 5. m. 11.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, circumspectione, & industriâ, dilecti & fidelis nostri, *Walteri de la Pole* Militis, & dilecti Clerici nostri Magistri *Johannis Stokes* Legum Doctoris, plenariè confidentes,

Ad Transportandum se penes Præsentiam Illustrissimi & Excellentissimi Principis *Sigismundi*, Dei gratiâ, *Romanorum*, *Bohemiæ*, *Ungariæ Regis*, *&c.* Fratris nostri præcarissimi,

Ac ad Tractandum, Communicandum, Componendum, Concordandum, & finaliter Concludendum, pro Nobis & Nomine nostro, cum præfato Præcarissimo Fratre nostro, seu ejus in hac parte Commissariis, Procuratoribus, sive Deputatis, plenam & sufficientem Potestatem ab eodem habentibus, de & super quibuscumque Negotiis, Causis, seu Materiis, Statum, Dignitates & Honores nostros Regales qualitercumque concernentibus, & præcipuè de & super Concessione & Donatione, Nobis & Hæredibus nostris, per ipsum Præcarissimum Fratrem nostrum, quantum in ipso erit, de DOLPHINATU VIENENSI, ac Terris & Dominiis de LANDOK, cum omnibus & singulis Pertinentiis eorumdem, secundùm quòd melius concordari poterit, faciendis,

Cæteráque omnia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, & quæ qualitas hujusmodi Negotii & natura exigunt & requirunt, & quæ Nos faceremus seu facere possemus si personaliter ibidem præsentes interessemus, etiam si Mandatum exigant quantumcumque speciale,

Præfatos, *Walterum*, & *Johannem*, nostros veros, legitimos, & indubitatos Procuratores, Ambassiatores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales, conjunctim, & divisim, Facimus, Creamus, Ordinamus, & Constituimus, ac plenam ipsis, & eorum alteri Damus & * Concedimus Potestatem per Præsentes, *X. 145.

Promittentes, in verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros totum & quicquid per prædictos Procuratores nostros, seu eorum alterum, Actum, Gestum, Procuratum, seu Conclusum fuerit in Præmissis, & singulis Præmissorum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio nostro Westmonasterii*, decimo septimo die Maii.

Per Concilium.

De Tranctando cum Marchione de Baden.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Franc. 9. H. 5. m. 11.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitate, circumspectione, & industriâ, dilecti & fidelis nostri, *Walteri de la Pole* Militis, &, dilecti Clerici nostri, *Magistri Johannis Stokes* Legum Doctoris, plenariè confidentes,

Ad Transportandum se penes Præsentiam, Magnifici & Præpotentis Viri, *Marchionis Baden*, Amici nostri carissimi,

Ac ad Tractandum, Communicandum, Componendum, Concordandum, & finaliter Concludendum cum præfato Marchione, Amico nostro carissimo, de & super *Emptione* sive *Solutione* Financiæ Domini *Oliveri de Bloys*, Comitis Pictaviæ, Prisonarii sui, ac liberatione ejusdem nobis realiter facienda,

Necnon de quibuscumque Pecuniarum Summis, in hac parte exigendis & solvendis, secundum quod melius per Ambassiatores nostros prædictos concordari poterit,

Et ea, sic Tractata, Communicata, Composita, Transacta, seu Conclusa, quatenus ad Nos attinet, omnimodis Securitatibus legitimis,

Ann. D. 1421. *An.* 9. *H.* 5. *Brev. de Term. Pasch.* 9. *H.* 5. *Pell.*

HEnri, par la Grace de Dieu, *Roy d'Engleterre*, *Heriter & Regent du Royaume de France*, & Seignur d'Irland, As Thesorer & Chambellains de nostre Eschequier, Saluz.

Nous volons & Vous Mandons que a *Simon Prencost*, Wexchendeller de Londres, faces paier, de nostre Tresoret, Quatervintz & cinque Livres pur une Herse, par Luy n'adgaires, de nostre Ordenance, fait deinz l'Eglise Metropolitane de Canterbirs, pur nostre Treschier & Tresame Frere le *Duc* de *Clarence*, qui Dieux Assoille.

Don souz nostre Prive Seal a *Westm.* le xix Jour de Juyl, l'An de nostre Regne Noefisme.

•X. 146. * *De Navibus*, *ad Conducendum Corpus Thomæ nuper Ducis Clarentiæ*, *capiendis.*

Ann. D. 1421. *An.* 9. *H.* 5. *Norm.* 9. *H.* 5. *m.* 30. *dor.*

REX, Dilectis sibi, *Hugoni Spencer* Armigero, Capitaneo de Lillebon, & *Petro Lound* Armigero, Salutem.

Sciatis quòd assignavimus vos ad tot & tales Naves, pro Conducendo Corpus, Carissimi Fratris nostri, *Nuper Ducis Clarentiæ* Defuncti, ac carissimam Sororem nostram *Margaretam Ducissam Clarentiæ*, cum Famulis & Servientibus, quot & quales sibi necessarii fuerint & oportuni, sine dilatione Capiendum & Arestandum, & eas præfatæ Sorori nostræ, pro Denariis suis, Magistris sive Marinariis earumdem Navium rationabiliter solvendis Deliberandum, seu deliberari faciendum;

Et ideò vobis mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Officiariis, & Ministris, ac aliis Ligeis nostris, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Vobis, in Executione Præmissorum, sint Intendentes, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, Vicesimo die Julii.

De Restitutionibus Fructuum.

Ann. D. 1421. *An.* 9. *H.* 5. *Norm.* 9. *H.* 5. *m.* 30. *dor.*

REX, *Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopatûs Rothomagensis*, ac universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, Receptoribus, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris, infra Ducatum nostrum Normanniæ ubilibet constitutis, Salutem.

Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quòd *Nicholaum Boulet* Capellanum,

Qui Sacramentum debitum de conservando præsentem Pacem, inter præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* conclusam & concordatam, fecit & præstitit,

Omnimoda Fructus, Redditus, Obventiones, & Emolumenta, de quibuscumque Beneficiis suis, infra Ducatum nostrum prædictum, provenientia, ac Arreragia inde debita si quæ fuerint,

Solummodo Reservatis hiis, quas circa Reparationes, & in Sustentationem Divini Cultûs, ac Onera ordinaria & alia rationabilia applicantur,

Habere & Tenere,

Et ipsum *Nicholaum* Fructibus, Redditibus, Obventionibus, & Emolumentis illis de cætero uti & gaudere pacifice permittatis, aliquo Mandato nostro, vobis in contrarium directo, non obstante.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, Vicesimo sexto die Julii.

Consimiles Literas Regis habent subscripti; videlicet,

Johannes Gobun Curatus Ecclesiæ Parochialis Sancti Germani de Pontaudemer Lexoviensis Diœcesis, &c.

Adam Fortis de primo Facto in utroque Jure Bacallarius & Curatus Ecclesiæ Parochialis Sancti Johannis de Lesquereya Lexoviensis Diœcesis, &c.

Magister *Ambrosius des Capitaines* de Caranzio dictus *de Far-*

Quod, ut accepimus, protunc diligenter exequi ceperunt,

Et subsequenter, quia nonnullæ Personarum prædictarum ad hujusmodi sua Beneficia redire non curârunt, prædictis Vicariis in Spiritualibus dicti Episcopatûs vestri, eique, vel eis, ad quem, vel ad quos, Excercitium Spiritualis Jurisdictionis in dicta Diœcese pertinebat, per alias Literas nostras, sub Magno Sigillo, repetitâ vice, Intimamus quòd contra dictos Absentes, debitè Monitos, PACI, inter præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* factæ, non Adhærentes, ymò eidem & Nobis Rebelles se tenentes, mox, post Receptionem Literarum illarum, secundum Canonicas Sanctiones, procederent & procedi facerent indilatè,

Ac de post, per Literas missivas, ex parte Magni Concilii nostri, eisdem Vicariis destinatas, sibi fuerit Declaratum quòd Intentionis nostræ extiterat, quòd, post Receptionem dictarum Literarum; antequam iidem Vicarii Sententiam in hac parte proferrent, daretur prædictis Absentibus Prorogatio & Tempus usque ad Festum Sanctæ Trinitatis, proximò nunc elapsum, pro omnibus Terminis & Præfixionibus peremptoriis, prout in Literis supradictis pleniùs est expressum,

Vos tamen, Præmissa non ponderantes, set, ut accepimus; contra voluntatem nostram ac Juris exigentiam, postquam, ex Provisione vobis per Apostolicam Sedem in eâ parte factâ, plenum Jurisdictionis Spiritualis excercitium recepistis, exquisitis Coloribus, contra Absentes supradictos procedere distulistis, seu deferri fecistis, & adhuc differtis, in nostri Contemptum non modicum & Juris Ecclesiastici derogationem manifestam, de quo miramur quamplurimum & movemur,

Vobis igitur, sicut pluries, iteratò Significamus quòd, frivolis dilationibus & exquisitis occasionibus quibuscumque postpositis, contra Absentes supradictos in formâ quâ prædictum est, cum omni celeritate procedatis & procedi faciatis, sic quòd, per vestri Negligentiam, materiam non habeamus, in hac parte, ampliùs Rescribendi.

Teste Rege apud *Castrum suum Robomagi*, vicesimo octavo die Julii.

Per ipsum Regem.

De Respectuatione pro Episcopo Ebroicensi.

Ann. D. 1421. *An.* 9. *H.* 5. *Ibid.*

REX, Dilectis & Fidelibus suis, *Thesaurario nostro Generali Normanniæ*, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper *Dederimus* & *Concesserimus*, Venerabili in Christo Patri, *Paulo de Crapanica*,

Quem Dominus *Summus Pontifex* ad Episcopatum Ebroicensem nuper providit,

Certum Diem (videlicet, Primum Diem Augusti proximò nunc venturum) ad faciendum & præstandum nobis corporaliter Sacramentum Fidelitatis,

Quod nobis, ratione Temporalium Episcopatûs prædicti, facere debet & tenetur,

Infra quem quidem Terminum, obstantibus impedimentis non modicis, ad Præsentiam nostram in Personâ suâ commodè accedere non valet ut accepimus,

Nos igitur (de Gratiâ nostrâ speciali) Diem sive Terminum prædictum usque Festum Paschæ proximò futurum Prorogavimus & Prorogamus per Præsentes;

Mandantes, Tenore Præsentium, *&c. ut in similibus de Respectuatione Literis.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum Regis Rothomagi*, vicesimo octovo die Julii.

Per ipsum Regem.

De

Pro Collegio Balestariorum de Rouen.

Ann. D. HEnry, &c.
1421. Savoir faisons a tous, presens & advenir,
An. 9. Nous avoir receu humble Supplication du College de la Cin-
H. 5. quantaine & Arballesters de nostre bonne Ville & Citee de
Pat. Rouen,
Norm. 9. Contenue comme, par l'Auctorite de noz Antecesseurs, le dite
H. 5. College ait este Cree, de tresgrant Anciennere, par les Mairs,
m. 3. Pers, & Bourgs, qui lors estoient en nostre dite Ville & Citee de Rouen, depuis entretenu, maintainu, & governe jusques arres, & jouy de certains Privileges a eulx sur ce Ottroyes, & aussi estoient tenuz de faire certeins Services,

Comme, d'estre a toutz heures, de Jour & de Nuit, qu'il estre Mandes par les Cappitains & Baillie de la dite Ville, ou leurs Lieuxtenantz, ou l'un d'eulx, Prez & Appareillez, touz Armes suffisauntement pour leur Corps deffendre, a aller ou l'en les a vouler mener, feust pour le Fait de la Guerre, ou pour le fait de Justice,

Comme ces choses & autres, cy apres declarees, sont plus a plaine contenue es Lettres des dites Maires & Pers sur ce Ottroyez au dite Colliege,

Le quel Colliege ait fait, ca en Arrere, au moins, jusques ad ce que, par la grace de Dieu, nostre dite Ville & Cite de Rouen ait este Reduicte en nostre Obeissance, les Services qu'ils estoyent tenuz de faire selon le dite Ottroie, & soient encore preste de faire & Nous servir pour Resister contre la puissance de noz Enemis,

Et quoy lour convendroit moult Frayer & Despenses, ce qu'ilz ne pourroit supporter se ilz n'avoient Privileges, dont ilz jouyssissent, en nous humblement requerrantz que les voulsissons du tout deschager desditz services, ou leurs Privileges paravant ces heures obtenuz,

Des quielx, puis la dite Reduction de nostre dite Ville, ils n'ont peu jour, ja soit ce qu'ilz aient estre prestz de faire yceulx Services, obstant quilz n'avoient noz Lettres Patentes sur ce,

Nous leur Veiulle Ordonne & Ottroyer, & fere jour, & en ce impartir nostre Grace,

Pour ce est il que Nous,

Voulans & desirans le Bien, Honneur, Prouffit, & Seurte de la chose Publique de nostre Ville de Rouen, & du Pais de Normandie,

Considere l'ancienne creation & continuation du dite College,

Et que ceulx d'icelle sont Experts pour Nous servir de Traict,

A l'Oneur de Nous & de nostre Seigneur, par l'advis & deliberacion de nostre Grant Conseil,

Veues les Lettres & Chartres, Ottroyez du consentement des dites Maires & autres Servans a ce,

Et pour certains causes a ce Nous mouvans,

Avons au dite Colliege de la Cinquantaine des Arbalesters, de la dite Ville de Rouen, Donne & Ottroye, Donnons & Ottroyons, de nostre certain Science, plaine Puissance, Auctorite royal, & Grace especiall, par ces Presentes; C'estassavoir,

Que yceulx Cinquantaine Arbelesters de Rouen soient Quites & Exempts, & leurs Successours, Arbalesters du dit Nombre, de paier ivme. Imposition, & quelconque autre Aide ou Subside, ayant Armes pour la faite de la Guerre, des Biens de Rouen & choses qui creisteront en leur Heritages seulment,

•X. 149. •Et aussi de Paier quelconques Prestz, Tailles, Subsides, Gabelles, & autres Aides & Servitutes, qui ont & auront cours en ycelle Ville de Rouen, soit pour Nous, le Fait de la dite Ville, ou par quelconque cause que ce soit, fors seulement pour la Fortification de la dite Ville, pour l'Arrerband, & pour la Rencon de Nous & de noz Successours, se occupez estions de noz Ennemis, que Dieu ne vueille,

Et, en oultre, avons Ordonne, & Voulons de nostre dite Grace que tous ceulx, qui serront mis & ordonnez du dite College, en temps avenir, par l'Eleccion du Maistre & des Compaignions, soyent admenez par le Maistre des dis Arbalesters devant le Capitaine, Governeurs, & Conseillers de la dite Ville, qui pour le temps serront, tout Array & Prestz, pour son Corps deffendre, en tel Estat come il vendra toutesfoys que mestier serra au besoing de Nous & de nostre Guerre, & pour le fait de Justice & de Garde d'icelle Ville,

Et, se il souffest, le Receuront, & Feront Jurer a Tenir & Garder les Ordonnances dessusdites,

Et que les Armures, dont il serra Arme, serront seiennes propres, & ne les vendra, donra, prestera, ne estrangera pour quelconque cause que ce soit,

Cinquantaine.

Et avons Ordonne & Ordonnons, par ces Presentes, que, ce par nostre Commandement, ou de noz dits Capitains, Governeurs, & Conseillers de Rouen, yceulx Arbelesters, ou aucuns d'eulx, hors de la dite Ville & Baull. de Rouen, faire se pourra, & serront Tenuz de y allers, aux Deppens de nostre dite Ville, pour eulx & leurs Chivaulx,

Et ne le pourront reffuser vaillablement, s'ils n'ont just cause & si loyall essoigne, que on ne la puisse ou doy reffuser,

Par my Troiz Solz d'icelle Monoie, qui courra en Pais ou len les menrra,

Que nostre dite Ville de Rouen, ou les Governeurs d'icelle, leur serront Tenuz, a chescun d'eux paier, chescun Jour, de Gaiger, des Deniers de nostre dite Ville,

Et au dit Maistre des dites Arbalesters Cinque soulz pour Jour, de la dite Monnoie,

Oultre leurs Despenses de Bouche pour eulz & pour leur Chivaulx, & leurs Vallez Parvoisiers,

Et, se aucun des diz Arbalesters fault ou reffuse a venir au Maundement de leur dit Maistre, & a contribuer a aucune Assiette, faite par le dit Maistre & Compaignie pour le prouffit de la Confrarie Saint Georg, fondee par les ditz Arbalasters en l'Eglise du Sepulcre de Rouen, & du dite College, ou exi de les Choses dessusdites, se il n'a vraye & juste excusation, il serra a tous jours prive du dite Collige, ou il paiera l'Amende a la Voulente & Tauxation du Maistre & des Compeignons de la dite Cinquantaine,

Et, en cas que aucun de dis Cinquantaine Arballesters, pour occasion du dit Office, serront par aucun ou aucunes adjournez ou autrement poursuis Damages, Nous voullons la Cause & congnoissance estre de ce pardevant nostre Bailli de Rouen present & advenir, lequel en serra Juge & Commis quant a ce,

Et ce desmenront les Proces d'ceulx Arballesters, qui ainsy serront travallez, par nostre Procureur, ou Baillage de Rouen, se nostre dite Procureur n'estoit partie Fourmee on cas d'etces contre les d'Arbelesters,

Si donnons en Mandement, par ces mesmes presents, a nos amez & feals Consaillers, les Gens tenans & qui tendront nostre Court Souveraine & Eschequier, a nostre Tresorier & Gens de nostre Chambre des Comptes, aux Bailli • & Capitaine de Rouen, & • X. 150.
a touz noz autres Justicers & Officers, presens & advenir, ou a leurs Lieutenantz, & a chescun d'eulx, si come a lui appartendra,

Et, quant au dit Bailli de Rouen, qui a present est, & qui en temps advenir serra, quant a la plaine Congnoissance des Causes d'Arbalesters, & de l'Exercice d'icellui, & des Deppendences, Commettons que, de nostre present Grace & Ottroye, facent, suffrent, & laissent yceulx Arbalesters, & chascun d'eulx, jouir & user paisiblement, &, contre la Tenure de ces Presentes, ne les contraingnent, ou molestent, ne facent ou suffrent estre contrainte, ne molestez, en Corps ne en Biens, en aucune maniere; mais leurs Corps, ou leurs Biens, qui pour ce serroient prins ou arrest, mettier ou facent metter, sans delay, ces Lettres veues, a plain delivrance.

Et ces Presentes facent publier & enregister en nostre Registers de Souveraine Court de nostre Chambre des Comptes, & ou dite Bailliage de Rouen, & par tout aillours ou mestier serra, au quieulx Register Nous voullons plaine foy estre adjouster, comme a ces Presentes, & semblablement au VIDIMUS d'icelles, fait soubz nostre Seel Royal.

Et, que ce soit Chose Ferme & Estable a touz jours, Nous avons fait metter nostre Seel a ces Presentes; Sauf en autres Choses nostre Droit & l'autrouy en toutes.

Et fut fait, en *nostre Host*, *a Merevual*, *devant Dreux*, le xx Jour d'Aoust,

Per ipsum Regem.

Pro Episcopo Bajocensi.

REX Omnibus ad quos, &c. Salutem, Ann. D.
Quia, Venerabilis in Christo Pater, *Nicholaus Haubert*, 1421.
Cui Dominus *Summus Pontifex* de Episcopatu Bajocensi nuper An. 9.
providit, ut asseritur, H. 5.
Sacramentum Fidelitatis (quod ratione Temporalium Episcopa- Pat.
tûs prædicti Nobis debetur præstare & facere) optulit, Norm. 9.
Ad quod quidem Sacramentum eundem Admisimus, & Sacra- H. 5.
mentum illud ab eo, de Gratiâ nostrâ speciali, Recepimus, nostro m. 27. d.
& alieno Jure Salvo, ac sub Modo, Formâ, & Conditionibus subsequentibus; videlicet,

Quòd *idem Episcopus* Bullas Apostolicas, Nobis in formâ debitâ

[illegible], suo Manibus nostris, habere & tenere, ac Fructus, Redditus, & Proventus eorumdem colligere & percipere, & eis interim uti & gaudere permittant pacificè & quietè,

Et, si *prædictus Episcopus* Bullas supradictas Nobis, aut præfato Cancellario nostro, infra prædictum Festum, exhibuerit & libera-
* X. verit, deinceps, ab eodem Festo, Nos *eidem Episcopo* Tempora-
151. lia supradicta, Tenore Præsentium, * plenariè Liberamus & haberi Volumus pro sic Liberatis;

Reservatâ Nobis nichilominus, ut præfertur, Facultate Ponendi Capitaneum in dicto Castro de Nully, & Providendi pro securâ & salva Gardia ejusdem, modo & formâ supradictis:

Damus autem, Vigore præsentium, firmiter in Mandatis Capitaneo dicti Castri, qui pro tempore erit, quòd *prædictum Episcopum*, cum ejus Familia, Moram suam ibidem, ac liberos Exitum & Introitum, ut prædictum est, habere permittat, sine contradictione quacumque.

In cujus, &c.

Teste Rege, *in Excercitu suo, apud Moronual, prope Dreux*, vicesimo die Augusti.

Per ipsum Regem.

Pro Episcopo Cicestrensi, de Restitutione Temporalium.

Ann. D. REX, Escaetori suo in Comitatibus Surriæ & Sussexiæ, Salu-
1421. tem.
An. 9. Cùm, Venerabilis Pater, *Episcopus Cicestrensis*, Cancellarius no-
H. 5. ster Ducatûs nostri Normanniæ,
Pat. 9. Quem, Sanctissimus *Pater noster*, *Papa* ad Episcopatum Cice-
H. 5. p. 2. strensem prædictum providit,
m. 18. Verbis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, in Literis bullatis ipsius Sanctissimi Patris contentis, Nobis directis, Renunciaverit,

Volentes cum eo in hac parte agere gratiosè, Cepimus Fidelitatem ipsius Episcopi, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideo Tibi Præcipimus quòd *eidem Episcopo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege, in *exercitu suo, apud Sanctum Dionisium, de Moruevall, juxta Dreux*, xxi die Augusti.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus suscriptis in Comitatibus subscriptis; sub eadem Data, videlicet,

Willielmo Caumbrigge Majori Civitatis Regis Londoniæ, & Escaetori Regis in eadem Civitate.

Escaetori Regis in Com. Middl.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Pro Decano & Capitulo Rothomagi.

Ann. D. REX, Dilectis & Fidelibus suis, Thesaurario Generali Nor-
1421. manniæ, &c. Salutem.
An. 9. Quia Diem, dilectis nobis in Christo, *Capitulo & Canonicis* Ec-
H. 5. clesiæ beatæ Mariæ Rothomagensis, ac Capellanis & aliis ibidem
Norm. 9. Deo Servientibus, ad Confirmandum Cartas, Literas, & Eviden-
H. 5. m. tias suas, de eorum Libertatibus & Possessionibus, usque Festum
16. dors. Sancti Michaelis Arcangeli proximò futurum, per nos nuper Datum & Concessum, usque Festum Paschæ proximò futurum, de Gratiâ nostrâ speciali, Prorogavimus & Elongavimus,

Vobis, & cuilibet vestrûm, prout ad eum pertinuerit, Mandamus quòd præfatos, Capitulum, Canonicos, Capellanos, & alios, omnimoda Proficua, Obventiones, Redditus, Fructus, & Emolumenta quæcumque, unà cum Arreragiis eorumdem, ad ipsos

De Restitutionibus Fructuum.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Bajocensi Episcopo*, vel ejus Ann. D.
Vicariis in Spiritualibus, ac Decano & Capitulo ejusdem Ec- 1421.
clesiæ, necnon universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, Re- An. 9.
ceptoribus, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis no- H. 5.
stris, infra Ducatum nostrum Normanniæ ubilibet constitutis, Sa- Norm. 9.
lutem. H. 5. m.
Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, 22. dors.
quòd *Johannem Damien* Capellanum, Curatum Ecclesiæ Parochialis de Brecy, ut dicit, Juratum Ligeum nostrum, omnimoda Fructus, Redditus, Obventiones, & Emolumenta, de quibuscumque Beneficiis suis, infra Ducatum nostrum prædictum, provenientia, ac Arreragia inde debita si quæ fuerint,

Solummodo Reservatis hiis, quas circa Reparationes, & in Sustentationem Divini Cultûs, ac Onera ordinaria & alia rationabilia applicantur,

Habere & Tenere,

Et ipsum *Johannem* Fructibus, Redditibus, Obventionibus, & Emolumentis illis de cætero uti & gaudere pacificè permittatis,

Aliquo Mandato nostro, vobis in contrarium directo, non obstante.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, Quarto die Octobris.

Consimiles Literas Regis habent subscripti; videlicet,

Magister *Guido de Besancon* Canonicus Ecclesiæ Cathedralis Rothomagensis, &c.

Thomas Huays Magister in Artibus & Curatus Deynecrique Rothomagensis Diœcesis, &c.

Johannes Perum Capellanus, in Decretis Licentiatus Sagiensis Diœcesis, &c.

Magister *Martialis Formery* Curatus Ecclesiæ Parochialis de Quitebeuf Ebroicensis Diœcesis, &c.

De Confirmatione Treugarum Britanniæ.

INNOVANTUR Litteræ Commissionis, de Reformatione Ann. D.
Attemptatorum, contra formam Treugarum, inter Regem & 1421.
Ducem Britanniæ nuper initarum factæ in formâ quâ supra, sub An. 9.
Nominibus *Willielmi Comitis Suffolciæ*, ac, dilectorum & Fide- H. 5.
lium Regis, *Willielmi Alyngton* Thesaurarii sui Normanniæ, *Ro-* Pat.
berti Abbatis Montis Sancti Michaelis in periculo Maris, *Johannis* Norm. 9.
de Asheton Ballivi Regis de Constantino Militis, & Magistri *Lau-* H. 5. m.
rentii le Berruyer Scolastici Ecclesiæ Bajocensis, 22.

Pleniùs confidentes,

Ad Conveniendum cum Commissariis, *&c. ut supra usque ibi*, Potestatem exhibentibus, *& tunc sic*, in Villa nostra de Pontorson, undecimo die Novembris proximo futuro, *&c. ut supra usque Finem.*

Idem Dominus Rex ipsos quinque, quatuor, aut tres eorum, suos veros & legitimos Commissarios, Deputatos, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales fecit, ordinavit, & constituit per Præsentes, *&c. ut supra.*

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, Decimo die Octobris.

---

* *De Proclamatione, quod gravati contra Treugas Britanniæ* * X.
intersint apud Pontorson. 153.

REX *Ballivo suo de Costantyn*, vel ejus Locumtenenti ibidem, An. 9.
Salutem. H. 5.
Cùm, per Literas nostras Patentes, Fecerimus, Ordinaverimus, Norm. 9.
& Constituerimus, carissimum Consanguineum nostrum, *Willel-* H. 5. m.
mum Comitem Suffolciæ, ac certos alios nostros Commissarios, De- 22. dors.
putatos, & Nuncios speciales, ad Conveniendum cum Commis-

Quòd omnes & singuli Ligei nostri, qui contra Formam dictarum Treugarum aliqualiter senserint se Gravatos, versus Villam nostram de Aurenches, erga Quartum diem Novembris proximò futurum, se properent & festinent, expositur ibidem, coram nostris Commissariis & Deputatis, eorum Dampna & Gravamina,

Ac ad intercessendum apud dictum Locum de Pontorson, prædicto undecimo die Novembris, Audituri & Recepturi quod per Commissarios, Deputatos, & Nuncios, unius Partis & alterius, Decretum tunc fuerit & Ordinatum in hac parte;

Et hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, decimo die Octobris.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis; videlicet,

Ballivo suo de Caen, vel ejus, &c.
Ballivo suo d'Evreux, vel ejus, &c.
Ballivo suo Rouen, vel ejus, &c.
Ballivo suo de Caux, vel ejus, &c.
Ballivo suo d'Alencon, vel ejus, &c.
Ballivo suo de Gisors, vel ejus, &c.
Ballivo suo de Mante, vel ejus, &c.
Ballivo suo de Dieppe, vel ejus, &c.
Teste ut supra.

De Salvis Conductibus

Pro Alexandro Forbas.

Ann. D. REX, per Literas suas Patentes, usque Primum Diem Martii,
1421. proximò futurum, duraturas, suscepit in salvum & securum
An. 9. Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defen-
H. 5. sionem suas speciales, *Alexandrum Forbas* Militem Dominum de
Scot. 9. Forbas de Scotia, ac quadraginta Homines ad Arma & Armatos
H. 5. *m.* de Scotia (cujuscumque gradûs existant) cum eorum Famulis, us-
4. que ad Numerum Centum Personarum, vel infra; videlicet,

Præfatum *Alexandrum* cum Duodecim Personis in Comitiva sua, Armatis sive non Armatis, cujuscumque Gradûs existant, usque Civitatem Regis Londoniæ per Terram veniendo, & ibidem morando, ac deinde penes Præsentiam Regis & Carissimi Consanguinei sui *Jacobi Regis Scotorum* per Terram & Aquam transeundo, & ibidem morando,

Ac prædictos reliquos Homines ad Arma & Armatos, cum eorum Famulis, in Comitiva sua, usque ad numerum prædictum,
* X. vel infra, ad Ducatum Regis Normanniæ, per Aquam * & per
154. Mare, ac Portus Maris proficiscendo, & exinde penes dictam Præsentiam Regis & prædicti Regis Scotorum, per Terram, & per Aquam, ac Portus Maris veniendo, & ibidem morando,

Necnon Bona, Res, Armaturas, & Herneſia sua quæcumque,

Proviso semper quòd prædictus *Alexander*, Homines, ac Personæ prædictæ bene & honestè se habeant & gerant erga Regem & Populum suum, & quicquam, quod in Regis Præjudicium, aut Populi sui Dampnum, cedere valeat, non attemptent, aut facere vel attemptare præsumant quovis modo,

Quodque ipsi præsentes Literas Regis de salvo Conductu, ante Introitum suum cujuslibet Civitatis, Villarum firmatarum, Castrorum, & aliorum Fortaliciorum Regni Regis & Potestatis suæ quorumcumque, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, seu Custodibus eorumdem primitùs demonstrent.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium*; decimo quarto die Octobris.

Per Concilium.

Pro Alexandro de Seton.

CONsimiles Literas Regis de Salvo Conductu habet *Alexander de Seton* Dominus de Gordon de Scotiâ, ac Viginti Homines ad Arma & Armati de Scotiâ (cujuscumque Gradûs existant) cum eorum Famulis, usque ad numerum Quaterviginti Personarum, vel infra; videlicet,

Præfatus *Alexander* cum Duodecim Personis in Comitivâ suâ, *&c. ut supra, mutatis mutandis,*

Per idem tempus duraturas.

Teste ut supra.

Pro Waltero Legat.

CONsimiles Literas Regis de salvo Conductu habet *Walterus Legat* de Scotiâ, in Regno Regis Angliæ existens, cum Sex Famulis in Comitivâ suâ, vel paucioribus, versus partes Scotiæ transeundo, & in Regnum Regis prædictum veniendo, ibidem morando, & exinde penes Præsentiam Regis, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Per idem tempus duraturas.

Teste ut supra.

De amovendo manus Regis, pro Abbate Becbelloum.

REX, Dilectis & Fidelibus suis, *Thesaurario nostro Generali* Ann. D.
Normanniæ, &c. Salutem. 1421.

Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinue- *An.* 9.
rit, quòd Manus nostras, *H.* 5.

Super Fructus, Redditus, & Proventus Temporalium Abbatiæ *Norm.* 9.
de Becbelloum, per vos, seu saltem aliquos vestrûm, nuper Ap- *H.* 5.
positas ut accepimus, *m.* 24. *d.*

Ab eisdem, sine dilatione, levetis & ammoveatis, ac levari & ammoveri faciatis,

Dilectos nobis in Christo, *Abbatem & Conventum* Loci illius Fructus, Redditus, & Proventus hujusmodi Temporalium habere, & eisdem uti & gaudere pacificè permittatis absque molestatione seu impedimento quocumque,

* Aliquibus Mandatis nostris, vobis in contrarium factis, seu * X.
aliquâ alia Causâ quacumque, non obstantibus; 155.

Et, si quid de Fructibus, Redditibus, & Proventibus hujusmodi Ceperitis, seu Levaveritis, id *præfatis Abbati & Conventui* Restituatis & Deliberetis, ac Restitui seu Deliberari faciatis indilatè;

Et hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, vicesimo die Octobris.

Ad faciendum Cuillardes, de Intendendo.

REX *Vicecomiti nostro d'Auge*, Salutem. Ann. D.
Præcipimus Tibi, firmiter injungendo, ac Tenore Præsentium 1421.
Te Committimus, quod illos Fabrum & Carpentarios, qui certos *An.* 9.
Cuillardes, ac alia Ingenia & Guerrarum Abillamenta, carissimo *H.* 5.
Fratri nostro, *Thomæ Duci Clarenciæ* Defuncto nuper fecerunt, *Ibidem.*
qui etiam in tuo Vicecomitatu dicuntur commorari, ubicumque ipsos infra eundem Vicecomitatum seu alibi reperire poteris, unà cum omnibus Instrumentis suis, pro hujusmodi Operibus necessariis & oportunis, apud Civitatem nostram Rothomagi, penes Cancellarium nostrum Normanniæ, & Ballivum nostrum ibidem, ut ipsi eosdem Fabrum & Carpentarios, cum omni celeritate, penes Nos, ubicumque fuerimus, valeant destinare, venire, & habere faciant indilatè,

Ipsosque & eorum quemlibet, hoc facere Renuentes, Vi & Potentia aliorum Officiariorum & Ligeorum nostrorum, si indiguerit, ad id faciendum compellas & compelli facias absque favore quocumque;

Dantes, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, tàm præfatis Fabro & Carpentariis, quàm Officiariis & Ligeis nostris prædictis, quod Tibi, in Executione Præmissorum, pareant, obediant, & intendant;

Et hoc, sicut Indignationem nostram evitare volueris, nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, vicesimo quarto die Octobris.

Confœderationis, cum Januensibus initæ, Confirmatio.

UNiversis Christi fidelibus, præsentes Literas inspecturis, Nos, Ann. D.
Philippus, Permissione Divinâ, *Wigorniensis Episcopus*, *Jo-* 1421.
hannes Stratford Privati Sigilli Custos, & *Willielmus Alnewyk* *An.* 9.
Secretarius, Serenissimi ac Illustrissimi Domini, Domini *Henrici*, *H.* 5.
Dei Gratiâ, *Regis Angliæ*, *Hæredis & Regentis Regni Franciæ*, *Franc.* 9.
& Domini Hiberniæ, ejusdemque Metuendissimi Domini Com- *H.* 5. *m.*
missarii, *&c. prout supra de Dat. Die 29. Maii, usque hac verba* 7.
(viz.)

Et

* X. 156.

** De Restitutione Fructuum.*

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 19. dorf.

REX *Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopatûs Rothomagensis*, Salutem.

Mandamus vobis quòd, dilectum nobis, *Gullielmum Evurie*, Magistrum in Artibus, & Bachalarium formatum in Theologiâ, nuper Curatum Ecclesiæ Parochialis de Esprevillâ, dictæ Dioecesis, ut dicit,

Qui Sacramentum, debitum de conservando præsentem Pacem, inter præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* conclusam & concordatam, fecit & præstitit,

Omnimoda Arreragia Fructuum & Proventuum dicti Beneficii, *&c. prout in similibus de Restitutione Literis.*

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, Quarto die Novembris.

De Permutationibus.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Ibid. m. 21.

REX, Dilectis sibi in Christo, *Decano & Capitulo* Ecclesiæ Collegiatæ beatæ Mariæ Rotonde Rothomagi, Salutem.

Cùm, dilecti nobis, *Johannes de Mara*, Canonicus Præbendatus in Ecclesia prædicta Rothomagensis Dioecesis, & Magister *Egidius de Campis*, Licentiatus in Legibus, Curatus Ecclesiæ Parochialis de Piron Constantiensis Dioecesis, Beneficia sua prædicta intendant, ut asserunt, adinvicem Canonicè Permutare,

Nos dictos Canonicatum & Præbendam, per Resignationem prædicti *Johannis*, ex causa hujusmodi Permutationis faciendæ, vacantes & in Manibus nostris pleno Jure existentes,

Quorum quidem Canonicatûs & Præbendæ Collatio & omnimoda Dispositio nobis noscuntur pertinere,

Præfato *Egidio*, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, *Conferimus & Donamus*,

Mandantes vobis quatenus ipsum *Egidium*, seu ejus Procuratorem, in Corporalem Possessionem dictorum Canonicatûs & Præbendæ, ex causa prædicta, ponatis & inducatis, seu poni & induci faciatis,

Ipsumque in Canonicum & Fratrem recipiatis, Stallum in Choro, & Locum in Capitulo, prout moris est, assignantes eidem,

Necnon ipsum *Egidium* Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis, ad eosdem spectantibus, uti & gaudere permittatis; adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, sexto die Novembris.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas habent subscripti; videlicet,

Magister *Gullielmus le Hamel*, Persona Ecclesiæ Sancti Georgii de Grauanchon Rothomagensis Dioecesis, & *Gullielmus le Seigneurs* Capellanus Capellæ Sancti Thomæ Martiris in Ecclesia Sancti Anthonii de Vienne ejusdem Dioecesis, &c.

Johannes le Fouquerow Capellanus Capellæ Sancti Johannis Baptistæ, in Ecclesiâ Collegiatâ Beatæ Mariæ Medunte Fundatæ, & *Radulphus Palows* Magister in Artibus & in Medicinâ, Persona Ecclesiæ Parochialis Sancti Petri de Bonge Bajocensis Dioecesis, &c.

Petrus Sauvage Capellanus, optinens Præbendam Eleemosinæ Sancti Salvatoris in Ecclesiâ Constantiensi, & *Inguerrandus de Camporotundo* Capellanus Capellæ seu Capellaniæ Decima de Poterel vulgariter nuncupatæ Constanciensis Dioecesis, &c.

Gullielmus Britains Curatus Ecclesiæ Parochialis de Villabandons Constanciensis Dioecesis, & *Nicholaus Ogier* Capellanus Capellæ seu Capellaniæ Sancti Martini supra Ulnam Bajocensis Dioecesis, &c.

Pro Arthuro Comite d'Tvery.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Ibid. m. 19.

REX, dilecto & fideli suo, *Johanni Burgh* Armigero, Ballivo suo de Gisors, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, carissimus Frater noster, *Arthurus Comes d'Tvery* certum Numerum Hominum ad Arma & aliorum, ex hiis quos ad Impendendum Obsequium carissimo *Patri nostro Franciæ* & *Nobis* nuper secum de partibus Britanniæ adduxit, ad easdem Partes mittere velit & intendat,

Idcirco assignavimus vos,

De cujus fidelitate, circumspectione, & industriâ plenè confidimus,

Ad dictos Homines ad Arma, & alios,

Quos per Præsentes, unà cum Equis, Bonis, Rebus, & Hernesiis suis propriis, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras suscepimus speciales,

In eundo versus Partes prædictas, per Ducatum nostrum Normanniæ, de Loco ad Locum, salvò & securè Conducendum, & Conduci faciendum,

Et ipsos & eorum quemlibet Manutenendum, Protegendum, & Defendendum,

Prohibentes, ex parte nostrâ, omnibus & singulis Fidelibus, Ligeis, & Subditis nostris, nè quis eorum præfatis Hominibus ad Arma, & aliis antedictis, aut eorum alicui, in eundo versus Partes prædictas, ut prædictum est, Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen inferat,

Set ipsos, & eorum quemlibet, pacificè & honestè, transire, ac Victualia, pro Se & Equis suis necessaria & oportuna, suis Sumptibus, habere permittat,

Et, si quid eis, aut eorum alicui, forisfactum sive injuriatum fuerit, id eis, & eorum cuilibet, sine dilatione, corrigi & debitè reformari, & præsentis nostri salvi Conductûs beneficio in omnibus uti & gaudere faciat;

Proviso semper quòd iidem Homines ad Arma, & alii supradicti, quicquam, quod in nostri Contemptum vel Prejudicium, aut Populi nostri Dampnum, aliqualiter cedere valeat, non attemptent, seu attemptari faciant,

Et quod ipsi nullum Castrorum, Fortaliciorum, seu Villarum nostrarum firmatarum, absque speciali licentiâ Capitaneorum eorumdem, intrent quovis modo;

Et ideo vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ:

Damus autem universis & singulis Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Gentibus Armorum & de Tractu, Ballivis, Vicecomitibus, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, in executione Præmissorum, cum per vos ex parte nostrâ fuerint requisiti, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes in omnibus diligenter,

Et quòd prædicti Capitanei, & eorum Locatenentes, de Gentibus Garnisionum * suarum, & de Retinentiis suis, pro executione Præmissorum, vobis assignent, ac intendere & auxiliare faciant, ad Numerum de quo per vos in ea parte fuerint requisiti, * X. 158.

Dimissâ tamen in Garnisionibus prædictis rationabili Stuffurâ pro salvâ Custodiâ eorumdem.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, vicesimo nono die Novembris.

Per ipsum Regem.

De Subdiaconatu Collato.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Ibid. m. 21.

REX *Decano & Capitulo* Ecclesiæ Collegiatæ beatæ Mariæ de Audeliaco Rothomagensi Dioecese, Salutem.

Vobis, Tenore Præsentium, Significamus quòd Officium Subdiaconatûs magnæ Missæ in Ecclesiâ prædictâ, vacans & ad nostram Donationem JURE REGALIÆ spectans ut dicitur, di-

Franc. 9. tionem suas speciales *Johannem Mony*, Servientem *Comitis de Angoulesme*, & unum Hominem in suâ Societate, penes Regem in
H. 5. m. partes Franciæ eundo,
8. Proviso semper quòd iidem, *Johannes* & Homo, benè & honestè se habeant & gerant erga Regem & Populum suum, & quicquam, quod in Regis seu Populi sui prædicti Dampnum vel Præjudicium cedere valeat, non attemptent, aut facere vel attemptare præsumant quovis modo.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium* tertio Die Decembris.

Per Concilium.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Willelmum Barogaier*, Servientem *Comitis de Angoulesme*, & unum Hominem in suâ Societate, penes Regem in Franciam pro prosequendo ibidem pro certâ Financiâ sive Summâ ab ipso, sub salvo Conductu Regis, in dictis partibus Franciæ ablatâ sive captâ, eundo;

Proviso semper quòd iidem *Willielmus* & homo, benè & honestè, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

Pro Jacobo Rege Scotorum.

Ann. D. REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Purificationis
1321. beatæ Mariæ proximò futurum duraturas, suscepit in salvum
An. 9. & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem,
H. 5. & Defensionem suas speciales, *Walterum Leget*, & *Robertum Da-*
Ibidem. *vyson*, de Scotiâ, in Regnum Regis Angliæ, cum certis Equis,
m. 5. carissimo Consanguineo Regis *Jacobo Regi Scotorum* ad opus ejusdem Regis ducendis, ac Duobus Famulis in Comitivâ suâ, veniendo, ibidem morando, & exindè penes præfatum Regem, cum Equis prædictis, transeundo, ac Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

* X. * Proviso semper quòd prædicti, *Walterus*, & *Robertus*, ac
159. Famuli prædicti benè & honestè se habeant & gerant erga Regem & Populum suum, & quicquam, quod in Regis præjudicium aut Populi sui Dampnum cedere valeat, non attemptent, aut facere vel attemptare præsumant,

Quodque ipsi præsentes Literas Regis de salvo Conductu, ante Introitum suum cujuslibet Castrorum, Civitatum, Villarum firmatarum, aut aliorum Fortaliciorum Regis, primitùs demonstrent.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium*, iv die Decembris.

De veniendo ad Ligeantiam Regis.

Ann. D. REX, *Ballivo suo de Rouen*, vel ejus Locumtenenti ibidem,
1421. Salutem.
An. 9. Mandamus vobis, firmiter injungentes, quòd statim, visis Præ-
H. 5. sentibus, in singulis Locis, infra Balliagium vestrum, ad hoc con-
Norm. 9. suetis, publicè, ex parte nostra, Proclamari faciatis,
H. 5. m. Quòd omnes & singuli (cujuscumque Status, Gradûs, Sexûs,
15. d. Ætatis majoris vel minoris, aut Conditionis fuerint) tàm de Ducatu nostro Normanniæ, quàm aliis Locis Conquestûs nostri,

Qui nondum ad Obedientiam & Ligeantiam nostras pervenerunt, set ad ipsas venire volunt & desiderant,

Ad easdem, citra Festum Purificationis beatæ Mariæ proximò futurum, pro omnibus Terminis veniant,

Illis omnibus & singulis, qui *Johannem*, nuper *Ducem Burgundiæ*, Occiderunt & Murdravérunt, seu ad hoc Consentientes, Consiliantes, vel Agentes aliqualiter fuerunt, semper & omnino Exceptis,

Quòd, si non venerint, sint & maneant perpetuo Alieni & absque spe succedendi in Hæreditatibus, Terris, Possessionibus, aut Juribus, quæ eis ex Patrum, Matrum, Fratrum, aut aliarum quarumcumque Personarum, seu alio quocumque Titulo, infra Ducatum & Partes prædictas, possent pertinere,

Quos etiam ad Hæreditates, Terras, Possessiones, & Jura supradicta quæcumque, infra Ducatum & Partes prædictas constituta, si & quatenus infra dictum Terminum non venerint, Inhabilitamus per Præsentes;

Volumus etiam & Mandamus quòd illi, qui sic, ut præfertur, ad Obedientiam & Ligeantiam nostras, infra tempus prædictum, venire voluerint, securè etiam cum Bonis suis, si quæ apportaverunt, veniant, .

Pro Domino de Estonteville.

HEnri, &c. as, nostre ame Clerc, *Robert Rolleston*, Gardein Ann. D.
de nostre grande Garderobe, Saluz. 1421.
Nous volons, de l'assent de nostre Conseil, & vous Mandons, An. 9.
que au *Sire d'Estonteville*, nostre Prisonner, esteant deinz nostre H. 5.
Tour de Loundres, facez liverer les parcelles contenues en la Ce- Pens
dule, que le Nous vous envoions closee deinz c'estes; Et cestes Cler. Pell.
noz Lettres, &c.

Don. le viij Jour de Decembre, l'An, &c. Noefisme.

Dors.

*Nono Die Decembris, Anno Nono, Concessum est quòd fiat hujusmodi Warantum ut infra, pro Liberatione * Parcellarum in Ce-* * X.
dulâ, huic copiæ annexâ, Domino d'Estonteville Prisonario Regis. 160.

Scedula annexa, de qua fit mentio.

CY ensuyent les Choses, que sont necessaires a Monsieur *Estonteville*, les quelles il ad pleu a Tresnoble & Sage Conseil du Roy d'Engleterre Me mander que je mette par Escrit.

PRIMEREMENT, *un Robe de Drappe noir, long jusques a la pee, Furree de Bugge.*

ITEM, *un Chaperon de mesme le Drappe.*

ITEM, *un Mantel de noir double de mesmes.*

ITEM, *iij pair de Chauces.*

ITEM, *vj pair de Robes linges fourmes, & vj coverchiefs.*

ITEM, *vj pair de Solers.*

ITEM, *vij. Let competent pur son estat.*

ITEM, *une Robe de noir double, pour son Servant, ovec Chaperon de mesme.*

De Restitutione Fructuum.

REX, universis & singulis Ballivis, &c. infra Ducatum no- Ann. D.
strum Normanniæ ubilibet constitutis, Salutem. 1421.
Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinue- An. 9.
rit, quòd, dilectum Nobis in Christo, *Petrum Migecii*, aliàs di- H. 5.
ctum *Gleneffus*, Priorem Prioratûs Sanctæ Fidis de Longuevilla Norm. 9.
Guisfardi, Juratum Ligeum nostrum, omnimoda Fructus, *&c.* H. 5. m.
prout in Similibus de Restitutione Literis. 18. d.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, xj die Decembris.

De Ordinationibus Normanniæ.

HEnry, *&c. Au Bailli de Caux*, ou a son Lieutenant, Salut. Ann. D.
Combien que, 1421.
A la Conservation de Justice & de la Chose Publique de nostre An. 9.
Duche de Normandie, & des Paiis de nostre Conqueste, & H. 5.
pour le Bien & Prouffit de nos Subges, Ibid.
Vous eussons autrefoiz envoie noz Lettres Patentes, contenan- m. 15. d.
tes certaines Articles de Ordonnance, par Nous faites, des quelles les Teneurs ensuiant,

PREMEREMENT, que nul Portier, ne Gardes des Portes, de quelques Villes ou Forteresse, estant en nostre Obeissance, ne Prengne aucun Prouffit de quelque Personne que ce soit, *&c. prout de Anno octavo. Dat. a Rouen, die Vicesima quarta Januarii, tunc sic.*

Et Vous eussons, par icelles Lettres, commande de Publier, proclamer, & faire proclamer nos dictes Ordonnances en tous Lieux accustumes de vestre Bailliage,

Et, d'abondant, de les atacher aux Portes des Eglises & Villes, a fin que nul ne puisse en ce pretendre Ignorance,

Et que vous les Gardisses, & Feisses Plainement Garder & Executer, sans enfraindre, par tout vestre dit Bailliage,

Neantmoins, par ce que avons entendu; vous ne les aves en rien executees, mais avez Lessie, souffert, & souffres, de jour en jour, estre fait au contraire en tous poins, a nostre tresgrant Desplaisir, & intollerable Dommage de noz Subges, Perdicion & Degastement de nostre Paiis dessusdit,

Pourquoy, derechief, Vous Mandons, & estroitement Enjoingnons, que les dictes Articles & Ordonnances vous faces Proclamer

Au Bailli de Rouen ou a son Lieutenant.
Au Bailli de Gisors, Chaumont, Beaumont sur Oise, & Pontoise.
Au Bailli d'Eureux, &c.
Au Bailli de Mante.
Au Bailli d'Alençon.
Au Bailli de Caen.
Au Bailli de Costentin.

Pro Ecclesia Cathedrali de Chartres.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 17.

REX *Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopatûs Rothomagensis*, ac universis & singulis Ballivis, &c. nostris, infra Ducatum nostrum Normanniæ, ac alias partes Conquestûs nostri, ubilibet constitutis, Salutem.

Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quòd, Dilectos nobis in Christo, *Decanum & Capitulum Ecclesiæ Cathedralis de Chartres*,

Qui Sacramentum, debitum de conservando præsentem PACEM, inter præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* conclusam & concordatam, fecerunt & præstiterunt,

Omnimoda Possessiones, Fructus, *&c. prout in similibus Literis de Restitutione.*

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, xvj die Decembris.

Instructiones pro Commissariis, in Ambassiata ad Regem Romanorum & Principes Germaniæ, destinatis.

INSTRUCTION *yeven by the King unto the* Byshop of Lincoln, *Sire* William Coggeshale, *Knyght*, *and Maistre* Nicgol Bildeston, *ordeined to goo en Ambassiate, in the materes underwritten, to his Brethyr* King of the Romans, *the* Archibisshoppes of Treves, Cologne, Meyns, *his Brother* Lodewyk Duk of Bauveir, Elizours of th'Empire, *and to his Cousyn* Duc Henry of Baviere.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Ex Orig. Penes Cleric. Pell.

FURST, they shal goo to the said *Lowyk Duk of Bauiere*, and, aftre due Reverence and presenting of the King's Letters, they shall reherse the grete Kindnesse that late he shewed unto *the Kyng*, and the labour he had in comyng to the King in the Rewme of France, into grete worship to the King and proffit; whereof, as wel as of muche other kyndness, the Kyng thanketh him with all his hert.

ITEM, they shal say furthermore that, for asmoche as they been sent *by the King*, to the Persones abovesaid, aswell as to hym, for to have Souccours of Men, the which myght never by lykeheed be more behoveful unto him, considered that he is now in the point and conclusion of his labour, and thorow Godds Grace, and help of his Allies and Friends, shall soon have an end of the Werre, the King, entirely, as his principal and special
* X. trust is in hym, prayeth him of his favour and * good diligence
162. doyeng, aswell in his owne Persone, as to the Persones abovesaid, in fortherance of the Kings entent in this matter.

ITEM, They shall declare afterward to the said *Elizours* and *Duc Henry*, whether be it that they have hem assembled, or severally, howe the sadde Love, Pees, and Accorde, that continuelly hath been betwix *the King's Progenitours*, and also him and the said *Elizours* and *Duc Henry*, and their Soubgetts and Lordshippes, and thorow Godes grace alway shall be Alliance, and also th' affection and good zeel that they have to the Kynges Persone, as he is enfourmed by diverse of his Subgettez and other, and also

ITEM, If they ask Declaracion of the Wages he payeth to his own Soubgettes; they shal declare that the Wages been xv Francs for the Month a Spere.

ITEM, Toucheing the Wages of the said Lords, *the King* wol that his said Ambassiatours Trete with hem for to yeve eche of hem (except *Duc Lodowic* and th' *Archbishop of Coloigne*) for his Estate xij C. Nobles, and so Encrece in pront if they wol not agre hem: And, or they breke of, accorde ii M. Nobles; and eche of hem to teke, over that, as moche as iv other Speres doo.

ITEM, They shall profer *Duc Lodewic*, and also the *Archbishop of Coloigne* (which be Vassalls and Feed Men of the King's) to have thaire Fees, over thair Wages, accustumed payed for ii Yere; for the Toon Yere at thair departing, and for the tother whanne they come to the King: and, if they wol in noe wise assent, they shal Trete with hem, profring hem a raisunable Some, and Encresyng, fro Some to Some, to they come to ii M. Nobles, semblably as they doo with other.

ITEM, Touching the receiving of the Money and Wages abovesaid, *the King* wol that his Ambassiatours accorde with hem to pay half at Coloigne, and the t'other halfe when they come to the Kyng.

ITEM, If they say the Wages be too small, considering the grete distance, or peradventure other causes that they wol allege; the said Ambassiatours shall pray hem instantly, in the King's Partie, to considre the grete Charge that he hath born many Yeres continuing his Werres, and shew him such Frendship now as they wol desire of him in cas semblable, and as he wold do to thaim at thair desire and request with good will.

ITEM, If thay wol nat agre hem in no way unto the said Wages; the said Ambassiatours shall cast to what Some the Wages aboveseid woole drawe to for every of hem, and for the Meny he wold bring *to the Kyng* in his Feliship, and profre hym that Some in grete: and if he wol not so hald him content, thei shal profre him, for himselfe, his Estate, and his C. Speres, iv M. Nobles: and finally, atte uttermaste, tretyng with him aftre the tenure of a Cedule, which the King sendeth, closed undre his Signet, unto his Conseil by the Bryngers of thees.

* ITEM, Atte uttermast it may be said, how it is to all Folk * X.
knawen, and ought not to be unknawen, that thay of *Castille* as- 163.
wel as thay of *Scotland* come in grete nombre into the Service of him that *clepeth him Dauphine*, the Kings Adversaire, and serve him aswell by Water as by Land, and be not payed of her Wages past xx. or xxiv. Francs of feble Money for the Month; the which Money is feble, that it passath not a good English Noble a Month; wherefore *the King* trusteth that, now in his nede, the *forsaid Elizours*, which bene his Friends and Allies, wolde not falle him, atte lest at his resonnable Costs, no more than Strangers men doo to theim that been his Adversaires.

ITEM, and, thus Accorded upon the Wages, *the King* wol that the Ambassiatours appoint with the said Lords for v C. Speres, or with eche of hem for C. Speres, to be with the King the first day of May, or atte ferthest within a Sevennyght after, and to abide and continue in his Service for v Months suyng (xxx. days accounted for the Month) and be paid for vi Months; the vi. month, so allowed to thaym in thair Wages, taking for comyng to the Kyng, and retournyng home ayein into thair Countree.

ITEM, if it be that any of the said Lords wol not accorde to the nombre of C. Speres, but benethe, the said Ambassiatours shall see and purveye that failleth in oon be fulfilled in another or elles in other, so that, among thaim all, they may come to the said nombre of v C. Speres.

ITEM, if thare be any variance betwix *the Elizours* and the Lords abovesaid, and the said Ambassiatours, in appointment of thees Articles, or any of hem, or elles of any matere other that is nat contened in this Instruxion; *the King* wol not thay breke lightly of, but putt the matere in delay to tyme they be certefyed of the King's Will; to whom they shall sende, in all haste possible, in that party, to make report to the King, and bring answer ayein to theim of his said Will.

Item, yif he ask of the said Ambassatours if they have any Po-
wer to Trete with him or accorde of a Place for the Conceil General to be holden in, or of any Articies touching that matere; they shall say that *the King* yaf him in charge to commune with him in that matere, and make report unto him of his Will; for the King desireth that the seid Counceil shuld be holden in such place, as were most couvenable unto the said King of Romans and to al other.

Yeven, undre oure Grete Seel, Prive Seel, and Signet, *in our Ost at Seint Faron beside Meaulx*, the xviii day of Decembre.

De Administratione Hospitalis.

Ann. D. 1421. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 16. * X. 164.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd *Dedimus* & *Concessimus*, dilecto Nobis, *Henrico Birton* Capellano Administrationem sive Regimen *Hospitalis de Meulenc, vocati L'Ostel de Dieu*, per obitum *Johannis Gobellin*, dicti *Phisicien*, ultimi Administratoris ejusdem, vacantis, & ad nostram Donationem spectantis ut dicitur,

Habendam cum suis Juribus, & Pertinentiis quibuscumque,

* Mandantes, Tenore Præsentium, Ballivo nostro de Mante & Meulenc, vel ejus Locumtenenti apud Meulenc, quòd *prædictum Henricum*, vel ejus Procuratorem, in corporalem Possessionem Hospitalis prædicti ponat & inducat, seu poni & induci faciat,

Necnon Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis, ad dictum Hospitale spectantibus, in Sustentationem Sui & Pauperum ibidem degentium, uti & gaudere permittat; adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis;

Proviso semper quòd *prædictus Henricus* Compotum, indè debitum, si & ubi debetur, prout moris est, reddere teneatur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, Tricesimo die Decembris.

Per ipsum Regem.

De Fidelitatibus faciendis.

Ann. D. 1422. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 15.

REX per Literas suas Patentes, usque ad Festum Purificationis beatæ Mariæ proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum, &c. Fratrem *Thomam Abbatem Sancti Vigoris de Cerisy*, Fratrem *Johannem Julien Commonachum ejusdem Abbatis*, Magistrum *Mathæum Gueroult Curatum de Lithean*, *Antonium de Urville*, *Gullielmum le Roy*, & *Jacobum Clerel*, in partibus de Britannia ad Præsens existentes, abinde, cum Octo Personis & Servitoribus suis, vel intra, penes Præsentiam nostram, pro Fidelitatibus nobis faciendis, Equestrè, vel Pedestrè, tàm per Diem, quàm per Noctem, veniendo, unà cum Bonis, Rebus, Jocalibus, Hernesiis, & Cariagiis suis quibuscumque.

Et ideò, &c.

Proviso semper quòd Personæ prædictæ, seu aliquis eorumdem, de illis, qui *Johannem*, *nuper Ducem Burgundiæ*, occiderunt & murdraverunt, seu ad hoc Consentientes, Consiliantes, vel Agentes aliqualiter fuerunt, non existant,

Quódque ipsi quicquam, quod in Regis Contemptum, &c.

Necnon quòd ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, secundo die Januarii.

Consimiles Literas salvi Conductûs & per idem tempus duraturas habet *Oliverus de Vassy* Armiger, Ætatis Sex vel Septem Annorum, in Partibus Britanniæ, &c. abindè, cum Tribus Personis Servitoribus suis vel infra, *&c. ut supra.*

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Ann. D. 1422. An. 9. H. 5. Ibidem. m. 15. dor.

Pro Priore & Conventu de Bernay.

REX, Dilectis & Fidelibus suis, *Thesaurario nostro Generali Normanniæ*, *&c.* Salutem.

Mandamus Vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quòd, Dilectos nobis in Christo, *Priorem & Conventum Ab-*

REX *Vicariis in Spiritualibus Episcopi Lexoviensis*, ipso Episcopo in Remotis agente, ac universis & singulis, &c. Salutem.

Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quòd *Johannem de Messo* Capellanum, Curatum Ecclesiæ Parochialis de Huguemanville Lexoviensis Diœcesis, qui Sacramentum, debitum de conservando præsentem PACEM, inter præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* conclusam & concordatam, fecit & præstitit, omnimoda Fructus, *&c. ut supra.*

In cujus, &c.

Teste Rege.

De Confirmationibus.

Pro Ecclesia Sanctæ Mariæ Becci.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1422.

INSPEXIMUS quasdam Literas Patentes cujusdam *Hugonis de Monteforti*, Filii *Gilberti de Gant*, factas in hæc verba, An. 9. H. 5.

Notum sit omnibus Sanctæ Ecclesiæ Fidelibus, tàm præsentibus, quàm futuris, quòd ego *Hugo de Monteforti*, Filius *Gilberti de Gant*, Concessione *Gaufridi Normannorum Ducis* & Filii ejus *Henrici*, Consilioque *Hugonis Rothomagensis Archiepiscopi*, & Episcoporum Normanniæ, *Arnulfi Lexoviensis*, & *Ratroci Ebroicensis*, & *Philippi Bajocensis*, *Haelinâ* Uxore meâ & Filiis meis *Roberto* & *Valerano* concedentibus, Baronibúsque meis præsentibus, *Do* Ecclesiæ Sanctæ Mariæ Becci, Monacisque ibi Deo servientibus, Ecclesiam Sancti Ymerii, cum Præbendis & omnibus ad eam pertinentibus, ut Monachi in eâ, in Loco Canonicorum, constituantur, Norm. 9. H. 5. m. 8.

Et insuper Deo & Sancto Ymerio *Do* quandam Partem, &c.

Nos autem Literas prædictas, ac omnia & singula in eisdem contenta, quoad Dona & Concessiones prædicta, Ecclesiæ Sancti Ymerii, infra Ducatum nostrum Normanniæ, ac partes Franciæ nobis subjectas, facta & concessa, Rata habentes & Grata, ea pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, Acceptamus & Approbamus,

Ac, dilectis nobis in Christo, *Abbati & Conventui de Becco Heluun*, necnon Priori & Monachis dicti Loci de Sancto Ymerio, & Successoribus suis imperpetuum, Tenore Præsentium, *Concedimus & Confirmamus*, prout Literæ prædictæ rationabiliter testantur, & prout prædicti Abbas & Conventus, necnon dicti Prior & Monachi, & Prædecessores sui, Donis & Concessionibus prædictis, infra Ducatum & Partes prædictos, hactenus rationabiliter usi sunt & gavisi;

Intentionis tamen nostræ non existit, quòd, per hanc Confirmationem nostram, præfatis *Abbati & Conventui*, necnon & Monachis, aut Successoribus suis, adversus Nos, seu quemcumque alium, præjudicium aliquod generetur,

Nec etiam quòd *iidem Abbas & Conventus*, ac Prior & Monachi, seu Successores sui, aliquod Jus vel Clameum, super aliquibus Possessionibus, infra Regnum nostrum Angliæ, colore præsentis Confirmationis nostræ, habeant, vendicent, sive clament in futurum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, nono die Januarii.

Per ipsum Regem.

---

* *Pro Abbatissa & Conventu Beatæ Mariæ Regalis juxta Pontisaram.* * X. 166.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ibid. m. 13.

INSPEXIMUS Literas Patentes, celebris memoriæ, *Philippi*, quondam *Regis Franciæ*, Nobilis Progenitoris nostri, factas in hæc verba,

Philippus, Dei Gratiâ, *Francorum Rex*.

Notum facimus universis, tàm præsentibus, quàm futuris, quod Nos Literas, piæ recordationis, carissimi Domini & Genitoris nostri, *Ludovici Francorum Regis*, vidimus in hæc verba,

Ludovicus, Dei Gratiâ, *Franciæ Rex*.

Notum facimus universis, tàm præsentibus, quàm futuris, quòd Nos

Pro Jacobo Rege Scotiæ.

Ann. D. REX, per Literas suas Patentes, per Sex Menses proximò fu-
1422. turos duraturas, suscepit in salvum & securum, &c. Magi-
An. 9. strum *Thomam de Merton*, Capellanum & Servientem, carissimi
H. 5. Consanguinei Regis, *Jacobi Regis Scotorum*, versus Regnum Sco-
Ibid. tiæ, pedestrè, vel equestrè, per Dominia & Potestatem Regis transeundo, & abinde penes prædictum Regem, per eadem Dominia & Potestatem Regis, cum Octo Equis & Quinque Famulis pro custodiendo eosdem, reveniendo, salvò & securè, necnon Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Et ideò, &c.

Proviso semper quòd prædictus *Thomas* ac Famuli prædicti quicquam, &c.

Quódque ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, Duodecimo die Januarii.

REX, per Literas suas Patentes, per Duos Menses proximò futuros duraturas, suscepit in salvum, &c. *Robertum Symson*, Servientem, carissimi Consanguinei Regis, *Jacobi Regis Scotorum*, versus Regnum Scotiæ, pedestrè, vel equestre, per Dominia & Potestatem Regis transeundo, necnon Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Et ideò, &c.

Proviso semper quòd idem *Robertus* quicquam, &c.

Quodque ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste ut supra, decimo quarto die Januarii.

---

* X.
167.

* *De Requestu.*

Ann. D. REX universis & singulis Regibus, Principibus, Ducibus, &c.
1422. Salutem in omnium Salvatore.
An. 9. Cùm, Venerabilis Pater, *Ricardus Episcopus Lincolniensis*, ac,
H. 5. dilecti & fideles nostri, *Walterus Pole* Miles, & *Nicholaus Bilde-*
Franc. 9. *ston* Legum Doctor, pro certis Negotiis expediendis, ad longin-
H. 5. quas Partes habeant se transferre,
m. 5. Universitatem vestram multipliciter honorabilem, & quemlibet vestrûm per se, attentiùs & efficaciùs quo possumus, Tenore Præsentium, Requirimus & Rogamus quatinus,

Eosdem, *Episcopum*, *Walterum*, & *Nicholaum*, seu eorum aliquem, cùm ipsos, seu eorum aliquem, per Regna, Dominia, & Potestates vestra, seu cujuslibet vestrûm, transire contigerit, nostræ Majestatis intuitu, & harum Literarum nostrarum speciali interventu, propentiùs recomendatos habentes,

Eosdem, *Episcopum*, *Walterum*, & *Nicholaum*, vel eorum aliquem, cum Familiaribus, Equis, Bonis, Hernesiis, & Rebus suis quibuscumque, recipiatis, & inibi morari, seu per eadem Regna, Dominia, & Potestates, cùm sibi placuerit, liberè & absque impedimento seu perturbatione quacumque redire permittatis, sine solutione Dacii, Pedagii, Gabelli, aut aliquâ apertione Manticarum, Literarum, seu Hernesiorum,

Necnon salvum & securum Conductum eis, & eorum cuilibet, si necesse fuerit, suis Sumptibus, habere faciatis,

Non inferentes eis, aut eorum alicui, nec quomodolibet inferri permittentes, in Corporibus seu Bonis eorumdem, Dampnum, Impedimentum, Violentiam, Injuriam, Molestiam, seu Gravamen, quin potiùs, si egeant, eis, & eorum cuilibet, in eorum Agendis, ministrare dignemini Consilium, Auxilium, & Favorem, ac Scortam salvúmque & securum Conductum per Passus, Loca, & Dominia vestra, & cujuslibet vestrûm, rationabilibus Sumptibus & Expensis,

Et, si quid eis, aut eorum alicui, in Personis vel Rebus, Injuriatum fuerit (quod nollemus) id indilatè reformari curetis nostris Precibus & Amore:

Nec Subditis vestris, & cuilibet vestrûm, si quidem cùm ad Regna seu Dominia nostra aliquos ex ipsis declinare contigerit, Fa-

[illegible]
rentes, Pacis antedictæ gratissima Fœdera confringere, ac Subditos Patris nostri & nostros, non sine magnâ Strage Christianorúmque Sanguinis effusione, invadere indictique depredari non desinunt,

* Quorum quidem Malitiis, affectantes Regnum Franciæ supradictum Pacis prosperitate lætari, prout tenemur, obviare, Decre- * X. 168.
vimus eos ad veram *Patris nostri Obedientiam* atque *Nostram* reducere, laborabimus, &c, ipso suffragante, qui in se sperantes non deserit, mediantibus Consanguineorum Alligatorum & Amicorum nostrorum Assistentiâ, Succursu, & Subsidio, in proximo reducemus.

Hinc est quòd Nos,

De fidelitate & providâ circumspectionis industriâ, dilectorum & fidelium nostrorum, *Thome Baronis de Carreu* Militis, & *Willielmi de Lyndwode* Clerici utriusque Juris Doctoris, multipliciter confidentes,

Ipsos, & eorum utrumque per se & in solidum, ex certâ nostrâ scientiâ, & deliberato proposito, nostros veros, certos, legitimos, & indubitatos Ambassiatores, Procuratores, Commissarios, Sindicos, Actores, Factores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales Fecimus, Ordinavimus, Deputavimus, & Constituimus, ac Facimus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem, *Thome* & *Willielmo*, Ambaxiatoribus, Procuratoribus, Commissariis, Sindicis, Actoribus, Factoribus, Negotiorum Gestoribus, & Nunciis nostris prædictis, & eorum utrique, plenariam Potestatem, & Mandatum speciale, ad Conveniendum, Tractandum, Concordandum, Componendum, & in ea parte finaliter Concludendum & Appunctuandum cum, Serenissimo in Christo Principe, Domino *Johanne*, *Rege Portugaliæ* & Algarbiæ, nostro Fratreque carissimo, ejusque Commissario, vel Commissariis, Deputato, vel Deputatis, loco, vice, & nomine nostris, ac pro Nobis,

Ab eodem, & eisdem, Subsidium & Succursum Hominum Armatorum, Balistariorum, ac aliorum de Tractu, Petendum, Exigendum, & Optinendum,

Requisitionésque & Motiva, quotiens opus fuerit, penes eosdem, pro celeri Transmissione Hominum Armatorum, Balistariorum, ac aliorum de Tractu hujusmodi, faciendum,

Necnon de & super numero Hominum hujusmodi Vadiisque, Solutionibus, & Stipendiis, eisdem & eorum cuilibet solvendis, Naucleris insuper & Navigiis, eis oportunis, Tractandum, Conveniendum, Paciscendum, &, si necesse fuerit, in hac parte Solutiones solempnes Ineundum & Faciendum,

Et, pro majori Securitate, in hac parte, pro hujusmodi Vadiis, Solutionibus, & Stipendiis, eisdem Hominibus Armorum, Balistariis, & aliis de Tractu, cum Naucleris & Navigiis hujusmodi, fiendis, Nos dicto Domino *Johanni Regi Portugaliæ & Algarbiæ*, alii, vel aliis, pro ejus libito, Obligandum per quascumque Cautiones, Obligationésque, licitas, & honestas, & in hac parte quomodolibet requisitas,

Omniaque alia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis omnibus & singulis, Dependentiis, Connexis eorumdem, & circa ea necessaria fuerint vel quomodolibet oportuna, & quæ merita Negotiorum hujusmodi exigunt & requirunt, etiam si talia forent quæ Mandatum, de sui naturâ, magis exigant speciale quàm aliquod Præmissorum;

Promittentes Nos Ratum, Gratum, Firmum, & Stabile perpetuò habituros totum & quicquid dicti, *Thomas* & *Willielmus*, Ambaxiatores, Procuratores, Commissarii, Sindici, Actores, Factores, Negotiorum Gestores, & Nuncii nostri fecerint, seu eorum alter fecerit, in Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus, &c.

Dat. in *Palatio nostro Westmonasterii*, decimo quarto die Januarii.

Per ipsum Regem & Concilium.

nominans, & sui Complices, dictæ Pacis Rupturam totis viribus hanelantes, & Rebellionis Calcaneum, in Dei Offensam, ac Patris nostri & Nostri Contumeliam, erigere non verentes, Pacis antedictæ gratissima Fœdera confringere, ac Subditos Patris nostri & Nostros, non sine Magnâ Strage Christianorúmque Sanguinis effusione, invadere indiésque Deprædari non desinunt,

Quorum quidem Malitiis, affectantes Regnum Franciæ supradictum Pacis prosperitate lætari, prout tenemur, obviare, Decrevimus eos ad veram *Patris nostri Obedientiam* atque *Nostram* reducere, laborabimus, &, ipso suffragante, qui in se sperantes non deserit, mediantibus Consanguineorum, Alligatorum, & Amicorum nostrorum Assistentiâ, Succursu, & Subsidio, in proximo reducemus.

Hinc est quòd Nos,

De fidelitate & providâ circumspectionis industriâ, Venerabilis Patris, *Ricardi Lincolniensis Episcopi*, ac, dilectorum & fidelium nostrorum, *Walteri Pole* Militis, & Magistri *Nicholai Bildeston* Legum Doctoris, multipliciter confidentes,

Ipsos Tres, & Duos eorum, ex certâ nostrâ scientiâ, & deliberato proposito, nostros veros, certos, legitimos, & indubitatos Ambassiatores, Procuratores, Commissarios, Sindicos, Actores, Factores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales Fecimus, Ordinavimus, Deputavimus, & Constituimus, ac Facimus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem, *Episcopo*, *Waltero*, & *Nicholao*, Ambassiatoribus, Procuratoribus, Commissariis, & Sindicis nostris, Tribus, & Duobus eorum, plenariam Potestatem, & Mandatum speciale, ad Tractandum, Concordandum, Componendum, & in ea parte finaliter Concludendum cum, Excellentissimo & Serenissimo in Christo Principe, *Sigismundo*, Dei Gratiâ, *Romanorum Rege*, semper Augusto, ac Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c. Rege, Fratre nostro præcarissimo, seu Deputatis & Commissariis suis, sufficientem Potestatem & Auctoritatem in hac parte habentibus, loco, vice, & nomine nostris, ac pro Nobis, ab eisdem Exigendum & Optinendum Subsidium & Succursum Hominum Armatorum, Balistariorum, ac aliorum de Tractu,

Requisitiones & Motiva, quotiens opus fuerit, penes eundem Fratrem nostrum præcarissimum, & dictos Deputatos & Commissarios suos, ut ipse, in propriâ Personâ suâ, in Subsidium & Succursum Nostri, notabili Numero Hominum Armatorum, Balistariorum, ac aliorum de Tractu suffultus, ad certum Terminum in hac parte Appunctuandum & Concordandum, venire disponat & accedat, sive aliàs hujusmodi Numerum Hominum Armatorum, Balistariorum, ac aliorum de Tractu, mittat & destinet, Faciendum & Exponendum,

Omniáque alia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis omnibus & singulis, Dependentiis, & Connexis eorumdem, & circa ea necessaria fuerint vel quomodolibet oportuna, & quæ merita Negotiorum hujusmodi exigunt & requirunt, etiam si talia forent quæ Mandatum, de sui naturâ, magis exigant speciale quàm aliquod Præmissorum;

Promittentes Nos Ratum, Gratum, Firmum, & Stabile perpetuò habituros totum & quicquid dicti, *Episcopus*, *Walterus*, & *Nicholaus*, Tres, vel Duo eorum, fecerint in Præmissis.

In cujus, &c. has Literas nostras Patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio nostro Westmonasterii*, decimo quarto die Januarii.

Per ipsum Regem & Concilium.

• X. 170.

* *De Tractando cum Lodovico Duce Bavariæ.*

Ann. D. 1422. *An.* 9. H 5. Ibid.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, finaliter Concludendum, *& tunc sic*, cum, carissimo Fratre nostro, *Ludowico Duce Bavarriæ*, *&c. ut supra usque ibi*, Faciendum & Exponendum, *& tunc sic*,

Necnon de & super Numero hujusmodi Hominum Armatorum, Balistariorum, & aliorum de Tractu, quos idem Frater noster, in nostrum Obsequium & Succursum prædicta, secum ducet, seu mittet sive destinabit,

Vadiisque, Solutionibus, & Stipendiis, eisdem & eorum cuilibet Solvendis, Tractandum, Conveniendum, & Paciscendum,

Et, pro majori Securitate in hac parte, pro hujusmodi Vadiis, Solutionibus, & Stipendiis, eisdem Hominibus Armorum, Balistariorum, & aliis de Tractu fiendis, Obligandum Nos quibuscumque Cautionibus & Obligationibus, licitis, & honestis, & in hac parte debite requisitis,

scopo Treverensi, Amico nostro, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Dat. ut supra.

De Tractando cum Archiepiscopo Coloniensi.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, finaliter Concludendum, *& tunc sic*, cum, Reverendissimo in Christo Patre, *Archiepiscopo Coloniensi*, Amico nostro, *&c. ut supra.* Ibid.

Dat. ut supra.

De Tractando cum Archiepiscopo Magontenensi.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, finaliter Concludendum, *& tunc sic*, cum, Reverendissimo in Christo Patre, *Archiepiscopo Magontenensi*, Amico nostro, *&c. ut supra.* Ibid.

Dat. ut supra.

De Restitutione Temporalium.

Ann. D. 1422. *An.* 9. *H.* 5. *Pat.* 9. *H.* 5. *p.* 2. *m.* 7.

REX, Escaetori suo in Comitatu Eborum, Salutem.

Cùm, Venerabilis Pater, *H. Archiepiscopus Eborum* Electionem, nuper factam, in Ecclesiâ Conventuali beatæ Mariæ Eborum, de, dilecto Nobis in Christo, Fratre *Willielmo Dalton*, nuper Priore ejusdem Domûs, in Abbatem Loci illius (cui priùs Regium Assensum adhibuimus & Favorem) Confirmaverit, sicut per Literas Patentes ipsius *Archiepiscopi*, nobis indè directas, Nobis constat,

Nos (Confirmationem illam acceptantes) *eidem Electo* (cujus Fidelitatem, per Decanum Ecclesiæ Cathedralis * Eborum, capi Mandavimus) Temporalia Abbatiæ illius, prout moris est, Restituimus; • X. 171.

Et ideo Tibi Præcipimus quòd *eidem Electo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste *præfato Custode* apud *Westmonasterium*, decimo octavo die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Lincoln.
Escaetori Regis in Com. Cantebr.
Escaetori Regis in Com. Norff. & Suff.
Escaetori Regis in Com. Cumbr. & Westmerl.
Escaetori Regis in Com. Notyng
Majori Civitatis Regis Lincolniæ & Escaetori suo in eadem Civitate.

Dilecto sibi *Richardo Russell* Majori Civitatis Regis Eborum, & Escaetori suo in eadem Civitate.

Et Mandatum est Militibus, &c.

Super Viagio Katerinæ Reginæ, de Intendendo.

Ann. D. 1422. *An.* 5. *H.* 5. *Ibid.* *m.* 6.

REX, dilecto sibi, *Willielmo Parker*, Salutem.

Scias quòd Assignavimus Te ad Homines, & Equos, ac alia quæcumque, pro Officio Stabuli Hospitii nostri, pro præsenti Viagio Carissimæ Consortis nostræ *Katerinæ Reginæ Angliæ*, versus partes Franciæ, necessaria & oportuna, pro Vadiis nostris, Hominibus prædictis, ac Denariis nostris pro Equis & aliis præmissis, rationabiliter solvendis ubicumque inveniri poterunt, tàm infra Libertates, quàm extra (Feodo Ecclesiæ dumtaxat excepto) Capiendum, Emendum, & Providendum,

Et ideò Tibi Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter intendas, & ea facias & exequaris in formâ prædictâ:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Senescallis, Constabulariis, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris, tàm infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Tibi, in Executione Præmissorum, pareant & intendant in omnibus diligenter.

In cujus, &c.

Teste

Consimiles Literas de Collatione habent subscripti; videlicet,

• X. 172. *Guillielmus le Sesne* ad • Archidiaconatum de Citrà Vadâ, in Ecclesiâ Cathedrali Bajocensi, &c.

Willielmus Alnewyk Legum Doctor, & Secretarius Regis, ad Canonicatum & Præbendam de Gauray in Ecclesiâ Bajocensi prædictâ.

Michael de Levesque in Jure Canonico & Civili Licenciatus, ad Canonicatum & Præbendam de Chames in Ecclesiâ prædictâ, &c.

Nicholaus Davy Magister in Artibus, & Licenciatus in Decretis, ad Canonicatum & Præbendam de Gicu in Ecclesiâ prædictâ, &c.

Guillielmus Nugues Capellanus, Magister in Artibus, in Medicinâ Doctor, ad Canonicatum & Præbendam in Ecclesiâ prædictâ, &c.

Johannes James Capellanus, ad Canonicatum & Præbendam de Montibus in Ecclesiâ prædictâ, &c.

Guillielmus Fabri Capellanus, Canonicus Præbendatus, ad Succentoriam in Ecclesiâ prædictâ, &c.

Laurentius Berruyer Magister in Artibus, ad Canonicatum & Præbendam de Arreyo in Ecclesiâ prædictâ, &c.

Johannes le Brun, ad Canonicatum & Præbendam de Brecy in Ecclesiâ prædictâ, &c.

Thomas Mantant in utroque Jure Licentiatus, ad Canonicatum & Præbendam Sancti Germani de Leucâ in Ecclesiâ prædictâ, &c.

Dionisius de Salureto Capellanus, Magister in Artibus, & Bacalarius in Theologiâ ad Canonicatum & Præbendam in Ecclesiâ Collegiatâ beatæ Mariæ de Medunta, &c.

Pro Episcopo Bajocensi.

Ann. D. 1422. An. 9. H. 5. Ibidem. m. 11. dor.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Pro eo quòd, Venerabilis in Christo Pater, *Nicholaus Habard*,

Cui *Summus Pontifex* de Episcopatu Bajocensi nuper providit, prout per inspectionem Literarum Apostolicarum, nobis directarum, & coram Nobis in Cancellariâ nostrâ Normanniæ exhibitarum, liquet manifestè.

Sacramentum Fidelitatum, quod ratione Temporalium Episcopatûs prædicti nobis debetur, fecit & præstitit, ad quod quidem Sacramentum eundem Episcopum Recepimus, nostro & alieno Jure salvo,

Concessimus & *Concedimus*, per Præsentes, *eidem Episcopo* omnia Temporalia, Episcopatui suo prædicto, infra Ducatum nostrum Normanniæ, ac alias Partes Conquestæ nostræ, qualitercumque pertinentia sive spectantia, ac ea *eidem Episcopo*, Tenore Præsentium, plenariè LIBERAMUS, & haberi VOLUMUS pro sic liberatis,

Reservatâ tamen Nobis Facultate providendi pro salvâ & securâ Custodiâ Castri sui de Nully Levesque, ad Sumptus & Vadia *ipsius Episcopi*, ac ponendi Capitaneum in eodem talem de quo Nobis videbitur expedire, qui in Comitivâ suâ habere debet unum Hominem ad Arma & Sex Sagittarios,

Volentes nichilominus quòd *prædictus Episcopus*, cum Familiâ

Ann. D. 1422. An. 9. H. 5.

UNiversis, præsentes Literas inspecturis, Nos *Guillermus*, Dei & Apostolicæ Sedis Gratiâ, humilis *Abbas* Monasterii Sancti Martini Eduen, Totiusque ejusdem Loci Conventus,

Notum facimus quòd Nos, in Capitulo nostro, horâ Capitulandi, ad Sonum Campanæ, prout moris est, propter hoc personaliter & specialiter insimul Congregati, Notum facimus quòd nuper per Nos, cum eâ quâ decuit Reverentiâ, receptis nonnullis Literis in Papiro clausis, ex parte, Illustrissimi Principis ac Domini, Domini *Philippi Burgundiæ Ducis*, sub Datâ ac Nomine *Villæ Meldun*, octavâ die præsentis Mensis Februarii, nobis directis atque præsentatis,

In quibus, brevi compendio, cavetur quòd præfatus *Dominus Dux* conclusit, Deo auxiliante, facere suum Primum Introitum seu Ingressum in suâ Villâ Divion, Die Jovis Decimâ nonâ supradicti Mensis,

Idcirco idem *Dominus Dux* voluit, & Nobis per hujusmodi Literas Mandavit, quòd Nos transmitteremus & destinaremus, dictâ Die, apud Divionem, aliquas Notabiles Personas Ecclesiæ nostræ, & in competenti Numero, & ad interessendum ipsâ Die in Introitu & Ingressu prædictis,

Necnon etiam ad faciendum, Nomine nostro, Juramentum PACIS Duorum Regnorum, Franciæ (videlicet) & Angliæ, prout idem *Dominus Dux* fecit, ac etiam nonnulli ipsius *Domini Ducis* Subditi, & Habitatores aliquarum bonarum Villarum ejusdem fecerunt,

Ac quòd præfatæ Gentes, per Nos mittendæ, habeant bonam Potestatem ad Præmissa faciendum, unà cum hiis omnibus quæ expedierint pro Præmissis,

Hinc est quòd Nos, mandatis *Domini Ducis* præfati, ut tenemur, obtemperare cupientes,

Confidentes ad plenum de scientiâ, legalitate, probitate, atque sufficientiâ, Venerabilium & Circumspectorum Virorum, Dominorum, & Magistrorum, *Johannis Hue*, *Johannis de Clugniaco*, in Legibus Licentiatorum, & *Quinctini Inglerii*, Canonicorum Eduen: Religiosorum Virorum, Fratris *Richardi*, *Guaririi*, *Roberti*, *Guillem*, *Anthonii de Charenceyo*, Commonachorum nostrorum: Nobilium Virorum, *Hugonis de Bosco*, *Girardi de Borbonio*, *Johannis de Villa Novâ*, Domicellorum: Discretorum Virorum, Magistri *Henrici de Clugniaco* Clerici in Legibus Licentiati, *Droyni Marescalli*: Providorum Virorum, *Regnaudi de Thosesyo*, *Johannis Rolin*, *Guillielmi Vrot*, Burgensium Eduen,

Ipsos & eorum quemlibet in solidum, fecimus, Constituimus, &, Tenore Præsentium, Ordinamus Nostros & dictæ Ecclesiæ nostræ Procuratores, Actores, Factores, & Nuncios speciales & generales,

Quibus, & eorum cuilibet in solidum, Dedimus, atque, Præsentium Serie, Damus plenariam & omnimodam Potestatem, pro Nobis, Ecclesiâ nostrâ, & nostris Nominibus, dictâ Die Jovis, Divionem Ingressu, & Introitu prædictis, interessendum; necnon ad faciendum, Nominibus quibus supra, Juramentum PACIS dictorum Regnorum, prout & quemadmodum idem *Dominus Dux*, aliæque Personæ Ecclesiasticæ dicti Ducatûs fecerunt & facient, Subditique & Habitatores prædicti fecerunt, ut in dictis Literis pleniùs continetur,

Omniaque & singula alia Faciendum, Exercendum, & Procurandum quæ in Præmissis & circa ea fuerint necessaria, seu etiam quomodolibet oportuna,

Promittentes Nos, *Abbas & Conventus* prædicti, bonâ fide, & sub Voto Religionis nostræ, ad opus omnium & singulorum quorum interest, vel intererit, vel interesse poterit, sub Ypothecâ & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, & dicti nostri Monasterii, Ratum, Gratum, atque Firmum habere & habituros totum id & quidquid, in Præmissis, per dictos Procuratores nostros, & eorum quemlibet, Actum, Juratum, Gestúmve fuerit in Præmissis, aut aliàs quomodolibet Procuratum.

In quorum omnium Testimonium Nos, *Abbas & Conventus* prædicti, Sigilla nostra, quibus in talibus utimur, • huic præsenti Procuratorio duximus apponenda. • X. 174.

Da-

6. concordatam, fecit & præstitit,

Dedimus & Concessimus ei Castrum, Terram, Reventiones, & Pertinentias de Constans Sainte Honorine, quæ ipse, ante primum diem Augusti, Anno Regni nostri Quinto, infra partes Conquestæ nostræ, tenuit & possidebat ut dicit,

HABENDA & TENENDA Castrum, Terram, Reventiones, & Pertinentias prædicta *præfato Johanni* & Hæredibus suis, de Nobis & Hæredibus nostris, per Homagium, ac faciendo omnia alia Onera & Servitia, indè debita & consueta, *Imperpetuum*,

Reservatis semper, &c.

Proviso semper quòd sufficiens, & competens Stuffura Soldariorum in Castro prædicto, ad illud & Patriam adjacentem, contra Hostiles Invasiones & Incursus, tempore imminenti, per *prædictum Johannem* & Hæredes suos prædictos, omnimodo habeatur,

Quòdque dicta Castrum, Terra, Reventiones, & Pertinentiæ, seu aliqua parcella eorumdem, de Dominico Regni Franciæ, aut alicui Personæ, per Nos, ante hæc tempora, DATA & CONCESSA, non existant.

In cujus, &c.

Teste Rege in *Exercitu suo apud Saint Pharon prope Meaulx*, Decimo Octavo Die Februarii.

Per ipsum Regem.

De Homagio facto, per Dominum supradictum.

Ann. D. 1422. An. 9. H. 5. Ibid. m. 4. d.

REX, *Præsidenti* & Gentibus de Camera nostra Compotorum, Salutem.

Quia, dilectus nobis, *Johannes de la Tremoille*, Miles, Dominus de Jonvalle Homagium suum, pro Castro, Terra, Reventionibus, & Pertinentiis de Constans Sainctæ Honorine, quæ infra partes Conquestæ nostræ, ex Concessione nostra, tenet, nobis fecit,

Vobis significamus quòd ulterius in hac parte, facere valeatis quod de Jure & secundùm Legem & Consuetudinem Partium prædictarum rationabiliter fuerit faciendum.

Teste Rege *in Exercitu suo apud Saint Pharon prope Meaulx*, xviij die Februarii.

Pro Jacobo Rege Scotorum.

Ann. D. 1422. An. 9. H. 5. Scot. 9. H. 5. m. 2.

REX, per Literas suas Patentes, usque ultimum Diem Aprilis proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Alexandrum de Seton* Dominum de Gordon, & Magistrum *Wilhelmum de Fowlys* de Scotia, conjunctim, & divisim, ac Viginti & Quatuor Homines de Scotia, vel infra, Armatos, sive non Armatos (cujuscumque gradûs aut Conditionis existant) in Comitiva sua, in Regno Regis Angliæ jam existentes, usque Rothomagum, penes Præsentiam carissimi Consanguinei sui *Jacobi* * *Regis Scotorum*, tàm per Terram & Aquam, quàm per Mare, transeundo & proficiscendo, & exinde in dictum Regnum Regis Angliæ, per Terram, Aquam, & Mare prædicta, conjunctim, vel divisim, revertendo, ibidem morando & perhendinando, ac exinde in dictum Regnum Scotiæ se divertendo & redeundo, necnon Bona, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.*

* X. 175.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium*, Decimo Octavo Die Februarii.

Per Concilium.

Pro Burgensibus de Haresleu.

Ann. D. 1422. An. 9. H. 5. Pat. Norm. 9. H. 5. m. 7.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Ut Villa nostra de Haresleu (quam specialis amplectimur prærogativâ dilectionis) sui Status ampliora percipiat Incrementa,

De Gratia nostrâ speciali, *Concessimus*, dilectis Ligeis nostris, *Burgensibus & Habitatoribus Villæ nostræ prædictæ* quòd ipsi, usque ad Annum completum, exnunc proximò futurum, Quieti sint & Exonerati de Omnimodis Quartagiis Vinorum, Cervisiarum, & aliorum quorumcumque Portuum, infra eandem Villam Venditorum, Nobis, seu cuicumque alii ad opus nostrum, seu aliorum quorumcumque, quomodolibet Solvendis,

Mandantes, Tenore Præsentium, Ballivo nostro de Caux, ac

REX, *Constabulario Castri sui Dovorriæ*, & Custodi quinque Portuum suorum, & ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

Ann. D. 1422. An. 9. H. 5. Claus. 9. H. 5. m.

Mandamus vobis, firmiter Injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, omnia & singula Naves & alia Vasa, Portagii Viginti & Quatuor Doliorum Vini & ultra, infra Quinque Portus prædictos existentia, arestari,

Et ea usque Portum Villæ nostræ Suthamptoniæ, citra Primum Diem Aprilis proximò futurum, pro Transitu Carissimæ *Consortis nostræ Reginæ* & aliorum in Comitiva sua penes Præsentiam nostram, pro Vadiis nostris, in hac parte rationabiliter solvendis, duci faciatis;

Et hoc nullatenus omittatis.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ *apud Westm.* vicesimo septimo die Februarii.

Per Concilium.

De Capiendo Lampredas pro Rege.

Ann. D. 1422. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 9. dor.

REX, Dilectis sibi, *Henrico Boudier & Johanni des Hayes* de Caudebec, Salutem.

Sciatis quòd Assignavimus Vos, conjunctim, & divisim, ad tot Lampredas vivas, quot infra Ripariam de Sayne, seu alibi extra eandem, inter Civitatem nostram Rothomagi & Villam nostram de Harflieu, in singulis Locis ubi magis habundant, tàm infra Libertates, quàm extra, & in quorumcumque Manibus, citra Vicesimum Diem Martii proximò futurum, reperire poteritis, pro Denariis nostris, in hac parte rationabiliter solvendis, cum omni celeritate possibili, Emendum, Capiendum, & * Providendum, & eas usque dictam Civitatem nostram Rothomagi, penes Cofeirarium nostrum ibidem, de tempore in tempus, Apportandum seu apportari faciendum; * X. 176.

Et ideo Vobis & alteri vestrûm Præcipimus, firmiter injungentes, quòd circa Præmissa diligenter Intendatis, & ea faciatis, & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, Officiariis, & aliis Ligeis & Subditis nostris quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, & alteri vestrûm, in executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c. usque ad prædictum Vicesimum Diem tantummodo duraturas.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, xxviij die Februarii.

REX, Dilectis sibi, *Hugoni Spenser* Armigero Capitaneo de Lillebon, & *Guillielmo Hamell* Vicecomiti ejusdem Loci, Salutem.

Sciatis, *&c. ut supra usque ibi*, extra eandem, *& tunc sic*, inter Lillebon & Harflieu, in singulis Locis, *&c. ut supra, mutatis mutandis, Set Loco* Præcipimus, *dicatur* Mandamus,

Et per tantum tempus duraturas.

Teste ut supra.

De Restitutionibus Fructuum.

Ann. D. 1422. An. 9. H. 5. Norm. 9. H. 5. m. 7. d.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Pandulpho*, eadem gratiâ, *Episcopo Constanciensi*, seu ejus Vicariis in spiritualibus, ac, dilectis sibi in Christo, Cantori & Capitulo Ecclesiæ prædictæ, necnon universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, & eorum Locatenentibus, cæterisque Officiariis, Ministris, Ligeis, & subditis nostris quorum interest, Salutem.

Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quòd, dilectum nobis, Magistrum *Anthonium de Nobilaria*, Doctorem in Decretis, Archidiaconum de Costantyn in Ecclesia supradicta,

Qui Juramentum Fidelitatis ac Sacramentum, debitum de conservando præsentem PACEM, inter præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ & Nos* conclusam & concordatam, fecit & præstitit,

Omnimoda Fructus, Obventiones, *&c. prout in Similibus de Restitutione Literis.*

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, secundo die Martii.

Consimiles Literas habent;

Magister *Silvester Vite* de Pausauro Magister in Artibus, Canonicus in Ecclesia Constantiensi, &c.

Gul-

strorum, Nobilis Viri *Bertrandi de Domasaino* Scutiferi, Domini *Johannis de Fortono* in Decretis Licentiati, & *Johannis de Santerisse* Scutiferi, Consiliariorum nostrorum, ad plenum confidentes,

Nos præfatos, *Bertrandum*, *Johannem*, & de *Santerisse*, Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus, Facimus, Constituimus, &, Tenore Præsentium, Ordinamus nostros Ambaxiatores, Procuratores, Negotiorum Gestores, seu Nuncios speciales, specialiter & expresse ad eundum & Se Repræsentandum coram, Illustrissimis Principibus & Dominis nostris metuendissimis Dominis *Regibus Franciæ & Angliæ*, & eorum quolibet,

Quibus quidem Ambaxiatoribus nostris, & eorum cuilibet, Dedimus, &, Tenore Præsentium, Donamus & Concedimus plenam & liberam Facultatem seu Mandatum speciale cum eisdem Regibus, & eorum quolibet, Tractandi & Concludendi ea super quibus ad præsens eos Transmittimus,

Necnon Promittendi, & in Animam nostram Jurandi, pro & nomine nostro, tenere & servare PACEM FINALEM, ultimò inter Reges prædictos FACTAM, & omnia Puncta & Articulos in Literis dictæ PACIS contentos,

Ac quòd benè & fideliter, posse tenus, dictis Regibus, & eorum cuilibet, Servientes, eis & eorum Præceptis obediemus,

Patriam Linguæ Occitanæ & Comitatum Bigorræ benè & fideliter Regemus pro tempore quo Regimen Linguæ Occitanæ & Bigorræ tenebimus, ipsasque terras Linguæ Occitanæ & Bigorræ eisdem Regibus Restituemus, prout per dictos nostros Ambaxiatores extiterit concordatum,

Et super eis, & Dependentiis ex eis, & eorum quolibet, faciendi & præstandi alia Juramenta, secundum casûs exigentiam, & quæ Nos faceremus & facere possemus seu deberemus si Præsentes existeremus,

Promittimusque, sub Fide & Juramento nostris, & Obligatione omnium Bonorum nostrorum, præsentium & futurorum, tenere & servare quicquid per dictos nostros Ambaxiatores, aut unum ipsorum, super prædictis, aut aliis eis per Nos injunctis, fuerit Passatum, Concordatum, Promissum, seu Juratum, & quòd nunquam, in Judicio, vel extra, directè vel indirectè, veniemus, aut venire faciemus, contra ea, aut aliquid ipsorum, quæ vel quod per prædictos nostros Ambaxiatores, aut eorum aliquem, fuerint Passata, Concordata, Promissa, seu Jurata, Passatum, Concordatum, Promissum, seu Juratum; sed ea tenebimus, & posse tenus servabimus, ac si per Nos personaliter Passata, Concordata, Promissa, seu Jurata extitissent.

In cujus rei Testimonium, in Præsentiâ carissimi Fratris nostri Domini *Cardinalis de Fuxo*, Domini *Bernardi de Gauastano* Militis, & Domini *Arnaldi de Abbatiâ* Consiliarii nostri, Præsentibus nostrum Jussimus apponi Sigillum.

Datum *Lascutz*, die xxx Mensis Octobris, Anno Domini M. CCCC. xxj.

Ainsi signee,

Per Dominum Comitem.

M. D'ANOSSIO.

NOUS avons fait, pour & ou nom & en l'Ame de mon dit *Sieur le Conte*, le Serement de la PAIX FINAL, derrainement faite entre les diz Treshaulx Tresexcellens & Trespuissans Princes, & leurs Royaumes de France & d'Angleterre, ovec certeins autres serementz, en la maniere q'il s'ensuit.

PREMIEREMENT, nous Jurons & Promettons, ou Nom & en l'Ame de mon dit *Sieur le Conte de Foux*, que a Treshault & Trespuissant Prince *Henry Roy d'Angleterre*, comme a *Gouverneur & Regent du Royaume de France*, & de la Chose Publique d'icellui, & de ses Mandemens, ou Mandement, *Icellui Conte* Entendra & Obeira humblement, loyaument, & diligement, en toutes Choses touchans & concernans le Gouvernement & Regime du dit Royaume de France, & de la Chose publique d'icelluy, subjecte *a Treshault Tresexcellent & Trespuissant Prince, & nostre Soverain Seignieur Charles Roy de France.*

ceulz, mais, en toutes manieres & voyes possibles, tant de Fait, comme de Droit, Resistera a touz ceulx qui vendront, ou attempteront, ou s'efforceront de faire venir, ou attempter, a l'encontre des Choses, Articles, ou Poins dessusdiz, ou d'aucunes d'iceulx,

ITEM, que Nous, ou aucun de Nous, portans les Lettres de la dite PAIX, Retourner devers mon *dit Sieur de Foix*, icellui Seigneur jurera, en sa Personne, la dite PAIX es Mains de Monsieur *le Conte de Longeville* son Frere, ou d'autre ayant Povoir a ce; & que, le plus tost qu'il pourra aprez, la fera Jurer par les Gens des Troiz Estas & Communaultez des bonnes Villes, de ses Terres, & Paiis, estans ou Royaume de France & Duchie de Guienne.

ITEM, que le dit *Monsieur le Conte de Foix* Gouvernera bien, deuement, & loyaument le Paiis de Languedoc, a l'onneur & utilite des diz Roys, & en leur Obeissance le Gardera, & leur Restituera toutesfoiz qu'il leur plaira; & qu'il ne baillera, ou delivera, ou souffrera estre baille ou delivre, le dit Paiis, ne les Citez, Villes, Chasteaulz, ou Forteresses d'icellui Paiis, ne aucunes d'icelles, a quelconque Personne, si non au *Roy nostre Seigneur*, ou a nostre Tresredoubte Seigneur *le Roy Regent* son Beau Filz, ou a leurs Commis & Depputez.

ITEM, que de chascun Capitane & Officer Royal *du Paiis de Languedoc* le dit *Monsieur le Conte* Reccura pareil Serement, & leur fera Jurer la dite PAIX.

ITEM, qu'il Restituera aus diz Roys les Terres de *Leutrel*, *de Tivr*, *de Talemont*, *de Marquefaune*, *& le Conte de Bigorre*, ou cas qu'il ne Monstreroit icelles estre Siennes, dedens le Terme, & par la maniere accorde en certaines Lettres, cy dessoubz Incorporees de Mot & Mot; les quelles Lettres, ou Nom que dessus, Nous avons eu & avons Aggreables.

ITEM, que le dit *Monsieur le Conte* fera diligence d'avoir, ou Service des diz Roys, en sa Compaigne & desoubz Lui, le Nombre de Gens d'Armes & de Trait, dont on a este d'accord par les dites Lettres (c'estassavoir) jusque a Mille & Cinq Cens Payes; & qu'il les employera a faire Guerre a cellui qui *se dit Dalphin*, & a ses Alliez, Adherens, & Complices, Ennemis, Adversaires, Desobeissans, & Rebelles des diz Roys; & fera la plus grant diligence qu'il pourra a Remettre *le Paiis de Languedoc* en la Subjection & Obeissance des diz Roys; & commencera a faire Guerre, & entendre a la Recoverance du dit Paiis, dedens le Premier Jour de Juing prouchainement venant.

ITEM, que le dit *Monsieur le Conte* fera & acomplira, de sa Part, toutes les Choses dont l'en est presentement d'accord, selon la Forme & Teneur des dites Lettres cy dessoubz Incorporees, comme dit est: Et pareillement les Jurera faire & acomplir le dit *Monsieur le Conte* en sa Personne, & en baillera ses Lettres, Confirmatoires de ces Presentes, aus diz Roys, ou a leurs Commis, dedeins le Derrain Jour de Juing prouchain venant: Et ce Promettons & Jurons ou Nom que dessus, en Obligant, pour ce faire & accomplir, tous les Biens, Meubles & Immeubles, du dit *Monsieur le Conte*, & de ses Hoirs, presens & advenir.

Cy s'ensuit la Teneur des Lettres, dont dessus est faite Mention, (Donne a Saint Pharon les Meaulx) en la forme qui s'ensuit,

CHarles, par la grace de Dieu, *Roy de France*, a tous celuz, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Savoir faisons que Nous,

Ayans en memoires la grant & bonne loyalte, que nostre Treschier & feaul Cousin *Jehan Conte de Foxix* a eu tous jours envers
Nous & nostre Seigneurie, * les grans & notables Services qu'il * X;
Nous a faiz de long temps en plusers & diverses manieres, & les 179.
grans Penes & Labours qu'il a souventesfois portez & soustenuz pour noz grans Affaires & Besongnes,

Desirans pour ce Recognoistre les Services de nostre dit Cousin, a fin que, tous jours, de mieulz en mieulz, soit enclin de nous Servir, & Entendre plus diligenmen a tout ce qui pourra estre a l'Onneur & Bien de Nous & de nostre Seigneurie, & que ce soit aux autres Exemple de Bien faire & Nous loyaulment Servir & Amer,

En

Fouix solemnelment Juree en la Presence de nostre dit Filz & Grant Conseil,

Et aprez ce aussi qu'il aura Juree, es Mains de nostre dit *Cousin de Longueville*, les Poins & Articles, contenuz en ces Presentes, & de Servir & Obeir a *Nous*, & nostre dit Filz *le Roy d'Angleterre*, envers & contre Touz,

Nous Voulons & Ordonnons que Icellui nostre *Cousin le Conte de Fouix* ait le Gouvernement de nostre Paiis de Languedoc, si longuement qu'il plaira a *Nous*, & a nostre dit Filz le *Roy d'Angleterre:* & que, durant le temps que Nous & nostre dit Filz vouldrons qu'il ait le Gouvernement, ne le Desmettrons d'icellui, pour y mettre autre Gouverneur; mais, ou cas que Nous vouldrions prendre & metre en nostre Main nostre dit Paiis de Languedoc, nous ferons payer a nostre *dit Cousin* les Arrerages de Gaiges de Lui, & de ses Gens d'Armes & de Trait, de la Retenue que nouvelement lui avons faite, s'aucuns en restoient a paier; &, d'abondant, lui Donnerons, ou cas dessus dit, la some de Vint Mille Escuz d'Or pour une foiz, ou autrement Ordonnerons sur ce a nostre bon plaisir.

ITEM, que des Terres, que nostre *dit Cousin de Fouix* Demande, & dit estre Sienne, & a lui appartenir de son Heritage; Cestassavoir,

La Viconte de *Leutret* en la Seneschaucee de Carcassone, les Villes de *Thor*, de *Talemont*, & de *Marquefaume*, & en li *Seneschaucee de Thoulouse*, & aussi le *Conte de Bigorre*,

Icellui Conte en aura le Gouvernement comme du Paiis de Languedoc.

Et, ou cas que Nous Mettrions le dit Paiis en nostre Main, Ce non obstant, le dit nostre *Cousin de Fouix* aura & tendra le Governement des dites Viconte, Villes, & Conte de Bigorre, ou Nom de Nous, Jusques a Six Ans; dedens les quelz *nostre dit Cousin* sera Tenu de Monstrer, par Justice, devant ceulz qu'il appartendra, se les dites Terres Lui douent appartenir,

Et, ou cas qu'elles seront trouverees estre siennes, par la maniere dessus dit, elles Lui seront de tout baillees & delivrees.

Et, ce, dedeins les diz Six Ans, n'estoit congneu, par Justice, que Icelles Terres de *Leutret*, de *Thor*, de *Talemont*, de *Marquefaume*, & *le Conte de Bigorre*, Lui deussent appartenir, Il les Rendra & delivrera, Realment & de fait, a Nous, & a nostre dit Filz, ou a noz Commis, quant requis en serra, sanz contradiction ou delay quelconques.

Toutes Voyes, se nostre *dit Cousin* fait sa Diligence de Enseigner son Droit, &, Par longueur de Ministres de Justice, ou de nostre Procureur, la cause soit delayee a Juger, le dit temps ne courra Point contre nostre dit Cousin; pendant lequel temps Il pourra mettre & demettre, es Terres dessus dites, quelzconques Officers, a son bon plaisir; & en fera siens les Fruiz, Rentes, & Revenues, & autres Emolumens, sans ce que, en le Fin, Il soit tenu de Rendre ce qu'il en aura prins, suppose que, pur Justice, feust dit que les dites Terres de *Leutret*, de *Thor*, de *Talemont*, de *Marquefaume*, & le *Conte de Bigorre*, ne lui deussent appartenir: Parmi ce, toutes voyes, qu'il paiera les Gaiges des Officers des dites Terres, & supportera & paiera les autres Charges qui y appartienent.

* X. 180. * ITEM, Lui Donnons & Ottroyons, pour Lui, & ses Hoirs, la Partie que Nous avons en la Ville de *Thornay*, en *la Seneschaucee de Thoulouse*; Cestassavoir la Motie d'icelle Ville, avecques les Appartenances; Reservez a Nous les Soverainitez, Hommages, Services, Ressors, qui Nous appartiegnent a cause d'icelle *Ville*.

ITEM, voulons, & Nous plaist, que la Forge de la Monnoye, qui est de present en la Cite d'Appames en la Conte de Foux, demeure ainsi qu'elle est, de la Saint Johan Baptistre Prouchain venans, Jusques a Quatre Ans aprez ensuivans; pourveu que les Officers y soient mis, & demeurent de par Nous, & qu'ilz feront la dite Monnoie pareille a celle que Nous ordonnerons estre faite en nostre dit Paiis de Languedoc.

ITEM, que, si Nous faisons Paix ou Treues avecques aucuns, nostre dit *Cousin de Fouix* y sera comprins, comme nostre uray & loyal Subgiet.

ITEM, que, se quelzconques Personnes faisoient Guerre, ou vouloient porter Dommage a nostre *dit Cousin de Foix* ou a ses Terres, ou aucunes d'icelles, pour ceste cause Nous Lui Aiderons & Secourons, ainsi que deuons faire a nostre bon & loyal Vassal & Subgiet.

ITEM, que, en temps de Paix, nostre dit *Cousin* aura Six vints Hommes d'Armes, & Cinquante Hommes de Trait, de Retenue, pour la seurte du Governement de nostre dit *Paiis de Languedoc*.

ITEM, poura nostre *dit Cousin* pourveoir aux Officers de nostre dit Paiis de *Languedoc*, & des Terres, Villes, & Forteresses dessusdites, & desappointer Iceulz Jusques a ce que *Nous* & nostre

ITEM, que de chacun Capitain & Officier Royal, de nostre dit Paiis de *Languedoc*, nostre *dit Cousin de Foix* Recevra pareil Serement, & leur fera Jurer la dite PAIX FINAL, & les Articles contenus en Icelle; Et pareillement la fera Jurer aux Gens des Troiz Estas & Communaltes des bonnes Villes de ses Terres & Paiis, tant de noitre Royaume, Comme du *Duchie* de *Guienne*;

Et, se Ilz sont de ce faire Reffusans, les Pugnira & Corrigera, & Tous ceulz qui ycelle Paix vouldroient, de Parole, ou de fait, Contredire, Impugner, ou Empescher.

ITEM, Jurera de Restituer a *Nous* & a *nostre dit Filz le Viconte de Leutret*, les Villes de *Thor*, *de Talemont*, *de Marquefaume*, & *le Conte de Bigorre*, ou cas que, dedens le Terme & par la maniere dessusdite, il ne Monstreroit icelles Terre estre siennes.

ITEM, pour ce que Nous avons Voulu, & voulons que, pour Commencer la Guerre par nostre Cousin *le Conte de Fouix* a l'encontre de cellui qui *se dit Dalphin*, & de ses Aliez, Adherens, & Complices, & Ennemis, Rebelles, & Desobeissans de *Nous* & de nostre dit Filz *le Roy d'Angleterre*, soit baillee Charge a *nostre dit Cousin* de Mil & Cinq cens Paies,

Et que les Gaiges Lui seront Paiez, Acompter du Jour des Monstres & Reveues de tel Nombre de Gens qui seront Receuz es dites Monstres & Reveues, Jusques au dit Nombre de Mille & Cinq cens Paies, & au dessoubs, de six Escuz d'Or pour Paie par chascun Mois:

Et Lui sera fait prest, avant qu'il Commence la dite Guerre, de la Some de Douze Mille Sept cens Cinquante Escuz d'Or, sur les Gaiges qui seront deus pour Deux Moiz; & le Residu prendra sur noz Revenues & Droiz de nostre dit Paiis de *Languedoc*, Jusques a entiere Solucion & Paiement de ce qui sera deu aus dites Gens d'Armes & de Trait, pour les dites Deux Mois, au priz dessusdit,

Et, avec ce, aura, pour Mois, pour l'Estat de Lui & des Contes & Barons de sa Compaigne, Sept Cens Cinquante Escuz d'Or.

* Icellui nostre Cousin Jurera & Prometra de faire sa diligence & loyal povoir, d'avoir le dit Nombre des dites Paies, & de les emploier diligenment au Bien & l'Onneur de Nous, & de nostre dit Filz le *Roy d'Angleterre*, * X. 181.

La quelle Guerre il Commencera dedens le Premier Jour de Juing prouchain venans.

Toutes les quelles Choses, Poins, & Articles dessusdiz, ainsi par Nous ottroyez a nostre dit Cousin *le Conte de Fouix*, comme dit est, voulouns avoir & sortir leur plain effect, & les accomplirons, & ferons acomplir, de Point en Point, sans venir au contraire en quelque maniere que se soit.

Si donnons en Mandement a, noz amez & feaulx Conseilliers, les Gens de nostre Parlement & de nos Comptes a Paris, aux Gouverneurs de toutes noz Finances, & a touz noz autres Justicers & Officers, ou a leurs Lieutenanz, que nostre *dit Cousin*, par la maniere que dit est, facent, souffrent, & laissent, chascun en Droyt soy, Joyr & user plainement & paisiblement de nos dite Grace & Ottroy, sans venir au contraire en aucune maniere.

En tesmoing de ce Nous avons fait mettre nostre Seel a ces Presentes.

Donnez *a Saint Faron les Meaulz*, le Troiziesme Jour de Mars, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Vint & ung, & de nostre Regne le xlij.

Ainsi Signee, *par le Roy, a la Relacon du Roy Heritier & Regent de France.*

J. de Rinel.

En Tesmoing de ce Nous, *Bertran de Domasain*, *Jehan de Forton*, & *Jehan de Santerisse*, avons miz noz Seaulz & Saings manuelz a ces Presentes.

Donnez a *Saint Pharon les Meaulx*, le Troiziesme Jour de Mars, l'An de Grace Mille, Quatrecens, Vint & ung.

Bertran de Domasayn.
De Forton.
J. de Santerisse.

Scedula supramemorata.

A *Tout ceulx*, qui ces Lettres verront, *Symon de Champlysant*, Licentie en Loys, Conseillier du Roy mon Sire, & Garde de la Prevoste de Paris, Salut.

Savoir faison que, Pardevant *Jehan de Boute*, & *Jehan de la Mote*, Clers Notaires du Roy mon dit Seigneur, en son Chastelles

Commissio Comitis Fuxi Pro Regimine Linguæ Occitanæ,
SINE CLAUSULA.

Ann. D. 1422. An. 9. H. 5. Ex Autogr. * X. 182.

CHarles, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, a tous ceulx qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Comme, pour Remettre & Reduire a nostre Obeissance & Subjection nostre *Paiis de Languedoc*, & ycellui tenir soubz Nous en Paix, Justice, & bonne * Transquillite, soit besoing & expedient de commettre, depar Nous, Personne de Grant Estat & bonne Auctorite, loyale a Nous, & desirans le Bien de Nous & Utilite du dit Paiis,

Et soyons Informez, tant par grant experience de fait, comme autrement, de la bonne Voulente & Puissance de nostre Treschier & Feal Cousin *Jehan Conte de Fouix*,

Pour ce Nous (ayans tresgrant & singuliere confiance en sa grant Loyaute, Vaillance, & bonne Diligence) icellui, par l'advis & deliberacion de nostre Grant Conseil, Avons Commis, Ordonne, & Deppute, Commettons, Ordonnons, & Depputons, par ces Presentes, Gouvernour, pour & ou Nom de Nous, de nostre *Paiis de Languedoc* & ses appartenances, jusques a nostre bon plaisir,

Et Lui avons Donne, & Donnons, par ces Presentes, plain Pouoir, Auctorite, & Mandement especial de Requerir, pour & en nostre Nom, de tous Prelaz & autres Gens d'Eglise, Nobles, Vassaulx, Citez, Villes, Communautez, Chasteaulx, Forteresses, & quelxconques noz Subgiez du dit *Paiis de Languedoc*, plaine & entiere Obeissance,

De vacquer & entendre, faire vacquer & entendre, au fait de la Justice,

De Recevoir en nostre Grace & Mercy, & Tenir, Garder, Gouverner, & Maintenir, en nostre Obeissance, & en bonne Paix & Justice, toutes Personnes noz Subgiez *du dit Paiis*, estans en icellui, qui a Nous se vouldront Reduire,

De Pugnir & Corriger, & faire Pugnir & Corriger, toutes manieres de Gens, de & pour quelxconques Crimes & Deliz, que ils pourroient avoir commis, en cas de Crime de Leze Mageste, ou autrement, a l'occasion des Discors & Divisions estant en nostre Royaume,

Et de leur Remettre & Pardonner,

Et leur en Bailler Lettres de Remission, Pardon, & Quittement, se mestier est,

Vobis, & cuilibet vestrûm, prout ad eum pertinuerit, Mandamus quòd præfatos *Capitulum & Canonicos*, *Capellanos*, & alios, omnimoda Proficua, Obventiones, Redditus, Fructus, & Emolumenta quæcumque, unà cum Arreragiis eorumdem, ad ipsos quovis modo spectantia sive pertinentia, & quæ hactenus rationabiliter habere & percipere consueverunt,

Tàm illa quæ supra Domanium & Receptam nostra per manus Receptorum & Officiariorum nostrorum, quàm ea omnia & singula quæ supra Temporalitatem Archiepiscopatùs Rothomagensis, propter absentiam Archiepiscopi loci illius, in manibus nostris de præsenti existentis, infra Villam nostram de Dieppe & alibi percipere & habere solebant,

Usque dictum Festum Sancti Johannis habere, percipere, & colligere, ac inde liberè disponere, necnon Libertatibus & Privilegiis suis, per ipsos seu eorum Prædecessores ante hæc tempora rationabiliter usitatis, uti & gaudere permittatis, & etiam inde respondeatis prout ad quemlibet vestrûm pertinet, ac ab aliis quibuscumque integrè & plenariè responderi faciatis,

Ipsosque, & eorum singulos, ac ipsorum Procuratores & Attornatos, ad Prosequendum, Defendendum, coram vobis, & singulis vestrûm, in quibuscumque Placitis & Querelis, motis vel movendis per ipsos, vel contra ipsos, de & super Præmissis, vel aliquo Præmissorum, * liberè & absque difficultate aliquâ, usque

* X.100.

idem Festum Sancti Johannis, recipiatis & admittatis; quia sic volumus fieri de Gratia nostra speciali; aliquo Mandato nostro, vobis seu alicui vestrûm in contrarium facto, non obstante.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, tricesimo die Martii.

De Ratificatione.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Ibid. m. 25.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Volentes Securitati, dilecti nobis, *Richardi Granger* Clerici, Magistri sive Custodis Personatùs de Planes, Lexoviensis Diœcesis, providere, Statum & Possessionem, quos idem *Richardus* habet in Personatu prædicto, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, Acceptamus, Approbamus, & Ratificamus,

Nolentes quòd ipse, super Possessione sua Ecclesiæ prædictæ, ratione alicujus Juris vel Tituli, quod vel qui nobis competit, seu Nobis aut Hæredibus nostris in futurum competere poterit, per Nos vel Hæredes nostros, seu Ministros nostros quoscumque, futuris temporibus, impetatur, inquietetur, molestetur in aliquo, seu gravetur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, primo die Aprilis.

De Permutatione.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Ibid. m. 26.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Episcopo Constanciensi*, Salutem.

Cùm *Johannes de Couvert* Capellanus, Parsona Ecclesiæ Parochialis beatæ Mariæ de Champ du Boul vestræ Diœcesis, & *Galfridus de la Fontellaye*, Capellanus Capellæ sive Capellaniæ Sancti Gelbolt in Ecclesia Cathedrali Bajocensi, Beneficia sua hujusmodi intendant, ut asserunt, adinvicem canonicè permutare,

Nos ad prædictam Ecclesiam de Champ du Boul, ad nostram Donationem spectantem ut dicitur, præfatum *Galfridum*, ex causa hujusmodi Permutationis faciendæ, vobis Præsentamus,

Intuitu caritatis rogantes quatinus ipsum *Galfridum* ad Ecclesiam prædictam ex causa prædicta admittatis, & Personam instituatis in eadem.

Omnimoda Fructus, Redditus, Obventiones, & Emolumenta, de Beneficio suo prædicto provenientia, ac Arreragia inde debita, si quæ fuerint,

Solummodo Reservatis hiis, quæ circa Reparationes, & in Sustentationem Divini Cultûs, ac Onera ordinaria & alia rationabilia applicantur,

Habere & Tenere,

Et ipsum *Marcum* Fructibus, Redditibus, Obventionibus, & Emolumentis illis de cætero uti & gaudere pacificè permittatis; aliquo Mandato nostro, vobis in contrarium directo, non obstante.

Teste meipso apud *Castrum nostrum Rothomagi*, Quarto die Aprilis.

---

* *Pro Viagio Katerinæ Reginæ.* * X.201.

REX, Venerabilibus in Christo Patribus, *Henrico Wyntoniensi*, & *Thomæ Dunolmensi*, *Episcopis*, Salutem. Ann. D. 1422.

Sciatis quòd Nos, An. 10.

De Fidelitate & Circumspectione vestris pleniùs confidentes, H. 5.

Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad Monstrum sive Pat. 10.

Monstrationem, carissimi Fratris nostri, *Johannis Ducis Bedfordiæ*, ac Hominum ad Arma, Armatorum, & Sagittariorum in H. 5. m. 16. d.

Comitivâ suâ, ad partes Franciæ, penes Præsentiam nostram, in proximo profecturi apud Letleyheth Capiendum & Supervidendum,

Et ad Nos & Concilium nostrum inde, ac de modo, formâ, & sufficientia Arraiationis eorumdem, distinctè & apertè, Certificandum & Reportandum;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ:

Damus autem præfatis Hominibus ad Arma, Armatis, & Sagittariis, ac aliis, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quòd vobis, & alteri vestrûm, in Executione Præmissorum, pareant, obediant, & intendant, prout decet.

In cujus, &c.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ* Custode Angliæ apud *Sothampton*, Sexto die Aprilis.

Per Concilium.

REX, dilecto Clerico suo, *Willielmo Kynwolmersh* Thesaurario Angliæ, ac, dilecto sibi, *Johanni Overdale* Armigero, Salutem.

Sciatis, *&c. ut supra usque ibi*, Monstrationem, *& tunc sic*, Hominum ad Arma, Armatorum, & Sagittariorum Hospitii nostri, in Comitiva, carissimæ Consortis nostræ, *Katerinæ Reginæ Angliæ*, ad partes Franciæ, penes Præsentiam nostram, in proximo profecturorum, apud le Wyndemylle, juxta Tychefel, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

REX, dilecto Clerico suo, Magistro *Johanni Stafford* Custodi Privati Sigilli nostri, ac, dilecto & fideli suo, *Waltero Sandes* Militi, Salutem.

Sciatis quòd, *&c. ut supra usque ibi*, Monstrationem, *& tunc sic*, Hominum ad Arma, Armatorum, & Sagittariorum, qui ad proficiscendum ad partes Franciæ, penes Præsentiam nostram, nobiscum Indentârunt, & de Hospitio nostro seu Retinentiâ, carissimi Fratris nostri, *Johannis Ducis Bedfordiæ* non existunt, apud Hampton Heth Capiendum, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

De Festinando ad Comitem Sarum.

REX, *Ballivo suo de Rouen*, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem. Ann. D. 1422.

Mandamus vobis, firmiter injungentes, quòd statim, visis præsentibus, in singulis Locis, infra Ballivam vestram, ad hoc consuetis, publicè ex parte nostrâ Proclamari faciatis & districtè Mandari, An. 10. H. 5. Norm. 10. H. 5.

Quòd omnes & singuli Ligei nostri, de Regno nostro Angliæ, m. 24. d.

& generaliter omnes & singuli Homines ad Arma & Sagittarii,

Exceptis solis Soldariis, qui, de Mandato Capitaneorum suorum, super Custodia Locorum, eis commissorum, manere debebunt,

Penes, carissimum Consanguineum nostrum, *Thomam Comitem Sarum*, apud Villam nostram de Mante, certis arduis & urgentibus

Ibid. REX, *Capitaneo de Caen*, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

Mandamus vobis, firmiter injungentes, quòd omnes & singulos Homines ad Arma & Sagittarios de Garnisione vestra,

Exceptis solis illis, quos, pro salva & secura Custodia ejusdem Garnisionis juxta vestræ discretionis arbitrium, necesse fuerit illic remanere,

Penes, Carissimum Consanguineum nostrum, *Thomam Comitem Sarum*, certis magnis & urgentibus de Causis, omni dilatione postposita, ad Villam nostram de Mante transmittatis,

Mandantes eisdem, ex parte nostra, quatinus, omni excusatione cessante, ad eundem Consanguineum nostrum indilate veniant, sub Pœna Forisfacturæ omnium quæ Nobis forisfacere poterunt, & Imprisonamenti Corporum suorum ad voluntatem nostram,

Et, si quos ex eis, post Tres Dies, postquam præsens Mandatum nostrum receperitis, inveneritis a retro existere, seu negligere sic, ut præfertur, ad dictum Consanguineum nostram venire, eos sine dilatione, omni favore postposito, capiatis & arestetis, unà cum Equis, Rebus, & Bonis suis quibuscumque, & in salva Custodia poni faciatis, quousque pro eorum Deliberatione aliud a nobis habueritis in Mandatis;

Et hoc, sub Fide & Ligeantia, quibus nobis tenemini, nullatenus omittatis:

Et de omni eo, quod feceritis in hac parte, & de Nominibus & Numero eorum, quos, ut præfertur, dicto Consanguineo nostro transmiseritis, ipsum vestris Literis certificetis indilatè.

Teste ut supra, vij die Aprilis.

Consimilia Brevia diriguntur Capitaneis subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Capitaneo Dargenthen vel, &c.
Capitaneo de Harefleu vel, &c.
Capitaneo de Caudebec vel, &c.
Capitaneo de Falaise vel, &c.
Capitaneo de Honneflieu vel, &c.
Capitaneo de Touque vel, &c.
Capitaneo de Courton vel, &c.
Capitaneo de Portandemer vel, &c.
Capitaneo de Beaumesnill vel, &c.
Capitaneo de Lisieux vel, &c.
Capitaneo de Lilbon, vel, &c.

De Restitutione.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Ibid. m. 15. d.

REX, Venerabili in Christo Patri, *N.* eadem gratiâ, *Episcopo Bajocensi*, Salutem.

Ex parte *Thomæ Parquelenee* Capellani, Bacallarii in Decretis, & ut asserit, Curati Ecclesiæ Parochialis Sancti Vigoris de Amayo, vestræ Diœcesis, Jurati Ligei nostri, Nobis est humili Supplicatione monstratum,

Quod ipse Aurelianis, ex causa Studii, & non aliâ, per Sex Annos & ultra stetit,

Quòdque jam pridem, cùm ad aures suas pervenit quòd ipse, unà cum aliis ad Residendum super Beneficium suum, & ad præstandum Juramentum Nobis debitum, vocatus esset, mox, cum hujusmodi rei notitiam habuerat, a prædicto Loco Aurelianen, absque mora recessit, se divertendo versus Nos, & Ducatum nostrum Normanniæ, ac Curam suam prædictam,

Set, obstantibus Viarum periculis, & aliis nonnullis Impedi-
*X. 203. mentis Facti, quæ * sibi in Itinere supervenerunt, ad infra Diem limitatum venire nullatenus potuerit,

Unde,

Timens ne ex eo impedimentum sibi fiat circa Titulum, Jus, & Possessionem, quæ in dicto Beneficio suo optinuit, necnon circa Fructus, Redditus, & Proventus ejusdem,

Nobis supplicavit sibi per Nos de Remedio in hac parte providere oportuno.

ventibus, Collegiis, & cæteris Personis Ecclesiasticis, Exemptis, & non Exemptis, dictarum Civitatis & Diœcesis (cujuscumque Præeminentiæ, Dignitatis, Statûs, ac Conditionis existant) Partem prædictæ Decimæ, sic a retrò existentem, Colligatis, Levetis, & Recipiatis, seu Colligi, Levari, ac Recipi per eundem Magistrum *Gervasium*, aut alium, pro quo de Parte dictæ Decimæ, sic a retrò existentis, Nobis respondere volueritis, dando eidem Magistro *Gervasio*, vel alii, quem ad id duxeritis deputandum, vestras in ea parte Commissionis Literas, ac plenam & sufficientem in hac parte Potestatem, & Nobis seu Thesaurario nostro Normanniæ, in Villa nostra Cadomensi, infra Quindecim Dies proximò futuros a tempore receptionis Præsentium integraliter solvatis, seu solvi faciatis,

Et Personas Ecclesiasticas quascumque supradictas, omni dilatione postpositâ, per Monitiones & Censuras Ecclesiasticas in eorum Personas, & Interdicti Sententias in eorum Loca, fulminandas, & alias quascumque vias & modos legitimos, ad Solutionem dictæ Partis Decimæ hujusmodi, sic a retrò existentis, dictis die & Loco, ut supradictum est, faciendam, coherceatis, & faciatis contra easdem debitam Executionem, &, si opus sit, per Invocationem Brachii Secularis prædictas Personas ad Solutionem dictæ Partis hujusmodi Decimæ, sic a retrò existentis, compellatis, seu compelli faciatis cum effectu, taliter a Nobis valeatis de prompta diligentia commendari.

Damus autem universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, Officiariis, & Ministris nostris, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quòd Vobis, & Deputatis vestris in hac parte, quotiens opus fuerit, & per vos, seu hujusmodi Deputatos vestros, in Auxilium & Executionem Præmissorum fuerint requisiti, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes,

Et Personas Ecclesiasticas quascumque, quæ de solvendo Summas, a se, ratione Decimæ prædictæ, seu Partis ejusdem, debitas, seu a retro existentes, negligentes fuerint vel remissi, per Bonorum suorum Explectationem, ac Corporum suorum Captionem & Incarcerationem si necesse fuerit, & aliis quibuscumque viis & modis congruis, cogant & compellant, seu cogi & compelli faciant indilate, Appellationis & alterius cujuscumque dilationis seu contradictionis obstaculo non obstante.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, viij die Aprilis.

** Pro Comitiva Katerinæ Reginæ in præsenti Viagio.* *X. 204.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Pruss Cler. Pell.

HEnri, par la grace de Dieu, *Roy d'Engleterre*, *Heriter & Regent du Royaume de France*, & *Seigneur d'Irland*, as Tresorer & Chamberlains de nostre Eschequer, Saluz.

Nous volons, de l'assent de nostre Counseil, & vous Mandons, que des Issues & Profitz, provenantz des Terres, n'adgaires en Dowit assignez a *Johan Reigne d'Engleterre*, facez paier; c'est assavoir,

A *Katerine*, n'adgaires *Feme de Henri Noon* Chivaler, & *Isabelie*, que feuit *la Feme de Johan Godard* Chivaler, a chescune de eles vynt Livres,

A *Johane Bealknap*, *Johane Troutbek*, *Johane Courcy*, & *Agneys*, Damoiselles *de nostre Treschere Compaigne*, a chescune de eles Dys Liures,

Et a *Guilmote*, Damoiselle de la Chambre *de mesme nostre Compaigne*, Cent Souldz,

A avoir, de regard de nostre Donn, pour les Coustages & Expenses, queux leur coviendra faire & sustenir en venant presentement, devers Nous, en Royaume de Fraunce, en la compaignie *de nostre Compaigne susdite*.

Don. souz nostre Prive Seal, *a nostre Ville de Southampton*, le xiv Jour d'Averill, l'An de nostre Regne Disme.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes, usque Quintum Diem Maii proximò futurum inclusivè duraturas.

Teste *Johanne Duce Bedfordiæ*, Custode Angliæ, apud *Letley*, xiv die Aprilis, Anno Regni nostri Decimo.

Per Concilium.

Pro Ambassiatoribus Comitis de Foix.

Ann. D. 1422. *An.* 10. *H.* 5. *Brev. de Term. Pasch.* 10. *H.* 5. *Pell.*

HEnry, par la grace de Dieu, *Roy d'Engleterre, Heriter & Regent du Royaume de France, & Seigneur d'Irland*, as Tresorer & Chambellains de nostre Eschequier, Saluz.

Nous Volons, de l'advise & assent de nostre Prive Conseil, & Vous Mandons que au Mester *Johan de Forton*, *Bertrand de Domasain*, & a *Johan de Sauterise*, Ambassitours de, nostre Treschier Cousin, *le Count de Foix*, facez paier, de nostre Tresor, *Sys Mille*, *Noefe Centz*, *Cinquant & quatre Nobles*, *Deux Souldz*, & *Oept Deniers*; Recevant d'eux Soufficeantes Lettres, desouz leurs Seales, Tesmoignantz la Receite de mesme la *Somme*.

Donne, souz nostre Prive Seel, *a nostre Ville de Southampton*, le xviij jour d'Averill, l'An de nostre Regne Disme.

• X.205. * *Acquitantia Ambassiatorum Comitis Fuxii de Recepta vi M. ix C. liv. Nobilium Angliæ & unius Scuti, solutorum illis, per Henricum Quintum Regem Angliæ, in plenam Solutionem xii M. viiC. l. Scutorum debitorum eidem Comiti per Carolum Regem Franciæ.*

Ann. D. 1422. *An.* 10. *H.* 5. *Ex Autogr.*

IN DEI NOMINE, AMEN.

Per præsens Publicum Instrumentum Cunctis appareat evidenter quòd, *Anno ab Incarnatione Domini*, secundum Cursum & Computationem Ecclesiæ Anglicanæ, Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo secundo, Indictione Quintadecima, Pontificatûs sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini *Martini* divinâ providentiâ *Papæ Quinti* Anno Quinto, & Regni *Henrici Quinti*, *Regis Angliæ*, *Hæredis & Regentis Regni Franciæ*, & *Domini Hiberniæ* Illustrissimi Decimo, Mensis Aprilis Die Vicesimâ primâ, in Hospitio habitationis, venerabilis Domini, Domini *Thesaurarii Angliæ* (videlicet) in Aula ejusdem Hospitii, in Parochia Sanctæ Crucis Villæ Southampton situati, & in mei *Johannis Huge*, Auctoritatibus Apostolicâ & Imperiali Notarii publici & Testium subscriptorum præsentia constituti personaliter, Reverendi & Discreti Viri, *Bertrandus de Domasamo*, *Johannes de Fortono*, & *Johannes de Santerisse*, Ambassiatores, Procuratores, ac Nuncii, Sublimis & Magnifici Domini, Domini *Johannis Comitis Fuxi*, prout asseruerunt, tunc ibidem, quandam Literam Acquitantiarum, sive Quitationum, & Exonerationum, cujusdam Summæ Pecuniarum in se continentem, Sigillis suis signatam, prout fatebantur & recognoverunt, & eorum quilibet fatebatur & recognovit, præfato Reverendo Domino, Domino *Thesaurario Angliæ*, præsentarûnt & obtulerunt tunc ibidem,

Cujus quidem Literæ Tenor sequitur in hæc verba,

OMNIBUS, ad quos præsentes Literæ pervenerint, nos, *Bertrandus de Domasanio*, *Johannes de Fortono*, & *Johannes Santerisse*, Ambassiatores, Procuratores, ac Nuncii, Sublimis & Magnifici Domini, Domini *Johannis Comitis Fuxi*, NOTUM FACIMUS quòd,

Cùm nuper in quodam Tractatu, habito inter Serenissimum in Christo Principem *Karolum Regem Franciæ*, parte ex una, & Nos Ambassiatores antedictos, ex altera, inter cætera, concorditer Appunctuatum extiterit & Conclusum, quòd, dictus Illustrissimus Princeps, *Karolus Rex Franciæ Duodecim Milia*, *Septinginta*, *Quinquaginta Scuta Auri Domino nostro Comiti* supradicto, certis de causis, in dicto Tractatu expressatis, benè & fideliter solvere, solvive faceret, prout in Literis super hoc confectis apertiùs continetur,

Noverint *Universitas vestra* Nos, Ambassiatores supradictos, vice & nomine Domini nostri *Comitis* sæpedicti, loco dictorum *Duodecim Milium*, *Septingintorum*, *Quinquaginta Scutorum* Auri, Summam *Sex Milium*, *Nongentorum*, *Quinquaginta quatuor Nobilium Angliæ & unius Scuti* Auri a, Serenissimo in Christo Principe ac Domino nostro metuendissimo, *Henrico*, Dei gratiâ, *Rege Angliæ*, *Hærede & Regente Regni Franciæ*, per manus, Venerabilis & Egregii Domini, Domini *Thesaurarii sui Angliæ*, hac die præsenti, HABUISSE & integraliter RECEPISSE, pro Summa ...

DE FORTONO.
JOHAN DE SANTERISSE.

Consequenter verò, post hujusmodi Literæ Præsentationem & Obligationem, & præmittitur, præfati Ambassiatores *Domini Comitis* prænotati fatebantur & recognoverunt se de dicta Pecuniarum Summa fore penitùs & effectualiter Solutos,

Ac Cautionem Juratoriam, Nomine ejusdem *Domini Comitis*, Domini sui sæpedicti, de ulterius dictam Pecuniarum Summam non petendo, seu quovis modo exigendo, mihi Notario supradicto, vice & nomine omnium & singulorum, quorum interest in hac parte, palàm, & publicè, ac Solempniter Stipulanti & Recipienti, præstiterunt tunc ibidem.

Acta sunt hæc, prout suprascribuntur & recitantur, sub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, Mense, Die, & Loco, ac Regno Regis, supradicti,

Præsentibus tunc ibidem,
Venerabilibus ac Reverendis Viris & Dominis; videlicet,
Reverendo in Christo Patre & Domino, Domino *Thoma Dunolmense Episcopo*, & Cancellario Angliæ,
Et Domino *Johanne Stafford* Custode Sigilli Privati Angliæ,
Testibus ad Præmissa vocatis & in debita Juris forma requisitis.

Et ego verò Johannes Huge *Clericus Sarum Diœcesis*, *publicus Auctoritatibus Apostolicâ & Imperiali* Notarius, *præmissæ Literæ Præsentationi & Oblationi, Confessioni ac Recognitioni, necnon & Cautionis præstationi, cæterisque omnibus & singulis, dùm sic, ut præmittitur, sub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, Regno Regis, Mense, Die, & Loco supradictis, agebantur & fiebant, unà cum prænominatis Testibus, præsens ipse interfui, eaque omnia & singula sic fieri vidi & audivi, manuque propriâ scripsi & publicavi, ac in hanc publicam formam redegi, Signoque & Nomine meis solitis & consuetis, quibus utor, signavi, in fidem & testimonium omnium & singulorum Præmissorum.*

Constat michi Notario publico antedicto de Rasuris horum verborum, *Domasain* in quartâ, *sui Angliæ* in duodecimâ, & *nomine ejusdem Domini* in decimâ octavâ Lineâ, computando & descendendo a principio præsentis publici Instrumenti:

Constat eciam de Interliniaria hujus verbi *Anno* supra secundam subscriptionis hujus publici Instrumenti; quæ omnia approbo, & vitium reputo non errorum proprium, defectum corrigendo, ego Notarius sæpedictus.

Constat eciam michi Notario memorato de Rasura hujus Nominis (*Thoma*) in penultimâ lineâ præsentis Instrumenti, quod eciam approbo, defectum corrigendo.

De salvo Conductu pro Duce Britanniæ.

Ann. D. 1422. *An.* 10. *H.* 5. *Norm.* 10. *H.* 5. *m.* 24.

REX Universis & singulis Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Gentibus Armorum & de Tractu, Ligeis, Subditis, & Vassallis, tàm praecarissimi *Patris nostri Franciæ* quàm *Nostris*, ubilibet constitutis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quod,

Cùm, carissimus Frater noster, *Johannes Dux Britanniæ*, pro Bono Pacis, usque Præsentiam nostram accedere desideret ut accepimus,

Nos (Securitati suæ & eorum de Comitiva sua in hac parte providere volentes) Suscepimus *ipsum Fratrem nostrum*, usque Præsentiam nostram, unà cum Baronibus & aliis de Comitiva sua (cujuscumque Statûs, Gradûs, aut Conditionis fuerint) Armatis, vel non Armatis, usque ad Numerum Mille Personarum, vel infra, Equestre, vel Pedestre, cum Armaturis, Libris, Literis, Jocalibus, Bonis, Manticis, Bogeis, Baggagiis, & aliis rebus suis quibuscumque, per omnia Dominia, Districtus, & Potestatem *ipsius Patris nostri* atque *Nostra*, ex causa prædicta, Veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abinde ad partes suas proprias salvò & securè Redeundo, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales.

Et ideo vobis, Ligeis & Subditis prædicti *Patris nostri*, ex parte sua & nostra, ac Ligeis & Subditis nostris, Præcipimus & Mandamus quòd ipsum *Fratrem nostrum, &c. prout in similibus de Conductu Literis, usque ad hæc verba,*

Et si contingat aliquem hujusmodi Venientium aliquid, in prædicti *Patris nostri* aut *Nostri* Contemptum vel Præjudicium, aut Populi

usque Præsentiam nostram prædictam, pro Bono Pacis, mittere proponat ut accepimus,

Nos, ipsos Quatuor Prælatos & Sex Barones (quos ad hoc duxeri deputandos) usque Præsentiam nostram, cum Militibus & aliis Gentibus suis in Comitiva sua, usque ad Numerum Trescentarum Personarum vel infra, cujuscumque Statûs, Gradûs, *&c. ut supra usque ibi*, debitè reformari, *& tunc sic*,

Proviso semper quòd nullus cum præfatis Prælatis & Baronibus venientium quicquam, *&c. ut supra usque ibi*, debitis & condignis, *& tunc sic*,

Proviso etiam quòd in Literis Potestatis, præfatis Prælatis & Baronibus, ut præfertur, dandis, contineatur quòd iidem Prælati & Barones, sic mittendi, Nobis possint & debeant promittere & Nos assecurare quòd, quodcumque Juramentum iidem Prælati & Barones, nomine *ipsius Fratri nostri* ac Trium Statuum prædictorum, præstiterunt,

Sit de PACE, inter præcarissimum *Patrem nostrum Karolum Regem Franciæ & Nos* ac Franciæ & Angliæ Regna nuper conclusâ & concordatâ, CUSTODIENDA & OBSERVANDA, seu aliud quodcumque,

Idem Frater noster nichilominus in Persona sua idem Juramentum iterabit & præstabit,

Et super hujusmodi Juramento, dùm fuerit per eum præstitum, suas Literas, suo Magno Sigillo Sigillatas & manu suâ propriâ signatas, tradet aut mittet Nobis, cum effectu, infra Viginti Dies a tempore prædicti Juramenti præstiti per præfatos Prælatos & Barones, sub Ypotheca & Obligatione omnium Bonorum suorum, mobilium & immobilium;

Proviso insuper quòd præfati Prælati & Barones præmittant quosdam, *&c. ut supra usque ibi*, de adventu suo ad eadem, *& tunc sic*,

In cujus, &c. usque Quintumdecimum diem Julii proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, Vicesimo quarto die Aprilis.

De salvo Conductu pro Triginta Personis de Britannia.

Ann. D. 1422. *An.* 10. *H.* 5. *Ibid.*

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Pentecostes proximo futurum duraturas, suscepit in salvum, &c. Triginta Personas (cujuscumque Statûs, Gradûs, aut Conditionis fuerint) Armatas vel non Armatas, quas carissimus Frater Regis, *Johannes Dux Britanniæ* penes Regem, pro Bono Pacis, mittere voluerit,

Usque Præsentiam Regis, ubicumque ipsum fore contigerit, Pedestrè, vel Equestrè, unà cum Libris, Literis, Manticis, Bogeis, Bonis, Rebus, Cariagiis, & Hernesiis suis quibuscumque, veniendo, ibidem morando, & exinde salvo & securè ad propria redeundo.

•X.108. • Proviso semper quòd Personæ prædictæ quicquam, quod in prædicti Regis, &c.

Quodque ipsi nullum Castrorum, &c.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem.

Pro Priore & Conventu de Bernay.

Ann. D. 1422. *An.* 10. *H.* 5. *Norm* 10. *H.* 5. *m.* 23. *d.*

REX, dilectis & fidelibus suis, *Thesaurario nostro Generali Normanniæ, &c.* Salutem.

Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quòd, dilectos nobis in Christo, *Priorem & Conventum Abbatiæ beatæ Mariæ de Bernay* omnimoda Fructus, Obventiones, Proficua, & Emolumenta quæcumque Temporalium Abbatiæ prædictæ, sibi, infra Ducatum nostrum Normanniæ, pertinentia & spectantia, usque Festum Sancti Michaelis proximò futurum, Levare, Percipere, & Habere, ac eisdem interim liberè & absque

in:

The qwhilk Articles and your Letter I have closed in this Letter, qwhilke thei have sent to the Empror,

And thereupon he sent hem word, that rader he wolde be Dede or he wold sustene hem in thare Malesse.

And they have ansferd him agayne, that thei will rather Dye than goe frome thare Beleve.

And like your Graciouse Lordschip for to knaw, that there is a grete Power of hem, bothe of Lordys, Knyghts, and Squiers; bot the grettiste Power is of Communers: and therefore the Empror Gedirse all the Power that he may, for to gone into Boheme opon hem, and knawse no nother, ne no Man that is about him, bot that he is like to have a grete Batelle with hem: and therefore the Empror hase charged me habyde, and see an ende lyke of he did qwen he went out of Hungare agaynes the Turkys,

And therefore I beseke zowe, of zour graciouse Lordschip, als hauley and als mekely of any poure Servaunt may done unto his Lord, that ze be noht displesid of my lang habyding from zow; for I think for to come unto zow in a short tyme, be the Grace of God, and bringe zowe redy worde of alle manere thing qwilk I have noht wryte unto your graciouse Lordschip at this tyme,

For I wold noht byde soe longe frome zowe, savyng that I here such Tydings of zowe, that all zour Frendis be glad ther of zow and zoure Werres, whom God save and kepe alle wey frome evell.

Writen at *Swyner*, at departing of • the Emperor going into Boheme, in the Fest of Sayn Vitale Martyr. •X. 109.

Be zour poure Servaunt,

HERETONG CLUX.

Serenissimi Principi Henrico, Franciæ Angliæque Regi, ac Domino Hiberniæ, Domino meo Metuendissimo.

Contra Ecclesiasticos hinc inde vagantes, ad Loca Inimica se transferentes, & Fructus Beneficiorum percipientes, cum penitus nescitur Jurati sint necne, an Non-Jurati.

REX *Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopatûs Rothomagensis*, Salutem. Ann. D. 1422.

Cùm nonnullæ Personæ Ecclesiasticæ Ducatûs nostri Normanniæ, & maximè Seculares, prætendentes se Fideles & Subditos nostros, & Juramenta Fidelitatis aut Ligeantiæ, necnon PACIS, inter Præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & Nos nuper, auctore Deo, firmatæ, præstitisse, in eundem Ducatum nostrum, & per eum, & abinde de Regno ad Regnum, de Provincia ad Provinciam, ubilibet liberè se transferant, etiam ad Loca præcarissimo Patri nostro Franciæ & Nobis Rebellia & Inimica, Causas & Occasiones hujusmodi Accessuum & Recessuum suorum pro suæ libito voluntatis confingentes,

An. 10. *H.* 5. *Norm.* 10. *H.* 5. *m.* 22. *dor.*

Quorum nesciuntur Nomina & Cognomina, & an nostri Fideles & subditi fuerint, aut Juramenta supradicta Nobis præstiterint, ignoratur,

Fructusque, Redditus, & Proventus Beneficiorum suorum, per se, & suos, in eâ parte, Fautores, Procuratores, Parentes, Affines, & Adhærentes, ex integro percipiunt, & eosdem nonnunquam a dictis Ducatu & Partibus extrahunt, diripiunt, & transportant ad Loca supradicta, in Divini Cultûs & Ecclesiarum diminutionem & detrimentum, ac Nostri nostræque Rei publicæ dispendium non modicum & gravamen, ut informamur,

Nos (cupientes in eâ parte de Remedio congruo provideri) vobis, Tenore Præsentium, significamus quòd omnium & singulorum Virorum Ecclesiasticorum, Regularium & Secularium, Exemptorum & non Exemptorum, in vestris Civitate & Diœcese Beneficiatorum, & imposterum Beneficiandorum, Nomina & Cognomina in Scriptis redigatis,

Assi-

In cujus, &c.
Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, primo die Maii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis; videlicet,

Venerabili in Christo Patri Episcopo Abrincensi *aut ejus in Spiritualibus Vicariis Generalibus.*

Venerabili in Christo Patri Episcopo Constanciensi, *&c.*

Venerabili in Christo Patri Episcopo Bajocensi, *&c.*

Vicariis in Spiritualibus Episcopi Ebroicensis, *ipso Episcopo in remotis agente.*

Vicariis in Spiritualibus Episcopi Lexoviensis, *ipso Episcopo, &c.*

Vicariis in Spiritualibus Episcopatûs Sagiensis, *Sede ibidem vacante.*

*X. 210.

* *De Ratificatione.*

Ann. D. 1422. *An.* 10. *H.* 5. *Ibid. m.* 29.

REX Omnibus, ad quos, &c.

Notum facimus quòd,

Si Cantoria in Ecclesiâ Cathedrali Lexoviensi (quam, dilectus, nobis, Magister *Johannes Viberi* in Ecclesiâ prædictâ dicit se pacificè possidere) Prædecessorum nostrorum vel nostris temporibus in Regaliâ vacaverit, aut vacet ad præsens,

Propter quod ad ipsos Prædecessores nostros, vel ad Nos, ipsius Cantoriæ Collatio, Jure Regaliæ, pertinuerit, aut ad Nos pertineat quovis modo,

Nos ipsam Cantoriam dicto *Johanni Contulimus* & *Conferimus* per Præsentes,

Intuitu Pietatis & de Gratiâ speciali, dilectis Nobis in Christo, *Vicariis in Spiritualibus Episcopi Lexoviensis*, ac Decano & Capitulo Ecclesiæ prædictæ, Mandantes quatinus præfatum *Johannem* in dictæ Cantoriæ Possessionem manuteneant & conservent,

Et eidem de Fructibus, Redditibus, Obventionibus, Emolumentis, & Juribus universis, ad eandem spectantibus, respondeant, aut faciant integrè responderi:

Concessimus insuper eidem *Johanni*, & *Concedimus* per Præsentes, de Gratiâ supradictâ, ut, virtute Collationis nostræ, Possessionem ipsius Cantoriæ nullatenus de Novo adipisci teneatur, Usu, Stilo, Consuetudine, Observantiâ, vel Editis contrariis, non obstantibus quibuscumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, primo die Maii.

De Restitutionibus Fructuum.

Ann. D. 1422. *An.* 10. *H.* 5. *Ibid. m.* 25. *dor.*

REX *Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopatûs Rothomagensis*, ac universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, Receptoribus, Officiariis, & Ministris nostris, infra Ducatum nostrum Normanniæ ubilibet constitutis, Salutem.

Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quòd Magistrum *Petrum Maciots* Diaconum, Canonicum Ecclesiæ Cathedralis Rothomagensis,

Qui Sacramentum, debitum de conservando *Præsentem Pacem*, inter Præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* conclusam & concordatam, fecit & præstitit,

Omnimoda Fructus, Redditus, & Emolumenta, de Beneficio suo prædicto provenientia, & Arreragia, *&c. ut supra.*

Teste Rege *ut supra*, Quinto Die Maii.

Consimiles Literas habent subscripti; viz.

Thomas Vassagne Capellanus juratus Rothomagen. Diœcesis, &c.

Johannes Seigneur, Canonicus Præbendatus in Ecclesiâ Cathedrali Abrincensi, &c.

De Administratione Hospitalis.

Ann. D. 1422. *An.* 10. *H.* 5. *Ibid. m.* 22.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd *Commisimus*, dilecto Ligeo nostro, *Fulconi de Rupe* Canonico Officium Regiminis & Administrationis Domorum Dei, sive Hospitalium de Meulenc & de Compresse extra Meulenc, Carnotensis Diœcesis,

Pro Collegio Sancti Bernardi Parisius.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1422. *An.* 10. *H.* 5. *Ibid.*

Pro parte, Religiosorum Virorum, Scolarium Collegii Sancti Bernardi Parisius Nobis datur intelligi quòd, inter alia, eidem Collegio Pertinentia, ante Descensum nostrum in Ducatum nostrum Normanniæ, eidem Collegio spectabat Feodum vocatum *le Port Dauper*, cum suis Pertinentiis & Appendentiis quibuscumque, in Villâ & Territorio *Dauper*, & Partibus circumvicinis propè *Saint Germain en Lay*, prout in quibusdam Literis Acquisitionis prædicti Feodi, necnon aliis Literis Amortisationis ejusdem, superinde factis, in eâ parte, Nobis & Concilio nostro exhibitis, plenius apparebat,

Asserueruntque quòd, a tempore Acquisitionis & Amortisationis prædictarum, in tempus quo, Divino Nutu, Ducatum nostrum prædictum, & alias Partes in Regno Franciæ Nobis subjectas, Conquisivimus, Scolares supradicti, quicumque pro tempore existentes, prædictum Feodum, cum Pertinentiis & Appendentiis suis prædictis, habuerunt, tenuerunt, & possidebant, absque impedimenti cujusque seu contradictionis obstaculo, liberè, pacificè & quietè,

Nobis humiliter supplicantes quatinus, pietatis intuitu, favoreque Studii, ac contemplatione Pacis Finalis, inter Præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* pridem, largiente Domino, compositæ, gratiosè providere dignaremur quòd iidem Scolares, eorumque Successores, dictum Feodum, cum suis Pertinentiis & Appendentiis prædictis, gaudere possint & valeant sicut ante,

Nos igitur (eorum Supplicationibus favorabiliter inclinati) de Gratiâ nostrâ speciali, *Concessimus* & *Concedimus*, per Præsentes, præfatis Scolaribus quòd ipsi, & eorum Successores imperpetuùm, habeant, teneant, & possideant Feodum prædictum, cum suis Pertinentiis & Appendentiis prædictis, eisdem modo & formâ quibus ipsi eadem, ante Conquestum nostrum prædictum, habuerunt, tenuerunt, & possidebant, ac prout & quatenus ipsi, & Prædecessores sui, Feodo illo, cum Pertinentiis & Appendentiis hujusmodi, a tempore Acquisitionis & Amortisationis prædictarum, hactenus rationabiliter sunt gavisi,

Mandantes, Tenore Præsentium, dilectis & fidelibus nostris, Thesaurario nostro Generali Normanniæ, ac Præsidenti & Gentibus de Camera nostrâ Compotorum ibidem, necnon cæteris Justiciariis nostris, præsentibus & futuris, quorum interest, quòd præfatos Scolares, & Successores suos, præsenti Concessione nostrâ, in formâ quâ prædictum est, uti & gaudere permittant, absque molestatione seu impedimento quocumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, sexto die Maii.

Per ipsum Regem.

Pro Duce de Burbon.

REX, per Literas suas Patentes, per Decem Dies proximò futuros duraturas, suscepit in salvum, &c. *Copyn de la Henri*, Servientem, carissimi Consanguinei Regis, *Johannis Ducis Burboniæ*, in Comitatu de Cleremont ad præsens existentem, abinde usque Civitatem Regis Rothomagi, cum uno Valetto Serviente suo in Comitivâ suâ, ac Auro, Argento, Literis, Bonis, Rebus, & Hernesiis suis, equestrè, vel pedestrè, veniendo, ibidem morando, & exindè redeundo; Ann. D. 1422. *An.* 10. *H.* 5. *Ibid. m.* 23.

Proviso semper quòd ipsi quicquam, quod in prædicti Patris Regis aut Subditorum suorum, vel sui aut Ligeorum seu Subditorum suorum, Contemptum, &c.

Quod ipsi nullum Castrorum, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, nono die Maii.

* *Appunctuamenta super Redditione Mercatus de Meaux.* *X. 211.

This is the Pleasure and Will of the King of France *and of the* King of Engeland *his Beausitz Heire and Regent of France, that the Market place of* Mewes, *and they that bene with inne bene Yelden and Delveren in manner as after followeth.* Ann. D. 1422. *An.* 10.

FIRST, all thos that bene within the foresaid Market, of what *H.* 5. Estate they bene, shul Yelden up the said Market place of *Pat. Clr. Mewis*, and her Bodies Prisoners to the said King, within the *rie. Pell.* tenth

Also, *the said Kyngis* shall receive all the other, in the said Market place beynge, into her good Grace and Mercy, for to dwell Prisoners, her lifes saved.

Also, in as moche as it toucheth the foresaid Kings, *Sir Lois Gast*, the *Bastard of Warru*, *Denis de Warru*, and Maister *John Roumes*, they shal be putte to her Dome, and Dome and Justice shall be done and ministred to them.

Also, as touching the forsaid *Guychaarde de Chysse*, *Peryn de Rupe*, Maister *Robert Groesme*, *Philip de Gamoches*, and *John Dannoy*, the *foresaid Kyngis* declaren that they dwell and abyde to her Wil, as afore is said, unto the time that Touns and Strenghes, that hem, or eny of hem, or other on her behalfe, or by other that any thing sholden mowe done for hem, bene holden, bene yelden, and deliverid to the said Kingis, or to her Commissioners, and Deputes, and aftir hir ordonnances; the which thing they shall done, or shall do be done, with all her diligence possible, without fraude or malengyn; after which Yelding up and Deliveraunce, *the forsaid Kyngs* shal holden, or done bene holden, the abovesaid *Guysard Peryn*, Maister *Robert*, *Philip*, and *John Dannoy* in Suerte of her Lifes, so that they, or eny of hem, ne shull not be duely founden coulpable of the Deth of the *Duke of Burgoyne*; and the other excepted they shall abyden to the foresaid Kyngs, as it is contained in the second Article.

Also, the *Erle of Brienne* shal beene quite agayne the said *Peron* of all that in the which is holden or bounden for cause of his Raunsome or otherwise: and the said *Peron* shall pleynly Quiten him in taking his Lettres of Acquitaunces to the said Erle; and he shall yilden to him all the Letters that he hath of him or of any other opon that.

Also, *the forsaid, being in the said Market of Mewis* in Bry, hanging the said tyme, and that anon, shal putten, or shal done be putte, by Inventories, all the Cornes, Wynes, and other Vetaill, beyng in the said Market, and aftir the places where they shall bene, for to bene taken and delivered to the Commissioners and Deputes *of the said Kings*; and in likewise shall bene of Hors beynge in the said Market.

Also, thei shall putten, or done be putten, in one certaine place, withinne the said Market, all the Ablementes of Were that bene ther inne, as well Poudres, Gonnes, Arblasters, Shotte, or other Artilrie, without any thing thereof to Feoshen, Brekeyn, or Enpeyren.

Also, *all thoo abovesaid of the Market* shall putten, or doe
*X. 213. be putten, * togeder, in a certayne place or too, all the Reliques, Jewells, Bookes, Ornaments, and other Goods mebles beyng in the said Market, longyng to Churches, Abbeys, Ministres, Priores, or Hospitalls, what so they bene, in levynge hem to bene Restitute in her places of the Churches of the said Market, and that without fraude.

Also thei shall putten in o place, or do be putten, or too, all the Gold, Silver, Vessell of Gold and Silver, Jewells, Bokes, Robes, Lynen and Wollen all maner, beyng in the said Market, that longed to other thanne to the said Churches, Abbeys, Ministers, Priores, and Hospitalles, and that without fraude or mal engyn.

Also, for to fulfillen that, that is said, thei shall breken, or done breiken, and undone, and maken open, all that bene hidde or withdrawne in the Things and Goodes abovesaid, or any of hem, where that they bene hidde or discovrid in the said Market, without Withdrawying or to Helen any thing what so it be; and that, that they may not be done or excused whit in the foresaid day, they shall declaren and denouncen, without fraude, feynyngne, or mal engyne, unto the Commissioners and Deputes of *the said Kings*, upon Peyne that they shull done the contrary, and the consentants and culpables thereof, shall lesen the Grace of *the said Kings*, and the effecte of this present Appointment in all things.

Also, upon the said Peyne, *the bovesaid, beyng in the said Market*, shull be holden to taken and deliveren, shewen and declaren, without fraude or mal engyn, to the Commissioners and Deputes *of the said Kings*, all the Goodes and Thynges abovesaid, holden bytwene of *the Kyngs abovesaid* and of tho of hem, unto the Noumbre of an hundred Persones, as well of Capitaines, as of other most Notable, *beyn in the said Market*: and thei that have no Seales, and conne write, thei shall Signe the Lettres with her own handes, and thei shall passen bifore the Kynges Tabellion of Mews; and in like wise thei, that have no Sealles ne conne not write, shall also passen bifore the said Tabellion to bene Registred.

Also, and that, fro the Day that this present Appointment shall be done and fulfilled, and unto the Day included, at which Day they shall bene holden to taken and deliveren the said Market, as is said alwey, all maner of Dede of Werre shall Cesen of on Partie and other.

Also, the *bovesaid of the Market* anon shall taken and deliveren to the Commissioners and Deputees of the *said Kingis*, Sir *Loys Gaste*, *Robert de Guesme*, *Phelip de Gamoches*, *John Dannoy*, *le Bastard de Warru*, *Denis de Warru*, Maister *John de Roumes*, and other to the Noumbre of xxiv Persones, whereof the Commissioners of oo parte and of other bene acorded.

The which Articles, abovesaid and declared, were Concluded, Apointed, and Acorded by the *Duke of Exetour*, the *Erles of Warrewyk* and of *Bryenne*, and Sir *Wauter Hungerford*, Commissioners and Deputees of the *said Kingis* by halve of that oo parte, and De * *John Dannoy*, Maister *Phelip Nalet*, *Sincider de Gerosme*, *le Bougne de Choqin*, *Oliver Manessyn*, *John de Hospinache*, and *Guilliam Fosse*, for hemselff and for all the other of the said Market, of that other Partie, the Secund Day of the Mont of May, the Yere of our Lord M. CCCC. XXII. * X. 214.

And so, the Tenth Day of the forsaid Month, the forsaid Market of Mews, and all the Toun, was yelden in the maner and fourme as it is before said.

De Restitutione Temporalium.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1422.
Sciatis quòd,
De Gratiâ nostrâ speciali, & ut Divinum Servitium ac alia Pietatis Opera (quæ in Ecclesiâ Collegiata beatæ Mariæ de la Ronde fieri debeant) more solito peragantur, & ibidem laudabiliter manuteneantur & fiant, An. 10. H. 5. Norm. 10. H. 5. m. 22.

Concessimus, dilectis Nobis in Christo, *Decano & Capitulo* Ecclesiæ prædictæ omnia Temporalia, eidem Ecclesiæ, infra Ducatum nostrum Normanniæ, qualitercumque pertinentia sive spectantia,

Habenda, in Sustentationem Divini Servitii ibidem, ac aliorum Pietatis Operum supradictorum, de Dono nostro.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, duodecimo die Maii.

Per ipsum Regem.

Consimiles Literas de Restitutione habent subscripti; viz.

Abbatissa & Conventus Sancti Antonii de Campis.

Prior & Monachus Beatæ Mariæ Magdalenæ supra Secanam prope Vernon.

Decanus & Capitulum ac Capellani Officiarii & Ministri Ecclesiæ Cathedralis beatæ Mariæ Rothomagensis.

Super Conductione Prisonariorum de Meaux.

REX *Granatario de Rouen*, Salutem. Ann. D. 1422.
Præcipimus Tibi, firmiter injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, Centum & Quinquaginta Scuta, dilecto Nobis, *Johanni Harpelay* Armigero, Locumtenenti, carissimi Avunculi nostri, *Thomæ Ducis Exoniæ* Capitanei Castri & Villæ nostro- An. 10. H. 5. Ibid. m. 20. dor.

Per ipsum Regem.

Super Conductione prædicta.

Ann. D. REX *Willielmo Soper* de Hampton, Salutem.
1422. Scias quòd Assignavimus Te ad quandam Balingeram, habi-
An. 10. lem & sufficientem, pro reducendo usque ad has partes nostras
H. 5. Normanniæ Viginti & Quatuor Soldarios Garnisionis nostræ de
Ibid. Rouen,

Quos, de præsenti, ad Conducendum certos Prisonarios, per Nos in Regnum nostrum Angliæ transmittendos, Ordinavimus & Deputavimus,

Indilatè, cùm per ipsos, seu saltem ipsorum Gubernatorem, fueris requisitus, ubicumque, infra Portum Hamptoniæ, sive alios Portus eidem adjacentes seu vicinos, reperire poteris, Capiendum

* X. 215. & Arestandum, & cum Magistro & * Marinariis ejusdem, pro eorum Salario, pro & Nomine nostro, Conveniendum,

De quo Salario, per Te convento & concordato, in ipsorum Adventum, in Villâ nostrâ de Rouen, per Thesaurarium nostrum Normanniæ solvi & contentari faciemus;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd circa Præmissa, &c.

Damus autem, &c.

In cujus, &c.

Teste ut supra vicesimo die Maii.

De Prisonariis supradictis.

Ann. D. ROberto *Whitgreve*, uni Numeratorum de Receptâ Scaccarii, in
1422. Denariis, sibi liberatis per Manus proprias, pro diversis Custi-
An. 10. bus & Expensis, per ipsum nuper factis, de Mandato Regis, de
H. 5. Parisius usque Londoniam, circa *Oliverum Maune*, *Ricardum Cesse*
Exit. de Capitaneum de Mieux in Brye, *Petrum de Lupo*, & quinque alios
Term. Armigeros, Prisonarios dicti Regis, & quendam alium Armige-
Pasch. 10. rum Regis de Comitatu Lincolniæ, eidem *Roberto*, per ipsum
H. 5. Dominum Regem, apud Parisius prædictam, nuper commissos;
Penes scilicet,
Cler. Pro Batello de Parisius prædictâ usque Caudebec, & Eskippa-
Pell. mento & salvo Conductu eorumdem de Harfleu usque Portesmouth in Angliâ, & deinde pro aliis Custibus & Expensis, per ipsum *Robertum* pro dictis Prisonariis & Armigero factis, usque Londoniam, per Quinque Septimanas, per Considerationem Thesaurarii & Camerariorum de Scaccario xxxij *l.*

De Temporalibus Episcopatus Herefordensis liberandis.

Ann. D. REX, Escaetori suo in Comitatu Herefordiæ, ac Marchiis
1422. Walliæ eidem Comitatui adjacentibus, Salutem.
An. 10. Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Venerabilem Patrem, *Tho-*
H. 5. *mam* nuper *Episcopum Herefordensem*, a vinculo, quo eidem Ec-
Pat. 10. clesiæ tenebatur, Absolverit, & ipsum in Episcopum Cicestrensem
H. 5. Transtulerit,
m. 10. Ac eidem Ecclesiæ Herefordensi de, dilecto Nobis in Christo, *Thomâ*, nuper *Roffensi* Electo, Auctoritate Apostolicâ, providerit, ipsumque in Episcopum Loci illius præfecerit & Pastorem,

Sicut per Literas Bullatas ipsius Domini Summi Pontificis, nobis indè directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Episcopus Herefordensis* omnibus & singulis verbis, in dictis Literis Bullatis contentis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, coram Nobis palàm & expresè renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit,

Volentes cum eo in hac parte agere gratiosè, cepimus Fidelitatem ipsius *Episcopi Herefordensis*, & Temporalia ejusdem Episcopatûs Herefordensis, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Episcopo Herefordensi* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, Liberes in formâ prædictâ; salvo jure cujuslibet.

Teste *Humfrido Duce Gloucestriæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium*, vicesimo quinto Die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Glouc. ac Marchiis Walliæ eidem Com. adjacentibus.

Quam nuper ... pellanus, H. 5.
Per ejus Obitum nunc liberum & vacantem, & ad nostram m. 10.
Donationem spectantem ut dicitur,

Dilecto Nobis *Johanni Morel* Capellano, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, *Contulimus* & *Donamus*;

Mandantes quatinus ipsum *Johannem Morel* in corporalem Possessionem Vicariatûs prædicti ponatis & inducatis, seu poni & induci faciatis, necnon Fructibus, Obventionibus, & Emolumentis, ad eundem spectantibus, uti & gaudere permittatis; adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Parisius*, vicesimo sexto die Maii.

Per ipsum Regem.

Super Amortisationibus, de Proclamando.

REX, *Ballivo suo de Rouen*, vel ejus Locumtenenti, Salu- Ann. D.
tem. 1422.
Cùm, per Breve nostrum, vobis Mandaverimus quòd, in sin- An. 13.
gulis Locis, infra Balliagium vestrum, ad hoc consuetis, ex parte H. 5.
nostra, Proclamari faceretis, Ibid. m.
Quòd omnes Ecclesiæ, tàm Majores, quàm Minores, & gene- 20. d.
raliter universa Religiosa seu Pia Loca, quæ Terras, Tenementa, Redditus, Possessiones, aut Proventus, infra Ducatum nostrum Normanniæ, aut alia Loca Conquestæ nostræ, absque Amortisatione expressa, tenuerunt, seu eorum Prælati vel Personæ, earumdem Ecclesiarum seu Locorum nomine, seu Dignitatum, Officiorum, aut Ministrationum, quas optinuerunt in eisdem, instarent & mitterent pro eorum Amortisatione, sub Magno Sigillo nostro, quo in Cancellaria nostra Normanniæ utimur, optinendâ, pro rationabili & moderata Financia, citra ultimum diem Maii proximò futurum, si id Sibi, & Ecclesiis, seu Locis suis viderint expedire,

Alioquin absque dolo, fraude, fictione, seu quovis exquisito Colore, eadem Terras, Tenementa, Redditus, Possessiones, & Proventus, realiter & cum effectu, ponerent extra manum Ecclesiæ, infra Terminum supradictum, sub Pœna Confiscationis eorumdem, & Applicationis ad Domanium nostrum,

Et de omni eo, quod sic extra Manum suam posuissent, & de modo & serie ipsius Facti, Nos, in Cancellaria nostrâ prædictâ, certificarent, infra Quindecim Dies, post Lapsum Termini antedicti, sub Pœna superiùs annotata,

Et ulteriùs vobis Mandaverimus quòd omnia & singula hujusmodi Terras, Tenementa, Redditus, Possessiones, & Proventus,

Quæ a prædictis Ecclesiis, seu Religiosis, aut Piis Locis, vel eorum Prælatis, seu Personis, earumdem Ecclesiarum sive Locorum Nomine, post prædictum ultimum diem Maii, absque Amortisatione, per diligentem Inquisitionem, per vos in ea parte fiendam, teneri reperissetis, ea (videlicet) quæ adquisita fuerunt, infra Quadraginta Annos proximos ante Gratiam aliquam, si quam hactenus habebant, de non ponendo hujusmodi Terras, Tenementa, Redditus, Possessiones, & Proventus, extra Manus suas,

Vos in Manus nostras extunc sine dilatione poneretis & saisiretis, seu poni & saisiri faceretis,

Et de Diligentia, quam impenderetis in Præmissis, necnon de omnibus & singulis, quæ in hac parte feceritis, & eorum Circumstantiis, Nos, in Cancellaria nostra prædicta, citra ultimum diem Junii proximò futurum, sub Sigillo vestro, distinctè & apertè, Certificaretis,

Et hoc nullatenus omitteretis,

Nos, informati quòd prædictum Mandatum nostrum non extiterat debito tempore Publicatum & Executum, ac illud a nonnullis erroneè fuisse Interpretatum & intellectum, hiis & aliis de Causis Nos in ea parte moventibus, Dies & Terminos supradictos, quos ad Præmissa limitavimus & præfiximus, ad * Terminos in- * X. 217.
frascriptos duximus Prorogandum,

Vobis igitur, sicut aliàs, firmiter injungendo, Mandamus quòd, in singulis locis, Balliagii vestri supradicti, rursum ex parte nostra Proclamari faciatis,

Quòd omnes Ecclesiæ, tàm Majores, quàm Minores, & generaliter universa Religiosa seu Pia Loca, quæ Terras, Tenementa, Redditus, Possessiones, aut Proventus, infra Ducatum nostrum Normanniæ, aut alia Loca Conquestæ nostræ, absque Amortisatione expressa, tenent, seu eorum Prælati vel Personæ, earumdem Ecclesiarum seu Locorum Nomine, seu Dignitatum, Officiorum, aut Ministrationum, quas optinent in eisdem, instent & mittant pro eorum Amortisatione, sub Magno Sigillo nostro, quo in Cancellaria

..., sub sigillo vestro, distincte & aperte, certificetis; Et hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, decimo nono die Maii.

Per ipsum Regem.

Consimilia Brevia diriguntur subscriptis; videlicet,

Ballivo suo de Caux, vel ejus Locumtenenti.
Ballivo suo de Gisors, Chaumont, Beaumont sur Oyse, Pontoyse vel ejus, &c.
Ballivo suo de Mante, &c.
Ballivo suo d'Evreux.
Ballivo suo d'Allencon.
Ballivo suo de Caen.
Ballivo suo de Costantin.

De Restitutionibus Fructuum.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Norm. 10. H. 5. m. 19. dorf.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Episcopo Bajocensi*, ac universis & singulis Ballivis, Vicecomitibus, Receptoribus, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris, infra Ducatum nostrum Normanniæ ubilibet constitutis, Salutem.

Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quod Magistrum *Robertum Amengne* Capellanum, Juratum Ligeum nostrum, omnimoda Fructus, Redditus, Obventiones, & Emolumenta, de quibuscumque Beneficiis suis infra Ducatum nostrum prædictum, provenientia, ac Arreragia, *&c. ut in cæteris de Restitutione Fructuum Literis.*

Teste Rege apud *Civitatem Parisius*, Primo Die Junii.

•X.218. ### * *De Temporalibus Episcopatus Londoniæ liberandis.*

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Pat. 10. H. 5. m. 9.

REX, dilecto sibi, *Roberto Chichele* Majori Civitatis suæ Londoniæ & Escaetori suo in eadem Civitate, Salutem.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Venerabilem Patrem, *Johannem*, nuper *Cicestrensem Episcopum*, a vinculo, quo eidem Ecclesiæ tenebatur, Absolverit, & ipsum in Episcopum Londoniæ Auctoritate Apostolicâ Transtulerit, ipsumque in Episcopum Loci illius præfecerit & Pastorem,

Sicut per Literas Bullatas ipsius Domini Summi Pontificis, nobis indè directas, nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd idem *Episcopus* omnibus & singulis verbis, in dictis Literis Bullatis contentis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, coram Nobis palàm & expressè renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit,

Volentes cum eo in hac parte agere gratiosè, cepimus Fidelitatem ipsius *Episcopi*, & Temporalia dicti Episcopatûs Londoniensis, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Episcopo* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, Liberes in formâ prædictâ; salvo jure cujuslibet.

Teste *Humfrido Duce Gloucestriæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium*, vicesimo Die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Norff. & Suff.
Escaetori Regis in Com. Surr. & Sussex.
Escaetori Regis in Com. Midd.
Escaetori Regis in Com. Essex. & Hertf.

Et Mandatum est Militibus, &c.

prædictam Assignationem de Gonniz, post Decessum prædictæ *Ysabellis*, redibunt si voluerint,

Et Ego teneor eisdem in prædicto Censu de Gonniz prædictam Eleemosinam Assignare & Garandizare, ad hæc Hæredes meos specialiter Obligando; Ita tamen quòd, si prædicti *Abbas & Conventus* ad prædictam Assignationem de Gonniz redierint, prædicta Assignatio, in Præpositurâ Pontisaræ, mihi vel Hæredibus meis Quita & Libera remanebit,

Et istas Conventiones Garandizabo imperpetuùm,

Quod ut Firmum & Stabile permaneat imperpetuum, præsentes Literas Sigilli mei Munimine tradidi roboratas.

Actum Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, Quinquagesimo, Mense Maii.

* Nos autem, Literas prædictas, ac omnia & singula contenta in eisdem, Rata habentes & Grata, ea pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, Acceptamus, Approbamus, & ea, dilectis nobis in Christo, nunc *Abbati & Conventui* Loci prædicti, & Successoribus suis, de Gratia nostra speciali, Tenore Præsentium *Concedimus & Confirmamus*, prout Literæ prædictæ rationabiliter testantur, ac prout iidem *Abbas & Conventus*, & Prædecessores sui, Donis & Concessionibus, in Literis prædictis contentis, hactenus rationabiliter usi sunt & gavisi. •X. 219.

Et, ulterius, pro parte ipsorum *Abbatis & Conventus* Nobis datur intelligi quòd, inter alia, Ecclesiæ suæ prædictæ Collata, Dotati fuerunt & existunt de *Triginta Tribus Libris, Sex Solidis, & Octo Denariis Parisiensibus*, in & super Halis & Molendinis Villæ nostræ Rothomagi, ad Festa Paschæ & Sancti Michaelis singulis Annis Percipiendis, prout in Literis Donationis ejusdem Redditûs, & etiam Amortisationis super inde factæ, in ea parte, coram Nobis & Consilio nostro exhibitis, pleniùs apparebat,

Asseruerantque quòd, a tempore Dotationis hujusmodi, in tempus quo, divino Nutu, Ducatum nostrum Normanniæ, & alias partes in Regno Franciæ Nobis subjectas, Conquisivimus, prædicti *Abbas & Conventus*, & eorum Prædecessores, prædictum Redditum *Triginta & trium Librarum, Sex Solidorum, & Octo Denariorum*, in forma prædicta, perceperunt & habuerunt, absque impedimenti cujusque seu contradictionis obstaculo, liberè, pacificè, & quietè,

Nobis humiliter Supplicantes quatinus, pietatis intuitu, contemplationeque PACIS FINALIS, inter Præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ & Nos* pridem, largiente Domino, compositæ, gratiosè providere dignaremur quòd ipsi *Abbas & Conventus*, eorumque Successores, Redditu prædicto gaudere possint & valeant sicut ante,

Nos igitur, eorum Supplicationibus favorabiliter inclinati, de uberiori Gratia nostra, *Concessimus & Concedimus*, per Præsentes, quòd prædicti *Abbas & Conventus*, & eorum Successores imperpetuùm, habeant & percipiant Redditum supradictum, eisdem modo & formâ, quibus ipsi, ante eundem Conquestum nostrum prædictum, habuerunt & perceperunt, ac prout & quatenus ipsi, & Prædecessores sui, Redditu illo, a tempore Donationis prædictæ, hactenus, usque & ad tempus dictæ Conquestæ nostræ, rationabiliter sunt gavisi;

Mandantes, Tenore Præsentium, dilectis & fidelibus nostris, Thesaurario nostro Generali Normanniæ, ac Præsidenti & Gentibus de Camera nostra Compotorum ibidem, necnon cæteris Justiciariis nostris, præsentibus & futuris, quorum interest, quòd præfatos *Abbatem & Conventum*, eorumque Successores, præsenti Concessione nostrâ, in forma qua prædictum est, uti & gaudere permittant, absque Molestatione seu impedimento quocumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Parisius*, Tertio Junii.

Per ipsum Regem.

Pro Canonicis de Poissy.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1422.

Pro Parte, dilectorum nobis in Christo, *Canonicorum & Vicariorum Ecclesiæ beatæ Mariæ de Poissy*, Nobis datur intelligi An. 10. H. 5.

quòd ibid.

Successores, Decima & Redditu prædictis gaudere possint & valeant sicut ante,

* X. 220. *Nos igitur, eorum Supplicationibus favorabiliter inclinati, de Gratia nostra speciali, *Concessimus* & *Concedimus*, per Præsentes quòd prædicti *Canonici & Vicarii*, & eorum Successores imperpetuum, *Habeant* & *Percipiant* Decimam & Redditum supradictos, eisdem modo & formâ quibus ipsi & eorum Prædecessores eosdem, ante Conquestum nostrum prædictum, habuerunt & perceperunt, ac prout & quatenus ipsi & Prædecessores sui Decima & Redditu hujusmodi, a tempore Donationum eorumdem, usque & ad tempus dictæ Conquestæ nostræ, rationabiliter sunt gavisi;

Mandantes, *&c. ut supra.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Paris*, iij die Junii.

Per ipsum Regem.

De Respectuatione pro Episcopo Ebroicensi.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Ibid. m. 19. d.

REX, dilectis & fidelibus suis, *Thesaurario nostro Generali Normanniæ*, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm nuper *Dederimus* & *Concesserimus*, Venerabili in Christo Patri, *Paulo de Crapanica*,

Quem Dominus *Summus Pontifex* ad Episcopatum Ebroicensem nuper providit,

Certum Diem (videlicet) Festum Nativitatis Sancti Johannis Baptistæ proximò nunc venturum, ad faciendum & præstandum Nobis corporaliter Sacramentum Fidelitatis, quòd Nobis, ratione Temporalium Episcopatûs prædicti, facere debet & tenetur,

Infra quem quidem Terminum, obstantibus Impedimentis non modicis, ad Præsentiam nostram, in Persona sua, commodè accedere non valet ut accepimus,

Nos igitur, de Gratia nostra speciali, Diem sive Terminum prædictum usque Festum Sancti Michaelis proximò futurum Prorogavimus, ac Prorogamus per Præsentes,

Mandantes, Tenore Præsentium, vobis, & cuilibet vestrûm, prout ad eum pertinuerit, quatinus Procuratores prædicti Episcopi omnia temporalia, ad Episcopatum prædictum, infra Ducatum nostrum Normanniæ, ac alias partes Franciæ nobis subjectas, pertinentia & spectantia, necnon fructus, redditus, & proventus eorumdem, usque Festum prædictum, vice & nomine ejusdem Episcopi, percipere, colligere, & habere; & eis, ad usum & proficuum ipsius Episcopi, interim pacificè uti & gaudere permittatis, absque molestatione vel impedimento quocumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Parisius*, Septimo Die Junii.

Pro Ambassiatoribus Britanniæ.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Ibid. m. 16.

REX, Universis & singulis Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Gentibus Armorum & de Tractu, Ligeis, Subditis, & Vassallis, tàm præcarissimi *Patris nostri Franciæ* quàm *Nostris*, ubilibet constitutis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, carissimus Frater noster, *Johannes Dux Britanniæ*,

Qui, certis urgentibus de causis, de præsenti, non valet, ut dicitur, usque Præsentiam nostram, in Persona sua propria, venire,

Duos Prælatos, Duos Barones, & Duos Milites, de Ducatu & Patria suis Britanniæ, usque Præsentiam nostram prædictam,

Pro Jurando, Nomine *ipsius Fratris nostri* ac Trium Statuum Ducatûs & Patriæ prædictorum, PACEM FINALEM, inter Præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* nuper apud *Trecas* conclusam & concordatam,

Mittere proponat cum Potestate, in ea parte plenaria & sufficienti,

Nos idcirco suscepimus ipsos Duos Prælatos, Duos Barones, & Duos Milites, quos dictus Frater noster ad hoc duxerit deputandos, usque Præsentiam nostram prædictam, cum Gentibus suis in Comitiva sua, usque ad Numerum Trescentarum Personarum, vel infra (cujuscumque Statûs, Gradûs, aut Conditionis fuerint) Armatis, vel non Armatis, Equestrè, vel Pedestrè, cum Armaturis, Libris, Literis, Jocalibus, Bonis, Manticis, Bogeis, Baggagiis, &

* X. 221. aliis rebus suis quibuscumque, per * omnia Dominia, Districtus, & Potestatem ipsius Patris nostri atque Nostra, ex causa prædicta, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abinde ad partes suas proprias salvò & securè redeundo, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, &c.

Et ideo vobis, Ligeis & Subditis prædicti Patris nostri ex parte sua & nostra, ac Ligeis & Subditis nostris, Præcipimus & Mandamus quòd ipsos Prælatos, &c.

tris nostri ac Trium Statuum prædictorum, præstabunt (scilicet) de PACE, inter præcarissimum Patrem nostrum *Karolum Regem Franciæ* & *Nos* ac Franciæ & Angliæ Regna nuper conclusa & concordata, CUSTODIENDA & OBSERVANDA,

Idem *Frater noster*, in Persona sua, idem Juramentum iterabit & præstabit,

Et super hujusmodi Juramento, dùm fuerit per eum præstitum, suas Literas, suo Magno Sigillo Sigillatas, & Manu suâ propriâ signatas, tradet aut mittet Nobis cum effectu,

Proviso insuper quòd præfati Prælati, Barones, & Milites præmittant quosdam de Gentibus suis ad præmuniendum Capitaneos seu Custodes Locorum, ad quæ ipsos venire & declinare contigerit, vel eorum Locatenentes, de Adventu suo ad eadem.

In cujus, &c. usque Vicesimum secundum diem Julii proximò futurum inclusivè duraturas.

Teste Rege apud *Civitatem Parisius*, Nono die Junii.

Per ipsum Regem.

De Restitutione Fructuum.

REX, Venerabili in Christo Patri, *Episcopo Lexoviensi*, vel ejus Vicariis in Spiritualibus, ipso Episcopo in remotis agente, necnon universis & singulis Ballivis, &c. Salutem. Ann. D. 1422. An. 10.

Mandamus vobis, & vestrûm cuilibet, prout ad eum pertinuerit, quòd, dilectum Nobis, Magistrum *Guillielmum Fude*, Norm. 10.

Qui Sacramentum, debitum de conservando PRÆSENTEM PACEM, inter præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* conclusam & concordatam, fecit & præstitit, H. 5. m. 18. dorf.

Omnimoda Fructus, *&c. ut in similibus de Restitutione Literis,*

Teste Rege apud *Parisius*, Nono die Junii.

De Præsentationibus.

JOhannes Maiguen Capellanus habet Literas Regis de Præsentatione ad Ecclesiam Parochialem du Bocasse Rothomagensis Diœcesis, vacantem per mortem Magistri *Johannis de Haguenonville*, ultimi Curati ibidem, & ad Regis Donationem spectantem ut dicitur; Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Ibid. m. 15.

Et diriguntur Literæ illæ Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopatûs Rothomagensis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Civitatem Parisius*, Nono die Junii.

Per ipsum Regem.

* Consimiles Literas de Præsentatione habent subscripti; videlicet,

Petrus de Lamare Capellanus ad Ecclesiam Parochialem Sancti Gregorii de Linoye Abrincensis Diœcesis, &c. vacantem per privationem Michaelis Picheron, ultimi Curati ejusdem, & ad Regis Donationem spectantem ut dicitur; Ibid.

Et diriguntur Literæ illæ *J.* Episcopo Abrincensi.

Guillielmus Aubery Capellanus, ad Ecclesiam de Espenevilla Rothomagensis Diœcesis, vacantem per mortem Guillielmi de Gardino, ultimæ Parsonæ ibidem, & ad Regis Donationem spectantem ut dicitur; Ibid. m. 14.

Et diriguntur Literæ illæ Vicariis in Spiritualibus Archiepiscopatûs Rothomagensis.

Guillielmus Bellebeust Clericus, ad Ecclesiam de Loges sur Brecy Abrincensis Diœcesis, &c. vacantem & ad Regis Donationem spectantem; Ibid.

Et diriguntur Literæ illæ, Venerabili in Christo Patri *J.* eadem gratia Episcopo Abrincensi.

Robertus Beausilz Clericus, ad Capellam Sanctorum Michaelis & Mauri, fundatam in Manerio de Ripparia, in Parochia de Bailleul Lexoviensis Diœcesis, &c. vacantem per obitum Michaelis Faram Capellani, ultimi Possessoris ejusdem, & ad Regis Donationem spectantem ut dicitur; Ibid. m. 11.

Et diriguntur Literæ illæ Vicariis in Spiritualibus Episcopi Lexoviensis, ipso Episcopo in remotis agente.

Thomas Losenel Capellanus, ad Capellas de Lessart & Eurart Lexoviensis Diœcesis, &c. vacantes, & ad Regis Donationem spectantes ut dicitur; Ibid. m. 9.

Et diriguntur Literæ illæ Vicariis in Spiritualibus Episcopi Lexoviensis, ipso Episcopo in remotis agente.

De

... Regis transeundo, [illegible], Nor, & Flemelia sua quæcumque:

Proviso semper quòd præfatus Willielmus ac Serviens suus prædictus benè & honestè se habeant & gerant erga Regem & Populum suum, & quicquam, quod in Regis Contemptum, aut Populi sui Dampnum, cedere valeat, non attemptent, aut facere vel attemptare præsumant ullo modo.

Teste *Humfrido Duce Gloucestriæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium*, Vicesimo die Junii.

Per Concilium.

---

* X.223.

* *Pro Pontio de Chastillon de Justitia facienda.*

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Pat. 10. H. 5.

HEnri, par la grace Dieu, *Roy d'Engleterre*, *Heritier & Regent de France*, & *Seigneur d'Irland*, a nostre Seneschal de Guienne, ou a son Lieutenant a Bordeaulx, Salut.

Pour la Partie de, nostre Treschier & bien Ame, Messire *Pons de Chastillon*, Chevaler, *Seigneur des Barounies de Chastillon*, de *la Marque*, *de Morton*, de *Sarsat*, & en partie de *Chasteau Neuf*, de *Medoch* en Bourdeloys, Nous a este Expose que,

Ja soit ce que,

Pour Cause & Occasion des Terres, Seignouries, & Baronies, dessus dictes, & de leurs Appertenances,

Que tenoit, en son vivant, & au Jour de son Deces, feu Messire *Pons de Chastillon*, derreinement trespasse,

Et les quelles le dit Suppliant, & Dame *Jehanne de Chastillon* Dame de Lescun, & ung chascun d'eulz, dit a lui seal & pour tout appartenir,

Certain Proces soit meu & pendent par devant vous, ou vostre Lieutenant, en vostre Court a Bordeulx, entre le dit Suppliant Demandeur d'une Part, & la dite *Dame de Lescun* Deffenderresse d'autre Part,

Et que, selon Raison, nulz ne puisse ou dojve, Proces pendent, Vendre, Aliener, ou Transporter en Main plus forte Chose qui soit contentieuse ou Litigieuse, dont soit Proces meu, par devant Justice, & que de Droit tous Transports soient en telz Matieres Deffenduz,

Neantmoins, ce non obstant, la dicte Defenderesse,

Voulant Vexer & Traveiller le *dit Suppliant*, & mettre les dictes Terres & Seignouries, ou Partie d'icelles, en plus forte Main, non doubtant Escheoir es Peines sur ce Introduictes,

A, comme l'en dit, Vendu, Cede, & Transporte a, nostre Chier & bien Ame Cousin, *le Conte de Longueville* Captal de Buch la Terre, Seignourie, Rentes, Revenues, & Possessions du dit Lieu de *Chasteau Neuf*, Appartenantz au dit Suppliant par le Moyen que dessus,

Soubz umbre de la quelle Vendition, le dit Captal a pris des dictes Terres & Seignouries la Possession & Saisine, &, qui plus est, Voulu & veult Demolir & Abattre certaine Maison, Assise au dit Lieu de *Chateau Neuf*, qui est du vray Demaine & des Appartenants d'icelle Terre & Seignourie,

Les quelles Choses ont este & sont faictes ou Tresgrant Grief & Prejudice du dit Suppliant, & plus pourroit estre se, par Nous, ne lui estoit, sur ce, pourveu de Remede convenable, u come il dit,

Et pour ce Nous a humblement Supplie que, pour le bien de Justice, & la Conservation de son bon droit, Nous lui veuillons pourveoir du dit Remede,

Pour ce est il que Nous (Desirans a un chacune Justice estre Administre) Voulons, Vous Mandons, & Enjoingnons Expressement que de & sur les choses dessus dictes, les circumstances & Dependences d'icelles, Vous faictes & administrez aux Parties, sur tout Oyes, bon Brief Droit & Accomplissement de Justice, ainsi que faire se deura par Raison, selon les Droitz, Usages, & Coustumes de nostre dit Paiis; Car ainsi Voulons qu'il soit fait.

Donne, soubz nostre Prive Seel, a *Senliz*, le xxj jour de Juing, l'An de Grace Mille Quatrecens, Vint & Deux, & le Dizme de nostre Regne.

... genis Diœcesis, & *Michael Coliet*, alias dictus *de Boscogoult*, Curatus Ecclesiæ Parochialis de la Cousture de Bernay Lexoviensis Diœcesis, intendant, ut asserunt, Beneficia sua prædicta adinvicem Canonicè Permutare, Ibid. m. 15.

Nos ad dictam Capellam beatæ Mariæ de Rotunda, ad nostram Donationem spectantem ut dicitur, præfatum *Michaelem*, ex causâ hujusmodi Permutationis faciendæ, vobis Præsentamus,

Intuitu caritatis Rogantes quatinus ipsum *Michaelem* ad dictam Ecclesiam beatæ Mariæ de Rotunda, ex causâ prædicta, admittatis, & Personam instituatis in eadem.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Compiengne*, vicesimo sexto die Junii,

De Officio Venandi Lupos.

HEnry, &c. a, nostre Ame & feal, *Louys de Robersart* Chivaler, Maister Enquestour des Eaues & Forests, de nostre Duchie de Normendie, ou a son Lieutenant, Salut. Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Ibid m. 16. dor.

Il est venu a nostre Cognoissance que, depuis noz Guerres, a l'occasion d'icelles, plusieurs Loups & Loupvez, & autres Bestes Ravissans, se sont grandement Escreuz en nostre dite Duchie, & par especial en nostre Viconte de Carenten, & en plusieurs parties d'icelle,

Et tellement que piteusement y ont devoure plusieurs Creatures Humaines, dont noz Symples Subgez sont tellement Espoventez que bonnement ne se osent tenir en leurs Maisons, es Villes & Villages desclos, ne y lessier leurs Enffans, & Vacquier en leurs Labours,

Et aussi ont les dites cruelles Bestez mout appetichie les Bestaulx & Nourritures de la dite Viconte, la quelle en est prezque toute destrue, qui est en tresgrant Prejudice de Nous, nostre dite Viconte, & Subgiez, & plus feroit se sur ce n'y estoit briefment pourveu,

Et, pour ce que Nous ne voullons souffrir tieulx Inconveniens advenir, pour default de provision,

Confians a plein de la preudomie, loyaulte, & bonne diligence de, nostre bien ame, *Degory Gamel* Escuier,

Icellui avons Commis & Ordonne, Commettons & Ordonnons, par ces Presentes, pour Assembler Gens, Chiens, & Fillez convenables, a Chaissier, Prendre, & Destruire les dessusdites Bestes, & faire faire les Hayes, a ce appartenans, par toutes noz Forestz & Bois & de noz Subgez a la dite Viconte seullement, les quelles Hayes sera tenu faire despecier incontinent apres chescun Chasse,

Et, pour lui aidier a supporter les Fraiz & Missions, qu'il lui en convendra sur ce Faire, lui avons Ordonne, & Ordonnons, par ces Presentes, Prendre, cueillier, & lever sur chascun Leu, contribuable a noz Aides, pour chascun Loup, Deux Deniers Tournois, & pour la Loupve iv d. comme il vous appara, ou a noz Justicers a la dite Viconte, en maniere comme dit est, avoir prins ou prinse, par la maniere que dit est, a deux lieues a la ronde d'icelles prinses,

Si vous Mandons que, de nostre presente Commission & Ottroy, les faites souffrer & laissiez jouir & exploictier par tout ou il appartendra; non obstant quelzconques Ordonnances faictes, à ce contraires; car ainsi voullons & Nous plaist estre fait de Grace especial, se mestier est, par ces Presentes, apres ung An non vallables.

Donne en nostre *Chastel de Rouen*, le xxvii. jour de Juing.

Semblables Lettres ont les dessoubz escrips; C'estassavoir,

Raoul Dargouges Escuier, en la Viconte de Chierebourc, a durer comme dessus.

Jaquet de Clamorgan Escuier, en les Viconte de Baieux, Carenten, & de Chierebourc, a durer par ung An.

Johan Burghope Escuier, en la Baillage de Caux, a durer par deux Ans.

nostris existunt,

Vobis Mandamus quòd ipsos Vicarios de Medietate hujusmodi Decimarum, Nobis solvendarum, ut prædictum est, necnon Collectores earumdem, quietos & exoneratos esse permittatis; ipsos seu Ecclesias illas, a quibus deportus percipiunt, in hac parte, non molestantes in aliquo seu gravantes.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, primo die Julii.

De Assignatis ad Recipiendum Prisonarios de Meaux.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Pat. 10. H. 5. m. 10. d.

REX, dilecto sibi, *Willielmo Troutbeck*, Salutem.

Scias quòd, de avisamento Concilii nostri, Assignavimus Te ad Octo Prisonarios nostros, de partibus Franciæ, in Turri nostrâ Londoniæ existentes, de Constabulario nostro Turris prædictæ, vel ejus Locumtenente ibidem, adcitiùs quo poteris, per Indenturas, inter Te & præfatos Constabularium & Locumtenentem in hac parte debitè conficiendas, Recipiendum,

Et eos usque Castrum nostrum de Flynt, cum omni celeritate possibili, Ducendum, & eos ibidem salvò & securè, prout nobis in hac parte respondere volueris, Custodiendum, & custodiri faciendum,

Et ad tot Equos & Carectas, quot, pro Cariagio & Adductione Prisonariorum prædictorum de eâdem Turri usque Castrum prædictum, sufficere poterunt, & ad Homines Defensabiles, pro salvâ Conductione eorumdem, si necesse fuerit, ubicumque inveniri poterunt, infra Libertates, & extra (Feodo Ecclesiæ dumtaxat excepto) pro Denariis nostris, in hac parte rationabiliter solvendis, de tempore in tempus, Capiendum, Providendum, & Arestandum;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter intendas, ac ea facias & exequaris in formâ prædictâ:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Constabulariis, Ballivis, Ministris, ac aliis, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Tibi, in Præmissis faciendis & exequendis, Intendentes sint & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste *Humfredo Duce Gloucestriæ*, Custode Angliæ apud *Westmonasterium*, Quarto die Julii.

Per Concilium.

REX, Dilecto sibi, *Nicholao Saxton*, Salutem.

Scias quòd, de avisamento Concilii nostri, Assignavimus Te ad Viginti Prisonarios nostros, de partibus Franciæ, *&c. ut supra usque ibi*, Castrum nostrum, *& tunc sic*, de Rothelan, cum omni celeritate, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

REX, dilecto sibi, *Johanni Bolde*, Constabulario Castri de Conewey, Salutem.

Scias quòd, de Avisamento Concilii nostri, Assignavimus Te ad Duodecim Prisonarios nostros, de Partibus Franciæ, *&c. ut supra usque ibi*, Recipiendum, *& tunc sic*, & eos usque Castrum prædictum, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

*X. 216. REX, Dilecto sibi, *Radulpho Makerell*, Salutem.

* Scias quòd, de avisamento Concilii nostri, Assignavimus Te ad Viginti & Quatuor Prisonarios nostros, de partibus Franciæ, *&c. ut supra usque ibi*, Castrum nostrum, *& tunc sic*, de Notyngham cum omni celeritate, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

REX, Dilecto sibi, *Thomæ Barneby*, Salutem.

Scias quòd de avisamento Concilii nostri, Assignavimus Te ad Viginti Prisonarios nostros, de partibus Franciæ, *&c. ut supra usque ibi*, Castrum nostrum, *& tunc sic*, de Caernarvan, cum omni celeritate, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

REX, Dilecto sibi, *Thomæ Strange*, Salutem.

Scias quòd, de avisamento Concilii nostri, Assignavimus Te ad Quindecim Prisonarios nostros, de partibus Franciæ, *&c. ut supra usque ibi*, Castrum, *& tunc sic*, de Cherk, cum omni celeritate, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

REX, Dilecto sibi, *Rogero Corbet*, Constabulario Castri de Holt, Salutem.

Scias quòd, de avisamento Concilii nostri, Assignavimus Te ad Quindecim Prisonarios nostros, de Partibus Franciæ, *&c. ut supra usque ibi*, Recipiendum, *& tunc sic*, & eos usque Castrum prædictum, cum omni celeritate, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

De Temporalibus liberandis.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Pat. 10. H. 5. m. 10.

REX Escaetori suo in Comitatu Eborum, Salutem.

Cùm, Venerabilis Pater, *Henricus Archiepiscopus Eborum*, Angliæ Primas, Electionem, nuper factam, in Ecclesiâ Conventuali beatæ Mariæ de Novo Loco, infra Forestam de Shirwod, de Religioso Viro Fratre *Thoma de Carleton*, Canonico ejusdem Domûs, in Priorem Loci illius (cui prius Regium Assensum adhibuimus & Favorem) confirmaverit, sicut per Literas ipsius Archiepiscopi, nobis indè directas, nobis constat.

Nos, Confirmationem illam acceptantes, Cepimus Fidelitatem ipsius Electi, & Temporalia Prioratûs illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quod eidem Electo Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, Liberes in formâ prædictâ; salvo Jure cujuslibet.

Teste *Humfrido Duce Gloucestriæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium*, sexto die Julii.

Consimile Breve dirigitur Escaetori Regis in Comitatibus Notynghamiæ & Derbiæ, sub eadem Data.

Et Mandatum est Militibus, &c.

---

* *Pro Rege Scotorum.* *X. 217

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Scot. 10. H. 5. m. 1.

REX, per Literas suas Patentes, per duos Menses proximò futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Magistrum *Thomam de Mirton*, Capellanum & Servientem, carissimi Consanguinei Regis, *Jacobi Regis Scotorum*, cum Tribus Servientibus suis in Comitivâ suâ, penes Præsentiam prædicti Regis Scotorum, in Comitivâ Regis in Regno Franciæ existentis, transeundo, & ibidem morando, & exinde in Regnum Regis Angliæ veniendo, & ibidem morando, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quòd prædictus *Thomas*, ac Servientes prædicti, quicquam, quod in Regis Contemptum vel Præjudicium, aut Populi sui Dampnum, aliqualiter cedere valeat, non attemptent,

Quodque ipsi nullum Castrorum, Villarum firmatarum, seu Fortalitiorum Regis, absque speciali Licentiâ Capitaneorum seu Custodum eorumdem, intrent quovis modo.

Teste Custode Angliæ apud *Westmonasterium*, octavo die Julii.

Per Concilium.

Pro Comite de Vendome.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Ibid.

REX, per Literas suas Patentes, per Tres Menses proximò futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Petrum de Gonzowe* Servientem *Comitis de Vendome*, cum uno Homine in Comitivâ sua, penes Præsentiam Regis transeundo, & ibidem morando, necnon Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quòd idem *Petrus* & Homo suus prædictus aliqua Castra, Fortalitia, sive Villas firmatas minimè ingrediantur absque eo quòd ipsi præsentes Literas Regis de salvo Conductu Capitaneis, Majoribus, sive Custodibus eorumdem primitùs demonstrent,

Quòdque ipsi benè & honestè se habeant & gerant erga Regem, & Populum suum, & quicquam, quod in Regis Contemptum, aut Populi sui Dampnum, cedere valeat, non attemptent, aut attemptari facere præsumant, quovis modo.

Teste *Custode Angliæ apud Westmonasterium*, undecimo die Julii.

Per Concilium.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Ibid. m. 12. d.

REX, *Vicecomiti nostro Darbei*, Salutem.

Quia Concessimus, Venerabili in Christo Patri, *Cardinali Placentino*, Administratori Episcopatûs Lexoviensis, Deliberationem Castri de Courton, cum omnibus suis Pertinentiis,

Absque tamen præjudicio Juris, quod Nobis, aut alteri cuicumque, competit, seu quoquo modo competere poterit, in ipso Castro, cum Pertinentiis, ymo omni Jure hujusmodi, si quod nobis, aut aliis, competit, aut competere poterit in eodem, in omnibus semper salvo,

Proviso etiam quòd prædictus Administrator idem Castrum Custodiri faciet per Ligeos nostros Anglicos, & per Capitaneum Nobis in hac parte Præstandum, & de quo velimus esse contenti,

Tibi Præcipimus quòd, receptâ primitùs a præfato Administratore seu ejus Vicario sufficienti Securitate ac Cautione in eâ parte congruâ, ipsum Administratorem, seu ejus Vicarium prædictum ejus nomine, Castrum illud habere & occupare, necnon Fructus, Reventiones, & Proficua, inde provenientes, colligere & percipere, & eisdem absque molestatione seu impedimento quocumque uti & gaudere permittas,

Et ulterius de & super omnibus & singulis Bumbardis, Armaturis, Artillariis, & aliis Guerrarum Abilamentis, necnon aliis Utensilibus, Castro prædicto pertinentibus, & quæ eidem antiquitùs pertinebant, nunc existentibus in eodem, Inventarium debitum factum, & eadem omnia & singula *præfato Vicario*, per Indenturas, inter Te & Ipsum superindè conficiendas, delibe-res,

Et Nos & Concilium nostrum de toto Facto tuo in hac parte, cùm præsens Mandatum nostrum fueris executus, sub Sigillo tuo, distinctè & apertè, certifices indilatè; Remittens Nobis & Concilio nostro hoc Breve, unà cum Inventario supradicto; Et hoc nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, decimo quinto die Julii.

De Exoneratione.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Ibid.

REX, *Johanni Sutton* Armigero, nuper Capitaneo de Courton, Salutem.

Quia Concessimus, *&c. ut supra usque ibi*, esse contenti, *& tunc sic*,

Tibi Præcipimus quòd præfatum *Administratorem*, seu ejus Vicarium Generalem ibidem, Castrum illud, cum Pertinentiis, habere, & occupare, ac pro salvâ & securâ Custodiâ ejusdem liberè disponere permittas, sine impedimento quocumque:

Volumus enim Te a Custodiâ ejusdem Castri exnunc erga Nos Exonerari.

Teste ut supra.

De salvo Conductu pro Ambassiatoribus Britanniæ.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Ibid. m. 17.

REX Universis & singulis Capitaneis, Castellanis, & eorum Locatenentibus, Gentibus Armorum & de Tractu, Ligeis, Subditis, & Vassallis, tàm præcarissimi *Patris nostri Franciæ* quàm *Nostris*, ubilibet constitutis, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod,

Cum nuper, per Literas nostras Patentes, susceperimus in salvum & securum Conductum nostrum Duos Prælatos, Duos Barones, & Duos Milites, de Ducatu & Patria Britanniæ, quos, carissimus Frater noster, *Johannes Dux Britanniæ* usque Præsentiam nostram,

Pro Jurando, Nomine *ipsius Fratris nostri* ac Trium Statuum Ducatûs & Patriæ prædictorum, PACEM FINALEM, inter Præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* nuper apud *Trecas* conclusam & concordatam,

Cum Potestate, in ea parte plenaria & sufficienti, mittere proposuerat,

Militibus factis, plenius continetur.

In cujus, &c. usque Vicesimum Septimum Diem Augusti proximò futurum inclusivè duraturas.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, decimo septimo die Julii.

Per ipsum Regem.

Pro Rege Scotorum.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Scot. 10. H. 5. m. 1.

REX, per Literas suas Patentes, per unum Mensem proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Robertum Symson*, Servientem, carissimi Consanguinei Regis, *Jacobi Regis Scotorum*, in Regno Regis Angliæ jam existentem, versus partes Scotiæ transeundo, necnon Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quòd idem *Robertus* benè & honestè se habeat & gerat erga Regem & Populum suum, & quicquam, quod in Regis Contemptum, aut Populi sui Dampnum, cedere valeat, non attemptet, aut attemptari facere præsumat, quovis modo.

Teste *Custode Angliæ* apud *Westmonasterium*, decimo octavo die Julii.

Per Concilium.

Pro Prioratu de la Fontaine nostre Dame.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Norm. 10. H. 5. m. 38.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Pro Parte, dilectorum nobis in Christo, *Prioris & Conventus de la Fontaine nostre Dame*, Ordinis Cartusiensis, Nobis datur intelligi quòd, inter alia, Ecclesiæ suæ pertinentia & spectantia, ante Descensum nostrum in Ducatum nostrum Normanniæ, eidem Ecclesiæ spectabat & pertinebat Piscaria Majoris Archiæ de Ponte Vernonis, salva via Mercatorum, *Tenenda* a Prædecessoribus nostris per Censum Quadraginta Solidorum Parisiensium singulis Annis, in Nativitate Domini, eidem Prædecessoribus nostris reddendorum, prout in quibusdam Literis, recolendæ memoriæ, *Philippi*, quondam *Franciæ Regis*, Nobilis Progenitoris nostri, de Donatione prædictæ Piscariæ, cuidam *Odoni Plastrat*, Panetario suo, & ejus Hæredibus, facta, ac etiam aliis Literis Acquisitionis ejusdem Piscariæ, ab Hæredibus ejusdem *Odonis*, per Prædecessores prædictorum *Prioris & Conventus*, factæ, in ea parte, Nobis & Concilio nostro exhibitis, plenius apparebat,

Asseruerunteque prædicti Prior & Conventus quòd, a tempore Acquisitionis prædictæ, in tempus quo, Divino Nutu, Ducatum nostrum prædictum, Conquisivimus, ipsi & Prædecessores sui, quicumque pro tempore existentes, Piscariam prædictam, in forma prædicta, habuerunt, tenuerunt, & possidebant pacificè & quietè, prout per quandam Informationem, per Vicecomitem nostrum * de Vernon, de Mandato nostro, factam, & coram Nobis & dicto Concilio nostro debitè retornatam, liquere fecerunt, * X. 230.

Nobis humiliter supplicantes quatinus, pietatis intuitu, contemplationeque PACIS FINALIS, inter Præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* pridem, largiente Domino, compositæ, gratiosè providere dignaremur quòd iidem, *Prior & Conventus*, eorumque Successores, Piscariâ prædictâ gaudere possint & valeant sicut ante,

Nos igitur (eorum Supplicationibus favorabiliter inclinati) de Gratiâ nostrâ speciali, *Concessimus*, & *Concedimus*, per Præsentes, præfatis *Priori & Conventui* quòd ipsi, & Successores sui Imperpetuùm, habeant, teneant, & possideant Piscariam supradictam, eisdem modo & formâ quibus ipsi & Prædecessores sui eandem, ante Conquestum nostrum prædictum, habuerunt, tenuerunt, & possidebant, ac prout & quatenus ipsi, & Prædecessores sui prædicti, Piscariâ illâ, a tempore Acquisitionis prædictæ hactenus rationabiliter sunt gavisi,

Ita quòd, per præsentem Concessionem nostram, prædicti *Prior & Conventus* nullatenus excusentur quominus Amortisationem di-ctæ

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Scot. 10. H. 5. m. 1.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum omnium Sanctorum proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales Magistrum *Willielmum de Foules*, Secretarium *Comitis de Douglas* de Scotia, in Regnum Regis Angliæ, ad Consilium suum ubicumque tunc fore contigerit, cum Sex Personis in Comitiva sua, vel infra, ac cum Bonis & Hernesiis, *&c. ut in cæteris de Conductu Literis.*

Teste *Humfrido Duce Gloucestriæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium*, Vicesimo die Julii.

Per Concilium.

De Modificationibus super Tractatu Ambassiatorum Comitis Fuxi.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Ex Autogr.

JEhan Conte de Foix a touz ceulz, qui ces presentes Lettres verront, Salut.

Comme, puis n'adgueres, nostre Treschier & Tresame Frere *le Conte de Longueville*, Messire *Jehan Rathclifz* Connestable de Bordeaux, Maistres, *Guilleaume Barrau* Conseiller & Premier Secretaire de mon Tresredoubte & Souverain Seigneur *le Roy de France*, a ce Commiz & Deputez, & en leur Compaignie Maistre *Pierrez Gerault* Secretaire de nostre dit Seigneur le Roy, Maistre *Estienne dez Brosses* Procureur en Guienne de Tresexcellent Prince, & mon Tresredoubte Seigneur *le Roy d'Angleterre, Heritier & Regent de France*, & *Jehan Moliner* Notaire en la Ville de Bourdeaux, soient venuz deverse Nous sur le Traitie, fait, aveque les diz Roys, par *Bertran de Domasaing* Escuier, Maistre *Jehan de Forton*, & *Jehan de Sonterisse*, noz Ambaxadeurs en ceste partie,

Et combien que, de tout nostre Cuer, Nous ayons desire, comme enqores desirons, le bien & honneur des diz Roys, & Accomplir leurs Pleisirs & Commandemens es choses a Nous possibles,

Toutes foiz, veu que noz ditz Embaxadeurs, en Retournant dez *diz Roys*, * arriuerent *devers Nous* le xxix jour du Mois de May derrainement passe, & oye leur Relacion, *X.231.

Et depuis, veue la Coppie de certaines Lettres & Requestes des *diz Roys*, & a eulx per nosdiz Embaxadeurs & oltre noz Instruccions baillees,

Entre autres choses contenans que, se Nous ne faisons ou accomplissions de nostre part lez Poins & Articles, que iceulx Embaxadeurs, ou Nom de Nous, avoyent accorde, les diz Roys ne seroient point tenuz d'Enteriner & Acomplir lez Poins & Articles, par eulx, a Nous Ottroyes & Accordez,

Et, apres plusours Communicacions, sur ce eues aveq les diz Conte de *Longueville*, Connestable de Bourdeaulx, Maistre *Guillaume Varrau* & *Pere Gerault*, & aultres dessus nommes, a este par Nous offert ce que s'ensuit; C'estassavoir,

Que presentement, par la Foy & Serement de nostre Corps, Nous prometions & jurons, sur les sans Evangiles de Dieu, par Nous corporelement touches, en la Persones des diz *Conte*, Connestable, & autres dessus nommes, que,

Apres ce que les *diz Roys* Nous auront Ottroye, Passe, & par leurs Lettres Patentes Accorde les Poins & Articles cy desoubz ensuiant, & icelles Lettres, & toutes autres touchans les dit Traitie, par Nous Veues & Receues,

Nous Jurerons Tenir & Complir ce que par noz ditz Ambaxadeurs, pour Nous ou nostre Nome, a este fait aveq les *diz Roys* (Reservees les Modifications qui s'ensuient) & en Baillerons noz Lettres Confirmatoires & Approbatoires;

Et, PREMIEREMENT, veu que ou Traitie, par nos diz Ambaxadeurs fait aveq les *diz Roys*, est contenu, que Nous devions & estions Tenuz Commancer la Guerre (dont icellui Traitie fait mention) dedans le *Primer Jour de Jung* lors ensuivant, & derreinement passe, & dedans *dit Mois* Bailler noz Lettres Approbatoires du dit Traitie; ce que nullement n'avons peu faire, veu le temps que nostres ditz Ambaxadeurs arriveient devers Nous, comme dit est,

Et aussi consideree la dite Relacion, que par nos diz Ambaxaders Nous a este faite, & la Theneur des dites Lettres, par culx aus diz Roys baillees, come dit est, que *les diz Roys* Nous bailleront leurs Lettres, Approbatoires de tout ce que par lez Roys Nous a este Ottroyes, & est contenu ou dit Traitie,

Non obstant les ditz Lettres, par les diz noz Ambaxadeurs aus diz Roys baillees, comme dit est,

Et que, dedans le *Primier Jour de Jung* derreinement passe, & par tout le dit *Mois*, n'alons fait & accompli lez Chouses si dessus dites, & es Lettres du dit Traitie plus a plain contenues,

Et, en oultre, que les dites Lettres, par nos diz Ambaxadeurs & des *diz Roys*.

ITEM, semblablement, que, s'il avenoit, comme est assez a presumer, que grant Puissance de Gens, de par lez Adversaires, se mist sus & venist, & que par ce il feust expedient & necessaire, per Batails, Sieges, ou autrement, Assembler plus grant nombre de Gens d'Armes & de Trayt que n'est la Retenue de *Mille & Cinq Cens Paies*, dont le dit Traitie fait mencion, que Nous le puissons faire Assembler, aveq & par le Conseill d'aucuns Notables Hommes, estans en nostre Compaignie, sur ce Commiis & Deputez par lez *diz Roys*; & que, en ce Cas, lez Gaiges leur soyent paiez, ainsy que aux aultres, pour le temps qu'ilz seront en nostre Compaignie, ou Service des *diz Roys*, par l'Advis & Consell des diz Commis & Deputez.

ITEM, en oultre, avons Offert, & Offrons, que Nous commencerons la Guerre, dont icellui Traitie fait mencion, dedans le xv Jour du Mois d'Avril prouchain * venant, par ainsy que, Deux Mois par avant, Nous soyons duiement certiffiez que les chouses dessusdites Nous feront par les *diz Roys* passees & accordees, & Nous aurons Receues leurs Lettres, aveques toutes autres touchans le dit Traitie, Deux Mois paravant ledit xv Jour; les quelles choses nous avons Offertes, & Offrons, comme dit est, parmy ce que, dedans *la Feste de Noel* prouchain venant, toutes les choses & poins en ces presentes contenuz soyent passees & accordes par les *diz Roys*, Et que Nous ayons Receules Letties qui sur ce seront faites, *Deux Moys* par avant le dit xv Jour du Mois d'Avril prouchain venant. *X.232.

En Tesmoing de ce Nous avons fait mettre nostre Seel à ces Presentes.

Donne, a *Orres*, le xxij Jour de Jullet, l'An de Grace Mille CCCC. xxij. Et singnee de nostre Main.

Donne come dessus.

Johan.

Par Monsieur le Conte en son Conseil.

VANOS.

De Restitutione & de Respectuatione.

REX, *Escaetori suo* in Comitatibus Surriæ & Sussexiæ, Salutem. Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Pat. 10. H. 5. m. 1.

Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Venerabilem Patrem, *Johannem*, nuper *Episcopum Cicestrensem*, a vinculo, quo eidem Ecclesiæ tenebatur, Absolverit, & ipsum in Episcopum Londoniensem Transtulerit,

Ac eidem Ecclesiæ Cicestrensi de, Venerabili Patre, *Thoma*, nuper, *Herefordensi Episcopo*, Auctoritate Apostolicâ, Providerit, Ipsumque in Episcopum dictæ Ecclesiæ Cicestrensis Præfecerit & Pastorem,

Sicut per Literas Bullatas ipsius Domini Summi Pontificis, nobis indè directas, nobis constat.

Nos,

Pro eo quòd idem *Episcopus Cicestrensis*, omnibus & singulis verbis, in dictis Literis Bullatis contentis, Nobis & Coronæ nostræ præjudicialibus, coram Nobis palàm & expresse renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit,

Volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Pro Quadraginta Solidis, Nobis solutis in Hanaperio nostro, Fidelitatem ipsius Episcopi Cicestrensis, Nobis pro Temporalibus dicti Episcopatûs Cicestrensis debitam, usque ad Festum Natalis Domini proximò futurum Respectuavimus, & ei Temporalia illa cum pertinentiis Restituimus;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Episcopo Cicestrensi* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, Liberes in formâ prædictâ; salvo jure cujuslibet.

Teste *Humfrido Duce Gloucestriæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

REX, *Escaetori suo* in Comitatu Middlesexiæ, Salutem.

Cùm Dominus Summus Pontifex, *&c. ut supra usque ibi*, gratiosè, *& tunc sic*,

Nos pro quodam Fine, Nobis soluto in Hanaperio nostro, Fidelitatem, *&c. ut supra usque ibi*, debitam, *& tunc sic*, usque ad certum Diem jam futurum Respectuavimus, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Consimile Breve dirigitur *Roberto Chichele* Majori Civitatis Regis Londoniæ & Escaetori suo in eadem Civitate.

Et Mandatum est Militibus, liberis, &c.

De

... Juris ... in Civitate & in Banleuca prædicta? quantum ad ipsum Episcopum Lexoviensem? & quantum ad Militem quendam *Robertum* (scilicet, cognominatum *Vicecomitem*) pertinebat? Qui (videlicet) Miles Vicecomitatum sibi apud Lexovium hæreditario Jure competere asserebat.

Recognitum est autem, in Curia nostra, coram Nobis & Baronibus nostris, per Testimonia Decem & Octo Militum Juratorum, Nos tantummodo Tria Placita (quæ de Spata vocantur) in illa Civitate & Banleuca habere (videlicet) de Submonitione Exercitûs nostri, de Via Curiæ nostræ, & de Moneta: Quæ etiam Tria Placita, per manum Episcopi vel Ballivorum suorum, ante Nos, vel Senescallum nostrum, vel in Assisas nostras, debent adduci: Ita etiam quòd nichil de Emendis alicujus istorum Trium Placitorum sibi potest Episcopus vendicare, sed eas per Manum ipsius, vel Ballivorum suorum, debemus habere: Et, præter illa Tria Placita, nichil Nobis Juris in prædicta Civitate remanet aut Banleuca.

Cætera autem omnia Jura & Placita, tàm de Stapa, quàm alia, quibuscumque modis vel causis eveniant, cum eorum Emendis, ad *Episcopum*, sine omni contradictione pertinent & Querelâ.

Recognitum fuit etiam, per eosdem Milites, quòd prædictus *Robertus* nichil Juris vel Hæreditatis habuit in prædicto Vicecomitatu.

Ipseque *Robertus* postmodùm, in Curia nostra, coram Nobis & Baronibus nostris, *Remisit* ipsi Episcopo, & Successoribus suis *Imperpetuum*, totum Jus quod sibi vendicaverat & clamaverat in illo Vicecomitatu.

Quare volumus & firmiter Præcipimus quòd *idem Episcopus*, & omnes Successores sui, liberè habeant, teneant, & possideant Civitatem & Banleucam suam, cum Immunitatibus supradictis, absque omni Molestia, gravamine, & exactione, per Nos, seu per Ministros nostros, ibi deinceps facienda, sicut superiùs in hac Pagina prænotatum est.

Testibus,

Haberto Cantuariæ Archiepiscopo,
Rogero Sancti Andreæ de Scotia Episcopo,
Roberto Comite Leicestriæ,
B. Comite Albamarlle,
Williemo Comite Arundellæ,
Willielmo Filio Radulphi Senescalli Normanniæ,
Hugone de Gornayo,
Rogero de Tornero,
Walkerio de Ferrariis,
Henrico & Hugone Filiis ejus,
Roberto de Harecourt,
Johanne Filio ejus,
Johanne & Petro de Pratellis.

Dat. per manum ejusdem H. Cantuariensis Archiepiscopi, Cancellarii nostri, apud *Rothomagum*, iv die Septembris, Regni nostri Anno Primo.

Nos autem, Cartam prædictam, ac omnia & singula in eadem contenta, Rata habentes & Grata, Ea pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, *Acceptamus* & *Approbamus*, ac, Venerabili in Christo Patri, *nunc Episcopo* Ecclesiæ prædictæ, & Successoribus suis Imperpetuum, Tenore Præsentium *Concedimus* & *Confirmamus*, prout Carta prædicta rationabiliter testatur, & prout & quatenus *prædictus Episcopus*, & Prædecessores sui, dictis Civitate & Banleuca, cum Immunitatibus supradictis, hactenus rationabiliter sunt gavisi.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, primo die Augusti.

Per ipsum Regem.

Teste ut supra.

De Tractando cum Episcopo & Patria de Liege.

HEnry, &c. A tous ceulx, qui ces presentes Lettres verront, Salut. Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Pat. Norm. 10 H. 5. m. 9 d.

Comme les Sollicitudes & Cures humaines telles Nous vienent souvant devant les yeulx, par les quelles Royaumes & Seignouries se peuent mieulx Conduire & Conserver.

Et, combien que pluseurs Moyens y soient requiz, toutes voyez Connexion de Paix mutuelle & Lien de doulce Amitie est a ce moult necessaire & prouffitable, mesmement aux Royaumes, Seignouries, & Paiis, voysins & prouchains les unes des autres,

A fin que, par le Moyen de doulce & vraye Amitie, les Habitans d'iceulx puissent en bonne Civilite Converser, & frequenter en leurs Besongnes, Marchandises, & autres Affaires

Que quelles Choses considerans, & que les *Evesque*, *Chapitre*, *Cite*, & *Paiis du Liege* sont Marchissans a cest Royaume de France (du quel, par la Grace de nostre Seigneur, sommes *Regent & Heritier*) avons desire & desirons, pour le Salut, Tranquillite, & Repos des Hommes, avoir bonnes, vrayes, entieres, & perpetuelles Amities, pour nostre Treschere & Tresame *Pere le Roy* & *Nous*, & les Royaumes, Paiis, Seignouries, & Subgiz de Lui & de Nous, & deca & della la Mer, avecque les ditz *Evesque*, *Chapitre*, *Cite*, & *Paiis du Liege*, & autres Seignouries des Marches l'environ,

Et pour ce Nous,

Confians a plain des Sens, Loyaultez, & bonnes Diligence de, noz Treschères & bien Amez, Messire *Rolland de Dunquerke* Chivaler grant Pennetier de France, Maistre *Jehan de Mailli* Doyen de Seint Germain l'Auxerrois Grant Archidiacre de Chaalons & Maistre des Requestes de l'Ostel, Maistre *Henry Godela* Doyen du Liege & Prevost de l'Isle, Conseillers, & Maistre *Jehan Milet* Secretaire de nostre dit *Beaupere le Roy*,

Yceulx les Trois, ou les Deux d'iceulx, avons Ordonnez & Commis, Ordonnons & Commettons, par ces Presents, a Aler, depar nostre *dit Beaupere* & depar *Nous*, a Malines, es Marches Alemande, ou Paiis du Liege, ainsi que mestier serra, pour assembler avec les Commis & Deputes des ditz *Evesque*, *Chapitre*, *Cite*, & *Paiis du Liege*,

Et leur avons Donne, & Donnons, par ces mesmes Presentes, aux Trois, ou aux Deux d'iceulx, plain pouoir & Auctorite de Traicter, Ordonner, & Concorder, avecques les dessus dites, bonnes, vrayes, entiers, & perpetuels Amitiez, entre nostre dit *Beaupere* & * *Nous*, & les Royaumes, Paiis, Seignouries, & Subgez de Lui & de Nous, tant deca que della la Mer, d'une part, & les ditz *Evesque*, *Chapitre*, *Cite*, & *Paiis du dite Liege*, leurs Soubgez & Seignouries quelconques, & autres Seignuries des Marches Alemand, d'autre part, * X. 235.

Et sur quanque serra ainsi Traictie & Ordonne, pour nostre *dit Beaupere* & *Nous*, & nostre Partie, avec les dessusdites, ayans a ce suffisans Pouoir, de l'affermer & asseurer par Foy & Serement sur les Saintes Evangilles a donner en l'Ame de Nous,

Et d'ottroyer & donner sur ce, & ses dependances, toutes manieres de Cauxtions, Seurtes, Promesses, Obligations, & Lettres Seeles, tant & telles comme mestier serra, ou bon leur semblera en tel Cas,

Les quelles nous voullons avoir, au regart de Nous, tel Effect, Vigeur & Fermetee, comme se Nous les eussions donnees & faites en nostre propre Persone,

Et de Faire, Executer, Expedier, & Accomplir tous Articles, qui seront accordez pour nostre ditz *Beaupere* & *Nous*, & nostre Partie, sanz fraude ou mal Engyn,

Et Promettons, en bonne foy, & en parolle de Roy, avoir & tenir Ferme & Agreable tout ce, que par noz diz Messagiers, ou les Troiz, ou les Deux d'iceulx, serra fait sur ce, sanz venir en contre, en quelque manere que ce soit,

Et de donner noz Lettres Confirmatoirs, Seelles de nostre Grant Seel, sur tous les *Poins*, qui ainsi serront accordez,

11. *Habendum*, *Regendum*, *&* *Gubernandum* Officium prædictum quamdiu Nobis placuerit, cum suis Juribus & Pertinentiis quibuscumque,

Mandantes, Tenore Præsentium, Ballivo nostro de Caux, vel ejus Locumtenenti, quòd ipsum *Johannem* in corporalem Possessionem Officii prædicti, necnon Jurium & Pertinentium suorum, ponat seu poni faciat, necnon Officio illo, unà cum Juribus & Pertinentiis suis prædictis, uti & gaudere permittat;

Proviso semper quòd prædictus *Johannes* Onera & Servitia, in Hospitali prædicto observanda & supportanda, facere & supportare, necnon bonum & fidele Compotum de his, quæ hujusmodi Officio pertinent, si & ubi debetur, quotiens opus fuerit, prout moris est, reddere omninò teneatur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, septimo die Augusti.

De Recipiendo Juramento.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Ibidem. m. 10. dor.

REX, Venerabili in Christo Patri, *N.* eadem Gratiâ, *Episcopo Bajocensi*, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, ut informamur, quamplures Personæ Ecclesiasticæ, tàm Regulares, quàm Seculares, infra Civitatem & Diœcesim vestras existentes, & pro præsenti Residentes, Sacramentum Ligeantiæ & Fidelitatis, Nobis debitum, nondum præstiterunt, nec etiam PACEM FINALEM, inter præcarissimum *Patrem nostrum Franciæ* & *Nos* nuper, largiente Domino, conclusam & concordatam, quomodolibet juraverunt, ut deberent,

Nos,

De Fidelitate, Providentiâ, & circumspectionis Industriâ vestris quamplurimùm confidentes,

Dedimus Vobis, ac plenam, Tenore Præsentium, Damus Potestatem ad Recipiendum a Personis Ecclesiasticis * hujusmodi tàm Exemptis, quàm non Exemptis, infra prædictas Civitatem & Diœcesim vestras existentibus, & ab ipsorum quolibet, Sacramentum Fidelitatis & Ligeantiæ prædictum, * X. 236.

Necnon ipsos, & eorum quemlibet, jurare faciendum Pacem supradictam,

Ac ipsis, & eorum cuilibet, super Sacramento & Juramento hujusmodi, Literas vestras Testimoniales, sub Sigillo vestro sigillatas, conficiendas, Dandum & Liberandum,

Cæteraque Faciendum & Exequendum quæ in hac parte fore videritis necessaria seu quomodolibet oportuna.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum suum Rothomagi*, duodecimo die Augusti.

De Confirmatione pro Ecclesia Cathedrali Rothomagensi.

Ann. D. 1422. An. 10. H. 5. Norm. 10. H. 5. m. 4.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS quandam Cartam antiquissimam, cujusdam *Karoli*, quondam *Regis Franciæ*, factam in hæc verba,

IN NOMINE SANCTÆ ET INDIVIDUÆ TRINITATIS, *Karolus*, gratiâ Dei, *Rex*.

Si ad ea, quæ Prædecessores nostri, divinâ dignatione illuminati, & piis Admonitionibus instigati Servorum Dei, pro utilitatibus supplendis, statuere Decrevere, nostris Confirmamus Edictis, Regiam exercemus consuetudinem, & hoc Nobis ad præsentem Vitam feliciùs transiendam, & ad futuram capescendam, pro futuro, procul dubio Confidimus,

Idcirco NOTUM SIT omnibus Fidelibus Sanctæ Dei Ecclesiæ, & nostris, præsentibus (scilicet) & futuris, quia *Raculphus*, Venerabilis *Rothomagensis Archiepiscopus*, detulit Serenitati nostræ Præceptum Avi nostri, divæ memoriæ, Domini *Imperatoris Karoli*,

In quo continebatur quòd, ad Petitionem quondam, Sanctæ recordationis, Domini *Archiepiscopi Rothomagensis*, Prædecessoris sui, quasdam Villas Viris, Sanctæ suæ Metropolitanicæ Ecclesiæ Rothomagensis Canonicis, in Aula Sanctæ Mariæ Domino deservientibus, usibus & necessitatibus eorum supplendis perpetuò deservituras, Delegasset, ac Præcepto suæ Auctoritatis Roborasset,

Postulans & humiliter efflagitans ut tàm ea, quæ præfatus quondam *Præsul Remigius* Fratribus Donaverat, quàmque ea Successores ipsius memoratis Fratribus Contulerant, sed ea quæ, per Consilium, & consensum, ac voluntatem nostram, ipse sæpefatis Fratribus addiderat, denuò, propter rei Firmitatem, Præcepto no-

Sed & hoc quod *Sirfred Alonus* & *Corde Fæmina*, per Instrumenta Kartarum, Partibus præfatæ Ecclesiæ Tradiderunt,

Necnon & illum Mansum in Misermiis, cum ipsa Vinea vel Campello, & uno Discapo,

In ipsa quoque Civitate illos Mansos, quos boni Homines præfatis Fratribus dederunt,

Illosque Mansos, tàm infra Murum, quàm foràs Murum, quos *Sirfredus* & *Corida* per Instrumenta sua, Partibus ejusdem Ecclesiæ tradiderunt,

Et in Quenrico Portu Mansum unum, & illos Mansos in Inclina & Adeletta, cum Vineis & Farmariis, unum (scilicet) ad Longum Pedanum, & alium subter eorum Vineam situm in ipso Pago, cum omni sua integritate,

In Pago quoque Talano & Muniano * Brancuneias, cum omnibus adjacentiis & appendentiis suis, * X. 237.

Offuneias Culegium, similiter cum omnibus adjacentiis & appendiciis earum,

Et Silvam, quæ de quodam homine (nomine *Latramio*) recepta est,

Fontanas quoque super Fluvium Fiscanum, cum omni sua integritate,

Bolari campum, similiter cum omni sua integritate,

Bodardi villam, cum omni sua integritate,

Martini Ecclesiam, cum appenditiis suis,

Septem molas similiter Nundinarias cum appenditiis suis,

Et in alio loco, in ipso Pago, *Unabardi campum*, cum omnibus appendiciis,

Et in Merovilla Canensi Vicum *Miagregium* & quicquid ibi aspicit,

Umerilum similiter,

Et, in Pago Parisiaco, Carantonum super Fluvium Maternam; cum Vineis, & Pratis, & omnibus appenditiis suis,

In Pago quoque Belvacense Villam Cramiciacum, quam, bonæ memoriæ, quondam *Rainfredus Episcopus* eisdem Fratribus dedit,

Illum quoque Mansum in Villa, quæ vocatur Gellis, cum Vineis & Pratis,

In Pago etiam Pinciacense, Prunetum super alveum Sequanum, quem de quodam Homine *Gerbaldo* Dominus *Archiepiscopus Remigius* recepit,

Necnon in Pago Ebricino, Fontanas super Fluvium Itoniam, cum omnibus adjacentiis suis (id est) Tamega, Berclindicurte, Ferrarias, Scardegium, Cursuncurtem, Una Lanciegum cum Silvis, Pratis, & Molendinis, quas *Grimo* quondam Archiepiscopus ipsis Canonicis per suam Manufirmam dedit,

Et in Pago Vilcassino in Flamericurte Curtiles Tres & de Terra Arabili *Bunuaria* tria,

In alto Puto Mansum unum, cum adjacentiis suis,

In Fidunmonte Mansum unum cum adjacentiis suis,

Et in Hunugicurte Curtiles Duos, cum adjacentiis eorum,

In Stirpimaco Curtilem unum, cum appendiciis suis,

In Mangiliponte Mansum unum, cum appendiciis suis,

In Pago etiam Tellano Miarumam Monasteriolum, cum adjacentiis,

Mormontem cum adjacentiis suis,

Et Statieurtem & Mansos Duos in Mala sede,

In Pago *Cultis Stadium*, cum adjacentiis suis,

Gressum cum adjacentiis suis,

In Signeio Monte Mansum unum, cum appenditiis suis,

Addidit quoque nunc præfatus *Præsul Riculphus* iisdem Fratribus, in Pago Beluacnise, in loco qui dicitur Fristomons, Mansum in Dominicatum, cum Terris universis, Silvis, Pratis, & alios Decem Mansos, cum suis adjacentiis, quos volumus ut, post decessum *Ursionis* Vassalli nostri, qui eosdem nunc in Beneficium tenet, absque ulla Refragratione vel Interrogatione, sæpefati Fratres recipient,

In Pago Vilcassino Clevilla quæ dicitur Malsa,

In Genolclunlla, juxta Pontem Hilbondi, Mansum unum & Culturam, in qua sunt Quinque Buveta Terræ, cum adjacentiis suis,

In Pago Suessonico Villam, quæ vocatur Vacunacus, Mansum (videlicet) Dominicatum, cum Terris, Vineis, & Pratis,

Et alios Quindecim Mansos cum omnibus appendiciis suis,

Quam eo modo memoratus Præsul præfatis Fratribus concedit, ut, si (quod absit) barbarica Incursio eos in Civitate habitare prohibuerit, & toto usibus eorumdem deserviat,

Si verò, ut (Deo gratias) nunc est, tempus Pacis fuerit, Medietas omnis, tum Laboratûs & Censûs, per Præpositum Fratrum, Custodi sanctæ Mariæ tribuatur (scilicet) ad Ornamenta, & Luminaria, & cætera, quæ in usus præfatæ Basilicæ, necessaria fuerint,

Addidit etiam sæpefatus Pontifex ad juvaticum Ecclesiæ Sanctæ Mariæ

Signum *Willelmi* ✠ *Roberti Comitis Filii*,

Factum in Festivitate Sanctarum Virginum Perpetuæ & Felicitatis.

Cum præscriptis Donis ego *Robertus Dux Normannorum* Dono & Concedo Sanctæ Mariæ Decimam Denariorum meorum, quam Achardus, Nutricius meus tenebat ad Canonicorum Vestimenta inibi Servientium emenda.

Signum (*F. R. S.*) Karoli Gloriosissimi Regis.

INSPEXIMUS etiam quandam aliam Cartam, benè Antiquam, quorumdam, *Roberti dudum Rothomagensis* Archiepiscopi, *Roberti Nepotis sui*, tunc *Principis Northmanniæ*, similiter factam in hæc verba,:

UNIVERSIS Ecclesiæ Filiis, ubique locorum in fide Catholicâ firmiter fixis, *Rodbertus*, Dei gratiâ, *Archiepiscopus Rothomagensis Ecclesiæ*, ejusque Nepos *Rodbertus*, nutu divino, *Princeps totius Northmanniæ*, Salutem, & Vitam, Mentisque & Corporis prosperitatem perpetuam.

Volumus Notificare omnibus, quoscumque movet causa vel ratio Cartulæ hujus, Principale totius Northmanniæ Monasterium, in Honore Sanctæ Mariæ, Dei & Hominis Matris, Virginis Dedicatum, nimis terrenis vacuatum Stipendiis Nos invenisse, ipsumque per hoc Officiis cœlestibus parum indulgere,

Cujus Miseriæ condolentes, & eam intimâ compassione ferentes, ductu Euvangelico per divinam sensimus inspirationem ipsum, sicut ipsius Dominum, positum esse in Ruinam multorum & in Resurrectionem,

Hoc autem sæpe revoluto & diligenter discusso, Conscientiæ nostræ hujusmodi gravem pertulimus Morsum, nè improperanter Nobis obiceretur illud Propheticum, *non Ascendistis ex adverso, nec opposuistis vos Murum pro Domo Israel*, ut staretis in Prælio in Die Domini,

Cùm insuper, & si non nostris Meritis, largiente tamen Domino, & pejorandi & meliorandi hanc conditionem in Nobis posita esset Ditio,

Quod adhuc qualiter esset cum clariori vigilantiâ requisitum, & expressiori fieret indagatione viventium, videndo quòd, facientes & consentientes par Pœna constringit, unusquisque nostrûm alieni Facinoris sententiam in caput suum redundare præsensit, si, videntes aliorum miserabiles Lapsus, in Laqueos quos absconderant, & in quibus comprehensi erant, comprehendi non timeremus, maximè cùm ad Dupplicantium sive Dampnationem sive Præmium nobis hæc Duo suppeterent, ac tota facilitate faverent, & a Præcipitio isto cavere, & Præcipitatis Manum Reparationis extendere,

His omninò accommodatis & a minutiis Statuimus Beneficia Ecclesiæ Dispersa recolligere, Recollecta in unum remittere, Remissa æqualiter ordinare (videlicet) in supradicti Loci Ecclesiasticos usus nominatim, ad Communes Fratrum inibi Servientium Sumptus,

Quod, Fidelium nostrorum consultu, Amicorum oratu, dùm ex voluntate potuisset, in actu Firmavimus, Manibus nostrorum & nostris Annuimus, dictis Auctorizavimus, & adhuc Auctorizamus his Scriptis, ut sic, per Nos factum, a Deo confirmatum, ab hominibus maneat inconcussum amodò & usque in sempiternum.

Verùm nè Terrarum Nomina, ibi pertinentium, legentibus vel audientibus, si mixtum ponantur, gignant fastidium, volumus prius seorsum ponere quæ illic Congregata reperimus, & postea quæ Dispersa illuc aliunde Congregavimus,

Hæc, quæ sequuntur, ibi pertinentia, illis invenimus Reservata,

In Comitatu Rothomagensi, Partem Villæ, cujus Nomen est Petrevallis,

In Pago qui dicitur Talon, Partem Villæ unius, quæ Grunvilla
* X. vocatur, & Ecclesiam Brochemontis vocatæ,
239. * Et vj. Ospites apud Lundmarias, & totidem apud Clerdas, Et adhuc Locum dedit, volente simul & unante Sorore sua, in Comitatu Rothomagensi, Medietatem Villæ Ernolt Muit dictæ, & Duas Partes, cum Ecclesia alterius Villæ Franchivillulæ vocatæ,

Et aliam Villam dimidiam Putbon nuncupatam,.

In Comitatu Talon, super Fluvium qui vocatur Era, Culverti Villam, cum universis quæ pertinendo pendent ad ipsam,

In Comitatu eodem alteram Villam Brachemunt dictam, cum cunctis quæ constat pertinere ad illam,

Adhuc autem, & in ipso eodémque Pago, tres Villas (scilicet) Serberti Villam, Clerdas, Lundmarias, cum Ecclesiis & Molendinis, omnibusque, tàm in Aqua, quàm in Terra, earum Appendiciis,

In Comitatu Eusmatensi, Villam quæ dicitur Niceacus, cum Ecclesia & Molendinis, & omnibus ad eam pertinentibus,

In ipso eodémque Pago, Duas Villas, Leysam & Bolonem vocatas, cum Ecclesiis, & Molendinis, & Pratis, ac universis earum Appendiciis,

Adhuc autem, & in ipso eodem Pago, in Villa, quæ Oilliacus vocatur, Triginta tres Partes, quæ vulgo Mans Loch dicuntur,

In Calciaco Pago Brittam Villam, cum Ecclesia, quam *Bernardus* dedit, & Dimidiam Partem alterius Britteville, & Duo Molendina juxta Murum, quæ dedit *Ricardus Secundus*,

In Pago Belvacensi, Craunsacus & Partem Terræ in Villa quæ dicitur Muntatera,

Et in Ebroicensi Pago, Northmanni Villam, & Cader, & Sanctum Germanum, quas dedit *Ricardus Primus*,

De Dourent citeriorem Partem, cum Ausgeri Villa, & Ecclesiam, quæ in ulteriori Aquæ Ripa sita est.

Signum *Hu*✠*gonis*.
Signum *Gua*✠*uero*.
Signum ✠ *Rodberti*, *Archipræsulis*,
Signum ✠ *Principis Rodberti*,
Signum ✠ *Henrici Abbatis*,
Signum ✠ *Gisleberti Comitis*,
Signum *Vuillelmi* ✠ *Rodberti Comitis filli*.

Cum præscriptis Donis ego, *Rodbertus Dux Northmannorum*; Dono & Concedo Sanctæ Mariæ Decimam Denariorum meorum, quam *Acardus Nutricius* meus tenebat, ad Canonicorum vestimenta, inibi Servientium, Emenda.

✠ Hæc est Adfirmatio *Vuilelmi Comitis de Sotavilla*.

INSPEXIMUS insuper quandam aliam Cartam, celebris memoriæ, *Rodberti*, quondam *Ducis Normannorum*, Nobilis Progenitoris nostri, similiter factam in hæc verba,

Ego *Rodbertus*, *Dux Normannorum*, Filius *Willelmi Regis Anglorum*, *Concedo* & *Quietam perpetuò Dimitto* Sanctæ Mariæ Rothomagensi Consuetudinem Bernagii, immò ipsum Bernagium, quod habebam in Terra ejusdem Sanctæ Mariæ de Petrevalle, pro Salute Animarum Patris mei & Matris meæ, omniumque An-
tecessorum meorum, pro Salute etiam * meâ, Successorumque * X.
meorum, 240.

Et hæc Donatio nostra facta est, anno ab Incarnatione Domini M. XC. V. in die Assumptionis Sanctæ Mariæ in eadem Ecclesiâ,

Ipsámque Donationem, propriâ Manu meâ, Misi super unum Altare per unum Cultellum.

Præsente *Roberto Comite de Mellent*,
Et *Alberico de Arceio*,
Et *Roberto Filio Hugonis de Monte Forti*,
Præsentibus etiam pluribus Baronibus meis,
Et *Radulfo* Cancellario meo,
Et *Ornulpho de Croches* Capellano meo,

Et, ut istud Donum imperpetuum Ratum Firmúmque habeatur, Sigillo meo sigillari feci, Signatúmque in eadem Ecclesiâ pro

hanc, pro Testimonio, Crucis impressione Firmo, & Sigilli mei Privilegio munio,

Et omnibus Obrumatibus meis, tam præsentibus, quàm absentibus, ut, pro Testimonio suo, Cruces hic faciant, Mando & Præcipio.

Hæc autem Donatio facta est, Anno ab Incarnatione Domini M. XC. VI. in Nomine Domini nostri Jesu Christi, & in Honore Genetricis ejus semper Virginis Mariæ, quæ, cum eodem Filio suo Regnans, assidue interpellat pro Dilectoribus & Reparatoribus Ecclesiæ suæ.

Signum + *Rothomagensis Willielmi Archiepiscopi.*
Signum *Roberti Comitis* +
Odonis + *Episcopi Bajocensis* Signum,
Signum *Stephani de Albamala* +
Signum *Willielmi de Archis Comitis* +
Signum *Grentonis Dunsionensis Abbatis* +
Signum *Roberti Filii Alunardi.*
Signum *Radulphi Cancellarii*, +
Signum *Hugonis de Revers* +
Signum *Helgoti* Abbatis Sancti Audoeni.

INSPEXIMUS præterea quandam aliam Cartam, inclitæ recordationis, *Ricardi Regis Anglorum*, Nobilis etiam Progenitoris nostri, similiter factam in hæc verba,

R*icardus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, *Dux Normanniæ*, *Aquitaniæ*, *Comes Andegaviæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Senescallis, Præpositis, Ballivis, & omnibus Ministris & Fidelibus suis, Salutem.

Sciatis Nos Concessisse, & in perpetuam Eleemosinam Dedisse Deo & Ecclesiæ beatæ Mariæ Rothomagensi, pro Animâ meâ, & Antecessorum, & Successorum nostrorum & pro Anniversario nostro, & pro Restauratione Amissorum & Dampnorum, quæ Dominus noster *Philippus Rex Franciæ* fecit *Archiepiscopo* & *Ecclesiæ Rothomagensi*, tempore Guerræ inter Nos & præfatum Regem, Trescentos Modios Vini, percipiendos, singulis Annis, in Modiatione nostrâ Rothomagensi per integra Dolia, sicut ea recipere solemus, & talis Vini quale recipere solemus in Modiatione nostrâ,

Ita (videlicet) quòd *Archiepiscopus* ad Usus proprios habebit de eodem Vino Centum Modios singulis Annis, & Canonici ad Usus suos & Communiam suam habebunt Reliquos Ducentos Modios Vini,

Si verò præfata Modiatio nostra non poterit sufficere ad perficiendos Trescentos Modios Vini, præfatus *Archiepiscopus* & *Canonici* percipient, pro singulis Modiis, qui defuerint, Viginti Solidos Andegaviæ a Nobis & Hæredibus nostris, donec integrè perficiantur * Trescenti Modii Vini, & illos Denarios percipient de
* X. 241. Reddita nostro Rothomagensi.

Testibus,

Warino, *Ebroicensi*,
H. Xantonensi,
Episcopis,
A. Decano Turonensi,
Magistro *Philippo Cantuariæ Archidiacono*,
G. Sarum Decano,
Willielmo Filio Radulphi, tunc Senescallo Normanniæ,
Willielmo Marescallo,
Willielmo de Humet, Constabulario Normanniæ,
Willielmo de Stagno,
Et pluribus aliis.

Data, per Manum *Willielmi*, *Ebroicensis Episcopi*, Cancellarii nostri, apud *Rothomagum*, Anno sexto Regni nostri.

INSPEXIMUS etiam quasdam Literas Patentes, recolendæ memoriæ, *Ludovici*, quondam *Regis Franciæ*, Nobilis etiam Progenitoris nostri, similiter factas in hæc verba,

Ludovicus, Dei gratiâ, *Franciæ Rex*, Notum facimus universis, tàm præsentibus, quàm futuris, quòd Nos Literas, *Almarici de Meulento* Militis, vidimus in hæc verba,

Noverint omnes, præsentes & futuri, quòd ego, *Amaurricus de Meulento*, Vendidi, & omnino Concessi, & hac præsenti Carta Confirmavi, Viris Venerabilibus & Discretis, *Decano & Capitulo* Rothomagensi, pro Novies Viginti Libris Turonensibus,

De quibus teneo me pro Pagato, Renuncians Exceptioni non Numeratæ Pecuniæ,

Nos verò, ad Requisitionem *præfati Militis*, prædictam Venditionem, prout superiùs continetur, Ratam habemus & gratam,

Volentes, quantum in nobis est, divini Amoris intuitu, & concedentes quòd dicti *Decanus & Capitulum* prædictum Redditum Tenere valeant *Imperpetuum*, ac pacificè possidere, absque Coactione aliquâ Vendendi, vel extra Manum suam ponendi, salvo in omnibus aliis Jure nostro & etiam alieno

Quod, ut Ratum & Stabile permaneat in futurum, præsentibus Literis nostrum fecimus apponi Sigillum.

Actum apud *Vicen*, Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, Sexagesimo Nono, Mense Martii.

INSPEXIMUS ulterius quasdam alias Literas Patentes ejusdem *Ludovici Regis* similiter factas in haec verba,

Ludovicus, Dei Gratiâ, *Franciæ Rex*.

Noverint universi, præsentes & futuri, quòd Nos,

In Recompensationem Dampnorum, quæ Capitulum Rothomagense sustinuit, tàm in Domibus, Placeis, Gardinis, quàm Possessionibus & Rebus aliis quibuscumque, ratione Hallarum nostrarum Rothomagensium, de novo constructarum ibidem,

Dedimus & Concessimus eidem Capitulo Quindecim Libras Turonenses, Annui Redditûs, apud Rothomagum Percipiendas, Annis singulis, imposterùm ab eodem Capitulo, Duobus nostris Scaccariis Rothomagi, per Manum Ballivi nostri Rothomagensis, quicumque fuerit institutus.

In cujus rei Testimonium præsentes Literas Sigilli nostri fecimus impressione muniri.

Actum apud *Pontem Arche*, Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, Nonagesimo Nono, Mense Septembri.

INSPEXIMUS insuper quandam * Cartam, cujusdam *Hugonis de* * X. 242.
Gornayo, similiter factam in haec verba,

Hugo de Gornayo universis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Notum sit omnibus, tàm præsentibus, quàm futuris, quod ego *Hugo de Gornayo Dedi* Canonicis beatæ Mariæ Rothomagensis, in perpetuam Eleemosinam, Quadraginta Solidos Andegaviæ, recipiendos annuatim, ad Festum Sancti Remigii, in Præpositurâ meâ de Gornayo, pro Anniversario Patris & Matris & Meo,

Ut autem Donum meum Firmum & Stabile sit, ego *Hugo de Gornayo* ipsum prædictis Canonicis, impressione Sigilli mei, *Confirmavi*.

Testibus,

Ricardo Abbate de Belbec,
Et *Radulpho Priore*,
Roberto Rothomagensi Archidiacono,
Willielmo de Hoettur,
Girardo de Rosfeyo,
Galtero Decano de Gornayo,
Radulfo Thesaurario,
Nicholao de Agyo.

INSPEXIMUSptereà quandam aliam Cartam, cujusdam *Walteri* quondam *Rothomagensis Archiepiscopi*, similiter factam in hæc verba,

Omnibus Christi Fidelibus, ad quos præsens Scriptum pervenerit, *Walterus*, Dei gratia, *Rothomagensis Archiepiscopus*, Salutem in Domino.

Justum est ut Prospera communicent qui Adversa communiter sunt perpessi; Qui enim Passionis fere consortes, Consolationis esse non debent aliquatenus inexpertes.

Quoniam igitur, karissimi Filii nostri, Ecclesiæ nostræ Rothomagensis Canonici,

Dùm pro tuendo Ecclesiæ nostræ Patrimonio, contra Reges & Præsides, magnis Expensis, gravissimis Sudoribus & Periculis, certaremus,

Nobiscum in Temptationibus nostris viriliter & fideliter permanserunt, dignum & justum est ut, quod de Laborum nostrorum Proventibus, auxiliante Domino, nostris utilitatibus adcrevit, non sit eis penitùs alienum; sed, qui in parturiendo Nobis condoluerunt, Partûs nostri Fructu pariter & Lætitiâ jocundentur.

Inde est quòd, de omni Redditu & Proventu, quem de Dieppa & Borellis, & earum Pertinentiis, singulis Annis, vel Nos, vel Successores nostri, futuris temporibus, ad usus proprios conso-

. . . . Decem Librarum ditims Monetæ incurrant, *dictis Canonicis* persolvendam, sed per Nos vel Successores nostros justificandam:

Si verò easdem Villas in manu nostrâ tenuerimus, & ita liquidò non potuerunt Proventus & Redditus æstimari, eorum Æstimatio Quatuor legalium Virorum earumdem Villarum arbitrio relinquetur, qui Jurati bonâ fide Summam totius Redditûs & Proventuum declarabunt; & sic æstimata *eisdem Canonicis*, statutis Terminis, sine contradictione, reddetur; Pœnâ Decem Librarum, sicut prædictum, imminente nostro vel Successorum nostrorum Senescallo vel alio Baillivo, ad prædictorum Redditum

* X. & Proventuum Susceptionem Deputato, si, in aliquo * prædi-
243. ctorum Terminorum, in Solutione cessaverint, vel in Toto, vel in Parte:

Quia verò, post tempus Donationis prædictæ, novi Proventus, tàm in Molendinis, quàm in Rebus aliis, prædictarum Villarum Redditibus accreverunt, nè quis, sub tali verborum scrupulositate, suggerat exinde Decimam *præfatis Canonicis* non deberi, Nos, eam Dubitationem, licet supervacuam, absolventes, Decrevimus, tàm eorumdem Proventuum, quàm aliorum, quæ imposterùm eisdem Villis, Deo dante, accrescent, Decimam eisdem Canonicis esse integrè conferendam; cùm incongruum sit unam & eandem Substantiam duplici quodam modo Jure censeri.

Ut autem hæc nostra Donatio Firma & Stabilis *imperpetuùm* perseveret, nec aliquorum possit Machinatione convelli, eam præsentis Scripti & Sigilli nostri Patrocinio dignum duximus communire.

Nos, autem de misericordiâ Dei, & beatæ Mariæ Genetricis ejus Matris, & beati Patroni nostri Romani, confisi, omnes illos anathematizamus, ut iram & indignationem Omnipotentis Dei, & beatæ Mariæ, & beati Romani, & omnium Sanctorum incurrant, quicunque prædictam Donationem nostram & Confirmationem attemptaverint violare; nichil de novo Statuentes, sed prolatam, tempore Donationis factæ, Sententiam renovantes.

Datum *Rothomagi*, per Manum *Roberti de Sancto Nicholao*, Capellani nostri, & Canonici Rothomagensis, sexto Kal. Octobris.

Testibus,

Venerabilis Patribus nostris Episcopis Normanniæ,
Roberto Baiocen.
Willielmo Abrincaten.
Luca Ebroicen.
Silvestre Sagien.
Jordano Lexovien.
Viviano Constancien.
Qui, ad Petitionem nostram, præsenti Cartæ Sigilla sua apposuerunt.
Ricardo Rothomagensis Ecclesiæ Decano.
Rogero Cantore.
Magistro *Simone Cancellario.*
Ricardo Herun.
Magistro *Gisleberto de Marlen.*
Canonicis Rothomagen.
Willielmo de Sancto Paullo.
Radulpho de Dalb.
Presbiteris.
Magistris,
Girardo Johanne.
Britonne Laurenc.
Rad. de Sancto Macuto.
Clericis nostris.
Magistro *Odone de Gisors.*
Magistro *Ricardo de Flori.*
Magistro *Waltero de Alebeio.*
Clericis Domini Bajocensis;
Et multis aliis.

Summa Pecuniæ herent Satisfactum, quod ipsi super illo Traverso possint Justitiam facere tantum, quousque super illis Quinquaginta Solidis sit satisfactum competenter.

In cujus rei Testimonium Sigillum Curiæ nostræ duximus, de consensu Partium, apponendum huic Scripto.

Datum, per Manum *Mathæi Fabri*, * tunc Temporis Curiæ * X.
nostræ Notarii, Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, vicesi- 244.
mo quinto, die Inventionis Sanctæ Crucis.

Val. Val. Val. Val.

INSPEXIMUS insuper quandam Cartam, cujusdam *Jordani Lexoviensis Episcopi*, similiter factam in hæc verba,

Omnibus Christi Fidelibus, ad quos præsens Scriptum pervenerit, *Jordanus*, Dei gratiâ, *Lexoviensis Episcopus*, Salutem in Domino.

Noverit Universitas vestra Nos, pro Salute Animæ nostræ, & Animarum Antecessorum nostrorum, *Dedisse*, in perpetuam Elemosinam, Ecclesiæ beatæ Mariæ Rothomagensi, Centum Solidos Redditûs, ad recolendum Aniversarium nostrum, Percipiendos, Annis singulis, in Festo beati Hilarii, in Molendino nostro de Auppegart.

Volumus insuper quòd Molendinarius, qui Molendinum tenebit, quicumque sit ille, faciat Securitatem *Decano & Capitulo* dictæ Ecclesiæ, de satisfaciendo eisdem, super dictis Centum Solidis, Termino præassignato.

In cujus rei Testimonium Sigillum nostrum dignum duximus apponendum.

Actum Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, octavo, x Kal. Maii.

INSPEXIMUS etiam Literas Patentes speciales, de & super acquisitione xiij Modiorum Bladi, in & super Molendinis de Gisortio Annuatim Capiendorum,

Necnon alias Literas Patentes speciales, cujusdam *Odonis*, quondam *Rothomagensis Episcopi*, de & super Donatione illorum Tresdecim Modiorum Bladi,

Decano & Capitulo Ecclesiæ beatæ Mariæ Rothomagensi,
Factæ Successivè & seriatim in hæc verba,

OMNIBUS, præsentes Literas inspecturis, *Guillielmus de Cusocionnet*, & *Johanna ejus Uxor*, Salutem in Domino.

NOVERITIS quòd Nos *Vendidimus Guiardo Solio*, Civi Silvanettensi, & *Emelinæ Uxori suæ*, Decem & Tres Modios Bladi Ybernagii, Annui Redditûs, ad Mensuram Gisort, (talis videlicet, Bladi, quale Molendini nostri de Gisortio lucrantur) Recipiendos Annuatim, Ipsis, vel Hæredibus suis, in eisdem Molendinis nostris, quos habemus apud Gisort, talibus Terminis, videlicet,

Ad Festum Sancti Johannis Baptistæ, Quatuor Modios,
Ad Natale Domini, Quinque Modios,
Et ad Pascha Quatuor Modios,
Pro Quadringentis Libris Parisiensibus, Nobis integraliter persolutis.

Et debent Molendinarii, qui in eisdem Molendinis erunt, jurare, quolibet Termino, eidem *G. Uxori suæ*, & suis Hæredibus, quòd de Blado, quod lucrabuntur Molendini prædicti (scilicet) de meliori Blado & alio, sine pejoramento, facient Pagamentum eidem *G.* & suis Hæredibus, Terminis inferiùs annotatis.

Et, si contingeret quòd, in aliquo dictorum Terminorum, de Pagamento Deficeremus, tenemur, & ad hoc Nos Obligamus *Eidem G. Uxori suæ*, & eorum Hæredibus, quòd eis Reddamus, qualibet Die Deffectûs, duos Solidos Parisienses pro Pœna, & tunc poterunt ponere Gardas in eisdem Molendinis & recipere omnes Exitus eorumdem Molendinorum, quousque dictum Bladum reddatur integrè cum Pœna jam dicta.

Volumus etiam quòd, si contigeret quòd dicti Molendini feriarent, sive jacerent propter Cretivam Aquæ, vel propter Defe-

ctum

245. quidquid Juris habeo vel habitura sum in dicto Redditu sive in Venditione illius, tàm ratione Doarii, quàm alio quocumque modo; Et Promitto quòd in prædictis, per me, vel per alium, nichil de cætero Reclamabo.

Quod, ut Ratum & Stabile permaneat in futurum, Nos, *Guillielmus*, & *Johanna Uxor ejus*, præsentes Literas, Sigillis nostris roboratas, eidem *G. Uxori ejus*, & eorum Hæredibus, in Testimonium Dedimus & Munimen.

Actum Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, tricesimo nono, Mense Junio.

Ego *Guillielmus de Gisortio* Miles, & *Johanna* Uxor mea, NOTUM FACIMUS UNIVERSIS, præsentes Litesas inspecturis, quòd Nos *Vendidimus Guiardo de Solio*, Ballivo de Gisortio, Tresdecim Modios Bladi Annui Redditûs, recipiendos Annuatim ab ipso *G* & suis Hæredibus, in Molendinis nostris de Gisortio, tali modo,

Quod, si Dominus *Gervasius de Gaillon* Miles, & *Glisenda Uxor ejus*, *Adam de Chamenetis* Scutifer, & *Alipdis Uxor ejus*, vel eorum Hæredes, inquietarent, aliquo modo, eundem *Guiardum* de hoc Blado, vel Hæredes suos, per Placitum, vel alio modo, Fide corporali præstitâ, Promisimus quòd omnes Custus & Omnia Dampna, quæ exinde sustineant Octo Placiti vel alio modo, penitùs eis Restauraremus, &, de hujusmodi Dampnis & Custamentis restaurandis, totum Residuum Redditûs Molendinorum nostrorum de Gisortio eisdem in Assignamentum posuimus; de quibus Dampnis & Custamentis idem *G. Uxor* ejus, vel Hæredes sui, solo suo crederentur Juramento.

In cujus rei Testimonium præsentes Literas Sigillis nostris Sigillavimus.

Actum Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, tricesimo nono.

Universis, præsentes Literas inspecturis, *Gervasius de Gaillon* Miles Salutem.

Noveritis quòd Ego constitui Plegium, erga *Guidonem de Solario*, Ballivum de Gisortio, quod Domina *Johanna Uxor*, Nobilis viri, Domini *Guillielmi de Gisortio*, infra instans Festum Omnium Sanctorum, ad Curiam Rothomagensem, personaliter accedere tenetur, & jurabit coram Officiali quòd in Tresdecim Modiis Bladi, in Molendinis de Gisortio Annuatim percipiendis, quos Dominus *Guillielmus* dicto *Guidoni* vendidit, ratione Dotis, vel alia ratione, nihil de cætero Reclamabit, & a dicto Officiali super ista Abjuratione Literas impetrabit, & eas dicto *Guidoni* tradere tenetur infra Terminum prætaxatum:

Quod, si ipsa non fecerit, Ego, Fide interpositâ corporali, promitto quòd morabor apud Gisortium, nec inde recedam, quousque dicta Domina Omnia supradicta fideliter adimplesset.

Quod, ut Ratum & Stabile perseveret, Sigillum meum duxi præsentibus Literis apponendum.

Datum Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, tricesimo nono, Mense Julio.

OMNIBUS, ad quos præsentes Literæ pervenerint, *Decanus de Gisortio* Salutem in Domino.

NOVERITIS quòd, Nobilis Vir, *Guillielmus de Gisortio* Miles, & *Johanna Uxor ejus*, coram nobis Recognoverunt se *Guidoni de Solario* Ballivo de Gisortio *Vendidisse* Tresdecim Modios Bladi, de Molendinis de Gisortio Annuatim percipiendos, & Fide datâ, Promiserunt quòd contra istam Venditionem non venient in futurum,

Specialiter autem juravit *Uxor dicti Guillielmi* quòd in dictis Modiis Bladi, ratione Dotalicii, Eleemosinæ, vel aliâ ratione, nichil de cætero Reclamabit, nec per se, nec per alium, impediet quin dictus *Guido*, & ejus Hæredes dictos Modios pacificè percipiant & *Imperpetuum* possideant, sicut superiùs est expressum.

Confessum est autem quòd nec Vi, nec Metu, nec Dolo, ad hoc Jurandum erat inducta, sed spontaneâ voluntate faciebat.

Nos autem, ad instantiam dicti Militis, & ejus Uxoris, cùm istud coram Nobis recognoverunt, præsentes Literas duximus Sigillandas,

Promisit etiam *Uxor dicti Militis*, sub debito Juramenti, quòd, infra Festum Omnium Sanctorum, ad Curiam Rothomagensem accedet, & istud jurabit coram Officiali, & super hoc Literas Curiæ impetrabit, quas dicto *Guidoni* tradet infra Terminum prætaxatum.

Datum Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, tricesimo nono, Die Jovis post Octabas Apostolorum Petri & Pauli.

rant in Blado & Molendinis supradictis.

Et Promiserunt, Fide datâ, spontaneè, non coacti, quòd contra Venditionem & Quietationes hujusmodi Jure hæreditario, ratione Dotalitii, vel alio quoquo modo, per se, vel per alium, non veniant in futurum.

Et quòd, si forsitan aliquis *dictum Patrem*, vel ejus Successores, super dictis Rebus venditis & quietatis, impeteret seu etiam molestaret, ratione quacumque, *ipsum Patrem* & ejus Successores penitùs liberabunt & ponent in pacem, & etiam Custus & Dampna, quos & quæ, occasione prædictæ Impetitionis seu Molestationis, incurrerent, integrè Reddent eis, Se & Hæredes suos in Præmissis omnibus Onerantes & etiam Obligantes.

Datum Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, Quinquagesimo Tertio, Mense Junio.

FRATER ODO, permissione divinâ, *Rothomagensis Ecclesiæ Minister indignus*, Universis, præsentes Literas inspecturis, Salutem æternam in Domino Jesu Christo.

Cùm Canonica decernat æquitas eos, qui student Cultum divini Numinis ampliare, Stipendiis melioribus honorari; Et *Canonici* Rothomagenses, zelo devotionis accensi, de novo ceperunt, in Ecclesia Rothomagensi, Officium de beata Virgine, Horis competentibus, singulis diebus (quibusdam tamen, propter occupationem eorum in Officio divino, & alias causas, specialiter Exceptis) solempniter celebrare,

Nos eorum pii Laboris merito, circa dictum Officium celebrandum, communicare volentes, *dictis Canonicis Damus* & *Concedimus*, intuitu Pietatis, Tresdecim Modios Annui Redditûs, quos, tempore præsulatûs nostri, Acquisivimus, in Molendinis Domini *Guillielmi de Gisortio* Militis, in Feodo nostro apud Gisortium,

Quem Redditum conferendi piis Locis, per Indulgentiam Domini *Papæ*, *Innocentii Quarti*, Nobis super hoc concessam, liberam habemus Facultatem, prout ex Tenore ejusdem Indulgentiæ evidentiùs apparet,

Qui Redditus distribuentur dictis Canonicis qui dicto Officio intererunt, prout inter Nos & dictos Canonicos extitit Ordinatum, nisi postmodùm Nos & dictum Capitulum aliter duxerimus Ordinandum;

Quod Omnibus, Tenore Præsentium, intimamus.

In cujus rei Testimonium & munimen præsentes Literas fecimus Sigilli nostri munimine roborari.

Datum, apud *Rothomagum*, Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, quinquagesimo quinto, Feria v. ante Festum Sancti Barnabi Apostoli,

FRATER ODO, permissione divinâ, Rothomagensis *Ecclesiæ Minister indignus*, dilectis in Christo Filiis, *Molendinariis* seu *Firmariis* Molendinorum Domini *Guillielmi de Gisortio* Salutem æternam in Domino Jesu Christo.

Cùm Nos ea, quæ habebamus in Molendinis Domini Guil. de Gisortio, quæ Emimus a Filio *Guiordi de Solario*, *Dederimus*, in puram & perpetuam Eleemosinam, dilectis in Christo Filiis, Viris Venerabilibus & discretis, *Decano & Capitulo Rothomagensibus*, distribuenda Canonicis qui intererunt in Horis beatæ Mariæ, amodo in Rothomagensi Ecclesia celebrandis,

Vobis Mandamus quatenus exnunc dictis *Decano & Capitulo*, vel eorum Nuncio, satisfaciatis, secundum quod Nobis hucusque satisfecistis, de Redditu supradicto, & eisdem super Præmissis intendatis.

Datum apud *Deyvillam*, Feria Tertia * ante Epiphaniam, An- * X.
no Domino Millesimo, Ducentesimo, Quinquagesimo, Quinto. 247.

INSPEXIMUS ulterius quasdam alias Literas Patentes, cujusdam *Roberti*, quondam *Abbatis Regalis Montis*, & Conventûs ejusdem, factas in hæc verba,

Universis præsentes Literas inspecturis Frater *Robertus* dictus *Abbas & Conventus Regalis Montis* æternam in Domino Salutem.

NOVERITIS quòd Nos *Vendidimus*, *Concessimus*, & *Imperpetuum Quietavimus*, Viris Venerabilibus & Discretis, dilectis nostris in Christo, *Decano & Capitulo* Rothomagensibus (Solempnitate Juris, quæ circa tales Contractus requiritur, diligenter servatâ) quicquid habebamus in Parochia Novæ Villæ de Cantuanis in Rothomagensi Diœcese; videlicet,

Terras, quas ibidem, sub certo Annuo Censu, tradideramus seu tradi feceramus, cum Manerio, quod ibidem habebamus, quod traditum est pro Quinquaginta Solidis Censûs Annui, sicut se proportat a Via ante usque ad Viam retro, cum pertinentiis

Præ-

In cujus rei Testimonium præsentes Literas eisdem Decano & Capitulo Sigillo nostro dedimus Sigillatas.

Actum Anno Domini Millesimo, Ducentesimo, Sexagesimo Tertio, Mense Octobri.

INSPEXIMUS etiam quandam Cartam, inclitæ recordationis, *Ricardi* quondam *Regis Angliæ*, Nobilis Progenitoris nostri, similiter factam in hæc verba,

Ricardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, & Dux Normanniæ & Aquitanniæ, & Comes Andegaviæ, Castellano suo & Ballivis suis de Drincurt Salutem.

Præcipimus vobis quatenus Protegatis, Manuteneatis, & Promoveatis Res, & Possessiones, & Homines, & Omnia quæ ad Ecclesiam Rothomagensem spectant, sicut Res nostras Dominicas, & præcipuè Pasturam suam de *Loudemeris*, quæ ipsi Adjudicata est in Assisia apud Rothomagum, in Curia nostra.

Nec Patiamini quòd aliquis ei Injuriam aut Molestiam, Gravamen aut Vexationem, aut Violentiam inferat,

Ipsa enim Ecclesia, & Omnes Res, & Possessiones, & Honores ejus in Custodia & Protectione nostra sunt,

Si verò aliquis ei in aliquo forisfacere præsumpserit, id ei sine dilatione emendari faciatis.

Testibus,

Radulpho Episcopo Andegaviæ,
Willielmo Filio Radulphi Senescallo Normanniæ,
Willielmo de Humers Constabulario Norman.
* X. 248. * *Radulpho Vicecomite de Bellomonte.*
Apud Veanolium.

Data, per manum *Johannis de Alenc.* Lexov. Archidiaconi, Secundo Die Januarii, Regni nostri Anno Primo.

INSPEXIMUS insuper quandam aliam Cartam, cujusdam *Guillielmi*, quondam *Auxitanensis Archiepiscopi*, similiter factam in hæc verba,

Universis, præsentes Literas inspecturis, *Guillielmus*, permissione divinâ, *Archiepiscopus Auxitanensis*, Salutem in Domino sempiternam.

Non indecens reputamus, sed potius Deo gratum, quòd Ecclesiæ Rothomagensi,

Cui vinculo caritatis jungimur, sicut illi, de cujus Lacte dulcedinis fomenti multiplicis incrementum proficuum, diuturnis temporibus, in statu Minori (videlicet antequam ad Apicem Præsulatûs per Sedem Apostolicam fuissemus vocati) Nos recognoscimus percepisse,

Pro nostri habenda Memoria in eadem Ecclesia, de collatis nobis a Deo Bonis Temporalibus (ut pro eis æterna metamus fœlici commercio) aliqua Relinquamus.

Nos itaque,

Qui devotis Precibus Deo Famulantium in prædicta Ecclesia salubriter adjuvari sperantes,

Propter hoc Anniversarium, pro Animæ nostræ salute, *in perpetuum* fieri disposuimus isto modo; videlicet,

Quod ut singulis Annis, in Crastino Festivitatis Eucharistiæ, dum vixerimus, Missa Sancti Spiritûs, & post Decessum nostrum de Defunctis, cum solito Defunctorum Officio, deinceps celebretur,

PRÆFATÆ ECCLESIÆ Quatuordecim Libras Turonenses, Annui Redditûs, de & ex Viginti Libratis Terræ seu Redditûs, quem in certis Locis & Bonis hæreditariis, apud Magnum Kevilliacum juxta Rothomagen. sitis, habere & possidere noscimur, *prædictæ Ecclesiæ* Nomine Capiendas, Levandas, & Percipiendas, perpetuò & pacificè, sine meo vel Hæredum meorum

En l'An de Grace M. CCC. xiv. le Joeudi apres le Fest Saint Martin d'Yver, pardevant Nous, *Pierre de Hangest*, Baillif de Rouen, furent presens Maistre *Hugue de Chalaucon*, *Dreu Botel*, *Grimer de Aroelles*, *Richart le Vavasseur*, & *Pierre de Sens*, Chanoines de l'Esglise nostre Dame de Rouen, pour le Chapitre de la dite Esglise,

Qui se vulloient de *Robert Malhere*, & *Michael Pinel*, Fermiers de la Viconte de Leyaue de Rouen, quer, come il aient, eu de si long temps que il n'est memoire du contraire, en la dite Viconte toute la Custume, a icelli Viconte appertenant, hors la Moison, par Deux Jours & Deux Nuis, Commenchan en la Vegill de la Dedication de leur Esglise, a *Catheribault* du Matin,

Et feuissans lendemain de la Dedication a ycelle mesme Heure,

Et les diz Fermiers leurs aient Empesche leur Droit de Parcevoir la dite Custume, quant a la Second Nuit; * c'estassavoir, * X.
de Catheribault du Vespre, jusques a Catheribault du Matin, 249.

Et en ycelle Nuit il estoit venue plusours Nieffs, de quoy la Custume appartenus au dit Chapitre,

Si requeroient les diz Chanoines, pour le dit Chapitre, que les Fermiers dessusdiz fussent Contrains Rendre leur la dite Custume, de la Nuit dessusdite, entierment au dit Chapitre, & que, en temps avenir, ils ne meissent plus Empeschement.

Et Nous, Baillif dessusdit, ouyes les Raisons des diz Fermiers, & eu Conseil aux bonnes Genz de cheu sachans, Commandasmes aus diz Fermiers qu'ilz Rendissent entierment au dit Chapitre toute la Custume d'icelle Nuit, & cessent de che en avant de mettre Debat.

Don. en l'An & jour dessusdiz.

Nos autem, Cartas & Literas prædictas, ac omnia & singula in eis contenta, quoad Dona & Concessiones, prædictæ Ecclesiæ Rothomagensi, infra Ducatum nostrum Normanniæ, ac partes Franciæ Nobis subjectas, Facta & Concessa, Rata habentes & Grata, ea, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, Acceptamus & Approbamus, & Ecclesiæ prædictæ, ac, dilectis Nobis in Christo, nunc *Decano & Capitulo* ejusdem, ac Capellanis, Officiariis, & Ministris, Deo Servientibus in eadem, & Successoribus suis *Imperpetuum*, Tenore præsentium, CONCEDIMUS & CONFIRMAMUS, prout Cartæ & Literæ prædictæ rationabiliter testantur, ac prout & quatenus ipsi, & Prædecessores sui, Donis & Concessionibus prædictis, infra Ducatum & Partes prædictas, hactenus, usque ad tempus Conquestæ nostræ, rationabiliter usi sunt & gavisi.

Intentionis tamen nostræ non extitit quòd, per hanc Confirmationem, *Ecclesiæ prædictæ*, ac præfatis *Decano & Capitulo*, necnon Capellanis, Officiariis, & Ministris, & Successoribus suis, aliquod Jus novum, quale hactenus non habebant, acquiratur; per quod Nobis, seu cuicumque alteri, præjudicium aliquod generetur:

Nec etiam quòd dicta *Ecclesia*, iidemque *Decanus & Capitulum*, & Capellani, Officiarii, & Ministri prædicti, seu Successores sui prædicti, aliquod Jus, vel Clameum, super aliquibus Possessionibus, seu Rebus, in Regnum nostrum, colore rationis Confirmationis nostræ, habeant, vendicent, sive clament in futurum.

Et ulterius, pro Parte ipsorum *Decani & Capituli*, Nobis Datum fuit intelligi, quòd, inter Alia, Ecclesiæ prædictæ pertinentia & spectantia, eidem pertinebant & spectabant,

Trescentæ Libræ Turonenses, Percipiendæ in Duobus Scaccariis Rothomagi, assignatæ super Monasterium Sancti Victoris in Caux, *vulgariter nuncupato la Ferme Roger de Mortimer*,

Ac etiam Quatervigínti & Quinque Libræ Turonenses Annui Redditûs, percipiendæ in dictis duobus Scaccariis Rothomagi, supra Monasterium & Firma prædicta,

Necnon Quindecim Libræ Turonenses Annui Redditûs, percipiendæ super Monasterium, & Firma prædicta, ad Terminos Sancti Michaelis & Paschæ per æquales Portiones,

Quas quidem Trescentas Libras prædictas, ac dictas Quatervigínti & Quinque Libras, necnon illas Quindecim Libras prænotatas,

Terminos Sancti Michaelis & Paschæ, per æquales Portiones, percipiendis,

Ac etiam de Viginti Libris Turonensibus Annui Redditûs, in & super Vicecomitatu Altyeo in Ballivia nostra Rothomagensi percipiendis & habendis,

Necnon de Centum & Quadraginta Libris Turonensibus, Annui Redditûs,
• X. 250. * percipiendis super Hallas & Molendinos prædictos, ad Terminos Sancti Michaelis & Paschæ, per æquales Portiones,

Prout per Literas Donationum, ac etiam alias Literas Amortizationum superinde factarum, coram Nobis & Concilio nostro prædicto exhibitas & ostensas, apparebat,

Asserebantque prædicti *Decanus & Capitulum*, ac Capellani, Officiarii, & Ministri prædicti quod, a tempore Acquisitionum & Dotationum prædictarum, in tempore quo, Divino nutu, Ducatum nostrum Normanniæ conquisivimus, Ipsi, & eorum Prædecessores, quicumque pro tempore existentes, Redditus antedictos & eorum Singulos habuerunt & perceperunt, in forma supradicta, absque impedimento cujuscumque vel contradictionis obstaculo, liberè, pacificè, & quietè,

Nobis humiliter supplicantes quatenus, Pietatis intuitu, sibi in hac parte Gratiosè providere dignaremur quòd ipsi *Decanus & Capitulum*, ac Capellani, Officiarii, & Ministri prædicti, eorumque Successores, Redditibus supradictis & eorum singulis gaudere possint & valeant sicut ante.

Nos igitur (eorum Supplicationibus favorabiliter inclinati) de Gratiâ nostrâ speciali *Concessimus*, & *Concedimus*, per Præsentes, præfatis Decano & Capitulo, ac Capellanis, Officiariis, & Ministris prædictis, quòd ipsi, & Successores, sui, eisdem Redditibus & eorum Singulis *gaudeant*, *prout eis*, a tempore Acquisitionum, Donationum, & Amortizationum supradictarum, hactenus rationabiliter sunt gavisi,

Nolentes præsentem Concessionem nostram pro Amortizamento haberi in Rebus, hactenus Ecclesiæ, Decano, Capitulo, Capellanis, Officiariis, & Ministris, non Amortizatis, nec per eam Nobis aut alteri præjudicium generari,

Mandantes, Tenore Præsentium, dilectis & fidelibus nostris, Thesaurario nostro generali Normanniæ ac Præsidenti & Gentibus de Camera nostra Compotorum ibidem, necnon cæteris Justi-

bis, *Thomam Losenel* Capellanum vobis *Præsentamus*, Norm. 10.

Intuitu caritatis Rogantes quatinus ipsum *Thomam* ad Capellas H. 5. m.
prædictas admittatis, ipsumque in corporalem Possessionem earumdem ponatis & inducatis, seu poni & induci faciatis, 9.

Necnon Fructibus, Obventionibus, & Emolumentis, ad easdem spectantibus, uti & gaudere permittatis; adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Bois de Vincen.* Vicesimo Octavo Die Augusti.

Per ipsum Regem.

---

* *De Permutatione.* • X. 251.

REX, *Ballivo suo de Constantine*, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem. Ann. D. 1422.

Cùm dilecti nobis, Magister *Robertus Bigard*, Curatus Ecclesiæ An. 10.
Parochialis de Gronville Constanciensis Diœcesis, & *Johannes* H. 5.
Heron Capellanus Sancti Dionisii in Parochia de Morfarville ejus- Norm. 10.
dem Diœcesis Fundati, intendant, ut asserunt, Beneficia sua præ- H. 5. m. 8.
dicta adinvicem Canonicè Permutare,

Nos, Capellaniam prædictam, per Resignationem, in manibus nostris, ex causa hujusmodi Permutationis faciendæ, factam, Vacantem, & ad nostram Donationem pleno Jure spectantem ut dicitur, præfato *Roberto*, cum suis Juribus & Pertinentiis universis, *Contulimus* & *Donamus*,

Mandantes vobis quatinus ipsum *Robertum*, ex causa prædicta, in corporalem Possessionem Capellaniæ prædictæ ponatis & inducatis, seu poni & induci faciatis, ipsumque Fructibus, Obventionibus, Proficuis, & Emolumentis, ad eandem spectantibus, uti & gaudere permittatis; adhibitis Solempnitatibus in talibus fieri consuetis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Castrum de Bois de Vincen.* xxx die Augusti.

Per ipsum Regem.

• X. 253.

* Regnante *Henrico 6.*

---

55 *De Morte Henrici nuper Regis, & de Liberatione Sigilli.*

Ann. D. 1422. An. 1. H. 6. Claus. 1. H. 6 m. 21. d.

MEMORANDUM *quòd*,

Defuncto, Nobili & Potenti Principe, Domino Henrico Quinto, *ultimo* Rege Angliæ, Hærede & Regente Regni Franciæ, *Patre Domini* Henrici Sexti *nunc* Regis Angliæ, *&* Hæredis Regni Franciæ, *&* Domini Hiberniæ,

Qui quidem Henricus, *nuper* Rex, *ultimo Die Augusti (videlicet) die Lunæ proximo post Festum Decollationis Sancti Johannis, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo Secundo, & Regni ipsius Henrici nuper Regis Decimo, inter Secundam & Tertiam Horam post Mediam Noctis, apud Bos Vincenn, in Partibus Franciæ, Spiritum reddidit in Manus Creatoris,*

Thomas Episcopus Dunolmensis, *tunc Cancellarius Angliæ, Vicesimo Octavo Die Septembris, tunc proximò sequente (videlicet) in Vigiliâ Sancti Michaelis, horâ Vesperorum, apud Castrum de Wyndesore, in Camera ipsius Domini* Henrici Regis *nunc, Magnum Sigillum Aureum dicti Domini* Henrici *nuper* Regis, *in quadam Bursâ Albi Corei, Sigillo præfati Cancellarii signatâ, dicto Domino* Henrico *nunc* Regi,

In Præsentia,

Venerabilium Patrum,
Henrici Archiepiscopi Cantuariensis,
Henrici Episcopi Wyntoniensis,
Philippi Episcopi Wygorniensis,
Edmundi Episcopi Exoniensis,
Richardi Episcopi Lincolniensis,
Ac Humfredi Ducis Gloucestriæ,
Philippi Comitis Ormundiæ,
Johannis Domini de Talbot,
Willielmi Domini de Clynton,

Magistri Johannis Stafford, *Custodis Privati Sigilli prædicti Domini Henrici nuper Regis,*

Et Simonis Gaunstede, *Custodis Rotulorum Cancellariæ ejusdem nuper Regis,*

Et aliorum Magnatum ibidem existentium,

Liberavit:

Et præfatus Dominus Rex *nunc Sigillum illud, per Manus* præfati Ducis, prædicto Simoni *liberavit Custodiendum:*

Qui quidem Simon *Sigillum prædictum usque Londoniam secum detulit,*

Et, in Crastino dicti Festi Sancti Michaelis, tunc proximo sequente, in quadam Camerâ, vocatâ le Sternechamere, infra Palatium Domini Regis Westmonariense, diversas Literas Patentes, in Præsentia prædicti Episcopi Dunolmensis, *ac aliorum Dominorum in eadem Camera existentium, Sigillo prædicto sigillavit, & Sigillum illud, usque vicesimum diem Novembris, extunc proximò sequentem, sub sua Custodia habuit & custodivit,*

Quo die idem Custos Sigillum prædictum, in quadam Bursâ prædictâ, Sigillo suo sigillatâ, præfato Duci, in pleno Parliamento existenti, in Præsentia Dominorum Spiritualium & Temporalium, in eodem Parliamento existentium, liberavit:

Qui quidem Dux *Bagam prædictam, sic signatam, Sigillo suo consignavit; & dictum Sigillum Aureum, in prædicto Parliamento* Nicholao Dixson *Clerico, Nomine Thesaurarii Angliæ, in Thesaurariam Domini Regis deferendum, & ibidem custodiendum, tradidit & liberavit.* • X. 254.

---

* *De Proclamatione Pacis.*

Ann. D. 1422. An. 1. H. 6. Claus. 1. H. 6. m. 23. dors.

REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Quia, fœlicis recordationis, Princeps Magnificus, *Dominus & Pater noster, Rex Angliæ* illustris, (quod non sine grandi mentis

Per ipsum Regem & Concilium.

Consimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus subscriptis, sub Datâ subscriptâ; videlicet,

Vicecomiti Wigorn. | *Vicecomiti Salop.*
Vicecomiti Gloucestr. | *Vicecomiti Stafford.*
Vicecomiti Hereford.

Teste ut supra.

Per ipsum Regem & Concilium.

De Riotis, in Marchiis Walliæ, Inhibendis.

Ann. D. 1422. An. 1. H. 6. Pat. 1. H. 6. p. 1. m. 32. dors.

REX, Dilectis & Fidelibus suis, *Johanni Talbot*, *Edmundo de Ferrers* de Charteley Chivaler, & *Willielmo Talbot* Chivaler, Salutem.

Cùm, fœlicis recordationis, Princeps Magnificus, Dominus & *Pater noster*, nuper *Rex Angliæ* Illustris (quod non sine grandi mentis amaritudine referimus) Naturæ Debitum solvens, spiritum vitalem reddidit Creatori,

Sic quòd dicti Regni Successio Nobis notoriè devolvitur & dinoscitur pertinere,

Et volentes proinde, prout nostræ præcipuè incumbit Dignitatis Officio, Pacem, Quietem, & Tranquillitatem, in cunctis Regni nostri Finibus, in quantum possumus, Pacis Auctoris adjuti Suffragio, fieri & haberi,

Etque, ex Relatu plurium, accepimus quòd diversæ Lites, Dissensiones, & Debatæ inter Ligeos nostros, in Comitatibus *Salopiæ*, *Herefordiæ*, *Wygorniæ*, & *Gloucestriæ*, & *Marchus Walliæ*, eisdem Comitatibus adjacentibus, commorantes, jam nuper subortæ existunt,

De avisamento Concilii nostri Vicecomitibus Comitatuum prædictorum, & eorum cuilibet, per Brevia nostra, dedimus in Mandatis, quòd in singulis Locis, infra Ballivas suas, ubi magis expediens fuerit & necesse, Pacem nostram, ex parte nostrâ, publicè Proclamari & Notificari,

Ac Ligeis prædictis, & eorum cuilibet, Inhiberi faciant nè ipsi, vel eorum aliquis, sub Fide & Ligeantia suis, ac sub Forisfactura omnium quæ Nobis * forisfacere poterunt, aliquas Commotiones, Pacis Perturbationes, Riotas, Insurrectiones, seu Conventicula illicita, quovis quæsito colore, facere aut fieri procurent,

* X. 155.

Omnes illos, quos, post & contra Notificationem, Proclamationem, & Inhibitionem prædictas, invenerint aliqua hujusmodi Commotiones, Perturbationes, Riotas, Insurrectiones, aut Conventicula facere aut fieri procurare, Arestantes, & Prisonæ nostræ Mancipantes, in eadem moraturos quousque pro eorum Castigatione, Punitione, & Deliberatione aliter duxerimus ordinandum, prout in eisdem Brevibus pleniùs continetur,

Et, nè Executiones Brevium prædictorum in aliquo retardentur providere volentes, Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad Supervidendum, & juxta sanas discretiones vestras Ordinandum, quòd Brevia prædicta, in Comitatibus & Marchiis prædictis, debitè exequantur,

Et quòd Pax nostra, inter Ligeos nostros, ibidem firmiter & inviolabiliter observetur,

Et ad omnes illos, quos, post & contra Proclamationem, Notificationem, & Inhibitionem prædictas, aliqua hujusmodi Riotas, insurrectiones, Commotiones, Pacis Perturbationes, *&c. prout supra.*

Damus autem, &c.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, tertio Die Octobris.

Per Concilium.

... *banni Regi*, Salutem. 1422. An. 1. H. 6. Ibidem. m. 30. d.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate & Circumspectione vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus vos conjunctim, & divisim, ad Cariagia & alia necessaria,

Pro Herceis & aliis Luminaribus, circa *Funus Carissimi Domini & Patris nostri* Defuncti Disponendis & Expendendis,

Infra Libertates & extra (Feodo Ecclesiæ dumtaxat excepto) pro Denariis nostris, in hac parte rationabiliter solvendis, Arestandum & Capiendum,

Et ea, a Civitate nostra Londoniæ usque Villam Dovorriæ, & a dicta Villa usque dictam Civitatem revertendo, cariandum;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa præmissa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Constabulariis, Ballivis, Ministris, ac aliis quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, & cuilibet vestrûm, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xv die Octobris.

Per Concilium.

---

* *Super Expensis pro Funere antefato.*

* X. 156.

Ann. D. 1422. An. 1. H. 6. Exit. de Term. Pasch. 10. H. 5. Penes Cler. Pell.

PErsolvuntur,

Willielmo Soper, Custodi Navium Regis, in Denariis, sibi liberatis, per manus *Johannis Thorletborp*, super Solutionibus, apud Southampton factis, diversis Magistris & Marinariis diversarum Navium & Vasorum, super Vadiis & Regardis suis, & Ea usque Calesium transmittendo,

Pro Conductu Funeris Domini *H.* nuper *Regis Angliæ*, Patris Regis nunc, Defuncti, & *Reginæ* Matris ejusdem Regis nunc, in Angliam, in Denariis, sibi liberatis per manus proprias, super Solutione per ipsum sic factâ ccl *l.* undè Respondebit,

Johanni Hexham Clerico, similiter misso, de assensu Concilii Regis, de Londonia versus Portus Sandewici, Dovorriæ, Smalhith, Redyng, & Wynchelse, ad Solutiones faciendum diversis Magistris & Marinariis diversorum Navium & Vasorum, super Vadiis & Regardis suis, & Ea usque Villam Calesii transmittendo,

Pro Conductu Funeris, *&c. ut supra* lxvi *l.* xiij *s.* iv.

Henrico de Bromley, uni Servientum Regis ad Arma, assignato per Commissionem Domini Regis, de assensu Concilii sui, ad omnia Naves & Vasa necessaria, a Portu Villæ magnæ Jeremuthe usque Ripam Thamisis, Arestandum, & ea usque Villam Calesii, *&c. prout supra* x *l. undè Respondebit.*

Johanni Arderne, Clerico Operationum Regis, in Denariis, sibi liberatis, per manus Willielmi Pierson,

Pro xxxvi Doliatis Petræ de Cane, ab eo Emptis, pro Tumba Regis *H.* V. infra Ecclesiam Sancti Petri Westmonasteriensis fiendâ, & ibidem sepeliend. xii *l. undè Respondebit.*

Simoni Prentot Wexchaundeler Londoniæ, in Denariis, sibi liberatis, per manus proprias, ad Vices; videlicet,

Unâ Vice c *Marc.*

Aliâ Vice, l *l.*

Et Tertia Vice, c *Marc.*

Et Quarta Vice, cxvii *l.* v *s.* x *d.*

In partem Solutionis cccx *l.* xviii *d.* Sibi liberandorum, ex Conventione, per Thesaurarium Angliæ, de Assensu Concilii Regis, in grosso facta, pro diversis Herceis, per ipsum apud *Dovorriam*, *Cantuariam*, *Hosprynge*, *Rouchestre*, *Deutford*, *Sanctum Paulum Londoniæ*, & *Westmonasterium* fiendis, pro Funere, Ex-

L cel-

Prec. Pec. xxvi *s.* viii *d.* C vi *s.* viii *d.*

ITEM, eidem *Willielmo* pro Opere vj Tractuum Coopertorum cum Tarteno Blod. pro i. Ghaare pro corpore Regis, xx *s.*

ITEM, eidem *Willielmo* pro ii M. Braker Naill. Prec. M. viij *d.* xvi *d.*

ITEM, *Thomæ Daunt* pro Vapulatione de cccx Ulnis de Valenc. pro Herceiis Regis, videlicet, pro Ulna xii *d.* xi *l.*

ITEM, eidem *Thomæ* pro Vapulatione xxvii Scuchons de Armis Regis, videlicet, pro Pec xd. xxii *s.* vi *d.*

ITEM, eidem *Thomæ* pro Vapulatione vii Scuchons de Armis Sancti Georgii, videlicet, pro Pec. iii *d* xxi *d.*

ITEM, eidem *Thomæ* pro Vapulatione ii Trappours, videlicet,
* X. 257. de Armis * Sancti Edwardi & alterius de Armis Sancti Edmundi Prec. Pec. xl *s.* iv *l.*

ITEM, eidem *Thomæ* pro Vapulatione unius Tunici de Armis Regis xx *s.*

ITEM, eidem *Thomæ* pro Vapulatione viij Vexillorum de Armis Regis, videlicet, pro Pec. x *s.* iv *l.*

ITEM, eidem *Thomæ* pro Vapulatione xvj. Vexillorum de Armis Sancti Edmundi & Sancti Edwardi Prec. Pec. viii *s.* vi *l.* viii *s.*

ITEM, eidem *Thomæ* pro Vapulatione unius Scuti de Armis Regis xx *s.*

ITEM, eidem *Thomæ* pro Factura unius Crestæ & unius Helmæ pro Rege xxxiii *s.* iv *d.*

ITEM, eidem *Thomæ* pro factura vj. Crestes de Armis Sancti Georgii pro vj Equitibus Prec Pec. xi*d.* x *s.*

ITEM, eidem *Thomæ* pro Vapulatione dictorum Sell. iv *s.*

ITEM. dicto *Willielma Cantelowe* pro v Pec. Tarterin. blod Prec. Pec. xxvi *s.* viii *d.* vi. *l.* xiii *s.* iv *d.*

Summa L *l.* xix *d.*

Don. &c. a *Westm.* le xj Jour de Mars l'An primer.

Sexto Die Martii, Anno Primo, apud *Westmonasterium* Concessum fuit quòd fiat Warrantum, sub Priveto Sigillo, Executoribus Testamenti *Regis Defuncti*, Patris Regis nunc, ut in Forma, pro Solutione L. *l.* & xix *d.* expositarum pro Custode Garderobæ Regis circa Provisionem Parcellarum Infrascriptarum.

Præsentibus Dominis *Ducibus*,
Gloucestriæ,
Et *Exoniæ*,
Wyntoniensi Episcopo,
Comite *Warrwicæ*,
Tiptaft, *Hungerford*, Cancellario, Thesaurario, & Custode Privati Sigilli.

Ad procurationem Domini Ducis Exoniæ.

Pro Domino de Estouteville.

Ann. D. 1422. An. 1. H. 6. Franc. 1. H. 6. m. 10.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Paschæ proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem Regis speciales, *Nicholaum de Hestray* Armigerum, & *Reginaldum Hue* Capellanum, extra Regnum Regis Franciæ in Regnum Regis Angliæ, penes *Dominum d'Estouteville*, ad Portandum sibi Jocalia, Aurum, & omnia alia Bona, veniendo, ibidem morando, & exindè absque Perturbatione vel Impetitione quacumque transeundo; proviso semper quòd Personæ prædictæ benè & honestè se habeant & gerant erga Regem & fideles Ligeos Regis, & quicquam quod in Regis aut Statutorum & Ordinationum Regni Regis prædicti præjudicium cedere valeat, *&c. prout in cæteris de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonosterium*, quarto die Novembris.

Per Billam de Privata Sigillo.

Consimiles Literas de salvo Conductu habet *Simon de Gury* Servitor prædictorum *Nicholai* & *Reginaldi* sub eadem Data.

Per eandem Billam.

mine nostro, Inchoandum, & in eo Procedendum, * & ad faciendum omnia & singula quæ pro Nobis & per Nos, pro bono * X. 258.
Regimine & Gubernatione Regni nostri prædicti, ac aliorum Dominiorum nostrorum eidem Regno nostro pertinentium, ibidem fuerint facienda,

Necnon ad Parliamentum illud Finiendum & Dissolvendum,

De assensu Concilii nostri, plenam, Tenore Præsentium, Committimus Potestatem;

Dantes ulteriùs, de assensu ejusdem Concilii nostri, tàm universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, & Militibus, quàm omnibus aliis quorum interest, ad Parliamentum nostrum prædictum conventuris, similiter, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd eidem Avunculo nostro intendant in Præmissis, in forma supradicta.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, sexto die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Katerina Regina Angliæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1422. An. 1. H. 6. Ibid. m. 17.

Sciatis quod,

Cùm,

In quodam Pacis Tractatu, inter, Excellentissimos & Præcarissimos Dominos, *Patrum* & *Avum* nostros concluso & concordato, in Ecclesia beati Petri Trecensis, *Vicesimo primo die Maii*, *anno* Dominicæ Incarnationis *Millesimo*, *Quadringentesimo*, *Vicesimo*,

Inter cæteros Articulos, fuerit concordatum, in effectu, quòd *Katerina Regina Angliæ*, *Mater nostra præcarissima* nuper Consors prædicti Patris nostri, Filia prædicti Avi nostri & *Isabellæ* nuper Consortis suæ, perciperet & haberet Dotem, in dicto Regno Angliæ, prout Reginæ Angliæ, usque ad dictum *Vicesimum primum diem Maii*, percipere & habere consueverunt; videlicet,

Usque ad Summam *Quadraginta Milium Scutorum*, quorum duo semper valerent unum *Nobile Anglicanum*,

Qui quidem Pax, Tractatus, Conclusio, & Concordia, omnesque Articuli contenti in eisdem, in Parliamento dicti Patris nostri, apud Westmonasterium, *secunda die Maii*, *anno* Regni sui *Nono*, tento, Auctoritate ejusdem Parliamenti Approbati, Laudati, Auctorizati fuerant & Acceptati,

Et quos quidem Pacem, Tractatum, Concordiam, & Conclusionem, in omnibus suis Articulis, tàm dictus Pater noster, in verbo Regio, & ad Sancta Dei Evangelia, per ipsum corporaliter tacta, se observaturum juravit & promisit, quàm Tres Status dicti Regni Angliæ; videlicet, Prælati & Clerus, Nobilesque, Magnates, ac Communitates ejusdem Regni Angliæ, se, & eorum quemlibet, pro se, Hæredibus & Successoribus suis, benè & fideliter, quantum ad eos & eorum quemlibet pertinet, imperpetuùm observaturos & impleturos in eodem Parliamento promiserunt, prout in Rotulis, Recordis, & actis ejusdem Parliamenti pleniùs continetur,

Nos, consideratione Præmissorum, de Assensu Dominorum Spiritualium & Temporalium, ac Communitatis Regni nostri Angliæ, in præsenti Parliamento nostro existentium, de omnibus Castris, Honoribus, Dominiis, Villis, Maneriis, Comot. Comut. Feodi Firmis, annualibus Redditibus, Terris, & Tenementis, ac aliis Possessionibus, quæ fuerunt prædicti Patris nostri, tàm de Corona, Principalitate, & Ducatu Cornubiæ, quàm de Hæreditate Comitatûs Cestriæ, *Concessimus & Assignavimus* præfatæ *Matri nostræ Reginæ Angliæ* Castra, Honores, Dominia, Villas, Maneria, Commot. Com. Feodi Firmas, Annuales Redditus, Terras, & Tenementa, ac alias Possessiones subscripta; videlicet,

Castrum de Ledes, ad Valorem *Viginti & quatuor Librarum*,

Castrum & Villam de Rouchestre, ad Valorem *Quinquaginta & Quinque Librarum*,

In Comitatu Kantiæ,

Castrum & Dominium de Hawardyn, &c.

Et, insuper, quòd præfata *Mater nostra* de Terris, Tenementis, Redditibus, & Possessionibus, quæ primitùs in manus nostras seu Hæredum nostrorum devenerint seu acciderint, per nos & dictos Hæredes nostros, in Deductionem & Satisfactionem prædictorum *Duarum Milium*, *Ducentarum*, *Quaterviginti* & *Quatuordecim Librarum*, *Decem* & *Octo Solidorum*, *unius Denarii*, & *unius Oboli*, tenendis, in dotem suam prædictam, provideatur & recompensetur,

* Et

ue de voitre dicte Pere eiteaunt, que meſme le Suppliaunt averoit Liveree de toutes lez Terres, Tenementz, Offices, &c.

In Dorſ.

Conſiderez coment le Treſgracious *Roi Henry*, *Piere noſtre Soverain Seigneur le Roy* q'oreſt, le xxx Jour d'Augſt, darrein paſſe, avoit faite Grante de Livere, par Bouche, a le Suppliant, nommez en ceſte Peſtion, de tout ceo que de ſa Enheritance fuit en la Main le dit Piere, pur Cauſe de le bonne Service que Luy avoit fait par dela, ſi come le *Duc d'Exceſtre*, le *Sire Fitz Hugh*, & pleuſeurs autres Chivalers, eſteantz alors en la Preſence de le dit Piere, le Teſmoignoient, en ceſte Parlement; & pur taunt que l'effect de celle Graunt ne priſt mye Execution en la vie de meſme le Piere, *le Roy* Voet & Graunt, de l'Aſſent de touz les Seigneurs Eſpirituelx & Temporelx, en meſme le Parlement eſteantz, que le dit Suppliant ait Liveree de touz les Terres, Tenementz, Offices, &c.

De Cancellario Angliæ conſtituto.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1422. Sciatis quòd, de aviſamento & aſſenſu totius Concilii no-
An. 1. ſtri, in præſenti Parliamento noſtro exiſtentis, *Conſtituimus*, ve-
H. 6. nerabilem Patrem, *Thomam Epiſcopum* Dunolmenſem, Cancella-
Pat. 1. rium noſtrum Angliæ,
H. 6. *p.* 4. Dantes & Concedentes, de Aviſamento & Conſenſu prædictis,
m. 19. eidem Cancellario noſtro omnes & omnimodas Auctoritatem & Poteſtatem, ad ea omnia & ſingula, quæ ad Officium Cancellarii Angliæ de Jure ſive Conſuetudine pertinent, ſeu quovis tempore pertinere conſueverunt, Vice, Nomine, & Loco noſtris, Faciendum, Excercendum, Exequendum, & Expediendum quamdiu nobis placuerit,

Percipiendo & Habendō, in Officio illo, Vadia & Feoda ac omnia alia, & eiſdem in ſingulis Gaudendo, prout Cancellarii Angliæ ante hæc tempora habuerunt & perceperunt, ac aliquo tempore uſi & gaviſi fuerunt;

Mandantes, inſuper, & firmiter Præcipientes univerſis & ſingulis Ligis noſtris Regni noſtri Angliæ (cujuſcumque Statûs, Gradûs, ſeu Conditionis fuerint) quòd eidem Cancellario noſtro, in Excercitio & Executione Officii illius, de tempore in tempus, in omnibus, obediant & intendant prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xvi die Novembris.

• X. 260. ## * *Pro Servientibus Comitis Vendoſme.*

Ann. D. REX, per Literas ſuas Patentes, uſque Feſtum Purificationis
1422. beatæ Mariæ proximò futurum duraturas, ſuſcepit in ſalvum
An. 1. & ſecurum Conductum ſuum, ac in Protectionem, Tuitionem,
H. 6. & Defentionem ſuas ſpeciales, *Petrum de Gonzolles*, & *Johan-*
Franc. 1. *nem Leveille*, & unum Valettum in eorum ſocietate, Servitores
H. 6. *m.* *Comitis de Vendoſme*, in Regnum Regis Angliæ, cum Auro, Ar-
20. gento, Jocalibus, Hernefiis, Bonis, & Rebus *dicti Comitis* quibuſcumque, veniendo, ibidem morando, & exindè ad Propria redeundo;

Proviſo ſemper quòd iidem, *Petrus*, *Johannes*, & Valettus, benè & honeſtè ſe habeant & gerant erga Regem & Populum ſuum, & quicquam, quod in Regis præjudicium, aut Populi ſui Dampnum cedere valeat, non attemptent, aut facere vel attemptare præſumant, quoviſmodo.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxiij die Novembris.

Per ipſum Regem & Concilium.

REX, *&c. ut ſupra uſque ibi* ſpeciales, *& tunc ſic*, *Petrum Gorverſe*, Servitorem *Comitis de Vendoſme*, in Regno Regis Angliæ jam exiſtentem, in Regnum Franciæ tranſeundo, & exin-

Pro Comite de Vendoſme.

REX, per Literas ſuas Patentes, per Decem Menſes proximò Ann. D.
futuros duraturas, de aviſamento & aſſenſu Concilii ſui, ſuſ- 1422.
cepit in ſalvum & ſecurum Conductum ſuum, ac in Protectio- *An.* 1.
nem, Tuitionem, & Defenſionem ſuas ſpeciales, *Lodowicum Co-* *H.* 6.
mitem de Vendoſme de Regno Regis Franciæ, in Regno Regis *Ibid.*
Angliæ ad præſens exiſtentem, verſus dictum Regnum Regis *m.* 9.
Franciæ, cum Decem Servientibus ſuis, Pedeſtribus vel Equeſtribus, in Comitiva ſua, per Terram, & per Mare, tranſeundo, ibidem morando & perhendinando, & exindè in dictum Regnum Regis Angliæ, cum Bonis & Hernefiis ſuis licitis, redeundo;

Proviſo ſemper quòd *prædictus Comes*, ac Ipſi de dicta Comitiva
ſua, benè & honeſtè ſe habeant & gerant erga Regem & Popu-
lum ſuum, abſque aliquo faciendo ſive attemptando, quod in * Re- • X.
gis præjudicium, aut prædicti Populi ſui Dampnum cedere va- 261.
leat, quovis modo,

Quodque ipſi præſentes Literas Regis de ſalvo Conductu, ante Introitum ſuum cujuſlibet Civitatum, Villarum firmatarum, Caſtrorum, ſive Fortalitiorum, infra dicta Regna Regis, Majoribus, Ballivis, Capitaneis, ſive Cuſtodibus eorumdem primitùs demonſtrent.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxviij die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Protectore Regni conſtituto.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1422.
Nos conſiderato, quòd in adeo tenera Ætate conſtituti ſumus, *An.* 1.
quòd circa Protectionem & Defenſionem Regni noſtri Angliæ *H.* 6.
ac Eccleſiæ Anglicanæ perſonaliter intendere non poſſumus in *Pat.* 1.
præſenti, *H.* 6. *p.* 2.
Nos, *m.* 2.

De Circumſpectione & Induſtria, cariſſimi Avunculi noſtri, *Johannis Ducis Bedfordiæ*, plenam fiduciam reportantes,

De aſſenſu & aviſamento, tàm Dominorum, quàm de aſſenſu Communitatis dicti Regni Angliæ, in inſtanti Parliamento exiſtentium, *Ordinavimus & Conſtituimus* ipſum *Avunculum noſtrum* dicti Regni noſtri Angliæ & Eccleſiæ Anglicanæ Protectorem & Defenſorem, ac Conſiliarium noſtrum Principalem,

Et quòd Ipſe dicti Regni noſtri Angliæ ac Eccleſiæ Anglicanæ Protector & Defenſor ac Principalis Conſiliarius noſter ſit & nominetur, in & juxta Vim, formam, & effectum cujuſdam Acti, in dicto Parliamento, die Datæ præſentium, habiti & concordati,

Proviſo ſemper quòd præfatus *Avunculus noſter* nullam gerat aut habeat, vigore præſentium, Poteſtatem, nec ſic, ut præfertur, nominetur, niſi pro tempore quo præſens hic in Regno noſtro Angliæ fuerit, & prout in prædicto Acto continetur,

Quodque, cariſſimus Avunculus noſter *Dux Glouceſtriæ* Nobis, in agendis dicti Regni noſtri Angliæ Negotiis, poſt ipſum Avunculum noſtrum *Ducem Bedfordiæ*, Principalis Conſiliarius exiſtat & nominetur, quotiens & quando præfatum Avunculum noſtrum *Ducem Bedfordiæ infra* Regnum noſtrum Angliæ prædictum morari contingat.

Confidentes, inſuper, ad plenum de circumſpectione & Induſtria prædicti Avunculi noſtri *Ducis Glouceſtriæ*, de aſſenſu & aviſamento prædictis *Ordinavimus* & *Conſtituimus*, ipſum Avunculum noſtrum, *Ducem Glouceſtriæ*, in dicto Regno noſtro Angliæ jam præſentem, dicti Regni noſtri Angliæ ac Eccleſiæ Anglicanæ Protectorem & Defenſorem, necnon Conſiliarium noſtrum Principalem, quotiens & quando prædictum Avunculum noſtrum *Ducem Bedfordiæ* extra Regnum noſtrum Angliæ prædictum morari vel abeſſe contingat,

Et quòd ipſe Avunculus noſter *Dux Glouceſtriæ*, Protector & De-

regi, obediant, & intendant prout decet.

In cujus, &c. quamdiu Regi placuerit duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, quinto die Decembris.

Per ipsum Regem & Concilium suum in Parliamento.

• X. 262.

** Pro Custode Magni Sigilli, de vadiis solvendis.*

Ann. D. 1422. *An.* 1. *H.* 6. *Claus.* 1. *H.* 6. *m.* 8.

REX, dilecto Clerico suo, *Henrico Kays*, Custodi Hanaperii Cancellariæ nostræ, Salutem.

Mandamus vobis quòd, dilecto Clerico nostro, *Simoni Gaunstede*, Custodi Rotulorum Cancellariæ nostræ prædictæ, nuper Custodi Magni Sigilli nostri, Talia & hujusmodi Vadia pro Se ipso, ac Sociis suis Clericis, ac aliis Ministris ejusdem Cancellariæ, secum Commensalibus, ut est moris, a Vicesimo octavo Die Septembris ultimò præterito (quo Die Sigillum prædictum liberatum fuit præfato nuper Custodi) usque Decimum Septimum Diem Novembris tunc proximò sequentem (quo Die Magnum Sigillum prædictum liberatum fuit, Venerabili Patri, *Thomæ Episcopo Dunelmensi* Cancellario nostro) Qualia Cancellarii Angliæ, pro tempore existentes, temporibus Progenitorum nostrorum, quondam Regum Angliæ, pro Se ipsis, ac Sociis suis Clericis, & aliis Ministris Cancellariæ prædictæ, Commensalibus, ante hæc tempora, perceperunt, de Exitibus & proficuis Hanaperii prædicti Solvatis & Liberetis, & Nos vobis indè, in Compoto vestro, ad Scaccarium nostrum, debitam Allocationem habere faciemus.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, octavo die Decembris.

Per Concilium.

Pro Comite de Engoulesme.

Ann. D. 1422. *An.* 1. *H.* 6. *Franc.* 1. *H.* 6. *m.* 19.

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Paschæ proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Simonem Frysquetour*, *Johannem Sabat*, *Johannem Hervy*, & *Johannem de Moncy*, Servitores Comitis *d'Engoulesme*, in Regnum Regis Angliæ de Partibus Franciæ, cum quadam navi Portagii Centum Doliorum, cum Marinariis convenientibus in eadem, ac Vinis & aliis Mercandisis, pro Necessariis præfati Comitis, tàm per Terram, quàm per Mare, veniendo, ibidem morando, *&c. prout in talibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quarto die Decembris.

Per Concilium.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Johannem de Moncy* & *Willielmum de Broncy*, Servientes *Comitis d'Engoulesme*, in Regnum Regis Angliæ de Partibus Franciæ, tàm per Terram, quàm per Mare, veniendo, *&c. ut supra*, *mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Per Concilium.

Pro Duce Aurialensi super Financia Comitis de Angoulesme.

Ann. D. 1422. *An.* 1. *H.* 6. *Ibidem.* *m.* 8.

REX, per Literas suas Patentes per Tres Menses proximò futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Jacobum Boucher* Thesaurarium, carissimi Consanguinei Regis, *Ducis Aurelianensis*, magistrum *Hugonem Perrier* Secretarium dicti Consanguinei Regis, *Reginaldum Pidone*, *Johannem le Mercier*, *Willielmum Pidone*, & *Johannem Cheun*, de Regno Regis Franciæ, cum Sex Servientibus in Comitiva sua, & Duodecim Equis, de Ducatu Aurelianensi in Regnum Regis Angliæ, ad portandum Financiam *Comitis d'Angoulesme*, veniendo, ibidem morando, & extra idem, versus quascumque partes sibi placuerit, cum Jocalibus, Literis, Auro, Argento, & aliis Bonis suis licitis quibuscumque, absque perturbatione sive impetitione quacumque, transeundo;

Proviso semper quòd Personæ prædictæ & dicti Servientes sui benè & honestè se habeant & gerant erga Regem & Fideles Ligeos suos, absque aliquo attemptando, seu attemptari facere •

• X. 263.

præsumendo, quod in Regis & Fidelium Ligeorum suorum præjudicium cedere valeat,

Et quòd ipsi aliqua Castrorum, Fortalitiorum, sive Villarum Firmatarum, minimè ingrediantur, absque eo quòd ipsi præsentes

Pro Medico Regis.

Le Roy la Grante.

PLAISE a, Treshaut & Puissant Prince, *le Duc de Gloucestre*, uncle a nostre Souverain Seigneur *le Roy*, Graunter a, votre humble & foiall Orateur, *Pietre de Alcobasse* Clerk, Phisician de mesme *le Roy*, la Prebende en la Franc Chapell de Seint George, deins la Chastell de Wyndesore, la quele *Johan Eston* Clerk (qui Dieu assoille) avoit en icelle (a avoir ovec lez Droitures & Appartenantz qecouqes) pur Dieu & en Oevere de Charite.

Ann. D. 1422. *An.* 1. *H.* 6. *Penes Cler. Pell.*

Dat. apud *Westm.* xxi die Decembris, Anno, &c. Primo.

H. Chambellan d'Angleterre.

Pro Duce de Bourbon, & pro Comite de Ew.

REX, per Literas suas Patentes, per unum Mensem proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Johannem Vigier* Servientem *Ducis de Burbon*, & *Johannem Aussent* Servientem *Comitis de Ew*, versus Dominos suos prædictos transeundo, conjunctim, vel divisim, quotiens sibi placuerit, reveniendo;

Ann. D. 1422. *An.* 1. *H.* 6. *Franc.* 1. *H.* 6. *m.* 8.

Proviso semper, *&c. ut in Similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxij die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Duce de Burbon.

REX, per Literas suas Patentes, per unum Mensem proximò futurum duraturas, de avisamento & assensu Concilii sui, suscepit in salvum & securum Conductum suum *Johannem Fournier*, Armigerum de Coquina, & *Eustachium de Montfornier*, Secretarium, dilecti Consanguinei sui, *Ducis de Bourgonia*, & alias Tres Personas, Valettos aut Servientes suos, & de Comitiva sua, versus Villam Regis Rothomagensem, per Patriam Regis Normanniæ, cum Bonis & Hernesiis suis licitis, salvò & securè transeundo;

Ann. D. 1422. *An.* 1. *H.* 6. *Ibidem.* *m.* 19.

Proviso semper, *&c. prout in Similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo tertio die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

** Pro Clerico Ducis Gloucestriæ.* • X. 264.

Le Roy la Grante.

A NOSTRE TRES SOVERAIGN SEIGNEUR LE ROY.

PLEASE a vostre Roiall Mageste, de vostre grace especialle, pur Doner & Presenter Maistre *John Swanwych*, Maistre d'Art & Bachiler en Phisik, Clerk del tresnoble Prince *le Duc de Gloucestre*, a l'Esglise de Bradfeld, q'est ore voide par la Mort de Sir *William Curteis*, darein Person illeoqes, & a vostre tresgracious Donne appertenant a icest foiz, par cause que *Thomas Langford*, Patron de mesme l'Esglise, est deinz Age & en vostre Garde, pour Dieu & Oevre de Charitee.

Ann. D. 1423. *An.* 1. *H.* 6. *Penes Cler. Pell.*

Lettre ent feut faite *a Westm.* le xxi jour de Januer, l'An, &c. Primer.

H. Chambellan d'Engleterre.

De Deodandis Colligendis.

REX, universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Coronatoribus, Escaetoribus, Constabulariis, ac aliis Officiariis & Ministris nostris quibuscumque, tàm infra Libertates, quàm extra, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Ann. D. 1423. *An.* 1. *H.* 6. *Pat.* 1. *H.* 6. *p.* 2. *m.* 22.

Sciatis quòd Nos,

Considerantes qualiter omnimodæ Deodandæ, tàm per Terram, quàm per Mare infra Regnum nostrum Angliæ emergentes, Eleemosinario Hospitii nostri, pro tempore existenti, pertinent, & ab antiquo pertinuerunt, & pertinere deberent,

Ad

Pro Duce de Orlians.

Ann. D. 1423. *An. 1. H. 6. Franc. 1. H 6. m. 6.* • X. 265.

REX, per Literas suas Patentes, per Sex Menses proximò futuros duraturas, de assensu Concilii sui, ad Supplicationem, Carissimi Consanguinei sui, *Ducis Aurelianensis*, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Jacobum Boucher* Thesaurarium de Orlians, Magistrum *Hugonem Perrier*, *Reginaldum Pendee*, *Johannem le Mercer*, *Johannem Chaun*, * *Willielmum de Lorr*, & *Dionisium Roger*,

Qui, de Licentia Regis, in Regnum Regis Angliæ, ad Prosequendum certa Negotia *dicti Ducis*, venire intendunt & proponunt,

In Regnum Regis prædictum, eâ de causâ, cum Viginti Personis Equestribus, vel infra, in Comitivâ suâ, ac cum Bonis & Hernesiis suis licitis, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & abinde versus partes proprias, absque perturbatione vel impedimento quocumque, revertendo;

Proviso semper quòd prædicti, *Jacobus*, *Hugo*, *Reginaldus*, *Johannes*, *Johannes*, *Willielmus*, & *Dionisius*, ac alii de Comitivâ suâ, qui sic in Regnum Regis Angliæ venient, benè & honestè se habeant & gerant erga Regem & Populum suum,

Et quicquam, quod in Regis seu Populi sui Præjudicium vel Dampnum cedere valeat, non attemptent, aut attemptare præsumant quovis modo,

Quodque ipsi in Castris, Villis, & Locis, Regi obedientibus, existentes, quicquam contra Tractatum *Pacis finalis*, inter Regna Franciæ & Angliæ factæ & conclusæ, per seipsos, vel per alios, palàm vel secretè, minimè Dicant, Scribant, vel Procurent,

Ac quòd Ipsi aliquod Castrorum, Fortalitiorum, vel Villarum Regis firmatarum non ingrediantur, absque eo quòd ipsi præsentes Literas Regis de salvo Conductu Capitaneis, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, seu Custodibus eorumdem primitùs demonstrent,

Quodque ipsi, in Adventu suo per Regnum Regis Franciæ, aut in Reditu suo per idem Regnum, in aliquo Civitatum, Castrorum, Villarum firmatarum, Fortalitiorum, aut aliorum Locorum, sub Obedientiâ Regis existentium, non morentur nisi per unam Noctem tantum.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimiles Literas Regis de salvo Conductu habent Magister *Hugo Perrier* & *Dionisius Roger* cum Quatuor Personis Equestribus in Comitivâ suâ, vel infra, per idem tempus duraturas, sub eadem Datâ.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimiles Literas Regis de salvo Conductu habent *Willielmus Cousinot* Cancellarius Aureilianensis, Abbas de Sancto Loviero de Blois, *Antonius Debtanfault*, *Franciscus de l'Ospitall*, *Franciscus de Grignalx*, *Karolus de Gerefme*, Milites, & Magister *Petrus Sauvage* Secretarius *præfati Ducis*,

Qui, de Licentiâ Regis, in Regnum Regis Angliæ,

Ad Communicandum & Tractandum cum Concilio Regis pro certis Materiis, præfatum *Ducem Aurelianensem*, Prisonarium Regis, tangentibus,

Venire intendunt & proponunt,

In dictum Regnum Angliæ penes Concilium Regis, omnes insimul, vel Quatuor eorum, cum Triginta Personis Equestribus in Comitivâ suâ, vel infra, per idem tempus duraturas, sub eâdem Datâ.

Per Breve de Privato Sigillo.

nostro, Promotiones quorumcumque Clericorum nostrorum, ad Ecclesias Cathedrales, pro tempore vacaturas, & pro quibus vos, per Literas nostras, & aliàs, informare intendimus temporibus oportunis,

Necnon ad Gerendum, Excercendum, & Expediendum alia Negotia nostra quæcumque, apud Sedem Apostolicam quomodolibet emergentia, cum Potestate Inducendi quascumque Probationes, requisitas in hoc casu,

De avisamento Magni Concilii nostri vos nostrum verum, legitimum, & indubitatum Procuratorem, Actorem, Factorem, Negotiorum Gestorem, & Nuncium specialem Constituimus, Præficimus, & Creamus per Præsentes,

Injungentes firmiter & Mandantes quibuscumque Ligeis nostris, apud Sedem eandem pro tempore existentibus (cujuscumque Status, Gradûs, sive Conditionis existant) quatinus vobis, in Executione Præmissorum, cum suis sanis Consiliis, Auxiliis, & Favoribus, effectualiter obediant, & intendant, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quinto die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Domino de Gordon & Waltero de Ogilby.

REX, per Literas suas Patentes, usque ad primum diem Julii Ann. D.
proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum 1423.
Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defen- *An. 1.*
sionem suas speciales, *Alexandrum de Seton* Dominum de Gor- *H. 6.*
don, & *Walterum de Ogilby* de Scotiâ, in Regnum Regis Angliæ *Scot. 1.*
penes Concilium Regis, veniendo, ibidem morando, necnon *H. 6. m.*
Homines & Servientes suos, usque ad numerum Viginti & Qua- 12.
tuor Personarum, ac Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper quòd iidem *Alexander* & *Walterus*, ac Homines & Servientes sui prædicti, benè & honeste se habeant & gerant, *&c. ut supra*.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo primo die Februarii.

Per Concilium.

Pro Thoma de Mirton, & Dungallo de Drummont.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, Magistrum Ann. D.
Thomam de Mirton, & Dominum *Dungallum de Drummount* 1423.
de Scotia, in Regno Regis Angliæ existentes, penes Regnum *An. 1.*
Scotiæ transeundo, ipsumque *Thomam* in Regnum Regis Angliæ *H. 6.*
penes Concilium Regis veniendo, ibidem morando, *&c. ut su-* *Ibid.*
pra, *mutatis mutandis*.

Teste ut supra.

Per Concilium.

Pro aliis de Scotia penes Concilium Regis venturis.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Johannem* Ann. D.
de Seton Militem, *Johannem Forster* Militem, *Walterum O-* 1423.
gilby Scutiferum, Magistrum *Willielmum Foulis*, & *Johannem de* *An. 1.*
Leth Scutiferum de * Scotiâ, in Regnum Regis Angliæ penes *H. 6.*
Concilium Regis veniendo, necnon Homines & Servientes suos *Ibid.*
usque ad Numerum Triginta Personarum, ac Equos, Bona, Res, • X.
& Hernesia sua quæcumque; 267.

Proviso semper, *&c. ut supra*.

Teste ut supra.

Per Concilium.

Pro

Quodque Census Annuus aliquis, pro Conservatione, Reparatione, & Emendatione Operis Ecclesiæ & Campanilis prædictorum, præter unum Modicum Censum Annuum, per, Venerabilem Patrem, *Ricardum Metford*, nuper *Episcopum Sarum*, ad Opus prædictum assignatum, a primæva Constructione Ecclesiæ prædictæ, hucusque per aliquem vel aliquos nullatenus extitit Datus sive Ordinatus,

In proposito existant Censum Annuum hujusmodi, per Terrarum, Tenementorum, & aliorum Donationes, ex Causâ prædictâ faciendas, & ut ipsi de Precibus sanctis, inibi faciendis, participare valeant, uberiùs augmentare, si Licentiam nostram Regiam in hac parte largiri dignaremur,

Nos,

Attendentes dictum Propositum fore Deo gratum, volentesque id, ad Honorem Dei, & Gloriosæ Virginis Mariæ Matris suæ, dictæ Ecclesiæ Advocatæ, necnon Præmissorum intuitu, debitum consequi effectum,

De Gratiâ nostrâ speciali & de assensu Magni Concilii nostri, *Concessimus* & Licentiam *Dedimus*, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, dilectis Nobis in Christo, *Decano & Capitulo* Ecclesiæ prædictæ quòd Ipsi & Successores sui Terras, Tenementa, & Redditus, cum Pertinentiis, tàm de Feodo suo proprio, quàm alieno (Exceptis Terris, Tenementis, & Redditibus, quæ de Nobis tenentur in Capite) necnon Advocationes Ecclesiarum, ad Valorem *Quinquaginta Librarum per Annum*, de Personis quibuscumque adquirere,

Et Ecclesias illas appropriare, & eas, sic Appropriatas, unà cum Terris, Tenementis, & Redditibus prædictis, usque ad *Valorem Annuum supradictum*, habere & tenere possint Sibi & Successoribus suis,

Tàm in Auxilium Reparationis & Emendationis Operis prædicti, quàm ad Divina in dictâ Ecclesiâ Cathedrali, pro salubri Statu nostro, & Donatorum Terrarum, Tenementorum, Reddituum, & Advocationum prædictorum, dùm vixerimus, & pro Animâ nostra, cùm ab hac Luce migraverimus, ac Animabus omnium illorum, quos iidem Donatores nominare sive assignare voluerint, celebranda, ac ad alia Caritatis Opera facienda, juxta Dispositionem & Ordinationem ipsorum Donatorum, *imperpetuùm*,

Statuto, de Terris & Tenementis ad *Manum Mortuam* non ponendis edito, non obstante;

Dumtamen, per Inquisitiones, inde captas, sive capiendas, & in Cancellariam nostram vel Hæredum nostrorum ritè Retornatas seu Retornandas, compertum sit quòd id fieri possit absque Dampno vel Præjudicio nostri, vel Hæredum nostrorum, aut aliorum quorumcumque.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo quinto die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

* *Pro Garter Rege Armorum.*

* X. 268.
Ann. D. 1423. An. 1. H. 6. Franc. 1. H. 6. m. 17.

WIllielmus Brugger, aliàs dictus *Gartier Rex Armorum*, qui in Obsequium Regis, in Comitivâ, carissimi Consanguinei Regis, *Episcopi Wyntoniensis*, ad Curiam Romanam profecturus est, ibidem in eodem Obsequio moraturus, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Februarii.

Per Billam de Privato Sigillo.

De Expensis Protectoris Regni.

Ann. D. 1423. An. 1. H. 6. Penes Cler. Pell.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, venerabili in Christo Patri, *Episcopo Dunolmensi*, Cancellario nostro, Salutem.

Cùm Nos,

De fidelitate & industria, Carissimi Avunculi nostri, *Humfridi Ducis Gloucestriæ* plenissimè confidentes,

Constituerimus & *Ordinaverimus ipsum Ducem* Regni nostri Angliæ Protectorem & Defensorem, ac nostrum Consiliarium Principalem, prout in Litteris nostris Patentibus, eidem Duci superinde confectis, plenè liquet,

Et, pro subeundis Oneribus & Expensis, per *dictum Avunculum* nostrum in hac parte de necessario supportandis, providere

Terminos prædictos,

Octingentas Marcas de Exitibus, Reventionibus, & Proficuis omnium Terrarum, Tenementorum, Dominiorum, & Possessionum in manu nostra, ratione minoris Ætatis *Radulphi Filii & Heredis Johannis Nevile* Defuncti, existentium, quamdiu illa in Manu nostra ex causa prædicta fore continget, ad Terminos prædictos,

Et Mille Septingentas Marcas ad Scaccarium nostrum, ad eosdem Terminos,

Proviso semper quòd, si, durante tempore prædicto, contingat *dictum Avunculum* nostrum, de hujusmodi Summis, satisfieri non posse de Exitibus, Reventionibus, & Proficuis sibi superiùs Assignatis, Volumus & Concedimus, de assensu prædicto, quòd idem Avunculus noster omne id, quod sibi a retro fuerit in hac parte, habeat & percipiat ad Scaccarium prædictum, & quòd Thesaurarius Angliæ, qui pro tempore fuerit, plenam, vigore Litterarum nostrarum Patentium, in ea parte fiendarum, habeat Potestatem solvere & satisfacere *dicto Avunculo nostro*, hujusmodi Arreragia, de Summis sibi superiùs assignatis, quæ non poterunt solvi seu satisfieri de Exitibus, Reventionibus, & Proficuis antedictis, ut prædictum est,

Et quod idem *Avunculus noster* habeat tot & talia Brevia & Waranta, pro Solutione suâ in hac parte, quot & qualia necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Vobis Mandamus quatinus præfato *Avunculo nostro*, Litteras superinde, sub Magno Sigillo nostro, in forma debita, fieri faciatis.

Dat. sub Privato Sigillo nostro, apud *Westmonasterium*, vicesimo septimo die Februarii, Anno Regni nostri primo.

Dors.

Secundo die Martii, Anno primo, apud Fratres Prædicatores Londoniæ, lecta fuit præsens Copia coram Dominis, & Concordatum est quòd inde fierent Literæ Patentes ut in forma,

* *Præsentibus,* * X. 269.

Dominis Ducibus,	Northumbriæ,
Gloucestriæ,	*Comitibus,*
Et Exoniæ,	Cromewell,
Archiepiscopo Cantuariensi,	*Et* Tiptoft,
Londoniensi,	Cancellario,
Et Wyntoniensi,	*Et* Thesaurario,
Episcopis,	*Et* Custode Privati Sigilli.
Mareschallo,	

Unum factum est Warantum, ut infra continetur.

Pro Comite de Vendosme.

REX, per Literas suas Patentes, per Tres Menses proximò futuros duraturas, de avisamento Concilii sui, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Willielmum le Mareschal* & *Hugonem de Voyre*, cum Duobus Valettis in Comitivâ suâ, penes *Comitem de Vendosme* veniendo, & in suas partes, pro Auro & Argento, Vasis, Jocalibus, & aliis Rebus, dicto Comiti, pro Sustentatione suâ necessariis, Deferendis, revertendo, ac *Petrum Gervaise* Servientem ejusdem Comitis, præsentes Literas Regis in partes suas portando, & exinde penes *præfatum Comitem* in Regnum Regis Angliæ revertendo, necnon Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque; Ann. D. 1423. An. 1. H. 6. Franc. 1. H. 6. m. 18.

Proviso semper quòd iidem, *Willielmus*, *Hugo*, & *Petrus*, ac Valetti prædicti, benè & honestè se habeant & gerant erga Regem & Populum suum,

Et quicquam; quod in Regis aut Ligeorum suorum Dampnum vel Præjudicium cedere valeat, non attemptent, aut facere vel attemptare præsumant,

Quódque prædicti, *Willielmus*, *Hugo*, & *Petrus*, ac Valetti prædicti, nullum Castrorum, Villarum firmatarum, seu Fortalitiorum Regis, absque Licentiâ Custodum eorumdem, seu eorum Locatenentium, intrent quovis modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, tertio die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro

reu. *ramis*, *Lecestrensis Episcopi*, ac, dilecti nostri, *Bernardi de Planbea* Decretorum Doctoris, ac Prioris Ecclesiæ Conventualis Beatæ Mariæ de Solaco, Ducatûs nostri Acquitaniæ, plenius confidentes,

* X. 270. * Ipsos, de Avisamento Concilii nostri, Fecimus & Constituimus Procuratores nostros, conjunctim, & divisim,

Ad Petendum & Obtinendum a, sanctissimo in Christo Patre, Domino *Martino*, sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ *Summo Pontifice*, humilimâ ac debitâ cum instantiâ, alióve Sacri proximi futuri Generalis Concilii Præsidente, quoscunque Locum sive Sessionem in eodem Concilio, Nobis, ratione *Coronæ nostræ Franciæ*, debitum & debitam, quem & quam Progenitores nostri, Reges Franciæ, per Se, & suos Ambassiatores, tenere & occupare consueverunt, temporibus retroactis, & usque Adventum Ambassiatorum nostrorum, quos ad Concilium ipsum Generale, de avisamento Concilii nostri prædicti, proximò mittere deliberavimus, Ambassiatoribus ipsis nostro Nomine vacuum & vacuam reservari & Custodiri,

Et, in eventu quo Nobis hoc denegetur (quod nolimus) de Jure nostro Protestandum, & in eâ parte Appellandum, ipsasque Protestationem & Appellationem debitè Prosequendum, necnon omnia alia & singula Faciendum & Exercendum, quæ in hac parte necessaria fuerint, seu quomodolibet oportuna.

Dat. in *Palatio nostro Westmonasterii*, Quarto Die Martii, Anno Regnorum nostrorum Primo.

Quinto Die Martii, Anno primo, apud Fratres Prædicatores Londoniæ, Concessum est quòd fiat hujusmodi Procuratorium ut infra.

Præsentibus,

Dominis Ducibus,	Comite Warwicæ,
Gloucestriæ,	Tiptoft,
Et Exoniæ,	Cancellario,
Episcopis,	Thesaurario,
Wyntoniensis,	*Et* Custode Privati Sigilli.
Et Londoniæ,	

De Solutionibus super Expensis diversorum.

Ann. D. 1423. *An.* 1. *H.* 6. *Penes Cler. Pell.*

Fiunt Litteræ Regis, de Privato Sigillo, Thesaurario & Camerariis, pro Solutione facienda diversis; videlicet,

Jacobo Regi Scottorum pro Expensis suis. xx *l.*
Dat. vicesimo secundo die Martii Anno primo.

Rothomago Myndoe Militi, de Regno Portugaliæ, tàm pro Expensis suis, quàm in uno Cipho Argenteo deaurato, cum uno Cooperculo, de Dono Regis, per Considerationem Magni Concilii sui. lvi *l.* xiii *s.* iv. *d.*
Dat. vicesimo secundo die Martii Anno primo.

Johanni de Falces Militi de Regno Aragoniæ, de Dono Regis, per Considerationem Magni Concilii sui, xl *l.*
Dat. vicesimo secundo die Martii Anno primo.

Willielmo Raymundo de Sancto Johanne, & Reymundo Arnaldi de Lobie, Ambassiatoribus *Domini Comitis Fuxi*, de Dono Regis, ex Consideratione Magni Concilii sui, xxvi *l.* xiii *s.* iv *d.*
Dat. vicesimo secundo die Martii Anno, &c. primo.

Petro Guirandi, Secretario Franciæ, de Dono Regis, per Considerationem Magni Concilii sui. xl Marcz.
Dat. vicesimo secundo die Martii Anno, &c. primo.

Magistro *Willielmo Barry*, Secretario Regis, qui venit de Ambassiata Regis de Concilio Generali apud Parys celebraturum, in Ambassiatorem Regis profecturus est, pro Vadiis suis, pro Dimidio Anno, capiendo per Diem lxvi *s.* viii *d.* Summam (videlicet) de Dcvi *l.* xiii *s.* iv *d.* in Toto,

Præsentibus,

Dominis Ducibus,	*Comite Warwicæ*,
Gloucestriæ,	*Tiptoft*,
Et *Exoniæ*,	*Cancellario*,
Londoniæ,	*Thesaurario*,
Et *Wyntoniæ*,	*Et Custode Privati Sigilli.*
Episcopis,	

Dorf.
Depar le Roy.

Sexto Die Martii, Anno primo, apud Fratres Prædicatores Londoniæ, Concordatum & Concessum est quòd fiant Litteræ necessariæ omnibus, qui transibunt ad Concilium Generale, *de quorum numero est infrascriptus* Abbas Glastoniæ,
Et ideo Mandatum fuit quòd fiat sibi Protectio ut infra.

Præsentibus,

Dominis Ducibus,	*Warrewicæ*,
Gloucestriæ,	Et *Northumbriæ*,
Et Exoniæ,	*Cromewell*,
Archiepiscopo Cantuariæ,	*Tiptoft*,
Londoniæ,	Et *Hungerford*,
Et *Wyntoniæ*,	*Et Cancellario*,
Episcopis,	Et *Thesaurario*,
Comitibus,	Et *Custode Privati Sigilli.*

Pro Comite de Foix, Conventionum Confirmatio.

Ann. D. 1423. *An.* 1. *H.* 6. *Vasc.* 1. *H.* 6. *m.* 25.

LE Roy a toutz ceulx, qui ces presentz Lettres verront, Salut.

Savoir faisons Nous avoir veu Deux Paire de Lettres Pattentz, de feu nostre Treschier Seignur & Ayeul *Charles Roy de France*, derrenement Trespasse (qui Dieu Pardoint) Ottroiez a, nostre Treschier & Foial Cousyn, *Johan Conte de Foix*, Gouverner depar Nous de noz Paiis de Languedoc & Conte de Bigorre, sur la Retenue de Mylle Hommes Darmes & de Myl Hommes de Trait en temps de Guerre, & de Six Vins Hommes d'Armes & Cinquant de Trait en Temps de Paix, verifieez par ses Tresourers & Generalx Governeurs de toutz ses Finances a Parys,

Des quelles Lettres & Verifications les Teneurs, l'une apres l'autre, s'ensuyent,

Charles, par la Grace de Dieu, *Roy de France*, a, noz ameez & foialx Conseillers, les Tresoureurs & generalx Governeurs de toutz noz Finances, tant du Demayne, come des Aydes ordonnez pour la Guerre, Salut & Dilection.

Savoir vous faisons que,

Pur Renduire, Tenir, & Governer nostre Pays de Languedoc en nostre obeissance, & pour resister a pluseurs Rebelles & Disobeissans a nous,

Nous,

* Par l'advys de, nostre treschier & tresame Fitz *le Roy d'Engleterre, Heritier & Regent de France*, & de nostre graunt Conseil, * X. 272.

Confiantz singulerment en la bone volente & affection, que a au bien de nous & de nostre Seignurie, nostre treschier & feal Cousyn, *le Conte de Foix*,

Icelluy avons Retenu, *&c. prout supra de Anno* 9. *H.* 5. *Dat.* 8. *Mart. tunc sic*,

Char-

Chivaler Bacheler, *douzze Escus d'Or*,

Escuier, *six Escus d'Or*,

Arbalester a Chival, *quatre Escuz*, *quatorze Souldz*, *cinq deners Paris*,

Arbalestier de Pie, *troys Escus*, *troys solz*, *sept deniers* Paris,

Archier a Chival, *quatre Escus*,

Et Archier au pie, *troys Escus* par moys,

Lesquelles gaiges nous voulons estre paiez des deniers venantz de nostre dit pais de Languedoc, selon les Monstres & Revues que ferront factes, desdits gentz d'Armes & de Trait, pardevant celluy ou ceux, que nous y commetrons, a commancier, le primier Moys, du Jour de la primier Monstre, que ferra faite d'iceulx Gentz d'Armes & de Trait, nostre dit pays de Languedoc estant en paix, & dela en avant de Moys en moys, selon les Monstres & Reveues que ferront faictes par nostre dit Cousin, jusques a leur Cassement,

Si vous Mandons, Commandons, & expressement Enjoignons que, par le Tresorer de noz guerres, le Commys a ce, ou autre qu'il appartiendra, vous faicties faiere paiement a nostre dit Cousyn, pur les ditz Gentz d'Armez & de Trait, des ditz Gages, a commancer du jour de la primer monstre fait come dit est, & ou temps que desoubz est dit, & de la en avant, de moys en moys, durant le temps de cest presente Retenue,

Et, par Rapportant ces presentes, les dites Monstres & Reveues, & Quitance de nostre dit Cousyn, les ditz Gagez ferront allouez es Comptes, & Rabatuz de la Recepte decellui que paiez les aura par noz amez & feaulz gens de noz Comptes a Parys, aus quelles nous mandons que ainsi le facent saunz ascune contredit ou difficulte.

Donne, a Seint Pharon les Meaulx, le viij jour de Mars, l'An de Grace Mille quatrecens & xxi, & de nostre Regne xlij.

Nous, les Tresourers & Gouvernours Generalx de tourz les Finances du Roy nostre Seigneur, consentons & sommes d'accord que les lettres Royalx, ausquelles ces presentes sont attachees soubz l'un de noz signes, faisans mencion du Conte de Foix, soient enterinees & accomplies, de point en point, selon leur fourme & teneur, par le Tresorer des Guerres du Roy nostre dit Seignur, qui a present est, ou sera pur le temps advenir, en pays de Languedoc, le Commis a ceo, & par autres q'il appartiendra.

Donne a Parys, le xxvi jour de Mars, l'An Mille cccc. & xxi.

Les quelles Lettres & Verificacions dessuis Transcriptes, & chascunes d'ycelles, ensemble tourz les choses es dites Lettres contenuez, avecque la Modification & Ottroy que, outre le Nombres des ditz Mylle Hommes d'Armes & Mylle Hommes de Trait, en temps de Guerre, ou autre greigneur Nombre, en cas de necessitee, & selon nostre dit Modificacion, a Luy par Nous autres Lettres Patentz, sur ceo faitz, Ottroye, & de Six Vins Hommes d'Armes & Cinquante de Trait en temps de Paix, ayantz Agreables,

Icelles & tout leur Contenue avons Loue, Ratifie, & Conferme, &, par la Teneur de ses Presentes, par l'advys • & deliberacion de nostre Grand Conseil, Louons, Ratifions, & Confirmons,

• X. 273.

Cùm, carissimus Consanguineus noster, *Karolus Dux Aurialensis* intimè desideret ut magister *Wilhelmus Cosmot* Cancellarius suus, Abbas de sancto Lannomaro Blesen. *Petrus de Mornay* Chivaler, *Franciscus de l'Ospital* Chivaler, *Franciscus de Gringaus* * Chivaler, & Magister *Petrus Sauvage*, Officiarii & Ministri ipsius Ducis, in Regnum nostrum Angliæ, penes Præsentiam suam, ad Communicandum secum, liberè venire valeant, nobis humiliter supplicando ut eis Literas nostras de salvo Conductu concedere dignaremur,
Nos (Supplicationi *ipsius Ducis* in hac parte favorabiliter inclinati) suscepimus præfatos, *Willielmum*, *Abbatem*, *Petrum*, *Franciscum*, *Franciscum*, & *Petrum*, conjunctim, & divisim, cum Viginti & Quatuor Personis, in Comitiva sua, in dictum Regnum nostrum, penes Præsentiam *præfati Ducis*, ex causa prædicta, veniendo, ibidem morando, & exinde versus partes Franciæ transeundo, ac Homines, Equos, Bona, Res & Hernesia sua quæcumque, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales;
Et ideò Vobis mandamus quòd ipsos, *Willielmum*, *Abbatem*, *Petrum*, *Franciscum*, *Franciscum* & *Petrum*, cum Viginti & Quatuor Personis prædictis in Comitiva sua, necnon Homines, *&c. prout in Similibus de Conductu Literis.*
In cujus, &c. usque Festum Sancti Michaelis proximò futurum duraturas.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo primo die Maii.

Per Concilium.

Pro eodem Duce.

Ann. D. 1423. *An.* 1. *H.* 6. *Franc.* 1. *H.* 6. *m.* 13.

REX universis, *&c. ut supra.*
Sciatis quòd suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales *Dionisium Rogeri*, Servitorem, carissimi Consanguinei nostri, Ducis *Aurelianen.* versus partes Franciæ, pro certis Negotiis ipsius Ducis ibidem faciendis, transeundo, & exinde in Regnum nostrum Angliæ redeundo;
Et ideo, &c. non inferentes ei, &c.
Et si quod ei, &c.
Proviso semper quod idem *Dionisius* benè & honestè se habeat, *&c. ut supra*, præsumat quovis modo.
In cujus, &c. usque Festum Sancti Michaelis proximò futurum duraturas.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, xviij die Maii.

Ann. D. 1423. *An.* 1. *H.* 6. *Pat.* 1. *H.* 6. *p.* 4. *m.* 22.

De Temporalibus Episcopatus Karliolensis ad Firmam Dimittendis.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd Nos,
De Fidelitate & Circumspectione, dilectorum nobis, *Johannis Henege*, & *Johannis Kyghley*, *plenius* confidentes,
Constituimus & Assignavimus ipsos, *Johannem* & *Johannem*,

prout in Literis prædictis plenius continetur,
Nos,
Pro eo quòd prædicti Tres Menses infra breve finientur, sicque dicta Negotia *præfati Comitis*, infra Terminum prædictorum Trium Mensium, minimè Perfici seu Impleri poterunt,
Suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, præfatum *Hugonem*, jam in Anglia existentem, versus Dominium de Haynau, per Regnum nostrum Franciæ, transeundo, & exindè, cum præfato *Petro* in Comitiva sua, penes *prædictum Comitem*, in Regnum nostrum Angliæ redeundo, necnon Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque;
Et ideo Vobis Mandamus quòd ipsum *Hugonem*, jam in Anglia existentem, versus Dominium de Haynau, per dictum Regnum nostrum Franciæ, transeundo, & exinde, cum præfato *Petro* in Comitiva sua, penes *prædictum Comitem* in dictum Regnum Angliæ, ut prædictum est, redeundo, necnon Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque manuteneatis, protegatis, & defendatis,
Non inferentes eis, seu eorum alteri, vel, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes, &c.
Et si quid, &c.
Proviso semper quòd iidem, *Hugo* & *Petrus*, benè & honestè se habeant & gerant erga nos & Populum nostrum,
Et quicquam, quod in nostri aut Ligeorum nostrorum Dampnum vel præjudicium cedere valeat, non attemptent, aut facere vel attemptare præsumant,
Quodque prædicti, *Hugo* & *Petrus*, nullum Castrorum, Villarum firmatarum, seu Fortalitiorum nostrorum, absque Licentia Custodum eorumdem, seu eorum Locatenentium, intrent quovis modo.
In cujus, &c. per duos Menses proximò futuros duraturas.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, Primo Die Junii.

Per Concilium.

Pro David Dunbarre.

Ann. D. 1423. *An.* 1. *H.* 6. *Scot.* 1. *H.* 6. *m.* 9.

REX, per Literas suas Patentes, per Sex Menses proximò futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Patricium de Cromby* de Scotia Capellanum, cum Tribus Servientibus suis, in Regnum Regis Angliæ, ad portandum Aurum & Argentum Prisonario Regis *David Dunbarre*, in dicto Regno Regis ad præsens existenti, pro Expensis suis & aliis rebus sibi necessariis, salvò veniendo, & posteà ad partes suas proprias, absque impedimento, sive perturbatione quacumque, redeundo;
Proviso semper quod prædictus Patricius, ac dicti Servientes sui, se bene & honestè habeant & gerant erga Regem & populum suum,
Et quicquam, quod in Regis & Populi sui præjudicium & dampnum cedere valeat, non attemptent, aut facere vel attemptare præsumant quovis modo,
Quodque ipsi aliqua Castra Regis, Fortalitia, sive Villas firmatas minimè ingrediantur, absque eo quòd ipsi præsentes literas Regis de Salvo Conductu Capitaneis, Gubernatoribus, sive Custodibus eorumdem primitùs demonstrent.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo die Junii.

Per Billam de Privato Sigillo.

Ann. D. 1423. *An.* 1. *H.* 6. *Pat.* 1. *H.* 6. *p.* 4. *m.* 16.

De Restitutione Temporalium Episcopatus Karleolensis.

REX Escaetori suo in Comitatu Northumbriæ, Salutem.
Cùm Dominus *Summus Pontifex*, Venerabilem Patrem, *Willielmum*, nuper *Bangorensem Episcopum*, a Vinculo, quo eidem Ec-

Et ideo tibi Præcipimus quod eidem *Episcopo* Temporalia prædicta, cum pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in forma prædicta; Salvo Jure cujuslibet.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo sexto die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Escaetori R. in Com. Lincoln.
Escaetori R. in Com. Cumber. & Westwerl.
Escaetori R. in Com. Derb.
Escaetori R. in Com. Midds.

Et Mandatum est Militibus, &c.

In cujus, &c.
Teste ut supra.

Pro Rege Scotorum.

Ann. D. 1423. An. 1. H. 6. Pell. HEnri, &c. As Tresorer & Chambelleins de nostre Eschequer, Salut.

Nous volons, de l'Avis de nostre Conseil, & vous Mandons que a, nostre bien Ame, *John Everton* Clerc, Assigne, par les Avis & Ordenance des Seneschall & Tresorer de nostre Hostel, pour nostre Treschier Cousin le *Roy d'Escoce*, facez paier, sibien pour les Despenses de nostre dit Cousin, de Jour en Jour, & de Moys en Moys, pour tout le Temps q'il ad este & sera hors de nostre dit Hostel, par l'Advis de nostre dit Conseil, Come touz de maners d'Acates, Pourveiances, Cariages, Portages, Batellages, Freages, & Costages, ovesque autres Necessairs & Despenses queconques faitz entour les Despenses de l'Ostel de nostre dit Cousin, ensemment ovesque les Gages des Esquiers, Clercs, Vallerz, & aussi pour le Regard des Garceons & Pages, pour le Temps avant dit, a nostre dessus dit Cousin Atendantz.

Donne, &c. *a Westm.* le xxx Jour de Juyn, l'An, &c. Primer.

Dorf

Tricesimo Die Junii, Anno Primo apud Westmonasterium, *Concessum est quod fiat Warantum Thesaurario & Camerariis de Scaccario, de Solvendo pro Expensis* Regis Scotorum, *ut infra petitur.*

Præsentibus,

Dominis,	Episcopis,
Duce Gloucestriæ,	Comite Warrewicæ,
Archiepiscopo Cantuariensi,	Cromewell,
Wyntoniensi,	Cancellario,
Norwicensi,	Thesaurario,
Et Wygorniensi,	*Et* Custode Privati Sigilli.

* *Pro Comite de Vendosme.*

* X. 294. Ann. D. 1423. An. 1. H. 6. Franc. 1. H. 6. m. 14. REX, per Literas suas Patentes, usque ad Festum omnium Sanctorum proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Johannem le Sueille*, & *Johannem Minier*, Servientes *Comitis de Vendosme*, Prisonarii Regis, in Regno Regis Angliæ, cum eodem Comite ad præsens existentes, versus Regnum Regis Franciæ transeundo, & exindè versus dictum Comitem, in dictum Regnum Regis Angliæ, cum uno Serviente in Comitiva sua, unà cum Auro, Argento, Jocalibus, & Bonis, pro Expensis *ejusdem Comitis*, ac Herneisiis suis licitis quibuscumque, redeundo, ibidem morando & perhendinando, absque perturbatione vel Impedimento quocumque,

Proviso semper quòd neuter eorum faciat, nec fieri procuret, aliquæ præjudicialia Regi aut dicto Regno Regis Angliæ, nec alicui Ligeorum Regis ejusdem Regni,

Et quòd non intrent, nec alter eorum intret, aliquod Castellum Regis, Fortalitium, aut Villas Regis firmatas, absque hoc quòd ipsi primò monstrent dictas Literas Regis de salvo Conductu Capitaneis & Custodibus eorumdem, aut eorum Locatenentibus ibidem.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Quinto Die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Episcopis: Pell.
Henrico Comiti Northumbriæ Custodi Estmarchiæ,
Radulpho Comiti Westmerlandiæ:
Dominis,
Ricardo Nevill Custodi Westmarchiæ,
Radulpho Cromewell,
Et *Tho. Chaworth*,
Militibus,
Magistro *Johanni Wodeham* Archidiacono Estrithingi,
Ac *Roberto Waterton* Domicello,

Ad Conveniendum, Tractandum, & finaliter Concludendum, de & super infrascriptis Negotiis, cum quibuscumque Ambassiatoribus, Nunciis, seu Commissariis Regni Scotiæ (cujuscumque Statûs, Gradûs, aut Conditionis extiterint) sufficientem Potestatem habentibus, ubi & quando dictis, Venerabilibus *Patribus*, *Comitibus*, *Militibus*, *Archidiacono*, & *Domicello*, Octo, Septem, Sex, Quinque vel Quatuor eorumdem videbitur expedire.

Si Ambassiatores Scotiæ petant habere Colloquium privatum cum *Rege Scotiæ*, ante Adventum Domini Cancellarii, concedant Ambassiatores *Domini nostri Regis*, reddentes tamen se difficiles in hujusmodi Licentiâ concedendâ.

INPRIMIS, exhibitis hincinde Facultatum seu Potestatum Literis, & præhabitâ Protestatione, prout moris est, si Pars Scotiæ petat *Jacobum suum Regem* Restitui vel Liberari, Ingrediantur Commissarii dicti *Domini nostri Regis* Tractatum Restitutionis seu Liberationis *dicti Regis Jacobi* cum dictâ Parte Scotiæ:

Et, cognitâ & digestâ causâ Liberationis dicti Regis, & Oblatione Pecuniarum pro Expensis dicti Regis, pro tempore quo stetit in Custodiâ seu Præsentiâ Regum Angliæ, si Ambassiatores Scotiæ offerant Ambassiatoribus Domini nostri Regis, pro dictis Expensis, Summas placabiles, de quibus Ambassiatores * *Domini nostri Regis* meritò debeant contentari, benè acceptent Ambassiatores dicti Domini nostri Regis: * X. 295.

Si autem dicti Ambassiatores Scotiæ Summam placabilem offerre noluerint, vel Summam satis modicam obtulerint, tunc petant Ambassiatores dicti *Domini nostri Regis* Quadraginta Milia Librarum, bonæ & legalis Monetæ, pro Expensis, ut præfertur, *dicti Regis Jacobi*,

Et, si dictam Summam Ambassiatores dicti Domini nostri Regis, post varias & diversas Communicationes, obtinere non poterint, diminuant de illa Summa xl. Mille *l.* usque ad Summam xxxvi. Mille *l.* & ad minorem Summam non condescendant Ambassiatores *Domini nostri Regis:*

Et sic petant Ambassiatores Domini nostri Regis Duo Milia Librarum, pro Expensis dicti *Jacobi Regis Scotorum*, pro quolibet Anno, quo dictus *Rex Jacobus* stetit in Præsentia dictorum Regum Angliæ:

Et, in utroque Casu, Tractent Ambassiatores dicti Domini nostri Regis, &, si commodè fieri poterit, finaliter concludant de sufficienti Securitate, datis bonis & sufficientibus Obsidibus, de dicto Regno Scotiæ, Solutionum, inter Ambassiatores dicti Domini nostri Regis & ipsos de Scotia concordatum, & temporibus debitis, hincinde concordandis, fiendarum.

Et est de verisimili quòd, si Ambassiatores Scotiæ in Communicatione Liberationis dicti Regis fuerint aliqualiter placati, quòd tunc offerent Pacis Tractatum inter duo Regna vel Treugarum:

Set, si dicti Ambassiatores Scotiæ offerant dictum Tractatum vel non, ingrediantur Ambassiatores dicti *Domini nostri Regis*, honestiori medio quo valeant, Tractatum de Pace perpetua:

Et, post habitas hincinde diversas Communicationes de dicta Pace, quia de dicta Pace, propter plura ardua Occurrentia, quæ dictam Pacem promovere deberent, propter temporis brevitatem ad præsens finaliter concludi non potest, Ingrediantur Ambassiatores *dicti Domini nostri Regis* Tractatum Treugarum; quibus Treugis pendentibus Pax, diu hincinde desiderata, faciliùs poterit concordari; & capiantur dictæ Treugæ meliori modo & formâ & longiori tempore quibus poterunt inter Partes procurari, secundùm discretiones, ut præmittitur, dictorum Ambassiatorum Domini nostri Regis.

ITEM, petant Ambassiatores *dicti Domini nostri Regis* quòd, durantibus Treugis prædictis, ipsi de Scotia non præstent Succursum, per Terram, vel per Mare, *Armaniacis* Adversariis nostris, nec aliquibus aliis Partem Adversariorum *Domini nostri Regis* tenentibus:

Set, si aliquo modo fieri poterit, petant dicti Ambassiatores *Domini nostri Regis* manum Armatam Regni Scotiæ in partibus Franciæ in præsenti existentem & nobis adversantem, quamcito fieri poterit, ad propria cum effectu revocari; & circa istum Articulum, modis possibilibus, instent dicti Ambassiatores *Domini nostri Regis* juxta ipsorum discretiones pariter & intendant.

ITEM, si Ambassiatores Scotiæ, pro majori Amicitia nutrienda & conservanda, petant Confœderationes & Alligantias per Matrimonium inter dictum *Regem Scotorum* & aliquam Nobilem Mu-

H. 6. ... pro ... Regis Scotorum, durante praesenti
Pat. 1. Itinere suo versus Pontem fractum, & pro Reditu suo usque Lon-
H. 6. doniam, ac Cariagium sufficiens pro eisdem, ubicumque inveniri
p. 4. poterunt, tàm infra Libertates, quàm extra (Feodo Ecclesiæ duntaxat
m. 17. excepto) pro Denariis nostris, in hac parte promptè & rationabiliter solvendis, Capiendum & Providendum;

Et ideo Tibi Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter intendas, & ea facias & exequaris in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis, Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & subditis nostris quibuscumque, tàm infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quòd Tibi, in executione Præmissorum, intendant & subveniant in omnibus diligenter.

In cujus, &c. usque Reditum ipsius Regis usque Londoniam duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, viij die Julii.

Per Billam Thesaurarii Hospitii ipsius Regis.

De Tractando cum Ambassiatoribus Scotiæ.

Ann. D. 142 .
An. 1. H. 6. Scot. 1. H. 6. m. 9.

REX, universis & singulis, &c. ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos nuper, de avisamento Magni Concilii nostri, per Literas Patentes, Ordinaverimus, Venerabiles in Christo Patres, *Thomam Episcopum Dunelmensem*, & *Philippum Episcopum Wigorniensem*, Carissimos Consanguineos nostros, *Henricum Comitem Northumbriæ* Custodem Estmarchiæ versus Scotiam, *Radulphum Comitem Westmerlandiæ*, & *Richardum Nevill* Custodem Westmarchiæ versus Scotiam, ac, dilectos & fideles nostros, *Radulphum Cromwell*, & *Thomam Chaworth*, Milites, Magistrum *Johannem Wodham* Archidiaconum Estrithingi, & *Robertum Waterton* Armigerum, Commissarios & Deputatos nostros, ad Interessendum, Communicandum, & Tractandum cum quibuscumque Ambassiatoribus Regni Scotiæ, sufficientem Potestatem habentibus ad Tractandum de Deliberatione *Jacobi Regis Scotiæ*, ac ad Tractandum de PACE FINALI sive longis Treugis inter Duo Regna Angliæ & Scotiæ, prout in Literis prædictis pleniùs continetur,

Nos (volentes Tractatum Materiarum prædictarum debitum sortiri effectum) suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac etiam in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales, Magistrum *Willielmum de Fowlis* Secretarium Carissimi Consanguinei nostri *Archibaldi Comitis de Douglas*, & Sex Personas in Comitiva dicti Secretarii Equites, in Regnum nostrum Angliæ penes dictum Concilium nostrum, seu dictos Commissarios nostros, ex causis prædictis veniendo, ibidem morando, & exinde ad partes proprias, absque perturbatione quacumque, redeundo;

Et ideò vobis Mandamus, &c.

Non inferentes, &c.

Et, si quid, &c.

Proviso semper quòd ipsi, ad Introitum suum cujuslibet Castrorum, Fortalitiorum, & Villarum firmatarum, præsentes Literas nostras de Salvo Conductu Capitaneis, Majoribus, vel Custodibus eorumdem demonstrent,

Et quòd Dampnum nobis aut Ligeis nostris, infra dictum Regnum nostrum Angliæ, non faciant quovis modo.

In cujus, &c. usque Festum Sancti Michaelis proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, x. die Julii.

G... de Bussy.
Johannes de Bussy.
Henry, Bowier.
Johan Bowier.
Guillielmus Lemperour, cum multis aliis subscriptis.

Pro Comite de Vendosme.

REX, per Literas suas Patentes, per Quinque Menses, proximò post Primum Diem Octobris, proximò futuram, duraturas, de avisamento & assensu Concilii sui, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales *Comitem de Vendosme*, & sexdecim Personas in Comitiva suâ (cujuscumque Status fuerint, & quandam Navem unà cum Marinariis sufficientibus in eadem Navi, in Regnum Regis Angliæ conjunctim veniendo, ibidem morando, & exindè transeundo, pro Financiâ suâ quærendâ, & eadem Financiâ persolvendâ, in dictum Regnum Regis Angliæ veniendo, ibidem morando, & abindè versus quascumque partes ubi placuerit, redeundo; Ann. D. 1423. An. 1. H. 6. Ibid. m. 2.

Proviso semper quòd Personæ prædictæ se benè & honestè habeant & gerant erga Regem & fideles suos, absque aliquo, quod in Præjudicium & Dampnum Regis, & Fidelium Ligeorum suorum cedere valeat, faciendo vel attemptando, aut facere vel attemptare præsumendo, & quòd Personæ prædictæ in Villis, Castris, & Locis Regis infra Regnum suum Franciæ existentes obedientibus, per se vel per alios aliquid, quod contra Tractatum PACIS FINALIS inter Regna Franciæ & Angliæ existit, clàm vel palàm minimè Dicant, Scribant, vel Procurent,

Et quòd ipsi aliquod Castrorum Regis, Fortalitiorum, vel Villarum firmatarum, non ingrediantur, absque hoc quòd ipsi præsentes Literas Regis de Salvo Conductu, Capitaneis, Gubernatoribus, vel Custodibus eorumdem primitùs demonstrent,

Nec quòd ipsi, post Introitum suum in dictum Regnum Regis Franciæ, in aliquo Civitatum, Castrorum, Villarum Firmatarum, vel Fortalitiorum Regis, nisi per unam Noctem duntaxat, morentur,

Et quòd *præfatus Comes* Financiam suam prædictam in aliquo Loco, sub Obedientia Regis existente, non adquirat nec adquirere faciat quovis modo.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xv die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

* *Pro Archiepiscopo Burdegalen.* * X. 298.

REX, Constabulario Burdegaliæ, Contrarotulatori nostro ibidem, & eorum Locatenentibus, ac omnibus Officiariis & Ministris nostris ibidem, qui nunc sunt, vel qui pro tempore fuerint, Salutem. Ann. D. 1423. An. 1. H. 6.

Sciatis quòd, Vasc. 1. H. 6. m. 13.

Cùm ex parte, Venerabilis Patris, *David Archiepiscopi Burdegaliæ*, in audientiâ Concilii nostri, Nobis sit ostensum qualiter,

Ubi Archiepiscopi ibidem, Prædecessores sui, a tempore quo non extat memoria, juxta Libertates & Privilegia sua, fuerunt in pacificâ Seisina, Possessione, Franchesia, & Libertate Canonicâ ad Vendendum & Venditioni exponendum Vina sua propria, de Terris, Redditibus, & Decimis suis, ad dictam Ecclesiam Burdegalensem pertinentibus, provenientia, liberè & absque Custumâ seu Impositione aliquâ pro eisdem solvendis, prout per plures antiquas Evidentias clariùs poterit apparere,

Idem Archiepiscopus, jam de novo per diversas Ordinationes & Impositiones Seculares, apud Burgedaliam, per Officiarios nostros ibidem, ac etiam per illos Villæ nostræ Burgedaliæ factas, con-

formam & effectum Franchesiarum & Privilegiorum suorum supradictorum; ita quòd *idem Archiepiscopus* non habeat causam rationabilem exnunc ad Nos vel dictum Concilium nostrum, pro defectu Justitiæ, in hac parte, ampliùs Querelandi.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo octavo die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Commissio Gubernatoris Regni Scotiæ ad Tractandum super Liberatione Jacobi Regis Scotorum.

Ann. D. 1423. *An. 1. H. 6. Ex Autogr.*

M*Urdacus*, *Dux Albaniæ*, Comes de Fife & de Menteth, ac Regni Scotiæ Gubernator, universis, ad quorum notitiam præsentes Literæ pervenerint, Salutem in Domino sempiternam.

Noverit Universitas vestra quòd Nos,

De fidelitate, circumspectione, prudentiâ, & expertâ diligentiâ, dilectorum & fidelium Consiliariorum & Consanguineorum nostrorum, Reverendi in Christo Patris, *Willielmi*, Dei gratiâ, *Episcopi Glasguensis* Cancellarii Scotiæ, *Georgii Comitis Marchiæ*, *Jacobi de Douglas* de Balbani Fratris nostri, Venerabilium in Christo Patrum, *Abbatum Monasteriorum de Cambuskineth & de Balmurinach*, *Patricii de Dunbar* de Bele, *Roberti de Lawedre* de Edrington, Militum, necnon Magistri *Georgii de Borthwike* Archidiaconi Glasguensis, & Magistri *Patricii de Houston* Licentiati in Legibus Canonici Glasguensis, Secretarii nostri, pleniùs confidentes,

Ipsos Fecimus, Constituimus, Deputavimus, Ordinavimus, & Stabillivimus, Facimusque, Constituimus, Deputamus, Ordinamus, & Stabillimus, pariter ex certâ scientiâ & deliberato consilio
*X. 299. Trium Statuum Regni, Nostros * & dicti Regni Commissarios, Ambassiatores, Deputatos, & Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes, harum nostrarum Tenore Literarum, dictis Commissariis nostris, eorum Novem, Octo, Septem, Sex Quinque, Quatuor, vel Tribus, plenam & liberam Potestatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale, se Repræsentandi & Comparendi cum & coram quibuscunque Commissariis, Nunciis, Ambassiatoribus, & Deputatis, Excellentissimi Principis, *Henrici Regis Angliæ*, sufficientem Potestatem ad hoc habentibus ab eodem, in quibuscumque locis, ubi ipsis Commissariis & Nunciis nostris visum fuerit expedire;

Ac etiam, cum ipsis, & coram ipsis, dicti *Regis Angliæ* Commissariis, seu Deputatis quibuscumque, Communicandi, Tractandi, Concordandi, & finaliter Concludendi super Deliberatione, Serenissimi Principis ac Domini nostri Ligei, *Jacobi*, Dei gratiâ, *Regis Scottorum* Illustris,

Et, super quocunque Tractatu, composito, vel componendo, concordato, seu concordando, pro Nobis & ex parte nostrâ, cum & coram illis dictis Commissariis dicti Regis Angliæ, Firmandi & Assecurandi per Fidem & Juramentum in Animam nostram Præstandum,

Ac Dandi, Concedendi, & Recipiendi, super hoc, & dependentiis suis, omnimodas Cautiones, Securitates, Stipulationes, & Obligationes, tot & tales quot & quales necesse fuerit, & dictis Commissariis & Nunciis nostris, omnibus melioribus viis & modis, quibus eis, aut ipsius Novem, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, vel Tribus, videbitur expediens, acceptabile, vel oportunum,

Promittentes, fideliter & bonâ fide, Nos tenere & habere, ac fore perpetuò habituros, Ratum, Gratum, Firmum, & Acceptabile quicquid & totum per prædictos Commissarios & Nuncios nostros, eorum Novem, Octo, Septem, Sex, Quinque, Quatuor, vel Tres, Actum, Factum, Gestumve fuerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum, etiamsi Mandatum exigant magis speciale.

Datum, sub Testimonio Magni Sigilli Officii nostri, apud Villam de Innerkethyne, Decimo nono die Mensis Augusti, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo Tertio, & Gubernationis nostræ Tertio.

Sub Sigillo Magno, ceræ albæ, a caudâ Pergamenæ pendente.

Et, Reverendum in Christo Patrem & Dominum,

Dominum *Willielmum*, eâdem Gratiâ, *Glasguensem Episcopum* Cancellarium Scotiæ, *Particium de Cambuskineth*, Ordinis Sancti Augustini, Dyœcesis Sancti Andreæ, & *Johannem de Balmurinath*, Ordinis Cisterciensis, ejusdem Dyœcesis, Monasteriorum Abbates, *Patricium de Dunbar* de Bele, *Robertum de Lawedre* de Edrington, Milites, *Georgium de Borthuyk* Archidiaconum Glasguensem, & *Patricium de Houston* Canonicum Glasguensem, Regni Scotiæ Ambassiatores & Commissarios, Parte ex alterâ,

Virtute Potestatum, dictis Commissariis Domini *Regis Angliæ* & Ambassiatoribus & Commissariis *Regni Scotiæ* datarum & attributarum.

INPRIMIS, Appunctuatum & Concordatum est quòd, Illustris Dominus, Dominus *Jacobus*, Dei Gratiâ, *Scotorum Rex*, Hæredes, & Successores sui, Reges Scotiæ, benè & fideliter solvet, vel solvent, Londoniæ, in Ecclesiâ Sancti Pauli, pro tempore quo dictus Dominus *Rex Jacobus* steuit in præsentia Regum Angliæ, Quadraginta Milia Librarum, bonæ & legalis Monetæ
* Anglicanæ Currentis, *Henrico*, Dei Gratiâ, *Regi Angliæ*, Hæ- *X. 300.
redibus, vel Successoribus suis, seu eorum Deputatis vel Deputandis, infra Sex Annos proximos, incipiendo Primum Annum Solutionis dictarum Quadraginta Milium Librarum a primo tempore quo dictus Dominus *Rex Jacobus*, virtute præsentis Appunctuamenti, dictum Regnum suum Scotiæ fuerit Ingressus, sub formâ quæ sequitur; videlicet,

Quòd, pro illo Primo Anno, quo dictus Dominus *Rex Jacobus*, ut præmittitur, dictum Regnum suum fuerit ingressus, Decem Milia Marcarum, dictæ Monetæ Angliæ, infra Sex Menses proximos post Ingressum dicti Domini *Regis Jacobi* in dictum Regnum suum, & sic, de Anno in Annum, infra Sex Menses, a principio cujuslibet Anni sequentis, dictus Dominus *Rex Jacobus*, Hæredes, & Successores sui, solvet, vel solvent, in dicta Ecclesia Sancti Pauli Londoniæ, Decem Milia Marcarum, dictæ Monetæ Anglicanæ, dicto Domino *Regi Henrico*, Hæredibus, vel Successoribus suis, Regibus Angliæ, seu Deputatis vel Deputandis eorumdem, quousque Summa Quinquaginta Milia, dictæ Monetæ Anglicanæ, fuerit plenariè persoluta,

Decem verò Milia Residua dictus Dominus *Rex Jacobus*, Hæredes, vel Successores sui, solvet, vel solvent, Londoniæ, in dictâ Ecclesiâ Sancti Pauli, dicto Domino *Regi Henrico*, Hæredibus, vel Successoribus suis, seu Deputatis vel Deputandis eorumdem, Sexto Anno immediatè sequente, elapso dicto Quinquennio, nisi ad bonam Mediationem, Illustris Principis, Domini *Thomæ Ducis Exoniæ*, per Regem & ejus Concilium dicta ultima Summa Decem Milium Marcarum fuerit Remissa vel Defalcata,

Ad quam quidem Solutionem benè & fideliter, ut præmittitur, faciendam, dicti Ambassiatores & Commissarii Regni Scotiæ Promiserunt fideliter dare bonos & sufficientes Obsides:

Sed, quia, pro Præsenti, dicti Ambassiatores & Commissarii Regni Scotiæ, ut asseruerunt, non erant Instructi de Personis & Nominibus hujusmodi Obsidum, eâ de causâ, inter dictos Dominos Commissarios Regis Angliæ & dictos Ambassiatores Scotiæ, fuerat Appunctuatum & Concordatum, quòd dictus Dominus *Rex Jacobus*, cessante justo impedimento, veniet, primo die Martii, post Datam Præsentium, ad Castrum de Braunspath, juxta Civitatem Dunelmensem, vel ad dictam Civitatem Dunelmensem, ad finem quòd dictus Dominus *Rex Jacobus* possit Tractare & Communicare cum Nobilibus sui Sanguinis & Subditis Regni sui Scotiæ, qui, quot, & quales voluerint esse Obsides dicto Domino *Regi Angliæ*, Hæredibus, vel Successoribus suis, Regibus Angliæ, quousque de dicta Summa Pecuniæ, modo & formâ superiùs apertè & districtè specificatis, dicto Domino *Regi Angliæ*, Hæredibus, vel Successoribus suis, seu eorum Deputatis, vel Deputandis, per dictum Dominum *Jacobum Regem*, Hæredes, & Successores suos, sine dolo & malo ingenio, fuerit plenariè Satisfactum.

Verùm, quia Matrimonium ut plurimum solebat, nedùm inter contrahentes, sed inter alios Contrahentium Subditos & Benevolos, generare Amorem & Amicitiam mutuam,

Quâ in re dictis Commissariis *Regis Angliæ* & Ambassiatoribus Scotiæ videbatur expediens, quòd dictus Dominus *Rex Jacobus* contraheret Matrimonium cum aliquâ Dominâ Regni Angliæ Altigenitâ,

Quo mediante mutuæ Amicitiæ inter Duo Regna possunt feliciùs procurari & diutiùs continuari,

Pro quo quidem Matrimonio, & Pertinentibus ad id, Tractando, &, quantum ad Regnum Scotiæ & Subditos ejusdem pertinet, fideliter Concludendo, est Appunctuatum & Concordatum, inter Commissarios & Ambassiatores supradictos, quòd Guberna-

tor

Ac iidem, *Episcopus*, *Abbates*, *Patricius de Dunbar*, *Robertus Archidiaconus* & *Patricius de Howyston*, in Regnum nostrum Angliæ, Occationibus præmissis, de Licentia nostra venerint, & de Materiis prædictis, cum certis Commissariis nostris, apud Civitatem nostram Eborum tractaverint, appunctuaverint, & super certis Articulis, Præmissa concernentibus, concordaverint,

Ac iidem, *Abbates*, *Patricius de Dunbar*, *Robertus Archidiaconus*, & *Patricius* usque Regnum Scotiæ jam Reverti exstant,

Idemque Consanguineus noster desideret quòd prædicti, *Abbas de Balmorynach*, *Johannes*, & *Johannes*, ac *Thomas Somervile* Dominus de Carnwyth, & *Walterus Ogilby*, penes Concilium nostrum, apud Civitatem nostram Londoniæ, vel alibi ubi dictum Concilium nostrum fuerit, super quibusdam Articulis, Commodum utriusque Regni concernentibus, Tractaturi, & Communicaturi, venire possint,

Nos, Consideratione Præmissorum, & ad instantiam prædicti Consanguinei nostri, de assensu Concilii nostri, Suscepimus ipsos, *Abbatem de Balmorynach*, *Johannem*, *Johannem*, *Thomam*, & *Walterum* in Regnum nostrum Angliæ, penes dictum Concilium nostrum, apud dictam Civitatem nostram Londoniæ, vel alibi ubi dictum Concilium nostrum fuerit, salvo & securè veniendo, ibidem morando, & super Præmissis Tractando & Communicando, & exinde ad Partes proprias, per Terram, seu per Mare,

Cum Hominibus & Servientibus suis usque ad numerum Quinquaginta & Quatuor Personarum & infra (cujuscumque Statûs, Gradûs, Ordinis, Dignitatis, seu Conditionis fuerunt) necnon Equis, Bonis, & Herneliis suis quibuscumque, absque Impedimentum vel Arestatione quacumque Marquæ, Contramarquæ, Reprisaliæ, Debiti, Compoti, seu alterius Contractûs cujuscumque,

Redeundo, in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales;

Et ideò vobis Mandamus, &c.

Non inferentes eis, &c.

Et, si quid, &c.

Proviso, &c.

In cujus, &c. usque Primum Diem Martii proximò futurum duraturas

Teste Rege apud *Eborum*, Decimo Sexto die Septembris.

Per Concilium.

De Tractando cum Ambassiatoribus prædictis.

Ann. D. 1423. *An. 2. H. 6. Ibid.*

REX, omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos,

De fidelitate, circumspectione, prudentia, & experta diligentia, Venerabilis Patris, *Philippi Wygorniensis Episcopi*, dilectorum Clericorum nostrorum, *Johannis Stafford* Thesaurarii nostri Angliæ, & *Willielmi Alnewyk* Custodis Privati Sigilli nostri, Legum Doctorum, ac, dilectorum & fidelium nostrorum, *Radulphi Domini de Cromwell*, *Johannis Pelham* Militis, necnon, dilectorum nobis, *Roberti Waterton* Armigeri, & *Johannis Stokes* Legum Doctoris, plenius confidentes,

* X. 302. * Ipsos Fecimus, Constituimus, Deputavimus, Ordinavimus, & Stabilivimus, Facimusque, Constituimus, Deputamus, Ordinamus, & Stabilimus, de avisamento Concilii nostri, nostros Commissarios, Deputatos, & Nuncios speciales,

Dantes & Concedentes dictis Commissariis nostris, eorum Sex, Quinque, Quatuor, vel Tribus, plenam & liberam Potestatem, & Mandatum speciale, cum, Venerabili Patre, *Willielmo Episcopo Glasguensi*, *Georgio Comite Marchiæ*, *Jacobo de Douglas* de Balbam, *Abbatibus Monasteriorum de Cambusknneth & de Balmurnach*, *Patricio de Dunbar* de Bele, *Roberto de Lawedre* de Edryngton, *Militibus*, necnon Magistris, *Georgio de Brotewike* Ar-

UNIVERSIS Præsentes Literas Inspecturis, Nos, Willielmus, Permissione Divinâ, *Episcopus Glasguensis* Cancellarius Scotiæ, *Johannes Abbas Monasterii de Balmorynath*, *Georgius de Borthwik* Archidiaconus Glasguensis, & *Patricius de Houston* Licentiatus in Legibus Canonicus Glasguensis, Ambassiatores & Commissarii ad infrascripta sufficienter Deputati, Salutem in Domino. Ann. D. 1423 *An. 2 H. 6. Ex Autogr*

Literas Commissionis, ad Subscripta Nobis factæ, Patentes, Serenissimi Principis, Domini *Ducis Albaniæ* Gubernatoris Scotiæ, ejus Magno Sigillo sigillatas, nuper recepimus,

Quarum Auctoritate cum, Reverendo in Christo Patre, Domino *Philippo*, Dei Gratia, *Episcopo Wygorniensi*, *Johanne Stafford* Thesaurario Angliæ, *Willielmo Alnewyk* Custode Privati Sigilli, Legum Doctoribus, *Radulpho Domino de Cromewele*, *Johanne Pelham* Milite, *Roberto Waterton* Scutifero, & *Johanne Stokes* Legum Doctore,

Commissariis Regis Angliæ ad Tractandum, Concordandum, Appunctuandum, & finaliter Concludendum, cum Commissariis & Ambassiatoribus Gubernatoris & Regni Scotiæ prædicti, de & super Liberatione Excellentissimi & Incliti Principis Dominique nostri Legii *Jacobi*, Dei Gratiâ, *Regis Scotorum*, constitutis,

Aliquamdiu Communicavimus & Contulimus, & demùm, post varios Tractatus mutuos, inter Nos & ipsos, ut articulatim sequitur, Concordatum fuit & est atque Appunctuatum,

IN PRIMIS, quòd dictus Dominus *Jacobus Scotorum Rex*, Hæredesve, aut Successores sui, Scotorum Reges, benè & fideliter solvet, seu solvent, præfato Domino *Henrico Regi Angliæ*, ipsiusve Hæredibus, seu Successoribus, aut * eorum Deputatis, * X. 303.
seu Deputandis, in Ecclesia Sancti Pauli Londoniæ, in Angliâ, pro Sumptibus & Expensis ipsius Domini *Jacobi Regis*, de tempore quo stetit in Regno Angliæ, & alibi in præsentia Regum Angliæ, & de tempore quo stetit in Anglia usque in diem quo Ingressus fuerit Regnum Scotiæ, vel per eum steterit quo minus ingrediatur, Quadraginta Milia Librarum, bonæ & legalis Monetæ Angliæ; videlicet,

In Ecclesia Sancti Pauli prædicti Decem Milia Marcarum, Monetæ prædictæ, infra Sex menses, computandos a Primo Die Ingressûs sui in Regnum Scotiæ, vel per eum steterit quo minus ingrediatur,

Et quolibet Anno, ex tunc sequente, incipiendo Annum a fine Anni computandi a Primo Die Ingressûs sui supradicti, seu a Die quo per eum steterit ut prædicitur, infra Sex Menses, a Principio cujuslibet Anni computandos, in Ecclesia Sancti Pauli Londoniæ prædicta, Decem Milia Marcarum, quousque dicta Quadraginta Milia Librarum fuerint plenariè & integrè persoluta.

ITEM, quòd dictus Dominus *Jacobus Scotorum Rex*, infra Octo Dies, Festum Purificationis Beatæ Mariæ Virginis proximò futurum immediatè sequentes, ad Civitatem Dunelmensem, vel ad Castrum de Bramspath, dante Domino, veniet, ad effectum ut, per totum Residuum illum Februarii Mensem, de suis Obsidibus, & qui pro ipso aut ejus Liberatione Obsides Remanere velint & debeant, disponere possit & ordinare.

ITEM, quod, Primo Die Mensis Martii proximi, Commissarii prædicti *Henrici Regis Angliæ*, Deputati, vel Deputandi, Præfatusque *Jacobus Scotorum Rex*, ac Ambassiatores pro & ex parte Regni Scotiæ, prædicti, aut alii ipsorum Loco subrogandi, in Ecclesia Dunelmensi Convenient; videlicet,

Dictus *Jacobus Rex* ac Commissarii Regni Scotiæ prædicti, pro Tradendo & Liberando, eodem Primo Die, vel ad minus ante ultimum Diem ejusdem Mensis Martii, Commissariis prædicti *Regis Angliæ* Personas Obsidum, pro Liberatione dicti *Jacobi Regis* ac Securitate Appunctuatorum & Appunctuandorum dandas & Liberandas.

res, aut quivis Successor, possit, Fori Privilegio non obstante, Nos, & Successores nostros, & quemlibet nostrûm in solidum, & quem primò voluerit, vice & nomine Comunitatis nostræ, & ipsam Comunitatem ubique locorum & terrarum, in omni Foro & sub quocunque Judice, tàm Ecclesiastico, quàm Seculari, & omni Curiâ, ad Solutionem Summæ prædictæ, in Parte vel in Toto, convenire, non obstante vel præjudicante sibi ut, si Partem Debiti in Judicio vel extra exegerit vel receperit ab aliquo nostrûm, non ideò minus possit ipsum eundem vel etiam Reliquos nostrûm, & quem nostrûm maluerit, ad Residuum Summæ vel Debiti hujusmodi principaliter & in solidum convenire,

Promittentes Nos non probare Solutionem aut Liberationem hujusmodi Debiti fore factam, nisi per præsentes Litteras Incisas vel Cancellatas, aut Acquietantiam, sub Magno Sigillo Regis Angliæ in hac parte conficiendam,

Pro Solutione verò supradictâ, cæterisque Præmissis fideliter ac firmiter perimplendis, Obligamus Nos, & nostrûm quemlibet per Se principaliter & in solidum, Nomine & Vice nostræ Communitatis prædictæ, & ipsam Communitatem, ac omnia Bona nostra propria & Communitatis nostræ antedictæ, præsentia & futura, ubicunque locorum & terrarum inventa,

Renunciantes Exceptioni Rei non sic gestæ, beneficio Læsionis, Restitutionis, & Circumventionis, Juris Canonici & Civilis auxilio, omni Statuto, Consuetudini, Privilegio, & omni Juri, per quod generalis Renunciatio Reprobatur vel dicatur non Valere, ac omnibus aliis Exonerationibus, Allegationibus, & Defensionibus, quæ possent contra præsentes Litteras vel Contenta in eisdem objici vel opponi.

In quorum omnium Testimonium Sigillum nostrum Commune Præsentibus est appensum.

Dat. &c.

NOVERINT universi, per Præsentes, quòd *A.* de *B.* &c. Filius, ac Jure Successorio & Consuetudine Regni Scotiæ Hæres mei *N.* de *N.* Militis, &c. unicus, de Consensu & voluntate in eis expressis, accedit in Regnum Angliæ, ad Remanendum ibidem Obses, unà cum aliis, pro Securitate Observationis Nonnullorum Articulorum, nuper appunctuatorum pro Liberatione, Serenissimi Principis, Domini *Jacobi*, *Scotorum Regis*,

Quem quidem *A.* de *B.* Filium & Hæredem meum faciam & procurabo, quantum michi possibile existit, fidelem sic obsidem, usque ad finale Complementum & Executionem omnium hujusmodi
• X. 307. Appunctuamentorum (salvo tibi * Beneficio Transmutationis in formâ concordatâ) Remanere.

Et, si contingat præfatum *A.* de *B.* Filium & Hæredem meum prædictum, contra formam Appunctuatorum hujusmodi, Recedere, aut se Subtrahere (quod absit) ipsum, infra Mensem, a die quo michi primò de Recessu aut Subtractione hujusmodi quoquo modo innotuerit, in Potestatem & Custodiam, Serenissimi Principis, *Henrici Regis Angliæ*, ipsiusve Hæredum, & Successorum, aut suorum Deputatorum, prout prius fuerat, Reducam & Restituam, aut, infra eundem Mensem, in prædictas Potestatem & Custodiam me Obsidem, ipsius loco, Reponam,

Promittens firmiter, in veritate & ex bonâ fide, quòd dictum Filium meum, sic Obsidem Remanentem, nullâ ex causâ, in toto, vel in parte, Exhæredem faciam; sed eidem Successionem suam illæsam, & illibatam, atque integram, usque ad ipsius Liberationem finalem inclusivè, secundùm modum Appunctuatum, Conservabo.

Ad quæ omnia & singula fideliter & firmiter perimplenda Obligo Me, Hæredes, & Executores meos, ac omnia Bona mea, mobilia & immobilia, præsentia & futura; Subiciens Me, Hæredes, & Executores meos, ac Bona mea prædicta, in hac parte, Cohertioni & Jurisdictioni cujuscunque Judicis Ecclesiastici vel Secularis,

In cujus Rei Testimonium Sigillum meum Præsentibus apposui.

Dat. &c.

nonico, quàm Civili, Divino & Humano, Scripto vel non Scripto, Novo & Veteri, Generali & Speciali, Edito vel Edendo, promulgato vel promulgando, Statutis & Consuetudinibus quibuscunque, Exceptioni Doli mali & metûs, ac non Numeratæ Pecuniæ, in factum Actioni, Conditioni Indebiti, sine causa vel ex Injusta, Privilegio Fori, Feriisque Messium & Vindemiarum, Literis & Rescriptis Papalibus, jam concessis vel inantea Concedendis, Impetratis vel Impetrandis, & generaliter omnibus aliis & singulis Juribus, & Beneficiis, & Defensionibus quibuscunque, per Quæ seu Quod contra præsentes nostras Literas Obligatorias venire possemus, seu modo aliquo Nos juvare.

In quorum omnium & singulorum Testimonium Sigillum nostrum, &c.

Nomina Obsidum.

Thomas Comes Moraviæ Reddituatus & Possessionatus ad M. Marc.

Alexander Comes Crauffurdiæ vel Filius ejus & Hæredes ad M. Marc.

Willielmus Comes Angusiæ ad vi C. Marc.

Maletius Comes de Stratherne ad v C. Marc.

Georgius Comes Marchiarum, vel Filius ejus Primogenitus ad viii C. • X. 308.
Marc.

David Filius Primogenitus Comitis Atholiæ, vel Filius ejus & Hæres ad xii C. Marc.

Willielmus Constabularius Scotiæ vel Filius ejus & Hæres ad viii C. Marc.

Dominus Robertus de Erskyn ad M. Marc.

Robertus Marescallus Scotiæ, vel Filius ejus & Hæres ad viii C. Marc.

Walterus Dominus de Dyrhtoun, vel Filius ejus & Hæres ad viii C. Marc.

Johannes Dominus de Cetoun Miles, vel Filius ejus & Hæres ad vi C. Marc.

Johannes de Montgomery Miles de Ardrossane, vel Filius ejus & Hæres ad vii C. Marc.

Alexander Dominus de Gordonne ad iv C. Marc.

Malcolmus Dominus de Bygare ad vi C. Marc.

Thomas Dominus de Yestyr ad vi C. Marc.

Johannes Kennady de Carryk ad v C. Marc.

Thomas Boyde de Kylmernok vel Filius ejus & Hæres ad v C. Marc

Patricius de Dounbarre Dominus de Cammok vel Filius ejus & Hæres ad v C. Marc.

**Jacobus Dominus de Dalketh*, vel Filius ejus Primogenitus ad xv C. Marc.

Duncanus Dominus de Argill ad xv C. Marc.

Johannes Lyon de Glaumis ad vi C. Marc.

Sub Sigillis ceræ rubræ a Caudis Pergamenæ pendentibus.

Pro Scotis, usque Villam Dunolmensem, penes Præsentiam Regis Scotorum, venturis.

REX, per Literas suas Patentes, usque ultimum diem Aprilis, Ann. D. 1423.
proximò futurum, duraturas, de avisamento & assensu Con- *An. 1.*
cilii sui, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in *H. 6.*
Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Ja- Scot. 1.*
cobum de Douglas de Dalketh Chivaler, vel Hæredem suum, *Jo- H. 6. m.*
hannem de Seton Dominum de Seton, vel Hæredem suum, *Rober- 8.*
tum Logan Chivaler, & *Willielmum Rorthiven* Chivaler, in Regnum Regis Angliæ, usque Villam Dunolmensem, penes Præsentiam, Carissimi Consanguinei Regis, *Regis Scotorum*, cum Equis,

Ser-

Consimiles Literas Regis de Salvo Conductu habent subscripti, per idem tempus duraturas, sub eadem Data; videlicet,

Comes de Levenax.
Dunkan Cambel de Argyle.
Johannes Sympyl de Elyotiston.
Robertus de Lille Chivaler de Doughale.
Usque ad Numerum Sexdecim Personarum.

Archibaldus de Douglas Comes de Wygton.
Harbertus de Maxwell de Carlafrok.
Harbertus de Heyrs de Tarreglys.
Johannes Steward de Dundonnalde.
Johannes Steward de Blute.
Johannes Kenedy de Carryk.
Usque ad Numerum Viginti & Quinque Personarum.

* X. 309. *Comes de Marrave.*
Jacobus de Dunbarre de Frendrauth.
Hugo Fresale de Lovet.
Usque ad Numerum Sexdecim Personarum.

Joannes de Mongomery Chivaler de Adrossane vel Hæres suus.
Thomas Boyde de Kylmernok.
Robertus de Cunigame de Kalmauris.
Patricius de Dunbar Chivaler de Cunak.
Jacobus de Homylton de Cadyow.
Hugo Cambel de Lovdon.
Johannes Maxwell de Caldorwode.
Usque ad Numerum Viginti & Quinque Personarum.

Alexander de Lyndesay Comes de Craufurde, vel Filius suus Senior.
Johannes Lyonus Miles.
Johannes de Lyndesay de Birys,
Andreas de Gray de Fonylis.
Robertus de Levynston Miles.
David de Lesle Dominus de Lesle.
Normans de Lesle de Fytherkyl.
Alexander de Forbas Miles.
Alexander de Seton Dominus de Gordone.
Usque ad Numerum Quinquaginta Personarum.

Johannes Abbas de Balumrinath.
Thomas Somervile de Carnwyth.
Johannes Foresterii Chivaler.
Walterus Oglby.
Magister *Patricius de Houston.*
Usque ad Numerum Viginti Personarum.

Georgius Comes Marchiæ Scotiæ.
Walterus Haliburton de Drylton.
Robertus de Lawder de Basse Chivaler.
Usque ad Numerum Decem & Octo Personarum.

m. 7. *Comes d'Orkeneye.*
Jacobus de Douglas de Balvany.
Alexander de Levyngeston de Calendar.
Usque ad Numerum Viginti & Quatuor Personarum.

Willielmus de Hay Constabularius Scotiæ, vel ejus Hæres.
Robertus de Keth Chivaler Marescallus Scotiæ, vel ejus Hæres.
usque ad Numerum Sexdecem Personarum.

Robertus de Erskyn Dominus de Erskyn.
Robertus Steward de Lorne.
Malcomus Flemyn de Bygare
Jacobus de Sandelandis de Caldor.
usque ad Numerum Viginti Personarum.

Willielmus Comes de Angus.
Adam de Hebborne de Halys.
Thomas de Haya de Zestyr.
Willielmus de Albyrnethy Miles.
Willielmus Crythton Dominus de Crython.
usque ad Numerum Viginti & quatuor Personarum.

Ma'itius de Grame Comes de Stratheryn.
Alexander Steward de Fyff
David Steward Senior Filius & Hæres *Comitis d'Atholle.*
Johannes de Drummond de Curgyl Chivaler.
Johannes de Wemys de Rerase Chivaler.
usque ad Numerum Viginti & quinque Personarum.

Jacobus de Lawder de Scotia usque ad Numerum Quatuor Personarum.

Consimiles Literæ de Dat. Tertio Feb. pro iisdem; quibus adjunguntur sequentes, viz.

Ex certa nostra scientia & animo ipsos, & quemlibet eorum in solidum, veros nostros, legitimos, & indubitatos Procuratores, Actores, Factores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales Fecimus, Constituimus, & Ordinavimus, Facimus, Constituimus, & Ordinamus, ac plenariâ Potestate Fulcimus, intr.

Ad Petendum, Exigendum, Levandum, & Recipiendum per se, aut eorum Substitutos & Institores, seu cujuslibet eorum Substitutum aut Institorem, in Regno Angliæ degentes vel degentem, & ab ipsis ad hæc Potestatem habentes vel habentem, pro Nobis & nostro Nomine, a, Serenissimo Principe & Domino, Domino *Henrico*, *Angliæ Franciæque Rege*, & *Domino Hiberniæ*, Domino & Affine nostro carissimo, aut ejus Thesaurario, Quingentas Markas Sterlingorum, in Termino Festi Sancti Michaelis proximò lapso Præsentis Anni, cessas, debitas, & solvendas, ad Scaccarium Regni Angliæ a Nobis annuatim percipiendas,

Ipsumque *Dominum Regem*, ejus Hæredes, necnon omnes & singulos, quorum interest, de dictis Quingentis Marcis, in præfato Termino Festi Sancti Michaelis, ut præmittitur, cessis & debitis, Liberandum & Quitandum,

Pactumque de ulterius non petendo eidem *Domino*, ac aliis omnibus quorum interest,

Necnon omnia & singula Faciendum & Expediendum, quæ ad Liberationem & Quietationem dictorum *Domini Regis*, & Hæredum ejusdem, ac aliorum quorum interest, in hac parte necessaria fuerint quomodolibet vel oportuna:

Promittimus quoque pro Nobis, Hæredibusque nostris, Ratum, Gratum, Firmum, & Stabile perpetuò habituros totum & quicquid per dictos nostros Procuratores, & eorum Substitutos, vel per quemlibet, aut cujuslibet eorum Substitutum, Actum, Factum, Gestumque fuerit in Præmissis ullo modo, sub omnium Bonorum nostrorum præsentium & futurorum Ypotheca & Obligatione,

Offerentes etiam Nos, si pro parte dicti *Domini Regis*, vel Hæredum ejusdem, petitum fuerit & postulatum, ea omnia & singula, in efficacia & certitudine pleniori, nostris denique Literis autenticis roborare.

In quorum omnium fidem & testimonium Sigillum nostrum Præsentibus est appensum.

Datum & actum *in Castro nostro Heidelberg*, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo vicesimo quarto, die decimo octavo Mensis Octobris.

De Parliamento per Ducem Glocestriæ tenendo.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1423.
Sciatis quòd,
Cùm, de avisamento Concilii nostri, pro quibusdam arduis & urgentibus Negotiis, Nos, Statum, & Defensionem Regni nostri & Ecclesiæ Anglicanæ tangentibus, quoddam Parliamentum nostrum, apud Westmonasterium, Vicesimo die Octobris proximò futuro, Teneri Ordinaverimus, *An. 2. H. 6. Pat. 2. H. 6. p. 1. m. 30.*

Nos,

De Circumspectione, Fidelitate, & Industria, carissimi Avunculi nostri, *Humfridi Ducis Glocestriæ*, plenam fiduciam reportantes,

Eidem Avunculo nostro ad Parliamentum prædictum Nomine nostro Inchoandum, negotiaque prædicta Exponendum & Declarandum, ac Exponi & Declarari faciendum, necnon in Negotiis ipsis, & Parliamento prædicto, ac omnibus & singulis in eo emergentibus Procedendum,

Et ad Faciendum omnia & singula quæ pro Nobis & per Nos, pro bono Regimine & Gubernatione Regni nostri prædicti, ac aliorum Dominiorum * nostrorum eidem Regno nostro pertinentium, ibidem fuerint facienda, * X. 311.

Necnon ad Parliamentum illud Finiendum & Dissolvendum, de assensu Concilii nostri prædicti,

Plenam Committimus Potestatem, quam, in eventu quòd dicto Parliamento nostro Nos, tempore aliquo, forsan in Persona nostra adesse contigerit, Revocari Nolumus, nec Revocare intendimus,

Dantes ulterius, de assensu ejusdem Concilii nostri, tàm universis & singulis Archiepiscopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, & Militibus, quàm omnibus aliis quorum interest, ad Parliamentum nostrum prædictum conventuris, firmiter in Mandatis quòd eidem *Avunculo nostro* Intendant in præmissis in forma supradicta.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xix die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro

Implacitari, ac in eisdem *Respondere* & *Responderi* possit, eodem modo & adeo liberè sicut aliquis Ligeorum nostrorum, infra dictum Regnum nostrum oriundus,

Et, quòd dicta Consanguinea nostra infra Regnum nostrum Angliæ oriunda non fuit, aut aliquo alio Statuto, vel Ordinatione in contrarium facta, non obstantibus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo die Octobris.

Per ipsum Regem & Concilium in Parliamento.

Pro Ducissa Bedfordiæ.

Ann. D. 1423. An. 2. H. 6. Ibid. m. 33.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

De Gratia nostra speciali, ac de avisamento & assensu Dominorum Spiritualium & Temporalium, ac Communitatis Regni nostri Angliæ, in præsenti Parliamento nostro existentium,

Concessimus, dilectæ Consanguineæ nostræ, *Annæ Uxori* carissimi Avunculi nostri *Johannis Ducis Bedfordiæ* (cujus quidem *Annæ* Homagium usque Adventum suum in Angliam respectuavimus) * quod ipsa *Fæmina Ligea nostra*, infra Regnum nostrum Angliæ, & alibi infra Dominia & Potestatem nostra, Persona Dotabilis, ipsaque & Hæredes sui Hæreditabiles existant, *X. 312.

Et ulterius quòd ipsa, tàm infra Regnum nostrum Angliæ, quàm alibi infra eadem Dominia & Potestatem nostra, in omnibus & singulis Causis, Materiis, Casibus, & Querelis, tàm Ecclesiasticis, quàm Temporalibus, eam qualitercumque concernentibus, & quæ eam concernere possint in futurum, tanquam vera Persona nostra Ligea, Hæredum, & Successorum nostrorum, infra Regnum nostrum Angliæ oriunda, & non aliter, nec alio modo, habeatur, pertractetur, & gubernetur,

Et similiter quòd ipsa omnimoda Privilegia, Libertates, Franchesias, & Consuetudines, infra Regna, Potestatem, & Dominia nostra prædicta, habere, uti, & gaudere possit, & eisdem gaudeat & utatur, liberè & quietè imperpetuùm sicut veri Ligei nostri, infra Regnum nostrum Angliæ prædictum oriundi, ratione Originis suæ, modo fortiori habent, gaudent, & utuntur, aut sunt habituri & gavisuri,

Et insuper quòd præfata *Anna*, tàm infra dictum Regnum nostrum Angliæ, quàm alibi, infra dicta Dominia & Potestatem nostra, Terras, Tenementa, Redditus, Servitia, Feoda, Advocationes, Res, Jura, & Possessiones quæcumque, tàm in Dominico, quàm in Reversione, seu ad Terminum Vitæ vel Annorum, vel aliàs sibi & Hæredibus suis, in Feodo simplici, aut sibi & Hæredibus de Corpore suo exeuntibus, seu aliàs in Feodo Talliato, sive alio modo quocumque, licitè *Adquirere* & ea *Tenere* in formâ prædictâ,

Necnon eadem Terras, Tenementa, Redditus, & Servitia, Feoda, Advocationes, Res, Jura, & Possessiones cuicumque de Ligeis nostris, infra Regnum nostrum Angliæ oriundis, *Dare*, *Concedere* & *Assignare* possit, secundùm Legem & Consuetudinem Regni nostri Angliæ, absque Impetitione, Molestatione, vel Impedimento nostri, vel Hæredum nostrorum, seu Ministrorum nostrorum quorumcumque;

Et ulterius quòd eadem *Anna* omnimodas Actiones, Reales, & Personales, & Mixtas, *Habere*, *Movere*, & *Exercere*, ac eis *Uti* & *Gaudere*, necnon *Implacitare* & *Implacitari*, ac *Respondere* & *Responderi* possit in quibuscumque Curiis & Locis, sicut vera Ligea nostra, Hæredum, & Successorum nostrorum, infra Regnum Angliæ oriunda,

Eo, quod præfata *Anna* in Regno nostro Angliæ Nata non

Habenda sibi & Hæredibus de Corpore suo procreatis, seu aliter, in quocumque Feodo Talliato, vel ad Terminum Annorum,

* Et ea *Tenere*, in forma supradicta, absque Impetitione vel Impedimento nostri, & Hæredum nostrorum, *X. 313.

Et eadem Terras, Tenementa, Redditus, Servitia, Feoda, Advocationes, Res, Jura, & Possessiones, aliis *Dare* & *Alienare*, prout Lex Angliæ requirit,

Quodque ipse, in omnibus Curiis nostris, & aliis Curiis infra dictum Regnum nostrum, vel alibi infra Potestatem & Dominium nostra prædicta, omnimodas Actiones, Reales, Personales, & Mixtas, *Habere* & *Prosequi*, & de eisdem *Implacitare* & *Implacitari*, ac in eisdem *Respondere* & *Responderi* possit, eodem modo & adeò liberè sicut aliquis Ligeorum nostrorum, infra dictum Regnum nostrum Oriundus,

Eo, quòd dictus *Johannes* infra Regnum nostrum Angliæ Oriundus non fuit, aut aliquo alio Statuto vel Ordinatione, in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo die Octobris.

Per ipsum Regem & Concilium in Parliamento.

De Moneta, in Civitate Baionæ, cudenda.

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, & Dominus Hiberniæ*, Senescallo nostro Vasconiæ, & Constabulario nostro Burdegaliæ, qui nunc sunt, vel qui pro tempore erunt, Salutem. Ann. D. 1423. An. 2. H. 6. Vasc. 2. H. 6. m. 13.

Quibusdam certis de Causis, Nos & Concilium nostrum moventibus, vobis Mandamus quòd, omni dilatione postpositâ, in Civitate nostra Baionæ Talem Monetam & Tanti Ponderis & Valoris, Qualis Burdegaliæ & alibi in Ducatu nostro prædicto utitur, fieri & cudi, ac ulterius, pro Commodo nostro, inde ordinari faciatis prout melius fore videritis faciendum,

Et, si Causa sufficiens & rationabilis subfuerit, quare Præmissa fieri non debeant vel possint, tunc Nobis & dicto Concilio nostro de Causâ hujusmodi, si quæ fuerit, sub Sigillis vestris, distinctè, & apertè, ac indilatè, significari & constari faciatis; Et hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Vicesimo tertio Die Octobris, Anno Regni nostri Secundo.

Per Breve de Privato Sigillo.

Carta, Richardi primi apud Spiram data, Confirmatio.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1423. An. 2. H. 6. Ibid. m. 8.

INSPEXIMUS Irrotulamentum cujusdam Cartæ Domini *E.* nuper *Regis Angliæ*, Progenitoris nostri, in Rotulis Cancellariæ suæ irrotulatæ, in hæc verba,

Edwardus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ & Dominus Hiberniæ*, Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis & Fidelibus suis, Salutem,

INSPEXIMUS Tenorem Cartæ Domini *Richardi*, quondam *Regis Angliæ*, Progenitoris nostri, dudùm Magistro & Fratribus Domûs Hospitalis de Jerusalem factæ, in quibusdam Literis Patentibus, Sigillo quo utimur in Burdegalia ad Contractus consignatis, & coram nobis in Cancellaria nostra exhibitis, contentum in hæc verba,

Ri-

Ingratitudine non permittant.

Quocirca, piis eorum Operibus volentes pariter in Opere Pietatis Respondere, pro Salute Animæ Domini Regis *H. Patris nostri*, & *A. Reginæ Matris nostræ*, & Fratrum nostrorum, necnon & Antecessorum nostrorum, & nostra, *Dedimus* & *Concessimus* Deo, & beatæ Mariæ semper Virgini, & beato Johanni Baptistæ, & supradictæ Domui Sancti Johannis de Jerusalem, & Magistro & Fratribus & Hominibus suis, in omnibus Tenementis suis, & Elemosinis, quæ eis datæ & factæ sunt & erunt, & in quibuscumque acquirere potuerunt *Dedimus*, & in puram ac perpetuam Helemosinam *Concessimus*, omne Jus, omne Dominium, quod ad Nos pertinet & pertineat, omnem Potestatem, omnes Libertates, & liberas Consuetudines, quas Regia Potestas conferre potest in omnibus, ut habeant & teneant omnes Res & Possessiones & universis Pertinentias suas, quas in præsenti possident, & in futuro possidebunt, benè & in pace, liberè & quietè, integrè, plenariè, & honorificè, in Bosco, & Plano, in Pratis, & Pascuis, & Marescis, & Piscariis, in Vivariis, in Stagnis, in Aquis, & Molendinis, in Furnis, in Feriis, & in Nundinis, & in Terris, in Agris, & Vineis, in Censibus, & Venditionibus, in Villicationibus (scilicet) & in Latrociniis, & in Raptu Mulierum, in Incendiis, & in Multicidiis, in Paagiis, & in Metis, in Hominibus, in Domibus, & Mensuris, & in Civitatibus, in Castellis, & in Villis, in Viis, & extra Vias,

Et ita *Volumus* & firmiter *Præcipimus* quòd Homines prædicti Sancti Hospitalis Iherusalem, sint Liberi & Quieti de Exercitu, & Equitatu, de Theolonio, & Paagio, Pontagio, & Passagio, & Homagio, & Foagio, & de omnibus Redditibus, & de omnibus Querelis, Placitis, Auxiliis, & Tallagiis, & de omnibus Operationibus Civitatum, Castellorum, Villarum, ut Pacem habeant in omnibus,

Similiter, si aliquis Hominum prædictorum Fratrum sit Immerciatus erga Nos vel erga Ballivos nostros, pro quacumque Causa, vel Delicto, vel Forisfacto, Merciæ & Amerciamenta Pecuniæ prædictis Fratribus sine dilatione reddantur,

Prohibemus etiam nè de aliquo ponantur in placitum nisi coram prædictis Fratribus, vel eorum Domûs Ballivis, Servientibus Sancti prædicti Hospitalis Jerosolomitani,

Hæc omnia prædicta, & omnes Exitus, qui inde provenire potuerunt, CONCESSIMUS & CONFIRMAMUS, cum aliis Libertatibus & liberis Consuetudinibus suis, cum universis Rebus, ad prænominatam Domum & Fratres & Homines prædicti Sancti Hospitalis de Jherusalem pertinentibus, in Universo Regno nostro, & in tota Terra nostra, ultra Mare, & citra, vel ubicumque sint; nichil Nobis retinentes, nec Hæredibus, & Successoribus nostris, nisi tantummodò Orationes & Bona spiritualia sæpedictæ Domûs Sancti Hospitalis Jerosolimitani.

Testibus,

R. Lemovicen.
Et *H. Xanton.*
Episcopis,
Raldimiro de Rethin,
Willielmo de Ferar,
Roberto de Harecourt,
Gaufrido de Sei,
Aymerito Vicecomite de Thoarde,
Hugone de Brymbellai de Mostrell,
Johanne Præposito de Duay,
Goffrido Thesaurario de Cicestria.

Dat. per Manum *Willielmi Eliensis Episcopi* Apostolicæ Sedis Legati, Cancellarii nostri, apud *Spiram*, Quinto Die Januarii, Anno Quinto Regni nostri.

Nos autem, Donationes, Concessiones, & Confirmationem prædictas Ratas habentes & Gratas, eas pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, dilectis nobis in Christo, nunc *Magistro & Fratribus dicti Hospitalis Jerusalem*, & Successoribus suis, *Concedimus* & *Confirmamus*, sicut Carta prædicta rationabiliter testatur, & prout idem Magister, & Fratres, & Prædecessores sui Res & Possessiones prædictas hactenus rationabiliter tenuerunt, & Libertatibus & Quietantiis prædictis hactenus rationabiliter usi sunt & gavisi.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Hiis Testibus,

Venerabilibus Patribus,

nabiliter testatur, & prout iidem *Magister & Fratres Hospitalis prædicti* eis uti debent, ipsique & Prædecessores sui, Magister & Fratres ejusdem loci Privilegiis, Libertatibus, Immunitatibus, & Quietantiis prædictis, a tempore confectionis Cartæ prædictæ, hucusque rationabiliter uti & gaudere consueverunt.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westm.* vicesimo septimo die Octobris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Lucia de Vicecomitibus, Comitissa Kantiæ, de Vino concesso, durante Vita.

REX, Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1423.

INSPEXIMUS Literas Patentes carissimi Patris & Domini nostri, Domini *H* nuper *Regis Angliæ* de Confirmatione factas in hæc verba, *Pat. de An. 1. H. 6. p. 1. m. 5.*

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

INSPEXIMUS Literas Patentes, carissimi Domini & Patris nostri, *Henrici*, nuper, *Regis Angliæ*, factas in hæc verba,

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, *& Dominus Hiberniæ*, omnibus, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, carissima Consanguinea nostra, *Alesia de Holand Comitissa Kantiæ*,

Habens, ex Concessione nostrâ, Quatuor Dolia Vini de Vasconia, percipienda, singulis Annis, durante Vitâ suâ, de Prisâ Vinorum nostrorum, in Portu Villæ nostræ Suthamptoniæ, per Manus Capitalis Pincernæ nostri, vel ejus Locumtenentis ibidem pro tempore existentis, prout in Literis nostris Patentibus, indè confectis, pleniùs continetur,

In voluntate existat Restituendi easdem Literas nostras in Cancellaria nostra ibidem Cancellandas, ad Finem quòd, carissima Soror nostra, *Lucia des Visontes*, *Comitissa Kantiæ*, eadem Quatuor Dolia Vini ex Concessione nostrâ habere posset,

Nos, ad Supplicationem *præfatæ Alesiæ*, & pro eo quòd eadem *Alesia* Literas prædictas Nobis in dictâ Cancellariâ nostrâ Restituit Cancellandas, *Concessimus* eidem *Luciæ* Quatuor Dolia Vini de Vasconia, percipienda, singulis Annis, pro Termino Vitæ suæ, de Dono nostro, in Portu Civitatis nostræ Londoniæ, per Manus Capitalis Pincernæ nostræ, vel ejus Locumtenentis ibidem pro tempore existentis, ad Terminos Paschæ & Sancti Michaelis, per æquales Portiones.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo die Martii, Anno Regni nostri Decimo.

Nos autem, de Gratia nostra speciali, & pro bono Servitio, Nobis, per præfatam *Luciam* impenso & impendendo, Concessionem prædictam ac omnia alia in Literis prædictis contenta Rata habentes & Grata, ea pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, *Acceptamus*, *Approbamus*, & *præfatæ Luciæ*, Tenore Præsentium, *Concedimus* & *Confirmamus*, prout Literæ prædictæ rationabiliter testantur,

*Ita semper quòd eadem *Lucia*, pro Termino Vitæ suæ, cum aliquo alio, præterquam nobiscum, non Retineatur. *X. 316.

In cujus Rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium*, duodecimo die Julii, Anno Regni nostri primo.

Nos autem, dictas Literas ipsius *Patris nostri* de Confirmatione, de Avisamento & Assensu Magni Concilii nostri, approbantes, *Ratificamus* & *Confirmamus*, prout Literæ prædictæ rationabiliter testantur.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De

Juratores dicunt quòd *Lucia*, quæ fuit *Uxor Edmundi* nuper *Comitis Kantiæ*, in dicto Brevi nominata, *ut supra*.

Set dicunt quòd eadem *Lucia* Tenuit in Dotem, post Mortem dicti nuper Comitis de Hæreditate *Johannæ*, *ut supra*, unum Feodum Militis in Ikelyngham, &c.

Et dicunt quod *præfata Lucia* obiit 14 Aprilis ultimo præterito, &c.

Et dicunt quòd *Galias de Viscont* est Frater & Hæres propinquior *præfatæ Luciæ*, & Ætatis xl. Annorum & amplius.

In cujus, &c.

INQUISITIO CAPTA APUD BERKING, &c.

De Regio assensu.

Ann. D. 1424. *An. 2. H. 6. Pat. 2. H. 6. p. 1. m. 6.*

SAnctissimo in Christo Patri, & Domino, Domino *Martino*, Divinâ Providentiâ, Sacrosanctæ Romanæ ac Universalis Ecclesiæ *Summo Pontifici*, *Henricus*, Dei gratiâ, *Rex Angliæ*, & *Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, Devota Pedum oscula beatorum.

Vacante nuper Ecclesia Cathedrali beati Petri Eborum, per Mortem, bonæ memoriæ, *Henrici Bowet*, ultimi Archiepiscopi Loci illius, Dilecti nobis in Christo. Capitulum ejusdem Loci, convenientes in unum, Venerabilem Patrem, *Philippum Wygorniensem Episcopum*, direxerunt unanimiter Vota sua, & ipsum in suum Archiepiscopum concorditer postulârunt, nobisque cum instantia suuplicârunt ut hujusmodi Postulationi suæ Assensum Regium præbere curemus,

Nos, *ipsius Episcopi* considerantes Merita Probitatis, ac sperantes dictam * Eborum Ecclesiam, si ipsius Regimini præsideat, in Temporalibus & Spiritualibus, per ipsius Circumspectionem & Industriam, salutaria posse suscipere incrementa, Postulationi prædictæ hujusmodi Regium Assensum adhibemus & favorem, • X. 317.

Et hoc *vestræ Sanctitati* significamus per Præsentes, ut, quod ad vos pertinet in hac parte, ulteriùs exequi dignemini cum favore.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras patentes fieri, & Magni Sigilli nostri munimine fecimus roborari.

Dat. in *Palatio Regis Westmonasterii* vicesimo quinto die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Libris per nuper Regem mutuatis Restituendis.

Ann. D. 1424. *An. 2. H. 6.*

PLeise a, Treshault & Trespuissant Prince, *le Duc de Gloucestre*, Protector d'Angleterre, & as autres Seigneurs del Counsaill nostre Soveraigne Seigneur le Roy, pour Doner en Comandement, par Lettres de Prive Seall, a *Robert Rolleston* Clerk, Garderober nostre Soveraigne Seigneur, pur faire Deliverance a la *Counteffe de Westmerland* d'un Livere (contenant les Cronikels de Jerusalem, & le Viage de *Godfray Boylion*) n'adgaires aprestez, par la *dite Counteffe*, a le Noble *Roi Henri*, Piere nostre Seigneur le Roy que ore est, & en la Garde du dit Robert esteant.

Dorf.

Primo Die Februarii, *Anno secundo*, apud Westmonasterium, *Concessa fuit præsens Supplicatio in forma qua petitur*, & *Warantum Custodi Magnæ Garderobæ Regis de Deliberando Librum infrascriptum ut in forma.*

diction quecomque, a Frere *William Molasteb*, Mogne & Almoigner de l'avandite Eglise de *Christchirche*, pour ycell faire amoigner & carier a le dit Suppliant, son Soverayn, avoir a le Oeps de mesme l'Eglise del *Christchirche* & la Meason d'icelle, solonque l'entent & volunte du dit *n'adgairs Erchevesque*, pour Dieu & en Oevre de Charitee.

*Lettre ent fuist faite, de Date de xii Jour de Feverere, au Priour de la * Chartuse de Shene, selonc l'effect de la Supplication dessus escripte, ou autrement que le dit Priour soit devers le Conseil, le Mersdy proschein venans, pur declarer la Cause pur quelle il ne deveroit ce faire.* • X. 318.

Sexto Die Februarii, *Anno Secundo*, *apud Westmonasterium*, *Concessa fuit præsens Supplicatio in forma qua petitur*, & *Warantum*, *sub Privato Sigillo*, *infrascripto Priori Domûs* Cartusiensis de Shene, *de Deliberando infrascriptum Librum ad usum Domûs* Christi Cantuariensis, *ut infra patet*.

Præsentibus,

Dominis,	*Episcopis*,
Duce Gloucestriæ,	Comite Warrwicæ,
Archiepiscopo Cantuariensi,	Cromewell,
Londoniensi,	Fitz Hugh,
Wyntoniensi,	Cancellario,
Norwicensi,	*Et* Thesaurario.
Et Wygorniensi,	

De Recipiendo Electum Meldensem in Turrim Londoniæ.

Ann. D. 1424. *An. 2. H. 6. Claus. 2. H. 6. m. 19.*

HEnricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, Venerabili in Christo Patri, *H.* eadem gratiâ *Archiepiscopo Cantuariensi*, totius Angliæ Primati, Salutem.

Mandamus vobis quòd *Robertum Giresme*, Electum Meldensem de Francia, Custodiæ vestræ per Carissimum Dominum & Patrem nostrum Defunctum nuper Commissum & in Custodia vestra existentem, Constabulario Turris nostræ Londoniæ, vel ejus Locumtenenti ibidem, liberetis indilatè,

Cui Mandavimus quòd ipsum *Robertum* a vobis reciperet, cùm ipsum, ex parte nostra, ei deliberare velitis,

Volumus enim &, de assensu & avisamento Magni Concilii nostri, Concedimus vos de Custodia *prædicti Roberti* penitùs exonerari,

Teste meipso apud *Westmonasterium*, octavo die Februarii, Anno Regni nostri Secundo.

Per Concilium.

REX Constabulario Turris suæ Londoniæ, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem. *Ibid.*

Mandamus vobis quòd *Robertum Giresme*, Electum Meldentem de Francia, Venerabili in Christo Patri, *Henrico Archiepiscopo Cantuariensi*, cùm ipsum *Robertum* vobis, ex parte nostra, Deliberare voluerit, Recipiatis indilatè,

Et ipsum, salvò & securè, in Turri prædicta custodiatis, quousque pro ejus Deliberatione aliter duxerimus ordinandum;

Mandamus enim *præfato Archiepiscopo* quòd *præfatum Robertum*, ex parte nostra, vobis liberet.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, octavo die Februarii,

Per Concilium.

O *Pro*

son Accompt, en l'Eschequier, en la Somme de xiv *l.* iv *s* x*d.* Ob. Pur certein Vessell d'Argent rumpitz, a lui mettez en Gage par le dit *n'agairs Roy*,

Lequell Vessell mesme le Suppliant ad Venduz, & Money, ent pris & retenuz, il as Espenduz en le Service au dit *n'agairs Roy*,

Et sur ceo plese a voz tressages discretions, a la reverence de Dieu, & pour merit d'Alme du mesme le Roy, Granter a dit Suppliant les diz xiv *l.* iv *s.* x *d.* Ob. en regarde de son Service, & en Partie de Paiement de ses Gages a Lui ducz par le dit *n'adgairs Roy*, & sur ce Graunter Garrant sufficiante, direct a les Tresorer & Barons de l'Eschequier, pur Descharger le dit Suppliante, & Lui faire Quit, en mesme l'Eschequier, envers *le Roy* de les xiv *l.* iv *s.* x *d.* Ob. susdites, & ce pur Dieu & en Oeure de Charitee.

Dors

Decimo Quarto Die Februarii, Anno Secundo, apud Westmonasterium *Concessa fuit præsens Supplicatio in forma qua petitur, & Warantum Thesaurario & Baronibus de Scaccario de exonerando infrascriptum* Strikeland *de* xiv l. iv s. x d. *ob. in Compoto suo reddita ut infra.*

Præsentibus,

Dominis,	*Episcopis,*
Duce Gloucestriæ,	Comite Warrewicæ,
Archiepiscopo Cantuariensi,	Cromewell,
Londoniensi,	Cancellario,
Wyntoniensi,	Thesaurario,
Norwicensi,	*Et* Custode Privati Sigilli.

Ista Billa concessa fuit dicto *Strikeland* in plenam Solutionem Red. sibi per Regem defunctum debit.

Ad Relationem Custodis Privati Sigilli.

De Navibus providendis pro Comite Marchiæ.

Ann. D. 1424. *An. 2. H. 6. Pat. 2. H 6. p 2. m. 24. dors.*

REX, dilectis sibi, *Thomæ Whitgreve*, & *Johanni Eltonhed*, Salutem.

Sciatis quòd Assignavimus vos ad tot Naves, quot pro Passagio *Edmundi Comitis Marchiæ*, & Retinentiæ suæ, versus partes Hiberniæ necessariæ fuerint, in Portubus Bristolliæ, Bruggewater, & Liverpole, & in singulis Portubus, eisdem Portibus adjacentibus, pro Denariis nostris in hac parte rationabiliter solvendis, Arestandum & Capiendum;

Et ideò vobis Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Marinariis Navium, ac aliis Fidelibus & Subditis nostris, tàm infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis, quòd vobis, & alteri vestrûm, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, Auxiliantes, & Obedientes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quarto die Februarii.

Per Concilium.

De Tractando cum Alfonso Rege Aragonum.

Ann. D 1424. *An. 2. H. 6. Franc. 2. H. 6. m. 1.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Fidelitate, Circumspectione, & Diligentia, dilecti Nobis in Christo, *Abbatis de Bello Loco* Ordinis Cisterciensis, fidelis nostri *Walteri Pole* Militis, & Magistri *Johannis Blodwell* Decretorum Doctoris, ad plenum confidentes,

De avisamento Concilii nostri Fecimus, Constituimus, Deputavimus, & Ordinavimus ipsos nostros Procuratores & Nuncios speciales,

• X. 320. * Dantes & Concedentes eisdem, *Willielmo*, *Waltero*, & *Johanni*, & Duobus eorumdem, plenam & liberam Potestatem, Facultatem, Auctoritatem, & Mandatum speciale, Faciendi, Ineundi, Tractandi, Firmandi, & Concludendi, Nomine nostro, & pro Nobis, Regnis, Terris, & Dominiis nostris, pro Nobis, & Successoribus nostris, ac pro nostris Subditis, Vassallis, & Adhærentibus nostris, cum, Serenissimo Principe, *Alfonso Rege Aragonniæ, Siciliæ*, &c. Fratre nostro Carissimo, pro Se, suisque Regnis, Terris, & Dominiis, Hæredibus, & Successoribus suis, ac suis Subditis, Vassallis, & Adhærentibus, necnon cum alio, vel aliis, ad hoc ab ipso Fratre nostro, cum sufficienti & ydonea Potestate modolibet oportuna,

Promittentes Nos, bonâ fide & in verbo Regio pro Nobis, & Hæredibus, Successoribus, Vassallis, Subditis, & Adhærentibus nostris, Stabile, Ratum, & Firmum habituros totum & quicquid per dictos Procuratores & Nuncios nostros, aut Duos eorumdem, Actum, Tractatum, seu Gestum, in Præmissis & eorum singulis, fuerit, ac per nostras Patentes Literas, ad majus Robur, quando requiremur, Confirmare.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Primo die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Conductubus.

REX, per Literas suas Patentes, per Quatuor Menses proximò futuros duraturas, Suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem & Defentionem suas speciales, *Johannem de Moucy*, Servientem *Ducis Aurelianensis*, in Regno Regis Angliæ ad præsens existentem, versus partes Franciæ transeundo, & deinde in dictum Regnum Regis Angliæ se divertendo & redeundo, necnon Bona, *&c. prout in cæteris de Conductu Literis usque ad hæc verba*, primitùs, *& tunc sic*, Ann. D. 1424. *An. 2. H. 6. Franc. 2. H. 6. m. 6.*

Et quòd ipse, existens in Villis, Castris, & Locis Regi obedientibus, quicquam, quod contra *Tractatum Pacis Finalis*, inter Regna Franciæ & Angliæ factæ & conclusæ, cedere possit, per Se, vel per alios, palàm vel secretè, minimè Dicat, Scribat, aut Dici vel Scribi procuret,

Quodque ipse in aliquo Civitatum, Castrorum, Villarum firmatarum, aut Fortalitiorum Regis, non moretur nisi per unam Noctem tantùm.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, duodecimo die Martii.

Per Concilium.

Consimiles Literas Regis de Salvo Conductu habet Guillielmus Barrognier, *Serviens* præfati Ducis, *per idem tempus duraturas.*

Per Concilium.

REX, *&c.* speciales, *Petrum Sauvage*, Consiliarium Ducis Aurelianensis, in Regno Regis Angliæ ad præsens existentem, cum Quatuor Personis in Comitiva sua, versus Partes Franciæ, ad præsentiam, Carissimi Avunculi Regis, Johannis Bedford, Regentis Regnum Regis Franciæ, transeundo, * necnon Bona, Res, • X. 311. & Hernesia sua quæcumque;

Proviso semper, *&c. prout supra.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxviij die Martii.

Per Concilium.

REX, *&c.* speciales, Reginaldum Hue Presbiterum penes Dominum Destouteville, ad portandum sibi argentum, ac alias *m. 4.* Res sibi necessarias, veniendo, & in Regnum Regis Franciæ redeundo,

Proviso semper, *&c. prout supra.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxiij die Maii.

REX, *&c.* speciales, Hamonem du Chesne penes Dominum de *Gaucourt*, ad portandum sibi Argentum, & alias Res sibi necessarias, veniendo.

Provisio, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

REX, *&c.* speciales, *Petrum Gonzellet*, *Johannem Housime*, *Johannem Lesnelle*, *Huet de Voyere*, & *Petrum Gervoise*, Servientes Comitis de Vendosme, cum Duobus Servientibus in Comitiva sua, extra Regnum Regis Angliæ transeundo, & in idem redeundo;

Proviso semper quod, *&c. prout supra.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xx die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Su-

1424. salutem.

An. 2. Sciatis quòd,

H. 6. Cùm, Carissimus Consanguineus noster, *Jacobus Rex Scottorum* Scot 2. penes Concilium nostrum diu, cum frequenti instantia, prosecutus H. 6. fuerit quòd, Venerabilis Pater, *Willielmus Episcopus Glasguensis* m. 5. Cancellarius Scotiæ, ac quidam alii de Regno Scotiæ, usque ad Numerum Centum Personarum & infra (cujuscumque Statûs, Gradûs, Ordinis, Dignitatis, seu Conditionis fuerint) in Regnum nostrum Angliæ,

Pro Mediis ac Viis rationabilibus & honestis, pro Deliberatione ipsius Consanguinei nostri, etiamque super aliis Negotiis, commodum utriusque Regni concernentibus, Tractandis & Communicandis,

Venire valeant liberè & quietè,

* X 322 * Idemque *Episcopus* & alii prædicti in Regnum nostrum Angliæ, occasionibus præmissis, de Licentia nostra, venerint, & de Materiis prædictis, cum certis Commissariis nostris, apud Civitatem nostram Eborum, Tractaverint & Appunctuaverint, & super certis Articulis, Præmissa concernentibus, Concordaverint,

Ac idem Consanguineus noster desideret quòd idem *Episcopus* penes Magnum Concilium nostrum, apud Civitatem nostram Londoniæ, vel alibi, ubi dictum Concilium nostrum fuerit, super quibusdam aliis Articulis, Commodum utriusque Regni concernentibus, Tractaturus & Communicaturus venire possit,

Nos, consideratione Præmissorum, & ad instantiam præfati *Consanguinei nostri*, de assensu Concilii nostri, suscepimus *ipsum Episcopum*, in dicta Civitate Eborum jam existentem, penes dictum Concilium nostrum, apud dictam Civitatem nostram Londoniæ, vel alibi ubi idem Concilium nostrum fuerit, transeundo; ibidem morando, & super præmissis Tractando & Communicando, & exinde ad partes proprias, per Terram, seu per Mare, cum Hominibus & Servientibus suis, usque ad Numerum Triginta Personarum, & infra (cujuscumque Statûs, Gradûs, Ordinis, Dignitatis, seu Conditionis fuerint) necnon Equis, Bonis, & Hernesiis suis quibuscumque, absque impedimento vel arestatione quacumque Marquæ, Reprisaliæ, Debiti, Compoti, seu alterius Contractûs cujuscumque, redeundo, in Salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales,

Et ideò vobis Mandamus, &c.

Non inferentes, &c.

Et si quid, &c.

Nolentes autem hunc nostrum salvum Conductum, Delicto alicujus Personæ, secum existentis, Infringi, set Delinquens, prout justum fuerit, Puniatur,

Si verò, infra tempus Durationis præsentis nostri Salvi Conductûs, contingat prædictum *Episcopum*, vel aliquem, seu aliquos, Hominum & Servientum suorum prædictorum, ex Corporis gravitate seu Infirmitate detineri (quod absit) volumus quod idem noster Conductus in omnibus illæsus servetur & integer, usque ad Mensem postquam de Infirmitate sua plene convaluerit vel convaluerint;

Proviso semper quod prædictus *Episcopus*, ac Homines & Servientes sui prædicti, benè & honestè se habeant & gerant erga Nos & Populum nostrum, & quicquam, quod in nostri seu Populi nostri dampnum vel præjudicium cedere valeat, non attemptent aut facere vel attemptare præsumant;

Ita tamen quòd idem Episcopus præsentes Literas nostras de Salvo Conductu, ante introitum vel in exitu suo cujuslibet Civitatum, Villarum firmatarum, Castrorum, & aliorum Fortaliciorum nostrorum, Majoribus, Ballivis, Capitaneis, seu Custodibus eorumdem demonstret, si super hoc fuerit requisitus.

In cujus, &c. usque ad Primum Diem Maii proximò futurum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Quinto die Februarii.

Per Concilium.

cujuslibet Anni computandos, in Ecclesia Sancti Pauli Londoniæ prædictâ, Decem Milia Marcarum, quousque dicta Quadraginta Milia Librarum fuerunt plenariè & integrè persoluta,

Ac insuper quòd, pro Securitate Solutionis dictarum Quadraginta Milia Librarum, Dominus *Jacobus Rex*, seu Commissarii Regni Scotiæ, ante ultimum diem Martii, realiter & de facto, Dabit & Liberabit, seu sic Dabunt & Liberabunt, in Civitate Dunolmensi, Commissariis & Deputatis nostris, aut Hæredum, seu Successorum nostrorum, certos Obsides, ac Litteras Obligatorias Quatuor Villarum Regni Scotiæ, in dicto Appuctuamento expressatarum, ac suas proprias, ante ipsius Recessum a Regno nostro Angliæ fiendas, & etiam, post ipsius Ingressum in Regnum Scotiæ, Iterandas & Renovandas, prout in Litteris ipsis, exindè confectis, pleniùs continetur,

Nos,

Considerantes Matrimonium inter præfatum *Jacobum Regem* & carissimam Consanguineam nostram, *Johannam Filiam Comitis Somersettæ*, dùm vixit Consanguinei nostri, post hujusmodi Appunctuamentum Factum & Solempnizatum,

Et volentes ea propter mitiùs & favorabiliùs agere cum eodem,

Decem Milia Marcarum, de præfatis *Quadraginta Milibus Librarum* prædictarum,

Illa (videlicet) *Decem Milia Marcarum*, quæ juxta Tenorem & Continentiam prædicti Appunctuamenti Nobis, aut Nostris Hæredibus, seu Successoribus, ut præmittitur, Sexto & ultimo Termino prædicto sunt solvenda,

Præfato *Jacobo Regi*, & ipsius Hæredibus, & Successoribus, Occasione præmissâ, & de avisamento Concilii nostri Pardonaverimus, Remiserimus, & Relaxaverimus,

Ac ipsum, suosque Hæredes, & Successores, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, Regibus Angliæ futuris, imperpetuùm de *Decem Milibus Marcarum* prædictis Acquietaverimus & Exoneraverimus,

Salvo Nobis, dictisque Hæredibus, & Successoribus nostris, omni Jure nostro, tàm in Residuo Summæ *Quadraginta Milium Librarum* prædictarum; videlicet,

Quoad *Quinquaginta Milia Marcarum*, quam tantummodo Summam, vigore Primi Articuli in dicto Appunctuamento contenti, & Litterarum Obligatoriarum seu aliarum Securitatum, ad Corroborationem ejusdem factarum seu fiendarum, de prædicto *Jacobo Rege*, Terminis ad hoc assignatis, peti & levari Voluimus,

Quàm etiam in Litteris habuimus Obligatoriis & Securitatibus prædictis, quoad residuum antedictum,

Vobis Mandavimus quòd Litteras inde sub Magno Sigillo nostro in forma debita fieri faciatis.

Dat. &c. apud *Westm.*

Dors.

Decimo Tertio Die Februarii, Anno Secundo, apud Westmonasterium, Concessum fuit quòd fiat Warrantum Cancellario, de faciendo Litteras Regis Patentes ut infra patet.

Præsentibus:

Dominis,
Duce Gloucestriæ,
Archiepiscopo Cantuariensi,
Londoniæ,
Wintoniæ,
Et Wygorniæ,
Episcopis,

Comite Warrewicæ,
Cromewell,
Fitz Hugh,
Hungerford,
Cancellario,
Thesaurario,
Et Custode Privati Sigilli.

gliæ; videlicet,

In Ecclesia Sancti Pauli prædicta, Decem Millia Marcarum, Monetæ prædictæ, infra Sex Menses, computandos a primo die primi sui Ingressûs in Regnum suum Scotiæ, vel per ipsum steterit quo minus ingrediatur,

Et quolibet Anno, extunc sequente, incipiendo annum a fine anni, computandi a primo die Ingressûs sui prædicti, in Ecclesia Sancti Pauli prædictâ, Decem Millia Marcarum, quousque dicta Quadraginta Milia Librarum fuerint integrè persoluta,

Ac quòd, pro Securitate Solutionis prædictæ fiendæ, prædictus Dominus *Jacobus Rex* literatoriè, sub suo Sigillo, se obliget, cæterique ponantur Obsides, & Literæ etiam Quatuor Burgorum sive Villarum Regni Scotiæ concordatarum (videlicet) *de Edinburgh, Perth, Dunde & Abbirden*, obligatoriæ præfato *Regi Angliæ* tradantur & liberentur,

Nos, *Præpositus & Ballivi Burgi sive Villæ de Dunde prædicti*, ac *Communitas ejusdem*,

Ad Sonum Campanæ, ut moris est, in Domo nostrâ communi ad infrascripta specialiter congregati, & Communitatem nostræ Villæ facientes,

Ac considerantes præfati *Domini nostri Regis* Liberationem, non solùm nobis, sed etiam toti Regno Scotiæ pro ipsius bono Regimine desiderantissimam, & ipsius Adventum, a multis diebus expectatum, Nobis & toti Regno suo fore Jocundissimum,

Ac propterea volentes prædicta Appunctuamenta & Conclusa, quantum ad Nos, cum effectu, exequi & perimplere,

De præfati *Domini Regis* Consensu & Voluntate, scienter, spontè, & in veritate, dicimus, fatemur, ac, nomine nostro omnium & singulorum, & Communitatis nostræ prædictæ, Recognoscimus, si præfatus Dominus *Jacobus Rex noster*, Loco & Termino seu Terminis appunctuato seu appunctuatis, non solverit & non observaverit, ut prædictum est, Nos & Successores nostros Obligatos præfato *Regi Angliæ*, & ipsius Hæredibus & Successoribus, in Quinquaginta Millibus Marcarum, bonæ & legalis Monetæ Angliæ,

Quam quidem Summam Quinquaginta Millium Marcarum, vice & nominibus nostrûm omnium & singulorum, ac Communitatis nostræ, pro Nobis, & Successoribus nostris, promittimus, & unusquisque nostrûm principaliter pro Se, Hærede, & Successore suo in solidum promittit, in casu non Solutionis & non observationis prædictarum, solvere dicto *Henrico Regi Angliæ*, & Hæredibus suis, & ipsius Successoribus, vel eorum certo Nuncio, præsentes Literas, seu eorum Transumptum, deferenti vel habenti, in Ecclesia Sancti Pauli Londoniæ, in Anglia, infra Mensem, computandum a Tempore seu Termino, quo primò præfatus *Jacobus Rex noster* in solvendo, contra Appunctuamentum, in eâ parte habitum, & superius recitatum, Defecerit, absque dilatione ulteriori,

Volumus insuper & Concedimus, per Præsentes, pro Nobis, & Successoribus nostris, ut ipse *H. Rex Angliæ* prædictus, ipsiusve Hæres, aut quivis Successor, possit (Fori Privilegio non obstante) Nos, & Successores nostros, & quemlibet nostrûm in solidum, & quem primum voluerit, vice & Nomine Communitatis nostræ, & ipsam Communitatem, ubique locorum atque terrarum, in omni Foro, & sub quocunque Judice, tàm Ecclesiastico, quàm Seculari, in omni Curiâ, ad Solutionem summæ prædictæ, in Parte, vel in Toto, convenire, non obstante vel præjudicante sibi ut, si Partem Debiti in Judicio vel extra exegerit vel receperit ab aliquo nostrûm, non ideò minùs possit ipsum eundem,
*X. 325. vel etiam reliquos nostrûm, & * quem nostrum maluerit, ad Residuum Summæ vel Debiti hujusmodi principaliter & in solidum convenire.

Promittentes Nos non probare Solutionem aut Liberationem hujusmodi Debiti fore, nisi per præsentes Litteras Incisas vel Cancellatas, aut Acquitantiam, sub Magno Sigillo Regis Angliæ, in hac parte conficiendam,

Pro Solutione verò supradicta, cæterisque Præmissis fideliter ac firmiter perimplendis, OBLIGAMUS Nos, & nostrûm quemlibet per se principaliter & in solidum, nomine & vice nostræ Communitatis prædictæ, & nostram Communitatem, ac omnia Bona nostra propria & Communitatis nostræ antedictæ, præsentia & futura, ubique Locorum & Terrarum inventa,

Renunciantes Exceptioni rei non sic gestæ; Beneficio Læsionis, Restitutionis, & Circumventionis; Juris Canonici & Civilis auxilio; omni Statuto, Consuetudini, Privilegio; & omni Juri, per quod generalis Renunciatio reprobatur vel dicitur non valere; ac omnibus aliis Exceptionibus, Allegationibus, & Defensionibus, quæ possunt contra præsentes Literas, vel Contenta in eisdem, obici vel opponi.

In quorum omnium fidem & testimonium Sigillum nostrum

De Instrumentis, Redemptionem Jacobi Regis concernentibus, custodiendis.

HÆC INDENTURA, Ann. D. 1424.
FACTA inter *Johannem Londoniensem & Thomam Dunelmensem*, Episcopos, & *Willielmum Alnewyk* Custodem Privati Sigilli, Metuendissimi Domini nostri *Regis Angliæ*, &c. Commissarios, unà cum aliis, per ipsum Dominum nostrum assignatos ad Conveniendum cum *Jacobo Rege Scotorum*, & aliis, & ad Recipiendum, pro Securitate certorum Appunctuamentorum, pro Liberatione *dicti Regis Jacobi*, Obsides, Literas obligatorias, & alia, in certo Appunctuamento, indè Londoniæ facto, contenta, ex unâ Parte, & Magistrum *Johannem Stafford* Thesaurarium Angliæ ex aliâ Parte, An. 2. H. 6. Ex Autogr.

TESTATUR quòd, in præsentiâ Dominorum de Magno Concilio præfati Domini Regis Angliæ; videlicet, Illustrissimi Principis *Humfridi Ducis Gloucestriæ*,

Reverendissimi Patris *Henrici Wyntoniensis Episcopi*,

Radulphi Cromwell,

Johannis de Scrop,

Et *Walteri Hungreford*,

Militum & Consiliariorum præfati Domini nostri *Regis Angliæ*;

In eodem Concilio præfati, *Johannes Londoniensis*, & *Thomas Dunelmensis*, Episcopi, & *Custos Privati Sigilli*, Liberarunt supradicto *Thesaurario*, ad opus dicti Domini nostri Regis custodienda, Commissiones, Appunctuamenta, Obligationes, Indenturas, & alia infrascripta; videlicet,

Commissionem Gubernatoris Regni Scotiæ, factam W. Glasguensi *Episcopo & aliis, ad Tractandum, cum quibuscunque Commissariis* Regis Angliæ, *de & super Deliberatione* Jacobi Regis Scotorum.

Appunctuamentum, factum Eborum super Liberatione ejusdem.

Aliud Appunctuamentum, factum Londoniæ super Liberatione ejusdem.

Obligationem dicti Jacobi Regis Scotorum, *factam in Anglia, de Quadraginta Milibus Librarum.*

Obligationem Villæ de Perth.

Obligationem Villæ de Abirdene.

Obligationem Villæ de Dunde.

* *Obligationem* Villæ de Edynburgh. *X. 326.

Literam Obsidum, sub eorum Sigillis, Testimonialem super eorum Juramento.

Literam Walteri Stewart, *super Consensu suo quòd Filius suus remaneat Obses.*

Literam Andreæ Gray *consimilem.*

Literam Johannis Lyon *consimilem.*

Indenturam, sub Secreto Sigillo Jacobi Regis Scotorum, *factam in Anglia, super Traditione Obsidum, Obligationum, & Juramentis sui præstatione.*

Indenturam, Factam inter Londoniensem *&* Dunolmensem *Episcopos & alios Regis Commissarios ex unâ Parte, &* Robertum Hiltonem *Vicecomitem Eborum, super Liberatione Obsidum, factâ eidem Vicecomiti.*

Obligationem Jacobi Regis Scotorum, *sub Magno Sigillo suo, factam in Scotiâ, de Quadraginta Milibus Librarum.*

Literas confirmatorias Jacobi Regis Scotorum *sub Magno Sigillo suo, factas in Regno suo Scotiæ, super Appunctuamento facto Londoniæ.*

Commissionem præfati Jacobi Regis Scotorum, *factam sub Magno Sigillo suo* Willielmo Scot, *ad Tradendum Cancellario Angliæ Literas Confirmatorias super Appunctuamento, &c. & ad Recipiendum Literas consimiles* Regis Angliæ *super Appunctuamento, &c.*

Indenturam, factam sub Sigillo Secreto Regis Scotorum *in Anglia, super Treugis generalibus, per Terram, & per Mare, duraturis per Septennium, concordatis inter ipsum* Regem Scotorum *& Commissarios* Regis Angliæ.

Et aliam Indenturam consimilem, factam sub Magno Sigillo suo in Scotia, super Treugis prædictis.

In cujus rei Testimonium Partes prædictæ Partibus hujus Indenturæ Sigilla sua alternatim apposuerunt.

Dat. apud *Westmonasterium*, Quinto decimo die Mensis Martii, anno Regni Regis Henrici Sexti post Conquestum Secundo.

Sub tribus Sigillis, rubei Coloris, pendentibus a caudis pergamenæ.

Obli-

que Auditorum, Viceauditorum, cæterarumque aliarum Curiarum, tàm Ecclesiasticarum, quàm Secularium, ubilibet constitutarum, & cujuslibet earumdem, in qua seu quibus præsentes nostræ Literæ Obligatoriæ, aut earum verum & auctenticum Transumptum ostendi contigerit seu produci,

Renunciantes palàm & expressè omni & cuilibet Juri, tàm Canonico, quàm Civili, Divino & humano, Scripto vel * non
*X. 327. Scripto, Novo & Veteri, Generali & speciali, Edito vel Edendo, Promulgato vel Promulgando, Statutis & Consuetudinibus quibuscumque, Exceptioni doli mali & metûs, ac non numeratæ Pecuniæ, in Factum Actioni, Condictioni indebiti sine causâ, vel ex injusta, Privilegio Fori, Feriisque Messium & Vindemiarum, Litteris & Rescriptis Papalibus, jam concessis vel in antea concedendis, impetratis vel impetrandis, & generaliter omnibus aliis & singulis Juribus, & Beneficiis, & Defensionibus quibuscumque, per quæ seu quod contra præsentes nostras Litteras Obligatorias venire possemus, seu Modo aliquo Nos Juvare,

In quorum omnium & singulorum testimonium Sigillum nostrum Præsentibus apponi fecimus.

Dat. sub Sigillo nostro Secreto, Vicesimo octavo die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo quarto, & Regni nostri Decimo octavo.

Sub Sigillo rubeo, pendente a Caudâ Pergamenæ.

Indentura, sub secreto Sigillo Jacobi Regis Scotorum facta in Anglia, super Traditione Obsidum, Obligationum, & Juramenti sui præstatione.

Ann. D. 1424. An. 2. H. 6. Ex Autogr.

HÆC INDENTURA,

FACTA inter Serenissimum Principem *Jacobum Regem Scotorum* ex Parte unâ, &, Venerabiles in Christo Patres, *Johannem Londoniensem, & Thomam Dunelmensem*, Episcopos, *Henricum Northumbriæ, & Radulphum Westmerlandiæ*, Comites, *Ricardum Nevil* Custodem West-Marchiæ Angliæ versus Scotiam, *Willielmum Alnewyk* Custodem Privati Sigilli, *Thomam Dominum de Dacre, Johannem Baronem de Graystock, & Robertum Umfrevil* Militem, Commissarios, Christianissimi Principis, *Henrici Regis Angliæ & Franciæ, & Domini Hiberniæ*, ad Infrascripta Deputatos, ex Parte alterâ,

TESTATUR quòd idem *Jacobus Rex* eisdem Commissariis,

Juxta vim, formam, & effectum, ac in Partem Executionis ejusdem Concordiæ & Appunctuamenti, super Liberatione suâ nuper conclusi & facti, inter Commissarios & Deputatos dicti *Regis Henrici*, ex Parte unâ, & Ambassiatores seu Commissarios Regni Scotiæ, ex alterâ,

Tradidit, Dedit, & Liberavit, pro Securitate Solutionis Summæ *Quadraginta Milium Librarum*, bonæ & legalis Monetæ Angliæ, ad Locum, Dies, & Terminos in dicto Appunctuamento contenta, ac plenæ & integræ Executionis & Complementi omnium & singulorum, in prædicto Appunctuamento contentorum, Obsides & Personas Obsidum, æstimatas, per Partem *dicti Jacobi Regis*, in Valore Annuo Reddituum, ad Summas infrascriptas; videlicet,

David Primogenitum & Hæredem Comitis Atholiæ reddituatum ad xii C. Marc.

Thomam Comitem Moraviæ ad M. Marc.

Alexandrum Comitem Craufordiæ, ad M. Marc.

Duncanum Dominum de Argill, ad xv C. Marc.

Willielmum Primogenitum & Hæredem Domini de Dalketh, ad xv C. Marc.

Necnon Literas suas Patentes Obligatorias, Magno Sigillo suo sigillatas, ac Quatuor Literas Obligatorias Quatuor Burgorum seu Villarum Regni Scotiæ, Sigillis Communibus earumdem Villarum sigillatas; videlicet,

Unam, *Villæ de Edenburg*,

Aliam, *Villæ Perth, Villæ Sancti Johannis* communiter nuncupatæ,

Tertiam, *Villæ de Dunde*,

Et Quartam, *Villæ de Abirdene*,

Ac insuper, quòd idem *Jacobus Rex* Promisit solempniter, in verbo Regis, & Juravit, ad Sancta Dei Evangelia, per eum corporaliter tacta, quòd omnia & singula, in dicto Appunctuamento pro ipsius Liberatione concordata & appunctuata, plenè & fideliter faciet & implebit, & quòd non faciet nec veniet in contrarium ipsorum, aut alicujus eorumdem, arte, ingenio, directè, vel indirectè, seu quovis exquisito colore,

Et, inter alia, quòd, infra Quatuor Dies, a Primo die Primi Ingressûs sui in dictum Regnum Scotiæ computandos, Literas suas Approbatorias ac Confirmatorias de & super omnibus & singulis, ut præfertur, Concordatis & Appunctuatis, necnon quòd Literas suas Obligatorias ejusdem Tenoris, cujus sunt Literæ suæ Patentes Obligatoriæ, de quibus supra fit mentio, utrasque tàm Obligatorias, quàm Confirmatorias, suo Magno Sigillo Sigillatas, Dabit, Tradet, & Liberabit præfato *Regi Henrico*, ipsiusve Hæredibus, seu Successoribus, aut Cancellario Angliæ pro tempore existenti, aut eorum Deputatis seu Deputandis, aut *Henrico Comiti Northumbriæ*, seu *Priori Ecclesiæ Cathedralis Dunelmensis*,

Ac Juramentum & Promissionem supradicta infra eosdem Quatuor Dies, Faciet, Repetet & Renovabit coram Commissariis *dicti Regis Henrici*, ad Videndum, Audiendum, & Interessendum in ea parte Deputandis.

In quorum omnium & singulorum Fidem & Testimonium huic Parti INDENTURÆ, penes præfatum Regem Henricum remanenti, præfatus *Jacobus Rex* Secretum Sigillum suum mandavit apponi.

Dat. *Dunelm.* Vicesimo octavo die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo quarto.

Sub Sigillo, rubei coloris, pendente a caudâ Pergamenæ.

Indentura, facta sub Sigillo secreto Regis Scotorum in Anglia, de Treugis, per Septennium duraturis.

HÆC INDENTURA,

FACTA inter, Serenissimum Principem, *Jacobum Regem Scotorum* ex Parte unâ, &, Reverendos in Christo Patres, *Johannem, Londoniensem*, & *Thomam, Dunolmensem*, Episcopos, *Henricum Comitem Northumbriæ* Gardianum Orientalis Marchiæ Angliæ versus Scotiam, *Radulphum Neville* Comitem Westmorlandiæ, *Ricardum Neville* Gardianum Occidentalis Marchiæ Angliæ versus Scotiam, *Willielmum Alnewyk* Custodem Privati Sigilli, *Thomam Dominum de Dacre, Johannem Baronem de Graystok*, & *Robertum Umfrevill* Militem, Commissarios, Christianissimi Principis, *Henrici Regis Angliæ & Franciæ, & Domini Hiberniæ*, ad Infrascripta sufficienter & legitimè Deputatos, Ann. D. 1424. An. 2. H. 6. Ex Autogr.

* Prout ex eorum Commissionis Litteris, *X. 329.

Quarum Tenor sequitur, & est talis,

Henricus, Dei gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ, Dominus Hiberniæ*, omnibus ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De industria, fidelitate, & circumspectione, Venerabilium in Christo Patrum, *J. Londoniensis, Thomæ, Dunolmensis*, Episcoporum,

Terram, quàm per Mare, inter Nos, & Regna, Terras, Dominia, Ligeos, & Subditos nostra, & ipsum Regem Scotorum, & Regnum Scotiæ, Terras, Dominia, Ligeos, & Subditos sua, Ineundis & Firmandis, per tanti temporis Spatium, sive ad Terminum, prout præfatis Commissariis, Deputatis, & Nunciis nostris, Octo, Septem, vel Sex eorum, videbitur, duraturis,

Et ad omnia alia & singula Faciendum, Excercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis vel circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna,

Promittentes Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid per Commissarios, Deputatos, & Nuncios nostros prædictos, Octo, Septem, aut Sex eorum, Actum sive Gestum fuerit in Præmissis, vel aliquo Præmissorum.

In cujus rei testimonium has Litteras nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Westmonasterium*, Quartodecimo die Februarii, Anno Regni nostri Secundo.

Satis liquet,

TESTATUR quòd prædictus *Jacobus Rex & Commissarii supradicti*, in vim Potestatis eorum suprascriptæ, Inierunt, Concordarunt, & Concluserunt, Ineunt, Concordant, & Concludunt bonas, firmas, indubias, & inviolabiles Treugas & Guerrarum Abstinentias seu Sufferentias, per Terram & per Mare, pro dictis Regibus eorumque Hæredibus, & Successoribus, ac eorum Regnis, Terris, Dominiis, necnon Vassallis, Ligiis, & Subditis eorum quibuscumque, duraturas, ab Ortu Solis Primi Diei Mensis Maii proximò futuri, per Septennium extunc proximò futurum (videlicet) usque ad Occasum Solis dicti Primi Diei ejusdem Mensis Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Tricesimo Primo,

Quibus quidem Treugis, Guerrarum Abstinentiis Sufferentiisve, sic durantibus, Concordatum est, hinc & inde, quòd uterque dictorum Regum cessare faciet per Se, Vassallos, Ligios, & Subditos suos quoscumque, omnes Prisias Personarum, Bonorum, Villarum firmatarum, Fortalitiorum, & aliorum Locorum, omnes Pilerias, Roberias, Incendia, Demolitiones Domorum & Murorum, Prostrationes Arborum, tàm portantium Fructus, quàm aliarum quarumcumque, per omnia Regna, Terras, Dominia, seu Loca quæcumque, alteri eorumdem Subdita, Subjecta, seu quoquomodo Pertinentia, ac omnia alia Facta Guerræ, tàm per Terram, quàm per Mare.

ITEM, quòd nullus dictorum Regum, supradictis Treugis durantibus, Portabit, Faciet, Inferet, nec a Vassallis, Ligiis, seu Subditis suis quibuscumque Portari aut Inferri permittet alteri eorumdem Regum, in Regnis, Terris, Dominiis, seu Locis quibuscumque, ipsi alteri Regi Subditis, Subjectis, seu quoquo modo Pertinentibus, vel aliàs, per Terram, sive per Mare, Guerram, Dampnum, Molestiam, sive Gravamen.

ITEM, quòd, si, durantibus dictis Treugis, seu Guerrarum Abstinentiis, contingat aliquos Mercatores, Peregrinos aut Piscatores, unius Partis vel alterius, navigando ex causa Mercandizandi, Peregrinandi, seu Piscandi, vi Tempestatis aut Ventorum impellente, Applicare in aliquo Portuum alterius Partis, non licebit
* X. 330. alteri Parti aut ejus Subditis ipsos aut eorum Naves vel * Bona Capere, set licebit eisdem sic Impulsis, & debent, unà cum earum Navibus & Bonis, liberè ab hujusmodi Portu, quamcitiùs commodè poterint, Recedere absque Impedimento quocumque per alteram Partem sibi dando:

Et, si aliquid factum vel attemptatum fuerit, in contrarium præsentium Treugarum, illud legitimè Reparabitur, ad pristinum & debitum Statum, per Partem illam, ex quâ seu per cujus Subditos sic Attemptatum fuerit, absque contradictione seu difficultate quacumque:

Et, si aliqui de una Parte capiant aliquod Fortalitium super aliam Partem, Ipse, super & adversus quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, poterit illud Recuperare, per viam Facti, vel aliter quoquo modo, prout meliùs poterit; Et etiam poterit Punire Malefactores in ea parte secundùm exigentiam Casus:

Et tenebuntur Conservatores Partis illius, cujus Subditis Fortalitium hujusmodi ceperit, Succurrere & Juvare ipsum, super & adversus quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, quamcitiùs & quam diligentiùs poterit, ipsius Partis Offendentis expensis; vel, si magis placuerit, Ipse, super quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, requirere poterit & summare Regem & Conservatores alterius Partis quod sibi Reddi faciant & Restitui dictum suum Fortalitium, & Malefactores, qui Fortalitium hujusmodi ceperint, Puniendos; quod ipsi, pro posse, facere & Perimplere tenebuntur, absque fraude, dolo, seu malo ingenio quocumque.

ITEM, Concordatum est quod, si aliqui ex Vassallis, Ligiis, aut Subditis unius Partium prædictarum Deliquerint in Territorio alterius Partis, liceat Parti, in cujus Territorio sic Deliquerint, ipsi Conservatores Partis illius, cujus idem Malefactor Subditus extiterit, Reparare Attemptata de Bonis hujusmodi Malefactoris quatenus se extendi poterunt:

Si verò idem Malefactor, sic Captus, sive Deprehensus, non habeat in Bonis unde Satisfacere valeat, hoc Casu eo graviùs Punietur & licet in Corpore:

Et quicumque Malefactorem hujusmodi scienter Receptaverit, Celaverit, aut Consilium ei dederit, Auxilium, seu Favorem, ad eandem, in omnibus, Satisfactionem & Pœnam tenebitur, ad quam faciendam & subeundam teneretur hujusmodi Malefactor, si posset apprehendi.

ITEM, quòd, si (quod absit) aliquod in contrarium Præmissorum, seu præsentium Treugarum, aut alicujus eorumdem, per Terram, sive per Mare, fieri vel attemptari contigerit, per Hoc tamen præsentes Treugæ non erunt, censebuntur, aut reputabuntur Ruptæ, Infirmatæ, vel adnullatæ; set nichilominus in suo Robore permanebunt & Vigore, nec Guerræ pro eo fieri debent ab una Parte vel ab altera, nec Prisiæ Personarum, nec Districtiones sive Captiones Bonorum, nec Obsidiones Villarum, Castrorum, aut Fortalitiorum, nec Homicidia, Murdra, aliave quæcumque, in contrarium Præmissorum, a quocumque attemptari sive committi; set Reparabuntur & Renoventur in Statum pristinum & debitum Maleficia, Attemptata, & Interprisia hujusmodi quæcumque per Conservatores & Commissarios illius Partis, cujus Subditi sic attemptaverint, offenderint, seu malefecerint, vel aliàs secundùm Modum superiùs recitatum:

Qui verò contrafecerit,

Videlicet, Movendo Guerram, seu Obsidendo, Invadendo, aut Capiendo Villas vel Fortalitia, aut Faciendo Homicidia sive Murdra, propter aliquod Attemptatum ex parte altera, aut propter Auctoritatem & Decretum Conservatorum, faciendo Prisias Personarum, aut Dictrictiones seu Captiones Bonorum,

* Eo ipso recidet a causâ sua, & nichilominus Punietur juxta Delicti sui exigentiam, ac Restituet & reparabit alteri Parti omne illud, in quo eam læserit & ceperit ab eadem. * X. 331.

ITEM, quód, si aliquis Subditorum unius Regum prædictorum Contrahat vel quasi, seu Delinquat vel quasi, infra Regnum, Terram, sive Dominium illius ex Regibus cujus idem Contrahens vel Delinquens est Subditus, & extunc, pro vitandâ Justitiâ, se Subtrahet & Effugiat in Locum quemcumque, subditum sive subjectum alteri ex eisdem Regibus, cujus Subjectus non extiterat, & illic deveniat Homo Ligius illius Regis, nichilominus Compelletur ad Respondendum, & Satisfaciendum, ac Subeundum Justitiam, de Debito seu Delicto suo hujusmodi, coram conservatoribus Treugarum utriusque Partis, æquè ut Satisfacturus & Subiturus fuisset si permansisset sub Fide & Ligiantia illius Regis, cujus Terram & Dominium effugit:

Si verò in solâ Fugâ perstiterit, nec tamen devenerit Homo Ligius illius Regis in cujus Terram sic Confugit, eo Casu Remittetur & Restituetur illi Parti, cujus Ligius & Subditus fuerit, pro Justitia, de eo, prout sibi videbitur, facienda.

ITEM, ut Treugæ prædictæ eo firmiùs & meliùs Conserventur, quo cuilibet ex Subditis Partium prædictarum, Conqueri volenti, liberior pateat facultas Justitiæ suæ prosequendæ, Concordatum est quòd, si aliquis, ex Subditis unius Partium prædictarum, quidquam Deprædatus fuerit seu Attemptaverit infra Marchias aut Terram alterius Partis, &, post Deprædationem hujusmodi seu Attemptatum, fugiendo revertatur in Marchias sive Terram illius Partis cujus est Subjectus, licebit illi, contra quem sic attemptaverit (in recenti, videlicet, infra sex Dies, computandos a tempore Delicti sic attemptati sive commissi) Auctoritate præsentis Concordiæ, absque aliis Litteris de salvo Conductu, Prosequi illum Malefactorem, &, Ipsum sic Prosequendo, intrare salvò & securè Marchiam sive Terram, in quam idem Malefactor se retraxerit; vel, si melius sibi videbitur, poterit, infra prædictos Sex Dies, vel etiam quandocumque postea, adire unum ex Gardianis Marchiarum alterius Partis:

Et idcirco Concordatum est quòd tàm Gardiani Marchiarum Angliæ versus Scotiam, quàm Gardiani Marchiarum Scotiæ versus Angliam, dare poterunt bonas & sufficientes Litteras de salvo Conductu (videlicet, quilibet Gardianorum unius Partis Litteras hujusmodi de salvo Conductu Subditis alterius Partis) pro veniendo ad Prosequendam Justitiam suam, penes Regem seu Consilium suum, in Conservatores illius partis, per cujus Subditum seu Subditos dicit se Læsum; factâ primitùs fide per eum coram ipso Gardiano quòd, omni dolo, fraude, & malo ingenio cessantibus, ad hoc solum petit Litteras hujusmodi de salvo Conductu ut, juxta quod præfertur, prosequatur Causam & Justitiam suam, & quod eas efficaciter, quantum in se est, Prosequetur & prosequi intendit:

Et, quia dictæ Treugæ nondum Puplicatæ sunt aut Cognitæ plerisque ex Subditis dictarum Partium, & præsertim Naviganti-

bus

Walterus Comes Atholiæ,
Alexander Comes de Mar,
Archibaldus Comes de Wygeton,
Georgius Comes Marchiæ,
Dominus Willhelmus Constabularius Scotiæ,
Johannes Dominus de Seton,
Thomas Dominus de Somervile,
Jacobus Dominus de Dalketh,
Johannes Forster,
Custodes Marchiarum Scotiæ versus Angliam,

Qui quidem,

Humfridus, *Thomas*,
Duces,
Edmundus, *Ricardus*, *Henricus*, *Radulphus*,
Comites,
Robertus,
Dominus,
Robertus, & *Walterus*,
Milites,

Murdacus,
Dux,
Walterus, *Alexander*, *Archibaldus*, *Georgius*,
Comites,
Johannes,
Dominus,
Jacobus, & *Johannes*,

Hinc inde habebunt plenum Posse, soli & in solidum, ac *Custodes* & *Admiralli* in Locis Custodiæ & Admirallatûs suorum, ad Reparandum & Emendandum omnia Dampna, Attemptata, & Excessus facta & perpetrata contra Tenorem dictarum Treugarum, & Puniendum Malefactores secundùm Casuum exigentiam.

In quorum omnium & Singulorum Testimonium atque Fidem huic Parti INDENTURÆ, penes prædictum *Regem Henricum* remanenti, præfatus *Jacobus Rex* Sigillum suum Secretum apponi fecit.

Dat. *Dunelm.* Vicesimo Octavo Die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo, Vicesimo Quarto.

Sub Sigillo, rubei coloris, pendente a caudâ Pergamenæ.

De Conducendo Regem Scotorum.

Ann. D. 1424. An. 2. H. 6. Scot. 2. H. 6. m. 5.

REX, Carissimo Consanguineo suo *Henrico Comiti Northumbriæ* Custodi Estmarchiæ nostræ versus Scotiam, vel ejus Locumtenenti, ac, dilectis & fidelibus suis, *Roberto Ogle* & *Willelmo Heron*, Militibus, ac Vicecomiti Northumbriæ, Salutem.

Vobis Præcipimus & Mandamus quòd vos, Quinque, aut Quatuor ex vobis, cum decenti & sufficienti Numero Ligeorum nostrorum in Comitiva vestra, Carissimum Consanguineum nostrum, *Jacobum Regem Scotorum* a Civitate Dunelmensi usque Regnum Scotiæ, cum omni quo valetis Honore, Conducatis,

Non permittentes sibi, aut suis in ejus Comitiva profecturis, ab aliquo Ligeorum nostrorum Impedimentum aliquod aut Obstaculum quoquomodo dari, quo minùs in dictum Regnum liberè & absque impedimento progredi valeat & transire.

Teste Rege apud *Dunelm.* Vicesimo Octavo Die Martii.

Per Concilium.

Teste Rege apud *Dunelm.* Vicesimo Octavo Die Martii.

Per Concilium.

Litera Obsidum, sub eorum Sigillis Testimonialis, super eorum Juramento.

NOS, Ann. D. 1424. An. 2. H. 6. Ex Autogr.

David Primogenitus & Hæres Comitis Atholiæ,
Thomas Comes Moraviæ,
Alexander Comes Craufurdiæ,
Duncanus Dominus de Argil,
Willhelmus Primogenitus & Hæres Domini de Dalketh,
Gilbertus Primogenitus & Hæres Willhelmi Constabularii Scotiæ,
Robertus Marescallus Scotiæ,
Robertus Dominus de Erskyn,
Walterus Dominus de Driltonne,
Thomas Boyd de Kilmernok,
Dominus Patricius de Dunbarr. Dominus de Camnok,
Alexander Dominus de Gordonne,
Dominus Willhelmus de Albirnethy,
Hugo Dominus de Louet,
Jacobus de Dunbart. Dominus de Frendrach,
Andreas Gray de Foullis,
Dominus Robertus de Levinstonne,
Johannes Lyndesay,
Dominus Robertus de Lille,
Jacobus Dominus de Ca'dez,
Jacobus Dominus de Cadrze,
Dominus Willhelmus de Rothuane,
Willhelmus Olyfaunt Dominus de Aberdalgy,
Georgius Primogenitus & Hæres Hugonis Cambel,
Robertus Primogenitus & Hæres Domini Roberti de Mautalent,
David Meignez,
David de Ogilby,
Et Patricius Primogenitus & Hæres Domini Johannis Lyon,

UNIVERSIS Notum facimus, per Præsentes, nos, conjunctim, & divisim, Constituisse Nos, & Posuisse, ac Devenisse, & per Præsentes Devenire & Esse Obsides atque Plegios apud, Christianissimum Principem, *Henricum Regem Angliæ & Franciæ*, &c. pro Serenissimo Principe *Jacobo Rege Scotorum* Domino nostro,

Necnon pro Summâ *Quadraginta Milium Librarum*, bonæ & legalis Monetæ Angliæ, solvendarum præfato *Regi Henrico*, ad Locum & Terminos, limitatos in quodam Appunctuamento, inter prædictos Reges, de & super Liberatione præfati Domini nostri Ligii facto & concordato,

Et pro Securitate ac Complemento omnium & singulorum in dicto Appunctuamento contentorum,

* Atque Jurasse, ad Sancta Dei Evangelia, per Nos corporaliter tacta, quòd, usque ad plenariam in omnibus & finalem Executionem & Complementum omnium & singulorum, pro Liberatione dicti *Jacobi Regis* Appunctuatorum & Concordatorum, inclusivè, benè & fideliter, absque fraude, dolo, seu malo ingenio, permanebimus & expectabimus penes prædictum *Regem Henricum*, & in ejus Potestate & Custodia, seu suorum Hæredum & Successorum, aut suorum in eâ parte Commissariorum & Deputatorum, & quilibet nostrûm sic permanebit & expectabit, nec abinde quoquo modo Recedemus, nec Recedet aliquis nostrûm, sine Licentiâ dicti *Regis Henrici*, aut Hæredum, seu Successorum suorum, sub Literis suis Patentibus, Magno Sigillo suo • X.134.

Sigil-

Literâ Andreæ Gray, super Consensu suo, quod Filius suus remaneat Obses, &c.

Ann. D. 1424. *An. 2. H. 6. Ex Autogr.* NOVERINT UNIVERSI, per Præsentes, quòd *Andreas Gray Filius*, ac jure Successorio & consuetudine Regni Scotiæ Hæres mei *Andreæ Gray* de Foulys unicus, de Consensu & Voluntate meis expressis, accedit in Regnum Angliæ, ad remanendum ibidem Obses, unà cum aliis, pro Securitate Observationis nonnullorum Articulorum, nuper appunctuatorum pro Liberatione Serenissimi Principis *Domini Jacobi Scotorum Regis:*

Quem quidem *Andream Gray*, Filium & Hæredem meum prædictum, faciam & procurabo, quantum michi possibile exitit, fidelem sic Obsidem, usque ad finale Complementum & Executionem omnium hujusmodi Appunctuatorum (salvo sibi Beneficio Transmutationis in formâ concordatâ) remanere:

Et, si contingat præfatum *Andream Gray*, Filium & Hæredem meum prædictum, contra formam Appunctuatorum hujusmodi Recedere, aut Se Subtrahere (quod absit) Ipsum, infra Mensem, a die quo michi primo de Recessu aut Subtractione hujusmodi quoquo modo innotuerit in Potestatem & Custodiam, Serenissimi Principis, *Henrici Regis Angliæ & Franciæ*, ipsiusve Hæredum, & Successorum, aut suorum Deputatorum, prout priùs fuerat, Reducam & Restituam; aut, infra eundem Mensem, in prædictas Potestatem & Custodiam Me Obsidem ipsius loco Reponam:

Promittens firmiter, in veritate & ex bonâ fide, quòd dictum Filium meum, sic Obsidem remanentem, nullâ ex causâ, in toto, vel in parte, Exhæredem faciam; sed eidem Successionem suam illæsam, & illibatam, atque integram, usque ad ipsius Liberationem finalem inclusivè, secundum modum appunctuatum conservabo:

Ad quæ omnia & singula fideliter & firmiter perimplenda Obligo Me, Hæredes & Executores meos, ac omnia Bona mea, mobilia & immobilia, præsentia & futura, subiciens Me, Hæredes, & Executores meos, & Bona mea prædicta Cohertioni & Jurisdictioni cujuscunque Judicis, Ecclesiastici, vel Secularis.

In cujus rei Testimonium Sigillum meum Præsentibus apposui.

Datæ *apud Foulis*, Vicesimo octavo die Mensis Martii, Anno
* X.335. Domini * Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo quarto.

Sub Sigillo, albi coloris, pendente a caudâ pergamenæ.

Consimiles, sub Datis subscriptis,

Johannis Lyon, super consensu suo, quòd Filius suus remaneat Obses, &c.

Datæ apud Glammys, vicesimo quarto die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo octavo.

Walteri Steward, super consensu suo, quòd Filius suus remaneat Obses, &c.

Datæ *apud Castrum meum de Methfen*, vicesimo septimo die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo quarto.

Willielmi de Hay super consensu suo, quod Filius suus remaneat Obses, &c.

Datæ *apud Dunde*, ultimo die Mensis Martii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, vicesimo quarto.

Indentura super liberatione Obsidum.

Ann. D. 1424. *An. 2. H. 6. Ex Autogr.* HÆC INDENTURA, TESTATUR quòd *Johannes Episcopus Londoniensis*, *Thomas Episcopus Dunelmensis*, *Henricus Comes Northumbriæ*, *Radulphus Comes Westmerlandiæ*, *Richardus Nevyl* Custos Westmarchiæ versus Scotiam, *Willielmus Alnewyk* Custos Privati Sigilli Domini nostri Regis, *Thomas Dominus de Dacre*, *Johannes de Graystok* Miles, & *Robertus Umfraville* Miles, Commissarii prædicti Domini nostri Regis, pro Deliberatione Carissimi Consanguinei ejusdem Domini nostri Regis *Jacobi Regis Scotorum* Deputati, Deliberaverunt *Roberto Hilton* Militi, Vicecomiti Eborum,

Dominum Willielmum de Abirnethy,

Robertum Primogenitum & Hæredem Domini *Roberti Mautalant*,

Duncanum Dominum de Argill,

Thomam Boyd, de Kylmernok,

Patricium de Dunbarre Dominum *de Cumnok*,

Georgium Primogenitum & Hæredem *Hugonis Cambel*,

Jacobum Dominum *de Cadize*,

Et Dominum *Robertum de Levyngston*,

Obsides, pro præfato *Jacobo Rege*, præfato *Domino nostro Regi*, per eundem *Jacobum Regem*, traditos & liberatos, ad eosdem Obsides, juxta formam & effectum quorundam Brevium prædicti Domini nostri Regis, eidem Vicecomiti directorum, liberandos.

In cujus rei Testimonium tàm prædicti Commissarii quàm prædictus Vicecomes præsentibus Sigilla sua alternatim apposuerunt.

Dat. *Dunelmi*, vicesimo nono die Martii, Anno Regni prædicti Domini nostri Regis Secundo.

Sigillum deest.

De Obsidibus Deliberandis & Recipiendis.

REX, dilecto Armigero suo, *Roberto Waterton*, Constabulario Castri nostri de Pontfreyt, Salutem. Ann. D. 1424. *An. 2. H. 6. Claus. 2. H. 6. m. 8.*

Quibusdam certis de causis, Nos & Concilium nostrum specialiter moventibus, vobis Mandamus quòd,

* *David* Filium Seniorem & Hæredem *Comitis d'Atholie*, * X.336.

Alexandrum Comitem *de Crauford*,

Alexandrum Dominum *Gordonne*,

Johannem de Lyndesay,

Patricium Filium Seniorem & Hæredem *Johannis de Lyon* Chivaler,

Andream Gray de Fouillis,

David de Ogilby,

Willielmum de Rothuane Chivaler,

David Megnere,

Et,

Willielmum Olyfaunt Dominum de Abirdalgy,

Obsides, pro, Carissimo Consanguineo nostro, *Rege Scotorum*,

Vobis nuper, per Commissarios, pro Tractatu de Deliberatione ejusdem Consanguinei nostri assignatos, commissos, in Castro prædicto salvo Custodiendos,

Dilecto Nobis *Roberto Scot*, Locumtenenti Constabularii nostri Turris Londoniæ, per *Indenturas*, inde inter *Vos* & præfatum *Robertum de Scot*, Diem Deliberationis, & Receptionis Obsidum prædictorum & eorum Nomina Testificantes, debitè conficiendas, Liberetis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxi die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

REX, dilecto sibi, *Roberto Scot*, Locumtenenti Constabularii nostri Turris Londoniæ, Salutem.

Quibusdam certis de causis, Nos & Concilium nostrum specialiter moventibus, Vobis Mandamus quòd,

David Filium Seniorem & Hæredem Comitis d'Atholiæ, &c. ut supra usque ubi, Scotorum, *& tunc sic*, de, dilecto Armigero nostro, *Roberto Waterton*, Constabulario Castri nostri de Pontefreyt, per *Indenturas*, inde inter *Vos* & præfatum *Robertum Waterton*, diem Deliberationis & Receptionis Obsidum prædictorum & eorum Nomina Testificantes, debitè conficiendas, Recipiatis, & eos in Turri prædicta salvo Custodiri faciatis.

Teste ut supra.

Per idem Breve.

REX, dilecto & fideli Militi suo, *Ricardo Hastynges*, Constabulario Castri nostri de Knaresburgh, Salutem.

Quibusdam certis de Causis, Nos & Concilium nostrum specialiter moventibus, vobis Mandamus quòd,

Gilbertum Filium Seniorem & Hæredem *Willielmi Constable de Scotia*,

Jacobum Dominum *de Caldor*,

Robertum Filium Seniorem & Hæredem Domini *Roberti Mautalent*,

Robertum de Lyle,

Robertum Marescallum Scotiæ,

Et *Dominum Willielmum de Abbirnethey*,

Ob-

Et *Dominum Robertum de Levinston*,

Obsides, pro, Carissimo Consanguineo nostro, *Rege Scotorum*, in Custodia vestra apud Castrum de Fodrynghey jam existentes,

Et Vobis nuper, per Commissarios, pro Tractatu & Deliberatione prædicti *Consanguinei nostri* assignatos, commissos, in Castro prædicto salvò Custodiendos,

Dilecto Nobis *Galfrido Louther*, Locumtenenti Constabularii Castri nostri Dovorriæ, per *Indenturas*, inde inter *Vos* & præfatum *Galfridum*, Diem Deliberationis & Receptionis Obsidum prædictorum & eorum Nomina Testificantes, debitè conficiendas, Liberetis.

Teste ut supra.

Per idem Breve.

REX, dilecto sibi, *Galfrido Louther*, Locumtenenti Constabularii Castri nostri Dovorriæ, Salutem.

Quibusdam certis de Causis, *&c. ut supra usque ibi*, Scotorum, *& tunc sic*, in Custodia, dilecti & fidelis nostri, *Thomæ Burton* Chivaler, apud Castrum de Fodrynghey, jam existentes, ab eodem *Thoma*, per *Indenturas*, inde inter *Vos* & præfatum *Thomam*, Diem Deliberationis & Receptionis Obsidum prædictorum & eorum Nomina Testificantes, debitè conficiendas, Recipiatis, & eos in Castro prædicto Custodiri faciatis.

Teste ut supra.

Per idem Breve.

De Conductubus pro Servientibus Obsidum.

Ann. D. 1424. *An. 2. H. 9. Pell.*

WE Ostage, beyng withynne the Tour of London, asken Conducts for oure Servaunts, whoys names ben underwreten,

First, *William of Dowglas* asketh a Conducte for *Alysaunder Broun*, *Adam Tayit*, and *John Gibson*, to goo safe unto him in what place that he be withynne the ground of Ingeland, and these Conductes to endure unto the first day of May next comyng,

Also, Sir *Patrick of Dunbar* asketh a Conducte for *Reynold Hogesson*, *Gilberd of Damrympille*, *Alysaunder of Doddes*, in the fourme aforsaid.

Also, *William Olyfaunt* axeth a Conducte for *Thomas Camby*, and Sir *Thomas Hirdmanton* Preest, and for a *Servant*, in the fourme aforsaid.

Also, *Jamys of Hamylton* asketh a Conducte for *John Glasford*, *Thomas of Hamylton*, *Thomas of the Kers*, and *John of Syndale*, and a *Servant*, in the fourme aforsaid.

Also, *Gilberd of the Haye* asketh a Conducte for *Nicol of Fenton*, *Nicoll Makkison*, and a *Servant*, in the fourme aforsaid.

Also, *Jamys of Sandylond* asketh a Conducte for *John of Wark*, *Thomas Humfract*, and a *Servant*, in the fourme aforsaid.

Also, Sr. *William of Ruthuen* asketh Conducte for *Robert of Weddale*, *Mathew of Chamer*, and a *Servant*, in the fourme aforsaid.

Also, *Andrew Gray* asketh a Conducte for *Patrick of Donsyon*, *Thomas Boyde*, and *Thomas Borun*, and *Gilbert Gray*, in the fourme aforsaid.

HEnri, &c. *Au Chanceller* Saluz.

Nous Volons, de l'avis & assent de nostre Conseil, & vous Mandons que a les Persones d'Escoce,

As queux vous semblera selonc vostre discretion, compris en la Cedule quele Nous vous envoions Closee denx cestes,

Facez avoir noz Lettres Severalles, desouz nostre Grand Seal, en due fourme,

A durers pur atant de temps come y semblera selonc mesme vostre discretion,

Dany Ogilby anothir, in the forme beforsaid, for *James of Mankorre*, *John Fodsheryngham*, with three Servants.

Dany Menyas anothir, for *Thomas of Tillew* prest, *John Hadyngton*, *John Makke*, *Walter Fresell*, *Andrew Dalowe*, & *Dany Johnnesson*.

Dany Stivard the Master of Athell, anothir, in the forme befor sayde, for *John of the Spense*, *Matthew Everard*, *Thomas Belle*, and Sire *Adam More*.

Walter of Haliburton anothir, for *William Frosell*, *John of Congilton*, *John of Dyton*, *William of Pilmore*, in the forme beforsayde.

Sir Robert of Lile anothir, in the forme beforsaide, for *John of Deny*, and *Gilcrist Sqwier*, and three Servants with hem.

Gilbert of the Hey anothir, for *Thomas Toryne*, *Nicoll Fenton*, *Nicoll Makkesson*, with two Servants with hem.

Sir Robert Critkyn anothir, in the forme beforsayde, for *Calbreth*, and *Colston*, and three Servants with hem.

William of Aburnethe anothir, in the forme beforsayd, for *Alisandre of Aburneth*, and *Rob. of the Spense*, and two Servants with hem.

Sir *Robert Matereland* anothir, for *John Mateland*, *Thomas Wilson*, and *John Glyson*, ech on a Servant with ham, in the forme beforsaide.

Sir *William Ruthven* anothir, in the forme beforsayd, for *Robert of Wedal*, *James of Dowglas*, *John of Lesseley*, and three Servants with hem.

Sir *Robert of Kethe*, the Marchall of Scotland, anothir, in the forme beforsaide, for *William of Crumbi*, *William Normle*, *Robert Forsyth*, and *William Valentine*.

James Sandelond, *the Lord of Caldor*, anothir, in the forme beforsayde, for *Walter Daniel*, *James of Parkley*, *John of Werk*, and three Servants with hem.

William Olyfant anothir, in the forme beforsaide, for Sir *Alisandir Cambron* Prest, *Thomas Camby*, *John Browne*, and *Davy Richardson*.

William Dowglas of Dalkeithe anothir, in the forme beforsaid, for *John Gibson*, *Robert Wigth*, *Adam Tayte*, and two Servants.

Sir *Robert Lemyngston* anothir, in the forme, *&c.* for *Henry of the Chamber*, *Henry the Ramesey*, and *Walter of Kyle*, and with hem two Servants.

James Honuldon anothir, in the forme, *&c.* for *Thomas Hamildon*, *John of Glasford of Westchaw*, and *Davy Hurl*, and with hem two Servants.

Dorf.

Quarto die Julii, *Anno secundo*, *apud Westmonasterium*, *concessum fuit quod fiat Warantum Domino Cancellario*, *de faciendo Litteras Patentes salvi Conductus*, *pro infrascriptis Scotiæ*, *secundum quod in Copiâ*, *huic Cedulæ annexâ*, *continetur*, *duraturas secundum quod dicto Cancellario videbitur expedire.*

Præsentibus,

Dominis,	Cromewell,
Duce Gloucestriæ,	Scroop,
Wyntoniæ,	Hungerford,
Et Wygorniæ,	Cancellario,
Episcopis,	Thesaurario,
Comite Warriwicæ,	*Et* Custode Privati Sigilli.

---

* X. 339. Ann. D. 1424. *An. 2. H. 6. Franc. 2. M. 6. m. 2.*

** Super Deliberatione Comitis de Huntingdon.*

REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Natalis Domini proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defen-

Regis [illegible] mitrent, absque hoc quod ipsi præsentes Literas Regis de salvo Conductu Constabulariis, Capitaneis, Majoribus, seu Custodibus eorumdem primitùs demonstrent,

Et quòd per licentiam eorum, vel eorum Locatenentium, introitum suum ibidem faciant,

Et quòd ipsi ibidem, ultra unum diem & unam noctem, nisi, pro causa necessitatis, licentia eis, seu alicui eorum, per præfatos Constabularios, Capitaneos, Majores, seu Custodes, vel per eorum Locatenentes, sit concessa, *non morabuntur*.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

REX, per Literas suas Patentes, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Lodowicum de Burbon* Comitem de Vuandosme Militem, *Karolum de Manny* Militem, & *Johannem de Trou* Militem, ad Conducendum & Ducendum, carissimum Consanguineum Regis, *Comitem Huntyngdoniæ* usque in Terram & Marcheam de Obedientia Regis, & ad Redeundum, cum Quinquaginta Hominibus in Comitiva sua vel in Comitiva unius eorum, Equestribus, vel Pedestribus, Armatis, vel non Armatis, absque impedimento quocumque, *&c. ut supra*, *mutatis mutandis*.

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Comite de Vendosme.

Ann. D. 1424. *An.* 2. *H.* 6. *Ibid.* REX, per Literas suas Patentes, usque Diem Paschæ proximò futuræ duraturas, suscepit, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Johannem de Houxine*, & *Petrum Gernese*, Servientes *Comitis de Vuendosme*, in Regnum Regis Angliæ, cum Tribus Servientibus in Comitiva sua, veniendo, *&c. ut supra*, *mutatis mutandis*.

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Domino de Gaucourt.

Ann. D. 1424. *An.* 2. *H.* 6. *Ibid.* * X. 340. REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Paschæ proximò futurum duraturas, suscepit, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, *Radulphum Dominum de Gaucourt* Militem, in Regno Regis Angliæ ad præsens existentem, versus Regnum Regis Franciæ, pro Financia sua perquirenda, cum Decem Personis Equestribus vel Pedestribus in Comitiva * sua, ac cum Bonis & Herneliis suis licitis, transeundo, ibidem morando & perhendinando, & abinde in dictum Regnum Regis Angliæ, cum Auro, Argento, Vasis, & aliis Bonis, pro Financia *prædicti Radulphi* necessariis, redeundo, *&c. ut supra usque ibi*, concessa, *& tunc sic:*

Et quòd prædictus *Radulphus* Financiam suam prædictam in aliquo Loco sub Obedientiâ Regis existente, non perquirat, nec perquiri faciet

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Duncano Cambell, Obside pro Rege Scotiæ.

Ann. D. 1424. *An.* 2. *H* 6. *Scot.* 2. *H.* 6. *m.* 1. REX, per Literas suas Patentes, per dimidium Annum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Archibaldum Cambell*, *Walterum Clerk*, *Johannem de Knok*, & *Mauritium Neelson*, de Scotia, conjunctim, & divisim, in Regnum Regis Angliæ, cum Equis, Herneliis, Bonis, & Catallis suis licitis, usque ad Præsentiam *Dunkani Cambell*, Obsidis infra dictum Regnum Angliæ pro carissimo Consanguineo suo *Jacobo Rege Scotorum* existentis, veniendo, ibidem morando, perhendinando, & extra idem Regnum Regis, quotiens sibi placuerit, versus dictas partes Scotiæ, redeundo, & exindè in Regnum Regis prædictum, absque perturbatione seu impedimento quocumque, reveniendo, necnon Equos, Hernelia, Bona, & Catalla sua hujusmodi;

Proviso semper quòd quilibet prædictorum, *Archibaldi*, *Walteri*, *Johannis*, & *Mauritii*, quamdiu infra dictum Regnum Regis sic extiterit, benè & honestè se habeat & gerat erga Regem & Populum suum,

Et quicquam, quod in Regis Contemptum seu Præjudicium aut

Willielmus Blawat, }

Johannes de Hebbourn,
Reginaldus Hogson,
Johannes Henryson,
Gilbertus Dalrumpyll, } usque ad Præsentiam *Patricii de Dunbarre*.

Johannes Maklatyne,
Douældus Lang,
Thomas Broun,
Johannes Adamson, } usque ad Præsentiam *Georgii Cambell*.

Per Concilium.

Super Deliberatione Sigilli.

MEMORANDUM *quòd*, *Die Dominicâ* (*videlicet*) *sextodecimo die Julii*, *Anno Regni Regis* Henrici, *Sexti post Conquestum*, Secundo, *Venerabilis Pater*, Thomas Episcopus Dunolmentis, *tunc Cancellarius ipsius Domini Regis*, *Magnum Sigillum ejusdem Domini Regis de Argento*, *in quadam Bagâ de Corio*, *Sigillo ipsius Episcopi signatâ*, *inclusum*, Ann. D. 1424. *An.* 2. *H.* 6. *Claus.* 2. *H.* 6. *m.* 2. *dors.*

In Præsentiâ,

Humfridi Ducis Gloucestriæ *Avunculi dicti Domini Regis*,

Ac,

Venerabilium Patrum,

Henrici Episcopi Wintoniæ,

Et Philippi Episcopi Wigorniæ,

Necnon Ricardi Comitis Warrewicæ,

* *Magistri* Johannis Stafford *Clerici Thesaurarii Angliæ*, * X. 341.

Radulphi Domini de Crumwell *Chivaler*,

Lodowici Robessart *Chivaler*,

Walteri Hungerford *Chivaler Senescalli dicti Domini Regis*,

Johannis Tiptoft *Chivaler*,

Et Magistri Willielmi Alnewyk *Custodis Privati Sigilli ipsius Domini Regis*,

Præfato Domino Regi, *apud Castrum suum de Hertford*, *in quadam Camera*, *vocata* le Grete Chambre, *circa Horam Decimam*, *ante Nonam ejusdem Diei Dominicæ*, *liberavit:*

Et idem Dominus Rex *Sigillum illud de præfato* Episcopo Dunolmensi *manu suâ propriâ recepit:*

Ac dictus Dominus Rex, *de avisamento & assensu Concilii sui*, *incontinenti Sigillum prædictum*, *in Bagâ prædictâ sic inclusum*, *præfato* Episcopo Wintoniensi (*cujus Sacramentum*, *de Officio Cancellarii benè & fideliter faciendo*, *præfatus* Dominus Rex *recepit*) *infra Castrum prædictum*, *in Camera prædicta*, *in præsentia omnium & singulorum præmissorum ac aliorum*, *Liberavit*, *& secum ad Hospitium suum de Seint Marie Overey apud Suthwerk eodem die deferri fecit:*

Et die Lunæ, *tunc proximò sequente*, *idem* Episcopus Wyntoniensis, *in Domo Capitulari Fratrum Prædicatorum*, *infra Ludgate Londoniæ*, *circa Horam Quartam post Nonam*, *in præsentia* Johannis Frank *Custodis Rotulorum Cancellariæ dicti* Domini Regis, Johannis Hertilpole *Clerici*, Johannis Rouland *Clerici*, Henrici Kays *Custodis Hanaperii ejusdem Cancellariæ*, Johannis Mapilton *Clerici*, *&* Nicolai Wymbyth *Clerici*, *ac aliorum ibidem existentium diversa Cartas*, *Literas Patentes*, *& Brevia*, *prout moris est*, *in eorum Præsentia*, *in expeditione Prosequentium*, *sigillari fecit.*

Super Negotiis, *Deliberationem Comitis Huntingdoniæ tangentibus.*

REX per Literas suas Patentes, usque Sextum decimum Diem Decembris proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Denysot Rogier* de Francia, in Regnum Regis Angliæ, Ann. D. 1424. *An.* 2. *H.* 6. *Franc.* 2. *H.* 6. *m.* 1.

Pro certis Negotiis, Deliberationem, Carissimi Consanguinei Regis, *Johannis Comitis Huntingdoniæ* concernentibus,

Veniendo, ibidem morando, & exinde ad partes suas proprias redeundo;

Proviso semper, *&c. prout in similibus Literis de Conductu.*

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo quarto die Augusti.

Per Concilium.

Pro

Ibid. m. 11. nobis per præfatum Regem debitæ,

Quas quidem *Quadringentas & Quinquaginta Marcas*, inter alias Summas, præfato Thesaurario, per Literas nostras Patentes, certis de causis, assignari fecimus solvendas,

De quibus quidem *Quadringentis & Quinquaginta Marcis* fatemur Nos fore Solutos, dictumque Regem inde Quietum, per Præsentes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quarto die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Katerina Regina Angliæ.

Ann. D. 1425. An. 3. H. 6. Pat. 3. H. 6. p. 1. m. 4.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod, de avisamento & assensu Concilii nostri, *Concessimus* Præcarissimæ Matri nostræ *Katrinæ Reginæ Angliæ* Hospitium in Civitate Londoniæ, quod nuper fuit carissimi Consanguinei nostri *Comitis Marchiæ* Defuncti, in manibus nostris ratione Minoris ætatis carissimi Consanguinei nostri *Ducis Eborum* existens,

Habendum & *Tenendum* eidem Matri nostræ Hospitium prædictum, durante Minori ætate prædicti Ducis, absque aliquo Nobis reddendo;

Proviso semper quòd dicta *Mater nostra* Sustentet Domos, Ædificia, & Gardina, prædicto Hospitio pertinentia, & Supportet omnia Onera, eidem Hospitio spectantia sive incumbentia, quamdiu ipsa Hospitium sic habuerit supradictum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Conductibus.

Ann. D. 1425. An. 3. H. 6. Scot. 3. H. 6. m. 13.

REX, de Gratiâ suâ speciali, & de assensu Concilii sui, per Literas suas Patentes, usque ad Festum Sancti Martini proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Nicholaum Makyson*, & *Jacobum Forde*, Servientes *Gilberti de Hay*, in Regno Regis Angliæ ad præsens existentis Obsidis pro Rege Scotiæ, in dictum Regnum Regis Angliæ, ad dictum Magistrum suum, cum Equis, Bonis, Rebus, & Hernesiis suis licitis quibuscumque, veniendo, ibidem morando, & exinde versus partes suas proprias, cum Equis, Bonis, Rebus, & Hernesiis suis prædictis, quandocumque sibi placuerit, conjunctim, vel divisim, infra Tempus supradictum, transeundo:

Proviso semper quòd, *&c. prout in Similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, viij die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimiles Literas habent subscripti,

Servientes *Willielmi Abernethy* Chivaler.
Servientes *Roberti de Lyle* Chivaler.
Servientes *Jacobi Sandylandes.*
Servientes *Willielmi Olyfant.*
Servientes *Willielmi de Ruthvane* Chivaler.
Servientes *Roberti Matheland.*
Servientes *David Meneheys.*
Servientes *Jacobi de Hamilton.*
Servientes *Willielmi de Douglas* de Dalketh.

tero, Nomine & ex Parte dicti Domini *Regis Angliæ*, ejus Sigillo sigillatas, de & super Appunctuatis, Concordatis, & Conclusis in dicto Appunctuamento,

Assignavimus, & Deputavimus, ac per Præsentes Assignamus, & Deputamus;

Et ad omnia alia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in hac parte necessaria fuerint, seu etiam oportuna,

Et ideo vobis Mandamus, quòd circa Præmissa diligenter attendatis, & ea faciatis ac expleatis in formâ prædictâ.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste meipso apud *Monasterium Melrossense*, Quinto Die Aprilis, Anno Regni nostri Decimo nono.

Insuper etiam Commisimus Litteras nostras Obligatorias, Sigillo nostro sigillatas, præfato Magistro *Guillielmo*, liberandas Venerabili Patri *Episcopo Dunelmensi*, vel, in ejus Absentiâ, *Priori Monasterii Dunelmensis*, antedictas etiam Litteras Treugarum, inter Regna Scotiæ & Angliæ initarum.

Sub Magno Sigillo Regis Scotiæ, pendente a Caudâ Pergamenæ.

Litteræ Confirmatoriæ supra Memoratæ.

UNIVERSIS, præsentes Litteras Inspecturis, Nos, *Guillielmus*, Permissione Divinâ, *Episcopus Glasguensis* Cancellarius Scotiæ, *Johannes Abbas Monasterii de Balmorynoch*, *Georgius de Borthvik* Archidiaconus Glasguensis, Et *Patritius de Houston* Licentiatus in Legibus Canonicus Glasguensis, Ambassiatores & Commissarii ad infrascripta sufficienter deputati, Salutem in Domino. Ann D. 1425. An. 3. H. 6. Ex Autogr.

Litteras Commissionis, ad Subscripta Nobis factæ, Patentes, Serenissimi Principis, Domini *Ducis Albaniæ*, Gubernatoris Scotiæ, ejus Magno Sigillo sigillatas, nuper Recepimus,

Quarum Auctoritate cum, Reverendo in Christo Patre, Domino *Philippo*, Dei gratiâ, *Episcopo Wigorniensi*, *Johanne Stafford* Thesaurario Angliæ, *Willielmo Alnewik* Custode Privati Sigilli, Legum Doctoribus, *Radulpho Domino de Cromwell*, *Johanne Pelham* Milite, *Roberto Baterton* Scutifero, & *Johanne Stokes* Legum Doctore, Commissariis Regis Angliæ,

Ad Tractandum, Concordandum, Appunctuandum, & finaliter Concludendum cum Commissariis & Ambassiatoribus Gubernatoris & Regni Scotiæ prædicti, de & super Liberatione, Excellentissimi & Incliti Principis, Dominique * nostri Legii, *Jacobi*, Dei gratia, *Regis Scotorum*, constitutis, * X. 344.

Aliquamdiu Communicavimus & Contulimus,

Et demùm, post varios Tractatus mutuos, inter Nos & ipsos, ut Articulatim sequitur, Concordatum fuit, & est, atque Appunctuatum,

INPRIMIS, quòd dictus Dominus *Jacobus Scotorum Rex*, Hæredesive, aut Successores sui, *&c. ut in Literis Dat. 4 Dec. 1423. tunc sic,*

Nos autem *Jacobus Scotorum Rex* prædictus, de avisamento & assensu Concilii nostri, Concordiam & Appunctuamentum prædicta,

Ac omnia alia & singula præmissa, Rata habentes & Grata, Ea pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, Acceptamus, Approbamus, Ratificamus, Laudamus, & Confirmamus, juxta vim, formam, & effectum eorumdem.

In cujus Rei Testimonium has Litteras nostras fieri fecimus Patentes.

Teste

12. *Johannem Abbatem de Balmirynach*, *Willielmum de Borthwyk* Juniorem, & *Willielmum de Haya*, Milites, Magistrum *Thomam de Myreton*, Magistrum *Edwardum de Laucadre*, & Magistrum *Johannem Stenes*, Ambassiatores, Carissimi Consanguinei Regis, *Regis Scotorum*, qui in Ambassiata sua, cum Quinquaginta Familiaribus & Equis in eorum Comitiva, versus Curiam Romanam profecturi sunt, ad Proficiscendum versus Curiam supradictam, & deinde ad Partes proprias redeundo, per Terram vel per Aquam, absque Perturbatione sive Impedimento quocumque;

Proviso semper quòd prædicti, *Episcopi*, *Abbates*, *Willielmus de Barthwyk*, *Willielmus de Haya*, *Thomas*, *Edwardus*, & *Johannes Stenes*, ac Familiares sui prædicti, benè & honestè se habeant & gerant erga Regem & Populum suum,

Et quicquam, quod in Regis vel Ligeorum suorum præjudicium cedere poterit, facere vel procurare fieri non præsumant,

Et quod non intrent aliquod Castrum Regis, Fortalitium, sive Villam Firmatam, absque eo quòd ipsi præsentes Literas Regis de salvo Conductu Capitaneis, Majoribus, Ballivis, Custodibus, sive Gubernatoribus eorumdem primitùs demonstrent.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, ix die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Recipiendo Duo Milia Marcarum debita per Regem Scotorum.

Ann. D. 1425. An. 3. H. 6. Ibid. REX, Carissimo Consanguineo suo, *Henrico Percy Comiti Northumbriæ*, Capitaneo Villæ nostræ Berewici, Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos nuper, de avisamento & assensu Concilii nostri, Assignaverimus Vobis ac Soldariis Villæ prædictæ & Estmarchiæ versus Scotiam, Summam Duorum Milium Marcarum, in Partem Satisfactionis & Aggreamenti, tàm de veteri, quàm de novo debito, pro Vadiis vobis ac Soldariis prædictis a retro existentibus, prout per certas Tallias, ad Receptam Scaccarii nostri levatas, pleniùs apparet,

* X. 345. * De quo quidem Assignamento vos Solutionem Summæ prædictæ nondum habere potuistis aut adhuc habere potestis, ut asseritis,

Nos,

Præmissa considerantes, & Volentes pro eo Vobis in hac parte Avisiamentum facere, de avisamento & assensu prædictis,

Ac pro eo quod Vos Tallias, Summam prædictam continentes, ad Receptam Scaccarii nostri restituistis Dampnandas, & eædem Talliæ unà cum Foliis earumdem ibidem Dampnatæ existunt,

Sicut Thesaurarius & Camerarii nostri nobis in Cancellariam nostram de Mandato nostro certificârunt,

Concessimus Vobis quòd Vos Duo Milia Marcarum de primis Denariis, Nobis per Carissimum Consanguineum nostrum *Jacobum Regem Scotorum* debitis, recipere possitis, ad Satisfaciendum tàm vobis quàm Soldariis prædictis:

Et ideo vobis Mandamus quòd Summam prædictam, in forma prædicta, Capiatis & Recipiatis, & præfatis Soldariis id, quod eis de eadem Summa debitum fuerit, solvatis ut est justum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, ix die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Acquietantia pro Summa prædicta.

Ann. D. 1425. An. 3. H. 6. Scot. 3. H.6.m. 12. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis Nos *Recepisse* & *Habuisse* de *Jacobo Rege Scotorum* Consanguineo nostro, per manus carissimi Consanguinei nostri *Henrici Percy Comitis Northumbriæ* Capitanei Villæ nostræ Berewici, Duo Milia Marcarum, in Partem Solutionis Majoris Summæ Nobis per præfatum Regem debitæ,

Quæ quidem Duo Milia Marcarum, inter alias Summas, præfato *Henrico*, per Literas nostras Patentes, certis de causis Assignari fecimus Solvenda,

De quibus quidem duobus Milibus Marcarum fatemur nos fore solutos, *dictumque Regem* inde Quietum, per Præsentes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, ix die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

reris,

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xix die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

REX, dilecto sibi, *Henrico Lounde* Armigero, Salutem.

Præcipimus Tibi quòd *David Filium Comitis Atholiæ*, *Thomam Comitem Moraviæ*, *Comitem Craufordiæ*, *Robertum Keth*, *Walterum Haliburton*, *Alexandrum Seton*, *Thomam Boyde*, *Johannem de Lyndesay*, *Patricium Lyon*, *Georgium Cambell*, *David Ogilby*, *Robertum Lylle*, *Duncanum Cambell*, & *David Meyngues*, Obsides, *&c. ut supra*, *Mutatis mutandis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xvj die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

* *Super Liberatione diversis Franciæ Ecclesiis, juxta Testamentum Henrici nuper Regis.* * X. 346.

Ann. D. 1425. An. 3. H. 6. Pat. 3. H.6.p.2. m. 10. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm, dilectus Clericus noster, Magister *Robertus Gilbert*, nuper Decanus Capellæ carissimi Domini & *Patris nostri Regis* Defuncti, per Præceptum carissimi Consanguinei nostri *Ducis Exoniæ*, &c. dilectorum & fidelium nostrorum, *Domini de Bourgchier*, *Walteri Hungerford*, & *Willielmi Porter*, Militum, ac Domini *Fitz Hugh* jam Defuncti, Executorum nominatorum in Testamento dicti Patris nostri, liberari fecerit diversis Ecclesiis, in partibus Regni nostri Franciæ, Res & Parcellas subscriptas, pro Exonerationibus Animæ dicti Patris nostri fiendis; videlicet,

ABBATIÆ SANCTI DIONISII *unam Crucem Argenteam Deauratam, cum uno magno Pede stante, Ponderis Viginti & Octo Librarum Troye,*

Unam altam Frontellam, & unam bassam Frontellam, de Velvet rubeas, cum Poliis Aureis brouderatas,

Unam Paruram positam cum Perreia & Armis Angliæ.

Tres Capas de Velvet rubeas, cum Rosis Aureis, Leonibus, & Floribus de Liciarum brouderatas;

Duas Tunicas, & unam Casulam, de eisdem Panno & Colore,

Tres Albas cum Paruris Stolis, & Favones de eisdem Panno & Colore,

Et etiam,

Unum Par Curtinarum de Tartryn rubearum.

ITEM, *apud* MAUNTE, *unum Vestimentum aureum Panni Viridis, cum Foliis aureis, & unam altam Frontellam cum una bassa Frontella ejusdem Panni,*

ITEM, *apud* VERNON *unum Vestimentum ejusdem Panni Viridis Aurei.*

Et similiter apud ROTHOMAGUM, *Duos Pannos Blodei Coloris, cum Falconibus aureis, pro Vestimentis inde faciendis,*

Et unum Pannum Rubei Coloris Aureum pro Orfrais inde faciendis,

ITEM, *apud* OFFAY *unum Pannum aureum Blodei Coloris cum Falconibus & Heronis.*

ITEM, *apud* ARKES, *unum Pannum Aureum ejusdem Coloris.*

Et consimiliter apud EWE, *unum Pannum Blodei Coloris, cum Foliis aureis.*

ITEM, *apud* HEEDYN, *unum Pannum Aureum Rubei Coloris cum Foliis Aureis.*

Et apud TIREWYN, *unum Pannum Aureum Rubei Coloris, cum Foliis Aureis.*

Nos, de assensu Concilii nostri, consideratione Præmissorum, Volumus quòd præfatus *Robertus* de omnibus Rebus & Parcellis prædictis, per ipsum ut præmittitur liberatis, erga Nos, Hæredes, & Executores nostros, in Scaccario nostro, seu alibi, Quietus sit & Exoneratus imperpetuum per Præsentes.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxviij die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De

Patricium Lyon,
Georgium Cambell,
David Ogilby,
Robertum Lylle,
Ducanum Cambell,
Et *David Meygnez*,
Oblides, *&c. ut supra usque ibi*, in Custodia, *& tunc sic*, dilecti Nobis *Henrici Lounde* Armigeri de Mandato existentes, ab eodem *Henrico* seu ab eo qui, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*
Teste Rege apud *Westmonasterium*, viij die Julii.

Super Attemptatis, contra Treugas Scotiæ Reformandis.

Ann. D. 1425. An. 3. H. 6. Scot. 3. H. 6. m. 13.

REX Vicecomitibus Civitatis Eborum, Salutem.
Cùm, pro Reformatione & Reparatione Attemptatorum contra Treugas,
Tàm per *Henricum Comitem Northumbriæ* Consanguineum nostrum, & alios Commissarios pro Regno nostro Angliæ, ex una, & *Comites Marchiæ & de Duglas*, & alios Commissarios pro Regno Scotiæ, parte ex altera dudùm, quàm per carissimum Consanguineum nostrum *Jacobum Regem Scotorum*, ex una, &, Venerabiles in Christo Patres, *Johannem, Londoniæ*, & *Thomam, Dunolmiæ, Episcopos*, ac alios nostros Commissarios, Parte ex altera, nuper initas & conclusas,
Venerabilem Patrem *Thomam Dunolmensem Episcopum*, *Willielmum Alnewyk* Legum Doctorem Custodem Privati Sigilli nostri, *Radulphum* Dominum *de Cromwell*, *Johannem le Scrop*, *Robertum Umfravyle*, & *Willielmum Haryngton*, Milites, nostros Commissarios, sub certa forma, Deputaverimus Ordinaverimusque quòd iidem Commissarii nostri, cum Commissariis præfati *Jacobi Regis*, eâ de causâ, in Villâ nostrâ Berewici super Twedam, Quinto decimo die Mensis Augusti proximò venturi, & nonnullis diebus Subsequentibus, convenient,
Vobis Præcipimus quòd in Civitate prædicta, ubi major habetur Populi Concursus, Publicam fieri faciatis Proclamationem,
Quòd omnes & singuli Subditi nostri, se Læsos vel Dampnificatos contra dictas Treugas sentientes, sint coram dictis Commissariis nostris, in Villa Berewici prædicta, Sexto decimo die dicti Mensis Augusti proximi, suas Propositúri, si velint, Querelas & Demandas, & eas prout convenit Prosecuturi, Probationésque & Informationes, si quas in ea parte habuerint, pro eorum celeriori Expeditioni, Producturi, & ulterius quod rationis & Juris fuerit Recepturi,
Dictos Commissarios nostros, ad dictos diem & Locum, quomodo & in quibus Locis hujusmodi Breve nostrum fueritis Executi, certificantes.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, xiv die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

REX Vicecomiti Eborum, Salutem.
Cùm, *&c. ut supra usque ibi*, convenient, *& tunc sic*,
Tibi Præcipimus quòd in Locis & Villis Comitatûs tui, in quibus major habetur Populi Concursus, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*
Teste ut supra.

Consimile Breve dirigitur Vicecomiti Northumbriæ sub eadem Data.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xvj die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd,
Cùm, *&c. ut supra usque ibi*, Nos,
Pro eo quòd *Thomas Comes Moraviæ*,
Dominus *Robertus Keth* Marescallus Scotiæ,
Duncanus Cambell de Argyle,
Walterus de Haliburton,
Alexander Seton de Gordonne,
Thomas Boyd,
Johannes Lyndesay,
Dominus Robertus Lyle,
Et *David de Ogilby*,
Obsides, unà cum aliis, ex causa præmissa, Nobis Dati & Liberati,
Patricium Primogenitùm *Comitis Marchiæ Scotiæ*,
Dominum *Johannem Mungumbry* de Ardrossan,
Robertum Stewart de Lorn,
Dominum *Thomam Hay* de Zestir,
Dominum *Willielmum Borthwyk* Seniorem,
Dominum *Adam de Helburn* de Halys,
Normannum de Lesly,
Georgium Lyile Primogenitum dicti Domini *Roberti Lyile*,
Et *Andream Keth* de *Enyrrugi*, singuli (videlicet) singulos, per dictos Gardianos Marchiarum nostrarum Acceptatos, juxta formam dicti Appunctuamenti, Loco sui Tradiderunt & realiter Liberaverunt,
Consentimus & Licentiam Damus quòd prædicti,
Thomas Moraviæ,
Robertus Keth,
Duncanus,
Walterus,
Alexander,
Thomas Boyde,
Johannes Lyndesay,
Robertus Lyile,
Et *David de Ogilby*,
A dicto Regno nostro Angliæ Recedere, & in Regnum Scotiæ se Transferre valeant.
In cujus, &c.
Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

* *De Conducendo Obsides supra dictos.* * X. 349.

Ann. D. 1425. An. 3. H. 6. Scot. 3. H. 6. m. 11.

REX Vicecomiti Eborum, Salutem.
Cùm, pro Securitate Solutionis Quadraginta Millium Librarum,
Nobis, Hæredibúsve nostris, seu Successoribus, fiendæ per, carissimum Consanguineum nostrum, *Jacobum Scottorum Regem*, ipsiúsve Hæredes, & Successores,
Idem Jacobus Rex certos Obsides Nobis Dederit & Liberaverit, juxta formam cujusdam Appunctuamenti,
Inter certos nostros Commissarios, ex unâ, & quosdam Commissarios Regni Scotiæ, Parte ex altera, nuper facti,
In quo quidem Appunctuamento, inter cætera, continetur quòd Obsides ipsi, & eorum quilibet,
Dato prius Loco suo Æquivalente in Possessionibus & Redditibus Temporalibus, infra Regnum Scotiæ constitutis, quem Nos, aut Hæredes, seu Successores nostri, vel Gardiani Orientalis & Oc-

tes, desiderent & velint, ut nobis ex eorum parte asseritur, alios eis Æquivalentes, ut prædicitur, Loco suo dare, & sic in Regnum Scotiæ, juxta dicti Appunctuamenti effectum, se Transferre,

Et quia Nos, Volentes dictum Appunctuamentum, quantum ad Nos attinet, observare, prædictos Obsides ad Villam Dunelmensem, pro Subrogatione hujusmodi, Decimo die Augusti proximò futuro, facienda, per Te Ducendos, de avisamento Concilii nostri, Ordinavimus,

Tibi Præcipimus quòd dictos Obsides ad Villam Dunelmensem ad diem prædictum salvò & securè Ducas, & ipsos ibidem, usque ad aliorum ipsorum, Loco singulorum, videlicet, pro singulis Subrogandorum, de dictis Gardianis (quibus, ad Deliberandum Subrogandos, in hac parte, Tibi, per Literas nostras, sub Privato Sigillo nostro, dedimus in Mandatis) realem Receptionem, Custodias, & ipsos tunc dictis Gardianis Liberes, .

Et Subrogandos hujusmodi ab ipsis Gardianis Recipias per Indenturam, testificantem diem Receptionis prædictæ, & Numerum ac Valorem hujusmodi Subrogandorum & Subrogantium in Terris & Possessionibus Temporalibus,

Et eos, sic Receptos, aliosque nunc Obsides, si quos forsan, ob defectum Subrogandorum, remanere continget, ad Castrum nostrum Eborum prædictum ducas, & ipsos ibidem salvò, securè, & honestè, absque Dura Prisona, custodias,

Et Nos Tibi inde, in Compoto per te reddendo, debitam Allocationem habere faciemus in hac parte.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xvi die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

55

De Guerra Aperta inter Regem & Ducem Britanniæ proclamanda.

Ann. D. 1426. An. 4. H. 6. Cleopatra F. 4. Bibl. Cot. Act. Consil. * X. 350.

DEcimo Quinto die Januarii Anno Quarto Concordatum fuit quòd Custos Privati Sigilli Faciat Warantum sub Privato Sigillo Domino Cancellario, de Faciendo Brevia sub Magno Sigillo Regis, directa Admirallo Angliæ, ejúsve Locumtenenti, & singulis Vicecomitibus Comitatuum Angliæ, & aliis, ut est fieri consuetum, ad Proclamari faciendum in * Locis consuetis & oportunis *Guerram apertam* & Inimicitias inter Dominum nostrum Regem ejusque Regna, Dominia, & Subditos, & *Ducem Britanniæ*, ac ejus Patriam, Dominia, & Subditos.

De salvis Conductibus.

Ann. D. 1426. An. 4. H. 6. Franc. 4. H 6. m 8.

REX, per Literas suas Patentes, usque primum diem Augusti proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Denysot Roger*, Servientem *Ducis Aurelianensis*, in Regnum Regis Angliæ, cum Duobus vel Tribus Vasis, Sexcentis Pipis Vini vel infra ad usum ipsius Ducis carcatis, ac cum Marinariis pro eisdem Vasis competentibus, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & exinde ad partes suas proprias, cum Vasis & Marinariis prædictis, redeundo;

Proviso semper, *&c. prout in similibus Literis de Conductu.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, octavo die Februarii.

Ibid.

REX, de avisamento & assensu Concilii sui, per Literas suas Patentes, usque Festum Sancti Johannis Baptistæ proximò futurum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Magistrum *Oudart Cleppier*, Consiliarium carissimi Consanguinei Regis *Ducis Bourboniæ & d'Auvergne*, & Præsidentem Cameræ suæ Compotorum ad eundem locum Bourboniæ, in Regnum Regis Angliæ, cum Quinque Personis in Comitiva sua, penes dictum Consanguineum Regis, &, dilectos & fideles Regis, Executores Testamenti carissimi Domini & Patris Regis Defuncti, pro certis Agendis & Negotiis, agenda dicti Consanguinei Regis tangentibus, necnon Equos, Bona, Res, & Hernesia sua quæcumque, veniendo, & exinde, absque perturbatione seu impedimento quocumque, durante tempore præsentis salvi Conductûs, redeundo;

Proviso semper, *&c. prout in cæteris de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Leycestr.* decimo sexto die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimiles Literas Regis Patentes de salvo Conductu habent *Johannes Petit & Helot de Linaye*, cum duobus Servientibus in Comitivâ suâ sub eâdem Datâ.

Per idem Breve.

REX, per Literas suas Patentes, per Tres Menses proximò futuros duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem & Defensionem suas speciales, *Tousauntz de Chastell*, Servientem *Karoli Comitis de Ew*, Prisonarii Regis, in Regnum Regis Franciæ, ad Acquirendum Monetam de Amicis prædicti *Karoli*, pro Rebus sibi necessariis & oportunis, transeundo, & ibidem morando, & exinde in dictum Regnum Regis Angliæ reveniendo, deferendo secum prædicto *Karolo* Monetam pro Rebus sibi necessariis & oportunis, absque perturbatione vel impedimento quocumque; *Ibidem m. 7.*

Proviso semper quòd prædictus *Tousauntz*, *&c.*

Teste Rege apud *Villam suam Leycestr.* decimo die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

* *Pro Servientibus Obsidum.*

* X. 351. Ann. D. 1426. An. 4. H. 6. Scot. 4. H. 6. m. 10.

REX, per Literas suas Patentes, per Dimidium Anni duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Willielmum Forstar*, *Alexandrum Sinclere*, & *Johannem Hoggesson*, Servientes *Domini de Frendrath*, unius Obsidum Carissimi Consanguinei Regis *Jacobi Regis Scotorum*, in Regnum Regis Angliæ, cum Duobus Servientibus pro quolibet prædictorum *Willielmi*, *Alexandri*, & *Johannis*, veniendo, ibidem in obsequio ejusdem Domini morando, & abinde ad partes suas proprias redeundo;

Proviso semper, *&c.*

Teste Rege apud *Leycestr.* vicesimo quinto die Februarii.

Consimiles Literas Regis Patentes habent subscripti, per tempus prædictum duraturas, sub eadem Datâ; videlicet,

Johannes Flemyng, *Johannes Mortymer*, *Nicholaus Lansman*, & *Robertus de Mare*, Servientes *Comitis de Crausurde* unius Obsidum, *&c. ut supra.*

Jacobus de Wode, & *Simon Lyon*, Servientes *Patricii Lyon*, unius Obsidum, *&c. ut supra.*

Patricius de Hepburne, *Willielmus de Hepburne*, & *Johannes Halyburton*, Servientes *Domini de Halys*, unius, *&c. ut supra.*

REX, per Literas suas Patentes, usque primum diem Maii proximò futurum duraturas, de assensu Concilii sui, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Johannem de Glasford*, & *Thomam de Hamylton*, Servientes *Jacobi de Hamylton*, Obsidis pro *Rege Scotorum* in Regno Regis Angliæ ad præsens existentis, extra idem Regnum in Regnum Scotiæ, cum Bonis & Hernesiis suis licitis quibuscumque, ad Aurum, Argentum, & alia necessaria pro Expensis Magistri sui prædicti deferenda, transeundo, & exinde in dictum Regnum Regis reveniendo, ac in dictum Regnum Scotiæ redeundo, & exinde in dictum Regnum Regis Angliæ revertendo, duabus vicibus tantum;

Proviso semper, *&c.*

Teste Rege apud *Leycestr.* vicesimo quarto die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimiles Literas habent subscripti,

Servientes *Gilberti Hay* Obsidis.
Servientes *Willielmi Olyfaunt* Obsidis.
Servientes *Willielmi de Ruthven* Obsidis.
Servientes *Jacobi de Sandyland* Obsidis.
Servientes *Willielmi de Douglas* Obsidis.
Servientes *Andreæ Gray* Obsidis.
Servientes *Patricii de Dunbar* Chivaler Obsidis.

Pro

Quamquam in ultimo Parliamento nostro, apud Westmonasterium Anno Regni nostri Tertio tento, de avisamento Dominorum Spiritualium & Temporalium, in eodem Parliamento existentium, Concessum fuerit & Inactitatum quod iidem Mercatores haberent Aldermannum suum eis Assignatum, prout antiquitus habere consueverunt,

Eo quod in eodem Parliamento aliquis Aldermanus in speciali Ordinatus non fuit nec Assignatus, nec per quem vel quos iidem Aldermanus eis assignaretur extitit Ordinatum,

Velimus eisdem Mercatoribus vos, vel aliquem Aldermannum Civitatis prædictæ, pro eorum Aldermanno & Judice, specialiter Assignare,

Nos, consideratione Præmissorum Supplicationi prædictæ favorabiliter inclinati, ac de fidelitate & circumspectione vestris pleniùs confidentes, de avisamento & assensu Dominorum Spiritualium & Temporalium, in dicto præsenti Parliamento existentium, Ordinavimus & Assignavimus vos Aldermannum & Judicem prædictorum Mercatorum, Excercendo & Faciendo secundum quod eorum Libertates prædictæ exigunt & requirunt, & prout antiquitùs consuevit;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in formâ prædicta:

Damus autem tàm præfatis Mercatoribus, quàm Majori, Aldermannis, & Vicecomitibus Civitatis prædictæ, ac aliis quibuscumque quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, in Præmissis faciendis & exequendis, pareant, obediant, & intendant, prout decet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Leycestr.* decimo octavo die Februarii.

Per Petitionem in Parliamento.

Pro Duce Burgundiæ.

Ann. D. 1426. *An. 4. H. 6. Fran. 4. H. 6. m. 7.*

HEnry, par la Grace de Dieu, *Roy de France & d'Engleterre*, a toutz Seignours de nostre Sange & Linage, noz Conestables, Mareschaulx, Admiralz, Visadmiralz, Baillis, Prevoitz, Vicontes, Capitaines & Gardez de Citez, bonnes Villes, Chasteaulx, Forteresses, Pons, Ports, Passages, Jurisdictions & Distretz, de noz Royaumes de France & d'Engleterre, & a touts noz autres Justices & Officers, ou a lours Lieutenantz, Majeurs, Eschevins, & autres noz Vassaulx & Subgez, de quelque Estat ou Condicion qu'ilz soient, saluz & dileccion.

Nous avons Entendu que, nostre Treschier & Tresame Uncle, *le Duc de Bourgoigne*, Conte de Flandres, d'Artois & de Bourgoigne, a entencion & desire de envoir pardevers Nous, en nostre Royaume d'Engleterre, & devers, nostre Treschier & Tresame Uncle, *Johan*, Regent nostre Royaume de France, *Duc de Bedford*, aucuns de ses Gens, Servitours, Familliers, Officiers ou Subgitz,

Et pur ceo que, pour honneur & amour de Luy, Nous desyrons toutz ceulx, qu'il y voudra envoier, par vous & chascun de vous, en droit soy, estre gracieusement & favorablement Traictez,

Nous iceulx & chascun d'eulx (de quelque Estat, ou Condicion, & en quelque Nombre qu'ilz soient) avons prins & mys, prenons & metrons d'abondant, en nostre Protection,

Et vous Mandons, Commandons, & Enjoingnons expressement, & a chascun de vous, sicomme a lui appartendra, que lez dessusdiz Serviteurs, Officers, Familliers, ou Subgez de nostre dit *Uncle de Bourgoigne*, portans ces Lettres, vous Resceivez & Traittez dulcement, graciousement, & favorablement, come noz proprez Familliers, par toutz les Lieulx a vous comiz en nos diz Royaumes de France & d'Engleterre, tant sur Terre, come sur Mere, de Jour & de Nuyt, Armez ou Desarmez, sanz faire, ne donner, ne souffrir estre fait ou donne, en Ve-

fordiæ *Magnum Sigillum Domini Regis de Argento, in quadam Baga de Albo Corio, cum Sigillo Venerabilis Patris* Henrici Episcopi Wyntoniensis *nuper Cancellarii Angliæ consignata, usque Castrum Domini Regis de Leycestria, circa Tertiam Horam post Nonam, secum deferri, & ibidem in secunda Camera Superiorum, post Magnam Aulam Parliamenti, in præsentia*, *An. 4. H. 6. Claus. 4. H. 6. m. 8. dors.*

Venerabilium Patrum,

Henrici Cantuariensis Archiepiscopi,

Johannis Londoniensis,

Philippi Wigorniensis,

Et Johannis Bathoniensis & Wellensis,

Episcoporum,

Ac, Nobilium Principum,

Humfredi Ducis Gloucestriæ,

Et Thomæ Ducis Exoniæ,

Necnon Humfredi Comitis Staffordiæ,

Lodowici Robessart *Camerarii Domini Regis*,

Johannis Domini le Scrop,

Willielmi Alnewyk *Clerici Custodis Privati Sigilli Domini Regis*,

Et Johannis Frank *Clerici Custodis Rotulorum Cancellariæ ejusdem Domini Regis*,

Ac aliorum ibidem tunc existentium,

Sigillum illud a Baga prædicta fecit extrahi, & cum illo Duas Literas Patentes, de Recommendatione, pro certis Servitoribus, Familiaribus, & Officiariis Ducis Burgundiæ, *penes Dominum Regem in Regnum suum Angliæ, & penes præfatum* Ducem Bedfordiæ, *ex certis causis venturis, prout per easdem Literas, in Rotulis Cancellariæ ipsius Domini Regis irrotulatas, satis liquet, & diversa Brevia Communis Legis Terræ sigillari.*

Et idem Sigillum, in præsentia prædicta, in dictam Bagam reponi, & suo Sigillo ac Sigillo prædicti Custodis Rotulorum communiri, & secum ad Hospitium suum, ad Domum Fratrum Prædicatorum Leycestriæ, deferri fecit Custodiendum:

Ac Die Sabbati tunc proximò sequente (videlicet) Sextodecimo Die ejusdem Mensis Martii, præfatus Dux Bedfordiæ *Sigillum prædictum, in eadem Baga, Sigillis prædictorum* Ducis Bedfordiæ *& Custodis Rotulorum consignatâ, coram dicto Domino Rege, in Camera sua, infra Abbatiam beatæ Mariæ de Pratis Leycestriæ, existente, manu suâ propriâ detulit, & Sigillum prædictum præfato Domino Regi ibidem liberavit:*

Ac idem Dominus Rex *Sigillum illud, capto prius a præfato* Episcopo Londoniensi *Sacramento suo modo consueto, eidem* Episcopo Londoniensi, *dicto Die Sabbati, in præsentia prædictorum* Ducum Bedfordiæ & Gloucestriæ, *ac* Walteri Hungerford *Militis Thesaurarii Angliæ*, Johannis Scrop *Militis*, Johannis Tiptoft *Militis, & prædicti Custodis Rotulorum, ac aliorum plurimorum ibidem tunc existentium, incontinenti liberavit:*

Idemque Episcopus London. *recepto Sigillo prædicto, Sigillum illud usque Hospitium suum, infra Collegium Leycestriæ, secum deferri fecit, & in eodem Hospitio, Die Dominica tunc proximò sequente, Sigillo prædicto diversa Literas Patentes & Brevia de cursu sigillavit.*

---

* *Pro Magistro Prospero de Columpna.*

* X. 354.

Ann. D. 1426. *An. 4. H. 6. Pat. 4. H. 6. p. 1. m. 13.*

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Contemplatione Sanctissimi *Patris nostri Papæ*, de Gratia nostra speciali, & de avisamento Concilii nostri,

Habilitavimus Magistrum, *Prosperum de Columpna*, Nepotem dicti Sanctissimi Patris, quòd idem *Prosper* omnimoda Beneficia Ecclesiastica, infra Regnum nostrum Angliæ, ad Collationem, Præsentationem, seu aliam Dispositionem quorumcumque Patronorum Spiritualium & Temporalium Regni nostri prædicti spectantia, quæ Patroni eorumdem Beneficiorum eidem *Prospero* Conferre, Dare, seu Disponere, vel ipsum ad hujusmodi Benefi-

cia

factis sive faciendis, non obstantibus.
Nolumus verò quòd ista præsens Licentia trahatur in Exemplum aliquorum in futurum.
In cujus, &c.
Teste Rege apud *Leycestr.* decimo sexto die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Conductu, pro Comite de Pentheur & Fratre.

Ann. D. 1426. *An. 4. H. 6. Franc. 4. H. 6. m. 8.* REX, per Literas suas Patentes, per Unum Annum duraturas, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Johannem de Bretaigne*, Fratrem Germanum *Oliveri Comitis de Peyntheure*, penes, carissimum & prædilectum Avunculum Regis, *Johannem Ducem Bedfordiæ*, Regentem Regni Regis Franciæ, in Regnum Regis Franciæ, vel penes Concilium Regis, tàm in eodem Regno, quàm in Regno Angliæ, ac Ducatu Regis Acquitanniæ, cum Sexaginta Hominibus in Comitiva sua, Armatis vel non Armatis, veniendo, ibidem morando, perhendinando, & exinde versus partes prædictas redeundo;
Proviso semper quòd idem *Johannes*, ac illi de Comitiva sua, honestè & pacificè se gerant & gubernent erga Regem, & Fideles Ligeos suos,
Et quicquam, quod in Regis seu dictorum Ligeorum præjudicium vel dampnum cedere valeat, non attemptent aut attemptare faciant quovis modo,
Quodque ipsi aliquod Castrorum, Fortalitiorum, vel Villarum Regis firmatarum, minime ingrediantur absque eo quod ipsi dictas Literas Regis de salvo Conductu Majoribus, Ballivis, Capitaneis, Gubernatoribus, seu Custodibus eorumdem primitùs demonstrent.
Teste Rege apud *Villam Regis Leycestr.* decimo Sexto die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimiles Literas Regis de salvo Conductu habet Oliverus de Bretaigne Comes de Pentheur, *per idem tempus duraturas, sub eadem Data.*

---

* X. 355. ** Petitio & Warantum pro Conductu prædicto.*

A Treshauls, Tresexcellent, & Trespuissant Prince le Roy d'Engleterre & de France.

Ann D. 1426. *An. 4. H. 6.* Pines *Cler. Pell.* SUPPLIENT treshumblement *les Conte de Peinthieurs*, & *Seignur de Laigle* Germain, qu'il plaise a vostre Treshault Majeste leur ottroier voz gracieuses Lettres, & direct a vostre sage Counsail de Bourdeux, & a touz voz Barons, Chivaliers, & Escuiers de vostre Duchie de Guiene, qu'ilz aient les Terres des diz Suppliantz pour Recommendees,
Et aussi ottroier a chescun d'eulx voz Lettres de Saufconduit, pour eulx & seissent Hommes en la Compaignie de chescun d'eulx ou au dessoubz, Armez ou non, pour venir devers Monsieur le Regent, ou vostre tresnoble Conseil, tant en vostre dit Royaumes de France & d'Engleterre, que en vostre Duchie de Guiene, y Sejourner, & eulx en Retourner; les dis Saufconduiz durans Un An.

Johan.	*T. Dunelm.*
H. Gloucestre.	*J. Bathon.* Thesaur.
H. Cantuar.	*Cromwell.*
Norff.	*Scrop.*
J. Lond.	*Hungerford.*
T. Exon.	*Typtot.*

Dors.
Nono Die Martii Anno Quarto, apud Layceestriam, concessum fuit quòd fiat Warrantum Cancellario de faciendo Litteras Salvi Conductus Personis infrascriptis, secundum quod infra petitur, duraturas per unum Annum,
Necnon Concessæ fuerunt Litteræ Recommendationum, directæ Senescallo Aquitaniæ, *vel ejus Locumtenenti, ac* Comiti de Longevill, *pro infrascriptis Personis, secundum quod in Copia, huic supplicationi annexa, continetur.*
Præsentibus Dominis infrascriptis.

Nous ou damage de noz foialx Liges & Subgiz en celles Parties.

Don. a *Leycestre*, le x Jour de Mars, l'An, &c. Quart.

A nostre Treschier & Foial Cosin le Conte de Longuevill *Captau de Buch.*

Semblable Lettre, a noz Treschiers & Foialx le Seneschall de Guyene, *ou a son Lieutenant illoeques, & les autres de nostre Counseil residentz de Burdeux.*

** De salvis Conductibus pro Comite de Niebla.* * X. 356.

REX, per Literas suas Patentes, per Duos Annos proximò futuros duraturas, de avisamento & assensu Concilii sui, ac ad specialem Supplicationem dilecti Consanguinei Regis *Comitis de Neble*, & per quandam Securitatem coram Rege in Cancellaria sua inventam, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, quandam Navem vocatam Seinte Marie de Bilbawe in Ispannia, unde *Dymyngo Johannis* est Gubernator, unà cum Gubernatore, Magistris, Mercatoribus, Marinariis, & Servientibus, usque ad Numerum Quadraginta & Quinque Personarum, in Regnum Regis Angliæ, cum diversis Mercandisis legalibus veniendo, & ibidem discarcando, ac alias Mercandisas ibidem emendo, necnon in eadem Navi recarcando, & exinde in dictum Regnum Ispanniæ transeundo, ac in dictum Regnum Regis Angliæ quotiens sibi placuerit redeundo, necnon Mercandisas, Res, Bona, & Catalla sua quæcumque, Ann. D. 1426. *An. 4. H. 6. Franc. 4. H. 6. m. 7.*
Proviso semper quòd idem Gubernator, ac Magistri, Mercatores, Marinarii, & Servientes prædicti benè & honestè se habeant & gerant erga Regem & Populum suum,
Et quicquam, quod in Regis Contemptum aut Populi sui Præjudicium cedere valeat, non attemptent aut attemptari facere præsumant,
Ac Custumas, Subsidia, & alia Deveria, Regi pro Mercandisis, Rebus, Bonis, & Catallis suis prædictis debita, fideliter solvant,
Et quòd non intrent aliqua Castra, Fortalitia, seu Villas firmatas Regis, absque hoc quod primitùs monstrent Literas Regis salvi Conductûs Capitaneis, Gubernatoribus, seu Custodibus eorumdem,
Et quòd in Navi prædicta, prætextu præsentis salvi Conductûs Regis, non colorent vel subumbrent Bona aliqua Inimicorum Regis.
Teste Rege apud *Villam suam Leycestr.* decimo octavo die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, speciales, *& tunc sic*, quandam Navem vocatam Seint John de Bilbawe in Ispannia, unde *Martinus Martini* est Gubernator, unà cum Gubernatore, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Licentia Peregrinandi.

REX Custodibus Passagii in Portu Londoniæ, Dovorriæ, Ann. D
Orewell, vel Sandewici, Salutem. 1426.
Mandamus vobis quòd, dilectum & fidelem Militem nostrum, *An. 4.*
Willielmum Bowes, qui de Licentia nostra ac de avisamento & *H. 6.*
assensu Concilii nostri versus TERRAM SANCTAM peregrè *Ibid.*
profecturus est, in aliquo Portuum prædictorum, versus Terram *m. 6.*
prædictam, cum Servientibus, Bonis, & Hernesiis suis licitis quibuscumque, liberè & absque impedimento aliquo transire permittatis; aliquo Mandato nostro, vobis prius in contrarium directo, non obstante:
Dummodo aliqua, Nobis seu Regno nostro Angliæ præjudicialia, secum non deferat quovis modo.
Teste Rege apud *Castrum suum de Wyndesore*, vicesimo tertio die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

De

Henry Gray,
Domino de Grey de Codenore.
Robertus Veer.
Gilbertus Debenham,
Sibimet.
Drury,
Sibimet.
Carbonell,
Sibimet.

Dorf.
Quarto Die Maii Anno Quarto apud Leycestriam Ordinatum fuit quod dirigantur Literæ Personis infrascriptis de veniendo ad Præsentiam Regis ad dictam villam pro ibidem unà secum suscipiendo in se Ordinem Militarem in Festo Pentecostes tunc proximò futuro.

Præsentibus,

Dominis,	Elienfi,
Bedefordiæ,	*Et* Bathonienfi,
Cantuarienfi, *&* Eborum *Cancellario,*	*Ac* Custode Privati Sigilli,
Archiepiscopis;	Dominis de Cromwell & de Scrop,
Duce Exoniæ,	*Et aliis in Parliamento existentibus.*
Episcopis Dunelmenfi,	

Pro Duce Bedfordiæ.

Ann. D. 1426. *An. 4. H. 6. Pell.*

PLease au Roy nostre Souverain Seigneur, par avis & assent de vostre Tresfage Conseil, de Grauntier Lettres dessous vostre Prive Seel, directes a Tresorer & Chamberleins de vostre Eschequier, pour Paier au *John Duc de Bedford* ce, que lui est aderere de ses Gages, pour le temps q'il, par Commaundement de vostre Treschier Pere le Roy (qi Dieux assoill) fuist Lieutenant & Gardein de son Royaume d'Engleterre; c'estassavoir, de le x Jour de Juyn, l'An du Regne de vostre dit Pere ix, tanque au xii Jour de May, l'An de mesme la Regne x, qe montent a Cxxv *l.* xiii *s.* ii *d.* ob. *q.*

H. Gloucestre.	*P. Elien.*
A. Cantuar.	*J. Bathon.*
J. Ebor. Cancellario.	*Scrop.*
T. Exon.	*Typtot.*
T. Dunelm.	

Dorf.
Decimo Die Maii, Anno Quarto apud Leicestre, Concessum fuit præsens Supplicatio ut petitur, & Warantum Thesaurario & Camerariis de solvendo.
Præsentibus Dominis infrascriptis.

Cedula Priori annexa.

DEBENTUR *Johanni Duci Bedford*, de Duobus Milibus Libris Annuitatis pro Custodia Regni Angliæ (videlicet) a Decimo Die Junii, Anno Nono Regis *Henrici Quinti*, usque Duodecimum Diem Maii, Anno Decimo ejusdem Regis, per Tria Quarteria unius Anni & nonas Septimanas, ultimo Die, & non Primo, computato,

Ultra M. vii xx *l.* ix *s.* x *d.* indè Recepta ad Receptam Scaccarii dicti Regis infra idem tempus, Cxxv *l.* xiii *s.* ii *d.* ob. *q.*

Conjunctim, & divisim, ad certas Treugas, Guerrarum Abstinentias & Sufferentias;

Inter Nos, Hæredes, & Successores nostros, pro Regnis, Terris, Dominiis, Vassallis, Ligeis, & Subditis nostris quibuscumque, ex una Parte, &c, Serenissimum Principem, *Jacobum* Regem Scottorum, Hæredes, & Successores suos, pro Regnis, Terris, Dominiis, Vassallis, Ligeis, & Subditis suis quibuscumque, ex altera Parte,

Ab Ortu Solis Primi Diei Mensis Maii, Anno Regni nostri Secundo, per Septennium extunc proximò futurum, usque ad Occasum Solis dicti Primi Diei ejusdem Mensis Maii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Tricesimo Primo, per Terram & per Mare duraturas,

Initas, habitas, concordatas, & conclusas, in omnibus & singulis suis Articulis, benè, firmiter, indubiè & inviolabiliter, juxta vim, formam, & effectum earumdem, Conservandum & Exequendum,

Ac ad Reparandum & Emendandum omnia Dampna, Attemptata, & Excessus, facta vel perpetrata contra Tenorem dictarum Treugarum,

Et Puniendum Malefactores secundùm Casuum exigentiam;

Et ideò Vobis & cuilibet Vestrûm Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis, expleatis, & debitè exequamini in forma prædicta:

Damus autem Universis & Singulis Vicecomitibus, Maioribus, Ballivis, Constabulariis, Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris quibuscumque, infra Libertates & extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, & cuilibet vestrûm, in Præmissis, in forma prædicta, faciendis & explendis, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, quotiens & quando per Vos, seu aliquem Vestrûm, super hoc requisiti fuerint seu debitè præmuniti.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Leycestr.* xxvj die Maii.

Pro Duce Eborum, facto Milite.

Ann. D. 1426. *An. 4. H. 6. Pat. 4. H. 6 p. 2. m. 16.* * X. 359.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Monstravit nobis, carissima Consanguinea nostra, *Johanna Comitissa Westmerlandiæ*, qualiter ipsa, ut Executrix Testamenti carissimi Domini & Viri sui *Radulphi* nuper *Comitis Westmerlandiæ* Defuncti, habet * Custodiam & Gubernationem carissimi Consanguinei nostri *Ricardi Ducis Eborum*, virtute Concessionis nostræ eidem nuper Comiti factæ,

Pro cujus quidem Ducis Sustentatione, per avisamentum Concilii nostri, Concessimus eidem nuper Comiti Ducentas Marcas, percipiendas Annuatim, durante Minori Ætate *ejusdem Ducis*,

De quibus quidem Ducentis Marcis prædictus Dux honorificè, prout convenit Statui suo, sustentari non potest, pro eo quod ipse Miles efficitur, & in Honorem, Ætatem, & Hæreditatem crescit, qui Majores Expensas & Custus exquirunt, ad magnum onus dictæ Consanguineæ nostræ ut dicit,

Nos, præmissa considerantes, de avisamento & assensu Concilii nostri, Concessimus præfatæ Consanguineæ nostræ Centum Marcas, percipiendas Annuatim pro Sustentatione *ipsius Ducis*, ultra dictas Ducentas Marcas, durante Minore Ætate ejusdem Ducis, de Dominiis, Terris, & Tenementis quæ fuerunt *Edmundi* nuper *Comitis Marchiæ*, nunc in manibus nostris ratione Minoris Ætatis ejusdem Ducis existentibus, infra Comitatus Dorsetiæ & Suffolciæ, per manus Firmariorum vel Occupatorum eorumdem; videlicet,

Unam Medietatem Summæ prædictæ, per manus Firmariorum Dominiorum, Terrarum, & Tenementorum prædictorum, infra Comitatum Dorsetiæ,

Et aliam Medietatem ejusdem Summæ, per manus Firmario-
Q rum

Regno Angliæ morando, Onera ei occasione subiit & Expensas,

Attentoque etiam per eosdem quòd, Illustris Princeps, *Humfridus Dux Gloucestriæ*, dicti Domini nostri Regis Patruus, pro eo quod Protector & Defensor Regni Angliæ & Principalis Consiliarius ipsius Domini nostri Regis fuerat, habuit ex Concessione dicti Domini nostri Regis, de advisamento sui Concilii, quolibet Anno, usque in Adventum dicti *Ducis Bedfordiæ*, Summam Octo Milium Marcarum,

Quæ quidem Protectio, Defensio, & Consiliarii Principalis Officium jam ipsi *Duci Bedfordiæ*, vigore cujusdam Acti Parliamenti indè confecti, tribuuntur,

Concessum fuit & Concordatum, per Dominos de Concilio memoratos, quòd Custos Privati Sigilli faciat Warantum *Episcopo Bathoniensi* & *Wellensi*, nuper Thesaurario Angliæ, & Camerariis de Scaccario dicti Domini Regis, de Data Vicesimo Die Decembris ultimò præterito, ad faciendum Solutionem vel sufficientem Assignationem præfato *Duci Bedfordiæ* quolibet Anno, quamdiu in Regno Angliæ sic steterit & Regi placuerit, de prædicta Summa Octo Milium Marcarum, incipiendo Annum a Vicesimo Die Decembris supradicto,

Et aliud Warantum Domino *Waltero Hungerford*, modò Thesaurario Angliæ, & Camerariis de Scaccario Regis, ad Solvendum vel Satisfaciendum dicto *Duci Bedfordiæ* de omni eo, quod de Summa prædicta, a dicto Vicesimo Die Decembris, a retro fuerit, & sic deinceps quamdiu sic, ut prædicitur, in Regno Angliæ steterit & Regi placuerit.

H. Gloucestre.	*Cromwell.*
H. Cantuar.	*Scrop.*
T. Exon.	*J. Bathon.*
J. Ebor. Cancellario.	*Hungerford.*
T. Dunelm.	*Typtot.*
P. Elien.	

Conseil,

En maniere comme en la dite Acte plus plainement est expresse,

Et combien que *Thomas Dux d'Excestre*, qui a este aussy & est du Conseill du Roy par tout le temps qu'il a este Roy, & a eu & soffert Grandes Coustages & Expenses pour l'Entendance a mesme le Counseill, & soffres par la Cause dessusdite, n'est pas, par son Noun, en la dit Acte Expresse,

Accordes est & Assentus que, veues & considerees les Choses dessusdites, & * que *le dit Duc* Entende ore diligeaument, de Jour en aultre, au dit Counseill, qu'il ait & pregne, chascun An, * X. 361.
par les mains des Tresoriers & Chamberlains de l'Eschequer, a Quatre Termes del An principales, par egales Portions, *Trois Cens Mars*, par manere come les dis *Archevesque & Evesque de Wynchestre*, ou aultre de son Estat du dit Counseill, ount & pregnent Annuellement, & ainsy d'ore en avant tant come il serra du Counseill du Roy, Comenceant son Paiement de la dite Some le Noefisme Jour de Decembre, l'An du Regne du Roy Premier,

Quel Jour, par Auctorite du Roy, en son Parlement, yl fust Ordennes & Assignes d'estre de son Counseil,

Pourveu toutesfois que, s'il a este absent devant, ou s'absente desore en avant, du dit Conseil aucun Jour, apres le Comencement du Conseil, en plain Terme, lez Cours seians, sans cause Resonnable approvee par tous les autres de mesme le Counseill presens, qu'adonques, pour le Jour de tielle Absence, sera Rabatus de luy, de les avantdis *Trois Cens Mars*, *Vingt Soulds*.

Johan.	*T Dunelm.*
H. Gloucestre.	*P. Elien.*
J. Ebor Canc.	*J. Bathon.*
J. Cantuar.	*Cromwell.*

* X. 360.

* *Pro Flandrensibus, Ligeis Regis & Coronæ Franciæ.*

Ann. D. 1426. An. 4. H. 6. Claus. 4. H. 6. m. 11. dor.

REX Vicecomitibus Londoniæ, Salutem.

Quia, ex gravi Conquestione fidelium Ligeorum & Subditorum nostrorum Flandriæ, qui sub Ditione & Obedientia nostris & Coronæ nostræ Franciæ existunt, ad nostrum pervenit auditum quòd quidam Ligeorum & Subditorum nostrorum Regni nostri Angliæ Prisas & Captiones Hominum ac Navium, Bonorum & Mercandisarum, ipsorum Subditorum nostrorum Flandrensium, ac alia Dampna & Mala enormia eisdem Ligeis & Subditis nostris Flandriæ, nuper supra Mare, contra formam Appunctuamenti FINALIS PACIS, inter Duo Regna nostra habitæ & conclusæ, fecerunt & perpetrârunt, & adhuc facere & perpetrare indies non desistunt,

Unde, ex Parte prædictorum Subditorum nostrorum, nobis est humiliter supplicatum ut sibi de Remedio congruo, in hac parte providere dignaremur,

Nos,

Præmissa debitè ponderantes, ac Pacem & Tranquillitatem Universis Ligeis & Subditis nostris, utrorumque Regnorum nostrorum prædictorum, & inter eos inviolabiliter observari & observare volentes,

Vobis, de avisamento & assensu Concilii nostri, Præcipimus, firmiter Injungentes, quòd statim, visis Præsentibus, in locis infra Civitatem prædictam & Suburbia ejusdem, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè ex Parte nostra Proclamari faciatis,

Nè quis dictorum Ligeorum & Subditorum nostrorum, dicti Regni nostri Angliæ, aliquas hujusmodi Prisas sive Captiones Hominum aut Navium, Bonorum sive Marcandisarum, dictorum Ligeorum & Subditorum nostrorum Flandriæ, aut aliorum quorumcumque eisdem Ligeis & Subditis nostris, in Personis, vel in Rebus, aliquo quæsito colore, faciat, sive facere præsumat,

Intimantes eisdem Ligeis & Subditis nostris, prædicti Regni nostri Angliæ, quòd, si quis eorum quicquid, contra formam præsentis Proclamationis nostræ, fecerit, sive attemptaverit, Nos eos & eorum quemlibet taliter Castigabimus & Puniemus, quod eorum castigatio & Punitio aliis, taliter Delinquentibus, cedet in Exemplum;

Et hoc nullatenus omittatis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo quarto die Julii.

Consimilia Brevia diriguntur Constabulario Castri sui Dovorriæ & Custodi Quinque Portuum suorum, vel ejus Locumtenenti ibidem, ac Vicecomitibus in Comitatibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet, *&c.*

Pro Flandrensibus de Intercursu, quacunque Exoriente Guerra, non interpellando.

REX, omnibus, ad quos, &c Salutem. Ann. D. 1426.
Sciatis quòd,

Cùm, ex parte, Carissimi Avunculi nostri, *Philippi Ducis Burgundiæ*, Comitis Flandriæ, Artesii, & Burgundiæ, ac, dilectorum Subditorum & Ligeorum nostrorum, Proborum Hominum in *Patria Flandriæ* Inhabitantium, Nobis sit, per Ambassiatores suos & Nuncios notabiles, monstratum & expositum quòd, licet ab Antiquo tempore, ante Guerras Franciæ & Angliæ, illi de Regno nostro Angliæ & dictæ Patriæ Flandriæ in Mercandisis & aliis suis Agendis, tàm per Terram, quàm per Mare, securè & amicabiliter pariter Communicaverint, An. 4. H. 6. Franc. 4. H. 6. m. 5.

Et post dictas Guerras inchoatas, & temporibus eorumdem, diversi Modi comperti fuerunt, per quos Communicatio & Securitas hujusmodi, quæ dictis Duabus Patriis perquàm utiles & necessariæ fuerint, inter easdem habebantur,

Quæ quidem Communicatio & Securitas, visâ & consideratâ Pace Generali inter dicta Regna nostra factâ, a multo fortiori, jam Interteneri deberent,

Quamplures tamen de dicto Regno nostro Angliæ nuper & post certa tempora jam non est diu transacta, Prisas, Excessus grandes, & Inhumanitates multimodos in Mercatores, Piscatores, & Marinarios dictæ Patriæ Flandriæ perpetrârunt & fecerunt, quorum Declaratio in Parte facta & in scriptis extitit exhibita magis planè,

Super quibus Ambassiatores prædicti Nobis humiliter supplicârunt & Nos requisierunt ut dictas Prisas Reparari, & eisdem Mercatoribus & aliis prædictis Restitutionem fieri jubere, ac in eum modum providere quod prædicti Subditi, ejusdem Patriæ Flandriæ, de cetero habere possint, tàm per Terram, quàm per Mare, contra quascumque Guerras hujusmodi seu Molestias, Securitatem Generalem, dignaremur,

Nos, Præmissis, & præsertim dictâ Pace Generali, ut prædictum est, factâ, visis & consideratis, de avisamento, Carissimorum & prædilectorum Avunculorum nostrorum, *Johannis Ducis Bedfordiæ* Regentis Regnum nostrum Franciæ & Protectoris Regni nostri Angliæ, & *Humfredi Ducis Gloucestriæ*, & aliorum de Magno Concilio nostro, præfatis Ambassiatoribus & Nunciis, modo quo sequitur, fecimus Responderi; videlicet,

Quòd Intentionis & Voluntatis nostræ extitit de Tractando, Favorisando, & Regendo illos de dicta Patria Flandriæ in omnibus sicut nostros bonos & veros Subditos, & prout eos tractare debemus & tenemur, & quemadmodum Prædecessores nostri, Reges Franciæ, eos pertractare consueverunt, quódque ipsi ac Subditi nostri, de dicto Regno nostro Angliæ, tàm per Terram, quàm per Mare, tàm in Facto Mercandisæ, quàm aliter, amicabiliter

aus de Anglia fieri oiceatur, vel per illos qui in idem Regnum cum Prisis hujusmodi venerint, petere Justitiam coram Cancellario nostro vel Admirallo nostro Angliæ, qui nunc sunt, vel qui pro tempore fuerint,

Et, quoad Prisas, quæ per illos de Francia fieri possent, vel per ipsos qui in ipsum Regnum Franciæ venient, prædicti Conquerentes Justitiæ complementum exigere poterunt coram illis, qui ad hoc ex parte nostra Commissi erunt & Deputati, quibus omnibus nos, de avisamento dictorum Avunculorum nostrorum & aliorum de Concilio nostro, Dedimus, Damus, & Dabimus in Mandatis quòd, frivolis quibuscumque Dilationibus prætermissis, bonam & celerem Justitiam summarie & de plano dictis Conquerentibus administrent:

Et ulterius pro taliter providendo quòd ipsi de Flandria cum Subditis dicti Regni nostri Angliæ, tàm per Terram, quàm per Mare, securè Conversari & Communicare valeant, & ad eos generaliter, in quantum fieri poterit, contra omnes hujusmodi Prisas & Excessus in plena Securitate ponendum & poni faciendum, ac Nos, Avisamenta quædam super hoc per ipsos Ambassiatores Nobis exhibita prosequentes, fieri faciemus & ordinabimus Literas nostras, Magnis Sigillis nostris sigillandas, quas in Civitatibus, Villis, & Portubus dictorum Regnorum nostrorum Angliæ & Franciæ Proclamari faciemus & Publicari,

Quibus palàm & solempniter prohibebitur omnibus Subditis nostris & aliis, qui in eadem Regna venerint, & in eisdem frequentabunt aut conversabunt, ne quis eorum aliquod Dampnum illis de Flandria de Corporibus vel de Bonis inferant aut faciant quoquomodo,

Quibus etiam Literis nostris mandabitur quòd, si aliquæ Prisæ in contrarium Præmissorum factæ fuerint, & Naves ac Bona sic Capta in quocumque Portu dictorum Regnorum nostrorum contigerit applicare, Gubernatores eorumdem Locorum seu Portuum Naves & Bona hujusmodi, ex parte nostra, Tenebunt & Ponent sub Manu secura, sub Pœna Refundendi prædicta Bona, in eventum quo in hoc Negligentes seu Culpabiles inventi fuerint, necnon Seisinæ Franchesiarum eorumdem Locorum seu Villarum in Manus nostras,

Quæ quidem Bona per spatium Trium Mensium salvò custodientur, ad finem quod infra idem tempus, Personæ Dampnificatæ Certiorari valeant & venire ad Restitutionem Bonorum hujusmodi postulandam:

Et, ut dicti Subditi nostri de Flandria Justitiam suam in dicto Regno nostro Angliæ liberiùs, tutiùs, & securiùs Prosequi valeant adversus quoscumque, qui eosdem Dampnificaverint aut Læserint in Personis aut in Bonis, Concedimus eis quod, durante Termino Prosecutionum earumdem, sub Protectione & Salva Gardia nostris specialibus sint, teneantur, & reputentur:

* X. 363 * Et insuper, in casu quo prædicti Captores, Naves & Bona, sic Capta, suâ sponte, Restituere voluerint, id facere valeant; posito quòd exnunc in aliquos Portus prædictorum applicata fuerint, nec debent in hoc Casu Gubernatores Locorum seu Portuum eos prohibere vel impedire,

Insuper, quoad hoc, quod prædicti Ambassiatores in Scriptis exposuerint, quòd nunquam Subditi nostri Angliæ colorant Prisas hujusmodi, quas faciunt super Flandrensibus per hoc, quod dicunt, quòd licet Bona illa, sic Capta, sint signata Signis de Flandria, hoc tamen factum est per Fraudem, & quòd Bona illa Illis de Ispania, vel Britannia, vel aliis inimicis suis pertinent, & quod pro eo ipsi ea licitè Capiunt, quamobrem prædicti Ambassiatores obtulerunt quòd, pro omnimodis Fraudibus evitandis, prædictus *Avunculus noster Burgundiæ*, per Statuta & Proclamationes publicas, modo & forma melioribus quibus fieri poterit, providebit,

Proviso quòd, eo mediante, & debita Punitione quæ fiet contra hujusmodi Fraudes Committentes, Ipsi de Flandria per eorum Sacramenta, de Signis eorum & Bonis, quæ in Navibus, quæ sic capi poterunt, & in Francia vel Anglia adduci, credantur,

Nos eorum Oblationibus & Petitioni in hac parte libenter An-

Quæ *Johannes de Stretton* Dominus de Landiras Defunctus habuit, tàm ex Concessione carissimi Avunculi sui Principis Defuncti, quàm ex concessione Domini *R.* nuper *Regis Angliæ* Secundi post conquestum,

Videlicet, omnia Bona, Hæreditates, Terras, Dominia, Census, Redditus, Homines Quæstabiles, Tallias, Quæstus, Hospitia, Burdegalia, Vineas, Molendina, Boscos, Prata, Piscarias, Pasturas, & Paduagia, cum omnibus aliis pertinentiis, quæ fuerunt *Arnaldi de Champerryon*, nuper Burgensis Civitatis Burdegaliæ,

Gaugettum Vini in Civitate sua Burdegaliæ, quod *Dominus de Mouccdane* tenuit de Hæreditate sua, & per Rebellionem & Forisfacturam prædicti Domini ad Manus prædicti nuper Regis devenit,

Necnon Tres Partes Mercati Burdegalensis, quas *Johannes de Collom* Chivaler tenuit, & quæ per Rebellionem & Forisfacturam ejusdem *Johannis* ad Manus prædicti nuper Regis devenerunt,

Officium Janitoris Castri sui Burdegaliæ, Terras & Hæreditates, cum pertinentiis, quæ fuerunt *Gaillardi de Goot* Domini de Roaillac,

Terras & Hæreditates, cum pertinentiis, quas *Johannes Collom* Chivaler defunctus tenuit apud Vessan, & infra Jurisdictionem & Potestatem Marquæ,

* Ac etiam omnes Terras & Hæreditates, quas *Gaillardus de Preissac* tenuit in Burdegalia, * X. 364.

Præposituram de Barsack cum pertinentiis, quam *Dominus de Budos* tenuit,

Castrum & Villam de Leugen in Dominio prædicti Avi nostri Aquitanniæ, cum Quatuor Denariis de Libra de Moneta, currente in Dominio ejusdem *Avi nostri* prædicto, percipiendis de omnimodis Mercandisis ad eandem Villam venientibus, & per eandem Villam per Terram & per Aquam transeuntibus,

Illud Gaugettum, quod pro dicto Avo nostro in Castro Burdegaliæ percipitur (videlicet) de & super quolibet Dolio Vini, custumato infra Castrum prædictum, quoddam Sterlingum Aquitannicum, vel Quinque Denarios pro Valore dicti Sterlingi,

Terram *Domini Destaux*,

Et Terram de Condak de Barbane, quam Filia Filii *Gaillardi de Fussac* tenuit,

Ac etiam Hospitium quod Hæredes *Johannis de Funell* apud Burdegaliam inhabitant, una cum le Traue,

Habenda & Tenenda præfato Henrico & Hæredibus suis, de prædicto *Avo nostro* & Hæredibus suis, per Servitia inde debita & consueta, *imperpetuum*, prout in dictis Literis ipsius Avi nostri, Decimo Octavo Die Februarii, Anno Regni sui Primo, confectis, pleniùs continetur,

Jamque, ex parte, dilecti & fidelis nostri, *Nicholai Bowet* Militis, nobis est ostensum quod,

Licet prædicta Bona, Hæreditates, Terræ, Dominia, Census, Redditus, Homines Quæstabiles, Talliæ, Quæstus, Hospitia, Burdegalia, Vineæ, Molendina, Bosci, Prata, Piscariæ, Pasturæ, Paduagia, Gaugetta, Tres Partes Mercati, Officium Janitoris, Præpositura, Castrum & Villa de Lengon, cum dictis Quatuor Denariis, *eidem Henrico*, ut præmittitur, Concessa, post mortem ejusdem *Henrici*, tunc *Archiepiscopi Eboraci*, sibi jure hæreditario immediate Descenderunt,

Idem tamen Nicholaus præmissa habere aut eis gaudere nequit ut deberet, eo quod ipse Propinquior Hæres dicti nuper Archiepiscopi in Ducatu nostro prædicto adhuc non agnoscitur, in ipsius *Nicholai* grave Dampnum & Exhæredationis Periculum manifesta,

Nos,

Præmissa considerantes, & pro eo quòd, per quandam Inquisitionem, coram *Johanne Tailboys*, nuper Escaetore nostro in Comitatu Lincolniæ, de Mandato nostro, post Mortem *dicti nuper Archiepiscopi*, Captam, & in Cancellaria nostra Retornatam, est compertum quòd prædictus Nicholaus est Consanguineus & Pro-

De conductu, pro Uxoribus Obsidum.

Ann. D. 1426. An. 4. H. 6. Scot. 4. H.6.m.9. REX, per Literas suas Patentes, usque Festum Purificationis beatæ Mariæ proximò futurum duraturas, ad Supplicationem *Patricii de Dumbarre* Militis, Obsidis, pro carissimo Consanguineo Regis *Rege Scotorum*, infra Turrim Regis Londoniæ existentis, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Fœminam prædicti Patricii*, in Regnum Regis Angliæ, cum Quatuor Servientibus in Comitiva sua, conjunctim, vel divisim, per Terram, cum Equis & Hernesiis suis ut Peregrini, veniendo, ibidem morando & perhendinando, & exinde versus dictas Partes suas, cum Servientibus suis * prædictis, Equis, & Hernesiis, absque perturbatione vel impedimento quocumque redeundo; * X. 365.

Proviso, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo sexto die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimiles Literas Regis de salvo Conductu habet *Fœmina Gilberti de Haye* Armigeri, Obsidis pro *dicto Rege Scotorum*, ad Supplicationem ejusdem *Gilberti*, cum Quatuor Servientibus in Comitiva sua, conjunctim, & divisim, per idem tempus duraturas.

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

Petitio pro dicto Conductu.

Unto, the full high and myghty Prince, the Regent of Fraunce, Duk of Bedford, *And to the ful wyse and discrete Lordys beyng of the Kynges Counseyll.*

Ann. D. 1426. An. 4. H. 6. Pell. BESEKETH mekely *Patrik of Dumbarre*, Knyght and *Gilbert of Haye* Squyer Scottysshemen, Ostages for the *Kyng of Scotland*, beyng with ynne the Tour of London, that lyketh to zour ful high and wise discretions to graunte to the foresaid Besekers two safe Condeywtes, for ther Two Wyfes with iv Servaunts to every of ther two said Wyfes, togedyr, and sundry, with ther Hors and ther Harneys, and to endure for a Zere, Savely to come to the said Besekers in what so ever place that thei ben with in the Reme of Ingelond, and Savely to go and come in Pilgrimage to Canterbury gyf them lyke,

Dorf.

Vicesimo Sexto Die Julii, Anno 4. apud Fratres Prædicatores Londoniæ, Concessus fuit præsens Salvus conductus pro infrascriptis Personis, in forma, ut petitur, usque ad Festum Purificationis beatæ Mariæ proximum.

Johan.	P. Elien.
J. Cantuar.	Hungerford.
J. Ebor.	Typtot.
Cromewell.	Scrop.

Pro Gastone de Foix Comite de Longa Villa.

Ann. D. 1426. An. 4. H. 6. Vasc 4. H.6.m.1. REX Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Justiciariis, Vicecomitibus, Præpositis, Ministris, & omnibus Ballivis & Fidelibus suis, Salutem

Sciatis quòd Nos,

Attendentes Decus Principum Sapientum & Sublimium consistere in Multitudine Subditorum Potentium & Nobilium, tantóque magis attolli Regale Solium Regnorumque Rempublicam roborari, quo plures sibi subsint nobilis Status & Eminentiæ celsioris,

Volentesque Ceptra nostra Regia, in personis Subditorum hujusmodi, tàm adjectione novorum Honorum, quàm Restauratione veterum, decorari, & augere numerum Statumque Nobilium, quorum Consilio Regna & Dominia nostra dirigi possint in Agendis, & muniri suffragiis in Adversis,

Considerantesque Nobilitatem Strenuam, Providentiam circumspectam, geminatam Morum & Generis Claritatem, carissimi Consanguinei nostri, *Gastonis de Foix*, *Comitis de Longa Villa & Capitalis de Bouche*, necnon Labores, Sumptus, & Pe-

fimus, & hac præsenti Carta nostra, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, *Confirmamus eidem Comiti* & Hæredibus suis Masculis Loca & Placeas subsequentia; videlicet,

Medietatem de Sancto Basilio, unde una Medietas *præfato Comiti* pertinet, & alia Medietas *Francisco de la Bret* Militi, Avunculo jam *Domini de la Bret*, si Rebellis non fuisset, pertinuisset & pertineret ut dicitur,

Medietatem de Lendaron, quæ *prædicto Francisco*, donec Rebellis erat, & alia Medietas *præfato Comiti* pertinebant, ut dicitur,

Locum d'Auros, qui est *ejusdem Comitis*, & quem emit de *Menaldo de Fanas* Milite, qui Locus cuidam *Johanni de la Sare* Defuncto, Capitaneo de la Reole, dùm vixit, solebat, ut fertur, pertinere.

Locum de Baires, quem *prædictus Comes* etiam tenet, causa cujusdam Amitæ suæ, occasione Decem Milium Scutorum Auri; quæ dicta Amita sua, (cujus *ipse Gaston* est Hæres ut dicitur super Loco prædicto habuit, qui quidem Locus dicto *Domino de la Bret*, si in Obedientiâ nostra stetisset, pertineret, dummamen redderet Decem Milia Scutorum supradicta, quem quidem Locum carissimus Dominus & *Pater noster* Defunctus, vel saltem omne Jus quod ipse in eodem Loco habere potuit, causa Rebellionis *Domini de la Bret*, contulit, ut dicitur, *præfato Comiti*, pro Se, & Hæredibus suis,

Locum etiam de Berteulli, qui, ut dicitur, solebat esse prædicti *Domini de la Bret*, qui olim Conquestus fuit per *Johannem Neufuille* Militem, tunc Senescallum Aquitanniæ, & *Capitalem de Buch* Patrem prædicti Comitis, & eidem Capitali per Progenitores nostros in custodiam traditus, sic quòd, si prædictus *Dominus de la Bret* in Obedientiam nostram rediret, idem Locus sibi redderetur, super quo dicti tunc Senescallus & Capitalis tradiderunt suas Literas Sigillis eorum sigillatas,

Ac etiam *Loca de Sore*, & *Castenave de Servus*, quæ tenuit dictus *Dominus de la Bret* Rebellis, non excedentia in Redditu seu Reventione ultra Centum Libras Sterlingorum, quæ quidem Loca *prædictus Comes*, infra breve, ut asserit, in Obedientiam nostram reducere & redigere proponit, Deo dante,

Concessimus insuper *præfato Comiti* Trescentas Libras Sterlingorum de Reventione, quolibet Anno Percipiendas & Habendas super Conquestus quos *idem Comes* super prædictis Rebellibus & Adversariis nobis faciet, aut fieri faciet vel procurabit,

Quæ quidem Loca omnia & singula supradicta, tàm sua, quàm alia, sibi per nos Concessa, necnon Redditus Trescentarum Librarum prædictarum, de prædicto *Comitatu de Benanges* esse volumus, & eidem Comitatui Unimus, Incorporamus, & Adjungimus,

Proviso semper quòd Loca supradicta non sint de Dominico nostro, & quòd *prædictus Comes*, quandocumque ex parte nostra aliquem Locorum hujusmodi, per Nos *eidem Comiti* Donatorum, deliberare fuerit requisitus, Locum illum (satisfacto sibi primitùs per nos de Loco alio æquivalenti) nobis deliberet,

Et quòd omnes Conquestus, per ipsum *Comitem* in hac parte faciendos, fiant ad Custus suos proprios, & non ad nostros,

Ac etiam quòd præsens Concessio nostra non trahatur ab aliis in exemplum;

Hiis Testibus,

Venerabilibus Patribus,
Henrico Cantuariensi, totius Angliæ Primate,
Et *Johanne Eborum*, Angliæ Primate, Cancellario nostro,
Archiepiscopis:
Præfato Regente, *Johanne Bedfordiæ*,
Et *Humfrido Gloucestriæ*,
Avunculis nostris carissimis,
Et *Thoma Exoniæ*, Consanguineo nostro carissimo,
Ducibus:
Johanne Huntyngdoniæ,
Et *Humfrido Staffordiæ*,
Comitibus:
Radulpho Crumwell, Thesaurario nostro,
Militibus:
* *Johanne Tiptoft* Senescallo Hospitii nostri, * X. 367.
Magistro *Willielmo Alnewyk* Custode Privati Sigilli nostri;
Et aliis.

Dat. per Manum nostram apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De

Nostre Soveraigne Seigneur,

A la Conservation & Entretement de la Paix Finale des Roiaumes de France & d'Engleterre,

Et mesmement des Communications & Seurtes, de long temps entretenuz entre le dit Roiaume d'Engleterre & ceulx du Pais de Flandres,

A Ordenne, par l'advis & deliberation de son Graunde Conseil, & Commande & Enjoint expressement a toutz & a chescun de son dit Roiaume d'Engleterre, que avecques ceux du dit Pais de Flandres,

Les queux il voet Treter, Favouriser, & Demesner en toutz Choses come ses bons, vrais, & loiaux Subgiz en son Roiaume de France, & come ses Predecessours Rois de Fraunce ount accustume & doivent traiter,

Ils Communiquent & Conversent, tant en Mer, come en Terre, Marchandement & autrement, amiablement, bonement, & seurement, come Subgiz souz un soul Seigneur doivent & pouent faire,

Et deffent tresexpressement que nul, de quelque Estat q'il soit, des ditz Roiaumes d'Engleterre & de France, n'autres repairans, frequentans, ou conversans en icelx Roiaumes, queux ne de quelque Nation ou Seignourie q'ils soient, ne portent ou facent, ne facent porter ou faire Guerre, Moleste, ou Damage, en Corps ou en Biens, au susditz de Flandres, ou aucuns d'eux, sur les Payns de Disobeisaunce, & autres tiels Pains qu'il appartient au Cas.

Damus autem universis & singulis Archiepiscopis, Episcopis, Abbatibus, Prioribus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Communitatibus, Vicecomitibus, Liberis Hominibus, Ballivis, Ministris, & omnibus Fidelibus nostris, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd *præfato Humfredo*, tanquam Custodi dicti Regni nostri, & Locum nostrum tenenti in eodem, Intendentes sint, Respondentes, ac Consulentes, & Auxiliantes.

In cujus, &c.

Teste Rege *apud Civitatem suam Cantuar.* xxiij Die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Viagio Regis, de Monstris capiendis.

Ann. D. REX,
1430. Venerabilibus in Christo Patribus,
An. 8. P. eadem Gratia, *Episcopo Eliensi*,
H. 6. J. eàdem Gratià, *Episcopo Bathoniensi & Wellensi*,
Franc. 8. Ac,
H 6. m. Dilectis & fidelibus suis,
13. *Johanni Tiptoft* Militi,
Lodowico Robessart Militi,
Willelmo Phelip Militi,
Johanni Moungomery Militi,
Johanni Stuard Militi,
Roberto Shotesbroke Militi,
Radulpho Boteler Militi,
Necnon,
Dilectis sibi,
Ricardo Wodevyle Armigero,
Johanni Feryby Armigero,
Ricardo Bokeland Armigero,
Willelmo Fitz Henry Armigero,
Et *Johanni Bryce* Armigero,
Salutem.

Sciatis quòd nos,

De fidelitate & circumspectione vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus vos, & Duos vestrûm, ad Monstra sive Monstrationes Capitaneorum, Dominorum, Militum, Armigerorum, & aliorum de Retinentiis suis, qui in Obsequium nostrum, in præsenti Viagio nostro, versus Regnum nostrum Franciæ profecturi sunt, de Die in Diem, quandocumque opus fuerit & necesse, apud Villam nostram Calesii, & alia Loca infra Regnum nostrum Franciæ magis accommoda & necessaria, quotiens & quando iidem Capitanei, Domini, Milites, Armigeri, & alii ad hujusmodi Monstra sive Monstrationes fuerint requisiti, Capiendum & Supervidendum,

Et ad Nos & Concilium nostrum de modo & sufficientia Capitaneorum, Dominorum, Militum, Armigerorum, & aliorum prædictorum, tàm in Equitatura, quàm in Armatura, & aliis in ea parte requisitis, ac etiam de eorum Nominibus & Numero, necnon de Diebus receptionum Monstrationum prædictarum, Reportandum & Certificandum;

* X. * Et ideò Vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter in-
459. tendatis, ac ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem præfatis Capitaneis, Dominis, Militibus, Armigeris, ac omnibus aliis, quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Vobis, & Duobus Vestrûm, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste *Humfrido Duce Gloucestriæ* Custode Angliæ *apud Wye*, xxiv Die Aprilis.

Personam nostram, qui in partibus Transmarinis personaliter simus, ac Patriam & Subditos nostros ibidem, quantum in eis est, Periculo manifesto exponendo,

Nos (eorum Perversitati, Contemptui, & Præjudicio obviare volentes) vobis districtius quo possumus injungendo, Præcipimus quòd statim, visis præsentibus, in singulis Locis, in Civitate prædicta, & Suburbiis ejusdem, ubi magis expedire videritis, publicè ex parte nostra proclamari faciatis,

Quod omnes & singuli hujusmodi Capitanei & Soldarii, in Civitate prædicta existentes, & ad eam confluentes (cujuscumque fuerint Status, Gradûs, seu Conditionis) qui ad proficiscendum nobiscum, in Viagio nostro prædicto, versus partes prædictas, sunt Retenti, versus Costeras Maris, usque Villam nostram Sandewici vel Dovorriam, omni Dilatione ac Retardatione postpositis, pro Eskippatione sua ac Equorum & Hernesiorum suorum, ac penes Personam nostram cum omni celeritate possibili se trahant, properent, & festinent sub Pœna amissionis Equorum, Hernesiorum, ac Imprisonamenti Corporum suorum ad voluntatem nostram,

Et omnes illos, quos, post & contra Proclamationem prædictam, post Diem Proclamationis hujusmodi, per vos factæ,

Absque Licentiâ nostrâ, seu, carissimi Avunculi nostri, *Humfredi Ducis Gloucestriæ*, Custodis Angliæ, Causam Moræ suæ in Scriptis continente, Sigillo nostro seu Signeto Custodis signatâ, habitâ,

Moram in Civitate prædicta facientes inveneritis, sine dilatione, unà cum Equis & Hernesiis suis prædictis, Arestari & Capi, & Corpora ipsorum Arestatorum in Prisona nostra, ac Equos & Hernesia sua prædicta sub salva & secura Custodia, quousque aliter pro Deliberatione eorumdem duxerimus ordinandum, poni & custodiri faciatis;

Et hoc, sicut Nos & Honorem nostrum diligitis, ac gravem Indignationem nostram evitare volueritis, nullatenus omittatis.

Teste *Humfrido Duce Gloucestriæ* Custode Angliæ *apud Civitatem Regis Cantuariæ*, Tertio Die Maii.

Per Concilium.

REX Ballivis Civitatis suæ Roffensis, Salutem. *Ibid.*

Quia datum est Nobis intelligi quòd quamplures Capitaneorum & Soldariorum nostrorum,

Qui ad Proficiscendum Nobiscum, in præsenti Viagio nostro, versus Partes Transmarinas, sunt retenti,

Post Monstrationes suas factas rursum ad Civitatem nostram Londoniæ, & alias Partes, cum Equis & Hernesiis suis, Tergiversantur & Retrocedunt, in gravem nostri Contemptum & præjudicium, ac contra formam, Vim, & * effectum Retentionis * X.
suæ, ac Proclamationum in hac parte factarum, necnon Viagii no- 460.
stri prædicti Retardationem manifestam,

Nos (eorum Perversitati, Contemptui, Præjuditio, & Retardationi obviare volentes) vobis, districtius quo possumus firmiter injungendo, Præcipimus quòd statim, visis Præsentibus, in singulis Locis in Civitate prædicta, & Suburbiis ejusdem, publicè ex parte nostra Proclamari faciatis,

Nè quis Capitaneorum seu Soldariorum prædictorum (cujuscumque fuerit Gradûs, Statûs, seu Conditionis) se ab Itinere seu Passagio suo versus Nos Retrahat, nec ad Civitatem nostram Londoniæ aut alias Partes prædictas Retrocedat, seu se Divertat quovis modo,

Absque Licentiâ nostrâ, seu Carissimi Avunculi nostri *Humfridi Ducis Gloucestriæ*, Custodis Angliæ, Causam hujusmodi Retrocessûs seu Reditûs sui in Scriptis continente, Sigillo nostro seu Signeto ejusdem Custodis Sigillatâ, habitâ,

Sub Pœna Amissionis Equorum & Hernesiorum suorum, ac Imprisonamenti Corporum suorum ad Voluntatem nostram,

Et omnes & singulos hujusmodi Capitaneos seu Soldarios, quos, post & contra Proclamationem prædictam, inveneritis contraria facientes, sine dilatione, unà cum Equis & Hernesiis suis prædictis, Arestari & Capi, & Corpora ipsorum Arestatorum in Prisona nostra, ac Equos & Hernesia sua hujusmodi sub Salva & Secura Custodia, quousque pro eorum Deliberatione aliter duxerimus Ordinandum, poni ac custodiri faciatis:

Et hoc, sicut Nos & Honorem nostrum diligitis, ac gravem Indignationem nostram evitare volueritis, nullatenus omittatis.

Teste ut supra.

Per Concilium.

Pro

ITEM, PETIT Allocationem de *iis. per Septimanam*, pro Expensis Fratris *Johannis Randolf* (videlicet) a prædicto xxvij die Februarii Anno vij, usque Quintum Diem Junii tunc proximo sequentem.

ITEM, PETIT Allocationem de *vis. viiid. per Septimanam*, pro Expensis * *Johannis Upton* Appellantis pro *Domino Rege*, ab xi die Novembris, Anno Regni dicti Domini Regis octavo, usque xxiij diem Januarii tunc proximò sequentem. *X 461.

ITEM, PETIT Allocationem, pro Vadiis & Expensis Duorum Generosorum & Decem Valectorum, Vigilantium & Custodientium Prisonarios prædictos, & alios Obsides de Scotia, ibidem sub Custodia sua existentes, (videlicet) a prædicto xxvij die Februarii, dicto Anno septimo, usque xxix diem Aprilis, Anno octavo (videlicet) pro quolibet dictorum Generosorum viij *d.* per Diem, prout *Johannes Langton* Miles habuit pro Custodia cæterorum Obsidum de Scotia.

Pro Custodia Ducis Aurelianensis.

Ann. D. 1430. An. 8. H. 6. Bibl. Cot. Cleopatr. F. 4. An. 8. H. 6.

D*Ecimo Octavo Die Maii*, *Anno Octavo*, apud Westmonasterium, Concordatum fuit quod fiat Warantum Thesaurario & Camerariis de Scaccario, qui nunc sunt, vel qui pro tempore erunt, de Solvendo *Johanni Cornewaille* Militi, pro Custodia *Ducis Aurelianensis* (videlicet) a vicesimo nono Die Decembris ultimo præterito (quo die recepit *dictum Ducem* in suam Custodiam) usque xxvij Diem Januarii proximò sequentem (quo Die adduxit eundem *Ducem* in Civitatem Londoniæ) & de decimo quinto Die Februarii extunc proximò sequente usque Nunc, secundum Ratam, CCCC. *Marcarum* per Annum, & sic de tempore in tempus quamdiu dictus *Johannes* habuerit Custodiam *Ducis prædicti*, eodem modo quo Solutum fuit *Thomæ Comberworth* Militi, nuper habenti Custodiam *supradicti*, Habendarum, de Dono Regis, per viam Regardi, pro grandibus Laboribus & Expensis, quos idem *Johannes* sustinuit & sustinebit circa Custodiam & Salvam gardiam *ejusdem Ducis*, pro tempore quo steterit in eadem.

De Mutuo præstando.

Ann. D. 1430. An. 8. H. 6. Pat. 8. H. 6. p. 1. m. 5.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

SCIATIS QUOD,

Cùm Nos,

De avisamento & assensu Dominorum Spiritualium & Temporalium, ac Comunitatis Regni nostri Angliæ, in Parliamento nostro apud Westmonasterium in Crastino Sancti Mathei ultimò præterito tento existentium,

Concesserimus & Ordinaverimus quòd Domini Concilii nostri, ac Hæredum, & Successorum nostrorum, pro tempore existentium, habeant plenam Potestatem, Auctoritate Parliamenti prædicti, faciendi omnibus illis,

Qui aliqua Mutua Nobis, pro Defensione dicti Regni nostri, ante Inceptionem Parliamenti prædicti, fecerunt, aut deinceps usque ad Parliamentum nostrum extunc proximò Tenendum fecerint, de Summa Quinquaginta Milium Librarum vel infra,

Et similiter quibuscumque aliis Personis, & earum cuilibet, qui, per Obligationes suas, tenentur pro aliquibus Mutuis, Nobis ante Inceptionem ejusdem ultimi Parliamenti factis,

Tantas & tàm bonas Securitates, ex parte nostra, tàm de Cu-

stro, ac Hæredum, & Successorum nostrorum, absque Fendo vel Fine pro eisdem solvendis, pro Securitate Resolutionis & Satisfactionis prædictorum Creditorum, & Obligatorum, ac Executorum, Assignatorum & Deputatorum suorum, prout eisdem Creditoribus, & Obligatis, ac eorum Executoribus, Assignatis, & Deputatis, videbitur necessaria & sufficientia per avisamentum Concilii prædicti,

Et quòd Personæ quæcumque de Consilio nostro, Thesaurarius Angliæ, qui nunc est, & qui pro tempore erit, Custumarii, & quilibet alius Officiarius noster, & quæcumque alia Persona dicti Regni nostri,

Quæ, per avisamentum Concilii nostri, deliberabit, sive deliberabunt, Jocalia, Bona, & Catalla, nostra hujusmodi, aut solvet, seu solvent, aliquas Denariorum Summas præfatis Creditoribus, sive Obligatis, Executoribus, vel Assignatis suis, pro Securitate, Satisfactione, sive Solutione dictarum Obligationum aut Summarum, per ipsos in forma prædicta, præstitarum aut præstandarum in forma prædicta,

Inde Quieti sint & Exonerati Auctoritate, prædictâ, erga Nos, Hæredes, & Successores nostros, ac nostros & Hæredum & Successorum nostrorum Executores, imperpetuum, absque eo quòd ipsi aliqualiter sint, ex parte nostra, Hæredum, & Successorum nostrorum, vel ipsorum Executorum, seu alterius cujuscumque, Molestati, Gravati, aut Impetiti, seu eorum aliquis Molestatus, Gravatus, vel Impetitus existat quovis modo, prout in Ordinatione prædicta pleniùs continetur,

Nos,

Pro eo quod *Major & Communitas Civitatis Londoniæ* Summam *Sex Milium*, *Sexcentarum*, *Sexaginta & Sex Librarum*, *Duodecim Solidorum*, *& Sexdecim Denariorum*, *& unius Oboli* (Parcellam dictarum Quinquaginta Milium Librarum) ad præsens urgens Negotium nostrum, pro Defensione dicti Regni nostri, jam gratis Mutuaverint,

VOLENTES pro Resolutione ejusdem Summæ, præfatis *Majori & Communitati* per Nos sic debitæ, fideliter faciendâ disponere & ordinare, ut tenemur,

CONCESSIMUS, ORDINAVIMUS, & ASSIGNAVIMUS, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, de avisamento & assensu Dominorum de Concilio nostro prædicto, & Auctoritate prædictâ, quòd prædicti *Major & Comunitas*, Hæredes, Successores, Executores, & Assignati sui de Summa *Sex Milium*, *Sexcentarum*, *Sexaginta & Sex Librarum*, *Duodecim Solidorum*, *Sexdecim Denariorum*, *& unius Oboli* prædictorum, de Decima & Quintadecima, Nobis per Comunitates ejusdem Regni nostri, in dicto Parliamento dicto Crastino tento, concessis, ad Octabas Sancti Martini in Yeme proximò futuras Solvendis, per manus Collectorum earumdem Decimæ & Quintædecimæ, virtute Talliarum, inde super ipsos Collectores, de Summis infrascriptis, ad Receptam Scaccarii nostri Levatarum, & præfatis *Majori & Comunitati* liberandarum, bene & fideliter persolvantur; videlicet,

De Duobus Milibus, *Trescentis*, *Sexaginta & Quatour Libris*, *Sex Solidis*, *& Sex Denariis*, in Comitatu Norffolciæ,

Septingentis, *Triginta & Tribus Libris*, *Sex Solidis*, *& Octo Denariis*, in Civitate Londoniæ,

Mille, *Quadringentis*, *Viginti & Octo Libris*, *& Tribus Solidis*, in Comitatu Suffolciæ,

Trescentis Viginti & Duabus Libris & Quinque Solidis, in Comitatu Middlesexiæ,

* *Nongentis quadraginta & duabus Libris*, *Tresdecim Solidis*, *Tribus Denariis*, *& uno Obolo*, in Partibus de Kesteven. in Comitatu Lincolniæ, *X. 463.

Ducentis, *quadraginta & una Libris*, *Tresdecim Solidis*, *& Undecim Denariis*, in Comitatu Kantiæ,

pro recompensatione ipsorum Majoris & Communitatis, Hæredum, Executorum, vel Assignatorum suorum prædictorum, aut aliqua Parcella inde, contra dictam Ordinationem seu Concessionem nostram, Nobis, Hæredibus, aut Successoribus nostris, vel ad opus nostrum, Hæredum, seu Successorum nostrorum, percipiatur, solvatur, vel recipiatur, nec alii cuicumque Assignetur, aut aliqualiter Pardonetur,

Injungentes præfatis Collectoribus, & eorum cuilibet, ac eorum Attornatis, seu Deputatis quibuscumque, quatinus Summas de Decima & Quintadecima prædictis, super ipsos, per Tallias prædictas, ut præmittitur, levatas & assignatas, seu levandas & assignandas, eisdem *Majori & Communitati*, Hæredibus, Executoribus, vel Assignatis suis, ad Octabas Sancti Martini prædictas, sine dilatione solvant, Tallias, dictas Summas continentes, penes se, loco Acquietantiæ, recipientes:

VOLUMUS etiam & CONCEDIMUS dictis *Majori & Communitati*, Hæredibus, Executoribus, & Assignatis suis, de Avisamento, Assensu, & Auctoritate prædictis, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, per Præsentes, quòd prædicti *Major & Communitas*, neque ipsorum Hæredes, Successores, Executores, aut Terrarum Tenentes, Onerentur, vel eorum aliquis imposterùm Oneretur, ad Computandum, coram Nobis, Hæredibus, vel Successoribus nostris, in Scaccario nostro, Hæredum, vel Successorum nostrorum, de Recuperatione Summarum prædictarum, per Manus dictorum Collectorum Decimæ & Quintædecimæ prædictarum; set quòd eisdem Summis gaudeant, juxta formam earumdem Concessionum, Assignationum, Solutionum, & Deliberationum, absque impetitione, molestatione, aut gravamine Nostri, seu Hæredum, Successorum, aut Executorum nostrorum, aut alterius Personæ cujuscumque, in hac parte:

VOLUMUS insuper & CONCEDIMUS, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, quòd iidem Collectores, & eorum quilibet, ac eorum Deputati & Assignati, in eorum Compotis, ad dictum Scaccarium nostrum, de decima & Quintadecima prædictis faciendis, de Summis prædictis, eisdem *Majori & Communitati*, Hæredibus & Successoribus suis, virtute Talliarum prædictarum, solvendis, ut prædicitur, sine quacumque Contradictione nostra, Hæredum vel Successorum nostrorum quorumcumque, sufficientem Allocationem habeant, & inde totaliter Exonerati existant pariter & Quieti, nec alibi de Summis prædictis Molestentur, Impetantur, nec aliquo modo per Nos, Hæredes, vel Successores nostros, de Receptione Summarum hujusmodi, vel alicujus Parcellæ earumdem, Graventur, nec eorum aliquis Molestetur vel Graveturr, quoquo modo in futurum.

In cujus, &c.

Teste *præfato Custode apud Westm.* xix die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimiles Literas Regis Patentes habent subscripti, de Summis subscriptis, in Locis subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Johannes Cornewaill Chivaler, de Summa *Quingentarum Librarum* in Com. Bed.

* X. 464. *Major, Communitas & alii homines * Civitatis Sarum*, de Summa *Sexaginta & Duodecim Librarum* in Civitate prædicta.

Prior Sancti Johannis Jerusalem in Anglia, de Summa *Trescentarum Triginta & Trium Librarum, Sex Solidorum, & Octo Denariorum.*

Johannes Milton & alii de Villata de Henle de Summa *Sex Librarum.*

Et *Johannes Restwold* de Summa *Quadraginta Solidorum*; videlicet,
Quilibet eorum de Summa sua prædicta in Com. Oxon.

Johannes Wodehous & alii de Hundredo de Frebrigge de Summa *Centum & Decem Librarum.*
Idem *Johannes* & alii de Hundredo de Brodecros de Summa *Quadraginta & Unius Librarum*
Idem *Johannes* & alii de Hundredo de Galowe de Summa *Triginta & Quinque Librarum, Tresdecim Solidorum & Quatuor Denariorum.*
Idem *Johannes* & alii de Hundredo de Claclos de Summa *Undecim Librarum, Sex Solidorum & Octo Denariorum.*
Et *Johannes Holtman* de Summa *Decem Marcarum*; videlicet,
Quilibet eorum de Summis suis prædictis in Com. Norff,

[illegible]
Johannes Lynford Centum Solidos.
Johannes Fitz Rauf Viginti Marcas.
Henricus Notyngham Viginti Libras.
Willielmus Pikerynge de Felby *Centum Solidos.*
Robertus Kente de Ormesby *Sexaginta & Sex Solidos & Octo Denarios.*
Adam Hornynstost, Sexaginta & Sex Solidos, & Octo Denarios.
Warinus Spicer Sexaginta & Sex Solidos & Octo Denarios.
Johannes Garliek Sexaginta & Sex Solidos & Octo Denarios.
Johannes Fen Centum Solidos.
Johannes Drake Sexaginta & Sex Solidos & Octo Denarios.
Walterus Horn Sexaginta & Sex Solidos & Octo Denarios.
Johannes Interwode Sex Libras Tresdecim Solidos & Quatuor Denarios.
Johannes Blomvile Centum Solidos.
Johannes Stonham Centum Solidos.
Johannes Storeur Sexaginta & Sex Solidos & Octo Denarios.
Johannes Yongehusbonde Sexaginta & Sex Solidos & Octo Denarios
Willielmus Baksterre Sexaginta & Sex Solidos & Octo Denarios.
Johannes Joye, Centum Solidos.
Willielmus Pain Sex Libras, Tresdecim Solidos, & Octo Denarios; videlicet,
De Ducentis Sexaginta & Septem Libris, Novem Solidis, & Quatuor Denariis in Com. Cantebr.
Et de *Sexaginta & quinque Libris, Decem & Septem Solidis, & Quatuor Denariis*, in Com. Sussex.

Venerabilis Pater, *Cardinalis de Anglia* vulgariter nuncupatus, *Episcopus Wintoniæ*, de Summa *Novem Milium, Nongentarum, & Quinquaginta Librarum, & Duodecim Denariorum*; videlicet,
De Mille Marcis in Com. Devon.
Quingentis Marcis in Com. Surr.
Septingentis Libris in Com. Suth.
Quingentis Marcis in Com. Wigorn.
Quingentis Marcis in Com. Cornub.
Octingentis Libris in Com. Somers.
Mille & trescentis Libris in Com. Glouc.
Quatervigintis & Octo Libris, Septem Solidis & Decem Denariis in Villa Oxon.
Mille Libris in Com. Oxon.
Quingentis Libris in Com. Wiltes.
* *Mille Marcis* in Com. Cantebr. * X.
Octingentis Libris in Com. Berks. 465.
Mille Marcis in Com. Dors.
Mille Marcis in Com. Sussex.
Quingentis Quatervigintis & Quatuordecim Libris Decem & novem Solidis & Decem Denariis in Com. Warr.
Et,
De *Quingentis Libris* in Com. Buks.

Major & Communitas Villæ Bristolliæ de Summa *Trescentarum, Triginta, & trium Librarum, Sex Solidorum, & Octo Denariorum*; videlicet,
De *ducentis & Viginti Libris* in Villa prædicta,
Et de *Centum & Tresdecim Libris Sex Solidis & Octo Denariis*, de Subsidio *Trium Solidorum* de Dolio Vini, & *Duodecim Denariorum* de Libra in Portu Villæ prædictæ.

Richardus Haukeford Chivaler, de Summa *Sexaginta & Quindecim Librarum, Trium Solidorum, & Quatuor Denariorum: Robertus Chalons* Chivaler de Summa *Centum Marcarum*;
Videlicet, uterque eorum de Summa sua prædicta in Com. Devon.

Johannes Wode, de Summa *Viginti Marcarum*,
Et *Henricus Gremdore*, de Summa *Viginti Marcarum*,
Videlicet, uterque eorum de Summa sua prædicta in Com. Wygorn.

Willielmus Poulet de Summa *Viginti Librarum.*
Hugo Carr de Summa *Decem Librarum.*
Abbas de Michelney de Summa *Viginti Marcarum.*
Johannes Reynold & alii de Summa *Ducentarum Marcarum.*
Decanus Wellensis de Summa *Quadraginta Librarum.*
Johannes Gune & alii de Summa *Triginta Librarum.*
Abbas de Athelney de Summa *Viginti Librarum.*
Homines de Welles de Summa *Decem Marcarum.*
Homines de Villa de Taunton de Summa *Quindecim Librarum.*
Et *Homines Civitatis Bathon.* de Summa *Viginti Marcarum*;
Vide-

Johannes Cokayn Chivaler *Decem & novem Libras, Tresdecim Solidis & Quatuor Denarios,*
Et *Nicholaus Moungomery* Chivaler, *Viginti Marcas*; videlicet,
Uterque eorum de Summa sua prædicta in Com. Derb.

Johannes Pawnton Centum Solidos in Villa Salop.

Radulphus Cromwell Miles & alii *Quingentas Quaterviginti & novem Libras Novem Solidos & Unum Denarium.*
Magister *Willielmus Lynwode Centum Marcas.*
Richardus Pynchebek & alii Villæ de Pynchebek *Triginta Libras.*
•X. 466. • *Richardus Benyngton, Thomas Flete* & alii *Centum & Sexaginta Libras.*
Homines Villæ de Evesham *Octo Libras.*
Richardus Welby & alii de Villa de Multon *Viginti & Duas Libras.*
Et *Johannes Sutton* & alii de Villa de Suffleet *Octo Libras*; videlicet, prædictus *Radulphus* & alii & *Willielmus* de Summis suis prædictis in partibus de Lyndesey in Com. Lincoln.
Ac præfati *Richardus, Richardus, Thomas, Richardus, Johannes*, Homines & alii prædicti de Summis suis prædictis in partibus de Holand. in Com. prædicto.

Robertus Cotton Decem Libras.
Major & alii Homines de Redyngh Viginti Libras.
Et *Homines Villæ de Wokyngham Viginti Libras*; videlicet,
Quilibet eorum de Summa sua prædicta in Com. Berks.

Johannes Colvyle Chivaler, *Quadraginta Libras.*
Et *Willielmus Assenhull Quadraginta Marcas*; videlicet,
Uterque eorum de Summa sua prædicta in Com. Cantebr.

Episcopus Coventriæ Centum Marcas.
Abbas de Combe Decem Marcas.
Abbas de Stonley Centum Solidos.
Major & alii Homines de Coventria Centum Libras; videlicet,
Quilibet eorum de Summa sua prædicta in Com. Warr.

Thomas Liebebarowe Centum Solidos.
Et *Major & Homines Norhampton. Quadraginta Libras*; videlicet,
Uterque eorum de Summa sua prædicta in Com. Norht.

Willielmus Bowes Chivaler, *Centum Marcat.*
Willielmus Chauneeller Viginti Libras.
Et *Prior de Newburgh Decem Marcas*; videlicet,
Quilibet eorum de Summa sua prædicta in Com. Northumbr.

Feoffati Ducatûs Regis Lancastriæ Summam *Trium Milium Viginti & Octo Librarum Tresdecim Solidorum Septem Denariorum & Unius Oboli*; videlicet,
De *Centum Sexaginta & Novem Libris* in Com. Bed.
Centum Septuaginta & Novem Libris Septem Solidis & Uno Obolo in Com. Suth.
Quaterviginti & Sexdecim Libris Decem & septem Solidis in Com. Wygorn.
Centum Viginti & septem Libris Decem & septem Solidis & Quatuor Denariis in Com. Cornub.
Centum Sexaginta & Tresdecim Libris Tresdecim Solidis & Septem Denariis in Com. Glouc.
Quadringentis Viginti & Tribus Libris & Tresdecim Solidis in Com. Hereford.
Quingentis Quadraginta & tribus Libris Quatuor Solidis & Octo Denariis in Com. Staff.

Quilibet eorum de Summa sua prædicta in Estridingo in Com. Eborum.

Prior de Gisburgh Decem Libras.
Johannes Dene Decem Marcas.
Magister *Rogerus Essyngwold Quinque Marcas.*
Et *Homines Villæ de Doncastre Viginti Libras*; videlicet,
Quilibut eorum de Summa sua prædicta in Com. Westmerl.

Willielmus Rigmadyn Decem Libras.
Johannes Pykwell Decem Libras.
Major Coventriæ & alii *Centum Marcas.*
Vicarius de Coventriâ Viginti Marcas.
Et *Prior de Coventria Viginti Marcas*,
Quilibet eorum de Summa sua prædicta in Com. Leyc.

Henr. Sayvell Centum Solidos,
Robertus Percy Centum Solidos,
Edmundus Fitz William Decem Libras,
Homines Villatæ de Selby Octo Libras,
Johannes Selowe Decem Libras,
Et *Abbas de Kirkstall Decem Libras*; videlicet,
Quilibet eorum de Summa sua prædicta in Partibus Westrithingi infra Com. Eborum.

De Licentia Morandi in Anglia pro Hibernicis.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd, 1430.
Licet Nos nuper, An. 8.
Roberationi & Defensioni Terræ nostræ Hiberniæ, ac Ligeo- H. 6.
rum nostrorum ejusdem Terræ, contra Malitiam Rebellium no- Pat. 8.
strorum ibidem providere volentes ut tenemur, H. 6.
De avisamento & assensu Concilii nostri, ac ad Requisitionem p. 2.
Communitatis Regni nostri Angliæ, in ultimo Parliamento nostro m. 16.
super hoc factam, in singulis Comitatibus Regni nostri Angliæ publicè Proclamari fecerimus,

Quòd omnes & singuli Ligei nostri Terræ prædictæ, infra Regnum nostrum Angliæ tunc existentes, ab eodem Regno, cum omni celeritate, se Diverterent, & ad Natale Solum suum prædictum se Transferrent, pro Defensione & Fortificatione Terræ nostræ prædictæ, ità quòd essent ibidem citra Festum Pentecostes proximò futurum, sub Pœna Forisfacturæ omnium Bonorum & Catallorum suorum, & Imprisonamenti Corporum suorum ad voluntatem nostram, ac aliis Pœnis, in Statutis & Ordinationibus, in hac parte editis, contentis, (exceptis certis Personis in Proclamatione prædicta specificatis) prout in eadem pleniùs continetur,

De Gratia tamen nostra speciali, & de avisamento dicti Concilii nostri, ac pro *Dimidia Marca*, quam *Thomas White* de London, in Terra prædicta oriundus, Nobis solvit, in Hanaperio nostro, *Concessimus* & Licentiam *Dedimus*, pro Nobis & Hæredibus nostris, quantum in Nobis est, præfato *Domino* quòd ipse infra Regnum nostrum Angliæ pro Termino Vitæ suæ Morari possit & Expectare, licitè & impunè, absque impetitione vel molestatione Nostri, vel Hæredum nostrorum, aut aliorum quorumcumque; Proclamatione prædictâ, aut aliquibus Statutis vel Ordinationibus, in contrarium factis, non obstantibus; Dummamen idem *Thomas* benè & fideliter se gerat erga Nos & Populum nostrum.

In cujus, &c,

Teste *præfato custode apud Westm.* vicesimo sexto die Maii,

Per Breve de Privato Sigillo.

Willielmus Caterfonde de Extherfeld in Com. Berk. & *Johanna Uxor ejus* in Terra prædicta Oriundi pro *Viginti Solidis* solutis in Hanaperio.

Robertus Londe de Bristoll Capellanus in Terra prædicta Oriundus pro *Viginti Solidis* solutis in Hanaperio.

Johannes Sampson de Bristoll Capellanus in Terra prædicta Oriundus pro *Viginti Solidis* solutis in Hanaperio.

Willielmus Regan Capellanus in Terra prædicta Oriundus pro *Tresdecim Solidis & Quatuor Denariis* solutis in Hanaperio.

Petrus Gherott Capellanus in Terra Hiberniæ Oriundus pro *Tresdecim Solidis & Quatuor Denariis* solutis in Hanaperio.

Dionisius Aleyn in Terra prædicta Oriundus pro *Tresdecim Solidis & Quatuor Denariis.*

Willielmus Ripper de Newerk in Com. Notyngh. aliàs dictus *Cok Horsfroleman* in Terra prædicta Oriundus pro *Tresdecim Solidis & Quatuor Denariis.*

Adam Rede de Belgrave in Terra prædicta Oriundus pro *Dimidia Marca* Soluta in Hanaperio.

Gregorius Percyvale & Elena Uxor ejus in Terra prædicta Oriundi pro *Sex Solidis & Octo Denariis* solutis in Hanaperio.

Johannes Thunder de Wodecherche Capellanus in Terra Regis prædicta Oriundus pro *Tresdecim Solidis & Quatuor Denariis* solutis in Hanaperio.

Willielmus Cumberford de Newecherche Capellanus in Terra prædicta Oriundus pro *Tresdecim Solidis & Quatuor Denariis* solutis in Hanaperio.

David Bysset Capellanus in Terra prædicta Oriundus pro *Tresdecim Solidis & Quatuor Denariis* solutis in Hanaperio.

Dionisius Kyrkham Capellanus in Terra prædicta Oriundus pro *Viginti Solidis* solutis in Hanaperio.

Teste ut supra.

Per idem Breve.

Super Custodia Ducis Aurelianensis.

Ann. D. 1430. *An.* 8. *H.* 6. *Biblioth. Cotton. Cleopatra F.* 4. *A.* 8. *H.* 6.

VIcesimo Septimo Die Maii Anno Octavo apud Westmonasterium Concessum & Concordatum fuit quòd fiat Warantum sub Privato Sigillo, directum Thesaurario, Baronibus & Camerariis de Scaccario Regis, de Computando cum *Thoma Comberworth* Milite, ac Allocando & Solvendo eidem, pro Custodia *Ducis Aurelianensis* (videlicet) a primo Die Maii, Anno Regni Regis nunc Primo (quo Die dictus *Thomas*, ad Mandatum Regis, recepit *Ducem prædictum* in suam Custodiam) usque xviij Diem Martii Anno dicti Domini nostri Regis Quinto, secundùm Ratam xx *s.* per Diem,

Ac etiam de Computando cum dicto *Thoma*, Allocando, & Solvendo, pro quolibet Die, a dicto xviij Die Martii usque ad illum Diem, quo *idem Thomas* Exoneratus fuit de Custodia *Ducis supradicti*, secundùm Ratam CCCC. *Marcarum* per Annum,

Necnon de Computando cum *dicto Thoma* & Allocatione faciendo de *xl. li.* per ipsum receptis, pro Expensis suis veniendo Londoniæ ad Adquirendum, Recipiendum, & Conducendum *dictum Ducem* ad Locum suæ Mansionis.

Commissio Regis Castellæ ad Tractandum.

Ann. D. 1430. *An.* 8. *H.* 6. *Ex Autogr.*

JOhannes, Dei Gratiâ, *Castellæ & Legionis Rex*, universis & singulis, præsentes Litteras inspecturis, *notum facimus* quòd Nos,

De fidelitate, & probitate, industriâ, & diligentiâ circumspectâ, Reverendi Patris *Sancii Astoricensis Episcopi*, & spectabilis *Petri Carrillo* de Toledo Militis, Consiliariorum nostrorum, ac honesti & religiosi viri Fratris *Johannis de Corral* Sacræ Paginæ Confessoris, ad plenum in Domino confidentes,

Melioribus modo, viâ, jure, causâ, quibus meliùs & efficaciùs potuimus, & debuimus, possumus, & debemus, ipsos Facimus, Constituimus, Ordinamus, & Deputamus, ac etiam Destinamus nostros veros, certos, legitimos, & indubitatos Ambaxiatores,

*X. 469. * Specialiter & expresè ad Conveniendum, Concordandum, Tractandum, Paciscendum, Faciendum, & Indicendum Treugam, seu Treugas, ac Securitates, pro Nobis, & nostro Nomine, ac Regnorum, Terrarum, Rerum, Dominiorum, Vassallorum, & Subditorum nostrorum, cum, Illustrissimo ac Inclitissimo Principe ac Domino, Domino *Henrico*, eâdem gratiâ, *Rege Angliæ*, Consobrino ac Fratre nostro Carissimo, ac Regno, Terris, Dominiis, Vassallis, & Subditis suis, sive Concilio, seu Deputatis aut Deputandis per eundem,

Ipsásque Treugas & Securitates Appunctuandum, Firmandum, Jurandum, Fide & Pœnâ Vallandum, & quodcumque licitum, Concordandum, Appunctuandum, Tractandum, Paciscendum, & Indicendum quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu etiam oportuna, & quæ Nos in Præmissis & circa Præmissa faceremus, & facere possemus, si in Præmissis, & eorum quolibet, personaliter interessemus, etiam si talia sint quæ Mandatum exigant magis speciale;

Promittentes, Fide regiâ, sub Ypotheca & Obligatione omnium Rerum, Bonorum, Regnorum, Terrarum, & Dominiorum, tàm Patrimonialium, quam Fiscalium nostrorum, præsentium & futurorum, & sub omni Juris & facti Renunciatione, ad hæc necessariâ, pariter & Cautelâ, Nos exnunc Ratum, Gratum, & Firmum habere & perpetuò habituros omne id, totum, & quicquid per dictos Ambaxiatores nostros, in Præmissis, & ea tangentibus, Actum Gestumve fuerit, seu quomodolibet Concordatum.

In cujus rei Testimonium Præsentes Litteras nostras, Manu nostra propriâ Subscriptas, sigilloque nostro Sigillatas, duximus concedendas.

Dat. *apud Burgum Oxonien.* Decimo Tertio Die Mensis Junii, Anno a Nativitate Domini Millesimo Quadringentesimo Tricentesimo.

Y o e l R e y.

Sub Sigillo in Pyxide condito, Armis Castellæ & Legionis consueta cerâ rubeâ adumbrante.

Pro Officiariis Ducatus Aquitanniæ.

Ann. D. 1430. *An.* 8. *H.* 6. *Vasc.* 8. *H.* 6. *m.* 1.

REX Senescallo suo Aquitanniæ, Salutem.

Sciatis quòd, pro debita Conservatione Jurium Ducatûs nostri Aquitanniæ, ac Quiete & bono Regimine fidelium Ligeorum nostrorum ibidem, Suscepimus in Protectionem & Defensionem ac Salvam Gardiam nostras speciales omnes & singulos Judices, Officiarios, & Ministros nostros Ducatûs nostri prædicti, pro Conservatione Jurium nostrorum prædictorum Assignatos & Deputatos, ac Homines & Servientes suos, necnon Terras, Tenementa, Res, Redditus, Possessiones, & Bona sua quæcumque;

Et ideò Vobis Mandamus quòd ipsos Officiarios & Ministros nostros, in Conservatione Jurium nostrorum prædictorum ac debita Executione Justitiæ ibidem faciendis, ac Homines & Servientes suos, necnon Terras, Tenementa, Res, Redditus, Possessiones, & Bona sua prædicta Manuteneatis, Protegatis, & Defendatis, non inferentes eis, seu, quantum in vobis est, ab aliis inferri permittentes Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen,

Et, si quid eis, in Personis, Terris, Tenementis, Redditibus, Possessionibus, & Bonis suis prædictis, Forisfactum * vel Injuriatum fuerit, id eis, sine dilatione, Corrigi & debitè Reformari faciatis, *X. 470.

Et hanc Protectionem sive Gardiam nostram omnibus, quibus expedierit, cùm per ipsos seu eorum aliquem fueritis requisiti, intimetis & faciatis publicè Proclamari, cum Inhibitionibus & Injunctionibus, ad Præmissa debitè observanda necessariis & oportunis.

In cujus, &c.

Teste *Humfredo Duce Gloucestriæ* Custode Angliæ apud *Westmonasterium*, vicesimo tertio Die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Expensis Regis in Francia.

Ann. D. 1430. *An.* 8. *H.* 6. *Bibl. Cotton. Cleopatr. F.* 4. *An.* 8. *H.* 6.

UNdecimo die Julii, Anno Octavo, apud Westmonasterium, concordatum fuit quòd fiat Warantum Thesaurario & Camerariis, de Deliberando & Solvendo *Willielmo Aleyn*, Uni Clericorum Computarum Regis in Hospitio suo, Mille Marcas pro Expensis Regis in Regno suo Franciæ, secundùm quod per Literas Regias, Signeto suo Sigillatas, de avisamento Concilii Regis, circa latus suum in Francia existentis, Domino Thesaurario Angliæ nuper demandabatur.

Pro Rege Scotorum.

Ann. D. 1430. *An.* 8. *H.* 6. *Scot.* 8. *H.* 6. *m.* 16.

REX, universis & singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de avisamento & assensu Concilii nostri, *Concessimus* & Licentiam *Dedimus*, Dilectis nobis, *Thomæ Weston*, & *Johanni Lemmax*, Civibus Londoniæ, quod ipsi quandam Navem,

Custumis, Subsidiis, & aliis Deveriis, Nobis pro Mercandisis prædictis debitis) Transmittere & Destinare, absque impedimento vel perturbatione quacumque, permittatis.

In cujus, &c.

Teste *præfato Custode* apud *Westmonasterium*, duodecimo die Julii.

Per Concilium.

---

*X.471. * *Literas de salvo Conductu habent subscripti, de Datis subscriptis.*

Ann. D. 1430. *An.* 8. *H.* 6. *Franc.* 8. *H.* 6. *m.* 7. *m.* 10. *m.* 25. *m.* 27. *m.* 24.

Servientes	*Ducis Aurelianensis.*	Julii 18. 20.
	Bastardi d'Orleans.	Julii 20.
	Obsidis pro Comite d'Anguelesme.	Julii 8.
	Ducis Burboniæ.	Dec. 26. Febr. 14. Mar. 11. Apr. 15.
	Comitis d'Artoys.	Oct. 3. Febr. 8. Julii 20.
	Comitis d'Eu.	Oct. 31.
	Domini d'Estouteville.	Jan. 28. Maii 27.

Scot. 8. *H.* 6. *m.* 15. *m.* 14. *m.* 15. *m.* 14.

Servientes	*Tho. Hay* de Scotia Obsidis pro Rege Scotorum.	Nov. 29. Julii 20.
	Roberti Styward Obsidis *ut supra.*	Julii 20.
	Andreæ Keth.	Julii 20.
	Roberti Steward Domini de Lorne Obsidis *ut supra.*	Nov. 21.
Clericus *Regis Scotorum.*		Mar. 9.

Quo nullus Subditorum Coronæ Angliæ accedat ad aliquod Mercatum in Brabantia.

Ann. D. 1430. *An.* 8. *H.* 6. *Pat.* 8. *H.* 6. *p.* 1. *m.* 18.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos (de avisamento & assensu Concilii nostri) pro Bono Publico nostro, & Regni nostri Angliæ, & Subditorum nostrorum ejusdem, Ordinavimus quòd nullus Subditorum Coronæ nostræ Angliæ (qui Partibus Flandriæ, Hollandiæ, Selandiæ, & Brabantiæ mercatoriè utitur) sub Pœna Forisfacturæ omnium quæ nobis forisfacere poterit, Accedat ad aliquod Mercatum in Brabantia Tenendum, & in speciali ad Mercatum de Andewerp, quousque Nos, pro Securitate dictorum Subditorum nostrorum, qui ad idem Mercatum mercatoriè confluent, ac Bonorum & Mercandisarum suorum, de avisamento dicti Concilii nostri, duximus Ordinandum.

Ordinavimus etiam consideratione dicti Boni Publici, quòd nullus dictorum Subditorum nostrorum, sub Pœna prædicta, Emat, in Partibus prædictis, aliquem Pannum Lineum de Flandria, aut de Hanonia, vel Naperii sive Bokeram, in eisdem Partibus confectum, nisi juxta Formam & Ordinationes, per Quatuor Membra Flandriæ factas, & in Gaundavo, Brugges, & alibi, infra Flandriam, Mense Aprilis ultimo præterito, proclamatas.

In cujus, &c.

Concilium nostrum Angliæ adducas, seu adduci facias indilate, ibidem super Præmissis responsuros;

Et hoc, sicut Securitatem Personæ nostræ diligis & affectas, ac sub gravi Indignatione nostrâ nullatenus omittas.

Teste *Humfredo Duce Gloucestriæ* Custode Angliæ apud *Wye*, xij Die Decembris, Anno Regni nostri Nono.

Consimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Vic. Norff. & Suff.
Vic. Essex.
Vicecomitibus London.
Vic. Surr. & Sussex.
Vic. Sutht.
Constabulario Castri Regis Dovorriæ ac Custodi Quinque Portuum Regis & ejus Locum tenenti ibidem.

Pro Henrico Cardinali.

SExto die Novembris, *Anno nono*, apud Westmonasterium Concessum fuit quòd fiat Warantum Thesaurario & Camerariis, de Solvendo, Reverendissimo Patri, Domino *Cardinali de Angliæ*, pro Attendentia sua circa Concilium Regis in Regno suo Franciæ, *Mille Libr.* pro Quarterio Anni proximò præteritò in forma. Ann. D. 1430. *An.* 9. *H.* 6. *Bibl. Cot. Cleopatra F.* 4.

De Machinationibus ad Cardinalem a Rege Subtrahendum.

REX omnibus & singulis Ligeis & Subditis nostris, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1430. *An* 9. *H.* 6. *Pat.* 9. *H.* 6 *p.* 1. *m.* 23.

Quia datum est nobis intelligi quòd *Dominus Summus Pontifex*, ad importunam instantiam, ut creditur, Hostium & Adversariorum nostrorum, Personam, Venerabilis in Christo Patris, Consanguinei nostri carissimi, *Henrici Cardinalis de Anglia*, *Wyntoniæ Episcopi*,

Quâ, sine maximo nostri & universæ Reipublicæ Nobis commissæ Dispendio, carere non possumus,

Monitionibus *eidem Cardinali* super hoc factis, vel, ut asseritur, in proximo fiendis, Nobis subtrahere disponit, nè Nobis, circa Personam nostram, in Consiliis & Agendis nostris, in Regno nostro Franciæ, intendere debeat & vacare,

Nos,

* Adversariorum nostrorum prædictorum Astutis Machinationibus & Malitiis occurrere volentes & obviare, *X.473.

Vobis, & cuilibet vestrûm, in Fide & Ligentiâ quibus Nobis tenemini, & sub Pœnâ Incarcerationis Corporum, & Amissionis Bonorum omnium quæ Nobis forisfacere poteritis, Præcipimus &, districtiùs quo possumus injungendo, Mandamus nè quis vestrûm *præfatum Cardinalem*, a Nobis & Præsentia nostra se Divertentem, Associet seu Comitetur quovismodo sine Licentiâ nostrâ speciali.

In cujus, &c.

Teste *præfato Custode apud Westmonasterium*, septimo Die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Treuga Conclusa inter Oratores Regis Castellæ & Oratores Regis.

Ann. D. 1430. An. 9. H. 6. Ex Autogr. Rot. Franc. 9. H. 6. m. 23.

NOverint Universi, Præsentes Literas visuri vel audituri, quòd Nos,

Sancius, permissione divinâ, *Astoricensis Episcopus*, *Petrus Carillo* Tolledo Miles, necnon Frater *Johannes Corrall* Sacræ Paginæ Professor, Excellentissimi Principis, Domini *Johannis*, Dei gratiâ, *Regis Castellæ & Legionis*, *&c.* Ambassiatores & Nuncii, de præsenti in Regno Angliæ existentes,

Ac *Willielmus*, permissione divinâ, *Norwicensis Episcopus*, *Radulphus Dominus de Crombewell*, & *Willielmus Lyndewood* utriusque Juris Doctor, Christianissimi Principis, *Henrici*, Dei gratia, *Regis Angliæ & Franciæ*, & *Domini Hiberniæ*, Commissarii,

Ad Infrascripta Potestatem plenariam & Mandatum generale & speciale hinc inde habentes, Nominibus dictorum Regum, & virtute Commissionum seu Procuratoriorum, Nobis utrinque factorum, invicem Convenientes,

Ac de & super Treugis inter præfatos Reges & eorum Regna, ad Commodum, Utilitatem, & Bonum publicum Regum, Regnorum, Terrarum, Dominiorum, Regnicolarum, Subditorum, & Ligeorum eorumdem Tractantes,

De & super Capitulis infrascriptis Conclusimus, Concordavimus, & Appunctuavimus, prout sic Concludimus, Concordamus, & Appunctuamus, in hunc modum,

INPRIMIS,

Nos, *Sancius*, permissione divinâ, *Astoricensis Episcopus*, *Petrus Carillo Tolledo* Miles, necnon Frater *Johannes Corall* Sacræ Paginæ Professor, Ambassiatores & Nuncii,

Et Nos, *Willielmus*, permissione divinâ, *Norwicensis Episcopus*, *Radulphus Dominus de Cromewell*, & *Willielmus Lyndewood* utriusque Juris Doctor,

Commissarii supradicti, in vim Potestatis Nobis hinc & inde commissæ, ac nominibus, illustrissimorum ac Potentissimorum Principum, Regum Dominorum nostrorum prædictorum, Inimus, Concordamus, Concludimus, & Appunctamus bonas, firmas, indubias, & inviolables Treugas, & Guerrarum Abstinentias, seu Sufferentias, per Terram, & per Mare, pro dictis Regibus, eorumque Hæredibus, & Successoribus ac eorum Regnis, Terris, Dominiis, necnon Vassallis, Ligiis, & Subditis eorum quibuscumque, pro uno Anno, incipiente ab Ortu Solis Primi Diei Maii proximò futuri, usque ad Occasum Solis Primi Diei di-
* X.474. cti Mensis Maii Anno revoluto, * qui erit de Anno a Nativitate Domini Millesimo, Quadringentesimo, Tricesimo secundo, duraturas,

Quibus quidem Treugis, Guerrarum Abstinentiis, Sufferentiisve sic durantibus, Concordatum est, inter Nos hinc & inde, quòd uterque dictorum Regum Cessare faciet, per Se, Vassallos, Ligeos, & Subditos suos quoscumque, omnes Prisas Personarum, Navigiorum, Mercandisarum, Bonorum quorumcumque, Villarum firmatarum, Fortalitiorum, & aliorum Locorum, omnes Pilerias, Roberias, Incendia, Demolitiones Domorum & Murorum, & Prostrationes Arborum tàm Portantium Fructus quàm aliarum quarumcumque, per omnia Regna, Terras, Dominia, seu Loca quæcunque, alteri eorumdem Subdita, Subjecta, seu quoquo modo Pertinentia, ac omnia alia Facta Guerræ tàm per Terram quàm per Mare.

ITEM, quòd nullus dictorum Regum, supradictis Treugis durantibus, portabit, faciet, inferet, nec a Vassallis, Ligeis, seu Subditis suis quibuscumque portari, fieri, aut inferri permittet, alteri eorumdem Regum, in Regnis, Terris, Dominiis, seu Locis quibuscumque, ipsorum alteri, Subditis, Subjectis, seu Vassallis quoquo modo Pertinentibus, vel aliàs, per Terram, sive per Mare, Guerram, Dampnum, Molestiam, sive Gravamen.

ITEM, quòd, tempore dictarum Treugarum durante, non capiantur per dictos Reges, eorumve aliquem, aut Subditos, vel Vassallos suos, aut alicujus eorumdem, aliqua Navigia, Personæ, Mercandisæ, aut alia Bona quæcumque alterius dictorum Serenissimorum Principum, aut Subditorum & Vassallorum suorum, in Terrâ, nec in Mari, nec in Portu, nec extra Portum, pro Marchâ, Contromarchâ, Reprisaliis, occasione Cautionum, Promissionum, Obligationum, Venditionum, nec sub colore alicujus prædictorum, neque aliâ viâ, sive modo, aut alio colore quocunque, tempore præsentium Treugarum durante.

ITEM, quòd omnes & singuli Subditi, utriusque Regum prædictorum, hinc & inde, tempore prædictarum Treugarum durante, possint Ire, ac Transitum facere, & stare in Regnis, Patriis, Terris, & Territoriis, & Dominiis alterius eorumdem Regum quibuscumque, tàm in Terrâ, quàm in Mari; & de eisdem Recedere & Redire totiens quotiens placebit eisdem: Necnon Mercandisas quascunque licitas & non prohibitas facere, Victualia, quo-

& quòd Malefactores per ipsum, aut dictos Officiarios suos, puniantur & corrigantur, secundùm exigentiam Casûs, cessantibus in omnibus prædictis, & ipsorum quolibet, omnimodâ Duplicitate, Fraude, & Malo ingenio.

ITEM, quòd, propter aliqua Forisfacta, Captiones, Roberias, sive Deprædationes, aut quascumque alias Attemptationes, per Mare, vel per Terram, quæ per dictos Subditos aut Vassallos, unius Partis vel alterius, fieri contigerit seu perpetrari (quod absit) contra præsentes Treugas, Sufferentiam, sive Guerræ Abstinentiam, per hoc tamen non censebuntur Treugæ hujusmodi, in totum, aut in aliqua sui parte, pro Fractis, Ruptis, sive Violatis, nec propter hoc fiet Guerra ab una Parte contra aliam; Set, ipsis Treugis & Sufferentia Guerræ in suo Robore duraturis, tempore ipsarum durante, omnia & singula Forisfacta, Captiones, Roberiæ, Deprædationes, seu quæcumque alia Attemptata, per dictos Subditos aut Vassallos unius Partis vel alterius Regum prædictorum, per *Regem ipsum* (cujus Subditi sunt seu Vassalli) seu Officiarios suos, existentes in Loco, in quo hujusmodi Forisfacta, Captiones, Roberiæ, Deprædationes, seu quæcumque alia Attemptata facta seu perpetrata fuerint, vel ad quem applicuerint, * Reperen- * X.475.
tur & Deducantur ad pristinum Statum, & Malefactores per *ipsum Regem* aut Officiarios suos debitè, ut supra dicitur, Corrigantur & Puniantur.

ITEM, si contingat (quod absit) quòd aliquis, seu aliqui Subditi, aut Vassalli, *unius Regum prædictorum*, tempore dictarum Treugarum durante, Ceperint seu Deprædati fuerint aliqua Bona *alterius ipsorum Regum*, seu Subditorum, aut Vassallorum suorum, Capientes seu Deprædantes talia Bona, Capientur seu Detinebuntur per Officiarios Regios *illius Regis* cujus sunt Subditi, existentes in Loco, in quo dicta Bona fuerant, seu ad quem applicuerant, ut fiat Justitia de Capientibus sive Deprædantibus, & de Bonis suis, secundùm Casûs sui exigentiam:

Et Bona, sic Capta sive Deprædata, ut præmittitur, Capiantur per dictos Officiarios Regios, & Ponantur de manifesto in bonâ & securâ Custodiâ, in Manibus aliquorum Proborum Virorum dicti Loci, ubicumque dicta Bona fuerint, vel ad quem applicuerint, sive Pars Dampnificata sit absens, sive præsens:

Et, si de Captione & Prædâ vendicè constet, eidem Parti Dampnificatæ, realiter & de facto, Restituantur & Liberentur, sive ejus Procuratori ad hoc legitimè constituto, unà cum Dampnis, Sumptibus, & Expensis, solvendis de Bonis Capientum.

Et, ut prædictæ Treugæ meliùs & utiliùs ex utraque Parte Teneantur, Custodiantur, & Conserventur, ac ad Tollendum multa Inconvenientia & Mala, quæ ex Navigiis, Armatis per Subditos & Vassallos unius & alterius Partis, ante hæc tempora oriebantur & interveniebant, ac imposterùm oriri & intervenire poterunt, Nos,

Sancius Astoricensis Episcopus,
Petrus Carillo Toledo Miles,
Necnon,
Frater Johannes Corrall,
Ambassiatores & Nuncii,
Ac,
Willielmus Norwicensis Episcopus,
Radulphus Dominus de Cromewell,
Et *Willielmus Lyndwode*,
Commissarii,

Supradicti adinvicem Concordavimus, Conclusimus, & Appunctuavimus, Nominibus supradictis, prout de præsenti adinvicem Concordamus, Concludimus, & Appunctuamus, quòd, si aliquis, vel aliqui, Subditus vel Vassallus, Subditi aut Vassalli, unius Regum prædictorum, voluerit, aut voluerint, Armare aliquod Navigium, seu aliqua Navigia, quocumque Nomine nuncupentur, in aliquâ Civitate, Villâ, Castro, aut in ipsorum Portu, seu alio Loco quocumque, in aliquo Regnorum, seu alicujus ipsorum Regum Terris, Patriis, Dominiis, sive Territoriis ubilibet constitutis, quòd Officiales Regii, ibidem existentes, vel ipsorum Loca tenentes, nullo modo permittent hujusmodi Navigium seu Navigia Armari:

Et, si Armatum vel Armata fuerint, illud vel ea extra Portum exire sive navigare non permittent, nisi Armator seu Armatores hujusmodi, primò & ante omnia, dederint, realiter & de facto, bonas, firmas, securas Literas, & sufficientes Fidejussorias Cautiones, in manibus dictorum Officiariorum, vel ipsorum Loca tenentium, de non Deprædando, Capiendo, aut faciendo Malum sive Dampnum in aliquo Regnorum, Terrarum, Patriarum, Dominiorum, sive Territoriorum alterius eorumdem Regum:

Et quòd Subditis & Vassallis Regis altèrius, in Personis, Bonis, & Mercandisis quibuscumque, per Terram, aut per Mare, tempore prædictarum Treugarum durante, nulla inferent nec inferri facient Dampnum, Molestiam, aut Jacturam,

Quodque dicti Armatores Prisam aliquam, justam vel injustam, fa-

ctorum Armatorum, Officiariorum suorum, seu Fidejussorum, secundùm quod Casus exiget.

ITEM, inter Nos, Ambassiatores, sive Nuncios, & Commissarios prædictos, Nominibus quibus supra, Concordatum, Conclusum, & Appunctuatum est, considerata utilitate Reipublicæ utriusque Regnorum & Partium prædictarum, & ut Præmissa eo firmiùs atque solidiùs observentur, quòd Sigillis Regiis communita fuerint.

Nos, Ambassiatores, sive Nuncii, prædictique Procuratores suprascripti, Promisimus, Conclusimus, & Appunctuavimus, Promittimus, Concludimus, & Appunctuamus quòd præfatus, Serenissimus Princeps, *Rex Castellæ & Legionis* suas Litteras Patentes, præsentium Treugarum Confirmatorias, Laudatorias, & Approbatorias, cum *Clausula* ex certâ scientiâ, sub Sigillo magis autentico sigillatas,

Promittendo, bonâ Fide, & in Verbo Regio, quòd prædictas Treugas, ac omnia alia & singula in Litteris ipsarum Treugarum contenta, per se Tenebit & Observabit, ac per Subditos & Vassallos Teneri & Observari faciet, prout in eisdem continetur,

Bonâ Fide, & absque omni Deceptione, Majori Civitatis Bionæ faciet, inter Natale Domini proximum & Primum Diem Mensis Martii tunc proximò sequentis, realiter & cum effectu liberari; dummodò consimiles Litteras Confirmatorias, Laudatorias, & Approbatorias Treugarum Christianissimi *Regis Angliæ & Franciæ, & Domini Hiberniæ*, recipiat ab eodem Majore.

In quorum omnium & singulorum Testimonium atque Fidem Nos,

Sancius,
Petrus,
Et *Frater Johannes*,
Ambassiatores, sive Nuncii, & Procuratores prædicti,
Ac,
Willielmus,
Radulphus,
Et *Willielmus*,
Commissarii prædicti,
Sigilla nostra Præsentibus apposuimus.

Dat. *London* octavo die Novembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, tricesimo.

ASTORICEN.	NORWIC.
PETRUS CARILLO.	CROMEWELL.
FRATER JOHANNES.	LYNDEWODE,

Sub singulis Sigillis Ambassiatorum & Commissariorum.
Confirmatur hæc Treuga ex parte Regis.
Teste *præfato Custode apud Westm.* xv die Novembris.

•X. 477. * *De Tractando cum Regibus Aragonum & Navarræ.*

Ann. D. 1430. An. 9. H. 6. Franc. 9. H. 6. m. 11.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
Sciatis quòd Nos,

De Discretione & industriâ, Venerabilis in Christo Patris, *Episcopi Bajocensis*, ac dilectorum & fidelium nostrorum *Thomæ Burton* Militis Majoris Villæ nostræ Baionæ, & *Johannis Gentill* Legum Doctoris, plenariè confidentes,

Eosdem, Venerabilem *Patrem*, *Thomam*, & *Johannem*, ac Duos eorumdem, Fecimus, Constituimus, Creavimus, seu etiam Ordinavimus nostros veros, certos, legittimos, & indubitatos Procuratores, Actores, Negotiorum Gestores, ac etiam Nuncios & Commissarios nostros speciales; videlicet,

Quæ omnia & singula supradicta, per præfatos Procuratores seu Commissarios nostros, aut Duos eorumdem prædictos, Tractata vel Tractanda, Firmata vel Firmanda, Roborata vel Roboranda, Vallata vel Vallanda, seu aliàs Facienda, in Præmissis, & circa ea & eorum quodlibet, Promittimus, in Verbo Regio, Ratum, Gratum, & Firmum nos perpetuò habituros, ac etiam inviolabiliter observare.

In cujus, &c.

Teste *præfato Custode* apud *Westmonasterium*, decimo sexto die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Potestate Tractandi cum Rege Daciæ.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1430.
Sciatis quòd Nos,

De discretione, dilectorum nostrorum, Magistri *Willielmi Sprever* Legum Doctoris, ac *Johannis Grymesby* Armigeri, plenariè confidentes, An. 9. H. 6. Ibid.

Eosdem, *Willielmum*, & *Johannem*, Fecimus, Constituimus, Creavimus, & Ordinavimus nostros veros, certos, legitimos, sufficientes & indubitatos Procuratores, Actores, Negotiorum Gestores, ac etiam Nuncios, Ambassiatores, & Commissarios nostros speciales; viz.

Ad Tractandum, Ordinandum, Disponendum, Ineundum, Faciendum, Contrahendum, & Concludendum, perpetuò vel ad tempus, nomine nostro, & pro Nobis, Regnis, & Dominiis nostris, pro Nobis, & Successoribus nostris, ac pro nostris Vassallis & Subditis,

* Cùm, Serenissimo Principe, Fratre & Avunculo nostro carissimo, *Rege Daciæ, Norwegiæ, Sweciæ, &c.* ipsiusque Regnis & Dominiis, Hæredibus, & Successoribus suis, ac pro suis Vassallis & Subditis, necnon cum ipsius Regis Procuratore, seu Procuratoribus, Nunciisque specialibus, ab eo habentibus ad Infrascripta plenam & sufficientem Potestatem, •X. 478.

Quoscumque Tractatus, Confœderationes, Pacta, Conventiones, Alligantias, Amicitias, Pactiones, Promissiones, Fœdera, & Ligamina quæcumque & omnia alia & singula, quæ in Præmissis & circa Præmissa necessaria fuerint seu etiam oportuna, prout ipsis Procuratoribus, Ambassiatoribus, sive Commissariis nostris visum fuerit expedire,

Damus insuper & Concedimus dictis Procuratoribus, sive Commissariis nostris, plenam & liberam Potestatem & speciale Mandatum Præmissa omnia & singula, cum Dependentibus ex eis, Emergentibus, Incidentibus, & Connexis, Faciendi, Firmandi, Roborandi, ac etiam Vallandi per Juramentum vel Juramenta, aut alias qualitercumque, prout prædictis Ambassiatoribus, Procuratoribus, sive Nunciis nostris visum fuerit expedire,

Quæ omnia & singula supradicta, per præfatos Commissarios, Procuratores, sive Nuncios nostros Tractata vel Tractanda, Firmata vel Firmanda, Roborata vel Roboranda, Vallata vel Vallanda, seu aliàs Facienda in Præmissis, & circa ea, & eorum quodlibet, Promittimus Nos, in Verbo Regio, Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros, ac etiam inviolabiliter observari.

In cujus, &c.

Teste *præfato Custode apud Westm.* xxiv. die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ap-

Se fuit graciousement condescendu a la dite Delyverancce, moyennans certaines & pluseurs Choses, que dedans aucuns Termes, entre eux accordez, icellui nostre Cosin lui promettoit faire,

Pour la Seurte & Accomplissement des quelles eust promis & Jure bailler en Hostage, & mettre en nostre Royaume d'Engleterre, le Secund de ses Filz, & Six Hommes des plus Notables de ses Paiis,

Aussi mettre & bailler en ses Mains Six des plus notables Places & Forteresses de les diz Paiis, que nostre dit feu Seigneur & Pere, ou ses Commis ad ce, vouldroyent demander, Advitailles pour ung An, & pourveues de Habillemens necessaires,

De paier aussi les Gages, montans Vingt Payes le Mois, pour chascune des ditz Forteresses, pour ceux que feu *nostre dit Pere* y vouldroit mettre,

Les quelles Forteresses, sanz estre Despecies, luy devoit Rendre dedans le temps, entre eux accorde, avec le diz Habillemens & Vitailles, ou lour valeur,

Avec ce, devoit nostre *dit Cousin* mettre, & bailler, & deliurer es Mains de feu, de Tresnoble memoire, nostre Treschier Ayeul, *Charles*, en son vivant, nostre Predecessour de France (qui Dieux pardoint) la Conte de Clermont & le Forteresses d'icelle, parmi tant que, les Charges payees, le demourant des Revenues vendroit au proufhit de nostre *dit Cousin*,

Oultre plus, payeroit a feu nostre dit Seigneur, a Termes, entre eulx appoinctiez, la Somme de *Cent Mille Escuz d'Or*, les Deux valans ung *Noble d'Engletrre*,

Et, ou cas que icellui nostre *Seigneur & Pere* yroit de Vie a Trepas, avaunt l'Acomplissement des choses dessusdites, icelles par vostre *dit Cousin* Accomplies, pour la part de nostre dit Pere, feuz
* X.479. * noz Trescheirs & Tresamez Grauns Oncles les *Ducz de Clarence & d'Excestre*, & les Chaunceller & Tresorier de Normandie eussent povair l'Eslargier & faire les choses dessusdites, &, les Promesses de nostre *dit Cousin* pur lui Acomplies, deust estre & demourer plainement Franc & Quite de sa Prison, & de tous courz & despens que ou luy pouvoit demander a cause d'icelle, & luy deussent estre Renduz les Hostages a Jour assigne,

Les quelx Appointemens, obstans certains grauns Empeschemens, qui depuis, comme il disoit, luy estoyent survenuz, il n'eust peuz Acomplir,

Et pur ce & aultres Choses, qui le mouvoyent, Nous eust Supplie, a grante instance, que le voulsissons recepuoir a l'Acomplissement d'iceulx, parmi ceo & altres Choses, qu'il devoit faire & acomplir; c'estassavoir,

Nous baillier & mettre en Nous Mains, en nostre Ville de Londres, dedans certain Jour, Hostages, *Loys* son *Second Filz*, & Six Hommes des plus Notables de ses diz Pais, qui par Nous, ou nos Commis, feroyent esleux,

Aussi Six de ses plus notables Forteresses, que vouldrions demandier, par luy Advitaillees, Ordonnes, & en payant pour lour Garde comme dit est, & que les diz Vitailles, & Habillemens, aussi les Biens des dites Forteresses serroient bailliez par Inventoyre, pour les luy Rendre, our leur Valour, avec icelles Forteresses, aux Termes accordez,

Et, apres qu'il auroit Acomplies ses dites Promesses, avec ce, Nous eust promis mettre & baillier en noz dites Mains icelle Conte de Clermont & les Forteresses d'icelle, que luy deuions rendre a la maniere dessus declares,

Encor que, a ses propres Coustages & Despens, Nous bailleroit & delivreroit, en nostre Ville de Caleis, noz Deux Cousins, *Johan* & *Thomas* Freres, *Filz* de feu nostre Treschier & Tresame Grant Uncle *le Conte de Somerset*, estans lors Prisonniers es mains de noz Adversaires, Francs & Quittes de lour Prison, & de tout ce que en leur povoit & pourroit demander a cause d'icelle, ou nous payeroit, en nostre dicte Ville de Calais, ou a noz Commis, se c'estoit nostre plaisir, atant de Finance que ce pourroyent monter leurs Rancons, & toutes manieres de Coustages & Despenz, qu'ilz avoyent porter & porteroyent a cause de leur Prison, & que ce Nous payeroit, ou a noz ditz Commis, dedans Troys Mois apres que l'avioms certifie de nostre Election,

Et encor, Nous payeroit, bien & loyaument, dedans ung Terme nomme la Somme de *Quarante Mille Couronnes*, les Deux Valans ung *Noble* d'Angleterre,

Moyennaunt la quelle Somme de *xl. M. Couronnes*, deliurant aussi du tout nos diz Cousins, ou paiant pour lour Ransons, Prisons, & Coustages dessusdiz, & nous deliurant ses diz Filz Hostages, Conte & Forteresses, & ses Promesses accomplies, le deussions deliverer Franc & Quitte de sa Prison, & de toutes Coustz & Despens que luy pouyons demander a cause d'icelle,

Aussi que se fussions alez de Vie a trespas, ou nostre *dit Cousin*, avant que les choses dessusdictes fussent faites & acomplies, noz Heritiers & les Siens les deussent & fussent tenuz faire & acomplir,

Aussi, se nostre *dit Cousin*, pour sa part, eust este Defaillant, de *Quarante Mille Couronnes*, les Deux de la dicte Valeur, la quelle Somme il Nous devoit de reste de sa Rancon & Finance, specifiee es Appointemens dessusdiz,

Et aussi que,

Pour Nous Recompenser & Satisfaire des Coustz, Frais, & Despens, qu'il avoit faiz, luy estant nostre Prisonner pardeca, & pour les dommages * & pertes que avons soustenuz a cause de non Acomplissement de ses Promesses & des diz Premiers Appointemens, * X.480.

Nous payeroit, en Or, Vaissselle, ou Joyaulx, la Somme de *Trente Mille Couronnes*, les Deux valans comme dit est,

Aussi, que, desslors en avant, payeroit les Despens & Coustages qui se feroyent pour & entour la Sustenaunce & Garde de sa Personne,

Et par ainsi, le dit Payement de *xl. M. Couronnes* a Nous fait, l'envoyerons en aucun Lieu, qui nous plairroit, de nostre Royaume de France,

Et, oultre plus, nous bailleroit & delivreroit, en nostre dicte Ville de Caleys, nos diz Cousins, *Johan & Thomas Freres*, quittes de leurs diz Prisons, Rancon, Despens, & Coustages, ou s'il Nous plaiscit, Nous payeroit atant de Finance que leurs dessusdictes Rancons, Despens, & Coustages pourroyent monter, ou, en cas que vouldrions eslire loure dicte Delivrance, Nous Delyvreroyt *l'Airsne de nos diz Cousins*, dedans Troys Moys appoinctez, Francs & Quitte, comme dit est, en nostre dicte Ville de Caleis, *l'autre Frere* aussi Nous y Delivrera Franc & Quitte, dedans le terme de Six moys expressez, ou d'aultre part, se eslisions avoir la dicte Finance, la Nous payeroit, ou a noz diz Commis, dedans Troys Mois prochains apres que l'aurions certifie de nostre dit Election,

Et que nostre *dit Cousin*, acompli par luy ce que dessus, dussions Delivrer, en la manere dessus dite, Franc & Quitte de sa Prison, & de tous Coustages, & Despens, que luy pouyons demander a cause d'icelle,

Et aussi, en son Deffault, deust estre Exclus de tout Benefice d'Appointement,

Pareilement, se fussions alez de Vie a Trespas, ou luy y fust ale, noz Heretiers & les Siens ce deussent faire & acomplir par la manere dessus dicte,

Toutesfoiz Icellui *nostre Cousin*, selon qu'il Nous a fait exposer, n'ait peu ne puisse, de soy meismes, faire ne acomplir ainsi que dit est, ne purveoir a sa dite Delivrance, sanz l'aide de ses Amis, Hommes, Vassaulx, & Subgez,

Maiz, apres qu'il a este acunement infourme de lour entencion, Nous ait treshumblement fait Supplier de nouvel Appointement, touchant la dite Delivrance,

Pour ce est il que, les choses dessusdites considerees, ayans en nostre cuer compassion pur la Maladie qui tant la Detenu, esperans que en l'Air de sa Nacion plus tost que ailleurs vendra a convalescence, & qu'il aura Memoire du Bon que luy voulons, Nous sommes a sa dite Delivrance enclinez & condescenduz par la maniere qui s'ensuit; c'estassavoir,

Que, premiers & avaunt qu'il soit Delivre de Prison, il nous payera, ou a noz Commis, bien & loyaument, en Or, Vaisselle, ou Joyaulx, au Terme du Jour de Seint Marc, prochein venant apres la Date de ces Presentes, ou dedans le dit Terme, les dites Sommes de *Soixante*, *Quarante*, & *Trente Mille Couronnes*, les Deux valans comme dessus est dit,

Et pour cause & a l'occasion de ce que dessus est declare, avec nostre *dit Cousin*, a ses propres Coustz & Despens, Nous baillera & delivrera reaulment, en nostre Ville de Caleys, dedans le dit Terme de Seint Marc, noz Deux Cousins, *Johan & Thomas*, *Filz* de feu nostre Treschier & Tresame Grant Uncle *le Conte de Somerset*, Francz & Quittes de leurs Prisons, & de touts Despens & Coustages que on leur a peu & purroit demander a cause les susdictes prisons,

Et, durant icelles, ou, s'ainsi volons eslire, pour tant que nostre *dit Cousin Thomas* est Eslargi de sa Prison, Nous delivrera en nostre *dit Cousin Johan*, Ainsne des diz Freres, franc & quite de sa prison, & de tourz Coustz, Despens, & Interestz, que luy a peu & purroit, depuis que premiers fut prisonner, demander, & jusque il serra a plain Delivre,

Ou Nous payera, ou a noz ditz Commis, dedeins le dit Terme, en Or, vaisselle, ou Joyaulx, pour cause de nostre dit Cousyn, la Somme de *Quarante Mille Couronnes*, les Deux valans comme dit est,

Et a l'occasion du dit *Thomas*, Secund des ditz Freres, Nous payera, en nostre dit Ville, dedans le dit Terme, ou a noz ditz Commis, en Or, Vaisselle, ou Joyaulx, la Somme de *Vingt & Quatre Mille Couronnes*, de valeur dessus dite, a la quelle Somme Icellui *Thomas* a compose pour sa Delivrance & Rancon.

ITEM, payera nostre *dit Cousin de Bourbon* tous coustz, fraiz, & despens, que se feront, pour la Sustenance & Garde de sa Personne, jusques il serra delivre de sa Prison.

ITEM,

An. 9. H. 6. Bibl. Cotton. Cleopatra F. 4.

... de Scaccario, de Deliberando Magistro *Willielmo Spencer* Legum Doctori,

Transituro in Ambassiata Regis versus *Regem Daciæ*, *&c.* & Communitates Villarum Hanzæ Teutonicæ,

Centum Marcas per viam præstiti;

Et insuper quòd, per eosdem Thesaurarium & Camerarios, liberentur Magistro *Willielmo Swan*, transituro cum Literis Regis versus *Imperatorem* etiam per viam præstiti.

Pro Ambassiatore Ispanniæ, de proficiscendo versus Ducem Burgundiæ, & pro Johanne Lussingburgh retento in Servitio Regis.

Ann. D. 1430. An. 9. H. 6. Bibl. Cotton. Cleopatra F. 4.

SEcundo die Decembris, *Anno nono* apud Westmonasterium Concessum & Concordatum fuit quòd fiant Literæ, sub Privato Sigillo, Thesaurario & Camerariis de Scaccario Domini Regis pro *xx li.* solutis Fratri Ambaxiatori Ispanniæ.

ITEM, quòd fiant Literæ eisdem Thesaurario & Camerariis pro *xx li.* solutis *Johanni Moungomery* Chivaler, ordinato, per Concilium Regis, ad proficiscendum, de Villa Calesii, versus *Ducem Burgundiæ*, de Dono Regis.

ITEM, quòd fiat alia Litera eisdem Thesaurario & Camerariis pro *D li.* solutis *Johanni Lussingburgh*, Tractato, per Dominum Cardinalem, de essendo de Retinentia Regis, ad faciendum eidem Domino Regi Servitium Guerræ in Regno suo Franciæ, &c.

---

* X. 482.

** Trenga cum Rege Scotorum.*

Ann. D. 1430. An. 9. H. 6. Ex Autogr.

HÆC INDENTURA,

FACTA Inter, Reverendum in Christo Patrem, *Johannem Episcopum Glasguensem* Cancellarium Scotiæ, *Johannem Forestari* Camerarium Militem, *Willielmum de Foulis* Privati Sigilli Custodem, & *Walterum de Ogilby* Magistrum Hospitii Militem, Commissarios, Illustrissimi Principis, *Jacobi*, Dei Gratiâ, *Regis Scotorum*, ad Infrascripta sufficienter & legitimè deputatos, ex Parte una; &, Nobilem Virum, *Johannem Dominum de Scroop*, & Magistrum *Johannem Stokes* Legum Doctorem, Ambaxiatores & Commissarios, Serenissimi Principis, *Henrici*, eâdem gratiâ, *Regis Angliæ*, *&c.* ad Infrascripta etiam sufficienter & legitimè deputatos, ex Parte alterâ:

Prout ex eorum Commissionum Literis,

Quarum Tenores sequuntur & sunt Tales,

Jacobus, Dei Gratiâ, *Rex Scotorum*, Universis, ad quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem.

Sciatis quòd Deputavimus & Constituimus, Reverendum in Christo Patrem, *Johannem Episcopum Glasguensem* Cancellarium nostrum, *Johannem Forestarii* Camerarium nostrum Militem, *Willielmum de Foulis* nostri Privati Sigilli Custodem, & *Walterum de Ogilby* Magistrum Hospitii nostri Militem, ac Tres, & Duos eorumdem, Commissarios nostros speciales, ad certas Treugas, inter Carissimum Consanguineum nostrum *Henricum Regem Angliæ*, *&c.* & Nos initas & concordatas, ad Terminum aliquem, juxta dictorum Commissariorum nostrorum discretionem, ac prout eis utile & expediens fore videbitur, Prorogandum,

Seu alias Treugas, Prioribus supradictis similes vel dissimiles, inter præfatum Consanguineum nostrum & Nos, pro Nobis, Regno, Terris, Dominiis, & Subditis nostris & utriusque nostrûm,

... Magistros, *Johannem Stokes* Legum Doctorem, & *Johannem Selowe* Canonicum Residentiarum in Ecclesia beati Petri Eboracensis, ac Sex, Quinque, Quatuor, Tres, & Duos eorumdem, Commissarios & Nuncios nostros speciales,

Ad quascumque Pecuniarum Summas, per Carissimum Consanguineum nostrum * *Jacobum Regem Scotorum* Nobis debitas, præsertim ratione cujusdam Appunctuamenti, inter Nos & eundem Consanguineum nostrum super ipsius Liberatione facti, * X. 483.

Necnon Liberationem & Traditionem certorum Obsidum, ad quos, secundùm vim, formam, & effectum dicti Appunctuamenti, Nobis faciendum Idem Consanguineus Nobis tenetur (videlicet) in Locum Obsidum, jam Defunctorum, aliâs per dictum Consanguineum nostrum Nobis liberatorum; Petendum, Exigendum, Obtinendum, & Recipiendum,

Ac ad præfatum Consanguineum nostrum de quibuscumque Pecuniarum Summis, ab ipso Nomine nostro Recipiendis, Quietandum, & Literas Quietantiarum sufficienter inde Faciendum,

Ac de & super Præmissis, & eorum quolibet, Tractandum, Transigendum, Componendum, & Concordandum,

Ac etiam ad certas Treugas, inter Nos & ipsum Consanguineum nostrum initas & concordatas, ad Terminum aliquem, juxta dictorum Commissariorum nostrorum discretionem, ac prout eis utile & expediens fore videbitur, Prorogandum,

Seu alias Treugas, Prioribus supradictis similes seu dissimiles, inter Nos & præfatum Consanguineum nostrum, pro Nobis, Regnis, Terris, Dominiis, & Subditis nostris, & utriusque nostrûm, sub Modo, Forma, & Conditionibus, & ad Tempus, de quibus inter dictum Consanguineum nostrum, ejusve Commissarios, ac præfatos Commissarios nostros conveniri & concordari poterit, Ineundum, Concordandum, & Concludendum,

Necnon ad Tractandum & Communicandum cum eodem Consanguineo nostro, ejusve Commissariis, de & super Finale Pace & Perpetuâ, per Media quæcumque, congrua & honesta, quæ Pacem Perpetuam hujusmodi verisimiliter inducere poterunt & conservare quoquo modo, inter Nos, Regna, Terras, Dominia, Ligeos, & Subditos nostros, & ipsum Carissimum Consanguineum nostrum *Regem Scotorum*, Regnum, Terras, Dominia, Ligeos, & Subditos suos Obtinenda & Firmandâ,

Cæteraque omnia & singula Faciendum, Exercendum, & Expediendum, quæ in Præmissis & circa ea necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna, etiam si Mandatum exigant magis speciale,

Promittentes, in Verbo Regio, Nos Ratum, Gratum, & Firmum habituros quicquid per dictos Commissarios & Nuncios nostros, Sex, Quinque, Quatuor, Tres, aut Duos eorumdem, Actum sive Gestum fuerit in Præmissis seu aliquo Præmissorum.

In cujus rei Testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes.

Teste *Humfrido Duce Gloucestriæ* Custode Angliæ *apud Westmonasterium*, Decimo Quinto Die Novembris, Anno Regni nostri Nono.

Per Breve de Privato Sigillo.

WYMBYSH.

Satis liquet,

TESTATUR, quòd prædicti Commissarii, in Vim Potestatum & Commissionum, eis per prædictos Reges attributarum, Inierunt, Concordarunt, & Concluserunt, Ineunt, Concordant, & Concludunt bonas, firmas, indubias, & inviolabiles, Treugas, & Guerrarum Abstinentias, seu Sufferentias; videlicet,

Per Terram Particulares, occasione Exceptionum, ab utraque Partium, prout inferius describitur factarum,

Et per Mare Generales,

Pro dictis Regibus, eorumque Hæredibus, & Successoribus, ac Re-

tanei per Mare;

Excipitur autem a præsentibus Treugis,

De Terris præfati Serenissimi Principis *Henrici*, Dei gratiâ, *Regis Angliæ*, *&c.* tota illa Portio de Regno Angliæ, quæ est ex parte Australi Montis Sancti Michaelis, quæ est in Cornubia, usque Mare.

Et de Terris, præfati Serenissimi Principis, *Jacobi Regis Scotorum* tota illa pars Regni Scotiæ, quæ est ex parte Boreali Fluminis de Forn, inter Moraviam & Rossiam, usque Mare.

ITEM, quòd nullus prædictorum Regum, supradictis Treugis durantibus, Portabit, Faciet, Inferet, nec a Vassallis, Ligeis, & Subditis suis quibuscunque Portari, Fieri, aut Inferri permittet, alteri eorumdem Regum, in Regnis, Terris, Dominiis, seu locis quibuscunque, ipsi alteri Regi Subditis, Subjectis, seu quoquomodo Pertinentibus, vel aliàs, per Terram (salvis præexceptis) aut per Mare, Guerram, Molestiam, Dampnum, sive Gravamen.

ITEM, quòd si, durantibus dictis Treugis, seu Guerrarum Abstinentiis, contingat aliquos Mercatores, Peregrinos, aut Piscatores, unius Partis vel alterius, Navigando ex causa Mercantizandi, Peregrinandi, aut Piscandi, Vi Tempestatis aut Ventorum impellente, applicari in aliquo Portuum alterius Partis, non licebit alteri Parti, aut ejus Subditis Ipsos, aut eorum Naves, vel Bona Capere; sed licebit eisdem, sic impulsis, & debent, unà cum eorum Navibus & Bonis liberè ab hujusmodi Portu, quamcitiùs commodè poterint, Recedere abque impedimento quocunque per alteram Partem sibi dando:

Et, si aliquid Factum vel Attemptatum fuerit, in contrarium præsentium Treugarum, illud legitimè Repparabitur ad pristinum & debitum Statum per Partem illam, ex qua seu per cujus Subditos sic Attemptatum fuerit, absque contradictione seu difficultate quacunque.

ITEM, si contingat aliquem seu aliquos Ligeos, unius Partis vel alterius, Naufragium passos aut notoriè infirmos, aut Victualibus carentes, ad Terram applicare, aut in Terram, sine culpa eorum, fraude, vel malo ingenio, Dimissos seu Relictos, post Applicationem hujusmodi, Nautis Recedentibus, licebit eisdem & eorum cuilibet, cum Literis Testimonialibus, sibi, sub Moderatis Expensis, absque difficultate concedendis, Portûs, Villæ, vel Communitatis ubi applicuerint, sine aliis Literis salvi Conductûs in recenti, cum omni festinatione accommoda, ad Partes proprias salvò & securè transire; proviso tamen quòd interim Regi, Regno, aut Ligeis præjudicialia non attemptent seu procurent.

ITEM, quòd, si pro tempore præsentium Treugarum contigerit aliquem ex Mercatoribus, Peregrinis, seu Piscatoribus, seu aliquem quemcunque Subditum unius Partis, contra vim, formam, & effectum præsentium Treugarum, Capi, Spoliari, seu Deprædari Mercandisis, Bonis, aut Rebus suis, per Ligeos, subditos, aut Subjectos alterius Partis, licebit eidem, sic Capto, Spoliato, seu Deprædato, Prosequi & Convenire, ad effectum (videlicet) Restitutionis seu Repparationis sibi sibi fiendæ, non solum ipsos Principales Capientes, Spoliantes, seu Deprædantes, verùm etiam illos, ad quorum Manus Mercandisæ, Res, sive Bona sua devenerint, nec non illos qui Malefactores, Spoliatores, seu Prædones hujusmodi scienter Receptaverint, ac Civitates, Villas, & Communitates Portuum & aliorum Locorum, in quibus hujusmodi Mercandisæ, Res, sive Bona, contra præsentes Treugas, sic, ut præfertur, Capta, publicè Recepta fuerint, Vendita, sive Distributa.

ITEM, quòd, si, Treugis istis durantibus, contingat aliquid, contra vim & effectum earumdem, Subditis alicujus dictarum Partium super Mare attemptari, licebit illi, vel illis, contra quem aliquid sic fuerit Attemptatum, petere & obtinere Repparationem seu Restitutionem Attemptatorum hujusmodi, coram Conservatoribus earumdem Treugarum, aut Gardianis Marchiarum, prout sibi magis videbitur expedire.

ITEM, si aliqui de unâ Parte Capiant aliquod Fortalitium super aliam Partem, Ipse, super & adversus quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, poterit illud Recuperare, per Viam Facti, vel aliter quoquo modo, prout melius poterit; & etiam poterit punire Malefactores, in ea parte, secundùm exigentiam Casûs:

Et tenebuntur Conservatores Partis illius, cujus Subditus Fortalitium hujusmodi ceperit, Succurrere & Juvare ipsum, super & adversus quem hujusmodi Fortalitium Captum fuerit, ad ipsum Recuperandum, quàm citiùs & quàm diligentiùs poterit, Sumptibus ipsius Partis Offendentis; vel, si magis placuerit, Ipse, super quem hujusmodi Fortalitium captum fuerit, requirere poterit & summare Regem & Conservatores alterius Partis, quòd sibi Reddi faciant
•X. 485. & Restitui dictum suum Fortalitium, & Malefactores, * qui Fortalitium hujusmodi ceperint, puniendo; quod ipsi pro posse facere & perimplere tenebuntur, & absque fraude, dolo, aut malo ingenio.

ITEM, Concordatum est quòd, si aliqui ex Vassallis, Ligeis,

Et, licet aliquis talis Malefactor sic Bannitus fuerit, seu absque Bannitione sic, ut præfertur, Captus extiterit, nichilominus tenebuntur Conservatores Partis illius, cujus idem Malefactor Subditus extiterit, Repparare Attemptata, de Bonis hujusmodi Malefactoris, quatenus se extendi poterunt:

Si verò idem Malefactor, sic Captus sive Deprehensus, non habeat in Bonis unde satisfacere valeat, in hoc Casu eo graviùs Punietur & Luet in Corpore:

Et quicunque Malefactorem hujusmodi scienter Receptaverit, Celaverit, aut Consilium ei dederit, Auxilium, seu Favorem, ad eandem in omnibus Satisfactionem & Pœnam tenebitur, ad quam faciendam & subeundam teneretur hujusmodi Malefactor, si possit apprehendi.

ITEM, quòd, si (quod absit) aliquid, in contrarium Præmissorum, seu Præsentium Treugarum, aut alicujus earumdem, per Terram (exceptis prius exceptis) sive per Mare, fieri vel attemptari contigerit, per hoc tamen præsentes Treugæ non erunt, censebuntur, aut reputabuntur Ruptæ, Infirmatæ, vel Adnullatæ, sed nichilominus in suo Robore permanebunt & Vigore, nec Guerræ pro eo fieri debent ab una Parte vel ab altera, nec Prisiæ Personarum, nec Districtiones sive Captiones Bonorum, nec Obsidiones Villarum, aut Castrorum, aut Fortalitiorum, nec Homicidia, Murthra, aliave quæcunque, in contrarium Præmissorum a quocunque attemptari sive committi; sed Reparabuntur & Reponentur in Statum pristinum & debitum Maleficia, Attemptata, & Interprisiæ hujusmodi quæcunque, per Conservatores & Commissarios illius Partis cujus Subditi sic attemptaverint, offenderint, seu malefecerint, vel aliàs secundum modum superius recitatum:

Qui verò contrafecerit (videlicet) Movendo Guerram, seu Obsidendo, Invadendo, aut faciendo Villas, vel Fortalitia, aut Capiendo Homicidia sive Murthra, propter aliquod Attemptatum ex parte altera, aut, præter Auctoritatem & Decretum Conservatorum, faciendo Prisias Personarum, aut Districtiones seu Captiones Bonorum, eo ipso cadat a Causa sua; & nichilominus Punietur juxta Delicti sui exigentiam, ac Restituet & Repparabit alteri Parti omne illud in quo eam læserit & ceperit ab eadem.

ITEM, quòd, si aliquis Subditorum unius Regum prædictorum Contrahat vel quasi, seu Delinquat vel quasi, infra Regnum, Terram, sive Dominium illius ex Regibus cujus quidem Contrahens vel Delinquens est Subditus, & extunc, pro vitanda Justitia, se subtrahat & effugiat in Locum quemcunque, Subditum sive Subjectum alteri ex eisdem Regibus cujus Subjectus non extiterat, & illic deveniat Homo Ligius *illius Regis*, nichilominus compelletur ad Reddendum, & Satisfaciendum, ac Subeundum Justitiam, de Debito seu Delicto suo hujusmodi, coram Conservatoribus Treugarum utriusque Partis, æquè ut Satisfacturus & Subiturus fuisset si permansisset sub Fide & Ligeantia *illius Regis*, cujus Terram & Dominium effugit:

Si verò in sola Fuga persteterit, nec tamen devenerit Homo Ligeus illius Regis, in cujus Terram sic confugit, eo casu remittetur & restituetur illi Parti, cujus Ligeus & Subditus fuerat, pro Justitia de eo, prout sibi videbitur, facienda:

Si verò aliquis Subditorum unius Regum prædictorum se subtrahat in Regnum seu Dominium alterius, tamquam Fugitivus, Proditor, aut Rebellis, & ibidem recipiatur sub Assecurantia aut * salvo Conductu, *Rex ille*, seu ejus Gardianus, in cujus Regno hujusmodi Fugitivus sive Malefactor sic receptatur & assecuratur, requisitus super hoc per alium *Regem*, seu ejus Gardianum, tenebitur, infra Quadraginta Dies post Requisitionem hujusmodi sequentes, omnem Assecurantiam & salvum Conductum, hujusmodi Fugitivo concessum Revocare & Annullare, & Ipsum, ut superiùs est expressum, Remittere & Destinare: * X. 486.

Et quamquam talis Proditor aut Rebellis Offerat Parti, ad quam taliter subterfugit, Juramentum Ligeantiæ seu Fidelitatis, in hoc Casu non recipietur ad Ligeantiam seu Juramentum, quousque Quadraginta Dies lapsæ fuerint post Oblationem hujusmodi Juramenti & Ligeantiæ taliter factam.

ITEM, quòd, si, præsentibus Treugis durantibus, nichilominus aliqui Subditorum *unius dictorum Regum* de facto vadant in Auxilium Hostium sive Adversariorum *alterius ipsorum Regum*, licebit *illi Regi* & Subditis suis, adversus quem & in cujus Hostium seu Adversariorum Auxilium sic transierint, ipsos, eundo, manendo, seu redeundo, Deprehendere, præsentibus Treugis non obstantibus.

ITEM, ut Treugæ prædictæ eo firmius & melius conserventur, quo cuilibet ex Subditis Partium prædictarum, conqueri valenti, liberior pateat facultas Justitiam suam prosequendi, Concordatum est quòd, si aliquis ex Subditis alicujus Partium prædictarum quicquam Deprædatus fuerit seu Attemptaverit infra Marchias aut Terram alterius Partis, &c, post Deprædationem hujusmodi seu Attemptatum, fugiendo revertatur in Marchias sive Terram illius Partis cujus est Subjectus, licebit illi, contra quem sic attemptaverit,

in

Pro parte dicti *Henrici Regis*,

Humfridus Dux Gloucestriæ,
Ricardus Comes Warwyci,
Henricus Comes Northumbr.
Ricardus Comes Sarum,
Radulphus Comes Westmerland.
Robertus Dominus de Wilughbi.
Thomas Dominus de Dacre.
Walterus Dominus de Hungerford.
Dominus Robertus de Umfrevill, Miles.
Omnes Admiralli Maris prædicti Regis Henrici,
Et Custodes Marchiarum Angliæ versus Scotiam.

X. 487. • Pro parte verò præfati *Regis Jacobi*,

Walterus Comes Atholiæ,
Willielmus Comes Angusiæ,
Georgius Comes Marchiæ,
Alexander Comes de Marr,
Alexander Comes Craufurdiæ,
Willielmus Constabularius Scotiæ,
Jacobus de Douglas Dominus de Balvany,
Jacobus Dominus de Dalketh,
Thomas Dominus Somervile,
Walterus Dominus de Driltoun,
Johannes Forstar de Corstorfyne,
Herbertus Dominus de Maxwel,
Omnes Admiralli Maris prædicti Regis Jacobi,
Et,
Custodes Marchiarum Scotiæ versus Angliam.

Qui quidem;

Humfridus Dux,
Ricardus,
Henricus,
Ricardus,
Et *Radulphus*,
Comites,
Robertus,
Thomas,
Et *Walterus*,
Barones,
Et *Robertus*,
Miles,
Willielmus,
Georgius,
Alexander,
Et *Alexander*,
Comites,
Willielmus,
Jacobus,
Jacobus,
Thomas,
Walterus,
Johannes,
Et *Herbertus*,
Barones,

Et *Walterus*,

Hinc & inde habebunt plenum Posse, soli, & in solidum, ac Custodes & Admiralli in locis Custodiæ & Admirallatûs suorum, ad Reparandum ac Emendandum omnia Dampna, Attemptata, & Excessus, Facta & Perpetrata, Facienda & Perpetranda, contra Tenorem dictarum Treugarum, & Puniendum Malefactores secundùm Casuum exigenciam.

In quorum omnium & singulorum Testimonium atque Fidem huic Parti INDENTURÆ, penes præfatum *Regem Henricum* remanenti, Commissarii præfati *Jacobi Regis*, superiùs nominati, Sigilla sua alternatim appoluerunt.

Dat' apud *Edinburgh*, Decimo Quinto die Mensis Decembris, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Tricesimo.

Sub Sigillis Commissariorum Scotiæ, Cerâ rubeâ expressis, pendentibus a Caudis Pergamenæ.

& Rothnam, usque Mare,

Et ideo Tibi Præcipimus quòd Treugas prædictas, in singulis Locis, infra Comitatum prædictum, ubi magis expediens fuerit & necesse, publicè ex parte nostra Proclamari & Notificari facias indilatè

Teste *Humfrido Duce Gloucestr.* Custode Angliæ, apud *Westm.* xix. die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Vicecomiti Cumbriæ.
Vicecomiti Westmerl.
Vicecomiti Eborum.
Vicecomiti Lincoln.
Vicecomiti Norff. & Suff.
Vicecomiti Kanciæ
Vicecomiti Surr. & Sussex.
Vicecomitibus London.
Vicecomiti Cornub.
Vicecomiti Devon.
Vicecomiti Sutht
Vicecomiti Somers. & Dors.
Cancellario Regis in Com. Palatino Lancastr.
Vicecomiti Bristoll.
Vicecomiti Essex.

Litera Regum Angliæ & Scotiæ super Attemptatis.

REX, Omnibus & Singulis Ducibus, Comitibus, Baronibus, Admirallis, Majoribus, Ballivis, Vicecomitibus, Capitaneis, Constabulariis, Marescallis, & aliis Officiariis, in & de quibuscumque Portibus & Stathes Angliæ & Flandriæ, Jurisdictionem, Potestatem, seu Districtum in ipsis, seu eorum aliquo, Excercentibus, Salutem. Ann. D. 1431 An. 9. H. 6. Pat. 9. H. 6. p. 1. m. 18.

SCIATIS QUÒD,

CUM, Carissimus Consanguineus noster, *Jacobus Rex Scotorum*, per Literas suas PATENTES,

Quarum Tenor sequitur in hæc verba,

Jacobus, Dei gratia, *Rex Scotorum*, omnibus & singulis Ducibus, Comitibus, Baronibus, Admirallis, Majoribus, Ballivis, Vicecomitibus, Capitaneis, Constabulariis, Marescallis, & aliis Officiariis, in & de quibuscumque Portubus & Stathes Angliæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Flandriæ Jurisdictionem, Potestatem, seu Districtum in ipsis, seu eorum aliquo, excercentibus, Salutem.

Opus egregium Summi Regis Pacifici prosequimur, dum Pacis Commoda quærimus, ac his Succursum porrigimus qui, contra ipsius Fœdera, Discrimina patiuntur.

Hinc est quòd, sicut ex lacrimosa Querela *Johannis Fernandiæ* de Losshbone, *Ricardi Aunger* de Pettewurth, & *Richardi Swetehaw* de Wynchelse, Mercatorum Angliæ, nuper accepimus quòd, circa Festum Sancti Andreæ Apostoli, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Vicesimo Octavo, quidam, *Simon Logane*, *Thomas Patonson*, *Willielmus Lowson*, & *Patricius Hervyson*, Scoti nostri Ligei, cum aliis, ipsos, *Johannem*, *Richardum*, & *Richardum*, de Duabus Navibus, vulgariter nuncupatis *Gabriel de Hundesflete* & *George de Wynchelse*, cum aliis nonnullis Bonis, Rebus, & Mercandisis, ad Valorem & communem Æstimationem Mille & Quingentarum Librarum, contra Tenorem Treugarum certarum, inter Nos & Illustrissimum Principem *Henricum*, eadem gratia, *Regem Angliæ* initarum, Spoliarunt,

Ipsasque Res, Mercandisas, & Bona, per manus aliorum Ligeorum nostrorum Scotorum, in partibus Exteris Disponentes, dictos-

gi, & Teneri faciatis, seu faciat unus vestrûm, quousque dictis, *Johanni*, *Richardo*, & *Richardo*, de prædictis Mille & Quingentis Libris congruè & integraliter extiterit Satisfactum,

Et in signis, quòd Præmissorum Remedium ardenter desiderat nostra Regia Celsitudo, præsentes Literas nostras Sigilli nostri appensione mandavimus roborari.

Dat. apud *Edynburgh*, Quinto Die Mensis Januarii, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo, Tricesimo, & Regni nostri Vicesimo Primo.

Commiserit vobis Auctoritatem, Potestatem, & Licentiam specialem ad præfatos, *Simonem*, *Thomam*, *Willielmum*, & *Patricium*, ac alios quoscumque de Mercatoribus seu Marinellis dicti Consanguinei nostri, ac eorum Naves vel Bona, cùm ad Portus vel Stathes dicti Regni nostri Angliæ applicare seu divertere contigerit, ac per Partem dictorum, *Johannis*, *Richardi*, & *Richardi*, seu eorum alicujus, fueritis requisiti, Arestandum, Capiendum, Distringendum, & Teneri faciendum, quousque dictis, *Johanni*, *Richardo*, & *Richardo*, de prædictis Mille & Quingentis Libris congruè & integraliter fuerit Satisfactum, prout in Literis prædictis pleniùs continetur;

Nos, dictas Literas *prædicti Consanguinei nostri* effectui debito mancipari volentes, Vobis omnibus & singulis Licentiam in hac parte impartimur, quatinus dictas Literas dicti Consanguinei nostri, juxta vim, formam, & effectum earumdem, infra Regnum nostrum prædictum, quotiens & quando per dictos, *Johannem*, *Richardum*, & *Richardum*, fueritis requisiti, seu aliquis vestrûm fuerit requisitus, exequi valeatis.

In cujus, &c.

Teste *præfato Custode apud Westm.* xxvj die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De certa Summa Domino Papæ solvenda.

Ann. D. 1431. *An.* 9. *H.* 6. *Claus.* 9. *H.* 6. *m.* 14.

REX, Majori Villæ Dovorriæ, ac Custodibus Passagii in Portu ejusdem Villæ, necnon Scrutatori suo in eodem Portu, ac Ballivis & Juratis Villæ Sandewici, ac Custodibus Passagii in Portu ejusdem Villæ, necnon Scrutatori suo in eodem Portu, & eorum cuilibet, Salutem,

Vobis, de avisamento & assensu Concilii nostri, Mandamus quòd *Leonardum de Pistia*, in Legibus Doctorem, Duo Milia Marcarum Auri, Nobis ante hæc tempora per *Sanctissimum Patrem Papam* præstita, & per nos jam soluta,

Pro quâ quidem Summâ, eidem Sanctissimo Patri, ad certum Diem, jam præteritum, Restituendâ, certi Domini de Concilio nostro sibi Obligati extiterunt,

Extra Regnum nostrum Angliæ, versus quascumque Partes sibi placuerit, secum asportare permittatis; aliquo Statuto, in contrarium edito, non obstante.

Teste *præfato Custode apud Westm.* xxviij die Januarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

*X. 490. * *Consimile Breve dirigitur Majori Villæ Regis Calesii, ac Custodibus Passagii in Portu ejusdem Villæ, necnon Scrutatori suo in eodem Portu, ac etiam Ballivo Aquæ suæ ibidem, & eorum cuilibet.*

Teste ut supra.

Per idem Breve.

De Factura circa Tumulum nuper Regis.

Ann. D. 1431. *An.* 9. *H.* 6. *Pat.* 9. *H.* 6. *p.* 1. *m.* 21. *dors.*

REX, dilecto sibi, *Rogero Johnson*, de Londonia Smyth, Salutem.

Scias quòd Assignavimus Te ad tot Fabros, quot pro Factura Ferrei Operis, circa Tumulum, Carissimi Domini & *Patris nostri*, *Regis* Defuncti infra Abbatiam Westmonasterii faciendum, necessarii fuerint, ubicumque inveniri poterunt, tàm infra Libertates, quàm extra (Feodo Ecclesiæ dumtaxat excepto) pro Denariis nostris, per Te in hac parte promptè & rationabiliter solvendis, Capiendum & Arestandum,

Et eos in Operatione prædicta Ponendum;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd circa Præmissa diligenter intendas, & ea facias & exequaris in forma prædicta:

Damus autem Universis & Singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, & aliis Fidelibus nostris, infra Libertates, & extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Tibi, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

De Exitibus Castri & Dominii de Banellyngham. iv xx. xvi *l.* xv *s.* iv *d.*

De Exitibus Castri & Dominii de Sandegate.

Pro Extentâ factâ coram certis Commissionariis ad hoc Assignatis.

Summa Reventionum prædictarum MCCCClv *l.* iv *s.* vii *d.* *q.*

De Quibus,

In Vadiis Ballivi Skuvinagii, Capientis per diem xii *d.* vviii *l.* v *s*

Et in Vadiis Ballivi, & Vitellarii Comitatûs Castri de Guysnes, Capientium per diem ii *s.* xxxvi *l.* x *s.*

Et in Feodo *Johannis Park* Ballivi de Marke per Annum vi *l.*

Et in Vadiis unius Bedelli de Oye, & Unius Bedelli de Marke, quolibet capiente per diem iv *d.* xii *l.* iii *s.* iv *d.*

Summa Feodi & Vad. lxxii *l.* xviii *s.* iv *d.*

Et Rem. MCClxxxii *l.* vi *s.* iii *d.* *q.*

---

* *Pro H. Cardinali & Retinentia Regis.* *X. 491.

Ann. D. 1431. *An.* 9. *H.* 6. *Pat.* 9. *H.* 6. *p.* 1. *m.* 15. *dors.*

REX, dilectis sibi, *Johanni Hunte* Servienti nostro ad Arma, & *Willielmo Billyngdon* Clerico, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De fidelitatibus, prudentiis, & discretionibus vestris pleniùs confidentes,

De avisamento & assensu Concilii nostri, Assignavimus Vos ad omnes & singulas Naves & Vasa, Portagii Viginti Doliorum, & ultra, necnon Magistros & Marinarios eorumdem, infra quemlibet Portuum in Comitatibus Sussexiæ, Suthamptoniæ, Dorsetiæ, & Devoniæ existentia, Arestandum & Capiendum,

Ita quod sint apud Portum Villæ nostræ Suthamptoniæ, Duodecimo Die Aprilis proximo futuro ad ultimum, ad ibidem Recipiendum, Venerabilem Patrem, Consanguineum nostrum Carissimum, *Cardinalem Angliæ*, ac diversos Dominos de Retinentia nostra, versus Partes Regni nostri Franciæ profecturos;

Et ideo vobis Mandamus quod circa Præmissa diligenter intendatis, & ea faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis, *&c. prout in ejusmodi Literis*, infra Libertates & extra, *& tunc sic*,

Necnon Magistris Navium, & Marinariis, & omnibus aliis quorum interest, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, *&c. ut supra.*

Teste præfato Custode *apud Westm.* Primo Die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Expensis & Donis Ambassiatorum Scotiæ.

Ann. D. 1431. *An.* 9. *H.* 6. *Bibl. Cotton. Cleopatra.* *F.* 4.

DEcimo *Quarto die Martii*, *Anno nono*, apud Westmonasterium, Concessum & Concordatum fuit quòd fiat Warantum Thesaurario, & Camerariis, de Solvendo,

Pro Expensis Ambaxatorum *Regis Scotiæ*, per ipsos factis in Civitate Londoniæ; videlicet,

A Die Veneris, Secundo Die præsentis Mensis Martii, usque Diem Mercurii, xiv. Diem ejusdem Mensis,

Cum xxxvi. Hominibus & xlii. Equis,

Xlix lib. vi s. xi d. ob. de Thesauro Regis:

Ac etiam de Solvendo, de dicto Thesauro Regis, *xxxv lib. xviii s. x d. ob. q.* pro Tribus Ciphis & Duobus Aquariis, quos Rex dedit Ambaxiatoribus supradictis.

Pro Comite de Perthe.

Ann. D. 1431. *An.* 9. *H.* 6. *Franc* 9. *H.* 6. *m.* 5.

THomas *Comes de Perthe*, qui de Licentia Regis versus partes Transmarinas profecturus est, habet Literas Regis de Generali Attornatu, sub nominibus *Thomæ Chaumbre* Armigeri, & *Willielmi Dales*, sub alternatione, ad Lucrandum, &c. in quibuscumque Curiis Angliæ, per unum Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste præfato Custode *apud Westm.* xiij Die Aprilis.

Cancellarius Angliæ recepit Attornamentum usque Reditum ipsius Constituentis in Angliam.

In cujus, &c. per idem tempus duraturas.
Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

Eodem modo assignantur subscripti sub eadem Data; videlicet,

Johannes Henlowe.
Ricardus Mauby.
Johannes Rider.

Pro Expensis Viagiorum.

Ann. D. 1431. *An.* 9. *H.* 6. *Bibl. Cotton. Cleopatra F.* 4.

DEcimo Nono Die Aprilis, *Anno nono* apud Fratres Prædicatores Londoniæ, Concessum fuit, per Dominos de Concilio, quòd fiat Warrantum Thesaurario & Camerariis, de Solvendo *Johanni Domino de Tiptot*, Senescallo Hospitii Regis,

Qui per diversas vices, Primo (videlicet) de Calesio, ubi tunc Rex in Persona sua erat, de Mandato suo, de avisamento Concilii sui, ibidem circa Personam suam existenti, in Regnum suum Angliæ, penes Dominum Locumtenentem ibidem & alios Regis Consiliarios, missus erat,

Ac postea de Rothomago, in Comitiva *Domini Cardinalis*, in dictum Regnum Angliæ, de Mandato Regis, dirigebatur,

Pro Expensis suis, in dictis Viagiis *cc li.* unà cum Summa *xx. Marcarum*, pro Eskippamento & Reskippamento suis dictorum Viagiorum, per Viam Regardi.

---

*X.493.

** De Potestate Capitaneis commissa.*

Ann. D. 1431. *An.* 9. *H.* 6. *Franc.* 9. *H.* 6. *m.* 7.

REX, dilectis Consanguineis suis, *Thomæ Comiti de Pertica*, ac *Edmundo Comiti de Mortayn*, Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De prudentia, fidelitate, circumspectione, & Industria vestris plurimùm confidentes,

De avisamento & assensu Concilii nostri, Ordinavimus & Constituimus vos, & utrumque vestrûm, Capitaneum, seu Capitaneos, Ligeorum nostrorum, qui in Obsequium nostrum, in Comitiva vestra, ac in Comitivis, Dilectorum & Fidelium nostrorum, *Jacobi Domini de Audeley*, & *Walteri Domini de Fitz Wauter*, ad & in Regnum nostrum Franciæ profecturi sunt, ibidem in eodem Obsequio nostro per Dimidium Annum moraturi,

Prout in quibusdam INDENTURIS, inter Nos, Vos, & præfatos, *Jacobum* & *Walterum*, super hoc confectis, pleniùs continetur,

Dantes & Concedentes vobis, & utrique vestrûm, plenam, Tenore Præsentium, Potestatem eosdem Ligeos nostros Ducendi, Regendi, & Gubernandi,

Ac omnium & singulorum ipsorum Causas & Querelas, in & de hiis quæ ad Officium Capitaneorum quomodolibet spectant, Audiendi, Discutiendi, & Terminandi,

Eisdemque Ligeis nostris, & eorum cuilibet, indè Justitiæ complementum Faciendi & Exhibendi,

Ac etiam Delinquentes in hac parte, juxta eorum Demerita, debito modo Castigandi & Puniendi, prout de jure & secundùm Consuetudinem & Legem Armorum fuerit faciendum,

Proviso quòd de aliquibus Debatis seu Querelis, ante Passagium vestrum a Regno nostro Angliæ, quomodocumque motis, minimè intromittatis,

Teste *præfato Custode apud Westmonasterium*, quarto die Maii.

Per Concilium.

** De Restitutione Temporalium.* *X.494.

REX Escaetori suo in Comitatu Surriæ, Salutem. Ann. D. 1431.

Cùm Dominus *Martinus* nuper *Summus Pontifex*, Electionem, *An.* 9.

Nuper celebratam in Ecclesia Conventuali Sancti Augustini, extra Muros Cantuariæ, Ordinis Sancti Benedicti, Ecclesiæ Romanæ immediatè subjectâ, de, dilecto nobis in Christo, *Georgio*, nuper *Priore ejusdem Domûs*, in Abbatem Loci illius, *H.* 6. *Pat.* 9. *H.* 6. *p.* 1. *m.* 3.

Cui prius Regium Assensum adhibuimus & favorem,

Confirmaverit, sicut per Literas Bullatas ipsius nuper *Domini Summi Pontificis*, Nobis indè directas, nobis constat,

Nos, Confirmationem illam acceptantes, cepimus Fidelitatem *ipsius Abbatis*, & Temporalia Abbatiæ illius, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò tibi Præcipimus quòd eidem *Abbati* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste *præfato Custode* apud *Westmonasterium*, vicesimo secundo die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Nicholao Wotton Majori Civitatis suæ Londoniæ, & Escaetori suo in eadem Civitate.
Escaetori Regis in Com. Kant.

Et Mandatum est Militibus, Liberis Hominibus, & omnibus aliis Tenentibus de Abbatia prædicta, quòd *eidem Georgio*, tanquam Abbati & Domino suo, in omnibus quæ ad Abbatiam prædictam pertinent, Intendentes sint & Respondentes, sicut prædictum est.

In cujus, &c.
Teste ut supra.

Per idem Breve.

Pro Cardinali Navarriensi, de Archidiaconatu dato.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1431.

Sciatis quòd, de avisamento & assensu Concilii nostri, *Dedimus* & *Concessimus*, Reverendissimo in Christo Patri, Domino *Hardesino Cardinali Navarriensi*, Archidiaconatum Norhamproniæ, in Ecclesia Cathedrali Lincolniæ vacantem, & ad nostram Donationem, ratione Temporalium Episcopatûs Lincolniæ, in Manu nostra existentium, spectantem. *An.* 9. *H.* 6. *Ibid. m.* 17.

Habendum cum suis Juribus & Pertinentiis quibuscumque.

In cujus, &c.

Teste præfato *Custode* apud *Westmonasterium*, quarto die Augusti.

Per Breve de Privato Sigillo.

1431. *An.* 9. *H.* 6. *Pat.* 9. *H.* 6. *p.* 2. *m.* 10.

lielmum nuper *Londoniæ Episcopum*, a Vinculo, quo eidem Ecclesiæ tenebatur, absolverit, & ipsum ad Ecclesiam Lincolniensem, vacantem per Mortem *Richardi*, nuper *Episcopi ejusdem Loci Lincolniæ*, Transtulerit, ipsumque in Episcopum dictæ Ecclesiæ Lincolniensi Præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius *Domini Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Episcopus* omnibus & singulis verbis, in dictis Literis Bullatis contentis, Nobis & Coronæ nostræ Præjudicialibus, coram Nobis palàm & expressè Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter se submisit,

Volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Cepimus Fidelitatem *ipsius Episcopi*, Nobis pro Temporalibus dictæ Ecclesiæ Lincolniensis debitam, & Temporalia illa, prout moris est, Restituimus eidem;

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Episcopo Lincolniensi* Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Balliva tua, sine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet.

Teste præfato *Custode* apud *Westmonasterium*, quarto die Augusti.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Oxon.
Escaetori Regis in Com. Bed. & Buk.
Escaetori Regis in Com. Norht.
Escaetori Regis in Com. Cantebr. & Hunt.
Escaetori Regis in Com. Hertf.
Escaetori Regis in Com. Notyngh.
Escaetori Regis in Com. Rotel.
Escaetori Regis in Com. Leyc.
Majori Civitatis Regis Lincolniæ & Escaetori suo in eadem Civitate.
Dilecto Regis, Nicholao Wotton *Majori Civitatis suæ Londoniæ & Escaetori suo in eadem Civitate.*

Et Mandatum est Militibus, &c.

De Restitutione Temporalium London.

Ann. D. 1431. *An.* 9. *H.* 6. *Ibid. m.* 8.

REX Escaetori suo in Comitatibus Essexiæ & Hertfordiæ, Salutem.

Cùm *Dominus Summus Pontifex*, nuper vacante Ecclesiâ Londoniensi, per Translationem, Venerabilis Patris, *Willielmi*, nuper *Episcopi ejusdem*, ad Ecclesiam Lincolniensem, adtunc vacantem, eidem Ecclesiæ Londoniensi, de Persona, dilecti nobis, *Roberti*, *Electi Londoniensis*, nuper Archidiaconi Northamptoniæ, in prædicta Ecclesia Lincolniensi, in Theologia Magistri, providerit, ipsumque in Episcopum dicti Loci Londoniæ præfecerit & Pastorem, sicut per Literas Bullatas ipsius *Domini Summi Pontificis*, Nobis indè directas, Nobis constat,

Nos,

Pro eo quòd *idem Episcopus Londoniensis* omnibus & singulis verbis, in dictis Literis Bullatis contentis, Nobis & Coronæ nostræ Præjudicialibus, coram Nobis palàm & expressè, per sufficientem Procuratorem suum, in hac parte legitimè constitutum, Renunciavit, & Gratiæ nostræ humiliter, per dictum Procuratorem, se Submisit, sicut per Instrumentum Publicum, super hoc confectum, plenè liquet,

Volentes cum eo in hac parte agere gratiosè,

Et quia Fidelitatem *ipsius Episcopi Londoniensis*, in Curia Romana circa Negotia nostra jam existentis, nobis pro Temporalibus dictæ Ecclesiæ Londoniensis debitam, usque ad proximum Adventum suum penes Præsentiam nostram Respectuavimus, & Temporalia Episcopatûs illius, prout moris est, Restituimus eidem,

Et ideò Tibi Præcipimus quòd eidem *Episcopo Londoniensi*
*X.496. Temporalia prædicta, cum Pertinentiis, in Ballivâ tuâ, * sine dilatione, Liberes in forma prædicta; salvo Jure cujuslibet

Teste præfato *Custode* apud *Westmonasterium*, quarto die Augusti.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimilia Brevia diriguntur Escaetoribus subscriptis, in Comitatibus subscriptis, sub eadem Datâ; videlicet,

Escaetori Regis in Com. Midd.
Escaetori Regis in Com. Surr. & Sussex.

hac parte per nos citiùs apponatur,

Sicut per Certificationem Fratris *Hugonis*, *David*, & Fratris *Johannis Wynchelse*, Fratrum Ordinis prædicti, Sacræ Theologiæ Doctorum, Vicariorum Generalis Ministri ejusdem Ordinis, per eundem Generalem Ministrum infra Regnum nostrum Angliæ conjunctim & divisim constitutorum, Nobis in Cancellariam nostram missam, plenè liquet,

Nos, eorum Insolentiis in hac parte resistere, & eos, juxta Ordinis sui Regulam, gubernari volentes & pertractari,

Ac de Fidelitatibus & Circumspectionibus vestris pleniùs confidentes,

Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad omnes & singulos Fratres Ordinis prædicti, ad Generale Capitulum ejusdem Ordinis, infra Villam prædictam, in proximo Celebrandum, venientes, & eisdem Vicariis Rebellantes & Inobedientes, ad insinuationem & intimationem eorumdem Vicariorum, seu alterius eorum, aut Attornatorum seu Deputatorum suorum, vobis faciendas, Arestandum, Capiendum, & eos statim, cùm sic Capti fuerint & Arestati, eisdem Vicariis, seu eorum alteri, aut eorum Attornatis seu Deputatis, juxta Ordinis sui Regulam Castigandos, Liberandum:

Et ideò Vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, & ea, de tempore in tempus, faciatis & exequamini in forma prædicta:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, & aliis Fidelibus nostris, infra Libertates & extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quod vobis, in executione Præmissorum, intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, prout decet.

In cujus, &c.

Teste præfato *Custode* apud *Westmonasterium*, quinto die Augusti.

Literas de salvo Conductu habent subscripti, de Datis subscriptis; videlicet,

AMbassiatores *Regis Scotiæ*, Magister *Willielmus Forest*, *Medicus Reginæ* cum Octo Personis in Comitiva sua.	Januarii 16. Mar. 15.	Ann. D. 1431. *An.* 9. *H.* 6. *Scot.* 9. *H.* 6. *m.* 12.
Servientes Quondam; videlicet, *Andreæ Keth.*	Nov. 8. Apr. 21. Julii 12.	
Davidis Steward Magistri de Athol.	Julii 12. Febr. 10.	
* *Roberti Steward.*	Febr. 10. Julii 9.	*X.497.
Thomæ Hay.	Apr. 21. Julii 12.	*m.* 15.
Davidis Styward.	Julii 12.	
Ambassiatores *Regis Castellæ.*	Oct. 18. Nov. 20. 25.	*Franc.* 9. *H.* 6. *m.* 20. *m* 9.
Servientes *Ducis Aurelianensis.*	Nov. 28. Mar. 5. Julii 1. 2. Ut supra.	*m.* 8. *m.* 3. *m.* 2. *m.* 4.
Servientes *Bastardi d'Orleans.*	Nov. 28.	*m.* 19.
Dominus de Touterville.	Nov. 5.	*Ibid.*

De non Tenendo simul Cardinalatum & Episcopatum Winton. ¶ ¶

Ann. D. 1431. *An.* 10. *H.* 6. *Bibl.Cotton.Cleopatr.F4.*

SExto Die Novembris, *Anno Decimo*,

Ad Requisitionem, factam per Servientem Regis & Attornatum, contra *Dominum Cardinalem*, Allegando pro Rege Præcedentia; videlicet,

Quòd, ubi *Simon Langham*, & *Kylwaraby*, ac alii, quondam Archiepiscopi Cantuarienses, postquam per Sedem Apostolicam Creati fuerunt in Cardinales, Amiserunt Archiepiscopatum Cantuariensem,

Undè petierunt quòd *Dominus Cardinalis Tituli Sancti Eusebii*, qui per nuper Dominum *Martinum Papam* Creatus fuit in Cardinalem, amittat Episcopatum Wyntoniæ, unà cum Fructibus interim receptis,

Ac posteà petitum erat ab *Episcopo Wygorniensi*, per *Dominum Gla-*

London.	Ac *Westm.*
Bathon.	Et *Glaston*,
Lincoln.	Abbatibus.

Carliolensis *differebat in Responso suo cæteris, & tenuit quòd, ante Adventum Cardinalis, nichil, secundum* Videre suum, *fieret in Materia, propter Causas per eum allegatas.*

---

*X.498. * *Pro Majore, Burgensibus, & Communitate Civitatis Baionæ, de Moneta cudenda.*

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1431. Monstraverunt Nobis & Concilio nostro, dilecti Ligei &
An. 10. Subditi nostri, Major, Burgenses, & Communitas Civitatis no-
H. 6. stræ Baionæ, qualiter Indigentia grandis & Monetæ nostræ caren-
Vasc. 10. tia non modica habetur in eadem, eo quòd, occasione Guerræ,
H. 6. nulla Plata sive Massa Argenti ad Cunagium nostrum Burdegaliæ,
m. 10. ibidem Cudenda, cariari potest,

Per quod Moneta de diversis Regnis & Patriis (videlicet) de Regnis Castellæ, Portugaliæ, Aragoniæ, & Navarræ, & de pluribus aliis Regnis, currit communiter ibidem, in Nostri ac Subditorum nostrorum prædictorum Dampnum non modicum & Gravamen,

Undè Nobis humillimè supplicarunt sibi de Remedio congruo in hac parte providere,

Nos, Præmissa considerantes, de Avisamento & Assensu Concilii nostri prædicti, Concessimus, dilectis Nobis, Inhabitantibus prædictam Civitatem nostram Baionæ, quod de cætero, quamdiu Nobis placuerit, Moneta Auri & Argenti infra Castrum nostrum ibidem talis fiat, & de hujusmodi Alaia & Pondere, qualis infra Castrum nostrum Burdegaliæ facta existit; dumtamen id sine Præjudicio nostri & aliorum fieri possit,

Et quòd ipse, qui Magister Monetæ in Civitate nostra Burdegaliæ existit, sit Magister Monetæ nostræ in dicta Civitate Baionæ,

Et quòd iidem Inhabitantes in dicta Civitate nostra Baionæ, tempore prædicto durante, habeant & percipiant omnia Exitus, Proficua, & Commoditates de Monetâ, in dicta Civitate Baionæ facienda, provenientia, ad ea, meliori modo quo sciverint, pro Defensione & salvâ Custodiâ prædictæ Civitatis nostræ Baionæ exponenda & applicanda;

Proviso semper quòd prædicti, Major, Burgenses, & Communitas, omnimoda Onera, quæ Nos, pro facturâ Monetæ prædictæ, solvere & supportare oporteret, de Bonis suis propriis solvant & supportent,

Ac quòd ipsi, de ipsorum Custubus & Expensis, Faciant & de novo Ædificent, infra Præcinctum Castri nostri Baionæ, Domos ac omnia alia, pro Factura Monetæ prædictæ ibidem necessaria,

Ac etiam quòd prædicti, Major, Burgenses, & Communitas, per suum sufficientem Procuratorem, de omni eo, quod, virtute præsentis Concessionis nostræ, de Exitibus, Proficuis, & Commoditatibus prædictis levabunt & colligent, ac etiam de omni eo, quod de eisdem Exitibus, & Commoditatibus, super Fortificationem ejusdem Civitatis nostræ, exponi & applicari faciant, debitum & legalem Compotum, ad Scaccarium nostrum Burdegaliæ, reddent quotiens & quando ad hoc, ex parte nostra, debitè fuerint requisiti,

In cujus, &c.

Teste præfato *Custode* apud *Westmonasterium*, Quarto Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

emergente, ad illud circa Fortificationem dictæ Civitatis nostræ exponendum & applicandum,

Salvo semper cuilibet fidelium Subditorum nostrorum Jure suo seu Titulo, quod vel quem, per Hæreditatem, seu Concessionem alicujus Inclitorum Progenitorum nostrorum, seu Prædecessorum, Regum Angliæ & Ducum Acquitanniæ, in Wrecco prædicto habet,

Et qui in hoc casu aliquem Titulum seu Jus prætendere volunt, Senescallus noster Acquitanniæ Rectum & Justitiam illis administrabit;

Proviso semper quòd iidem Subditi nostri de dictâ Civitate nostra Baionæ, de omni eo, quod ipsi, virtute præsentis Concessionis nostræ, de prædicto Wrecco recipient, ac de eo, quod de prædicta Receptione seu Fortificatione ejusdem Civitatis nostræ exponere faciant, per sufficientem Procuratorem suum, bonos, & fideles Compotos, ad Scaccarium nostrum Burdegaliæ, reddent quando & quotiens ad hoc, ex parte nostrâ, debitè fuerint requisiti.

In cujus, &c.

Teste præfato Custode *apud Westm.* Quarto Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Tractando cum Regibus Aragonum & Navarra.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Sciatis quòd Nos, 1432.
De Discretione & Industriâ, Venerabilis in Christo Patris, *E-* *An.* 10.
piscopi Aquensis, ac dilectorum & fidelium nostrorum, *Thomæ* *H.* 6.
Barton Militis Majoris Villæ nostræ Baionæ, & *Decani Sancti Se-* *Ibid.*
verini extra Muros Civitatis Burdegaliæ Legum Doctoris, plenariè *m.* 5.
confidentes,

Eosdem, Venerabilem *Patrem Thomam*, & *Decanum*, ac Duos eorumdem, Fecimus, Constituimus, Creavimus, seu etiam Ordinavimus nostros veros, certos, legitimos, sufficientes, & indubitatos Procuratores, Actores, Negotiorum Gestores, ac etiam Nuncios & Commissarios nostros speciales; videlicet,

Ad Tractandum, Ordinandum, Disponendum, Ineundum, Faciendum, Contrahendum, & Concludendum, perpetuò vel ad tempus, nostro Nomine, & pro Nobis, Regnis nostris Franciæ & Angliæ, & Dominiis nostris, ac pro Nobis, & Successoribus nostris, ac pro nostris Vassallis & Subditis,

Cum, Serenissimis Principibus, Fratribus ac Consanguineis nostris præcarissimis,

Alfonso, Dei Gratiâ, *Aragonum*, *Siciliæ*, *Valenciæ*, *&c. Rege*,

Johanne, eadem Gratiâ, *Rege Navarræ*, *Infante Aragonum & Siciliæ*, *&c.*

Et Dominâ *Blanchiâ*, dictâ Gratiâ, *Reginâ*, Hærede & Proprietariâ dicti Regni Navarræ, &c.

Simul, seu separatim, pro ipsis, eorumque Regnis, & Dominiis, Hæredibus, & Successoribus suis, ac eorum Subditis & Vassallis,

Necnon cum eorum, seu alterius eorumdem Regum, & etiam Reginæ, Procuratore, seu Procuratoribus, Nunciisque specialibus, ab eis conjunctim vel divisim habentibus ad Infrascripta plenam & sufficientem Potestatem,

Quoscumque Tractatus, Confœderationes, Pacta, Conventiones, Alligantias, Amicitias, Pactiones, Promissiones, Fœdera, & Ligamina quæcumque, Et omnia alia & singula, quæ in Præmissis & circa Præmissa necessaria fuerint seu etiam oportuna, prout ipsis Procuratoribus, sive Commissariis, aut ipsorum Duobus (quorum prædictum *Thomam Barton* unum esse volumus) visum fuerit expedire;

Damus insuper & Concedimus dictis Procuratoribus & Commissariis nostris, & eorum Duobus, ut prædicitur, plenam & liberam Potestatem & speciale Mandatum Præmissa omnia & singula, cum Dependentibus ex eis, Emergentibus, Incidentibus, & Con-

De Generali Attornatu pro Cardinali Angliæ.

Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Franc. 10. H. 6. m. 14.

HEnricus Beuford Episcopus Wyntoniensis, de Wyntonia, in Comitatu Suthamproniæ, *Cardinalis Angliæ* vulgariter nuncupatus, qui in partibus Transmarinis moratur, habet Literas Regis de Generali Attornatu, sub Nominibus *Nicholai Ratford* & *Willielmi Tresham*, sub alternatione, ad Lucrandum, &c. in omnibus Placitis & Querelis tùm per Brevia Regis de Præmunire facias, quàm in omnibus aliis Placitis, &c. in quibuscumque Curiis Angliæ, per unum Annum duraturas.

Præf. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Decimo octavo Die Februarii.

Johannes Archiepiscopus Eborum *Cancellarius Angliæ recepit Attornamentum usque Adventum ipsius Constituentis in Angliam.*

Idem *Episcopus Wyntoniæ*, sub Nominibus *Thomæ Rolf* Servientis ad Legem & *Johannis Asshe*.

Teste ut supra.

Prædictus Archiepiscopus *recepit Attornamentum*, &c. ut supra.

De Tractando cum Adversario Franciæ.

Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Bibl. Cotton. Cleopatr. F. 4.

VIcesimo Secundo Die Februarii, *Anno decimo*, apud Westmonasterium, Concessum est per Dominos de Concilio Regis, quòd Custos Privati Sigilli faciat seperalia Warranta Thesaurario & Camerariis de Scaccario Regis, de solvendo *Episcopo Roffensi*, *Henrico Bromflete* Militi Baneretto, Magistro *Thomæ Bekyngton* Legum Doctori,

Qui, in Ambassiata Regis, versus partes Franciæ, pro Tractatu Pacis vel Treugarum *inter Regem* & *Adversarium suum Dalphinum*, profecturi sunt,

Pro quolibet Die, ab ipsorum Recessu a Villa Londoniæ, pro hac causa, usque ad ipsorum Reditum; videlicet,

Dicto Episcopo v. Marcas,

Dicto Henrico xl s.

Ac dicto Magistro *Thomæ*, *xx s. per Diem*,

Habendas, ex causa prædicta, per viam Præstiti.

ITEM, fiant consimiles Literæ, mutatis mutandis, dictis Thesaurario & Camerariis, de solvendo pro Eskippamento & Reskippamento dictarum Personarum, ex causa supradicta.

De Sigillis Regis liberandis.

Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Claus. 10. H. 6. m. 8. dors. * X. 501.

MEMORANDUM *quòd*,

Die Sancti Mathiæ Apostoli (videlicet) Vicesimo Quinto die Februarii, *Anno Regni Regis* Henrici, Sexti post Conquestum, *Decimo*, *circa Horam Quartam post Nonam ejusdem Diei*,

Johannes, Archiepiscopus Eborum, *Angliæ Primas*, *tùm Cancellarius Angliæ*, *Duo Magna Sigilla ipsius Domini Regis (videlicet, unum de Auro, & aliud de Argento) in Duabus Bagis de albo Corio*, *Sigillo ejusdem* Archiepiscopi *Signatis*, *inclusa*, *præfato* Domino Regi, *in* * *Camera sua vocata le Counseil Chambre del Parlement*, *prope magnam Cameram Parliamenti*, *apud Westmonasterium*,

In Præsentia,

Humfridi Ducis Gloucestriæ,
Henrici Archiepiscopi Cantuariensis,
Johannis Bathoniensis,
Philippi Eliensis,
Willielmi Lincolniensis,
Willielmi Norwicensis,
Et Willielmi Roffensis,
Episcoporum;
Johannis Ducis Norffolciæ,
Johannis Huntyngdoniæ,
Ricardi Warrwicæ,
Et Willielmi Suffolciæ,
Comitum;
Necnon Johannis Tiptoft *Senescalli Hospitii Domini Regis*,
Johannis le Scrop,
Et Walteri Hungerford,

Sacramento suo modo consueto, eidem Episcopo Bathoniensi, *in Præsentia prædictorum* Archiepiscoporum, Ducum, Comitum, Militum, Custodis Rotulorum, & Nicholai, *ac quamplurium aliorum ibidem tunc existentium*, *Liberavit* :

Idemque Episcopus Bathoniensis, *receptis Sigillis Regiis prædictis*, *Sigilla illa usque Hospitium suum*, *in Parochia Sancti Clementis Dacorum*, *extra Barram Novi Templi Londoniæ*, *secum deferri fecit* :

Ac, *Die Mercurii tunc proximò sequente*, *dictum Sigillum de Argento usque Westmonasterium secum deferri*, & *illud a Baga*, *qua includebatur*, *sumi & extrahi fecit*, & *ibidem Literas Domini Regis Patentes*, *præfato* Johanni le Scrop *de Officio Thesaurarii Scaccarii Regis confectas*, *ac quoddam Breve*, *Baronibus de Scaccario prædicto directum*, *in præsentia* Willielmi Preswyk, Nicholai Wymbysh, & Johanni Stopyngdon, *Clericorum Cancellariæ prædictæ*, *ac aliorum*, *sigillavit*.

De Monasteriis Visitandis & Reformandis.

REX Omnibus, ad quos, &c Salutem. Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Pat. 10. H. 6. p. 1. m. 5.

Visâ per nostrum Magnum Concilium & diligenter examinatâ certâ Commissione,

Nobis per, Venerabiles Abbates *Guillermum de Claravelle* & *Johannem de Theoloco*, Cisterciensis Ordinis, porrectâ,

Super Visitatione & Reformatione ejusdem Ordinis, necnon Correctione, Institutione, Destitutione, & ad honestum Vivendi Statum Reductione Personarum Regularium ipsius in Regno nostro Angliæ, nostrisque Hiberniæ & Walliæ Patriis,

Nosque,

Considerantes, per hujusmodi Ordinis Reformationem, Animarum Salutem proventuram esse, & dictis Regno nostro & Patriis cessurum decorem,

Ex Advisamento & Consensu dicti nostri Magni Concilii, ad Supplicationem supradictorum Abbatum, per Præsentes, *ipsis Abbatibus* Concedimus Licentiam, nostrum Beneplacitum, & Mandatum, ut, secundum Deum & Ordinem, omnia Monasteria & Loca Conventualia, ejusdem Cisterciensis Ordinis, in præfato Regno nostro Angliæ, ac Patriis nostris Walliæ & Hiberniæ, Visitent & Reforment,

Omnesque Personas Regulares ipsius Ordinis Corrigendas corrigant, Instituendas Instituant, & Destituendas Destituant, juxta sui Ordinis Instituta,

De Prosecutione aut Levatione certorum Redditutum, ut asserebant, suo Ordini in Scardebourg & alibi in * Regno nostro Angliæ pertinentium, supersederi Volumus, ipsosque Redditus adhoc manere in suspenso; * X. 502.

Et, ut Major præfatis Abbatibus Obedientia exhibeatur, omnibus Subditis nostris & Officiariis Damus firmiter in Mandatis, nè *præfatos Abbates* in dicta nostra Concessione quovis modo impediant, quinymmò, in Subsidium Juris & favorem Religionis, si opus sit & requirantur, eisdem præstent Auxilium, Consilium, & Favorem :

Damus etiam eisdem Abbatibus Licentiam de Regno nostro ad Regnum Scotiæ Transeundi; in prædictis Jure nostro Regio semper salvo:

Damus insuper universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Ministris, ac aliis Fidelibus, & Subditis nostris, infra Libertates, & extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd *præfatis Abbatibus*, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes prout decet.

In cujus, &c. per Biennium duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxviij die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Solutionibus pro Cardinali.

PRimo die Martii, *Anno Decimo*, apud Westmonasterium, Concessum est, quòd fiant Literæ, sub Privato Sigillo, Thesaurario & Camerariis de Scaccario Domini Regis, de Solvendo *Domino Cardinali Angliæ*, pro Denariis ab eo Mutuatis, *M. iv xxiij l. vi s. viii d.* Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Bibl. Cotton. Cleopatr. F. 4.

ITEM, eodem Die, Concessum est, quòd fiant Literæ, sub Privato Sigillo, dictis Thesaurario & Camerariis, de Solvendo *Domino Cardinali Angliæ*, pro Denariis ab eo Mutuatis, *Cxl l.*

Super.

ITEM, quòd consimiliter fiat de *Johanne Delabere* Eleemosinario Regis; & quod Loco suo ponatur *Dominus Robertus Felton.*

ET quòd fiant Literæ, sub Privato Sigillo, tàm prædictis Per-
* X 503. sonis, eis notificando eorum Exonerationem, ut in * forma sequente continetur, quàm aliis, in eisdem Officiis Loco ipsorum instituendis, de veniendo ad Regem pro acceptando eorum Institutionem in Officiis prædictis, ut etiam in forma sequente continetur;

Præsentibus, &c.

De par le Roy.

CHier & foial,

Come Nous, en vostre Scen & Discrecion pleinement confians, de l'avis & assent de nostre Consail, Vous eons Ordenez & Appointez d'estre nostre Seneschal deins nostre Hostiel,

Par quoy, de l'avis & assent susditz, Volons & Vous Mandons que, a toute bone haste que vous purrez, apres la Recepcion de ces Presentes, vous vous Hastiez devers nostre treschier Uncle *le Duc de Gloucestre*, pour prendre vestre Charge de l'Office susdit.

Don. &c.

Treschier & foial,

Savoir Vous faisons que de l'Office de nostre Chamberlein, que vous avez occupiez deins nostre Hostell, pour certaines Causes, Nous & nostre Consail especial Moevantz, de l'avis & assent de mesme nostre Consail, Vous avons Deschargiez, & ainsi vous Deschargeons par ces Presentes.

Don. &c.

Super Stapula Regis Daciæ, de Proclamatione facienda.

Ann. D. 1432. *An.* 10. *H.* 6. *Claus.* 10. *H.* 6. *m.* 8. *d.*

REX Vicecomiti Devoniæ, Salutem.

Cùm Nos nuper, ex intimatione, carissimi *Avunculi nostri, Regis Daciæ, Norwegiæ, & Sweciæ*, acceperimus qualiter idem *Avunculus noster*,

Considerans multiplicia & grandia Perditiones, Pericula, Dampna, & Dispendia, quæ tàm sibi & suis, quàm aliis Forinsecis & Extraneis, ac etiam Amicis, & specialiter Subditis nostris de Regno nostro Angliæ, ex Introitu, Ingressu, & Transitu Personarum hujusmodi Forinsecarum & Extranearum in Regnum suum Norwegiæ, & alia Dominia, Districtus, Territoria, Jurisdictiones, & Loca sibi Subdita & Subjecta, præsertim in Insulas suas de Fynmark, & alibi, tàm in Personis, quàm in eorum Rebus & Bonis, nuper evenerunt,

Pro vitandis hujusmodi Perditionibus, Periculis, Dampnis, & Dispendiis, & nè similia (quod absit) evenirent in futurum,

Ordinavit & Statuit quòd Omnes & Singuli Extranei, tàm Anglici, quàm alii,

Ad & in Regnum suum Norwegiæ, & alia Dominia, Districtus, Territoria, Jurisdictiones, Insulas, & Loca prædicta (causâ optinendi vel habendi Pisces, aut alia quæcumque Mercandisas sive Bona) Navigio applicare & accedere volentes,

Applicent & veniant ad Villam suam de Northbarne, ubi dictus *Avunculus noster* Stapulam suam, pro Concursu Extraneorum, & specialiter Anglicorum, ad Exercitium hujusmodi Mercandisarum, Statuit specialiter & Stabilivit,

Concedendo dictis Anglicis quòd ipsi ibidem gauderent, in omnibus, & per omnia, eisdem Favoribus, Privilegiis, & Prærogativis, quibus gaudebant ipsi de Hansa,

Et Nos igitur,

Consimilia Brevia diriguntur Vicecomitibus subscriptis, sub eadem Data; videlicet,

Vicecomiti Eborum.	*Vicecomiti Villæ Novi Castri super Tynam.*
Vicecomiti Cornubiæ.	*Vicecomiti Villæ Bristoll.*
Vicecomiti Northumbr.	*Vicecomitibus London.*
Vicecomiti Norff. & Suff.	*Vicecomiti Kantiæ.*
Vicecomiti Lincoln.	*Vicecomiti Essex.*
Vicecomiti Suth.	*Vicecomiti Surr. & Suss.*
Vicecomiti Somers. & Dors.	

De Licentia Traducendi Peregrinos.

REX Universis & Singulis Admirallis, &c. ad quos, &c. Salutem. Ann. D. 1432. *An.* 10. *H.* 6. *Franc.* 10 *H.* 6. *m.* 11.

Supplicavit nobis *Petrus July*, Magister cujusdam navis vocatæ la Trinite de Falmouthe, unde *Henricus Tremayn* est Possessor, ut ei Licentiam concedere Velimus quòd ipse Navem prædictam, cum Viginti & Quatuor Peregrinis, versus *Sanctum Jacobum Galiciæ in Ispannia*, ad Vota sua ibidem perficienda, Traducere possit licitè & impunè,

Nos (Supplicationi prædictæ favorabiliter inclinati) Licentiam illam, Tenore Præsentium, duximus concedendam,

Et ideo Vobis Mandamus quòd ipsum *Petrum* Navem prædictam, cum Peregrinis prædictis, versus partes prædictas, liberè & absque impedimento aliquo, Traducere permittatis; aliquibus Ordinationibus, in contrarium factis, non obstantibus,

Dumtamen Peregrini illi de Amicitia & Obedientia nostris existant, ac fideles Ligei nostri permaneant,

Et quòd Aurum vel Argentum, in Massa vel Moneta, colore præsentis Licentiæ nostræ, non Traducant seu Traduci faciant,

Nec quicquam, quod in Nostri seu Populi nostri præjudicium cedere valeat, non attemptent, seu attemptari faciant quovis modo.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Secundo die Maii.

De Sortilego Arestando.

REX, dilecto & fideli suo, *Johanni Colepeper*, ac, dilecto sibi, *Roberto Passemer* Servienti suo ad Arma, Salutem. Ann. D. 1432. *An.* 10. *H.* 6. *Pat.* 10. *H.* 6. *p.* 2. *m.* 13. *d.*

Sciatis quòd, quibusdam certis de Causis, coram Nobis & Concilio nostro propositis, Assignavimus vos, conjunctim, & divisim, ad *Thomam Northfelde*, Sacræ Paginæ Professorem, Ordinis Prædicatorum, apud Civitatem Wygorniæ commorantem, Capiendum & Arestandum,

Necnon ad omnimodos Libros suos, tractantes materiam Sortilegæ Pravitatis, seu quascumque alias Materias suspectas, Scrutandum, Capiendum, seu Arestandum,

Et ipsum *Thomam*, ac Libros suos taliter suspectos, salvò & securè coram Concilio nostro, omni celeritate * possibili, Adducen- * X. 505.
dum, ad Respondendum super hiis, quæ sibi ex parte nostra obicientur tunc ibidem, & ad Faciendum ulteriùs & Recipiendum quod per nos & dictum Consilium nostrum consideratum fuerit in hac parte;

Et ideò vobis Mandamus quòd circa Præmissa diligenter intendatis, ac ea faciatis & exequamini in formâ prædictâ:

Damus autem universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, ac aliis Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris quibuscumque, tàm infra Libertates, quàm extra, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd Vobis, seu alteri vestrûm, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes,

P. 4. Et prædictus Libard, iid. per Diem,

Videlicet, ad Festa Sancti Michaelis & Paschæ per æquales Portiones, quousque aliter pro eisdem per Regem ordinabitur.

De Sortilegis Cancellario Deliberandis.

Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Ibid.

NOno die Maii, *Anno Decimo*, virtute Brevis Regii, Domino *Waltero Hungerford*, Constabulario Castri Regis de Wyndesore, directi, conduxit *Margeriam Jourdemayn*, *Johannem Virley* Clericum, & Fratrem *Johannem Asshewell*, Ordinis Sanctæ Crucis Londoniæ, nuper Custodiæ suæ pro *Sorcerye* in dicto Castro commissos, usque Concilium Regis apud Westmonasterium, & ibidem, de Mandato Dominorum de Concilio, deliberavit dictam *Margeriam*, *Johannem*, & Fratrem *Johannem* Domino Cancellario, & Exoneratus est de cætero de eorum Custodia.

Eodem Die, Concordatum, & Concessum est, per Dominos de Concilio, quòd quandocumque dictus *Johannes Verley*, & Frater *Johannes Asshewell*, invenerint sufficientem Securitatem, coram dicto Domino Cancellario, de cætero se benè gerendo, quòd ipse dimittat eos exoneratos de Prisona,

Et quòd, simili modo, dicta *Margeria* exoneretur de Prisona, sub Securitate Mariti sui in Cancellaria Regis facienda.

De Novis Reportandis.

Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Ibid.

DEcimo die Maii, *Anno Decimo*, Concordatum fuit ibidem, quòd Duo Heraldi, vel Prosecutores Armorum, transeant, de tempore in tempus, in Franciam, pro Novis abinde reportandis; sic quod, uno ibidem existente, alius abhinc illud revertetur.

---

*X. 506.

** Pro Lancastre Rege Armorum.*

Ann. D. 1432. An. 10. H 6. Pat. 10. H. 6. p. 1. m. 4.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

De Gratia nostra speciali, ac de avisamento & assensu Concilii nostri, & per considerationem boni & gratuiti Servitii, quod, dilectus nobis, *Lancastre Rex Armorum*, tàm carissimis Dominis Regibus, *Avo & Patri* nostris Defunctis, quàm Nobis, impendit, & Nobis impendet in futurum,

Concessimus eidem Lancastre Viginti Marcas per annum, percipiendas Annuatim ad Scaccarium nostrum, ad Festa Sancti Michaelis & Paschæ, per æquales Portiones, quousque aliter Providerimus pro eodem.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xij die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Libard Haraldo.

Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Ibid.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis, *&c. ut supra usque ibi*, dilectus Nobis, *& tunc sic*, *Libard Haraldus*, tàm carissimis Dominis Regibus, *&c. ut supra usque ibi*, *Concessimus*, *& tunc sic*, *eidem Libard* Duos Denarios per Diem, percipiendos Annuatim, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super Testamento nuper Regis.

Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Pat. 10. H. 6. p. 2. m. 15.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cùm, inclitæ recordationis, carissimus Dominus & *Pater noster* in Testamento suo, inter alia, Voluerit & Disposuerit quod,

In Casu quo Executores ejusdem Testamenti, sive Ultimæ Voluntatis suæ, non valerent de Bonis mobilibus ejusdem Patris nostri dictam ultimam Voluntatem suam in omnibus perficere & adimplere,

Eo casu id, quod deesset, iidem Executores de Redditibus, Exitibus, & Proficuis, provenientibus de certis Castris, Dominiis & Possessionibus,

Quæ Venerabilis Pater *Henricus Cantuariensis Archiepiscopus* & alii habent & tenent, ex Concessione ejusdem Patris nostri, in diversis Comitatibus Regni nostri Angliæ & Marchius Walliæ,

[illegible] nostri Angliæ, in præsenti Parliamento nostro existentium, & auctoritate ejusdem, Volumus & Concedimus quòd *Walterus Dominus Hungerford*, *Willielmus Porter*, & *Robertus Babthorp*, Milites, & *Johannes Leventhorp*,

Executores dicti Testamenti sive ultimæ Voluntatis ejusdem Patris nostri nominati, ac Administratores in eodem Testamento specialiter & nominatim constituti,

Habeant & percipiant prædictam Summam Ducentarum Librarum de * Redditibus, Exitibus, & Proficuis, provenientibus de Castris, Dominiis, & Possessionibus prædictis, *X. 507.

Quæ antedictus Venerabilis Pater *Henricus Cantuariensis* & alii sic, ut præfertur, tenent & habent, ex Concessione dicti Patris nostri,

Et hoc per manus eorumdem Archiepiscopi & aliorum, dicta Castra, Dominia, & Possessiones Tenentium,

Et quòd iidem Archiepiscopus & alii, hujusmodi Castra, Dominia, & Possessiones Tenentes, dictam Summam Ducentarum Librarum de Redditibus, Exitibus, & Proficuis, ex ipsis Castris, Dominiis, & Possessionibus, dictis, *Waltero*, *Willielmo*, *Roberto* & *Johanni*, Executoribus nominatis, tradant & liberent,

Et quòd iidem Executores nominati seu Administratores dictam Summam, sic ab eis recipiendam, primò solvant & distribuant inter præfatos Clericos, juxta Vim, formam, & effectum Testamenti sive ultimæ Voluntatis antedictæ,

Et quòd, post Solutionem dictæ Summæ, præfatis Clericis sic liberatæ & solutæ, iidem Administratores (cùm super hoc per supervisores dicti Testamenti sive ultimæ Voluntatis ejusdem Patris nostri fuerint congruè requisiti) de Receptione, Solutione, ac Distributione hujusmodi plenum & fidelem Compotum eisdem Supervisoribus reddant,

Quodque, Compoto hujusmodi reddito, ab omni ulteriori Compoto, sive Ratiocinio, inde reddendo, penitùs exonerentur, ac adeò liberi sint & illæsæ conditionis, tàm erga Nos & Supervisores antedictos, quàm alios quoscumque, sicut si ipsi aliquam Receptionem, Solutionem, Administrationem, sive Distributionem dictæ Summæ, sic, ut præfertur, eis liberandæ, super se nusquam assumpsissent,

Volumus etiam, de avisamento, & assensu, ac auctoritate prædictis, Ordinamus, Concedimus, & Statuimus quòd tàm prædicti, *Henricus Archiepiscopus*, & alii, præfata Castra, Dominia, & Possessiones Tenentes, quàm prædicti, *Walterus*, *Willielmus*, *Robertus*, & *Johannes*, Executores prædicti nominati, ac eorum Executores, Hæredes, Attornati, Servientes, & Deputati, de omnimodis Placitis, Querelis, Actionibus & Demandis, per Nos, Personam, aut Personas quascumque, versus ipsos vel eorum aliquem, occasione Solutionis, Liberationis, Perceptionis, Receptionis, ac Distributionis Summæ prædictæ, aut alicujus Parcellæ ejusdem, movendis, capiendis, aut prosequendis in futurum, erga nos, Hæredes, & Successores nostros, ac alios quoscumque, omnino Quieti & exonerati existant Imperpetuum,

Ac Querentes & Implacitantes de omni actione præclusibiles & præclusi in hac parte,

Et quòd Cancellarius Angliæ, aut Custos Magni Sigilli nostri, vel Hæredum, aut Successorum nostrorum, pro tempore existens, Auctoritate prædictâ, fieri facere & liberare teneatur, tàm præfatis, *Waltero*, *Willielmo*, *Roberto*, & *Johanni*, Executoribus, Attornatis, Servientibus & Deputatis, & eorum cuilibet, tot & talia Brevia de *Supersedeas*, in quibuscumque Placitis & Querelis, versus ipsos seu ipsorum aliquem, contra formam & effectum Præsentium, movendis, quot & qualia eis & eorum cuilibet in hac parte necessaria fuerint seu quomodolibet oportuna; aliquo Statuto, in contrarium facto, seu aliqua Causa quacumque non obstantibus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xij die Maii.

Per Petitionem in Parliamento.

Pro Liberatione Domini de Talbot.

REX, per Literas suas Patentes, usque ad finem Trium Mensium proximò futurorum duraturas, de avisamento & assensu Concilii sui, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Bernon de Genestolle*, *Johannem de Bouzy* & *Reginaldum de Conay*, Servientes de *Poton. de Sainteraillet*, Prisonarii carissimi Consanguinei Regis, *Comitis Warrewici*, transeundo a Chasteautheroy ad Chajusset in Regnum Regis Franciæ,

Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Franc. 10. H. 6. m. 9.

Pro facto & abbreviatione Liberationis, dilecti & fidelis militis Regis, *Domini de Talbot*,

Et

Tranſeundo, & exinde in dictum Regnum Regis Angliæ, pedeſtrè, vel equeſtrè, Die ac Nocte, per Aquam, Mare, & per Terram, in Via, & extra Viam, redeundo, Gladios, Dagaria, Bouges, & alia Herneſia licita, ac quoddam Herneſium totum Completum, ſi id facere poſſint, penes præfatum Conſanguineum Regis, pro Perſona ſua propria, deferentes, ſive non deferentes;

Proviſo ſemper quòd præfatus *Jocatyn*, ac Homo ſuus prædictus, bene & honeſtè ſe habeant, *&c. ut ſupra, mutatis mutandis.*

Teſte ut ſupra.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Eleemoſinario Regis.

Ann. D. REX univerſis & ſingulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis,
1432. Coronatoribus, Eſcaetoribus, Conſtabulariis, ac aliis Officiariis
An. 10. & Miniſtris noſtris quibuſcumque, tàm infra Libertates, quàm ex-
H. 6. tra, ad quos, &c Salutem.
Pat. 10. Sciatis quòd Nos,
H. 6. Conſiderantes qualiter omnimodæ Deodandæ, tàm per Terram,
p. 1. quàm per Mare, infra Regnum noſtrum Angliæ emergentes, Elee-
m. 4. moſinario Hoſpitii noſtri, pro tempore exiſtenti, pertinent, & ab antiquo pertinuerunt, & pertinere deberent, ad eas, circa Suſtentationem Eleemoſinæ noſtræ, Expendendum & Applicandum,

Quodque, pro defectu Levationis & Collectionis hujuſmodi Deodandarum, quamplures earumdem per plures Gentes, ad uſus ſuos proprios, levatæ & ſubtractæ exiſtunt, in noſtri præjudicium non modicum & Eleemoſinæ noſtræ prædictæ Diminutionem,

De aviſamento & aſſenſu Concilii noſtri Aſſignavimus, dilectum Clericum noſtrum, *Robertum Felton*, Eleemoſinarium noſtrum, ad Inquirendum, per Se, & Deputatos ſuos, tàm de omnimodis Deodandis, ad Nos, tàm de tempore noſtro & Progenitorum noſtrorum, quondam Regum Angliæ, Debitis & pertinentibus, & a Nobis hucuſque Concelatis, quàm de omnimodis hujuſmodi Deodandis, ad Nos de cætero pertinere debentibus, necnon ad eaſdem
*X. 509. Deodandas * per Se, & Deputatos ſuos prædictos, quamdiu Eleemoſinarius noſter extiterit, ubicumque inventæ fuerint, tàm infra Libertates, quàm extra, de tempore in tempus, Levandum & Colligendum, & eaſdem Deodandas, circa Suſtentationem Eleemoſinæ noſtræ prædictæ, debitè Expendendum & Applicandum, prout ante hæc tempora fieri conſuevit;

Et ideò Vobis Mandamus quòd ipſum *Robertum*, per Se, & Deputatos ſuos prædictos, Præmiſſa facere permittatis in forma ſupradicta, & eis, in Executione Præmiſſorum, Intendentes ſitis, Conſulentes, & Auxiliantes prout decet.

In cujus, &c.

Teſte Rege apud *Weſtmonaſterium*, xxxi die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Ardicino Cardinale Novarienſi.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1432. Sciatis quòd Nos,
An. 10. De aviſamento & aſſenſu Concilii noſtri, Conſiderantes Operam,
H. 6. Diligentiam, ac Labores, quos, Reverendiſſimus in Chriſto Pater,
Pat. 10. *Ardicinus*, *Sanctorum Coſmæ & Damiani* Sacroſanctæ Romanæ Ec-
H. 6. cleſiæ *Diaconus Cardinalis*, Novarienſis vulgariter nuncupatus, jam-
p. 1. diu in Curia Romana ſuſtinuit, in Promovendo ibidem Negotia
m. 1. noſtra, & diligentiùs ſuſtinebit in futurum,
De aviſamento & aſſenſu prædictis Conceſſimus & Licentiam

Thomas Hay Miles,
Robertus Stewart,
Johannes Kenady,
David Leſly,
Alexander Ogilby,
Malconus Flemyng, Filius & Hæres *Malconi Flemyng*,
Johannes Walys,
Henricus de Douglas,
Willielmus de Douglas,
Willielmus Dyſſbington, Miles,
Robertus Loggan, Miles,
Walterus de Fenton,
Et *Pratricius Graham*,
Obſides ex causâ præmiſſâ nobis dati & liberati,

Duncanum Atholie Dominum de Ranaugh pro dicto *Willielmo Meldrom*,

Willielmum Sterlyng Dominum de Cador pro *Andrea Kethe*,

* *Willielmum Gordyng* Dominum de Apilgarth pro *Thoma Hay*, Milite, *X. 510.

Robertum Colwile Dominum de Oxonham pro *Roberto Stewart*,

Henricum Kynlouche Militem vel ſuum Hæredum pro *Johanne Kenady*,

Willielmum Baillie Militem Domnium de Heprik pro *David Lesley*,

Duncanum Wymes Dominum de Reres & *Johannem de Fenton* de eâdem pro *Alexandro Ogilby*,

Alanum de Catcart Dominum de eadem pro *Malcono Flemyng* Filio & Hærede *Malconi Flemyng*,

Alexandrum Erskyng pro *Johanne Waleys*,

Alexandrum de Stratton de Louranſton pro *Henrico Douglas*,

Adam de Conyngham de Caperton pro *Willielmo de Douglas*,

Alanum de Kenard de eadem pro *Willielmo Dyſſbyngton*, Milite,

Michaelem Scot de Balnerie pro *Roberto Loggan*, Milite,

Laurentium Rameſſay Dominum de Clatty & *Johannem Toures* de Junerleth pro *Waltero de Fenton*,

Malconum Filium & Hæredem *Domini de Culquin* & *Willielmum Crauford* Militem de Haynyng pro *Patricio Graham*,

Per Cariſſimum Conſanguineum noſtrum *Comitem Northumbriæ* acceptatos,

Juxta formam dicti Appunctuamenti, Loco ſui tradiderunt & realiter liberaverunt,

Suſcepimus in ſalvum & ſecurum Conductum noſtrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defenſionem noſtras ſpeciales, prædictos,

Duncanum,
Willielmum Sterling,
Willielmum Gardyng,
Robertum Colville,
Henricum Kinlouch vel ſuum Hæredem,
Willielmum Baille,
Duncanum, & *Johannem de Fenton*,
Alanum,
Alexandrum Erskyn,
Alexandrum de Stratton,
Adam,
Alanum,
Michaelem,
Laurentium, & *Johannem Toures*,
Malconum Filium & Hæredem *Domini de Colquin*,
Et *Willielmum Crawford*,

Ex causâ præmiſſâ in Regnum noſtrum Angliæ, unumquemque eorum cum Duobus Servitoribus in Comitiva ſua, intraturos,

Et

Consimiles Literas Regis salvi Conductus habent subscripti, per idem tempus duraturas, sub eadem Data; videlicet,

Andreas Keth. ——— Willielmum Sterlyng Dominum de Cador.

Thomas Hay Miles ——— Willielmum Gardyng Dominum de Appilgarth.

Robertus Stewart. ——— Robertum Colvill Dominum de Oxonham.

Johannes Kenady. ——— Henricum Kynlouche Militem vel suum Hæredem.

David Lesly. ——— Willielmum Baillie Militem Dominum de Heprik.

Alexander Ogilby. ——— Duncanum Wymes Dominum de Reres & Johannem Fenton de eâdem.

Malconus Flemyng Filius & Hæres *Malconi Flemyng.* ——— Alanum Catcart Dominum de Reres.

Johannes Waleys ——— Alexandrum Erskyn.

Henricus de Douglas. ——— Alexandrum de Stratton de Lounaston.

Willielmus de Douglas. ——— Adam de Conyngham de Caperton.

*X. 511. * *Willielmus Dysshynton*, Miles. ——— Alanum de Kenard de Caperton.

Robertus Loggan, Miles. ——— Michaelem Scot de Balnerie.

Walterus de Fenton. ——— Laurentium Ramessay Dominum de Clatty & Johannem Toures de Inerleth.

Patricius Graham. ——— Malconum Filium & Hæredem Domini de Culquin & Willielmum Crowford Militem de Haynyng.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, Nos jam pro eo, *& tunc sic*, *Willielmus Meldrom* Obses inter alios ex causâ præmissâ nobis datus & liberatus, *Duncanum Atholie* de Ranagh pro eodem *Willielmo*, per carissimum Consanguineum nostrum *Comitem Northumbriæ* acceptatum, juxta formam dicti Appunctuamenti, Loco sui tradidit & realiter liberavit, suscepimus in salvum & securum Conductum nostrum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem nostras speciales; *& tunc sic*, prædictum *Willielmum Meldrom* a Regno nostro Angliæ in Regnum Scotiæ, cum Duobus Servitoribus suis, Recessurum.

Et ideò vobis Mandamus, *&c. ut supra*, *mutatis mutandis*.

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, pro eo, *& tunc sic*, quòd *Andreas Kethe*, Obses inter alios ex causâ præmissâ nobis datus & liberatus, *Willielmum Sterlyng* Dominum de Cador pro eodem *Andrea*, *&c. ut supra*, *mutatis mutandis*.

Teste ut supra.

Per idem Breve.

REX Dilecto sibi, *Thomæ College*, Servienti ad Arma, Salutem.

Præcipimus Tibi quòd *Johannem Kenady*,

David Lesly,

Alexandrum Ogilby,

Malconum Flemyng Filium & Hæredem *Malconi Flemyng*,

Johannem Walas,

Henricum de Douglas,

Willielmum de Douglas.

Willielmum Dysshyngton, Chivaler,

Robertum Logan, Chivaler,

Walterum de Fenton,

Et *Patricium Graham*,

Obsides pro carissimo Consanguineo nostro *Jacobo Rege Scotorum*.

Sub Custodia, carissimi Consanguinei nostri, *Ricardi Comitis Sarum*, Constabularii Castri nostri de Pontfreit, ad præsens existentes,

Ab eodem Constabulario, sive ejus Locumtenente ibidem, per Indenturas, inde inter Te & præfatum Constabularium sive ejus Locumtenentem debitè conficiendas, Recipias, & eos salvò, ut Obsides, usque Senier duci, & eos ibidem, carissimo Consanguineo nostro, *Comiti Northumbriæ*, per Indenturas, etiam inter Te & præfatum Comitem Northumbriæ debitè conficiendas, Diem Liberationis eorumdem Testificantes, Liberari facias;

Mandavimus enim præfato Constabulario, sive ejus Locumtenenti, quòd præfatos, *Johannem*, *&c.* tibi Liberet, ac præfato

REX, carissimo Consanguineo suo, *Comiti Northumbriæ*, Salutem.

Mandamus vobis quòd *Johannem Kenady*, *&c.*

Obsides pro, Carissimo Consanguineo nostro, *Jacobo Rege Scotorum*,

Quos, dilectus nobis, *Thomas College*, Serviens ad Arma, vobis ex parte nostra Liberabit,

* Ab eodem *Thoma* per Indenturas, inde inter vos & præfatum *Thomam* debitè conficiendas, diem Liberationis eorumdem Testificantes, Recipiatis; *X. 512.

Mandavimus enim præfato *Thomæ* quòd ipsos *Johannem*, *&c.* vobis Liberet.

Teste ut supra.

Per idem Breve.

De Obsidibus Transferendis.

REX, Carissimo Consanguineo suo, *Henrico Percy* Comiti Northumbriæ, Salutem. Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Scot. 10. H. 6. m. 7.

Cùm,

Pro Securitate Solutionis Quadraginta Milium Librarum, nobis aut Hæredibus nostris seu Successoribus nostris fiendæ, per, carissimum Consanguineum nostrum, *Jacobum Regem Scotorum*, ipsiusve Regis Scotiæ Successores,

Pro ipsius *Jacobi Regis Scotorum* Sumptibus & Expensis, tempore quo stetit in Regno nostro Angliæ,

Idem *Jacobus Rex* certos Obsides nobis dederit & liberaverit, juxta formam cujusdam Appunctuamenti,

Inter certos Commissarios nostros, ex unâ, & quosdam Commissarios Regni Scotiæ, parte ex alterâ, nuper facti,

In quo quidem Appunctuamento, inter cætera, talis *Clausula* continetur,

ITEM, *nè Obsides*, *ut præmittitur*, *ponendi*, *per eorum diutinam Moram in Regno Angliæ*, *& longam a Rebus eorum Familiaribus Absentiam*, *Dispendium patiantur*, *poterunt ipsi*, *& eorum quilibet*,

Dato prius Loco sui Æquivalente in Possessionibus & Redditibus Temporalibus, *infra Regnum Scotiæ constitutis*,

Quem prædictus H. Rex Angliæ & Franciæ, *aut ipsius Hæredes*, *aut Successores*, *seu Gardiani Orientalis & Occidentalis Marchiarum versus Scotiam*, *duxerit*, *seu duxerint acceptandum*,

In Regnum Scotiæ, *de consensu & Licentia dicti Domini Regis Angliæ & Franciæ*, *per Litteras suas Patentes*, *super hoc habitas*, *se transferre*,

Et cum voluerint seu voluerit se Obsides seu Obsidem, *ut prius*, *Reponere*, *& Loco sui positos Obsides seu positum Obsidem ab Hostagio liberare*,

Prout in Appunctuamento prædicto pleniùs continetur,

Ac jam noviter vos Nobis & Concilio nostro, sub Sigillo vestro, certificaveritis Nomina, tàm certorum Subrogandorum, quàm illorum, quorum Loco Obsides poni debeant; videlicet,

Duncani Atholiæ Domini de Ranagh pro *Willielmo Meldrom*.

Willielmi Sterlyng Domini de Cadar pro *Andrea Kethe*.

Willielmi Gardyng Domini de Hapilgarth pro *Thoma Hay* Milite.

Roberti Colvill Domini de Oxinham pro *Roberto Stewart*.

Henrici Kynlouth Militis Domini de eadem vel sui Hæredis pro *Johanne Kenady*.

Willielmi Balze Militis Domini de Heprik pro *David Lesly*.

Ducani Wemys Domini de Reras, & *Johannis de Fenton* de eadem pro *Alexandro Ogilby*.

Alani de Katkert de eadem pro *Malcomo Flemyng* Filio & Hærede *Malcomi Flemyng*.

Alexandri Ersken de eadem pro *Johanne Walas*.

Alexandri de Stratton de Lowrainston pro *Henrico de Douglas*.

Adæ de Conyngham de Caperton pro *Willielmo de Douglas*.

Alani de Kynard de eadem pro *Willielmo Dysshyngton* Milite.

Michaelis Scot de Balnery pro *Roberto Loggan* Milite.

Laurentii Ramessay Domini de Clatty & *Johannis Tours* de Innerleth, pro *Waltero de Fenton*.

Et *Malcolmi Filii & Hæredis* Domini de Culqwn & *Willielmi Crawford* Militis de Haynyng pro *Patricio Graham*.

Nos,

De ipsorum, *Duncani*,

Willielmi Sterling,

Willielmi Gardyng,

Roberti Colvill,

Henr. Kynlouth; aut sui Hæredis,

Wil-

De Obsidibus Recipiendis.

Ann. D. 1432. *An.* 10. *H.* 6. *Scot.* 10. *H.* 6. *m.* 7.

REX, Carissimo Consanguineo nostro, *Comiti Northumbriæ*, Salutem.

Mandamus vobis quòd *Andream Kethe*, *Thomam Hay* Chivaler, & *Robertum Stewart*,

Obsides pro, Carissimo Consanguineo nostro, *Jacobo Rege Scotorum*,

Quos, dilectus nobis, *Thomas College*, Serviens ad Arma, vobis ex parte nostra Liberavit,

Ab eodem *Thoma College*, per Indenturas, inde inter vos & præfatum *Thomam College* debitè conficiendas, Diem Liberationis eorumdem Testificantes, Recipiatis,

Mandavimus enim præfato *Thoma College* quòd ipsos, *Andream*, *Thomam Hay*, & *Robertum*, vobis Liberet.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xx die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Obsidibus Liberandis.

Ann. D. 1432. *An.* 10. *H.* 6. *Ibid.*

REX, carissimo Consanguineo suo, *Comiti Huntyngdoniæ*, Constabulario Turris nostræ Londoniæ, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

Mandamus vobis quod *Andream Kethe*, *Thomam Hay* Chivaler, & *Robertum Stewart*,

Obsides pro, carissimo Consanguineo nostro, *Jacobo Rege Scotorum*, sub Custodia vestra ad præsens existentes,

Dilecto nobis *Thomæ Colege*, Servienti ad Arma, per Indenturas, inde inter vos & præfatum *Thomam Colege* debitè conficiendas, Liberetis;

Mandavimus enim præfato *Thomæ Colege* quod ipsos, *Andream*, *Thomam Hay*, & *Robertum*, de vobis Recipiat.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xx die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Ibid.

REX, dilecto sibi, *Thomæ Colege*, Servienti ad arma, Salutem.

Præcipimus Tibi quòd *Andream Kethe*, *Thomam Hay*, Chivaler, & *Robertum Stewart*,

Obsides pro, carissimo Consanguineo nostro, *Jacobo Rege Scotorum*, sub Custodia, carissimi Consanguinei nostri, *Comitis Huntyngdoniæ*, Constabularii Turris nostræ Londoniæ, ad præsens existentes,

* X. 514.

* Ab eodem Constabulario, sive ejus Locumtenente ibidem, per Indenturas, inde inter Te & præfatum Constabularium sive ejus Locumtenentem antedictum debitè conficiendas, Recipias,

Et eos salvò ut obsides usque Semer Duci, & eos ibidem, carissimo Consanguineo nostro, *Comiti Northumbriæ*, per Indenturas, etiam inter Te & præfatum Comitem Northumbriæ debitè conficiendas, Diem Liberationis eorumdem Testificantes, Liberari facias;

Mandavimus enim *præfato Constabulario*, sive ejus Locumtenenti, quod prædictos, *Andream*, *Thomam Hay*, & *Robertum*, Tibi Liberet,

Ac præfato *Comiti Northumbriæ* quod eosdem, *Andream*, *Thomam Hay*, & *Robertum*, de Te Recipiat.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xx die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Concessum & Concordatum est, per Dominos Concilii Parliamenti, quod fiat Breve Custodibus Portuum & Passagiorum de Londonia, Dovorria, Orewell, sive de Sandewico, ac aliorum Portuum & Passagiorum, de permittendo *Petrum de Mera* Clericum, Ambassiatorem *Domini Papæ*, liberè & sine impedimento Transire, quocumque sibi placuerit, cum Summa Centum Librarum in Auro, Bagagiis, & aliis Hernesiis suis ac Servientum suorum, & quod inde fiant Literæ, sub Privato Sigillo Regis, ut in forma.

Pro Domino de Talbot.

Ann. D. 1432. *An.* 10. *H.* 6. *Pat.* 10. *H.* 6. *p.* 2. *m.* 11.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Supplicavit nobis & Concilio nostro, carissimus, & fidelis Consanguineus noster, *Johannes Dominus de Talbot* quòd,

Cùm, carissimus & prædilectus Avunculus noster, *Johannes Dux Britanniæ*,

Considerans Onus importabile, quod prædictus Consanguineus noster sustinuit in Solutione Financiæ & Redemptionis suarum,

Dederit & Concesserit eidem Consanguineo nostro, in Relevationem suam, Duo Milia Muwes Salis, percipienda in Insula de Gerraund, in Patria prædicti Avunculi nostri, in Britannia,

Vellemus, de avisamento & assensu dicti Concilii nostri, Licentiam præfato Consanguineo nostro concedere, quod ipse Sal prædictum in talibus Locis * ducere, quo sibi pro Proficuo suo meliùs facere videbitur, & indè ad Voluntatem suam disponere possit, absque Custuma aut alio Deverio, nobis pertinentibus, indè nobis solvendis, * X. 515.

Nos (Supplicationi prædictæ favorabiliter inclinati) de avisamento & assensu prædictis, Concessimus & licentiam Dedimus *præfato Consanguineo nostro* quòd ipse Sal prædictum, in hujusmodi Locis, quæ sibi pro Proficuo suo meliùs facere videbitur, Ducere, & inde ad Voluntatem suam Disponere possit, absque Custuma aut alio Deverio, nobis pertinentibus, indè nobis solvendis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, octavo die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Permittendo Ambassiatorem Papæ Transire cum Auro, Moneta, & Jocalibus.

Ann. D. 1432. *An.* 10. *H.* 6. *Claus.* 10. *H.* 6. *m.* 1.

REX universis & singulis Admirallis, Capitaneis, Castellanis, & eorum Loca tenentibus, Custumariis, Scrutatoribus, Contrarotulatoribus, & Supervisoribus Scrutinii, Custodibus Portuum Maris, & aliorum Locorum Maritimorum, ac aliis Ministris & Fidelibus nostris, tàm in partibus Cismarinis, quàm Transmarinis, ad quos, &c. Salutem.

Mandamus vobis & cuilibet vestrûm, de avisamento & assensu Concilii nostri, quòd *Petrum de Mera* Clericum, & Ambassiatorem Sanctissimi *Patris nostri Papæ*, ultra Mare, ad quemcumque Locum sibi meliùs videbitur, migrare cum Auro, Moneta, & Jocalibus, ad Summam & Valorem Centum Librarum attingentibus, necnon Equis & Hernesiis suis propriis, ac Servientium suorum secum transeuntium, liberè & absque impedimento aliquo Transire permittatis; aliquo Statuto seu Ordinatione, in contrarium edita, non obstante.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, duodecimo die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.
Et erat Patens.

F. 4. rum, & quendam Palafridum, prout discretionibus suis videriat expediri.

Super Ambassiata de Generali Concilio.

Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Ibid. EOdem Die Concessum est, per dictos Dominos, quòd fiant consimiles Literæ dictis Thesaurario & Camerariis, de Solvendo quibusdam, *Episcopo*, *Militi*, & *Fratri Doctori* in Theologia, qui nuper in Ambassiata, de Generali Concilio Basiliensi Congregato, penes Regem & Concilium suum venerunt; videlicet,

Dicto Episcopo xl l.
Dicto Militi xl Marc.
Et *dicto Doctori xx* l.
Per Viam Regardi.

*X.516. ** De Licentia, pro Duce Britanniæ.*

Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Ibid. DEcimo octavo Die Julii, Anno decimo, apud Fratres Prædicatores Londoniæ, Concordatum & Concessum fuit, per Dominos de Concilio, quòd Dominus *Johannes de Malestrariis Episcopus Nanetensis* Cancellarius Britanniæ, *Domini*, *Bertrandus de Tryal*, *Thomas de Cursac*, Milites, & Magister *Johannes de Trissiaco* Domini *Ducis Britanniæ* Consiliarius, habeant Literas Licentiales, sub Magno Sigillo Regis, Eskippandi, in Portu Londoniæ, in Portu Hampton aut de Lymeton, Sargeas, Lectos, Apparaturas, Cameraria, Robas, Vasa Stannea, certas Pecias Pannorum Laneorum, Utres, & alia Domûs Utensilia, cum Cent. Arcubus, & Cent. Garbis Sagittarum, & ea salvò & securè secum extra Angliam ad partes Britanniæ Conducendo absque molestatione aut perturbatione quacumque.

Pro Cardinale de Anglia.

Ann. D. 1432. An. 10. H 6. Pat. 10. H. 6. p. 2. m. 10. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS quandam Petitionem, Nobis per Communitatem Regni nostri Angliæ, in ultimo Parliamento nostro, pro, Reverendissimo in Christo Patre, *Henrico Beauford*, *Presbitero Cardinali*, *sub Titulo Sancti Eusebii*, & *Episcopo Wyntoniensi*, exhibitam, & in Rotulo prædicti Parliamenti irrotulatam, in hæc verba,

ITEM, PRIOUNT LES COMUNES *que please a vous Tresgracious Seigneur*,

Considerant les tresgraundes & notable Services & Naturesses, *sibien a vous*, *come a vestre tresnoble Pier*, *qui Dieu assoile*, *avaunt ces heures*, *faitez par*, *le Tresreverent Pier en Dieu*, Henry Beauford, Prestre Cardinale, South la Title de Seint Eusebe, & Evesque de Wynchestre,

D'Ordiner & Grauntier, *par assent des Seigneurs Espirituelx & Temporelx en cest vestre present Parlement esteantz*, *par Auctorite de mesme le Parlement*, *que le dit* Henry Cardinal, *par queconque Noun mesme le* Henry *soit Nome*, *ne null aultre*, *serra Mye Pursue*, *Vexe*, *Emplede*, *ou Greve*, *par Vous*, *voz Heires*, *ou Successours*, *Royes d'Engleterre*, *ne par ascun aultre Parson*, *a cause d'ascun Provision*, *ou d'ascun Offense*, *ou Mesprision*, *fait par le dit* Henry *encountre ascun Estatut des Provisours*, *ou par cause d'ascun Exemption*, *Resceit*, *Acceptation*, *Admission*, *ou Execution d'ascunz Bulles Papalles*, *a luy en ascun manere faitz*, *mez que* le dit Henry Cardinall, *& chescun aultre*, *de toutz tielz maner Actions*, *Pursutes*, *Empechementz*, *& Vexations*, *& de touz choses queux serroient en Offense de vos Leyes en celle partie*, *a cause suisdit*, *& de toutz aultres Actions & Pursutes*, *dount punissement*, *semblable al punissement contenutz en l'Estatutz de Provysours*, *viendroit ou surdroit*, *soient*, *& chescun de eux soit*, *par mesme l'Auctoritee*, *envers vous*, *voz Heires*, *& Successours*, *eut Quitez & Dischargez tout outrement*, *& que toutz tielx Actions & Pursutes*, *envers* le dit Henry Cardinall, *& chescun aultre*, *a cause suisdites*, *soient Extientes*, *& pleynement Paritez*, *Voidez*, *Cassez*, *& Irrites*,

Et que vous, *vos Heires*, *& Successours*, *soiez*, *& soient*, *de tous manere Enteresse*, *& de toutz maners Actions & Pursuites*, *aver ou pursuer par celle enchesou*, *envers le dit* Henry Cardinall, *& chescun aultre*, *forclose & excluse pur toutz jours*, *par l'Auctorite suisdis*; *ascuns Estatutes & Ordinances*, *faitz a contraire*, *nient obstantz.*

INSPEXIMUS etiam Responsionem ejusdem Petitionis, in eo-

postquam *idem Cardinalis* se, de Licentiâ ipsius *Domini Regis*, apud Calesium petitâ & optentâ, versus Curiam Romanam, ad Mandata *Domini Summi Pontificis*, eidem Cardinali sæpiùs transmissa, divertisset, in partibus Flandriæ degens, tàm per Literas sibi transmissas, quàm ex Fama publicante, didicerat quòd ipse de Proditione hic in Anglia Notaretur & Impetiretur,

Quo prætextu *idem Cardinalis*, Nomen, Famam, & Honorem ejus, magis quàm aliqua Bona sua Terrena, illæsa cupiens præservare, pro Declaratione Fidelitatis & Innocentiæ suæ in hac parte faciendâ, ad præsentiam præfati *Domini Regis* personaliter se diverterat; suæ Celsitudini humiliter supplicando quatinus, si quis (cujuscumque Statûs, Gradûs, vel Dignitatis fuerit) *ipsum Cardinalem* de aliquâ Proditione notasset vel accusasset, aut notare vellet, impetere, vel accusare, suam Accusationem, in Præsentia ipsius *Domini Regis* ac cæterorum Dominorum prædictorum, faceret & declararet; ad quam quidem Accusationem, siqua foret, *idem Cardinalis* optulit se paratum ad Respondendum, modo & formâ quibus alicui, Statûs & Dignitatis suæ, pertinuit respondere:

Super quo, Deliberatione inter præfatum *Ducem Gloucestriæ* ac cæteros Dominos Parliamenti prædicti, in præsentia præfati *Domini Regis*, habitâ, tandem, de Mandato ipsius *Domini Regis*, de avisamento & assensu *præfati Ducis*, ac cæterorum Dominorum tunc ibidem assistentium, Respondebatur quòd nullus *ipsum Cardinalem* de aliqua Proditione accusâsset, nec aliquis, ut putabatur, ipsum inde scivit aut voluit accusare; set quòd idem *Dominus Rex ipsum Cardinalem* ut suum verum & fidelem Ligeum tenuit, reputavit, & declaravit:

Subsequenterque *idem Cardinalis*, Gratias agens præfato *Domino Regi* de Responsione & Declaratione prædictis, postulabat ut Responsionem & Declarationem illas in Literis, sub Magno Sigillo Regio signatis, habere posset de Recordo; protestando tamen quòd, si quis ipsum imposterùm de aliqua Proditione impetere vellet vel accusare, *idem Cardinalis* Beneficium aliquod Literarum illarum, aut Responsionis & Declarationis prædictarum, nullatenus voluit Vendicare; set semper paratus existere ad Respondendum in forma Juris, Literis, Responsione, & Declaratione, prædictis non obstantibus:

Cui, de Mandato præfati *Domini Regis*, ac avisamento & assensu prædictis, similiter extitit Responsum; quòd Præmissa in Rotulo Parliamenti prædicti inactitari, & postmodum Literæ, sub Sigillo Regio prædicto, sibi, in forma debita, fieri deberent.

INSPEXIMUS etiam quendam alium Actum in Parliamento prædicto, de avisamento & assensu prædictis, editum, & in Rotulo prædicto similiter irrotulatum in hæc verba,

MEMORANDUM quòd, cùm diversa Bona & Jocalia, Reverendissimi in Christo Patris, *Henrici Cardinalis de Angliâ Episcopi Wyntoniensis*, nuper apud Sandewicum, per Ministros Regis, Arestata fuissent,

Quorum (videlicet) Bonorum Arestatio, Detentio, Impedimentum, & Impetitio, quamquam *eidem Cardinali* Gravia nimis, ut asserit, videantur & Præjudicialia, ac præter Culpam vel Demeritum sui adversus eum Mota, Inchoata, & Prosecuta,

Idem tamen Cardinalis,

Considerans evidentem Regnicolarum Paupertatem, ac urgentes & eximias Regis & Regni Necessitates, præsertim pro Defensione Regni sui Angliæ adversus Hostes & Rebelles in Regno Franciæ jam incumbentes, quibus oportet indilatè subveniri,

Volensque, Operis exhibitione, monstrare singularissimum illum & præcipuum affectum, quem semper gessit & gerit ad Publicum & Commune Regis & Regni Bonum,

Idcirco, pro vitandis & perpetuò tollendis omnimodis hujusmodi Molestiis, Vexationibus, Inquietationibus, & Dispendiis, ac pro Restitutione, Retraditione, & Deliberatione plenaria Bonorum & Jocalium prædictorum, ex integro sibi fiendis,

Mediis hortamentis & instantiis Illustris & Excellentis Principis Domini *Ducis Gloucestriæ*, ac aliorum quorumdam Dominorum de Concilio Regis, secum in hac parte tractantium & conferentium,

Tandem finaliter optulit & concessit prout sequitur; videlicet,

* Quòd *idem Cardinalis* liberabit & tradet *Domino nostro Regi*, *X.518.
ad Opus & Usum ejusdem Domini Regis, Summam Sex Milium Librarum; ea (videlicet) Intentione, Conditione, seu Pacto, quòd, infra Sex Annos proximo sequentes, cùm *idem Cardinalis*, pro Resolutione Summæ prædictæ sibi fienda, prosequi voluerit, exponentur & aperientur præfato *Domino Regi*, Hæredibus, vel Successoribus suis, Fundamenta, Occasiones, & Materiæ Arestationis & Impetitionis Bonorum & Jocalium prædictorum,

Et, si, auditis in ea parte Rationibus & Motivis, hinc & inde, vide-

dabilibus, exactissimis, sumptuosis, & fructuosis Obsequiis, præfato *Domino nostro Regi*, *per prædictum Cardinalem*, in Regnis suis Angliæ & Franciæ, ac alibi, sæpissimè impensis,

Ex eorumdem Dominorum ac Communitatum Regni Angliæ, in eodem Parliamento existentium, unanimi consensu pariter & assensu, Auctoritate ejusdem Parliamenti, ORDINATUM est & CONCORDATUM quòd,

Præfatâ Summâ *Sex Milium Librarum*, *dicto Domino Regi*, per *præfatum Cardinalem*, sub formâ & conditione prædictis, traditâ & uberatâ,

Omnia & singula Bona & Jocalia prædicta eidem Cardinali, plenariè & integrè, absque Diminutione seu Dilatione quacumque, Restituantur & Deliberentur, & sint sua Propria Habenda, & de eisdem Faciendum & Disponendum pro suæ libito voluntatis; aliquo Judicio, super Bonis & Jocalibus prædictis in Scaccario Domini Regis reddito, aut eo quòd expressa mentio, quæ & cujusmodi Bona & Jocalia illa fuerint, nec de Precio & vero Valore eorumdem, in Præsentibus facta non existit, aut aliâ Causâ, materiâ, vel occasione quacumque non obstante:

Et ulterius ORDINATUM est & CONCESSUM, Auctoritate prædictâ, quòd *prædictus Cardinalis*, tàm de prædictis Sex Milibus Librarum, *præfato Domino Regi*, ut præmittitur, Mutuandarum, quàm de prædictis Tresdecim Milibus Marcarum, de Primis Denariis, de quibuscumque Concessionibus, *Domino Regi*, per Communitates Regni Angliæ, de assensu Dominorum Spiritualium & Temporalium ejusdem Regni per Se, ac Clerum ejusdem Regni per Se, fiendis, plenariè persolvatur & satisfiat, ut est justum,

Et quòd Cancellarius Angliæ, pro tempore existens, Auctoritate prædictâ, faciet *præfato Cardinali*, Executoribus, Assignatis, vel Deputatis suis, tot & talia Literas Patentes & Brevia, sub Magno Sigillo *Domini Regis*, Hæredum, & Successorum suorum, absque Fine vel Feodo pro eisdem solvendis, pro Securitate Resolu-
*X.519. tionis & Satisfactionis * Summarum prædictarum, in formâ prædictâ faciendæ, quot & qualia *eidem Cardinali*, Executoribus, Assignatis, & Deputatis suis, per avisamentum Concilii sui, videbitur necessaria, sufficientia, & oportuna:

Et quòd Thesaurarius Angliæ & Camerarii, ratione Liberationis Bonorum & Jocalium prædictorum, *præfato Cardinali*, ut præmittitur, faciendæ, per *Dominum nostrum Regem*, Hæredes, vel Successores suos, nullatenus impetantur, molestentur in aliquo, seu graventur;

Proviso semper quòd, si appareat, vel aliquo tempore futuro apparere sive constare poterit, quòd *præfatus Dux Gloucestriæ*, ratione Scrutationis, Explorationis, Arestationis, aut alicujus alterius Diligentiæ, per ipsum factæ seu procuratæ, aliquod Interesse, Titulum, vel Clameum habeat vel habuerit ad petendum aliquam Partem prædictorum Bonorum & Jocalium, quòd eo casu *Dominus Rex* satisfaciet *præfato Duci Gloucestriæ* pro Rata, de tanta parte prædictæ Summæ *Sex Milium Librarum*, quanta fuerit Pars dictorum Bonorum sive Jocalium, in qua *idem Dux* habuerit justum Titulum, Clameum, vel Interesse, ad eam petendum ut prædictum est.

Nos autem Tenores Petitionis, Responsionis, & Actuum prædictorum, ad Requisitionem *præfati Cardinalis*, Tenore Præsentium, duximus EXEMPLIFICANDOS.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo nono Die Julii.

De Transituris ad dictum Concilium.

VIcesimo Die Mensis Julii, Anno Decimo, apud Westmonasterium, in Camera Stellata, Concessum erat, per Dominos de Concilio Regis, quòd omnes Domini, Episcopi, Barones, seu Milites, aut Doctores, Transituri versus GENERALE CONCILIUM, habeant, & quilibet eorum habeat, Literas Protectionis, in formâ debitâ, sub Privato Sigillo Regis, Domino Cancellario directas, ut in forma, duraturas per unum Annum: Ann. D. 1432. *An.* 10. *H.* 6. *Ibid.*

Et quòd quilibet dictorum Dominorum, seu aliorum, ut præfertur, transeuns ad idem CONCILIUM, possit, sub Signeto suo, certificare Nomina suorum Servientum, secum ad dictum CONCILIUM transeuntium, Custodi Privati Sigilli in formâ Protectionis, & quòd idem Custos faciet Protectiones, sub Privato Sigillo, in formâ debitâ, per unum Annum duraturas, absque difficultate.

* *Super Ambassiata ad Regem Daciæ.*

*X.520.

EOdem Die Concordatum fuit quòd Dominus Cancellarius faciat Literas Commissionis, de Potestate Tractandi & Appunctuandi &c. cum Rege Daciæ, ut in formâ consuetâ, uni Militi, & uni Doctori, illuc in Ambassiatam mittendis. Ann. D. 1432. *An.* 10. *H.* 6. *Ibid.*

Pro Custodia Ducis Aurelianensis.

VIcesimo primo Die Julii, Anno decimo, apud Westmonasterium, Concordatum fuit, per Dominos de Concilio, quòd Dominus Thesaurarius Angliæ Tractabit & Concordabit cum *Comite Suffolchiæ*, pro habendo Custodiam *Ducis Aurelianensis* Prisonarii Regis, capiendo talem Summam annuatim ex Causâ prædicta, secundùm quod inter dictum Thesaurarium & eum poterit concordari: Ann. D. 1432. *An.* 10. *H.* 6. *Ibid.*

Et quòd Dominus Cancellarius Angliæ faciet Brevia, directa Domino *Johanni Cornewaille*, nunc *ejusdem Ducis Custodi*, Mandando eidem de Deliberando *dictum Ducem Comiti Suffolciæ prædicto*; qui illum, per aliud Breve, in hoc casu fiendum, recipiet salvò ad usum Regis Custodiendum.

Præsentibus, &c.

De Solutionibus faciendis.

VIcesimo primo Die Julii, Anno decimo, apud Westmonasterium, Concordatum fuit, quòd fiat Warantum, sub Privato Sigillo, directum Thesaurario & Camerariis de Recepto Scaccarii, pro ii *M D l.* ad deferendum versus *Ducem Bedfordiæ*, ad Aventuram Regis, per *Walterum Hungerford* Militem, *Willielmum Baron*, *Rogerum Wynt.* & alios secum, pro Conductu dictæ Summæ usque partes Franciæ, unà cum Custibus suis & Expensis. Ann. D. 1432. *An.* 10. *H.* 6. *Ibid.*

ITEM, fiat aliud Warantum, sub Privato Sigillo, pro uno Cipho, Valoris *l. Marcarum* daturo *Episcopo de Naunte.*

ITEM, fiat aliud Warantum, sub Privato Sigillo, pro *Ambassiatore* nuper veniente de *Generale Concilio lxxxvi l. xiii s. iv d.*

ITEM, fiat aliud Warantum, sub Privato Sigillo, pro *Ambassiatore* Civitatis Parisiensis; videlicet, pro *xl. Marc.*

ITEM

pro Vadiis suis, pro Dimidio Anno Clxxxii l.

ITEM, fiat aliud Warantum, sub Privato Sigillo, pro uno Clerico per idem tempus Clxxxii l.

ITEM, pro Magistro *Johanne Stokes*, pro Ambassiata versus Scotiam, de Regardo xx l.

MEMORANDUM, de Literis mittendis Domino *Duci Bedfordiæ*, ut ipse mittat certos de Servientibus suis usque Diepe, ad
*X. 521. ibidem recipiendum dictam Summam de ii Mill. D l. * videlicet, pro Duobus Mensibus.

ITEM, fiat Warantum pro liiis. iv d. solutis uni Monacho Westmonasterii.

ITEM, aliud Warantum pro Cent. s. solvendis uni Prosecutori Armorum, venienti cum Literis *Ducis Bregensis*.

De Tractando cum Rege Daciæ.

Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Franc. 10. H. 6. m. 1.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

De Discretione, dilectorum & fidelium nostrorum, *Roberti Shotesbroke* Militis, & Magistri *Willielmi Sprenger* Legum Doctoris, plenariè confidentes,

Eosdem, *Robertum* & *Willielmum*, Fecimus, Constituimus, Creavimus, & Ordinavimus, ac, Tenore Præsentium, Facimus, Constituimus, Creamus, & Ordinamus nostros veros, certos, legitimos, sufficientes, & indubitatos Procuratores, Actores, Negotiorum Gestores, ac etiam Nuncios, Ambassiatores, & Commissarios nostros speciales; videlicet,

Ad Tractandum, Ordinandum, Disponendum, Ineundum, Faciendum, Contrahendum, & Concludendum, perpetuò vel ad tempus,

Nostro Nomine, & pro Nobis, Regnis, & Dominiis nostris, pro Nobis, & Successoribus nostris, ac pro nostris Vassallis & Subditis,

Cum, Serenissimo Principe, Fratre & Avunculo nostro carissimo *Rege Daciæ*, *Norwegiæ*, *Sueciæ*, &c. ipsiusque Regnis & Dominiis, Hæredibus & Successoribus suis, ac pro suis Vassallis & Subditis, necnon cum ipsius Procuratore, seu Procuratoribus, Nunciisque specialibus, ab eo habentibus ad Infrascripta plenam & sufficientem Potestatem,

Quoscumque Tractatus, Confoederationes, Pacta, Conventiones, Alligantias, Amicitias, Pactiones, Promissiones, Fœdera, & Ligamina quæcumque, Et omnia alia & singula, quæ in Præmissis & circa Præmissa necessaria fuerint seu etiam oportuna, prout ipsis Procuratoribus, Ambassiatoribus, sive Commissariis nostris visum fuerit expedire,

Damus insuper & Concedimus dictis Procuratoribus sive Commissariis nostris, plenam & liberam Potestatem & speciale Mandatum Præmissa omnia & singula, cum Dependentibus ex eis, Emergentibus, Incidentibus, & Connexis, Faciendum, Firmandum, Roborandum, ac etiam Vallandum per Juramentum, vel Juramenta, ac aliàs qualitercumque, prout prædictis Ambassiatoribus, Procuratoribus, sive Nunciis nostris, visum fuerit expedire,

Quæ omnia & singula supradicta, per præfatos Procuratores, Commissarios, sive Nuncios nostros Tractata vel Tractanda, Firmata vel Firmanda, Roborata vel Roboranda, Vallata vel Vallanda, seu aliàs facienda in Præmissis, & circa ea, & eorum quodlibet, Promittimus Nos, in Verbo Regio, Ratum, Gratum, & Firmum perpetuò habituros, ac etiam inviolabiliter observaturos.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo primo die Junii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Obsidibus Liberandis.

Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Scot. 10. H. 6. m. 5.

REX, carissimo Consanguineo nostro, *Comiti Northumbriæ*, Salutem.

Mandamus vobis quòd,

Postquam certos Obsides, pro, carissimo Consanguineo nostro, *Rege Scotiæ*, Loco aliorum Obsidum in Regno nostro Angliæ ad præsens existentium, receperitis,

Eos, dilecto nobis, *Thomæ Colegge*, Servienti ad Arma,

Servando tamen penes vos ipsum, qui admissus erit loco unius Obsidum, qui ultimò in Gubernatione vestra extitit,

vel ejus Locumtenenti, debitè conficiendas, Nomina Obsidum & Diem Liberationis suæ Testificantes, Deliberes,

Residuumque eorumdem Obsidum usque Turrim nostram Londoniæ ducas, & eos, ut Obsides, carissimo Consanguineo nostro, *Johanni Comiti Huntyngdoniæ*, Constabulario Turris prædictæ, vel ejus Locumtenenti ibidem, per Indenturas, indè inter Te & eundem Constabularium, vel ejus Locumtenentem, debitè conficiendas, Nomina Obsidum & Diem Liberationis suæ Testificantes, similiter Liberes.

Mandavimus enim tàm *præfato Constabulario* Castri prædicti, vel ejus Locumtenenti, quàm præfato *Constabulario Turris* prædictæ, vel ejus Locumtenenti, quòd præfatos Obsides a Te recipiant, & ipsos, ut Obsides, in Castro & Turri prædictis, salvò & securè, in formâ prædictâ, custodiri faciant.

Teste ut supra.

Per idem Breve.

REX, carissimo Consanguineo suo, *Ricardo Comiti Sarum*, Constabulario Castri nostri de Pontfreyt, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

Mandamus vobis quòd tot Obsides, pro, carissimo Consanguineo nostro, *Rege Scotorum*, quot nuper in Custodiâ vestrâ pro eodem Consanguineo nostro fuerunt, a dilecto nobis, *Thoma Colegge*, Serviente ad Arma, recipiatis, & eos infra Castrum nostrum prædictum salvò & securè custodiri faciatis,

Mandavimus enim eidem *Thomæ* quòd Obsides prædictos, per Indenturas, indè inter *Vos* & *præfatum Thomam* debitè conficiendas, Nomina Obsidum & Diem Liberationis suæ testificantes, vobis deliberet.

Teste ut supra.

Per idem Breve.

REX, carissimo Consanguineo suo, *Johanni Comiti Huntyngdoniæ*, Constabulario Turris nostræ Londoniæ, vel ejus Locumtenenti ibidem, Salutem.

Mandamus vobis, *&c. ut supra usque ibi*, recipiatis, *& tunc sic*, & eos infra Turrim nostram prædictam salvò, *&c. ut supra*.

Teste ut supra.

Per idem Breve.

Pro Egidio de Britannia.

Vicesimo octavo Die Augusti, Anno decimo, apud Fratres Prædicatores Londoniæ, Concessum est, per Dominos de Concilio, quòd fiat Warantum, sub Privato Sigillo Regis, Thesaurario & Camerariis, de Solvendo *Gyles de Bretaigne*, Filio *Ducis Britanniæ*, circa Personam Regis existenti, Viginti Libras, Habendas, de Dono Regis, per Viam Regardi, pro Privatis Expensis & aliis Necessariis suis.

Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Bibl. Cot. Cleopatra F. 4.

Literas de Salvo Conductu habent Subscripti, de Datis Subscriptis; viz.

		Ann. D. 1432.
Servientes *Ducis Aurelianensis.*	20. Octo. 22. Nov. 28. Mart. 4. Junii	An. 10. H. 6. Franc. 10. H. 6. m. 15.
Johannes Bastardus d'Orleans.	4. Junii	m. 12.
*Servitores { *Ducis Bourboniæ.*	1. Julii.	m. 11.
Caroli d'Artois nuper Comitis de Ewe.	15. Junii.	m. 10.
Servientes { *Thomæ Hay* Obsidis pro Rege Scotorum.	3. Nov.	Ibid. m. 4.
Davidis Styward de Athell Obsidis ut supra.	11. Dec.	m. 9.
Roberti Styward Obsidis ut supra.	11. Dec.	Scot. 10. H. 6.
David Steward Magistri de Athell.	7. Aug.	m. 9.
Episcopus Glasguensis & *Abbas de Abberbroth*, cum Triginta Personis in Comitiva sua, &c. versus GENERALE CONCILIUM transeundo.	6. Junii.	m. 1. m. 8. *X. 523.

Ann. D. 1432. An. 11. H. 6. Pat. 12. H. 6. p. 1. m. 12.

Super Testamento nuper Regis.

REX, dilecto & fideli nostro, *Domino de Hungerford*, nuper Senescallo Hospitii Carissimi *Domini & Patris nostri* Defuncti, *Willielmo Phelip* Chivaler Camerario nostro, tunc Thesaurario ejusdem Hospitii, *Roberto Babthorp* Chivaler Senescallo Hospitii

H. 6. nuper Cancellario nostro, pro Liberata sua Iemali, &c, Venerabili
m. 18. Patri, *Johanni Episcopo Bathoniensi* & *Wellensi*, nunc Cancellario nostro, pro Liberata sua Æstivali, nec non pro Liberata Iemali & Æstivali Clericorum nostrorum Cancellariæ prædictæ, erga Festa Natalis Domini & Pentecostes proximò præterita, ultra Summam pro hujusmodi Liberata consuetam, propter Caristiam Panni, Pelluræ, & Linuræ, de Exitibus Hanaperii prædicti liberavit,

*X. 524. In Compoto suo, de Anno decimo ultimo præterito, ad Scaccarium nostrum prædictum, debitam * Allocationem habere faciatis; aliquo Mandato nostro, vobis in Contrarium directo, non obstante.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Quinto Die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Johanne Cornwaill, de Titulo Baronis de Faunhope.

Ann. D. 1432. An. 11. H. 6. Pat. 11. H. 6. p. 1. m. 16.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

INSPEXIMUS Irrotulamentum cujusdam *Memorandi* in Rotulo Parliamenti nostri, apud Westmonasterium ultimò tenti, irrotulati, in hæc verba,

MEMORANDUM quod, cùm, inter cæteras gloriosas Reipublicæ Curas ac Solicitudines varias, regiis humeris incumbentes, arbitretur fore præcipuum & regale solium potissimè solidare effluens ab eodem condigna Præmiatio Meritorum: nam Virtus ibi continuè crescit & colitur, ubi a debito sibi Præmio non frustratur:

Cumque Honor sit Virtutis Præmium, constat quòd Virtuosis & Strenuis ex regali Justitia debentur Fasces Honorum & Præmia Dignitatum:

Hinc Christianissimus Princeps & *Dominus noster Rex*,

Debitæ discussionis libramine ponderans magnifica, & nedùm sibi, set etiam, felicissimæ recordationis, Domino *Henrico* nuper *Regi Angliæ*, Patri suo Defuncto, cæteris quoque suis. Progenitoribus, ac toti Regno Angliæ fructuosa & Summè laudabilia Labores, Honores, & Obsequia, quæ, dilectus & fidelis Ligeus suus Regni sui Angliæ, *Johannes Cornwaill* Chivaler,

Qui dudùm, Carissimæ Aviæ ejusdem Domini Regis, *Elizabethæ*, nuper *Comitissæ Huntyngdoniæ* copulabatur Fœdere Nuptiali, tàm in Anglia, quàm in Conquestu Regni Franciæ, & Ducatûs Normanniæ, multipliciter effudit, & impendit,

Volensque proinde *eundem Johannem* aliqua, licet non condignâ, Honoris prærogativâ, prout Gestus sui nobiles ipsum Dominum Regem non mediocriter induxerunt, inducuntque indies, Præmiare,

Decimo septimo die Julii, ultimo die præsentis Parliamenti, in Trium Statuum ejusdem Parliamenti Præsentia, de Gratia sua speciali, & ex certa scientia sua, ac de avisamento & assensu illustris Principis Domini *Ducis Gloucestriæ*, & Reverendissimi in Christo Patris Domini *Henrici Episcopi Wyntoniensis Cardinalis Angliæ*, ac cæterorum Dominorum Spiritualium & Temporalium, in Parliamento prædicto existentium, *præfatum Johannem* in *Baronem Indigenam* Regni sui Angliæ Erexit, Præfecit, & Creavit, *eidemque Johanni* Nomen, Stilum, Titulum, & Honorem *Baronis de Faunhope* Imposuit, Dedit, Concessit, & Assignavit,

Volens & Concedens eidem quod ipse Nomen *Baronis de Faun-*

Johannes Fastolf Miles,

Qui in obsequio Regis, in Comitiva, carissimi Avunculi Regis, *Johannis*, Regentis & Gubernantis Regnum Regis Franciæ, *Ducis Bedfordiæ*, in partibus dicti Regni Regis Franciæ, super salva Custodia Partium earumdem, moratur, Ann. D. 1432. An. 11. H. 6.

Habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *Volumus*) per unum Annum duraturas, &c. Franc. 11. H. 6.

Præs. &c. m. 13.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xx die Novembris.

Per Billam de Privato Sigillo.

Pro Johanne Comite Somers.

JOhannes Comes Somerset, aliàs dictus *Johannes Comes Somersetiæ*, aliàs dictus *Johannes Beaufort Comes Somersetiæ*, aliàs dictus *Johannes Beauford Comes Somersetiæ*, Ann. D. 1432. An. 11. H. 6. Ibid.

Qui in Obsequio Regis, in partibus Regni Regis Franciæ, super salva Custodia Partium earumdem, moratur,

Habet Literas Regis de Protectione (cum clausula *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xx die Octobris.

Per Billam de Privato Sigillo.

Pro Cardinali Angliæ, de Licentia exportandi.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de avisamento & assensu Concilii nostri, Concessimus & Licentiam Dedimus, Venerabili in Christo Patri, carissimo & prædilecto Consanguineo nostro, *Henrico Cardinali Angliæ* quòd ipse ad CONCILIUM GENERALE, pro Bono & Commodo universalis Ecclesiæ, nostroque, & totius Christianitatis, se Transferre possit, Ann. D. 1432. An. 11. H. 6. Ibid. m. 14.

Deferendo & adducendo secum Jocalia & Massam ad Valorem *Quinque Milium Marcarum*, ac Apparatum pro Persona sua (utpote) Mitram suam, Crucem, & cætera Pontificialia, pro celebrando necessaria, necnon Summam *Decem Milium Librarum*, vel infra, in Auro, vel Moneta, juxta bonam Voluntatem suam in hac parte faciendam.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xx die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Archiepiscopo Eborum, super Ambassiata ad Concilium Generale.

Ann. D. 1432. An. 11. H. 6. Franc. 11. H. 6. m. 9.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, per avisamentum & deliberationem Concilii nostri, Ordinavimus & Appunctuavimus, Venerabilem Patrem, *Johannem Archiepiscopum Eborum*, Angliæ Primatem, in Ambassiata nostra, versus * Sanctissimum Patrem nostrum PAPAM & GENERALE CONCILIUM apud Basiliam profecturum, & ibidem *X. 526.

A 2 per

An. 11. [Sciatis quòd Nos, de avisamento & deliberatione Concilii] nostri, Ordinavimus & Appunctuavimus, Venerabilem in Christo
H. 6. Patrem, *Archiepiscopum Eborum*, Angliæ Primatem, ad Transe-
Ibid. undum, in Ambassiata nostra, penes Sanctissimum Patrem nostrum PAPAM, & ad CONCILIUM GENERALE,

Concessimusque quòd, pro tempore quo ipse extra Regnum nostrum Angliæ existet usque Reditum suum in idem Regnum nostrum, nulla Secta seu Processus versus ipsum fiat seu incipiatur, nec aliqua Impetitio, in aliquibus sibi pertinentibus, tempore prædicto durante, per nos, Hæredes, Officiarios, seu Ministros nostros quoscumque sibi fiat.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro eodem Archiepiscopo.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1432. Sciatis quòd Nos, de avisamento & deliberatione Concilii
An. 11. nostri, Ordinavimus & Appunctuavimus, Venerabilem in Christo
H. 6. Patrem, *Johannem Archiepiscopum Eborum*, Angliæ Primatem, ad
Ibid. Transeundum, in Ambassiata nostra, penes Sanctissimum Patrem nostrum PAPAM, ac ad GENERALE CONCILIUM,

Concessimusque *eidem Archiepiscopo*, quod si ipse, infra tempus Ambassiatæ nostræ prædictæ, de Mandato nostro, vel dicti Concilii nostri, se transferat seu equitet, in Obsequium nostrum, ad aliquem alium Locum, quàm illum qui ad præsens per nos de avisamento prædicto sibi ordinatus & appunctuatus existit (videlicet) penes prædictum Sanctissimum Patrem nostrum *Papam*, seu *dictum Concilium Generale*, quòd sibi, pro tempore, quo de mandato nostro, vel Concilii nostri, sic se transferet seu equitabit, de hujusmodi Vadiis diurnis, prout alii Archiepiscopi, in Ambassiata Regia, de inclitis Progenitoribus nostris, ante hæc tempora, destinati, habuerunt & perceperunt, satisfiat & contentetur.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

Super dicta Ambassiata.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1432. Sciatis quòd, de gratiâ nostrâ speciali, ac de avisamento &
An. 11. assensu Concilii nostri, Concessimus & Licentiam Dedimus, dile-
H. 6. cto & fideli Militi nostro, *Johanni Colvyle*,
Ibid. m. Qui in Ambassiata nostra, versus *Concilium Generale* apud Basile
10. ad præsens existens, pro Bono publico Sanctæ Matris Ecclesiæ, ac Regnorum, Dominiorum, & subditorum nostrorum, de Mandato nostro profecturus est,

Quod ipse secum ducere & cariare possit, extra Regnum no-
* X. 527. strum Angliæ, in Moneta, Plata, & Jocalibus, usque * ad Summam *Quingentarum Librarum*, absque perturbatione vel impetitione quacumque Nostri, vel Hæredum nostrorum in futurum; aliquo Statuto sive Ordinatione, in contrarium facta, non obstante.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxvj Die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Requestubus, pro Transituris ad Generale Concilium.

Ann. D. REX universis & singulis Regibus, Principibus, Ducibus, Mar-
1432. chionibus, Comitibus, Nobilibus, Baronibus, Dominis, Vi-
An. 11. cecomitibus, Capitaneis, Castellanis, Constabulariis, Gubernato-
H. 6 ribus Vicorum, Fortalitiorum, Civitatum, Castrorum, & omni-
Franc. 11. bus Amicis & Benivolis nostris, ac Populis, cujuscumque Statûs,
H. 6 Gradûs, Dignitatis, Præeminentiæ, seu Conditionis fuerint, ad
m. 15. quos præsentes Literæ pervenerint, Salutem in omnium Salvatore.

Cùm, Venerabilis Pater, *Thomas Wygorniensis Episcopus*, pro Bono publico Militantis Ecclesiæ, ac Nostri, Regnorum, Dominiorum, & Subditorum nostrorum, in Ambassiata nostra, ad GENERALE CONCILIUM, apud Civitatem Basiliensem jam existens, ac alias partes Mundi Longinquas, ex Ordinatione & Appunctuamento nostris, se Transferre habeat in præsenti,

Universitatem vestram multipliciter honorabilem, & quemlibet [...] Violentiam, Injuriam, Molestiam, aut Gravamen, quin potius, si egeant, eis, in eorum Agendis, ministrare dignemini Concilium, Auxilium, & Favorem, ac Scortam salvumque & securum Conductum per Passus, Loca, & Dominia vestra, & cujuslibet Vestrûm, rationabilibus Sumptibus & Expensis,

Et, si quid eis, in Personis, vel Rebus, Injuriarum fuerit (quod nollemus) id indilatè Reformari Curetis nostris Precibus & Amore,

Nos siquidem Subditis vestris, & cujuslibet vestrûm, cùm ad Regna seu ad Dominia nostra aliquos ex ipsis declinare contigerit, Favorem consimilem, & majorem si indiguerint, grato animo impendere promittimus, & de facto veraciter impendemus.

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes, usque Reditum prædicti Episcopi in Angliam duraturas.

Dat. sub Magni Sigilli nostri testimonio in *Palatio nostro Westm.* xxviii die Novembris.

Pro Episcopo Roffensi, Johanne Falstoff Milite, & Magistro Thoma Bekyngton.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, Salvatore, *& tunc sic*, Ibid.

Cùm, Venerabilis Pater, *Johannes Episcopus Roffensis*, *Johannes Falstolfe* Miles, & Magister *Thomas Bekyngton* Legum Doctor, Consiliarii nostri, in Ambassiam nostra, pro certis Negotiis expediendis, ad Longinquas Mundi partes habeant se Transferre,

* Universitatem, *&c. ut supra usque ibi*, Rogamus, *& tunc sic*, * X. 528.
quatinus eosdem *Episcopum*, *Johannem* & *Thomam*, & eorum quemlibet, cùm ipsi per Regna, *&c. ut supra*, *mutatis mutandis*, *usque ibi*, inferentes, *& tunc sic*, eis aut eorum alicui inferri permittentes, *&c. ut supra usque ibi*, & Expensis, *& tunc sic*,

Et si quid eis aut eorum alicui in Personis, *&c. ut supra usque ibi*, Patentes, *& tunc sic*,

Dat. sub Magni Sigilli nostri Testimonio, in *Palatio Regis Westmonasterii*, primo die Decembris.

Pro Episcopo Wygorn. de expertando.

REX omnibus, ad quos, &c. Ann. D.
Sciatis quòd, de avisamento & assensu Concilii nostri, Con- 1432.
cessimus & Licentiam Dedimus, Venerabili in Christo Patri, *Tho-* An. 11.
mæ Episcopo Wygorniensi, H. 6.
Quem, in Ambassiatâ nostrâ, versus *Generale Concilium* apud Ba- Ibid. m.
siliam jam existens, in præsenti destinamus, 14.

Quòd ipse Bona, & Jocalia, ac Vasa Argentea sua, usque ad Valorem *Mille Librarum*, secum extra Regnum nostrum Angliæ ducere possit & cariare, absque perturbatione sive impetitione quacumque Nostri, vel Hæredum nostrorum in futurum, aliquibus Statutis sive Ordinationibus, in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo Die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro eodem Episcopo.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, jam existens, *& tunc sic*, ad Ann. D.
Servitium Nobis ibidem Impendendum, in præsenti destina- 1432.
mus. An. 11.
Quòd in casu, quo ipse, in Ambassiatâ nostrâ prædictâ, ultra H. 6.
unum Annum moretur, &, eodem Anno finito, sibi de *Quingentis* Ibid.
Marcis, pro Expensis suis, pro secundo Anno, aut aliter juxta ratam temporis per quod dictum Concilium durabit, per Nos minimè provideatur, quòd ex tunc Ipse a prædicto Concilio legitimè recedere possit, & meare ad Apostolos visitandum, absque perturbatione sive impetitione quacumque Nostri, vel Hæredum nostrorum in futurum,

Et quòd ipse simili modo ab eodem *Concilio Generali* recedere possit, si sibi per nos de *Quingentis Marcis*, pro Expensis suis, pro Tertio Anno, si dictum Concilium per tantum tempus durare contingat, non provideatur.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo Die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Johanne Ansty.

Ann. D. 1432. An. 11. H. 6. Ibid.

JOhannes Ansty Senior Armiger,

Qui, in Obsequio Regis, in Comitivâ, carissimi Avunculi Regis, *Humfridi Ducis Glouцestriæ*, Capitanei Castri Regis de Guysnes, in partibus Picardiæ, super salvâ Custodiâ ac Vitellatione Castri Regis prædicti, moratur,

Habet Literas Regis de Protectione (cum Clausulâ *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Præsentibus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo tertio die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Episcopo Roffensi, de Licentia exportandi, ad Valorem Mille Librarum.

Ann. D. 1432. An. 11. H. 6. Ibid. m. 15.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Nos, de avisamento & assensu Concilii nostri, Concessimus & Licentiam Dedimus, Venerabili in Christo Patri, *Johanni Episcopo Roffensi*,

Quem, in Ambassiatâ nostrâ, penes *Generale Concilium*, apud Basiliam jam existens, destinamus,

Quod ipse cariare & ducere possit extra Regnum nostrum Angliæ, insimul, aut per partes, in Vasis, Argento, & aliis Rebus, Statui suo convenientibus, ac pro Expensis suis & suorum, usque ad Valorem *Mille Librarum*, absque perturbatione sive impetitione quacumque Nostri, vel Hæredum nostrorum in futurum; aliquibus Statutis sive Ordinationibus, in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo Die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Tractando super Reductione Boemorum.

Ann. D. 1432. An. 11. H. 6. Ibid.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Cum nuper,

Ex parte *Concilii Generalis*, apud Basiliam congregati, per Literas etiam exhortatorias, Serenissimi Principis, *Sigismundi*, Dei gratiâ, *Romanorum Regis* semper Augusti, ac Ungariæ, Dalmatiæ, Croaciæ, &c. Regis, Confratris nostri præcarissimi,

Cum instantia non modica fuerimus requisiti ut ad dictum *Concilium*,

In quo de Boemorum ad Sanctæ Matris Ecclesiæ unitatem Reductione, & aliis Fidei Catholicæ Conservationem concernentibus, necnon in Ecclesia Dei Morum Reformationem, Regumque & Principum ac aliorum Diffidentium & Discordantium Pacificatione, agi speratur,

Nostros Ambassiatores mittere curaremus,

Volentes, quantum cum Deo possumus, Nos ipsorum Requirentium Exhortationibus & Desideriis conformare,

De fidelitate & providâ circumspectionis industriâ, Venerabilis in Christo Patris, *Thomæ Wygorniensis Episcopi*, *Willielmi Prioris*

De Tractando cum Adversario Franciæ.

Ann. D. 1432. An. 10. H. 6. Ibid.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Pacis sub tempore, descendens in Virginis uterum, verbum Patris in hunc Mundum prodiens, ut Hominem, per Peccatum Inobedientiæ a Deo lapsum, ad Pacis & Concordiæ unitatem reduceret, a Discipulo Traditus, antequam in ara Crucis pateretur, Credituris in ipso Pacem in Testamento reliquit, suisque Discipulis, Morte devictâ, Resurgens Pacem dedit, Ascensurusque ad Cœlos Pacem & Dilectionem eisdem præ cæteris commendavit:

Considerantes itaque quantum Altissimo placeat Pacis Bonum, & quia non nisi Pacis in tempore rectè colitur Pacis Auctor, quodque Reverendissimus in Christo Pater, *Cardinalis Sanctæ Crucis*, jam a diu, laboraverit ut inter *Nos* & *Karolum de Valois*, nobis in Regno nostro Franciæ adversantem, Pacem & Concordiam faciat, ineat, & confirmet,

Volentes propterea pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, cum cunctis Fidelibus Pacem consequi & habere, ac nos dicti *Reverendissimi Patris* in ea parte desideriis & laboribus conformare,

De fidelitate, circumspectione, & industriâ, Venerabilis in Christo Patris, *Johannis Episcopi Roffensis*, *Johannis Fastolfe* Militis, & Magistri *Thomæ Bekyngton* Legum Doctoris, Consiliariorum nostrorum, plurimum confidentes,

Eosdem, *Venerabilem Patrem*, *Johannem*, atque *Thomam*, vel eorum Duos, de avisamento Concilii nostri Angliæ, nostros veros, certos, legitimos, & indubitatos Ambassiatores, Oratores, Procuratores, Commissarios, Actores, Factores, Negotiorum Gestores, & Nuncios speciales Facimus, Ordinamus, Deputamus, & Constituimus per Præsentes,

Dantes & Concedentes eisdem Ambassiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, Actoribus, Factoribus, Negotiorum Gestoribus, & Nunciis nostris prædictis, Potestatem plenariam & Mandatum speciale, pro Nobis, Hæredibus, & Successoribus nostris, quantum in nobis est, Subditisque nostris & Vassallis, cum prædicto *Karolo de Valois*, ac sibi Adhærentibus, suisque Ambassiatoribus, Oratoribus, Procuratoribus, Commissariis, Actoribus, Factoribus, Negotiorum Gestoribus, & Nunciis quibuscumque, Potestatem in * hac parte pro ipsâ parte adversâ sufficientem habentibus, Conveniendi, * X. 531.

Necnon de & super Pace & Concordiâ, perpetuis vel ad tempus, inter *Nos*, Regna, Loca, & Dominia nostra, nostrosque Subditos & Vassallos, ac *Karolum prædictum*, & sibi Adhærentes, habendis, Tractandi,

Ipsamque Pacem atque Concordiam pro perpetuo vel ad tempus Ineundi, Faciendi, Contrahendi, Appunctuandi, & Concludendi per quævis Media rationabilia, licita & honesta,

De quibuscumque etiam Treugis, & Abstinentiis Guerrarum, Confœderationibus, Pactis, Conventionibus, Alligantiis, & Amicitiis, inter *Nos*, Subditos & Vassallos nostros, Loca, Dominia, & Territoria nostra, & *Karolum prædictum*, Personas, & Loca sibi Adhærentia, tractandi, ineundi & appunctuandi,

Necnon in Loca quæcumque, quibus Præmissa fieri debeant, Consentiendi,

Omniaque & singula, inter eos Appunctuata & Conclusa, Appunctuanda & Concludenda, per Sacramenta quæcumque licita, Nomine nostro & in Animam nostram præstanda, aut aliàs qualitercumque, prout Casus exegerit, Firmandi, Roborandi, & Vallandi,

Promittentes & Promittimus pro Nobis, Hæredibus, & Succe-

1432. Qui, in obsequium Regis, in Comitivâ, venerabilis in Chri-
An. 11. sto Patris, *Johannis Episcopi Roffensis*, in Ambassiatâ nostrâ,
H. 6. versus *Generale Concilium Basiliense* profecturus est, ibidem in eo-
Ibid. m. dem Obsequio Regis moraturus,
17. Habet, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, nono die Decembris.

Per Billam de Privato Sigillo.

Johannes Beaumarys Clericus,

Qui, in Obsequium Regis, in Comitivâ, dilecti Regis, Magistri *Roberti Burton* Clerici, versus *Generale Concilium Basiliense* profecturus est, ibidem in eodem Obsequio Regis moraturus, habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo die Novembris.

Per Billam de Privato Sigillo.

Thomas Sclater, qui, in obsequium, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per eandem Billam.

Magister *Robertus Burton* Clericus, qui, in obsequium Regis, versus *Generale Concilium*, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Billam de Privato Sigillo.

Super Ambassiata ad Generale Concilium.

Ann. D. 1432. An. 11. H. 6. Ibid. m. 14. * X. 532.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de avisamento & assensu Concilii nostri, Concessimus & Licentiam Dedimus, dilecto Clerico nostro, Magistro *Thomæ Brouns* Decano Ecclesiæ Cathedralis Sarum,

* Quem, de avisamento & assensu Concilii nostri, Ordinavimus & Deputavimus unum Ambassiatorum nostrorum, de præsenti transeuntium versus *Generale Concilium Basiliense* in Ambassiatâ nostrâ,

Quod si contigerit ipsum in Ambassiatâ hujusmodi infirmitate Corporis gravari, seu quòd Expensæ pro Expectatione suâ apud dictum *Consilium Basiliense* non ministrentur, prout sibi Concessimus ministrari, quòd tunc non artetur *idem Thomas* in Concilio hujusmodi ulterius expectare, set liberè possit ad Regnum nostrum Angliæ redire, absque impetitione vel impedimento nostri, Hæredum, vel Successiorum nostrorum, aut aliorum quorumcumque in futurum.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo octavo die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de avisamento & assensu Concilii nostri, Concessimus & Licentiam Dedimus, dilecto Clerico nostro, Magistro *Thomæ Brouns* Decano Ecclesiæ Cathedralis Sarum,

Quem in Ambassiatâ nostrâ ad *Generale Concilium Basiliense* ad præsens destinamus,

Quòd ipse, pro honestate suâ causâ Ambassiatæ suæ prædictæ, & pro Expensis suis ac Familiarium suorum, secum ultra Mare ducere possit & cariare, in Massâ, Jocalibus, vel Monetâ, ad Valorem *Trescentarum Librarum*, absque perturbatione vel impedimento aliquo Nostri, vel Hæredum nostrorum in futurum; aliquo Statuto sive Ordinatione in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo octavo die Decembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Licentia ad Aurum exportandum.

Ann. D. 1432. An. 11. H. 6. Franc. 11. H. 6. m. 14.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quod Concessimus & Licentiam Dedimus, dilecto nobis, Magistro *Roberto Burton*,

Qui de Licentia nostrâ ad *Generale Concilium Basiliense*, pro Clero Regni nostri Angliæ, profecturus est,

Quod ipse Aurum & Argentum, tàm in Massâ, quàm Monetâ, usque ad Summam & Valorem *Centum Librarum*, secum extra

Teste ut supra.

Per idem Breve.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, Dedimus, *& tunc sic*, dilecto nobis, Magistro *Henrico Abyndon*, qui de Licentiâ nostra, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per idem Breve.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, Dedimus, *& tunc sic*, Dilecto nobis, * Magistro *Alexandro Sparwe*, qui de Licentiâ nostrâ, *&c. ut supra.* * X. 533.

Teste ut supra.

Per idem Breve.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Concessimus & Licentiam Dedimus, dilecto nobis in Christo, *Willielmo Priori Ecclesiæ Sanctæ Trinitatis Norwici*,

Quem in Ambassiatâ nostrâ ad *Generale Concilium Basiliense* ad præsens Destinamus,

Quòd ipse Aurum & Argentum, tàm in Massâ, quam Monetâ, ad Summam & Valorem Quadringentarum Marcarum, secum extra Regnum nostrum, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Concessimus & Licentiam Dedimus, Dilecto nobis in Christo, *Willielmo Priori Ecclesiæ Sanctæ Trinitatis Norwici*,

Quem in Ambassiata nostrâ ad *Generale Concilium Basiliense* ad præsens Destinamus,

Quòd, si ipsum in Ambassiatâ illâ per unum Annum morari contigerit, & ante finem Anni illius *præfato Priori* de Centum Marcis, pro Custubus & Expensis suis ibidem pro Secundo Anno, aut pro rata temporis quo *dictum Concilium* duraverit, non provisum fuerit, tunc benè liceat prædicto *Priori* a *dicto Concilio* Recedere, & ad quæcumque Loca sibi placuerit, causâ Peregrinationis sive Studii, se divertere absque impetitione vel impedimento Nostri, Hæredum, seu Successorum nostrorum, aut aliorum quorumcumque in futurum.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per idem Breve.

REX, *&c. ut supra usque ibi*, dedimus, *& tunc sic*, dilecto Clerico nostro, Magistro *Johanni Symondesburgh* Archidiacono Wiltesiæ, quem in Ambassiatâ nostrâ, *&c. ut supra usque ibi*, Anni illius, *& tunc sic*, præfato *Johanni de Quinquaginta Marcis*, pro Custubus, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Per idem Breve.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd Concessimus & Licentiam Dedimus, dilecto Clerico nostro, Magistro *Johanni Symondesburgh* Archidiacono Wiltesiæ,

Quem in Ambassiatâ nostrâ ad *Generale Concilium Basiliense* ad præsens Destinamus,

Quòd ipse Aurum & Argentum, tàm in Massâ, quàm Monetâ, ad Summam & Valorem *Ducentarum Marcarum*, secum extra Regnum nostrum Angliæ ducere & habere possit, absque impetitione, perturbatione, seu impedimento Nostri, Hæredum, seu Successorum nostrorum aut aliorum quorumcumque; aliquibus Statutis sive Ordinationibus, in contrarium factis, non obstantibus.

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Protectionibus ad Generale Concilium.

MAgister *Petrus Pertrich*, Ann. D.

Qui in Obsequium Regis de Licentiâ Regis ad *Generale Concilium Basiliense*, pro Clero Regni Regis Angliæ, profecturus est, 1432. An. 11.

ibidem in eodem obsequio moraturus, H. 6.

Habet Literas Regis de Protectione (cum Clausulâ *Volumus*) per Franc. 11.

unum Annum duraturas. H. 6.

Præs. &c. m. 14.

Teste Rege apud *Tryng*, vicesimo primo die Decembris.

Per Billam de Privato Sigillo.

Ma-

Ann. D. 1433. *An.* 11. *H.* 6. *Bibl. Cotton. Cleopatr. F.* 4. *Vicesimo secundo Die Januarii, Anno Undecimo*, apud Westmonasterium, Concordatum fuit, quòd Dominus *Robertus London*, qui Procurator *Cardinalis de Columpna* ut asserit constituitur, possit liberè & impunè prosequi Facta & Negotia *dicti Cardinalis* in Angliâ, potissimè circa Gesta & Recepta Archidiaconatûs sui Cantuariensis,

Præsentibus,

Dominis,	*Elien.*
Glouc.	*W. Philip. Thes.*
Hunt.	Et *Custode Privati Sigilli.*
Canc.	

De Licentia traducendi Frumentum in Franciam, ad rogatum Aviæ Regis.

Ann. D. 1433. *An.* 11. *H.* 6. *Franc.* 11. *H.* 6. *m.* 12. REX universis & singulis Vicecomitibus, Majoribus, Ballivis, Constabulariis, Custumariis, Scrutatoribus, Custodibus Portuum Maris & aliorum Locorum Maritimorum, ac aliis Officiariis, Ministris, & Subditis nostris quibuscumque, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, ad speciale Rogatum carissimæ Aviæ nostræ *Reginæ Franciæ*, Concessimus & Licentiam Dedimus *Johanni Nofieux*, Servienti suo, quòd ipse Quadraginta Quarteria Frumenti, in Locis infra Comitatus Kantiæ, Surriæ, & Sussexiæ, Vicinis Mercatis magis incommodis & innocuis, ad usum *prædictæ Reginæ*, pro Denariis, prout cum Venditoribus Frumenti prædicti poterit concordari, promptè & rationabiliter solvendis, Emere & Providere, & Frumentum illud, sic Emptum & Provisum, in Navi sive Navibus in quocunque Portu sibi placuerit, Carcare, & illud usque Civitatem nostram Parisius (solutis Deveriis nobis in hac parte debitis) Traducere possit licitè & impunè;

Et ideo vobis Mandamus quòd ipsum *Johannem* Frumentum prædictum, in Locis infra Comitatus prædictos, ut prædictum est, Emere & Providere, & Frumentum illud, sic Emptum & Provisum, in Navi sive Navibus, in quocumque Portu sibi placuerit, Carcare, & illud usque Civitatem nostram prædictam (solutis Deveriis nobis in hac parte debitis) Cariare & Traducere permittatis.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo septimo die Januarii.

---

*X. 535. ** De Traducendo ex parte Ducis Bedford.*

Ann. D. 1433. *An.* 11. *H.* 6. *Ibid.* REX, &c. Salutem.

Sciatis quòd Nos,

Considerantes nimiam Penuriam magnamque Caristiam Frumenti, quæ in Regno nostro Franciæ, prout ex parte carissimi Avunculi nostri *Ducis Bedfordiæ* Regentis Regnum nostrum prædictum certiùs informamur, existunt hiis diebus,

Volentesque proinde, pro Relevamine Inopiæ Fidelium Ligeorum nostrorum ibidem, prospicere ut tenemur,

Concessimus & Licentiam Dedimus prædicto Avunculo nostro, quòd ipse, per Deputatos & Attornatos suos, Mille Quarteria Frumenti, in Locis, infra Comitatus Bucks, Beds, Essexiæ, Hertfordiæ, Kantiæ, & Sussexiæ, communibus Mercatis magis innocuis & incommodis, pro Denariis ipsius *Ducis*, prout cum Venditoribus Frumenti prædicti poterit concordari, promptè & rationabiliter solvendis, Emere & Providere, & ea in quocumque Portu sibi placuerit, Carcare, & illa usque Civitatem nostram Parisius Traducere possint licitè & impune; aliquo Mandato nostro, in contrarium facto, non obstante;

Et ideò vobis Mandamus quòd ipsos *Nicholaum* & *Jacobum* Frumentum & Avenas prædicta, ut prædictum est, Emere & Providere, & ea in quocumque Portu sibi placuerit (solutis prius Custumis & aliis Deveriis nobis in hac parte debitis Eskippare, & ea sic Eskippata usque dictam Civitatem nostram Parisius Cariare & Traducere permittatis; aliquo Mandato nostro, in contrarium facto, non obstante.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, septimo die Februarii.

Pro Relevamine Civitatis Rothomanensis.

REX eisdem, Salutem. *Ibid.*

Sciatis quòd Nos, *&c. ut supra usque ibi*, Subditorum nostrorum, *& tunc sic*, Civitatis nostræ Rothomagi, informamur, *&c. ut supra usque ibi*, Dedimus, *& tunc sic*, *Johanni* * *Loutrell*, *X. 536. Filio *Ricardi Loutrell* Mercatori de Dieppe, quòd ipse Sexcenta Quarteria Frumenti, & Ducenta Quarteria Avenarum, in Locis infra Regnum nostrum Angliæ, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Pro Archiepiscopo Eborum de Requestu.

REX universis & singulis Regibus, &c. ad quos, &c. Salutem in omnium Salvatore. Ann. D. 1433. *An.* 11. *H.* 6. *Franc.* 11. *H.* 6. *m.* 11.

Universitatem vestram multipliciter honorabilem, & quemlibet vestrûm per se, attentiùs & efficaciùs quo possumus, Tenore Præsentium, Requirimus & Rogamus quatinus,

Venerabilem in Christo Patrem, *Johannem Archiepiscopum Eborum*, Angliæ Primatem,

Qui versus Dominum *Eugenium*, Sacrosanctæ Romanæ ac universalis Ecclesiæ *Summum Pontificem*, & ad *Concilium Basiliense* in Ambassiatâ nostrâ se conferat in præsenti, ac ad varias Mundi partes, super certis Negotiis, nos specialiter tangentibus, dirigit gressus suos,

Cùm ipsum ad Regna, Dominia, & Potestates vestra, seu alicujus vestrûm, declinare contigerit,

Nostræ Majestatis intuitu, & harum Precum nostrarum specialiinterventu, propensiùs recommendatum habentes,

Eundem Archiepiscopum cum Familiaribus, Equis, Hernesiis, Bonis, & Rebus suis quibuscumque, recipiatis, & cum inibi morari, seu per eadem Regna, Dominia, & Potestates, cum sibi placuerit, liberè & absque impedimento seu perturbatione quacumque transire & redire permittatis, sine Solutione Dacii, Pedagii, sive Gabelli, aut aliquâ apertione Literarum, Manticarum, seu Hernesiorum suorum, necnon & Securam salvumque & securum Conductum per Passus, Loca, & Dominia vestra, & cujuslibet vestrûm, si necesse fuerit, rationabilibus suis Sumptibus & Expensis, habere faciatis,

Non inferentes eis, nec quomodolibet inferri permittentes, in Corporibus sive Bonis, Dampnum, Impedimentum, Violentiam, Injuriam, Molestiam, seu Gravamen, quin potius eis, in eorum agendis, si egeant, ministrare dignemini Consilium, Auxilium, & Favorem:

Et si quid eis, in Personis vel Rebus, Injuriatum fuerit (quod nollemus) id indilatè Reformare curetis nostris Precibus & Amore.

Nos siquidem Subditis vestris, & cujuslibet vestrûm, cùm ad Regna seu Dominia nostra aliquos ex ipsis declinare contigerit, Favorem

stentis, quàm de *Poton. de Santailles*, Prisonarii in dicto Regno Regis Angliæ existentis,

Cum Bonis, Hernesiis, Literis Clausis vel Apertis, & Rebus suis licitis quibuscumque, veniendo, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege *apud Westmonasterium*, xii die Februarii.

Per Concilium.

•X.537. * *Literas de Salvo Conductu habent Subscripti, de Datis Subscriptis; viz.*

Ann. D. SErvientes,
1433. *Magistri de Aebell* Obsidis pro Rege Scotorum. Sept. 1.
An. 11. *Willielmi de Sterlyn*, Obsidis ut supra. Julii 17.
H. 6. *Duncan de Wemmys* Obsidis ut supra. Sept. 18 Nov. 6.
Scot. 11. Sexaginta Personæ de Scotia. Maii 7.
H. 6. *Johannes Abbas de Melros*, *Walterus Ogilby*, Miles, *Alexander*
m. 4. *de Lavader*, ac Triginta Personæ in Comitiva sua, per Regnum
m. 2. Regni Angliæ versus CONCILIUM GENERALE ad præsens
m. 4. apud Basiliam existens. Nov. 30.
m. 3. *Andreas Meldrum* Miles & 6 Personæ in Comitiva sua. Dat.
m. 4. ut supra.

Johannes Episcopus de Glascowe, & Triginta Personæ in Comitiva sua, versus curiam Romanam cum Equis, &c. Nov. 29.

Bastardus d'Orleans cum 80 Personis in Comitiva sua. Sept. 17.
Thesaurarius Ducis Aurelianensis. Dat. ut supra.
Secretarius dicti Ducis. Ut supra & Martii 20.
Servientes *Ducis prædicti*. Ut supra.
m. 14. *Consiliarius Ducis Bourboniæ*. Dec. 18.
m. 7. Servientes *Comitis Angolismensis*. April. 15.
Caroli d'Artoys Comitis de Eu. Maii 27.
Johannis de Vendosme Vidasme de Chartres Prisonarii Domini de Hungerford. Julii 11.

Pro Humfrido Duce Gloucestriæ.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1433. Cum Castra, Hospitia, & Dominia de Cussac, Listrac, &
An. 11. Montynghag, cum suis pertinentiis, per Mortem Domini *Bernar-*
H 6. *di de Lesparre*, nuper Domini *de Barda*, Nobis, tanquam Domi-
Vasc. 11. no de Lesparre, pertineant,
H. 6. Eo tamen non obstante *Comes de Longuaville* Capitaneus de Buch,
m. 16. ac *Dominus* & *Domina de Monferant* ea intraverunt, & prædicta Castra & Dominia de Cussac & Listrac occupant in præsenti,

Ac Placitum, inter Procuratorem nostrum Fiscalem Ducatûs nostri Aquitanniæ ex una parte, & præfatos *Capitaneum Dominum & Dominam de Montferant*, ex altera parte, indè pendeat,

Nos,

Considerantes quòd prædicta Castra & Dominia, per præfatos *Dominum de Longuaville* & *Dominum de Montferant* & alias Personas, Jus in eisdem de facto & non de Jure prætendentes, Detenta existunt minus justè, ubi Nos ea possidere debemus, prout per Venerabilem Patrem, *Episcopum Aquensem* ac, dilectum & fidelem nostrum, *Bernardum Angevyn*, Consiliarios nostros, nuper de Civitate nostra Burdegaliæ penes Nos & Concilium nostrum venientes, reportatur,

Ac verisimile est quòd Castra & Dominia prædicta, durante Minori Ætate nostra, per iniquos & subornatos Processus Patriæ ibidem de manibus nostris evincantur,

De avisamento & assensu Concilii nostri Concessimus, carissimo & prædilecto Avunculo nostro, *Humfrido Duci Gloucestriæ*, & Hæredibus suis Masculis de Corpore suo legitimè procreatis, prædicta Castra, Hospitia, & Dominia de Cussac, Listrac, & Montynhag,

Habenda, a tempore Mortis prædicti *Domini de Barda*, unà cum omnimodis Dominiis altis & bassis, meris mixtis & imperialibus, Homagiis, Redditibus, Molendinis, Decimis, Nativis, Laudaminibus, Retentionibus, Investituris, Operationibus, Pedagiis, Boscis, Herbagiis, Hæreditatibus, Mansionibus, Venditionibus, Retrovenditionibus, Servitiis, & omnibus aliis Juribus & Deveriis quibuscumque, cum pertinentiis, eodem modo quo prædictus *Dominus de Barda* ea habuit & tenuit dùm vivebat.

In cujus, &c.

Teste Rege *apud Westmonasterium*, xii die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Conatum, quam in Plata & Massa, ad Valorem ... *Milium Librarum Sterlingorum*, vel infra, absque aliquo Scrutinio seu Visu, per Nos vel Hæredes nostros, in aliquo Loco de obedientia nostra, inde faciendis, absque Impedimento, Impetitione, Molestatione, seu Gravamine Nostri, Hæredum, Officiariorum, seu Ministrorum nostrorum quorumcumque in futurum; aliquo Statuto, Ordinatione, seu Proclamatione, inde in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus, &c.

Dat. *apud Westmonasterium*, xvj die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Episcopo Sarum, de licentia exportandi ad Valorem Mille Librarum.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem, Ann. D.
Sciatis quòd, de avisamento & assensu Concilii nostri, Con- 1433.
cessimus & Licentiam Dedimus, Reverendo in Christo Patri, *Ro-* *An.* 11.
berto Episcopo Sarum, *H.* 6.
Qui, de licentia nostra, ad Generale Concilium Basiliense pro- *Ibid. m.*
fecturus est, 5.

Quod ipse Aurum & Argentum, tàm in Massa, quàm moneta, ad summam & valorem *Mille Librarum*, secum extra Regnum nostrum Angliæ ducere & habere possit absque impetitione, perturbatione, seu impedimento nostri, Hæredum seu Successorum nostrorum, aut aliorum quorumcumque; aliquibus statutis sive Ordinationibus, in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxxviij die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Decano Ecclesiæ Burdegaliæ ad Concilium transituro.

REX, omnibus, ad quos, &c. Salutem. Ann. D.
Scias quòd, de avisamento & assensu Concilii nostri, Con- 1433.
cessimus Licentiam *Theobaldo Dages*, Decano Ecclesiæ Cathedralis *An.* 11.
Civitatis nostræ Burdegaliæ, quòd ipse Bona sua (videlicet) Pan- *H.* 6.
nos, Libros, Pecias Argenteas, Jocalia, Aurum, Argentum, & *Vasc.* 11.
alias Res ad opus suum, ac Servientibus suis pertinentia, usque ad *H.* 6.
Valorem *Centum & Viginti Librarum* de Moneta Anglicana, libe- *m.* 2.
rè & absque impedimento quocumque secum versus partes Transmarinas ducere valeat; aliquo Statuto, in contrarium facto, non obstante:

Ita tamen quòd *idem Decanus* ad CONCILIUM GENERALE se transferat.

In cujus, &c

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xix die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

* *Pro Cardinali Angliæ versus Regem Romanorum.* •X.539.

REverendus in Christo Pater, Consanguineus Regis, *Henricus* Ann. D.
Cardinalis Angliæ ac Episcopus Wyntoniensis, 1433.
Qui, in obsequium Regis, versus, carissimum Fratrem Regis, *An.* 11.
Regem Romanorum profecturus est, ibidem in eodem obsequio Re- *H* 6.
gis moraturus, *Franc.*
Habet Literas Regis de Protectione (cum clausula *Volumus*) per 11. *H* 6.
unum Annum duraturas. *m.* 10.

Præf. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xx. die Februarii.

Per Billam de Privato Sigillo.

Pro Episcopo Sarum versus Generale Concilium.

R*Obertus Neville Episcopus Sarum*, Ann. D.
Qui, in obsequium Regis, versus GENERALE CON- 1433.
CILIUM profecturus est, ibidem in eodem obsequio moraturus, *An.* 11.
Habet, *&c. ut supra.* *H.* 6.
Teste ut supra. *Ibid.*

Per Billam de Privato Sigillo.

Pro

Pro prædicto Archiepiscopo.

Ann. D. *JOhannes*, *Archiepiscopus Eborum*, Angliæ Primas,
1433. Qui, in Ambassiata nostra, versus Dominum EUGENIUM,
An. 11. Sacrosanctæ Romanæ & universalis Ecclesiæ SUMMUM PON-
H. 6. TIFICEM, & ad CONCILIUM GENERALE BASILIEN-
Ibid. SE, profecturus est, ibidem in eadem Ambassiata nostra moraturus,
* X. 540. * Habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *Volumus*) per unum Annum duraturas, &c.

Præf.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxviij die Februarii.

Per Billam de Privato Sigillo.

Pro Humfrido Duce Gloucestriæ.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1433. Sciatis quòd, de gratiâ nostrâ speciali, ac de avisamento &
An. 11. assensu Concilii nostri, Concessimus, carissimo & prædilecto A-
H 6. vunculo nostro, *Humfrido*, *Duci Gloucestriæ*, Castrum & Castella-
Vasc. 11. num de Mau eon, de Soulle, & Balliagium de Bort, cum omni-
H. 6. bus pertinentiis suis, Redditibus, Herbagiis, Boscis, Emolumen-
m. 16. tis, & omnibus aliis Proficuis quibuscumque, eodem modo quo *Carolus de Beaumont* Alferitz de Navarra ea habuit & tenuit dum vivebat,

Habenda, Tenenda, Custodienda, Occupanda, & Percipienda, quamdiu nobis placuerit, per Se, aut Deputatum suum, vel Deputatos sufficientes, pro quibus respondere voluerit, unà cum omnibus aliis Proficuis, Redditibus, Reventionibus, & Emolumentis quibuscumque, in Judicio, & extra, a tempore Mortis prædicti Alferitz.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xx. die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Angerot de Seint Pere, de Legitimatione.

Ann. D. REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1433. Supplicavit Nobis & Concilio nostro, dilectus & fidelis no-
An. 11. ster, *Johannes Dominus de Seint Pere*, in Ducatu nostro Vasco-
H. 6. niæ, in Marcheis de Labourt, ut,
Ibid. m. Cum *idem Johannes*,
14. Considerans quòd ipse & Prædecessores sui Nobis & Progenitoribus nostris, quondam Regibus Angliæ, semper hactenus fideliter Servierint,

Vehementer desideret quòd habeat Hæredem qui sibi succedat, gerendo Cognomen & Arma sua,

De quo quidem Hærede nobis consimiliter, ut de *præfato Johanne*, vel melius, possit deserviri,

Quia, si, durante Vitâ *ejusdem Johannis*, id provisum non fuerit, considerato quòd ipse non habet aliquos Pueros in Matrimonio procreatos, dubitat quòd aliqui, de Regno Castellæ, fortassis causâ Propinquitatis Sanguinis Hæredes suos se dicere, aut perturbationem in Successione, contra Intentionem & Voluntatem suam, ponere vellent,

Ipseque habeat unicum Filium Naturalem, de Corpore suo extra Matrimonium procreatum, *Angerot de Seint Pere* nominatum,

Quem, eo quòd unicus Filius ejus est, Cognomen suum gerens, libenter vellet, multumque, ob grandem Amorem & Affectionem quos ad eum habet, desiderat quòd sibi Succedere, & ejus unicus Hæres & pro toto, in omnibus Terris, Dominiis, Hæreditatibus,

existens apud *Constance*, absque aliquâ remuneratione ex hac causâ *H.* 6. *m.*
habitâ, ac etiam bonum & gratuitum Servitium quod Nobis trans- 16.
eundo, duabus vicibus, in Ambassiata nostra versus, carissimos Fratres nostros, *Reges Arragoniæ & de Navarra*, impendit, & nobis impendet in futurum,

De avisamento & assensu Concilii nostri Ordinavimus & Constituimus prædictum Episcopum esse unum Consiliariorum nostrorum apud Civitatem nostram Burdegaliæ, quamdiu nobis placuerit, percipiendo Annuatim, ea de causa, & Consideratione Præmissorum, *Centum Marcas* de Reventionibus de Castro nostro Burdegaliæ provenientibus, per manus Constabularii ibidem pro tempore existentis;

Proviso semper quòd, si *prædictus Episcopus* Absens, aliquo die, extra Concilium nostrum, durante tempore Concilii fuerit, quod deducatur super ipso pro quolibet die absentiæ suæ prædictæ juxta ratam prædictarum centum Marcarum per Annum, nisi debitè probari poterit quòd ipse alibi in Servitio nostro fuerit occupatus,

Nolentes quòd *prædictus Episcopus* de Concilio nostro prædicto per Locumtenentem ac Senescallum nostrum Aquitaniæ, neque per aliquam aliam Personam, nisi solummodo per Mandatum nostrum speciale, exoneretur.

In cujus, &c.

Teste Rege *apud Westmonasterium*, xxi die Februarii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Cardinale Angliæ.

VEnerabilis Pater *Henricus Episcopus Wyntoniensis Cardinalis Angliæ*, Ann. D.
Qui, de Licentia Regis, versus Partes Transmarinas profecturus 1433.
est, *An.* 11.
Habet Literas Regis de Generali Attornatu, sub nominibus *Jo-* *H.* 6.
hannis Ash & *Nicholas Radeford*, sub alternatione, &c. in quibus- *Franc.* 11.
cumque Curiis Angliæ, per unum annum duraturas. *H.* 6.
Præf. &c. *m.* 9.
Teste Rege apud *Westmonasterium*, Primo die Martii.

Johannes, Episcopus Bathoniensis & Wellensis, *Cancellarius Angliæ*, *recepit attornamentum usque reditum Constituentis in Angliam.*

De Protectione versus Regem Romanorum.

NIcholaus Abbas de Hyda juxta Wyntoniam in Comitatu Su- Ann D.
thamptoniæ, aliàs dictus *Nicholaus Strode Abbas de Hyda* juxta 1433.
Wynton. in Comitatu Suthamptoniæ, aliàs dictus *Abbas de Hida* *An.* 11.
juxta Wynton. in Com Sutht. *H.* 6.
Qui, in Obsequium Regis, in Comitiva, carissimi Consangui- *Ibid.*
nei Regis, *Henrici Cardinalis Angliæ ac Episcopi Wyntoniæ*, versus, Serenissimum Principem, *Regem Romanorum* profecturus est, ibidem in eodem obsequio Regis moraturus,

Habet Literas Regis de Protectione (cum clausula *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Præf. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xiij die Martii.

Per Billam de Privato Sigillo.

De

, Teste Rege apud *Westmonasterium*, xviij die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Episcopo Londoniæ, ad Generale Concilium transituro.

Ann. D. REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.
1433. Sciatis quòd Nos, de avisamento & assensu Concilii nostri,
An. 11. Concessimus, Venerabili Patri, *Roberto Episcopo Londoniæ*,
H. 6. Quem, de avisamento & assensu prædictis, Ordinavimus &
Franc. 11. Appunctuavimus ad eundem, in Ambassiata nostra, penes *Conci-*
H. 6. *lium Generale apud Basiliam*, ibidem per unum Annum moratu-
m. 10. rum,

Quòd ipse, & Hæredes sui erga Nos & Hæredes nostros, imperpetuùm sint Quieti de omnimodis Compotis & Debitis totius Monetæ, per ipsum & per suos Attornatos receptæ & recipiendæ, tàm occasione Servitiorum suorum nobis nuper in Curia Romana impensorum, quàm etiam occasione Monetæ quàm ipse de Nobis recepit vel recipiet ex causa Ambassiatæ supradictæ.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xx die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de avisamento & assensu Concilii nostri, Concessimus & Licentiam Dedimus, Venerabili Patri, *Roberto Episcopo Londoniæ*,

Quem in Ambassiatâ nostrâ ad *Generale Concilium Basiliense* ad præsens Destinamus,

Quòd *idem Episcopus* Aurum & Argentum, tàm in Massa, quàm Moneta, ad Summam & Valorem *Mille Librarum* dumtaxat, extra Regnum nostrum Angliæ, ad usum ejusdem, secum ducere & sibi adduci & transmitti facere possit, absque impetitione, perturbatione, seu impedimento Nostri, Hæredum, seu Successorum nostrorum, aut aliorum quorumcumque; aliquibus Statutis seu Ordinationibus, in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per idem Breve.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd,

Cùm Nos, de avisamento & assensu Concilii nostri, Ordinavimus & Appunctuavimus, Venerabilem Patrem, *Robertum Episcopum Londoniæ* ad eundem, in Ambassiata nostra, penes *Generale Concilium apud Basiliam*, ibidem per unum Annum moraturum,

Concessimus eidem Episcopo quòd ipse, durante eodem Anno, non Impetatur, Vexetur, seu Graveretur, nec sit Prosecutus per Nos, Officiarios, seu Ministros nostros quoscumque, quovis modo.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

* X. 543. * *ROBERTUS Episcopus Londoniæ*,

Qui in Ambassiata Regis versus *Generale Concilium Basiliense* profecturus est, ibidem in Ambassiata Regis moraturus,

Habet Literas Regis de Protectione (cum Clausulâ *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxiv die Martii.

Per Billam de Privato Sigillo.

De Proclamatione in Aquitania facienda.

Ann. D. REX, *Senescallis nostris Ducatûs nostri Aquitaniæ* ac des *Lan-*
1433. *des*, qui nunc sunt, vel erunt, & vestrûm alteri, vestrisque
An. 11. Locatenentibus, Salutem.
H. 6. Vobis, de avisamento & assensu Concilii nostri, Mandamus quòd,
Vasc. 11. in Ducatu nostro prædicto, ubi melius videritis expedire, ex par-
H. 6. te nostra, publicè Proclamari faciatis,
m. 15. Quòd, quamdiu *Comites de Foix* & *d'Armaignac* tenebunt Partem quam nunc tenent, nullus Ligeorum & Subditorum nostrorum aliqua Feoda nec Vadia de eis nec de eorum altero capiat, nec sibi de Juramentis nec Alligantiis alligetur,

Et, si quis vel qui eis Guerram fecerit vel fecerint, nullus eis nec eorum alteri Subveniat, set quòd quilibet Patriam nostram ibidem Defendat, & Ipsos pro toto Posse suo Gravet & Molestet,

degalensis Decretorum Doctoris, *Vincentii de Kroo* Thesaurarii Ecclesiæ Sancti Andreæ Burdegalensis Decretorum Doctoris, & *Willelmi Pulivrones* Rectoris de Lauremont prope Burdegaliam in Legibus Bacalarii, pleniùs confidentes,

De avisamento & assensu Concilii nostri, Constituimus, Ordinavimus, & Præfecimus ipsos, *Episcopos*, *Eliam*, *Theobaldum*, *Petrum*, *Vincentium*, & *Willielmum*, Sex, Quinque, Quatuor, & Tres eorum, ac, Tenore Præsentium, Constituimus, Ordinamus, & Præficimus, Judices Curiæ nostræ Superioritatis Aquitanniæ in Causis Civilibus,

Constituimus etiam, Ordinamus, & Præficimus, dilectos nobis, *Johannem de Jales* Militem, *Guillardum de Junqueriis* Domicellum, Magistrum *Remundum de Sestairne* in Decretis Bacalarium, & Magistrum *Raymundum Karoly* in Legibus Bacalarium, Tres & Duos eorum, Judices nostros Curiæ prædictæ in Causis Criminalibus,

Habenda & Excercenda Officia prædicta quamdiu nobis placuerit; percipiendo Feoda, Vadia, & Proficua antiquitus debita & consueta.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxiij die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

* *De Moneta Fabricanda.* * X. 544.

REX, *Senescallo suo Aquitaniæ*, & *Constabulario suo Burdega-* Ann. D.
liæ, vel eorum Locatenentibus, qui nunc sunt, vel qui pro 1433.
tempore erunt, Salutem. *An.* 11.
Quia, ex relatu fidedigno, accepimus quòd Moneta, tàm de Au- *H.* 6.
ro, quàm de Argento, & Moneta nigra, in Castro nostro Bur- *Ibid.*
degaliæ, per certas Personas ad hoc specialiter deputatas, cudi, fieri, & fabricari solebant,

Quæ quidem Moneta, in Castro prædicto, jam, a diu est, Facta non fuit, neque Fabricata, in Nostri præjudicium, ac Subditorum nostrorum Ducatûs prædicti Dampnum non modicum & Gravamen,

Nos (Indempnitati nostræ in hac parte prospicere volentes ut tenemur) vobis, de avisamento & assensu Concilii nostri, Mandamus & plenam, Tenore Præsentium, Committimus Potestatem ad Monetam, tàm de Auro & Argento, quàm nigram, infra Castrum prædictum, de eisdem Cunagio, Allaia, Assaia, & Pondere, prout temporibus Dominorum *E. Ricardi* Secundi post Conquestum, *H.* Avi nostri, & *H.* Patris nostri, nuper Regum Angliæ, & eorum Locatenentium seu Senescallorum Ducatûs nostri prædicti, fieri consuevit, Cudi & Fabricari Faciendum;

Proviso semper quòd Nobis, de omni eo, quod ad Nos pertinet in hac parte, fideliter respondeatur ut est justum:

Damus autem universis & singulis Justiciariis, Officiariis, Ministris, Ligeis, & Subditis nostris Ducatûs nostri prædicti, Tenore Præsentium, firmiter in Mandatis quòd vobis, in Executione Præmissorum, Intendentes sint, Consulentes, & Auxiliantes, quotiens & quando per vos, ex parte nostra, fuerint debitè requisiti.

In cujus, &c.

Teste ut supra.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Potestate ad Feoda recipienda & conferenda.

REX, *Senescallo suo Aquitanniæ*, ac, *Constabulario nostro Bur-* Ann. D.
degaliæ, & eorum alteri, seu eorum Locatenentibus, qui sunt, 1433.
vel qui pro tempore erunt, Salutem. *An.* 11.
Sciatis quod, de avisamento & assensu Concilii nostri, Conces- *H.* 6.
simus & vobis plenam, Tenore Præsentium, Committimus Pote- *Ibid.*
statem ad Dominia, Feoda, Retrofeoda, Deveria, & Jura quæcumque, Rustica vel Urbana, Homagia, Recognitiones, & Sporlas, ad nos Dominumque Ducatûs nostri prædicti quovis modo spectantia seu pertinentia, a quibuscumque nostris Ligeis, Feudatoriis, Affenatis, Emphiteotis, Censuariis, & Tenentiariis, Ecclesiasticis seu Secularibus, Nobilibus, Burgensibus, Villatis, & Quæstalibus, cujuscumque fuerint conditionis, Recipiendum & Exigendum,

Et ea, quotiens opus fuerit & expediens, Personis, quibus videritis, pro novis Feodis & Sporlis faciendis, de novo Conferendum,

Et ea, quæ commodè conferri nequeunt, Manibus nostris Retinendum, Servandum, & Sustentandum,

Ac Feudatorios, Affenatos, Emphiteotos, Censuarios, & Tenen-

Officiorum suorum, percipere debent & habere, id, quod eis a retro est vel erit de Vadiis suis hujusmodi, de Exitibus, Proficuis, & Proventibus, de Castro nostro Burdegaliæ provenientibus, exnunc singulis Annis, quamdiu in Officiis suis steterint, ante omnes alias Personas, Colore aliquarum Literarum Regiarum, eis ante hæc tempora confectarum, de tempore in tempus, solvatis,

Recipientes a quolibet Consiliariorum & Officiariorum nostrorum prædictorum Literas suas Acquietantiæ, singulas Solutiones, quas eis sic feceritis, Testificantes,

Per quas & præsens Mandatum nostrum, vobis inde, in Compoto vestro, ad Scaccarium nostrum Angliæ, de tempore in tempus, debitam Allocationem habere faciemus.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxiij die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

REX Thesaurario & Baronibus suis de Scaccario nostro Angliæ, Salutem.

Quia, *&c. ut supra, mutatis mutandis.*

Teste ut supra.

Per idem Breve.

De salva Gardia pro Officiariis Ducatus Aquitaniæ.

Ann. D. 1433. An. 11. H. 6. Ibid.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, pro debita & sana Gubernatione Jurium Ducatûs nostri Aquitaniæ, ac Quiete & bono Regimine Fidelium Ligeorum nostrorum ibidem, Suscepimus in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem, ac Salvam Gardiam nostras speciales omnes & singulos Judices, Officiarios, Consiliarios, & Ministros nostros Ducatûs nostri prædicti, pro conservatione Jurium nostrorum prædictorum Assignatos & Deputatos, ac Homines & Servientes suos, necnon Terras, Tenementa, Res, Redditus, Possessiones, & Bona sua quæcumque,

Omnibus & singulis, cujuscumque Conditionis existant, sub forisfactura omnium quæ nobis forisfacere poterunt, Inhibentes nè eisdem Judicibus, Officiariis, Consiliariis, seu Ministris, aut eorum cuiquam, Injuriam, Molestiam, Dampnum, Violentiam, Impedimentum aliquod, seu Gravamen, in Corporibus, Possessionibus, sive Bonis, inferant, seu inferri faciant, aut procurent quovis modo.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxiij die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

*X. 546. * *Pro Episcopo Bangorensi.*

Ann. D. 1433. An. 11. H. 6. Franc. 11. H. 6. m. 7.

JOhannes Episcopus Bangorensis,

Qui, de Licentia Regis, ad *Generale Concilium Basiliense*, pro Clero Regni Angliæ, profecturus est, ibidem in obsequio Regis & pro eodem Clero moraturus,

Habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxiv die Martii.

Per Billam de Privato Sigillo.

tam pro Reparatione Attemptatorum hujusmodi, quam Securitate & Stabilimento Pacis prædictæ in futurum, Communicandum & Tractandum,

Ac de & super eisdem Procedendum, Appunctuandum, Concludendum, Decidendum, Sententiandum, & finaliter Determinandum,

Deliberationemque celerem Corporum quorumcumque indebitè Captivorum & Imprisonatorum, ac Restitutionem Navium, Bonorum, & Mercandisarum, hinc inde debitè faciendum,

Cæteraque omnia & singula, in Præmissis & circa ea necessaria seu quomodolibet oportuna, Excercendum & Expediendum, prout juxta Vim, Formam, & Effectum Pacis prædictæ rationabiliter fuerit faciendum;

Promittentes Nos Ratum, Gratum, Firmum, & Stabile habituros totum & quicquid per Vos Septem, Sex, Quinque, Quatuor, Tres, aut Duos vestrûm (quorum vos, præfate *Willielme Lynwode*, unum esse Volumus) Actum, Gestum, Conclusum fuerit, & Determinatum in Præmissis.

In cujus,

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxiv die Martii.

Per Concilium.

* *De Requestu ex parte Episcopi Londoniæ.* *X. 546.

Ann. D. 1433. An. 11. H. 6. Franc. 11. H. 6. m. 10.

REX, universis & singulis Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, &c. Salutem.

Cum, Venerabilis Pater, *Robertus Episcopus Londoniæ*, in Ambassiatá nostrâ, ad *Generale Concilium Basiliense* se conferat in præsenti,

Vos Amicos & Benivolos nostros rogamus, ac Ministris & Fidelibus nostris, firmiter injungendo, præcipimus quatinus,

Eundem Venerabilem Patrem, cùm eum per Regna, Territoria, Loca, Dominia, Districtus, & Jurisdictiones vestra, per Terram, vel per Aquam, transire contigerit, nostræ considerationis intuitu, recommendatum habentes,

Ipsum, cum Famulis, Equis, Rebus, Bonis, & Hernesiis suis, liberè & absque impedimento seu perturbatione quacumque, transire permittatis, sine Solutione Dacii, Pedagii, Gabellæ, aut aliquâ aperitione Literarum suarum, necnon salvum & securum Conductum sibi, si necesse fuerit, suis sumptibus, faciatis habere,

Et si quid sibi, in Persona, Rebus, aut aliàs, Injuriatum fuerit (quod nollemus) id indilatè reformare curetis nostris Precibus & Amore,

Pro quo vobis Amicis & Benivolis nostris specialiùs teneri volumus, atque vestris, cùm ad Dominiorum nostrorum Loca declinaverint, Favorem consimilem faciemus.

In cujus, &c. per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo octavo die Martii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Generali Attornatu, pro Archiepiscopo Eborum.

Ann. D. 1433. An. 11. H. 6. Ibid. m. 6.

VEnerabilis Pater *Johannes Archiepiscopus Eborum*,

Qui, de Licentia Regis, versus Partes transmarinas profecturus est,

Habet Literas Regis de Generali Attornatu, *&c.* per unum Annum duraturas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Aprilis.

ctum de le Sale, *Matheum* Olyver, *Guillielmum de Gayat* aliàs dictum *Bonges*, & *Guillelmum Bidan*, & alios suos Complices, commissa fuerunt & perpetrata,

Quorum quidam in Regnum nostrum Angliæ se Retraxerunt,

Quorum etiam eorumdem Insurrectionum, Monopoliorum, & Conspirationum materiam fecimus examinari,

Nos,

Consideratis in hac parte Considerandis,

Volentes Misericordiam rigori Justitiæ anteferri,

De avisamento & assensu Concilii nostri, ac de Gratia nostra
* X. 548. speciali, & * ex mero motu nostro, *Remisimus & Pardonavimus* præfatis, *Petro*, *Matheo*, *Guillielmo*, & *Guilhelmo*, & aliis suis Complicibus, Insurrectiones, Monopolia, & Conspirationes prædicta, de quibus fuit & posset, per quoscumque, contra ipsos, aut eorum aliquem, fieri Prosecutio,

Ipsosque publicè ad suam *Bonam Famam* & *Statum pristinum*, ac ad Patriam, & Bona Sua *Restituimus* per Præsentes,

Quibuscumque Sententiis, per Officiarios nostros ibidem latis, & per Nos etiam Confirmatis, non obstantibus;

Ita semper quòd ipsi non intrent dictam Civitatem nostram Burdegaliæ, quousque Nobis placuerit superinde aliter ordinare, nisi fuerit per Licentiam Majoris aut Concilii nostri dictæ nostræ Civitatis pro tempore existentium.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vij die Aprilis.

Per Breve de PrivatoSigillo.

De Potestate Determinandi pro Servientibus Regis.

Ann. D. 1433. An. 11. H. 6. Pat. 11. H. 6. p. 1. m. 5. dors.

REX, dilectis & fidelibus suis, *Waltero Domino de Hungerford*, *Willielmo Phelip* Militi Camerario nostro, *Willielmo Porter* Militi, & *Radulpho Buteler* Militi, Salutem.

Monstraverunt Nobis & Consilio nostro, dilecti Servientes nostri, Armigeri, Clerici, Valetti, Garciones, & Pagetti, nuper de Hospitio Carissimi *Domini & Patris nostri Defuncti*, qualiter in Testamento ejusdem *Patris nostri* mentio facta existit quòd Armigeri, Clerici, Valetti, Garciones, & Pagetti, Familiares & cotidiè secum circa tempus Mortis suæ existentes, haberent & perciperent, Vigore Testamenti prædicti, Summam quatuor *Milium Librarum*, inter eos dividendam,

Quam quidem Summam *Quatuor Milium Librarum*, auctoritate ultimi Parliamenti nostri, dictis Servientibus, Familiaribus ad tunc in Hospitio *Patris nostri prædicti*, cum ipso toto tempore Mortis suæ existentibus, Concessimus solvendam,

Quæ quidem Solutio, absque auctoritate nostrâ in hac parte, perimpleri non potest sicut dicunt,

Nos igitur, ad Supplicationem prædictorum Servientium nostrorum, de avisamento & assensu Concilii nostri prædicti, Dedimus Vobis, Tribus, & Duobus vestrûm plenam Potestatem & Auctoritatem Determinandi, & per Scripturam, sub Sigillis vestris, Trium, vel Duorum vestrûm, Nominandi Nomina cujuslibet Armigeri, Clerici, Valetti, Garcionis, & Pagetti, ac etiam Ponendi quemlibet eorum ad Partem & Portionem suam Financiæ, Solutionis prædictæ, juxta statum in quo tempore prædicto extiterunt, necnon Nominandi, secundùm discretiones vestras, Summam, quam quilibet eorum pro Parte sua habebit, secundùm effectum & tenorem Testamenti supradicti.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xv die Aprilis.

Per Concilium.

De Liberatione Sigilli.

Ann. D. 1433. An. 11 H. 6. Claus. 11. H. 6. d.

MEMORANDUM *quòd*, *Vicesimo Secundo die Aprilis*, *Anno præsenti*, *inter Horam Sextam & Horam Septimam post Nonam*, Johannes Frank *Clericus*, *Custos Rotulorum Cancellariæ Domini Regis*, *prætextu cujusdam Brevis Regii sibi directi*, *recepit de* Johanne Stopyndon *Clerico*, *ex parte Domini Cancellarii Angliæ*, *Magnum Sigillum Regium de Argento*, *ad occupandum & excercendum idem Sigillum*, *prout idem Custodi per prædictum Breve præcipitur*,

Cujus Tenor sequitur in hæc verba,

Henricus, Dei Gratiâ, *Rex Angliæ & Franciæ*, & *Dominus Hiberniæ*, dilecto Clerico suo, *Johanni Frank*, Custodi Rotulorum Cancellariæ nostræ, Salutem.

X. 549. * Cùm Nos, de avisamento Concilii nostri, Appunctuaverimus & Ordinaverimus quod, carissimus Avunculus noster, *Hum*[...] stras liberet, seu liberari faciat, usque ad Reditum suum Custodiendum, ad finem & effectum quòd vos, in absentia sua, Sigillum illud occupare, & Executionem Rerum Justitiæ ac Cursus Cancellariæ nostræ prædictæ facere valeatis & excercere, prout decet,

Et ideò vobis Mandamus quòd Sigillum nostrum prædictum ab eo, qui illud vobis ex parte præfati Cancellarii nostri liberabit, recipiatis, & interim illud ad usum prædictum occupetis, & cætera Præmissa faciatis in forma prædicta, ac Sigillum prædictum eidem Cancellario nostro in Reditu suo Reliberetis.

Teste meipso apud *Westmonasterium*, decimo quinto die Aprilis, Anno Regni nostri Undecimo.

Per Breve de Privato Sigillo.

Et MEMORANDUM *quòd postea (videlicet) Vicesimo tertio die Maii tunc proximò sequente, inter Horam Decimam & Horam Undecimam ante Nonam*, præfatus Custos *reliberavit* præfato Cancellario, *in Camera sua*, *infra Hospitium suum*, *extra Barram Novi Templi Londoniæ*, *Sigillum prædictum juxta formam Brevis prædicti.*

Pro Nunciis Papæ.

Ann. D. 1433. An. 11. H. 6. Scot. 11. H. 6. m. 3.

REX per Literas suas Patentes, per Duos Menses proximò futuros duraturas, de avisamento & assensu Concilii sui, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Willielmum Croyser* Archidiaconum de Theudale, *Willielmum Turnbull* Cubicularium *Sanctissimi Patris Regis Papæ*, Scotos Nuncios ejusdem *Sanctissimi Patris Regis*, cum Quatuor Personis Scotis in Comitivâ suâ, extra Regnum Angliæ in Scotiam transeundo, & exinde versus præfatum *Sanctissimum Patrem nostrum*, per Regna & Dominia nostra, absque perturbatione sive impedimento quocumque, redeundo;

Proviso semper quòd iidem *Willielmus*, & *Willielmus*, & aliæ Personæ prædictæ benè & honestè se habeant & gerant erga Regem & Populum suum, absque aliquo, quod in Præjudicium seu Dampnum Regis aut Populi sui prædicti cedere valeat, faciendo vel attemptando,

Quodque ipsi nullum Castrorum, Fortalitiorum, vel Villarum Regis firmatarum, ingrediantur, absque eo quòd ipsi præsentes Literas Regis de salvo Conductu Capitaneis, Gubernatoribus, seu Custodibus eorumdem primitùs demonstrent.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo nono die Aprilis.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Episcopo Karliolensi ad Generale Concilium.

Ann. D. 1433. An. 11. H. 6. Franc. 11. H. 6. m. 6. * X. 500.

MArmaducus *Episcopus Karliolensis*, aliàs dictus *Marmaducus Lumley Episcopus Karliolensis nuper Persona Ecclesiæ de Stepenhith in Comitatu Middlesexiæ*, aliàs dictus *Marmaducus Lumley* * *Karliolensis nuper Persona Ecclesiæ de Stepenhith in Comitatu Middlesexiæ*, aliàs dictus *Marmaducus Lumley Episcopus Karliolensis Executor Testamenti Johannis Lumley* Militis, aliàs dictus *Marmaducus Lumnay Episcopus Karliolensis*, aliàs dictus *Marmaducus Lumney Episcopus Karliolensis*,

Qui, in Obsequium Regis & pro Clero Regni Regis Angliæ, ad *Generale Concilium Basiliense*, profecturus est, ibidem in eodem obsequio moraturus,

Habet Literas Regis de Protectione (cum Clausulâ *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Præs. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Abbate Glastoniæ, de Licentia exportandi.

Ann. D. 1433. An. 11. H. 6. Ibid. m. 9.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de avisamento & assensu Concilii nostri, Concessimus & Licentiam Dedimus *Nicholao Abbati Monasterii Glastoniæ*,

Qui, de Licentiâ nostrâ, ad *Generale Concilium Basiliense*, pro Clero Regni nostri Angliæ, profecturus est,

Quòd ipse Aurum & Argentum, tàm in Massâ, quàm Monetâ, ad Summam & Valorem *Quingentarum Librarum*, extra Regnum nostrum Angliæ ad usum suum secum ducere, & ad ipsum adduci & transmitti facere possit, absque impetitione, perturbatione, seu impedimento Nostri, Hæredum, seu Successorum nostrorum,

m. 7. Præf. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, septimo die Maii.

Per Billam de Privato Sigillo.

Ibid. • X. 551. *Ricardus Chestre*, Vicarius Ecclesiæ Parochialis Lancastriæ, aliàs dictus *Rector Ecclesiæ de South • Wollyngham in Comitatu Lincolniæ*,

Qui, in obsequium Regis in Comitivâ, Venerabilis in Christo Patris, *Roberti Episcopi Londoniæ*, versus *Generale Concilium Basiliense* profecturus est, ibidem in eodem obsequio moraturus,

Habet Literas Regis de Protectione (cum Clausula *Volumus*) per unum Annum duraturas.

Præsentibus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, quarto die Maii.

Per Billam de Privato Sigillo.

Ibid. *Abbas de Sancto Albano*,

Qui, de Licentiâ Regis, versus partes Transmarinas profecturus est,

Habet Literas Regis de Generali Attornato, sub Nominibus *Willielmi Tresham*, & *Johannis Hody*, sub alternatione, &c. in quibuscumque Curiis Angliæ, & ad instantiam, &c. per unum Annum duraturas.

Præf. &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, vicesimo nono die Aprilis.

Johannes Frank *Clericus recepit Attorneamentum usque Reditum Constituentis in Angliam.*

Idem Abbas, &c. ut supra usque ibi, sub Nominibus, *& tunc sic*, *Johannis Barton* de Comitatu Buks, & *Ricardi Byngham*, *&c. ut supra.*

Teste ut supra.

Johannes Frank *Clericus recepit Attorneamentum usque Reditum Constituentis in Angliam.*

Pro Abbate Glastoniæ versus Generale Concilium.

Ann. D. 1433. An. 11. H. 6. Ibid. m. 6. *Nicholaus Abbas Monasterii Glastoniæ*,

Qui, in obsequium Regis & pro Clero Regni sui Angliæ, ad *Generale Concilium Basiliense* profecturus est, ibidem in eodem obsequio moraturus,

Habet, *&c. ut supra.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, octavo die Maii.

Per Billam de Privato Sigillo.

Pro Decano Capellæ Ducis Bedfordiæ.

Ann. D. 1433. An. 11. H. 6. Ibid. Magister *Alanus Kirketon* Capellanus, aliàs dictus *Alanus Kirketon Clericus*, *Decanus Capellæ*, *carissimi Avunculi Regis, Johannis*, Gubernantis & Regentis Regnum Regis Franciæ, *Ducis Bedfordiæ*,

Qui, in Obsequium Regis, ad partes Regni Regis Franciæ prædictas profecturus est, ibidem in eodem Obsequio in Comitiva ejusdem Avunculi Regis moraturus,

Tom. IV. P. IV.

factæ, permaneant in suo robore,

Quas quidem Conditiones prædictus *Dux Aurialensis* Concessit & Promisit, & specialiter ad solvendum *præfato Johanni*, Hæredibus, vel Assignatis suis, ad Festum prædictum *Duo Milia Scutorum* in Auro, in casu quo Nos ipsum *Ducem Aurialensem* (cujus Prisonarius existit) ipsum ad hoc Licentiare vellemus,

Et ulterius Vult & Concedit quòd, eo non obstante, aliæ Promissiones, *prædicto Johanni* per antea factæ, sive sint Ore tenus, per Literas, Promissiones, seu Obligationes, fideliter observentur & vigore permaneant,

Nos, qui Deliberationem & Ereptionem prædicti *Thomæ* a Manibus Inimicorum nostrorum prædictorum nimium affectamus, Concessimus præfato *Duci Aurialensi*, Tenore Præsentium, Potestatem & Licentiam faciendi Promissiones & Obligationes prædictas, & quòd ipse solvat *præfato Johanni* dictam Summam *Duorum Milium Scutorum* ad Terminum supradictum, eo, quòd prædictus *Dux Aurialensis* Prisonarius noster existit, non obstante.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxvij die Maii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Indigena facto.

REX omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de Gratiâ nostrâ speciali, ac de avisamento & assensu Concilii nostri, in præsenti Parliamento nostro existentis, Concessimus, pro Nobis & Hæredibus nostris, dilecto Servienti nostro, Magistro *Johanni Rynel*, infra Regnum nostrum Franciæ oriundo, quòd ipse, pro Termino Vitæ suæ, sit verus Ligeus noster, Ann. D. 1433. An. 11. H. 6. Ibid. m. 10.

Et quòd ipse, de cætero, in omnibus & eodem modo teneatur, tractetur, & reputetur, sicut verus & fidelis Ligeus noster infra Regnum nostrum Angliæ oriundus,

Et quòd ipse Terras, Tenementa, Redditus, & alias Possessiones quascumque, in Feodo Simplici vel Talliato, ad Terminum Vitæ vel aliter, infra Regnum nostrum prædictum, seu alia Dominia nostra, Perquirere, ac ea Habere, Tenere, & Gaudere sibi, Hæredibus, & Assignatis suis Imperpetuùm,

Necnon omnimodas Actiones, tàm reales, quàm personales, seu Querelas quascumque, infra Regnum & Dominium nostrum prædicta, Habere & Placitare, ac in eisdem Placitari, Respondere & Responderi, ac Leges nostras, Franchesias, & Libertates nostras excercere, & eisdem gaudere possit, eodem modo & adeò liberè & integrè sicut aliquis Ligeorum nostrorum infra idem Regnum nostrum oriundus, absque impetitione vel impedimento Nostri, aut Hæredum nostrorum, seu Ministrorum nostrorum quorumcumque; dùm tamen idem *Johannes* Homagium Ligeum Nobis faciet.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, octavo die Julii.

Per ipsum Regem & Concilium in Parliamento.

Ac Duos Botellos de Argento,
Duos Pelves de Argento,
Duas Ollas de Argento,
Triginta Ciphos & Tria Coopertoria de Argento,
Tria Salaria Cooperta de Argento,
Et Unam Eweram de Argento ,

Ad Usum suum per Deputatos suos in Regno nostro Franciæ Empta, Eskippare possit absque impedimento vel perturbatione quacumque; aliquo Statuto seu Ordinatione, in contrarium factis, non obstantibus.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, decimo die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De Licentia pro L. Beaumont Alfritz de Navarra.

Ann. D. 1433. An. 11. H. 6. Ibid. m. 10.

REX Omnibus, ad quos, &c. Salutem.

Sciatis quòd, de avisamento & assensu Concilii nostri, de Gratiâ nostrâ speciali, Concessimus & Licentiam Dedimus, dilecto & fideli Militi nostro, *Loys de Beaumont* Alfritz de Navarre, qui infra breve in Aquitaniam transferre se proponit, quòd ipse secum trahere & adducere possit Platas & Jocalia sua de Auro & Argento; videlicet,

Ducentas Marcas Argenti,
Et *Duas Marcas Auri,*
Et *Unam Coleram de Auro & de Petris, Safiris, Rubies, & Perlles,*
Ac *Hernesia, Lectos,* & omnia Bagagia sua;

Aliquo Statuto sive Ordinatione, in contrarium facta, non obstante.

In cujus, &c.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, undecimo die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

De salvo Conductu.

Ann. D. 1433. An. 11. H. 6. Franc. 11. H. 6. m. 6.

REX, per Literas suas Patentes, per Tres Menses proximò futuros duraturas, de avisamento & assensu Concilii sui, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem & Defensionem suas speciales *Potton de Saintrailles*, Prisonarium carissimi & fidelis Consanguinei Regis *Comitis Warrewicæ*, in Regno Regis Angliæ ad præsens existentem, ac Quinquaginta Homines in Comitiva sua, Armatos, vel non Armatos, ad Transeundum, cum Bonis & Herneisiis suis quibuscumque, extra idem Regnum Regis versus Castrum Terrce, Chartres, Orleaunce, vel alibi ubi bonum sibi videbitur, ad Partem suam, per Potestates Regis, pro Redemptione & Financia suis quærendis, per Terram, & per Mare, &, si sibi placuerit, in idem Regnum Regis, absque perturbatione seu impedimento quocumque, durante præsenti salvo Conductu Regis, Redeundum;

Proviso semper, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxij die Julii.

Per Breve de Privato Sigillo.

---

* *De Liberando Cados Salmonum, Ducissæ Clarenciæ a Regina Scotiæ missos.* *X. 554.

Ann. D. 1433. An. 11. Claus. 11. H. 6. m. 5.

REX Collectoribus Parvæ Custumæ nostræ in Portu Civitatis nostræ Londoniæ, Salutem.

Mandamus vobis quòd, carissimæ Consanguineæ nostræ, *Margaretæ Ducissæ Clarentiæ*, sive ejus in hac parte Deputato, Duodecim Cados Salmonum Salsorum, eidem Ducissæ, per *Reginam Scotorum*, pro expensis Hospitii *ejusdem Ducissæ*, missos, sicut *Johannes Martyn* coram Nobis in Cancellaria nostra Sacramentum præstitit corporale, absque Custuma seu Subsidio indè ad opus nostrum solvendo Liberetis.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, septimo die Augusti.

agendis, & mutuis Suffragiis in adversis,

Considerantesque Nobilitatem Strenuam, Providentiam circumspectam, Gemmatam Morum, & Generis Claritatem, carissimi Consanguinei nostri, *Gastonis de Foix Comitis de Longeville, Capitalis de Buch*, necnon Labores, Sumptus, & Pericula, quibus, tàm, inclitæ recordationis, *Genitoris nostri*, quàm Nostris Temporibus, pro Juribus nostris tàm adquirendis, quàm adquisitis Defendendis, Personam suam adversus Hostes, Adversarios, & Rebelles nostros exposuit & submisit,

Ac sperantes quòd Honores adjecti tàm Probitatis quàm Dilectionis suorum penes Nos gratum adicient incrementum,

Habitis super hoc primitùs Deliberatione & Avisamento Magni Concilii nostri Franciæ, quæ per relationem carissimi Avunculi nostri *Johannis Regentis* Regnum nostrum Franciæ *Ducis Bedfordiæ* accepimus, de avisamento ac matura & communicata Deliberatione Concilii nostri Angliæ,

Ex causis præmissis, *ipsum Gastonem* in COMITEM DE BENANGES PRÆFECIMUS & CREAVIMUS de Gratia nostra speciali, sibi & Hæredibus suis, in legitimo Matrimonio procreatis, & in Obedientia nostra existentibus, Nomen & Omen Comitis dicti Loci de Benanges liberaliter Concedentes,

Et, ut *ipse Comes* & Hæredes sui, in legitimo Matrimonio procreati, juxta tanti Nominis & Honoris exigentiam, decentiùs, honorificentiùs, & meliùs valeant incumbentia ipsis Onera supportare, *Dedimus, Concessimus*, & hac præsenti Carta nostra, pro Nobis, & Hæredibus nostris, quantum in nobis est, *Confirmavimus* eidem Comiti & Hæredibus suis, in legitimo Matrimonio procreatis, & in Obedientia nostra existentibus, Loca & Placeas subsequentia; videlicet,

Medietatem de Sancto Basilio, unde una Medietas *præfato Comiti* pertinet, & alia Medietas *Francisco de la Bres* Militi, Avunculo jam *Domini de la Bret*, si Rebellis non fuisset, pertinuisset, & pertineret ut dicitur,

Medietatem de Lendaron quæ *prædicto Francisco* donec Rebellis erat, & alia Medietas *præfato Comiti* pertinebant ut dicitur,

Locum Dauros, qui est *ejusdem Comitis*, & quem Emit *de Menaldo de Fanas* Milite, qui Locus cuidam *Johanni de la* * *Sare* Defuncto, Capitaneo de la Reole, dùm vixit, solebat, ut fertur, pertinere, * X. 555.

Locum de Baires, quem prædictus Comes etiam tenet causâ cujusdam amitæ suæ, occasione Decem Milium Scutorum Auri, quæ dicta Amita sua (cujus *ipse Gaston* est Hæres ut dicitur) super Loco prædicto habuit,

Qui quidem Locus dicto *Domino de la Bret*, si in Obedientia nostra stetisset, pertineret, dùm tamen redderet decem milia Scutorum supradicta,

Quem quidem Locum carissimus Dominus & Pater noster Defunctus, vel saltem omne Jus quod ipse in eodem Loco habere potuit, causâ Rebellionis *Domini de la Bret*, contulit, ut dicitur, *præfato Comiti* pro Se & Hæredibus suis,

Locum etiam de Berteulli, qui, ut dicitur, solebat esse prædicti *Domini de la Bret*, qui olim Conquestus fuit per *Johannem Newfeulle* tunc Senescallum Aquitanniæ & Capitalem de Buch Patrem *prædicti Comitis*, & *eidem Capitali* per Progenitores nostros in Custodiam traditus; sic quòd, si prædictus *Dominus de la Bret* in Obedientiam nostram rediret, idem Locus sibi redderetur, super quo dicti tunc *Senescallus* & *Capitalis* tradiderunt suas Literas, Sigillis eorum sigillatas,

Ac etiam Loca de Sora & Castenave de Sernes, quæ tenuit dictus Dominus *de la Bret* Rebellis,

Non excedentia in Redditu seu Reventione ultra Centum Libras Sterlingorum,

Quæ quidem Loca *prædictus Comes* infra breve, ut asserit, in Obedientiam nostram Reducere & Redigere proponit Deo dante,

Concessimus, insuper, *præfato Comiti* Trescentas Libras Sterlingorum de Reventione, quolibet Anno Percipiendas & Habendas, super Conquestus, quos *idem Comes* super prædictis Rebellibus & Adversariis nobis faciet, aut fieri faciet vel procurabit,

Quæ quidem Loca omnia & singula supradicta, tàm sua, quàm alia sibi per Nos concessa, necnon Redditus Trescentarum Librarum prædictarum, de prædicto Comitatu de Benanges esse Volumus, & eidem Comitatui Unimus, Incorporamus, & Adjungimus,

Proviso semper quòd, si hujusmodi Hæredes non existant, quòd tunc Dignitas Comitis cesset, & sit Vicecomitatus eisdem modo & formâ sicut antea fuit, ac si Comes factus non fuisset, & quòd Loca prædicta non sint de Dominico nostro,

Et quòd *prædictus Comes*, quandocumque ex parte nostra aliquem Locorum hujusmodi, per Nos *eidem Comiti* Donatorum, deliberare fuerit requisitus, Locum illum, satisfacto sibi primitùs per Nos de Loco alio æquivalenti, nobis deliberet,

Et

Ann. D. 1433. An. 11. H. 6. Ex Autogr.

*K*AROLUS *Dux Aurelianensis & Valesii, Comes Astensis, Blesensis, & Bellimontis, ac Dominus Conciaci*, omnibus, ad quos præsentes nostræ Literæ pervenerint, Salutem.

Cùm sæpiùs per Nos Oblationes quædam, sub certa distinctione Articulorum, Christianissimo & Serenissimo Principi, Domino meo *Henrico, Francorum & Angliæ Regi*, ac *Domino Hiberniæ*, in scriptis porrectorum, nostro mero motu, ac purâ, liberâ & spontaneâ voluntate, absque Suasione, Petitione, vel Inductione ipsius Domini mei Regis, aut suorum, factæ fuissent,

Et dicto Domino meo Regi per Nos cum omni instantiâ creberrimè supplicatum ut,

Consideratâ prolixâ nostrâ captivitate, qua jam, a nonnullis Annis, apud, inclitæ recordationis, Invictissimum Principem, Patrem dicti Domini mei Regis, & eundem Dominum meum Regem, tenebamur & tenemur de præsenti,

Humanitatu intuitu ac illius sincerissimi ac singularissimi desiderii, quo flagramus ad diligens & fidele obsequium omni posse nostro dicto Domino meo Regi impendendum, sive promovendo & procurando Pacem inter eum & *Karolum Delphinum* ejus Adversarium, sive faciendo per Nos & Nostros eidem Domino meo Regi alia quæ ad nostrum Honorem pariter & Commodum cedere possent,

Dignaretur sua Serenitas Oblationes nostras infrascripeas benignè tàm respicere quàm admittere, & nostræ Liberationi, consideratione Præmissorum, præsertim per Medium Oblationum prædictarum, per nos, Deo duce, fideliter implendarum, intendere gratiosè,

Eodem tandem *dicto Domino meo Rege*, de avisamento & assensu carissimorum Patruorum suorum *Bedfordiæ & Gloucestriæ Ducum*, ac Reverendissimi in Christo Patris *Cardinalis Angliæ*, necnon cæterorum Consiliariorum suorum in Anglia, nostris humilibus Instantiis, Precibus, & Requestis annuente & inclinato, inter eundem Dominum meum Regem & Nos Appunctuatum, Conventum, & Concordatum fuit & est in eum qui sequitur modum,

INPRIMIS, si placeat præfato Domino *Henrico Franciæ & Angliæ Regi*, & sibi expediens videatur, quòd primitùs & ante omnia ad Bonum Pacis suorum Franciæ & Angliæ Regnorum per Tractatum diligentem efficaciter intendatur: & committere velit aliquos Dominos sui Sanguinis ac alios de Concilio suo, Instructos de sua Intentione super Materia dictæ Pacis, qui ultra Mare, in Calesio, aut alio Loco congruo, præsertim ut in Normannia, ubi suæ placuerit Serenitati, conveniant: Et Nos cum eis illo vadamus in Persona circa Decimum quintum Diem Mensis Octobris primò venturi, vel alio fortassis Die ad hoc præfigendo, Laborabimus & Efficiemus quòd, Die & Loco prædictis, sic assignandis, personaliter convenient Domina, Domini, & Magnates qui sequuntur; videlicet,

Si casu aliquo in Normannia fiat memorata Conventio,

Regina Cecilia,
Karolus ejus Filius,
Dux Britanniæ,
Arthurus & Ricardus de Britannia, ejusdem Ducis Fratres,
Dux quondam Alenconii,
Comites Armigniaci, Fuxi, Perdriaci,
Remensis seu Ebredunensis Archiepisc.
Karolus de Borbonio Duci Borbonii Filius,
Et *Episcopus Belira*.

Si verò in Calesio jam dicta Conventio fiat, venient & aderunt ibidem in Personis, omnes & singuli supradicti, præter *Reginam supradictam*, ac *Ducem Britanniæ*, & *Comitem Armigniaci* prædictos, quos ob causas legitimas non putamus usque ad dictum Calesii Locum posse personaliter proficisci:

vivere & mori,

Et quòd nunquam habebimus, tenebimus, aut reputabimus, aliquem pro *Rege Franciæ*, nisi præfatum *Dominum meum Henricum*, & Hæredes suos, nec ulli unquam obediemus, tanquam *Regi Franciæ*, nisi eidem *Domino meo Henrico Regi* & Hæredibus suis.

ITEM, quòd, si contingat per Media & Labores nostros Pax antedicta suum non sortiretur effectum ut præmittitur, Offerimus & Promittimus facere & adimplere omnia & singula contenta & expressa in Articulis qui sequuntur,

INPRIMIS quòd, ubi & quando, pro Parte dicti Christianissimi Principis *Henrici Franciæ & Angliæ Regis Domini mei Supremi*, erimus requisiti, præstabimus & faciemus eidem Domino meo *Henrico Regi* (quem Scimus & Recognoscimus *verum Franciæ & Angliæ Regem*) Homagium ligeum ut *vero Regi Franciæ*, & erimus ejus ut *Regis Franciæ* fidelis Homo & ligeus Subditus & Hæredum suorum, ad Vivendum & Moriendum cum eis, & quolibet eorum pro suo tempore, contra omnes Homines qui possunt vivere & mori; & quòd nunquam habebimus, tenebimus, aut reputabimus aliquem pro *Rege Franciæ* nisi præfatum *Dominum meum Henricum* & Hæredes suos, nec ulli unquam obediemus, tanquam *Regi Franciæ*, nisi prædicto *Domino meo Henrico Regi*, & Hæredibus suis.

ITEM, & Faciemus quòd omnes & singuli Subditi nostri Recognoscent præfatum Dominum meum *Henricum Regem verum Franciæ & Angliæ Regem*, & præstabunt & facient eidem Domino meo *Henrico Regi* Homagium ligeum, & jurabunt ac promittent quòd erunt Homines ligei & fideles Subditi ejusdem Domini mei *Henrici Regis*, ut *veri Regis Franciæ*, & Hæredum suorum, ad Vivendum & Moriendum cum eis, & quolibet eorum pro suo tempore, contra omnes Homines qui possunt vivere & mori.

Et quòd nunquam habebunt, tenebunt, aut reputabunt aliquem pro *Rege Franciæ*, nisi præfatum Dominum meum *Henricum Regem* & Hæredes suos, nec ulli unquam obedient, tanquam *Regi Franciæ*, nisi eidem Domino meo *Henrico Regi* & Hæredibus suis.

ITEM, quòd, si qui Subditorum nostrorum noluerint præstare & facere Homagium ligeum præfato Domino meo *Henrico Regi*, & eum sic ut præfertur Recognoscere pro *vero Rege Franciæ & Domino eorum Supremo*, ac promittere quòd erunt Homines ligei & fideles Subditi ejus ut *veri Regis Franciæ* & Hæredum suorum, modo & formâ superius expressis, Nos *Karolus prædictus*, si eos unquam aliquo tempore in nostra Potestate fore contigerit, eosdem detinebimus seu faciemus detineri puniendos ut Rebelles ipsius Domini mei *Henrici Regis*: Et, si nos *prædictus Dux* ipsos apprehendere nequiverimus, illos, ut Rebelles dicti Domini mei *Henrici Regis &* ut Inimicos & Hostes nostros, reputabimus, habebimus, & prosequemur, & omnia Bona eorum Mobilia & Immobilia Confiscari & Confiscata detineri faciemus & procurabimus, applicanda ei * ad quem de Jure vel Consuetudine Regni Franciæ applicari debent & pertinere. * X. 558.

ITEM, quòd Nos *Karolus antedictus* faciemus quòd *Johannes Dux Alenconii*, *Comes Armigniaci*, & Frater ejus *Comes de Perdriaco*, necnon Frater noster *Angolismensis*, Et generaliter alii Amici nostri de Regno Franciæ, similiter Recognoscent præfatum Dominum meum *Henricum Regem verum Franciæ & Angliæ Regem*, ac præstabunt & facient eidem Domino meo *Henrico Regi* Homagium ligeum,

Et jurabunt ac promittent quòd erunt Homines ligei & fideles Subditi ejusdem Domini mei *Henrici Regis* ut *veri Regis Franciæ* & Hæredum suorum, ad Vivendum & Moriendum cum eis, & quolibet eorum pro suo tempore, contra omnes Homines qui possunt vivere & mori,

Et quòd nunquam habebunt, tenebunt, aut reputabunt aliquem

... per Nos Oblatorum & Promissorum, in eventum quo Pax prædicta modo præmisso non fieret & haberetur, necnon sequentium Articulorum, in hiis Literis nostris contentorum, Ponemus seu Poni faciemus, realiter & de facto, in Manum dicti Domini mei *Henrici Regis*, & potissimè Villas, Castra, & Loca de *Bloys*, *Chasteaudum*, & Laferte Milon, quæ quidem usque ad tempus Liberationis nostræ Personæ custodient Servientes quos dictus *Dominus meus Rex* ad hoc voluerit appunctuare & ordinare; videlicet, usque ad Numerum Quinquaginta Hominum Armorum, & Centum & quinquaginta Hominum ad Tractum, solvendorum seu stipendiorum de & super Appatissamentis, capiendis & levandis in Terris, Patriis, & Dominiis Inimicorum & Rebellium præfati *Domini Regis* ultra flumen Ligeris: Quod, si non possent Appatissamenta hujusmodi ad hoc sufficere, solvetur & stipendiabitur numerus Gentium prædictarum, de Reliquo, super & de Redditibus & Proventibus Terrarum & Dominiorum nostrorum, in Regno Franciæ prædicto existentium.

ITEM, quòd nonnulla Civitates, Villas, & Castra, quæ non fuit de Dominio nostro, & nominatim quòd Villas, Castra, & Fortalitia de *la Rochelle* & de *Mont Saint Michiel* faciemus se Ponere in Manum, Obedientiam, & Subjectionem præfati Domini nostri mei *Henrici Regis*, & quòd Occupatores, Habitatores, & Incolas eorundem faciemus Recognoscere ipsum Dominum meum *Henricum Regem* pro VERO REGE FRANCIÆ & Domino eorum Suppremo.

ITEM, Quòd Villas de *Lymoges*, *Zaintes*, *Bourges*, *Chinon*, *Poutiers*, *Tournay*, *Toxis*, *Besiers*, & *Leches* faciemus se Ponere in Manum, Obedientiam, & Subjectionem præfati Domini mei *Henrici Regis*, & quòd Occupatores, Habitatores, & Incolas faciemus Recognoscere ipsum Dominum meum *Henricum Regem* pro VERO REGE FRANCIÆ ET DOMINO EORUM SUPPREMO.

Et quòd, si qua seu quod Villarum, Castrorum, seu Fortalitiorum prædictorum, in præsenti Articulo descriptorum, quovis obstaculo impediti, non poterimus in Manum dicti *Domini mei Regis* Ponere, aut si quam seu quod eorumdem Villarum, Castrorum, seu Fortalitiorum contingat alio modo seu per ali   in Manum dicti *Domini mei Regis* pervenire, Nos, vice & loco illius, Ponemus, seu poni realiter faciemus & de facto, in Manum ejusdem Domini mei *Henrici Regis* aliam seu aliud Villam, Castrum, sive Fortalicium in Regno Franciæ, æquè necessarium, accommodum, & utile eidem Domino meo *Henrico Regi*, de qua seu quo meritò debebit contentari, nec intelligendum est quod pro præfatis Villis & Fortalitiis *de la Rochelle* & *Mont Saint Michiel* fiat, vice & loco eorumdem aut alterius ipsorum, de aliis Civitatibus, Villis, sive Castris, aut Fortalitiis Commutatio qualiscun-
*X. 559. que; * sed eadem Loca *de la Rochelle & Mont Saint Michiel*, realiter & de facto, in Manum dicti Domini mei *Henrici Regis* ponemus, trademus, & liberari faciemus.

ITEM, dùm venerit opportunitas ponendi, per Medium nostrum, in Manum præfati Domini mei *Henrici Regis* aliquem de Locis prædictis, sive sit Civitas, aut Villa, seu Castrum, opportunitatem hujusmodi præfato Domino meo *Henrico Regi* aut ejus Concilio notificabimus ipsum de Numero Gentium & de temporibus congruis pro Recipiendo, Nomine dicti *Domini mei Regis*, Locum hujusmodi;

Et, si contingeret (quod absit) quòd Locus, ad quem Gentes præfatæ sic mitterentur, non esset dictis Gentibus per Nos seu Nostros Liberatus, & in Manum præfati Domini mei Regis, realiter & de facto, sine fraude & malo Ingenio, Traditus & Positus, Stipendia seu Vadia eo Casu refundere & solvere promittimus, quæ Gentibus antedictis, sic incassum laborantibus & transmissis, tradita essent & soluta, unà cum Expensis & interesse ob inde consequutis; Pro quorum Refusionis & Solutionis Securitate Promittimus etiam eidem *Domino meo Regi* tales dare Obsides sive Fidejussores, de quibus meritò debebit contentari.

ITEM, quòd, si & quatinus præfatus *Dominus meus Rex*, de sua Regali Munificentia, Nobis Donare velit & largiri aliquas Terras, Possessiones, seu Dominia, infra suum Regnum Angliæ, Nos, pro hujusmodi Terris, Possessionibus, seu Dominiis, deveniemus Homo ligeus & fidelis Servitor ac Subditus ipsius Domini mei *Henrici Regis*, ut *veri Regis Angliæ*, & Hæredum suorum.

ITEM, quòd totis viribus, ac quibuscunque viis & modis, & omni posse nostro, Nos *Karolus antedictus* Procurabimus, Faciemus, Operabimur, & Agemus ad hoc, quod quicunque Domini, Spirituales & Temporales, & aliæ inferioris Statûs Personæ, ac omnia Patriæ, Terræ, Dominia, Civitates, Villæ, & Loca dicti Regni Franciæ, quæ præfato Domino meo *Henrico Regi* non obediunt sive non subiciuntur, se ponent in Obedientiam, Ligeantiam, & Subjectionem ejusdem *Domini mei Regis*, similibus modo & forma prout de aliis superiùs est expressum; & quòd omnia ... bene & fideliter perimplendorum, & pro declarando Intentionem nostram quam gerimus ad benè & fideliter Serviendum eidem Domino meo *Henrico Regi*, Promittimus Nos *Karolus prædictus* quòd in dicto Regno Angliæ continuè, ad Dispositionem dicti *Domini mei Regis*, & Concilii sui, & Hæredum suorum, permanebimus, absque eo quòd indè aliquatenus recedemus donec Præmissa, ut præfertur oblata per Nos & promissa, fuerint perimpleta & stabilita, nisi eidem *Domino meo Regi* seu Hæredibus suis expediens videbitur & æquum pro Nobis, liberam per suas Literas Patentes, Magno Sigillo suo sigillandas, concedat seu concedant facultatem ab eodem Angliæ Regno Nos divertendi.

ET PRO PRÆMISSIS, sic ut præmittitur per Nos implendis, exequendis, & stabiliendis, præfatus Christianissimus Princeps Dominus meus *Henricus Rex* Convenit, Concessit, & Promisit, Concedit & Promittit quod Amicos & Subditos nostros quoscunque de Regno Franciæ, ad Obedientiam, Ligeantiam, & Fidelitatem ipsius *Domini mei Regis* & Hæredum suorum sic ut præfertur per Nos Inducendos, ad hoc recipiet & admittet; & eosdem, postquam se Ligeos & Subditos suos declaraverint, & Homagium ligeum sibi fecerint, ut veros & fideles Homines Ligeos & Subitos suos, salvis Subscriptis, habebit, * tenebit, tractabit, *X. 560.
& faciet pertractari; Exceptis (videlicet) illis qui Necis *Johannis quondam Burgondiæ Ducis* culpabiles extiterunt:

Et quod præfatis Amicis & Suditis nostris, postquam sic ut præfertur Homagium ligeum sibi fecerint, Restituet Terras, Hæreditates, sive Dominia, infra Obedientiam ejusdem Domini mei Regis existentia, quæ ad eosdem, ante Ingressum, Inclitæ Recordationis, præfati Invictissimi Principis *Patris ipsius Domini mei Regis* in Regnum Franciæ, ad ipsos spectabant; vel saltem concedet eisdem quod ipsi Terras, Possessiones, seu Redditus æquivalentes, super Rebelles & Inobedientes suos, infra Regnum suum Franciæ, extra tamen Ducatum Normanniæ, acquirere poterint, iidem Amici & Subditi nostri; & easdem sic acquisitas sibi & Hæredibus suis imperpetuum, in Recompensationem dictarum Terrarum, Hæreditatum, sive Dominiorum quæ prius obtinebant, habere & retinere; faciendo & præstando Debita seu Demerita, quæ præfato *Domino meo Regi* aut aliis de Jure seu Consuetudine Locorum facere debent & præstare: Et in cæteris gaudebunt Beneficio Tractatûs *Pacis finalis*, inter, Inclitæ memoriæ, Dominos *Karolum & Henricum, quondam Franciæ & Angliæ Reges*, nuper Defunctos, Facti, Initi, & Habiti; dummodo priùs præstiterint Juramentum de Observando fideliter, quantum ad eos spectaverit, Præmissa atque singula contenta in Tractatu dictæ Pacis.

ITEM, quòd Civitates, Villas, & Loca, per Nos, sic ut præmittitur, ad Ligeantiam, Obedientiam, Subventionem, & Fidelitatem dicti Domini mei *Henrici Regis* Inducendas, idem Dominus meus Rex, salvis suprascriptis, Manutenebit & conservabit, ac manuteneri & conservari faciet, in eorum Juribus, Libertatibus, &   prout Reges Franciæ, Progenitores ejusdem Domini mei Regis, manutenere debebant & conservare.

ITEM, quòd Nobis *Karolo Duce antedicto* Præmissa omnia & singula, per Nos Oblata, Concordata, & Præmissa, sic ut præmittitur supplentibus & stabilientibus, nec præfatus Dominus meus *Henricus Rex*, nec aliquis Hæredum suorum, quamcunque aliam Financiam, pro Redemptione nostra a captivitate nostra quâ tenemur, exiget aut petet quovismodo; sed Nos habere debebit, quoad hujusmodi Finantiam, Liberum & Quietum.

ITEM, quòd Præmissis, Oblatis & Promissis, per Nos, ex parte nostra, debitè demandatis, perimpletis, & stabilitis, vel antè si, nostris Obsequiis hoc promerentibus, eidem *Domino meo Regi* seu Concilio suo Angliæ videbitur expedire, Ipse *Dominus meus Rex* Nos recipiet & admittet ad Homagium ligeum, in forma superiùs specificata suæ Serenitati impendendum:

Et, Homagio ligeo hujusmodi sic per Nos sibi facto, suum verum Hominem ligeum & Subditum tenebit, tractabit & habebit; proviso semper & intellecto quòd, per Præmissa, aut eorum aliquod, sub quacunque verborum serie vel generalitate, in quovis Subscriptorum Articulorum exprimatur, non censebitur nec censetur *dictus Dominus meus Rex* Concedere, nec in eisdem contineri, velle, aut comprehendere Restitutionem aliquarum Terrarum, Possessionum, aut Jurium, per, inclitæ Recordationis, Dominum *Henricum Regem Patrem suum* Defunctum, seu per ipsum *Dominum meum Regem*, aut ejus Nomine vel Auctoritate, post Obitum dicti Patris sui, in Regno Franciæ seu Ducatibus Normanniæ vel Aquitanniæ Conquisitarum, Concessarum, Donatarum, seu quovis Titulo Alienatarum, nec aliquid quod quovismodo obviare possit, contravenire, seu contradicere cuicumque comprehenso in Tractatu *Pacis finalis prædictæ*, aut in Articulo suprascripto (qui sic incipit) Item, *pro securitate omnium Præmissorum, &c.*

Quinymo vult & intendit idem *Dominus meus Rex* quòd omnia & singula habeantur pro nominatim salvis & expressis.

Quæ

Croix, Legat Apostolique envoie es Parties de France, depar nostre *Saint Pier le Pape*, pur trouer Moien de Paix en noz Royaumes de France & d'Engleterre, nous ent fait savoir, Comment *le Dalphin de Viennoys*, nostre Adversaire desirit estre oultre la Meer, en aucun Lieu, en nostre Roiaume de Fraunce, aucuns des Seignurs de Fraunce, detenus Prisonners en cest nostre Royaume d'Engleterre, pur avoir leur Conseil & Consentement, & plus seurement proceder au Bien d'icelle Paix, les queix, & par especial noz Cousins les *Ducs d'Orleans* & *de Burbon*, feismes Mener & Conducer jusques a Dovorre, prouchein Lieu de Caleys, & ce signifier au *dit Dalphin*, ou a ses Gens, des quelles n'avons eu sur ce aucune Respounce, par quoy ne s'en est ensuy aucun Fruit desire,

Et depuis n'agueres, nostre beau Cousin, *le Duc d'Orleans*, desirant, sicome il dit, le Bien d'icelle Paix, se soit a Nous offert de soy employer effectuelment au Bien de la Paix Generale de noz Royaumes de Fraunce & d'Engleterre, & de faire diligence, a luy possible, de faire venir pardevers luy, en nostre Ville de Caleys, se c'est nostre Plaisir, plusieurs des Parens & Amys & autres Notables Hommes des Gens & Counsail du *dit Daulphin*, & de luy, pur Convenir & Assembler, a l'effect dessuisdit, en ycelle Ville, environ le xv jour d'Octobre prouchein venant, ovec certeins Seigneurs de nostre Sang & Lignage, & autres Notables Persones Ecclesiastiques & Seculers de noz ditz Royaumes & Counseills, se au dit Lieu & jour nous plaist yceulx envoier & fair entendre au Bien dessuisdit, & auxi Donner noz Lettres de Saufconduit tant a leur ditz Parentz & Amiz comme a Ceux de leur Counseils, qui vendront pur la Matier dessuisdite au dit Caleys,

Savoir faisons que Nous,

Qui tous jours, pur Reverence de nostre Seignur, & Relevement, Tranquillitee & Repos de Poeple Christien, avons este, sicome encors sommes, prestz & enclins de vacquer, & faire entendre & vacquer, effectuelment, par tous bons & raisonables Moiens, au Bien d'icelle Paix,

Avons Voulleu, Ordenne, & Appointe que Journee soit tenue, au dit Lieu de Caleys, sur la Matiere dessuisdite, Environ le dit xv jour d'Octobre prouchein venant,

Aus quelles Lieu & Jour envoierons aucuns Seignurs de noz ditz Sang & Lignage, Prelats & autres Notables Parsonnes de noz ditz Royaumes de France & d'Engleterre, & en leur Compagnie nostre dit *Cousin d'Orleans*, pur Convenir, Besoigner, & Entendre au Bien de la dite Paix ovec ses ditz Parens & Amys & autres Personnes des Gens & Consail *du dit Daulphin*,

Et, pur ceo que ycellui *nostre Cousin d'Orleans* nous a certene que Tel a Volente, entention, & desir de venir, pur le Bien de la Matiere dessuisdite, pardevers luy au dit Caleys, mais que de Nous ait noz Lettres de seure & Saufconduit, Nous, par consideration & en favour de la dite Paix, & a la Requeste de nostre dit *Cousin d'Orleans*, avons Donne & Ottroye, Donnons & Ottroions, par cestes Presentes, au dit Tiel & a Personnes en sa Compaignie, & au dessoubz, Gens d'Esglise, Gentils Hommes, ou autres de quecunque estat ou condition q'ils soient, pur venir, de leur Lieu & Partie, en nostre dicte Ville de Caleys, pur la Matiere dessuisdite, par Meer, par Terre, ou par Revere, a Chival, ou a Pee, en
*X. 562. Litiere, ou Chariot, * Armez, ou Desarmez, de Jour, & de Nuyt, y Demorer & Sojourner, & Retourner en lour Lieu & party seurement & plaisiblement,

Si vous Mandons, Commandons, & Enjoignons expressement, & a chescun de vous, sicome a lui appartendra, que le dit Tiel & ceux de sa dite compagnie, jusques au dit Nombre, & au dessoubz, vous faites, souffrez, & lassez Venir, Passer, Repasser, Sojourner, Demorer & Retourner, par Meer, par Terre, & par Revere, de Jour & de Nuit, a Cheval ou a Pee, en Litiere, ou Chariot, Armez, ou Desarmez, seurement & paisiblement, sanz faire, mettre, ou donner, ne soeffrir estre fait, mis, ou donne au dit Tel, ne a quelconque Personne de sa dite Compaignie du

Et, au regard de la Riviere de Somme, serront tenus de passer par Piquegny ou Blanquetaque ou autre Passage a guey sur icelle Riviere saunz Forteresse, purveu que, en passant par noz Villes fermees & Forteresses, Ilz ne treuvent Gens de lour Partie es dites Villes & Forteresses, aians sauf Conduit de Nous, outre Cent Personnes & Cent Chivalx a une foiz,

Et qu'ilz ne serront ou purchaseront chose qui soit a nous ne a noz loialx Subgez & obeisantz contre prejudiciable ou dommagable,

Et s'il advenoit que aucun d'eux enfraignist cest present sauf Conduit, Nous ne volons lui Fraction prejudicier que a lui Fracteur ou Infracteurs seulement,

Ces Presens jusques au Primer Jour de Januer prouchain venant Demourer en leur force & vertue, & apres non valables.

Donne en *nostre Palais de Westm.* le xv Jour d'Aoust, l'An de Grace M CCCC xxxiij, & de nostre Regne l'Unzisme.

Per Breve de Privato Sigillo.

Consimiles Literas Regis Patentes de salvo Conductu habent subscripti per idem Breve sub eadem Data; videlicet,

La Royne de Cicile ii C. *Chivaulx.*
Charles Dauson Lx. *Chivaulx.*
Jehan qui se dit Duc d'Alencon C. *Chivaulx.*
Artur de Bretayne C. *Chivaulx.*
Rabard son Frere L. *Chivaulx.*
Charles de Burbon soy disant Conte de Cletemont iiii xx. *Chivaulx.*
Le Bastard d'Orleans lx. *Chivaulx.*
Le Conte de Armignac C. *Chivaulx.*
Le Conte de Foix C. *Chivaulx.*
Le Conte de Perdriac Lx. *Chivaulx.*

Consimiles Literas Regis Patentes de salvo Conductu habent subscripti, per idem Breve sub eadem Data; videlicet,

*Maistre Regnault de Chartres Arcevesque * de Rems ou Deimbruis.* *X. 563.
xl. *Chivaulx.*
Levesque de Beauvaiz xx. *Chivaulx.*
Maistre Robert de Rouures Evesque de Magloyne xx. *Chivaulx.*
L'Evesque de Besiers xx *Chivaulx.*
La Hire xx. *Chivaulx.*
Pon de Sainteraille xx *Chivaulx.*
Le Sire de Buel x. *Chivaulx.*
John de Rouchechouart Chivaler viii. *Chivaulx.*
L'Abbe de Saint Louier de Bloiz vi. *Chivaulx.*
Maistre Jehan de Refuge Docture en Loix iv. *Chivaulx.*
Maistre Jehan Sauvage iv. *Chivaulx.*
Jehan le Mercier iii. *Chivaulx.*
Huet de Saint Marc Escuier v. *Chivaulx.*
Maistre Hugues Perrere iv. *Chivaulx.*
Alardin de Monsay v. *Chivaulx.*
Guille Belier Escuier iv. *Chivaulx.*
Maistre Jaques Porret iii. *Chivaulx.*
Guille de Layr iii. *Chivaulx.*
Jehan de Mouey iii. *Chivaulx.*
Jehan de Saveuses v. *Chivaulx.*
Benoit de Vaulx ii. *Chivaulx.*
Jehan le Noir iii. *Chivaulx.*
Maistre Jehan Fuselier vi. *Chivaulx.*
Denisot Rogier iii. *Chivaulx.*

Pro

bonis, & Hernesiis suis licitis quibuscumque, tam per Mare, quàm per Terram, absque Perturbatione vel Impedimento quocumque transeundo; *&c. prout in similibus de Conductu Literis.*

In cujus rei testimonium has Literas nostras fieri fecimus Patentes, usque Primum Diem Januarii proximò futurum duraturas.

Teste meipso apud *Westm.* decimo tertio die Octobris, Anno Regni nostri duodecimo.

Per Concilium.

Pro Imperatore Sigismundo.

Ann. D. 1433. An. 12. H. 6. Bibl. Cotton. Cleopatr. F. 4. *Vicesimo Tertio die Octobris, Anno duodecimo*, apud Westmonasterium Concessum fuit, per Dominos de Concilio, quòd fiat Warrantum Custodi Magnæ Garderobæ Regis, qui nunc est, vel qui pro tempore fuerit, de Deliberando *Imperatori* Annuatim Liberaturam, pro sua Roba de Garterio, suo Statui condecentem, Habendam de Dono Regis.

Pro Egidio de Britannia.

Ann. D. 1433. An. 12. H. 6. Bibl. Cotton. Cleopatr. F. 4. *Sexto Die Novembris, Anno Duodecimo*, apud Westmonasterium, Concessum fuit, per Dominos de Concilio Regis, quòd fiat Warantum Thesaurariis de Scaccario, de Solvendo *Egidio Filio Ducis Britanniæ*, existenti circa Personam Regis; videlicet,

Pro Festo Sancti Michaelis ultimo præterito *Cxxv. Marcas.*

Et pro Festo Paschæ proximò futuro *Cxxv. Marcas.*

Et sic de Solvendo annuatim *prædicto Egidio* consimiles Summas ad Festa consimilia, quamdiu Regi placuerit, ac habendas de Dono Regis, de Thesauro suo, pro Privatis Expensis suis & Servientum suorum; aliquibus Restrictionibus, in contrarium factis, non obstantibus.

---

*X. 564. * *Pro Custodia Ducis Aurelianensis.*

Ann. D. 1433. An. 12. H. 6. Ibid. *Undecimo Die Novembris, Anno Duodecimo*, apud Westmonasterium, Concessum & Concordatum fuit, per Dominos de Concilio, quòd fiat Warantum Thesaurario & Camerariis de Scaccario, de Solvendo *Willielmo Comiti Suffolciæ* (cui Rex nuper commisit Custodiam carissimi Consanguinei sui *Ducis Aurelianensis*) a xxix Die Augusti Anno Regni Regis Decimo (quo Die *dictus Comes* recepit *dictum Ducem* in Custodiam suam) usque nunc, secundùm Ratam xiv *s.* iv *d. per Diem*, & sic de cætero, de tempore in tempus, quamdiu *dictus Comes* habuerit Custodiam *Ducis prædicti*, Habendos, de Dono Regis, de Thesauro suo, per viam Regardi, pro grandibus Laboribus & Expensis, quas *idem Comes* habuit & sustinuit, & quos ipsum oportebit sustinere circa Custodiam *Ducis supradicti*, pro tempore quo steterit in eadem; aliquibus Restrictionibus, &c. factis, non obstantibus.

Pro Damnificatis contra formam Treugarum Scotiæ.

Ann. D. 1433. An. 12. H. 6. Claus. 12 H. 6. m. 18. d. REX Vicecomiti Eborum, Salutem.

Cùm, inter Commissarios nostros & Commissarios *Regis Scotorum*, Concordatum existat quod, pro plena Reformatione quorumcumque Attemptatorum,

Per Terram & per Mare factorum, a tempore præsentium Treugarum inter *Nos* & *dictum Regem Scotorum* nuper captarum, & adhuc durantium,

Facienda, iidem Commissarii, vel alii Domini Status utriusque Regni, modo mansueto cum potentia sufficienti Nostri ac dicti Regis Scotorum, apud Redenburn, vel aliquem alium Locum ante dictum Festum Conceptionis, Nomina & Querelas suas eidem *Priori* ibidem liberaturi & declaraturi,

Ac etiam coram Commissariis prædictis, apud dictam Villam de Redenburn, seu aliquem alium Locum ut præmittitur concordandum, dicto die Lunæ, pro Reformatione Dampnorum & Gravaminum suorum in hac parte habitorum, coram præfatis Commissariis prosecuturi, si sibi viderint expedire; & hoc nullatenus omittas.

Teste Rege apud *Westmonasterium*, Decimo sexto die Novembris.

De Salvo Conductu.

REX, per Literas suas Patentes, per Tres Menses proximò futuros duraturas, de avisamento & assensu Concilii sui, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, Fratrem *Andream Meldrum* Militem, Ordinis Hospitalis Sancti Johannis Jerusalem in Scotia, Ann. D. 1433. An. 12. H. 6. Scot. 12. H. 6. m. 6.

Qui jam tardè venit, de *Magistro & Conventu de Rodes*, super certis Negotiis * Necessariis, Religionem suam concernentibus, *X. 565.

In partibus Flandriæ ad præsens existentem, in Regnum Regis Angliæ, cum Sex Personis & Sex Equis in Comitiva sua, ac Bonis & Hernesiis suis licitis, veniendo, ibidem morando, Diebus & Noctibus expectando, & extra idem Regnum salvò & securè versus dictas partes Scotiæ vel Flandriæ, quotiens sibi placuerit, durante præsenti salvo Conductu Regis, absque impetitione seu perturbatione quacumque, transeundo & reveniendo;

Proviso semper, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, xxi die Novembris.

Per Breve de Privato Sigillo.

Pro Nuncio a Concilio Basiliensi.

Vicesimo quarto die Novembris, Anno Duodecimo, apud Westmonasterium, in Camera Stellata, Concordatum fuit, per Dominos de Concilio, quòd, Venerabilis in Christo Pater, *G. Landensis Episcopus*, missus ad Dominum Regem a *Concilio Basiliensi*, haberet, ex Dono Regis, per viam Regardi, *Centum Marcas* de Thesauro Regis, Ann. D. 1433. An. 12. H. 6. Bibl. Cotton. Cleopatra F. 4.

Et quòd inde Custos Privati Sigilli faciat Warantum Thesaurario & Camerariis, de Solvendo *eidem Episcopo* prædictas *Centum Marcas.*

De Salvo Conductu.

REX, per Literas suas Patentes, per Sex Menses proximò futuros duraturos, de avisamento & assensu Concilii sui, suscepit in salvum & securum Conductum suum, ac in Protectionem, Tuitionem, & Defensionem suas speciales, *Columbam de Dunbarre Episcopum Moraviensem* de Regno Scotiæ, & Triginta Servientes suos in Comitiva sua, in Regnum suum Angliæ, cum Equis, Bonis, & Hernesiis suis licitis quibuscumque veniendo, ibidem morando, & exinde versus Curiam Romanam salvò & securè, absque aliqua Molestatione, Dampno, Violentia, Aresto, aut alio Impedimento quocumque, transeundo; Ann. D. 1433. An. 12. H. 6. Scot. 12. H. 6. m. 6.

Proviso semper, *&c. prout in similibus de Conductu Literis.*

Teste Rege apud *Westmonasterium*, primo die Decembris.

Per Billam de Privato Sigillo.

FINIS TOMI QUARTI.